Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMAE

SUMMA THEO.

PRIMA PARS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI

THOMAE AQVINATIS ANGELICI

ECCLESIAE DOCTORIS

Singulare Prædicatorum familiæ lumen.

TOTIVS THEOLOGIÆ

SVMMA

In tres partes distributa:

CVM COMMENTARIIS D. THOMAE DE VIO Caietani, Card. sancti Xysti: atque tertiæ partis, quam D. Thomas morte præuentus absoluere non potuit, ex aliis eiusdem Auctoris lucubrationibus, supplemento: nunc quorundam Louanienſium Theologorum opera atque labore, ex antiquiss. manuscriptis exemplaribus ab infinitis mendis repurgata.

PRIMA PARS

Cui addita sunt: Tractatus de Dei omnipotentia, Præscientia, & Prædestinatione eiusdem D. Caietani: & Chrysostomi Iauelli Theologi in eandem Commentaria, ad librorum prohibitorum Indicem, ex mandato Illustr. & Reuerend. D. Gaspáris à Quiroga Card. Archiepiscopi Toletani Hispanienſis, Inquisitoris supremi, editum, emendata.

Quid verò præterea in hac postrema editione præstitum sit epistola ad Lectorem indicabit.



BIBLIOTHECA PHILOSOPHORUM PROV. CAST. S. J.

LVGDVNI,
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. LXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOPOLA SACRÆ THEOLOGIAE STVDIOSO LECTORI S.

CVM animaduerteremus, nihil vniuersæ Ecclesiæ vtilius, quàm, si plurimi, Theologicis literis imbuti, orthodoxæ religioni, vndique à pestiferis hominibus oppugnatæ, pro virili cum scribendo, tum disputando opem ferrent, nihil equidem antiquius habuimus, quàm, nulla laborum aut sumptuum habita ratione, eorum ita iustos conatus, armis sufficiendis quoad eius fieri posset, & adiuuaremus & promoueremus: quod arbitrabamur fieri posse, si vtilissimos quosque libros, qui ad rem Theologicam spectant, in publicum commodum excuderemus. Inter quos in numeros (vt omnes sciunt) qui semper ex nostra officina iam inde ab initio prodierunt, nullum neque fructuosiorem, neque his studiis magis accommodatum duximus, quam THEOLOGICAM SVMMAM D. THOMAE AQVINATIS, quam & sæpe alias, deinceps semper meliorem emisimus. Verum, cum post tot & nostras & aliorum editiones, adhuc magna huius libri penuria laborari intelligeremus, animum ad eundem etiam quarto excudendum, adiecimus: sed ita tamen, vt, si vnquam emendatus & expositus à nobis exiit, nunc tandem ita suis numeris constaret, vt nihil amplius ei addi posse videretur. Cuius rei voti compotes simus necne effecti, tibi, candide Lector, iudicandum relinquimus: studuimus quidem certe, quantum potuimus, vt quam absolutissimus prodiret: nam præter exemplaria, hinc inde passim corrogata, innumera propemodum, quæ inter se, non sine magnis sumptibus, conferenda curauimus, Romanum in primis & Plantinianum exprimenda duximus, ita vt nihil esset in illis & in cæteris excellens atque egregium, quod non in hoc nostrum transumpserimus. Si quid vero in commentariis esset quod non ita sanam doctrinam saperet (hoc autem non ad scholiastæ inuidiam dictum volumus, is enim, quo semper fuit animo si superuixisset, vel per se, animaduertens vel ab aliis admonitus, quæ minus considerate dixerat, correxisset) vna cum Romano expunximus. In postillis (vt vocant) ad marginem libri scriptis, prædicta duo exemplaria sumus imitati, sed circunciſis librorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tomis, ex quibus autoritates illæ sunt petitæ, ne toties iisdem repetitis, vel in eadem pagina, molestiam lectori crearemus: abscidimus quoque ab eisdem citationibus capitum particulas, ne minuta hac diligentia lectoris vel solertia diffidere, vel ignauiæ consulere videremur, præterquam quòd nec bene fere locus intelligi potest, nisi, præcedentibus atque sequentibus consultis, opuscula aliquot Reuerendiss. Thomæ à Vio Caietani quæ in multis editionibus erant inter alios tomos interiecta, in suum locum reiecimus, Ademimus quinetiam conclusiones. ex D. Thomæ doctrina excerptas, cum, quod qui eas ex Articuli corpore elicuit, licet magna, in autoris sensibus indagandis, vsus fuerit & diligentia & solertia, tamen interdum nonnihil ab eius mente aberrat: tum, quòd Romanum exemplar eas non habet, nec facile in Hispaniam huius doctoris studiosissimam, eis aditus patet: Adnotationes ad commentationum marginem, & summas quæstionum, quæ à commentatore pertractantur, penitus expunximus, cùm sæpe nulli alij rei inseruirent, nisi loco occupando, qui aliis, fortasse dignioribus adnotatu, deberetur. In gratiam vero tyronum SS. Theologiæ, primæ parti, quæ grauiss. eásque obscuras de Deo SS. Trinitate, déque Angelis disputationes continet, nunc tandem Commentaria D. Chrysostomi Iauelli, præcipuè doctrinæ Thomisticæ inspectoris adiecimus. Hæc sunt, quæ te, studiose Lector, scire volui, ne nostri te facti ratio lateret. Quod reliquum est, vale, & nostro hoc labore fruere.

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, DOMINVM OLIVERIVM CARRAPHE, CARDINALEM

Neapolitanum, Episcopum Hostiensem, ac Prædicatorum ordinis protectorem, Thomæ de Vio Caietani eiusdem tunc ordinis Prædicatorum generalis Magistri, nunc S. Xysti Presbyteri Cardinalis, in Primæ partis Summæ sancti Thomæ Aquinatis expositionem,

***

PRÆFATIO.

CONTEMPLATVS Aristoteles orbis machinam vniuersi, cùm videret suis quæque locis aptè disposita, summum illius bonum, atque idcirco maximum diuinæ sapientiæ opus, esse ordinem affirmauit. Hoc etiam pacto egregiè dispositum aptúmque hominis ingenium contemplari licet, qui sui animi conceptus ac doctrinam, quam traditurus est, ordine congruenti collocat & distinguit. Atque huius quidem sapientiæ laudem, sicut inter Philosophos omnium planè iudicio, sibi Aristoteles vendicauit: ita inter Theologos quem Diuo Thomæ Aquinati præferre ausis, inuenies neminem. Nam, cùm priores illo permulti, singulis ac discretis de rebus volumina quam plurima edidissent, cùmque demum in perpetuam quandam seriem Theologiæ sententias tum Græci aliqui autores, tum & Latini etiam redegissent, expositoréque permulti Sententiarum libros enarrassent: Diuus autem Aquinas noster, largiore quadam vena Theologiam nobis ac doctrinam quasi omnigenam traditurus, duos ipse discretos nouósque ordines & quidem præclarissimos adinuenit. Horum alterum quidem in Libris contra Gentiles complexus est. Alterum verò in quadrifido illo opere, quod Summam Diui Thomæ Aquinatis, celebri iam titulo nuncupamus. In qua tota Summa, ea rerum copia continetur, quæ ad necessariam homini Christiano doctrinam veramque beatitudinem pertinent consequendam, vt relictum nihil penitus videatur. Nam cùm in 1. Summæ Parte, de Deo, de Trinitate, de Angelis, de anima rationali, déque ipso homine, ac totius mundi fabrica copiosè ac distinctè pertractet tum sequentibus duobus libris, ab homine iterum exorsus, humanas passiones omnes, earúmque fontes, ac progressus, simúlque virtutes, quæ curare vitia & passiones possint, Ethicis cunctis sacrisque autoribus copiosiùs distinctiúsque percenset. Reliqua porrò Pars (quæ numero quidem voluminum conscriptorum quarta est ordine tamen doctrinæ Tertia nuncupatur) de autore gratiæ Christo: mysteriisque omnibus ad Christum pertinentibus tractat, tum verò & de ipsis sacramentis, per quæ gratia confertur, postremò de optatissimo fructu gratia superna videlicet beatitudine, ac suppliciis etiam damnatorum. Quod tamen ad consummationem tertiæ Partis desideratur, in quarto super Sententias libro copiosè disseritur. Atque hac quidem tanta rerum congerie, cum sit immensus Aquinas noster, non minus tamen admirationis sibi conciliat ratione sententiarum atque verborum, quibus tantam molem versat, atque pertractat. Ea nanque styli puritas est, vt superfluat, si quid addideris, arescat verò, si quid exemeris. Ea in verbis formalitas ac proprietas, vt nihil insit extrarium, nihil accidens, Insuper ea est profunditas in sententiis, ea nouitas ac dearticulatio quæstionum, tum verò sic propriusin singulis earum argumentandi modus, vt in hoc scribendi genere facile princeps (vbi nulla iudicem turbet inuidia) censeatur: tum verò, ne quis in tam magno aceruo rerum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſpicari poſſit connixiſſe Autorem, falsúmque eſſe, naturam quòdammodò ipſam ſuæ indicem veritatis, teſtémque habet. Nam ſi (vt Ariſtoteles ipſe ait) illi ſunt apti rerum coniicere veritatem, qui poſſunt in vtranque partem dubitando diſquirere, quis iam dubitet Aquinatem noſtrum procul à veritate non receſsiſſe, qui propoſitis tot millibus quæſtionum de humanis diuiniſque rebus, Theoricíſque illis, ac Practicis proprias ſemper in ſingulis ad vtrãque partem dubitationes adducit? Noſtræ verò huius ſuſceptæ expoſitionis hinc exorta ratio eſt, quia formalis ſermo Doctoris noſtri, magnam recondit ſenſuum altitudinem, cum tamen verborum collocatio, ac delectus perplexi nihil habens prima fronte lectorem videatur allicere, ac facilitatem ſenſuum polliceri. Verùm longe aliter euenire ſibi lector intelliget, atque ab initio exiſtimarat: repetita enim lectio Autoris huius videtur augere potius, quàm decerpere ſenſus percipiendi difficultatem. Quódque ad hanc primam pertinet Summæ Partem, hinc facile opinor eius eminentiam cõſtare poſſe, quód eximii Thomiſtarum vindices eam vel ſæpius repetentes, ſemper in ea ſe noui aliquid percepiſſe affirmant, vt iam mirari minus oporteat (cùm prima hæc Pars tot experta ſit hominum iudicia, quot habet & verba) tam multis illam oppugnationibus laceſsitam fuiſſe. Theologi namque complures neque adeò contemnendi, magnum ſibi nomen ingenii ac doctrinæ facturũ hinc ſe eſſe putauerunt: ſi, veluti munitiſsimas arces fortiſsimi Duces ſolent, ita illi Partẽ hanc primam ſuis machinationibus oppugnarẽt. Ioãnes vero Scotus egregia prẽter cẽteros in hac re laborauit ſubtilitate & copia: quippe qui ſingula prope eius Partis verba labefactare contendat. Ratione igitur habita & inſitæ difficultatis, & oppugnationis illatæ, non ſimplici quadam expoſitione ſum vſus, vt ſine vlla controuerſia ea duntaxat attulerim, quæ ad verũ Sancti Thomæ intellectum pertinere putauerim, ſed vbi locus & res ipſa poſtulare viſa ſunt, quæſtiones ipſe nonnullas dubitando attuli, & contra oppugnatores, Scotúmque præcipuè, tueri veritatem contendi: arduũ ſanè opus laborioſúmque aggreſsus. Quantùm verò fœliciter, aliorum ſit iudicium. Ego certè nõ ita prorſus ſum mei oblitus, vt ad expoſiti Operis dignitatem parem me putem operam attuliſſe, cùm tamen ipſo ſaltem conſilio quàm plurimos poſſem ſtudioſos homines adiuuandi, diligentia ad honorem Dei impenſa, conſcientiæ penitus ſatis feciſſe me ſciam. Debetur autem tibi, Pater ampliſsimè, noſtra hæc expoſitio non eo ſolùm nomine, quo cæterorum quoque noſtrorum fratrum lucubrationes tibi debentur, propterea quòd à ſpecula ſuſceptæ protectionis vniuerſo Ordini Prædicatorum faues & conſulis: ſed etiam ampliori quadam capacioríque ratione: quandoquidem in iſto ſublimi cardine conſtitutus, exemplum præbes Chriſtianis principibus imitandum, piæ magnificentiæ, religionis, integritatis, & in regendis rebus ſolertis ac diligentis induſtriæ (quodque temporibus noſtris præclarum Dei eſt munus) perpetuo caſtitatis tenore, Pontificíque iuris doctrina ſacroſancti collegij venerandus es pater: ſæculique noſtri decus haberis, & lucerna ſuper cãdelabrũ collocata, quæ luceat omnibus, qui in domo ſunt. Hinc & totius Chriſtianæ religionis, ordinis ſtudiorũmque cultores patrem te ac cenſorem habituri ſunt, cuius in iudicio & beneuolentia conquieſcant Venio nunc ad meipſum, qui paterna sẽper charitate abs te dilectus, dignitabuſque ornatus, ingrati animi vitio iure damnandus ſim, ſi alij quàm tibi hos quoque ſtudiorum meorum fructus detulerim, cui minora etiam dedicaui, Præſertim cùm tu me ad hanc cudendam expoſitionem adhortatus maxime fueris, víxque bene abſolutam, publicari non ſolùm ſæpe petieris, verùm etiam flagitaueris. Cape igitur munus hoc noſtrum benigna fronte, meæque fidei atque obſeruantiæ erga te pignus hoc, monumentũque agnoſce.

In æuum vale.

OBSERVANDA IN HVIVS SVMMAE D. THOMAE LECTIONE.

IN PRIMIS eſt, quod miremur omnes (audacter dico & libere) quod cum tot annorum luſtris D. Thom. doctrinam euoluerint doctiſsimi plures, tidémque diligentiſsimi viri, nullus vnquam in ipſo hoc præſtare curauerit, cum tamen maximo omnibus futurum emolumento, & S. Tho. doctrinæ ornamento facilime cognoſcatur. Quod autem in D. Thom culpam transferendam arbitretur aliquis, eo quòd non expreſſerit loca earum, quas citabat autoritatum, non video quòd id meritò fiat: nam, præter hoc quòd non fuit de hoc antiquitas nimiú ſollicita: nam & Plato & Ariſtot. Philoſophorum aliorum, qui præceſſerant, ſimiliter & Homeri, Heſiodíque pluries citant teſtimonia, quibúſnam locis illa reperiri queãt, non demonſtrando, ſicuti modò in Hiſpania aliíſque regionibus diuini verbi concionatores ſcripturæ ſacræ vel ſanctorum patrum teſtimonia afferentes, non ſolent capituli locorúmve vllam mentionem facere, licet illorum habeant præſentiſsimam memoriam: nec id apud alios vlli vitio datur, ſiquidem nouerunt omnia loca eos curioſiſsime citaturos, ſi, hoc fore neceſſarium, ſibi perſuaderent: imo & noſtri temporis autores moderni plurimi ſunt, qui etiam ſimili modo in confuſo ſolum & in generali autores ſæpius citant: ſic & D. Tho. cõgiſſe credo. His etiam accedit, quòd crediderim D. Tho. multa eorum, quæ habet loca, vel à Magiſtro Sentẽtiarum, vel ab aliis citata ſimiliter retuliſſe, nec omnia in proprio inſpexiſſe loco, eò prẽſertim, quòd, licet antiquitas multo amplius fuerit illuſtris, quàm præſens hoc ſæculum grauiſsimóſque plures patres habuerit & clariſsimos viros, eorúmque fuerit gauiſa ſcriptis, quæ tamen ad noſtram notitiam non deuenere, & temporis iniuria periere, tamen tanto librorum numero non abundauit, cùm vix elapſi dicantur 120. anni, quòd impreſsio in Maguntinenſi Germaniæ ſuperioris ciuitate celebri dicatur primitus fuiſſe inuenta: ac proinde non eſt mirum, quòd D. Thom. non nunquam ab aliis relata ſimiliter retulerit, nec eſt, quòd eum propterea incuſes.

Hoc ergo in initio, vt ſemper habeas præ oculis, ſuadeo, ne preceps & temerarius in alios arguendo inueniaris. D. Tho. ſæpiſsime autorum referre ſententias, non verba: Quod præter quàm quòd ipſe de ſe fatetur, etiam à verſato quouis in ea materia apertiſsimè colligetur. nec propterea mireris: nam & ſacræ ſcripturæ, & aliarum interpretes id ſemper habuerunt pro more, de ſententia ſollicitudinem gerere, non ita de verbis. Et D. Hieronym. à ſacris apoſtolis & euangeliſtis ſæpius inquit ex veteri teſtamento adduci teſtimonia, ſecundum ſenſum, non verba: & de ſe libera voce profitetur (ad Pammachium de optimo interpretandi genere. Tom. .) quòd in ſuis interpretationibus Græcorum librorum non verbum è verbo, ſed ſenſum expreſſerit ex ſenſu, & idipſum ante ſe à plurimis fuiſſe obſeruatum multis probat exemplis. & D. Auguſtin. alios quoque Patres frequenter inuenies aliqua teſtimonia citantes, quæ nec iuxta 70. interpretum verſionem, nec iuxta communem niſi ad ſenſum reperiuntur. id que præcipue obſerua in his, qui Græce ſcripſerunt autoribus. quia propter variam & nonnunquam diſſonam tranſlationem, nõ eſt admodum facile eadem, quæ cupis veriba reperire. Nam & in antiquis verſionibus, quibus D. Tho. eſt vſus 6. ethicorum Ariſtot. ad-

1. Notabile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huc ea partium prudentiæ retinebantur nomina græca, quæ ipsis conueniebant, vt Synesis, Gnome, &c. quæ iam in recentioribus sunt in Latina prorsus versa; idem quoque in aliis considera. ego fateor, conatus sum semper non solum testimonij sensum, sed & formalia verba inuenire. Sed aliquando illorum virtutem solum & sensum amplexus sum, quod vt plurimum mox in citatione innuo. dum hac simili ve citationis vtor forma: ex c. 4. verbi graria colligitur, vel com. 3. innuitur. frequentissimum est testimonium quod ex Arist. li. 1. de cœlo citat passim S. Tho. Virtus est vltimum potentiæ: quod dum multum diúque quæsiuissem, & textu 116. mihi videretur contineri, sed necdum quiescerem, eiusdem D. Th. in hunc textum consului expositionẽ, in qua ex alia antiqua versione sub iismet verbis testimonium citat, & sub æquialentib. verbis in communi habetur versione. Secundò aduerte, quòd, vt natura ab imperfectis paulatim procedit, sic & in his, quæ hominis perficiunt intellectum, obseruatum perspicimus, ea ratione antiquitus res non sic erant, vt nunc expolitæ: vnde, vt consueuerint quidam dicere, factum est, Pleraque posteriora meliora. Quotidie nanq; ingenium humanum noua adinuenit & excogitat, atque ad discendum magis facilia, & in multis antiquitatis defectum supplet, eámque vt ars naturam, quotidie perficit: ea de causa accidit, vt nunc aliter quàm olim sint plurimi antiquorum libri distincti: nam & de sacris libris asserit Damascenus lib. 4. cap. 18. quòd apud Hebræos scripturæ sacræ libri non sic, vt à nobis, distinguuntur. Ruth. libro Iudicum, inquit connecti, & quòd vnus liber annumeratur: similiter & primus & secundus Paralipomenon, vnus liber: primus quoque & secundus Regum, vnus: itidem tertius & quartus, alius. Ex commentariis quoque Venerabilis Bedæ in Lucam colligunt nonnulli, non eodem modo fuisse ipsius tempore Christi euãgelia in capita digesta, vt nunc. Augustini verò enchiridion distinctione capitum antea caruisse, aperte ex concilio Toletano probatur: eiusdem quoque libros de Sermone Domini in monte, nõn à multis annis per capita distinctos recepimus, & hoc ipsum in Hilarij libris de Trini. & Hieronymi contra Iouinianum, in cæterisque, & eorundem, & aliorum patrum libris, qui continuo filo texuntur, vt idẽ fiat, meritò desiderabit lector, vt sic minus in iisdem legendis humanũ ingenium fatigetur. Aristotelis Physicam & Metaphysicam Auerrois primò per cõmentaria, seu quod idẽ est, per textus distinxit. Sic, quæ modo in eiusdẽ Arist. libris dicuntur post prædicamenta, vel anteprædicamenta, olim omnia sub prædicamentorum nomine comprehendebãtur, & sub titulo libri de somno & vigilia, alij tractatus, qui inter parua eius Naturalia nunc inscribuntur, de somniis, vel de diuinatione per somnium concludebantur. Idem quoque in libris Arist. de animalibus suspicor & credo verisimiliter, quòd antiquitus nõ ita distinctẽ vt nunc, vel de historia animalium, vel de generatione, vel partibus animalium citabãtur saltẽ communiter, & ab omnibus. Sed cum sint de historia animaliũ decem libri, quibus si addas quatuor de partibus animalium, & postea duos de animalium generatione, fiunt 16. & ita quondam citabantur, vt dicitur in libr. 15. vel 16. de animalibus: quod difficilè intelliges, nisi consideres horum librorum distinctionem non sic antea factam. Quapropter si quando D. Tho. vel quiuis alius antiquus citet Aristo. verbi gratia, in libr. De somno & vigilia, quod tamen non nisi in libello de diuinatione per somnium reperitur (& idem in aliis dictum sit) non propterea mendum esse proferas. Nam sicuti in Iure interdum in Codice allegantur authenticæ, quæ tamen sunt antiquo iuri postea supperadditæ, vt in libello, qui modum in vtroque iure legendi docet, adnotatur: Sic etiam è contra, quia posteriores aliter libros diuiserunt, quàm antiquis erant distincti, sub eo, quo erant antea vniti, titulo, & non sub quo sunt in præsentiarum diuisi, ab antiquis allegantur. Ex hac quoque radice tertiò manat, aliquorum librorum titulos posteriores aliquos immutasse, idque vtentium fuisse consuetudine approbatum: quæ res vt Cosmographiæ studiosis plurimum facesset negotij, propter regionum & plurium ciuitatum variã mutationem factam in nominibus, sic & tibi nonnihil potest confusionis pargere & difficultatis. Facile quidem tibi profero exemplum. Sed satis, vt mentem meam capias & intelligas, citatur, nonnunquam Ambrosius in libris de Trinit. quem titulum nisi in antiquis exemplaribus non reperies libro præfixum, sed libri illi iam inscribuntur De fide ad Gratianum. Boetij Seuerini quoque alicui tractatui fuisse inditum nomen Liber de hebdomadibus, tum ex D. Thom. tum aliorum citationibus nouimus, ex eo sanè quòd tale illius erat initium, sed nunc ex libri materia denominatur, An omne, quod est, bonum sit: quia hæc est in illo opere intenta propositio. Simile quid in ipsorum operum diuisione communi contingit: nam quæ

2. notabile.

Script. sacræ libri non sic ab Hebræis vt à nobis distinguuntur, Bedæ tempore non sic, vt nunc euang. distinguebantur.

Aug enchiri dij lib. & de ſc. do. in monte.

Auerro, primus Aristo. per commen. distinxit,

A iure similitudo sumpta.

3. notabile.

quæ antea in Ambro. vel Orig. &c. tom. 1. habebantur, in 3m. vel 4m. mutata sunt. Quartò consídera. quòd D. Thom. testimoniis, quæ citat nonnunquam, vel maioris declarationis gratia, vel memoriæ lapsu aliquid de suo addit, quod in tali, quẽ citat autore non reperitur. Quod ipsum à 70. interpretib. in Bibliorũ versione inquit D. Hiero. (in De optimo interpretãdi genere) reperiri nonnunquam, & in aliis similiter. Augustin. quoq; tum alibi. tum etiam citans illud Luc. 1. Quid mihi & tibi mulier? dicit Dominum respondisse matri, Recede à me mulier, quid mihi & tibi mulier? cũ tamẽ priora verba in euangelio non reperiantur. Proinde hæc bene considera, ne contingat, quòd aliquando frustra vexeris, vel minus tẽpestiue aliorum facta carpas. Ad hæc quintò memineris, quòd D. Tho. vt erat in omniũ lectione versatissimus, & plurimarũ rerum, quas legerat habebat præsentissimam memoriã, ex diuersis partibus sub vnius libri solum nomine nonnunquam testimonia citat diuersa, & in vnũ coniungens ad modum illũ, quo D. Chlysost. Hom. prima in Mar. impij Porphyrij soluens obiectionem, qua in euangelista etiam in sacris literis volebat probare imperitiã, dum in sui euangelij initio Esaiæ tribuit, quod nõ nisi Mala. 3. expressum inuenitur. Sicut, inquã, Chryso. hoc soluit quòd euãgalista à mendosa citatione vindicatur, quia in diuersis locis à duobus prophetis dicta vni attribuens, diuersas prophetias in vnã coniunxit, soli Esaiæ totam prophetiã integram tribuens (vt puto) Quia quod per Malachiam ibi pronuntiatur, Ecce ego mitto angelum meũ, ad id, quod per Esaiam prædicitur, ordinatur. nam & subdit Malachias, Qui præparabit viam tuã: ac proinde, cum Esaiæ vaticinium primas in illa complexa obtineat prophetia, sitque prioris alterius finis, nõ mirum, quòd tota Euang. ascripserit Esaiæ: vel, vt inquit Aug. in li. quæst. noui testa. ca. 57. vel propterea ad Esaiam hæc euangelista reuocauit, quia hic sensum illum prior in illis verbis intimauerat dicens, Vox clamãtis, &c. & ita iunxit euangelista vtriusq; prophetæ verba ad vnum sensum pertinentia, sub prioris phophetæ persona: sic quoque idẽ in similibus. Sancti Thomæ notaueris citationibus. Nonnunquam, cum idem in diuersis locis habeãt doctores, sed in vno loco quàm in alio formalius & expressius, aliquando locum illum citat solum, vbi minus manifestè tale testimonium reperitur, qua de causa eiusdem autoritatis multa tibi designo loca.

4. notabile.

5. notabile.

Reperies quoque testimonia aliquot nondum citata, quod dico factum noris, quia maiori adhuc indigent diligentia, vt queant inueniri, aliqua verò non potuimus quærere, quia non fuit autoris data copia. Nam & Cyrillum in Lucam citat nonnunquam D. Tho. qui tamen liber nondum ad nostram deuenit notitiam, licet in quadam Italiæ bibliotheca esse dicatur, multa quoque veterum monumenta vel vetustate consumpta, vel perditissimorum hominum malitia, à mortalium hominum memoria euulsa esse & erasa, irrefragalib. multísque euidentissimis probatur rationibus: nam & Cyrilli tantum 14. libri Thesaurorum circunferuntur passim, cum tamen apud veteres 32. recensentur. Vtque in consilio Calcedonensi plurima hæreticorum opera & vafritie, viri doctissimi credunt & lamentantur deleta esse & exterminata: sic quoque in aliis sanctorum patrum libris non est cur dubitemus fieri potuisse. Citat inter alia nonnunquam D. Thom. sermones quosdam Concilij Ephesini, & beati Augustini aliquot sermones Epiphaniæ, quorum notitiam, vt paucorum aliorum nondum nancisci concessum est nobis. Non sum autem tam cæcus, quin intelligam Typographorum vitio plurima deprauata esse, cum in sacra scriptura id quoque scriptorum negligentia factum credatur, nam & glossa ordinaria Math. 1. super illud. Salathiel genuit, dicit plurima esse vitiata scriptorum culpa in lib. Paralipomenon. Hieronymus quoque Mat. 3. nomen Esaiæ in principio Euangelij Marci scriptorum vitio additum affirmat, & Mat. 27. etiam Hieremiæ falso tribui prophetiam, quæ non nisi in Zacharia reperitur, fuisséque aliquorum vitio factum dicunt multi: quod ipsum licet Aug. lib. 3. de consensu euang. cap. 7. non placeat, imo id ob varias causas clementia diuina prouidente ab ipso euangelista factum esse narret: in aliis tamen script. locis sæpe nostra incuria conqueritur multa contigisse. Sic. in D. Tho. sæpissime typographorum scriptorúmve quorundam negligentia multa talia contigisse scio: nam dum fuisset August. citatio facienda, in Anselmi citationem fuisse versam, & è contra sæpe deprehendi, & dum Dionysius in Cœlesti fuisset citandus Hierar. in Eccles. & vice versa millies referebatur. quòdque magis miraberis (vt cætera plura pertranseam) dum Altisiodorensis citatio fieret, Cassiodori nomen pro illo substitutum erat. Pro illis verò citationibus, quæ veluti Concordantiæ D. Thom. verbis, vt dictum est, vel, vt infra dicetur, correspondent, hoc oc-

7. notabile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

currit obseruandum, quòd licet particularia designauimus loca, quæ D. Thom. citationes nobis videbantur respicere: tamen vt idem quoque dixisset in aliis, quàm à nobis citata sunt locis, compertissimum habemus & potuit fieri, vt in aliis, quàm quæ expressimus magis dixerit manifeste: sed nostræ intentioni, & tuæ vtilitati nos satisfeciſſe arbitrati sumus, si vel vnum designaremus locum, cui illa tunc præsens connecti videbatur doctrina. Reliquimus insuper P.P. illos arithmeticæ artis numeros, qui in eadem antea erant, quia vtiles omnibus futuros considerabamus. Et, quia non sapientibus, sed & insipientibus debitores sumus, neque omnibus sine Theseo aliquo & duce dabitur intelligere, scias omnes Primæ partis articulos à primo ad vltimum vsque semper vnumquemque aliorum numero superaddendo computari, & sic illorum summa ad 584. ascendit. Dum ergo in tota prima parte (exceptis illis locis in quibus dicitur, vt dictum est, vel vt infrà dicetur) videris in margine numerum aliquem citatum, scias quod in tali articulo aliqua consona dicuntur illi sententiæ, quæ illi citationi in D. Thom. textu correspondet: proinde etiam in illis poteris alia loca, si placet consulere, quod vt facile queas, in vniuscuiusque articuli initio, habes in margine illius numerum designatum. Dum verò ego in nostris citationibus nullius partis D. Tho. mentionem facio, scito eandem partem nos tibi relinquere intelligendam, & propterea solum quæstionem & articulum designamus: sicut etiam dum quæstionem non exprimimus, illammet, in cuius lectione occuparis, tibi insinuamus, & solus articuli propterea meminimus, nonnunquam verò ad corpus articuli remittimus, dum dicimus in corp. art. In aliis verò, vbi id opus erat, etiam librum designamus, videlicet P.P. p^am. 1æ. 2^am. 2æ. 3. partem, per quos libros nunc tẽporis eiusdem Doctoris sacri doctrinam habemus diuisam, licet ab illo in 3. solùm fuerit partes distincta: sed posteriores rationibus superius dictis, secundam partem in duas postea subdiuisere, scilicet in primam secundæ & in secundam secundæ.

8. notabile. Et hæc quidem habuimus, quorum te voluimus commonefactum in hac Diui Thomæ nostra editione. Tuum ergo erit, mi lector, nostros interea labores boni consulere, & vbi forsan aliquid perspexeris incorrectum, vel in autoribus nos minus eorum mentem videris assequutos, vel eosdem falsò citatos, condonare: siquidem laboris immensitas in hoc opere perpessa id iure optimo meretur, si verò nos non putes venia dignos, te non solùm detrectatorem, sed & eorum in quib. me lapsum videris, Christianum prestes correctorem, cupio in visceribus Christi: & rogo vt sic, si tu de nostris submurmures interea, ego de tuis lubens postea gaudeam laboribus.

Vale plurimum, Lector candidissime.

* *
*

PRIMÆ PARTIS SVMMÆ
D. THOMÆ AQVINATIS QVÆSTIONVM
ET ARTICVLORVM LOCVPLETISSIMVS
INDEX.

Qualis sit hæc doctrina, & ad quæ se extendat.
Quæstio prima.

ARTICVLI.

VTRVM præter alias scientias doctrina theologica sit necessaria. Artic. 1
Vtrum sacta doctrina sit scientia. 2
Vtrum sit vna scientia vel plures. 3
Vtrum sit speculatiua vel practica. 4
Vtrum sit dignior aliis scientiis. 5
Vtrum sit sapientia, 6
Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ. 7
Vtrum sit argumentatiua. 8
Vtrum vti debeat metaphoricis vel symbolicis locutionibus. 9
Vtrum sit secundum plures sensus exponenda. 10

De Deo, an sit. *Quæstio 2.*

Vtrum Deum esse sit per se notum. 1
Vtrum Deum esse sit demonstrabile. 2
Vtrum Deus sit. 3

De simplicitate Dei. *Quæstio 3.*

Vtrum Deus sit corpus. 1
Vtrum in Deo sit compositio materiæ & formæ. 2
Vtrum in Deo sit compositio quidditatis siue essentiæ, vel naturæ subiecti. 3
Vtrum in Deo sit compositio essentiæ, & esse, 4
Vtrum in Deo sit compositio generis & differentiæ. 5
Vtrum in Deo sit compositio subiecti & accidentis. 6
Vtrũ Deus sit quocunque modo cõpositus vel totaliter simplex. 7
Vtrum Deus veniat in compositionem cum aliis. 8

De perfectione Dei. *Quæstio 4.*

Vtrum Deus sit perfectus. 1
Vtrum Deus vniuersaliter sit perfectus, quasi omnium in se perfectionem habens. 2
Vtrum creaturæ possint esse Deo similes. 3

De bono in communi. *Quæstio 5.*

Vtrum bonum & ens sint idem secundum rem. 1
Vtrum (supposito quod differant ratione tantùm) quid sit prius secundum rationem, bonum vel ens. 2
Vtrum (supposito quòd ens sit prius) omne ens sit bonum, 3
Ad quam causam ratio boni reducatur. 4
Vtrum ratio boni consistat in modo, specie & ordine. 5
Vtrum bonum diuidatur conuenienter per honestum, vtile, & delectabile. 6

De bonitate Dei. *Quæstio 6.*

Vtrum esse bonum conueniat Deo. 1
Vtrum Deus sit summum bonum. 2
Vtrum ipse solus sit bonus per suam essentiam. 3
Vtrum omnia sint bona bonitate diuina. 4

De infinitate Dei. *Quæstio 7.*

Vtrum Deus sit infinitus. 1
Vtrum aliquid præter ipsum sit infinitum secundum essentiam. 2
Vtrum aliquid possit esse infinitum secundum multitudinem. 3
Vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem. 4

De existentia Dei in rebus. *Quæstio 8.*

Vtrum Deus sit in omnibus rebus. 1
Vtrum Deus sit vbique. 2
Vtrum Deus sit vbique per essentiam, præsentiã, & potentiã. 3
Vtrum esse vbique sit proprium Dei. 4

De immutabilitate Dei. *Quæstio 9*

Vtrum Deus sit omninò immutabilis. 1
Vtrum esse immutabile sit proprium Dei. 2

De æternitate Dei. *Quæstio 10.*

Quid sit æternitas. 1
Vtrum Deus sit æternus. 2
Vtrum esse æternum sit proprium Dei. 3
Vtrum æternitas differat ab æuo & tempore. 4
Vtrum æuum sit aliud à tempore. 5
Vtrum sit tantùm vnum æuum, sicut vnum tempus & vna æternitas. 6

De vnitate diuina. *Quæstio 11.*

Vtrum vnum addat aliquid supra ens. 1
Vtrum vnum & multa opponantur. 2
Vtrum Deus sit vnus. 3
Vtrum Deus sit maximè vnus. 4

Quomodo Deus cognoscatur à nobis.
Quæstio 12.

Vtrum aliquis intellectus creaturæ possit videre essentiã Dei. 1
Vtrum essentia Dei videatur ab intellectu creato secundum aliquam speciem creatam. 2
Vtrum essentia Dei possit videri oculo corporeo. 3
Vtrum aliqua subsistantia intellectualis creata ex suis naturalibus sufficiens sit videre Dei essentiam. 4
Vtrum intellectus creatus ad videndam Dei essentiam indigeat lumine creato. 5
Vtrum videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat 6
Vtrum aliquis intellectus creatus possit comprehẽdere Dei essentiam. 7
Vtrum intellectus creatus videns Dei essentiam omnia in ipsa cognoscat. 8
Vtrum ea, quæ ibi cognoscit, per aliquas similitudines cognoscat. 9
Vtrum simul cognoscat omnia, quæ in Deo videt. 10
Vtrum in statu huius vitæ aliquis homo possit essentiam Dei videre. 11
Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus. 12
Vtrum supra cognitionem naturalem in præsenti vita aliqua cognitio Dei habeatur per gratiam. 13

De nominibus Dei. *Quæstio 13.*

Vtrum Deus sit nominabilis à nobis. 1
Vtrũ aliqua nomina dicta de Deo prædicentur de ipso substantialiter. 2
Vtrum aliqua nomina dicta de Deo propriè dicantur de ipso: an omnia ei attribuantur metaphoricè. 3
Vtrum multa nomina dicta de Deo sint synonima. 4
Vtrum aliqua nomina dicantur de Deo & creaturis vniuocè, vel æquiuocè. 5
Vtrum (supposito quod dicantur analogicè) dicantur per prius de Deo vel de creaturis. 6
Vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore. 7
Vtrum hoc nomen Deus, sit nomen naturæ, vel operationis. 8
Vtrum hoc nomen Deus sit nomen communicabile. 9
Vtrũ accipiatur vniuocè, vel æquiuocè secundum quod significat Deum per naturam, per participationem, & secundum opinionem. 10
Vtrum hoc nomen qui est, sit maximè proprium nomen Dei. 11
Vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo. 12

De scientia Dei. *Quæstio 14.*

Vtrum in Deo sit scientia. 1
Vtrum Deus intelligat seipsum. 2
Vtrum Deus comprehendat se. 3
Vtrum suum intelligere sit sua essentia. 4
Vtrum intelligat alia à se. 5
Vtrum Deus habeat de rebus propriam recognitionem. 6
Vtrum scientia Dei sit discursiua. 7
Vtrum scientia Dei sit causa rerum. 8
Vtrum scientia Dei sit eorum, quæ non sunt. 9
Vtrum scientia Dei sit malorum. 10
Vtrum scientia Dei sit singularium. 11

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆST. ET ARTICVLORVM

Vtrum scientia Dei sit infinitorum. 12
Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium, 13
Vtrum scientia Dei sit enuntiabilium. 14
Vtrum scientia Dei sit variabilis. 15
Vtrum Deus de rebus habeat scientiam speculatiuam, vel practicam. 16

De ideis. *Quæstio* 15.

Vtrum sint ideæ. 1
Vtrum sint plures ideæ, vel vna tantùm. 2
Vtrum ideæ sint omnium, quæ cognoscuntur à Deo. 3

De veritate. *Quæstio* 16.

Vtrum veritas sit in re vel in intellectu tantùm. 1
Vtrum veritas sit in intellectu componente & diuidente. 2
De comparatione veri ad ens. 3
De comparatione veri ad bonum. 4
Vtrum Deus sit veritas. 5
Vtrum omnia sint vera vna veritate, vel pluribus. 6
Vtrum veritas sit æterna. 7
Vtrum veritas sit immutabilis. 8

De falsitate. *Quæstio* 17.

Vtrum falsitas inueniatur in rebus. 1
Vtrum falsitas sit in sensu. 2
Vtrum falsitas sit in intellectu. 3
Vtrum verum & falsum sint contraria. 4

De vita Dei. *Quæstio* 18.

Quorum sit viuere. 1
Quid sit vita 2
Vtrum vita Deo conueniat. 3
Vtrum omnia in Deo sint vita. 4

De voluntate Dei. *Quæstio* 19.

Vtrum in Deo sit voluntas. 1
Vtrum Deus velit alia à se. 2
Vtrum quicquid Deus vult, ex necessitate velit. 3
Vtrum voluntas Dei sit causa rerum. 4
Vtrum voluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam. 5
Vtrum voluntas Dei semper impleatur. 6
Vtrum voluntas Dei sit immutabilis. 7
Vtrum voluntas Dei imponat necessitatem rebus volitis. 8
Vtrum voluntas Dei sit malorum. 9
Vtrum Deus habeat libetum arbitrium. 10
Vtrum sit distinguenda in Deo voluntas signi. 11
Vtrum conuenienter ponantur circa diuinam voluntatem quinque signa. 12

De amore Dei. *Quæstio* 20.

Vtrum in Deo sit amor. 1
Vtrum Deus amet omnia. 2
Vtrum Deus magis amet vnum, quàm aliud. 3
Vtrum Deus meliora magis amet. 4

De iustitia & misericordia Dei. *Quæstio* 21.

Vtrum in Deo sit iustitia. 1
Vtrum iustitia Dei veritas dici possit. 2
Vtrum in Deo sit misericordia. 3
Vtrum in omni opere Dei sit iustitia, & misericordia. 4

De prouidentia Dei, *Quæstio* 22.

Vtrum prouidentia Deo conueniat. 1
Vtrum prouidentiæ diuinæ subdantur omnia. 2
Vtrum prouidentia diuina immediatè sit de omnibus. 3
Vtrum prouidentia diuina imponat necessitatem rebus prouisis. 4

De prædestinatione Dei. *Quæstio* 23.

Vtrum Deo competat prædestinatio hominum. 1
Vtrum prædestinatio ponat aliquid in prædestinato: & quid sit. 2
Vtrum Deo competat reprobatio aliquorum hominum. 3
Vtrum prædestinati eligantur à Deo. 4
Vtrum merita sint causa vel ratio prædestinationis, reprobationis, & electionis. 5
Vtrum prædestinati infallibiliter saluentur. 6
Vtrum numerus prædestinatorum sit certus. 7
Vtrum prædestinatio possit iuuari precibus sanctorum. 8

De libro vitæ. *Quæstio* 24.

Quid sit liber vitæ. 1
Cuius vitæ sit liber. 2
Vtrum aliquis possit deleri de libro vitæ. 3

De potentia Dei. *Quæstio* 25.

Vtrum in Deo sit potentia. 1
Vtrum potentia Dei sit infinita. 2
Verum Deus sit omnipotens. 3
Vtrum possit facere, quòd ea, quæ sunt prætetita, non fuerint. 4
Vtrum Deus possit facere quæ non facit, vel prætermittere quæ facit. 5
Vtrum Deus possit ea, quæ facit, meliora facere. 6

De beatitudine Dei. *Quæstio* 26.

Vtrum beatitudo competat Deo. 1
Vtrum Deus dicatur beatus secundum actum intellectus. 2
Vtrum Deus sit essentialiter beatitudo cuiuslibet beati. 3
Vtrum in beatitudine Dei includatur omnis beatitudo. 4

De processione siue origine diuinarum personarum. *Quæstio* 27.

Vtrum processio sit in diuinis. 1
Vtrum aliqua processio in diuinis possit dici generatio. 2
Vtrum præter generationem possit esse aliqua processio in diuinis. 3
Vtrum illa processio possit dici generatio. 4
Vtrum sint in diuinis plures processiones quàm duæ. 5

De relationibus diuinis. *Quæstio* 28.

Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales. 1
Vtrum illæ relationes sint ipsa essentia diuina, vel sint extrinsecus affixæ. 2
Vtrum possint esse in Deo plures relationes realiter distinctæ adinuicem. 3
De numero harum relationum. 4

De personis diuinis. *Quæstio* 29.

De definitione personæ. 1
Vtrum persona sit idem, quod hypostasis, subsistentia, & essentia. 2
Vtrum nomen personæ competat in diuinis. 3
Vtrum nomen personæ in diuinis significet relationem, vel substantiam. 4

De pluralitate personarum in diuinis. *Quæstio* 30.

Vtrum sint plures personæ in diuinis. 1
Quot sint personæ in diuinis. 2
Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis. 3
Vtrum hoc nomem persona, sit commune tribus personis in diuinis. 4

De his, quæ pertinent in diuinis ad vnitatẽ vel pluralitatem personarum. *Quæstio* 31.

Vtrum in diuinis sit Trinitas. 1
Vtrum filius possit dici alius à patre. 2
Vtrum dictio exclusiua solus, sit addenda termino essentiali in diuinis. 3
Vtrum dictio exclusiua possit adiungi terminò personali. 4

De cognitione personarum diuinarum. *Quæstio* 32.

Vtrum per rationem naturalem possit cognosci Trinitas diuinarum personarum. 1
Vtrum sint aliquæ notiones diuinis personis attribuendæ. 2
Vtrum sint tantùm quinque notiones in diuinis, vel plures. 3
Vtrum liceat circa notiones diuersimodè opinari. 4

De his, quæ pertinent ad personam patris. *Quæstio* 33.

Vtrum patri competat esse principium filij vel spiritus sancti. 1
Vtrum hoc nomen pater sit proprium nomen personæ patris. 2
Vtrum hoc nomen pater, per prius dicatur in diuinis personaliter quàm essentialiter. 3
Vtrum sit proprium patri esse ingenitum. 4

De verbo in diuinis. *Quæstio* 34.

Vtrum verbum dicatur in diuinis essentialiter, vel personaliter. 1
Vtrum verbum sit proprium nomen filij. 2
Vtrum in nomine verbi importetur respectus ad creaturas. 3

De hoc nomine filij, quod est imago. *Quæstio* 35.

Vtrum hoc nomen imago in diuinis dicatur personaliter. 1
Vtrum imago sit proprium nomen filij. 2

De pertinentibus ad nomen spiritus sancti. *Quæstio* 36.

Vtrum nomen spiritus sancti sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ. 1
Vtrum persona illa quæ dicitur spiritus sanctus, procedat à patre & filio. 2
Vtrum spiritus sanctus procedat à patre per filium. 3
Vtrum pater & filius sint vnum principium spiritus sancti. 4

De nomine spiritus sancti, quod est amor. *Quæstio* 37.

Vtrum amor sit proprium nomen spiritus sancti. 1

Vtrum

PRIMÆ PARTIS INDEX.

Vtrum pater & filius diligant se spiritu sancto. 1

De nomine spiritus sancti, quod est donum.

Quæstio 38.

Vtrum donum possit esse nomen personale. 1
Vtrum sit proprium nomen spiritus sancti. 2

De personis in comparatione ad essentiam.

Quæstio 39.

Vtrum essentia in diuinis sit idem, quod persona. 1
Verum dicendum sit quòd tres personæ sunt vnius essentiæ. 2
Vtrum nomina essentialia prædicanda sint de personis in singulari, vel in plurali. 3
Vtrum adiectiua nomina, aut verba vel participia prædicari possint de nominibus essentialibus concretiuè acceptis. 4
Vtrum prædicari possint de nominibus essentialibus in abstracto acceptis. 5
Vtrum nomina personarum prædicari possint de nominibus essentialibus. 6
Vtrum essentialia attributa sint appropriauda personis. 7
Quod attributum cui personæ debeat appropriari. 8

De personis in comparatione ad relationes siue proprietates. *Quæstio* 40.

Vtrum relatio sit idem, quod persona. 1
Vtrum relationes distinguant & constituant personas. 2
Vtrum abstractis per intellectum relationibus à personis remaneant hypostases distinctæ. 3
Vtrum relationes secundum intellectum præsupponant actus personarum vel e conuerso. 4

De personis per comparationem ad actus notionales. *Quæstio* 41.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis diuinis.
Vtrum huiusmodi actus sint voluntarij, vel necessarij. 2
Vtrum per huiusmodi actus persona procedat de aliquo vel nihilo. 3
Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum notionalium. 4
Vtrum potentia generandi vel spirandi significet relationem vel substantiam. 5
Vtrum actus notionales ad plures personas terminari possint. 6

De æqualitate & similitudine diuinarum personarũ adinuicem. *Quæstio* 42.

Vtrum æqualitas locum habeat in personis diuinis. 1
Vtrum persona procedens sit æqualis secundum æternitatem ei, à qua procedit. 2
Vtrum sit aliquis ordo in personis diuinis. 3
Vtrum personæ diuinæ sint æquales secundum magnitudinem. 4
Vtrum vna personarum diuinarum sit in alia. 5
Vtrum personæ diuinæ sint æquales secundum potentiam. 6

De missione diuinarum personarum. *Quæstio* 43.

Vtrum alicui diuinæ personæ conueniat mitti. 1
Vtrum missio in diuinis sit æterna vel tantum temporalis. 2
Secundum quid persona diuina inuisibiliter mittatur. 3
Vtrum cuilibet personæ missi, & præcipuè patri conueniat. 4
Vtrum inuisibiliter mittatur tam filius, quàm spiritus sanctus. 5
Ad quos missio inuisibilis. 6
De missione visibili. 7
Vtrũ aliqua persona mittat se ipsam visibiliter, aut inuisibiliter. 8

De prima causa omnium entium.

Quæstio 44.

Vtrum Deus sit causa efficiens omnium entium. 1
Vtrum materia prima sit creata à Deo, vel sit principium ex æquo coordinatum ei. 2
Vtrum Deus sit causa exemplaris rerum, vel sint aliqua alia exemplaria præter ipsum. 3
Vtrum Deus sit causa finalis rerum. 4

De creatione. *Quæstio* 45.

Quid sit creatio. 1
Vtrum Deus possit aliquid creare. 2
Vtrum creatio sit aliquid in creatura. 3
Cui competat creari. 4
Vtrum solius Dei sit creare. 5
Vtrum sit commune toti trinitati creare, aut proprium alicuius personæ. 6
Vtrum in rebus creatis sit vestigium trinitatis. 7
Vtrum opus creationis admisceatur operibus naturæ & voluntatis. 8

De principio durationis rerum creatarum. *Quæsti.* 46.

Vtrum creaturæ semper fuerint. 1
Vtrum eas incœpisse sit articulus fidei. 2
Quomodò dicatur Deus in principio cœlum & terram creasse. 3

De distinctione rerum in communi.

Quæstio 47.

Vtrum rerum multitudo & distinctio sit à Deo. 1
Vtrum rerum inæqualitas sit à Deo. 2
Vtrum sit vnus tantum mundus vel plures. 3

De distinctione rerum in speciali, & primò de malo.

Quæstio 48.

Vtrum malum sit natura aliqua. 1
Vtrum malum inueniatur in rebus. 2
Vtrum bonum sit subiectum mali. 3
Vtrum malum totaliter corrumpat bonum. 4
Vtrum malum sufficienter diuidatur per culpam & pœnam. 5
Vtrum plus habeat de ratione mali pœna quàm culpa. 6

De causa mali. *Quæstio* 49.

Vtrum bonum possit esse causa mali. 1
Vtrum summum bonum (quod est Deus) sit causa mali. 2
Vtrum sit aliquod summum malum quod sit causa omnis mali 3

De substantia angelorum absolutè.

Quæstio 50.

Vtũ sit aliqua creatura omninò spiritualis, & penitus incorporea. 1
Vtrum angelus sit compositus ex materia & forma. 2
De multitudine angelorum. 3
Vtrum angeli differant specie. 4
Vtrum angeli sint incorruptibiles. 5

De angelis in comparatione ad corpus.

Quæstio 51.

Vtrum angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita. 1
Vtrum angeli assumant corpora. 2
Verum angeli in corporibus assumptis exerceant opera vitæ. 3

De angelis in comparatione ad locum. *Quæstio* 52.

Vtrum angelus sit in loco. 1
Vtrum possint esse in pluribus locis simul. 2
Vtrum plures angeli possin esse in eodem loco. 3

De motu locali angelorum. *Quæstio* 53.

Vtrum angelus possit moueri localiter. 1
Vtrum moueatur de loco ad locum pertransfundo medium. 2
Vtrum motus angeli sit in tempore, an in instanti. 3

De virtute cognoscitiua angeli. *Quæstio* 54.

Vtrum intelligere angeli sit sua substantia. 1
Vtrum esse angeli sit suum intelligere. 2
Vtrum essentia angeli sit sua virtus intellectiua. 3
Vtrum in angelis sit intellectus agens & possibilis. 4
Vtrum in eis sit aliqua alia potentia cognoscitiua quam intellectus. 5

De medio cognitionis angelicæ. *Quæstio* 55.

Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam, vel per aliquas species 1
Si per species, an per species connaturales, vel per species à rebus acceptas. 2
Vtrum angeli superiores cognoscant per species magis vniuersales quàm inferiores. 3

De cognitione angelica ex parte rerum immaterialium. *Quæstio* 56.

Vtrum angelus cognoscat seipsum. 1
Vtrum angelus cognoscat alium. 2
Vtrum angelus per suam naturam cognoscat Deum. 3

De cognitione angelorum quantùm ad res materiales *Quæstio* 57.

Vtrum angeli cognoscant naturas rerum materialium. 1
Vtrum cognoscant singularia. 2
Vtrum cognoscant futura 3
Vtrum cognoscant cogitationes cordium. 4
Vtrum cognoscant mysteria gratiæ. 5

De modo cognitionis angelicæ. *Quæstio* 58.

Vtrum intellectus angeli quandoque sit in potentia, quandoque in actu. 1
Vtrum angelus possit simul multa intelligere, 2
Vtrum angelus intelligat componendo & diuidendo, 4
Vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas. 5
Vtrum cognitio angeli possit dici matutina & vespertina. 6

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum hæ duæ cognitionis sint eædem, vel diuersæ. 7

De voluntate angelorum, Quæstio 59

Vtrum in angelis sit voluntas. 1
Vtrum voluntas in angelis sit ipsa natura eorum, vel ipse intellectus. 2
Vtrum in angelis sit liberum arbitrium. 3
Vtrum in eis sit vis irascibilis & concupiscibilis. 4

De amore seu dilectione angeli. Quæsti 60.

Vtrum in angelis sit dilectio naturalis. 1
Vtrum in angelis sit dilectio electiua. 2
Vtrum angelus diligat seipsum dilectione naturali an electiua. 3
Vtrum angelus vnus diligat alium naturali dilectione sicut seipsum. 4
Vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plus quam seipsum. 5

De productione angelorum in esse naturæ. Quæstio 61.

Vtrum angeli habeant causam sui esse. 1
Vtrum angelus sit productus à Deo ab æterno. 2
Vtrum angelus sit creatus ante corporalem creaturam. 3
Vtrum angeli fuerint creati in cœlo empyreo. 4

De productione angeli in esse gratiæ & gloriæ. Quæstio 62.

Vtrum angeli in sua creatione fuerint beati. 1
Vtrum indiguerint gratia ad hoc, quòd conuerterentur in Deũ. 2
Vtrum fuerint creati in gratia 3
Vtrum meruerint suam beatitudinem. 4
Vtrum statim post vnum actum meritorij beatitudinem habuerint. 5
Vtrum adepti fuerint gratiam & gloriam secundum capicitatẽ suorum naturalium. 6
Vtrum post consecutionem gloriæ remanserit in eis cognitio & dilectio naturalis. 7
Vtrum angelus beatus peccare possit. 8
Vtrum angeli post adeptionem gloriæ possint proficere. 9

De malitia angelorum quo ad culpam. Quæstio 63.

Vtrum malum culpæ possit esse in angelis. 1
Cuiusmodi peccata in eis esse possint. 2
Qui appetendo angelus peccauerit. 3
Vtrum angeli naturaliter sint mali. 4
Vtrum aliquis angelus in primo instanti suæ creationis potuerit esse malus per actum propriæ voluntatis. 5
Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli. 6
Vtrum supremus inter cadentes fuerit simpliciter inter omnes angelos summus 7
Vtrum peccatum primi angeli fuerit aliis causa peccandi. 8
Vtrum tot remanserint quot ceciderunt. 9

De pœna dæmonum. Quæstio 64.

Vtrum intellectus angeli mali sit omnino obtenebratus. 1
Vtrum voluntas dæmonis sit obstinata in malo. 2
Vtrum in dæmonibus possit esse dolor. 3
De loco pœnali dæmonum. 4

De opere creationis quò ad creaturam corporalem. Quæstio 65.

Vtrum creatura corporalis sit à Deo. 1
Vtrum facta sit propter bonitatem Dei. 2
Vtrum sit facta à Deo mediantibus angelis. 3
Vtrum formæ corporum sint ab angelis an immediatè à Deo. 4

De ordine creationis ad distinctionem. Quæstio 66.

Vtrũ informatis materiæ præcesserit tẽpore formatiõe ipsius. 1
Vtrum sit vna materia omnium corporalium. 2
Vtrum cœlum empyreum sit concreatum materiæ informi. 3
Vtrum tempus sit concreatum materiæ. 4

De opere distinctionis primæ diei. Quæstio 67.

Vtrum lux proprie in spiritualibus dicatur. 1
Vtrum lux corporalis sit corpus. 2
Vtrum lux sit qualitas. 3
Vtrum conueniens fuerit prima die fieri lucem. 4

De opere secundæ diei. Quæstio 68.

Vtrum firmamentum factum sit secunda die. 1
Vtrum aliquæ aquæ sint supra firmamentum. 2
Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis. 3
Vtrum sit tantum vnum cœlum vel plures. 4

De opere tertiæ diei. Quæstio 69.

Vtrum congregatio aquarũ facta fuerit conuenienter tertia die. 1
Vtrum eadem die debuerit fieri productio planetarum. 2

De opere ornatus quarto die facto. Quæstio 70.

Vtrum quarto die debuerint fieri luminaria. 1
Vtrũ conuenienter describatur causa productionis luminatium. 2
Vtrum luminaria cœli sint animata. 3

De opere quintæ diei. Quæstio 71.

Vtrum opus quintæ diei conuenienter describatur. 1

De opere sextæ diei. Quæstio 72.

Vtrum opus sextæ diei conuenienter describatur. 1

De pertinentibus ad diem septimum. Quæstio 73.

Vtrũ complectio diuinorũ operum ascribi debeat septimo diei. 1
Vtrum Deus die septimo ab omni opere quieuerit. 2
Vtrum benedictio & sanctificatio debeatur septimo dici. 3

De omnibus septem diebus in communi. Quæstio 74.

Vtrum dicti dies sufficienter enumerentur. 1
Vtrum omnes isti dies sint vnus dies. 2
Vtrum scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera ieptimæ diei. 3

De homine quantum ad essentiam animæ. Quæstio 75.

Vtrum anima sit corpus. 1
Vtrum anima humana sit aliquid subsistens. 2
Vtrum animæ brutorum sint subsistentes. 3
Vtrum anima sit homo, vel homo potiùs sit aliquid compositũ ex corpore & anima. 4
Vtrum anima humana sit composita ex materia & forma. 5
Vtrum anima humana sit incorruptibilis. 6
Vtrum sit eiusdem speciei cum angelo. 7

De vnione animæ ad corpus. Quæstio 76.

Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori vt forma. 1
Vtrum intellectiuum principium multiplicetur secundum multiplicationem corporũ, vel sit vnus intellectus omniũ hominũ. 2
Vtrum præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes. 3
Vtrum in homine sit alia forma præter animam intellectiuam. 4
Quale debeat esse corpus cuius huiusmodi principiũ est forma. 5
Vtrum vniatur tali corpori mediãtibus aliquibus dispositionibus accidentalibus. 6
Vtrum vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore. 7
Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis. 8

De his, quæ pertinent ad potentias animæ in generali. Quæstio 77.

Vtrum essentia animæ sit eius potentia. 1
Vtrum sit tantùm vna potentia animæ vel plures. 2
Vtrum potentiæ animæ distinguantur per actus & obiecta. 3
Vtrum in potentijs animæ sit aliquis ordo. 4
Vtrum anima sit subiectum omnium suarum potentiarum. 5
Vtrum potentia animæ fluant ab eius essentia. 6
Vtrum vna potentia animæ oriatur ab alia. 7
Vtrum omnes potentiæ animæ remaneant in anima à corpore separata. 8

De potentijs animæ in speciali, & primò de iis, quæ sunt præambula ad intellectum. Quæstio 78.

Vtrum sint distinguenda quinque genera potentiarum animæ. 1
Vtrum conuenienter assignentur partes vegetatiuæ. 2
Vtrum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores. 3
Vtrum sensus interiores conuenienter distinguantur. 4

De potentijs intellectiuis. Quæstio 79.

Vtrum intellectus sit potentia animæ, vel eius essentia. 1
Vtrum intellectus sit potentia passiua. 2
Vtrum sit ponere intellectum agentem. 3
Vtrum intellectus agens sit aliquid animæ nostræ. 4
Vtrum intellectus agens sit vnus omnium. 5
Vtrum memoria sit in parte intellectiua animæ. 6
Vtrum memoria intellectiua sit alia potentia ab intellectu. 7
Vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu 8
Vtrum ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ. 9
Vtrum intelligentia sit alia potentia ab intellectu, 10
Vtrum intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ. 11
Vtrum synderesis sit aliqua potentia specialis ab aliis distincta. 12
Vtrum conscientia sit aliqua potentia intellectiuæ partis. 13

De appetitu in communi. Quæstio 80.

Vtrum

Vtrum appetibus sit aliqua specialis potentia animæ. 1
Vtrum appetitus diuidatur in appetitum sensitiuum, & intellectiuum, sicut in potentias diuersas. 2

De sensualitate. Quæstio 81.

Vtrum sensualitas sit vis appetitiua tantùm, an etiam cognitiua. 1
Vtrum appetitus sensitiuus diuidatur in irascibilem & cõcupiscibilem sicut in diuersas potentias. 2
Vtrum irascibilis & concupiscibilis obediant rationi. 3

De voluntate. Quæstio 82.

Vtrum voluntas aliquid appetat ex necessitate. 1
Vtrum omnia ex necessitate velit quæcunque vult. 2
Vtrum voluntas sit eminentior, quàm intellectus. 3
Vtrum moueat intellectum. 4
Vtrum voluntas distinguatur per irascibilem & concupiscibilem. 5

De libero arbitrio. Quæstio 83.

Vtrum homo sit liberi arbitrij. 1
Vtrum liberum arbitrium sit potentia, vel actus, vel habitus. 2
Vtrum liberum arbitrium sit potentia appetitiua vel cognitiua. 3
Vtrum liberũ arbitrium sit eadẽ potentia cũ voluntate vel alia. 4

Quomodo anima corpori vnita intelligat corporalia, quæ sunt infra ipsam. Quæstio 84.

Vtrum anima cognoscat corporalia per intellectum. 1
Vtrum cognoscat corporalia per essentiam suam, vel per aliquas species. 2
Vtrum anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas. 3
Vtrum species intelligibiles effluant in ipsam ab aliquibus formis separatis. 4
Vtrum anima nostra omnia, quæ intelligit, videat in rationibus æternis. 5
Vtrum intelligibilem cognitionem acquirat à sensu, 6
Vtrum indigeat phantasmatibus ad hoc quod actu intelligat. 7
Vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum vitium. 8

De modo & ordine intelligendi. Quæstio 85.

Vtrum intellectus noster intelligat res corporeas & materiales abstrahendo species à phantasmatibus. 1
Vtrum species intelligibilis abstracta à phantasmatibus se habeat ad intellectum nostrum, vt quod intelligitur, vel sicut quo intelligitur. 2
Vtrum intellectus noster prius intelligit magis vniuersalia. 3
Vtrum intellectus noster intelligat componendo & diuidendo. 4
Vtrum intellectus noster possit errare. 5
Vtrum vnus possit eandem rem melius intelligere, quàm alius. 6
Vtrum intellectus prius cognoscat indiuisibile, quàm diuisibile. 7

Quid intellectus hominis cognoscat in rebus corporalibus, & materialibus. Quæstio 86.

Vtrum intellectus noster cognoscat singularia. 1
Vtrum cognoscat infinita. 2
Vtrum cognoscat contingentia. 3
Vtrum cognoscat futura. 4

Quomodo anima intellectiua cognoscat seipsam, & ea, quæ in ea sunt. Quæstio 87.

Vtrum anima intellectiua cognoscat seipsam pat essentiã suam. 1
Quomodò cognoscat in se habitus existentes. 2
Quomodò intellectus cognoscat actum proprium. 3
Quomodò intellectus cognoscat actum voluntatis. 4

Quomodo anima humana cognoscat quæ sunt supra se. Quæstio 88.

Vtrum anima humana in statu præsentis vitæ cognoscat angelos per se ipsos. 1
Vtrum possit ad eorum notitiam peruenire per cognitionem rerum materialium. 2
Vtrum Deus sit illud, quod à nobis primò cognoscitur. 3

De cognitione animæ separatæ. Quæstio 89.

Vtrum anima separata à corpore possit aliquid intelligere. 1
Vtrum anima separata intelligat substantias separatas. 2
Vtrum anima separata cognoscat omnia naturalia. 3
Vtrum anima separata cognoscat singularia. 4
Vtrum habitus scientiæ hic acquisitæ remaneat in anima separata. 5
Vtrum possit vti habitu scientiæ hic acquisitæ. 6
Vtrum distantia localis impediat cognitionem animę separatæ. 7
Vtrum animæ separatæ cognoscant ea quæ hic aguntur. 8

De productione hominis quantum ad animam Quæstio 90.

Vtrum anima humana sit de substantia Dei, vel aliquid factum. 1
Vtrum anima humana sit producta ineſſe per creationem. 2
Vtrum anima rationalis sit facta mediantibus angelis. 3
Vtrum anima humana sit facta ante corpus. 4

De productione corporis primi hominis. Quæstio 91.

Vtrum corpus primi hominis sit factum de limo terræ. 1
Vtrum corpus primi hominis sit immediatè productum à Deo. 2
Vtrum corpus primi hominis habuerit conuenientem dispositionem. 3
Vtrum productio corpotis humani conuenienter in scriptura describatur. 4

De productione mulierũ Quæstio 92.

Vtrum in prima rerum productione debuerit mulier produci. 1
Vtrum mulier debuerit fieri ex viro. 2
Vtrum mulier debuerit formari ex costa viri. 3
Vtrum mulier formata fuerit immediatè à Deo. 4

De fine siue termino productionis hominis prout dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei. Quæstio 93

Vtrum in homine sit imago Dei. 1
Vtrum imago Dei sit magis in irrationabilibus creaturis. 2
Vtrum imago Dei sit magis in homine, quàm in angelo. 3
Vtrum imago Dei sit in omni homine. 4
Vtrum imago Dei sit in homine per cõparationem ad essentiam, vel ad personas omnes vel ad vnam earum. 5
Vtrum imago Dei inueniatur in homine solum secundum mentem. 6
Vtrum imago Dei sit in homine secũdum potentias, aut secundũ habitus, aut actus 7
Vtrum, per comparationem ad omnia obiecta. 8
De differentia imaginis & similitudinis. 9

De statu vel conditione primi hominis quò ad intellectum. Quæstio 94.

Vtrum primus homo viderit Deum per essentiam 1
Vtrum Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit. 2
Vtrum primus homo habuerit omnium scientiam. 3
Vtrum homo in primo statu potuisset errare vel decipi. 4

De his quæ pertinent ad voluntatem primi hominis, scilicet de gratia & virtute & iustitia. Quæstio 95.

Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia. 1
Vtrum primus homo in statu innocentiæ habuerit animæ passiones. 2
Vtrum Adam habuerit omnes virtutes 3
Vtrum opera primi hominis fuerint æquè efficatia ad merendũ, sicut modo sunt. 4

De dominio quod homini competebat in statu innocentiæ. Quæstio 96.

Vtrum Adam in statu innocentiæ dominabatur animalibus. 1
Vtrum homo habuisset dominium super omnes alias creaturas. 2
Vtrum in illo statu fuissent omnes homines æquales. 3
Vtrum in illo statu homo dominaretur homini. 4

De his quæ pertinent ad statum primi hominis quantum ad conseruationem individui. Quæstio 97.

Vtrum homo in statu innocentiæ erat immortalis. 1
Vtrum esset impassibilis. 2
Vtrum indigeret cibis. 3
Vtrum per lignum vitæ consequeretur immortalitatem. 4

De his, quæ pertinent ad conservationem speciei per generationem. Quæstio 98.

Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio. 1
Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio per coitum. 2

De conditione prolis generandæ quantum ad corpus in illo statu. Quæstio 99.

Vtrum in statu illo pueri mox nati habuissent perfectam virtutem ad motum membrorum. 1
Vtrum omnes fuissent nati in sexu masculino. 2

De conditione prolis tunc generandæ quò ad iustitiam. Quæstio 100.

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆST. ET ARTICVLORVM

Vtrum homines fuissent nati cum iustitia. 1
Vtrum pueri nascerentur in iustitia confirmati. 2

De conditione prolis tunc generandæ quò ad scientiam. *Quæstio* 101.

Vtrum pueri nascerentur in scientia perfecti. 1
Vtrum statim post natiuitatem habuissent perfectum vsum rationis. 2

De loco producti hominis in paradiso.

Quæstio 102.

Vtrum paradisus sit locus corporeus. 1
Vtrum ait locus conueniens habitationi humanæ. 2
Ad quid homo in paradiso positus fuerit. 3
Vtrum homo factus fuerit in paradiso. 4

De gubernatione rerum in communi. *Quæstio* 103.

Vtrum mundus ab aliquo gubernetur. 1
Quid sit finis gubernationis ipsius. 2
Vtrum mundus gubernetur ab vno. 3
De effectibus gubernationis. 4
Vtrum omnia subsint diuinæ gubernationi. 5
Vtrum omnia gubernentur à Deo immediate. 6
Vtrum diuina gubernatio casserur in aliquo. 7
Vtrum aliquis contrarietur diuinæ prouidentiæ. 8

De effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

Quæstio 104.

Vtrum creaturæ indigeant vt conseruentur à Deo in esse 1
Vtrum conseruarentur in esse à Deo immediatè. 2
Vtrum Deus possit aliquid redigere in nihilum. 3
Vtrum aliquid in ilium redigatur. 4

De mutatione creaturum à Deo. *Quæstio* 105.

Vtrum Deus possit immediatè mouere materiam ad formam. 1
Vtrum Deus possit immediatè mouere aliquod corpus. 2
Vtrum Deus moueat immediatè intellectum creatum. 3
Vtrum possit mouere voluntatem creatam. 4
Vtrum Deus operetur in omni operante. 5
Vtrum Deus possit aliquid facere præter ordinem rebus inditi. 6
Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, sint miracula. 7
De diuersitate miraculorum. 8

De actu angelorum qui est inuicem illuminare.

Quæstio 106.

Vtrum vnus angelus moueat intellectum alterius illuminando. 1
Vtrum vnus angelus moueat voluntatem alterius. 2
Vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem. 3
Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de omnibus quæ cognoscit 4

De locutione angelorum. *Quæstio* 107.

Vtrum vnus angelus loquatur alij. 1
Vtrum inferior loquatur superiori. 2
Vtrum angelus loquatur Deo. 3
Vtrum in locutione angeli aliquid operetur distantia localis. 4
Vtrum omnes cognoscant locutionem vnius angeli ad alterum. 5

De ordinatione angelorum secundum hierarchias & ordines. *Quæstio* 108.

Vtrum omnes angeli sint vnius hierarchiæ. 1
Vtrum in vna hierarchia sit tantùm vnus ordo. 2
Vtrum in vno ordine sint plures angeli. 3
Vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura. 4
De nominibus & proprietatibus singulorum ordinum. 5
De comparatione ordinum ad inuicem. 6
Vtrum ordines durent post diem iudicij. 7
Vtrum homines assummantur ad ordines angelorum. 8

De ordine malorum angelorum, scilicet dæmonum.

Quæstio 109.

Vtrum ordines sint in dæmonibus. 1
Vtrum sit in eis prælatio. 2
Vtrum vnus dæmon illuminet alium. 3
Vtrum subiiciatur prælationi beatorum angelorum. 4

De præsidentia angelorum super corporalem creaturam. *Quæstio* 110.

Vtrum corporalis creatura administretur per angelos. 1
Vtrum materia corporalis obediat angelis ad nutum. 2
Vtrum angeli possint mouere corpora localiter sua virtute. 3
Vtrum angeli boni vel mali possint facere miracula. 4

De actione angelorum in homines.

Quæstio 111.

Vtrum angelus possit illuminare intellectum hominis 1
Vtrum angeli possint immutare affectum vel voluntatem hominis. 2
Vtrum possint immutare imaginationem hominis. 3
Vtrum possint immutare sensum hominum. 4

De missione angelorum ad homines.

Quæstio 112.

Vtrum aliqui angeli mittantur in ministerium. 1
Vtrum omnes angeli mittantur in ministerium. 2
Vtrum illi qui mittuntur assistant. 3
Vtrum omnes angeli secundæ hierarchiæ mittantur. 4

De custodia hominum à bonis angelis.

Quæstio 113.

Vtrum homines ab angelis custodiantur. 1
Vtrum singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputentur 2
Vtrum custodia pertineat solùm ad vltimum ordinem angelorum. 3
Vtrum omni homini conueniat habere angelum custodem. 4
Quando incipiat custodia angeli circa hominem. 5
Vtrum angelus semper custodiat hominem. 6
Vtrum angeli doleant de malis eorum quos custodiunt. 7
Vtrum inter angelos sit pugna seu discordia. 8

De impugnatione dæmonum.

Quæstio 114.

Vtrum homines à dæmonibus impugnentur. 1
Vtrum tentare sit proprium diaboli. 2
Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. 3
Vtrum dæmones possint facere vera miracula ad seducendum. 4
Vtrum dæmon ab aliquo separatus ab impugnatione arceatur. 5

De actione corporalis creaturæ.

Quæstio 115.

Vtrum aliquod corpus sit actiuum. 1
Vtrum in materia corporali sint aliquæ rationes similes. 2
Vtrum corpora cœlestia sint causa eorum, quæ hic in inferioribus corporibus fiunt. 3
Vtrum corpora cœlestia sint causa humanorum actuum. 4
Vtrum corpora cœlestia possint imprimere in dæmones. 5
Vtrum corpora cœlestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni subduntur. 6

De fato. *Quæstio* 116.

Vtrum fatum sit. 1
Vtrum fatum sit in rebus creatis. 2
Vtrum fatum sit immobile. 3
Vtrum omnia subdantur fato. 4

De his, quæ pertinent ad actionem hominis.

Quæstio 117.

Vtrum homo possit docere alium causando scientiam in ipso. 1
Vtrum homines possint docere angelos. 2
Vtrum homo per virtutem animæ possit immutare materiã corporalem. 3
Vtrum anima hominis separata possit mouere corpora motu locali. 4

De traductione homiuis ex homine quantùm ad animam. *Quæstio* 118.

Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine. 1
Vtrum anima intellectiua causetur ex semine. 2
Vtrum omnes animæ humanæ fuerint simul creatæ à principio mundi.

De propagatione hominis quantum ad corpus.

Quæstio 119.

Vtrum aliquid de alimento conuertatur in virtutem humanæ naturæ. 1
Vtrum semen, quod est principium humanæ creationis, sit de superfluo alimenti. 2

Indicis quæstionum & articulorum huius primæ partis finis.

PRIMA PARS SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS SANCTI THOMÆ AQVINATIS,

CVM

COMMENTARIIS REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, Caietani, ordinis Prædicatorum, S. R. E. Tit. Xysti Presbyteri Cardinalis artium ac sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

INtentio Diui Thomę in hoc Proœmio manifestata, & ex parte officij Doctoris, & ex parte nouitiorum, aduersati videtur primæ frontę intentioni mærdum textus nouitiis constructus, à me Doctorum subtilitatibus replendus creditur. Verum, si Autoris ratio nes hic redditas, diligentius discusserimus, aberrasse meã propositũ non videbitur. Nouitiis nãque opus hoc conuenire dicitur non ratione facilitatis, aut superficialis, aut epilogalis, aut introductorij tractatus, sed ratione setarum, superfluitated, omissæ repetitionis, & pulcherrimi ordinis ab ipso inuẽti. Vt enim in processu apparet, omnes teologales difficultates, & ex propriis hic distinctæ tractãtur. ¶ Et quoniam quandoque minus perspicaces ac impares opus hoc fortitur interpretes, multósq; habuit impugnatores, & sectatores multo plures pareret, si per spicuum fieret, necessariũ fore duxi, profecturis in teologia exponere opus hoc: & non maiora, sed posteriora, & modernis minus nota apponere, iuxta mei vires ingenij; id omnes monens, vt dictorũ tantum rationes videant, atque examinent: & sic acquiescãt vel refutẽt. Non enim tũ sum, nec sic arrogans, vt meam propoñ authoritatẽ. Sed eatenus dico hic & vbiq;, quatenus reddita ratio testatur. Propterea, vbi defecero, correctori, vt adiutori gratias ago. Verba quoq; errotis, falsitatis, deceptionis, ignorantiæ, & aliorũ huiusmodi, non contra personas, sed cõtra opiniones, & hoc etiam, quatenus minus solidè sunt vel apparẽt, interpretãda esse volo: quoniam personis nullo pacto, opinionibus verò, non nisi vt diffonant, aduersari intẽdo.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum primum.*

IN titulo huius primi articuli tres terminos nota. Primò ly Necessarium: dupliciter enim sumitur quinto Metaphysicæ, simpliciter, & ad finẽ. Hic sumitur secũdo modo. ¶ Secũdo ly Physicas disciplinas. Dupliciter nanque scientia potest dici physica seu naturalis, quod idem est, obiectiue (& sic est vna pars scientiæ diffinctæ, sexto Metaphysicorum) contra mathematicam & metaphysicam) & effectiue, quia secũdum se nata est esse à principio naturali sciẽti atum: id est, lumine intellectus agentis: & sic distinguitur physicum contra supernaturale. Et hoc modo sumitur in propositione, vbi physicæ disciplinæ appellãtur omnes notitiæ acquisibiles lumine intellectus. ¶ Tertiò ly Aliam doctrinam. Non dicit scientiam, opinionem, aut fidem: quod bene notandum esse in dubitando apparebit.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito affirmatiuæ. Prima est, Necessarium est ad humanam salutem esse doctrinam reuelationem acceptam de multis, quæ humanam rationem excedunt. Secunda est, Necessarium est, ad humanam salutem esse doctrinam per reuelationem, de iis quæ de Deo etiam naturali ratione inuestigari possunt.

Quintò, de comparatione eius ad alias scientias.

¶ Sextò, vtrum sit sapientia.

¶ Septimò, quid sit subiectum eius.

¶ Octauò, vtrum sit argumentatiua.

¶ Nonò, vtrum vti debeat metaphoricis vel symbolicis locutionibus.

¶ Decimò, vtrum Scriptura sacra huius doctrinæ, sit secundum plures sensus exponenda.

PROLOGVS.

QVIA catholicæ veritatis Doctor, non solùm proiectos debet instruere, sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire (secundum illud Apostoli 1. ad Corinth. 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.) propositum nostræ intentionis in hoc opere est, ea, quæ ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem incipientium.

Dubio 1133.

Considerauimus nanque huius doctrinæ nouitios, in iis quę à diuersis conscripta sunt, plurimũ impediri. Partim quidem propter multiplicationem inutilium quæstionum, articulorum & argumentorum. Partim etiam, quia ea quæ sunt necessaria talibus ad sciendum, non tradũtur secundum ordinem disciplinæ: sed secundum quod requirebat librorum expositio, vel secundum quod se præbebat occasio disputandi. Partim quidem, quia eorundem frequens repetitio, & fastidium & confusionem generabat in animis auditorum.

Hæc igitur & alia huiusmodi euitare studentes, tentabimus cũ confidentia diuini auxilij ea quæ ad sacram doctrinam pertinent, breuiter ac dilucide prosequi, secundum quod materia patietur.

QVAESTIO PRIMA DE sacra doctrina, qualis sit, & ad quæ se extendat, in decem articulos diuisa.

ET vt intentio nostra sub aliquibus certis limitibus comprehendatur, necessarium est primò inuestigare de ipsa sacra doctrina qualis sit, & ad quæ se extendat.

¶ Circa quæ quærenda sunt decem.

¶ Primo, de necessitate huius doctrinæ.

¶ Secundo, vtrum sit scientia.

¶ Tertiò, vtrum sit vna, vel plures.

¶ Quartò, vtrum sit speculatiua, vel practica.

ARTICVLVS PRIMVS

¶ *Vtrum sit necessarium præter * philosophicas disciplinas aliam doctrinam haberi.* +

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit necessarium præter philosophicas disciplinas aliam doctrinam haberi. Ad ea enim, quæ supra rationem sunt homo non debet conari, secundum illud Eccles. 3. Altiora tene ne quæsieris. Sed ea, quæ rationi subduntur, sufficienter traduntur in philosophicis disciplinis: superfluum igitur videtur præter philosophicas disciplinas aliam doctrinam haberi.

¶ 2 Præterea, Doctrina nõ potest esse nisi de ente: nihil enim scitur nisi verũ, quod cum ente conuertitur. Sed de omnibus entibus tractatur in philosophicis disciplinis, & etiam de Deo: vnde quædã pars philosopiæ dicitur theologia siue scientia diuina, vt patet per Philosophũ in 6. Metaphy. * Nõ fuit igitur necessariũ præter philosophicas disciplinas aliam doctrinam haberi.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Tim. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum ad iustitiam. Scriptura autem diuinitus inspirata, non pertinet ad philosophicas disciplinas, quæ sunt secundum rationem humanam inuentæ. Vtile igitur est, præter philosophicas disciplinas esse aliã scientiam, diuinitus inspiratam.

¶ RESPONDEO dicendum, quod necessarium fuit ad humanã salutem esse doctrinam quandam secũdum reuelationem diuinam præter philosophicas disci

¶ Antequam probẽtur conclusiones, ad euidẽtiã distinctionis & sufficientiæ cõclusionum, nota duas distinctiones. Prima est ex primo cõtra Gentiles, cap. 3. Duo sunt genera cognoscibilium de Deo principalium: quædam demonstrabilia, quædam non nisi per reuelationem cognoscibilia. Ista sunt Trinitas personarum, beatitudo nobis promissa, incarnationis & redẽptionis mysteria. Illa verò sunt, Deum esse vnum, immortalem, &c. Ratione reuelabilium tantùm, posita est prima conclusio ratione verò demõstrabilium posita est secunda. Altera distinctio est ex quinto Metaphysic. Necessarium dicitur, quòd illa doctrina est necessaria ad salutem humanã. Falsitas verò consequẽtis & ex ea patet, & ex ratione in litera assignata cõcluditur: quia scilicet homo potest intentiones & actiones suas per fidei cognitionẽ in finẽ supernaturalem dirigere.

¶ Ad hoc dicẽdũ est, quòd sacra doctrina neque sumitur pro fide, vt distinguitur contra theologiam, neque pro theologia, vt distinguitur contra fidem: sed

* Physicas & infra.

I 2. 2. q. 2. arti. 3. & 4. Et 1. prol. at. 1. Et 1. cõtra. ca. 4. & 6. Et ver. q. 14 art. 11.

* Tex. 2.

cè sumitur sacra doctrina in hoc & in sequentibus articulis. Nam constat quòd in eis non sumitur pro fide. Si theologia, sequeretur q. fides absque theologia non sufficeret ad salutem hominis: quod est falsum. Sequela patet, quia in litera dicitur, quòd illa doctrina est necessaria ad salutem humanã. Falsitas verò consequẽtis & ex ea patet, & ex ratione in litera assignata cõcluditur: quia scilicet homo potest intentiones & actiones suas per fidei cognitionẽ in finẽ supernaturalem dirigere.

¶ Ad hoc dicẽdũ est, quòd sacra doctrina neque sumitur pro fide, vt distinguitur contra theologiam, neque pro theologia, vt distinguitur contra fidem: sed sumitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

fumitur p cognitione à Deo reuelata siue formaliter, siue virtualiter, vt habet ratione disciplinæ, & doctrinæ abstrahendo à ratione crediti, & sciti. Cognitio enim qua egomus ad salutē, prout à Deo docente in homine suscipitur, doctrina est & disciplina, iuxta illud Ioan (Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me & de hac dicit in cōclusione hac, q̄ est necessaria ad salutem. Et qm cognitio huiusmodi, vt disciplina est reuelata, abstrahit à ratione credēdi & sciēdi, & à rōne reuelati formaliter. i. in seipso, & virtualiter, in suis principiis; ideo hoc in loco vbi de doctrina reuelata præter physicas disciplinas q̄rit ad nullū horū licet determinate descēdere Et sic aliud formaliter q̄ritur hic, & aliud quæ retur inferius in Secūda secūdæ: quia hic de doctrina, ibi de credere: & vniuocē sumitur hic sacra doctrina & in sequēti articulo. Nec sequit̄ q̄ theologia vt distinguitur contra fidem, sit necessaria, sed q̄ theologia vt abstrahit à fide & scientia, sit necessaria ad salutē, quod constat esse verū propter rationem in litera assignata. Nec valet, fides sufficit: ergo theologia non requiritur. Tum quoniā in fide claudit̄ theologia (vt hic sumitur) sicut anima in homine. Tum quoniam scientia hæc apud Augustinum 14. de Trinitate, non solum nutrit, defendit, & roborat fidem, sed gignit eandem. Et verè sic est ex parte credibilis: fides enim licet sit à Deo, infundēte inclinationē ad credendum, est tamen ex auditu per verbum Christi, quò ad credibilia vt ad Rom. 10. habetur in litera: & à Sanct. Thoma. & sic Theologia claudit̄ur in fide, vt gignens eam. Et si inferatur. Ergo quilibet fidelis adultus explicitè credens, &c. est theologus, dicēdum est quòd non simpliciter, sed particeps est theologiæ secundum quid, &c. scilicet secūdum principia, &c.

58 CIrca hanc partem est aduertendū, quod Scotus in prima quæstione prologi primi sententiarū, nec à conclusione, nec à ratione discordat: sed à causa, quare finis ille est nobis naturaliter occultus. Nos enim dicimus, q̄ ideo finis ille est nobis naturaliter occultus, quia est supernaturalis finis animæ nostræ & propterea, quantūcunq; perfectè nota esset nobis natura nostræ animę quò ad naturalia, nunquām cognosceretur sub ratione, qua ordinatur in talē finē: quia extra naturalium latitudinē est tam finis quàm illa animę ratio. Ipse vero tenet illum finem esse naturalē nostræ animæ, quamuis supernaturaliter adipiscendum, & tamen esse naturaliter incognitū: quia anima nostra nō nobis naturaliter est nota, saltem pro statu isto sub illa propria speciali ratione, qua ordinatur ad illum finem.

¶ Quod autem finis ille sit naturalis, probat tripliciter. Primo, autoritate. Augustini in lib. de Prædistinatione Sanctorum. Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem naturæ est hominum, habere autem, gratiæ est fidelium.

¶ Secundò, ex appetitu. Homo naturaliter appetit illū finem, quē dicis supernaturalem, ergo est ei naturalis. ¶ Tertio, ex ratione naturalitatis. Potētia cōparata ad actum aut est naturalis, aut violēta, aut neutra: nec est ibi aliqua supernaturalis: ergo intellectus seu anima naturaliter ordinatur ad visionē Dei seu fruitionē. Antecedēs quò ad partē affirmatiuā declaratur: quia potētia aut inclinatur ad talē actū, aut repugnat tali actui, aut neutraliter se habet: si primo modo, est naturalis: si secundo, violēta: si tertio, neutra. Quo ad partē vero negatiuā declaratur: differētia naturalitatis, à supernaturalitate, attendit̄ penes cōparationē potentiæ ad agēs naturaliter, vel supernaturaliter impressum in talem potentiam. Igitur cōparando potentiam ad actum nulla est supernaturalitas. Consequentia vero probatur, ex eo quod anima inclinatur in omnem suam & præcipuē summam perfectionem, qualis est actus fruitionis Dei, &c.

¶ Ad euidentiā huius difficultatis scito, quod apud nos potētia, aut est naturalis, aut violenta, aut obedientialis: & hoc tam in comparatione ad actū quàm ad agens, nec aliqua est in rerum natura potētia neutra, omissis artificialibus vt in quæstione de potentia neutra iuxta hunc articulū dicetur. Vocatur autē potentia obedientialis aptitudo rei ad hoc, vt in ea fiat quicquid faciendū ordinauerit Deus: & secundum talem potentiam anima nostra dicitur in potētia ad beatitudinem pollicitam & finem supernaturalem, & alia huiusmodi.

¶ Vnde ad primum Scoti dicitur, q̄ Augustinus non dixit, quod posse habere fidem sit naturale homini, sed quod sit naturæ hominum. Aliud est enim potētiam esse naturæ, & aliud esse naturalem. ¶ Primum enim significat subiectū potentiæ, secundum autem modum potentiæ, & ideo primū est verū in proposito, secundum verò falsum. Potentia siquidē illa obedientialis ad fidē & charitatem, est in natura hominum: quia intellectiua est, nō autē in natura leonina, quoniam sibi repugnat. Et hoc intendebat Augustinus. ¶ ad secūdum negatur antecedens. ¶ Ad tertium verò negatur assumptum, & quò ad tertium membrum partis affirmatiuæ, & quò ad partem negatiuam, supernaturalitas siquidē attenditur etiā conferendo potentiam ad actum, quoniam sunt quidam actus, qui ex genere suo sunt simpliciter supernaturales, vt gratia, gloria & alia huiusmodi vide in alia quæstione patebit.

¶ Secunda autem conclusio probatur: Disciplina qua cōmunius, citius & tutius peruenitur ab hominibus ad cognitionem diuinorum demonstrabilū, est homini necessaria, disciplina reuelata est huiusmodi, ergo. Omnis patent in litera & diffusius in primo contra Gentiles, capitulo quarto.

¶ In resp̄sione ad secundum, aduerte, quòd argumentum erat hoc: Omne ens est scibile per physicas disciplinas: ergo nō restat aliquid scibile per doctrinā reuelatam, & cōsequenter non est necessaria. Cōsequētia prima probatur: quia nihil scitur nisi verū, quod cū ente cōuertitur. Antecedēs verò patet ex 6. Metaphy. & inductiuè. ſ Ad hoc autē dupliciter respondeti potest secundum q̄ antecedens dupliciter distingui potest. Primò sic, Omne ens secundum omnia, quæ sunt cognoscibilia, vel non secundum omnia, sed abstractibilia tantùm à sensibilib⁹, est scibile per physicas disciplinas: in primo sensu est falsum, in secūdo verū. Secundò sic, Omne ens omni modo vel non omni modo, sed inquantū illuscire potest per lumen intellectus agentis, est scibile per physicas disciplinas. In primo sensu est falsum: in secundo verum. Quamuis autē vtranque responsionē argumentum recipiat, placuit tamē autori secundam responsionem adhibere, non primam explicitè: tū vt ex propriis huius articuli, lumine scilicet diuinæ reuelationis, oppositas difficultates solueret, tum quia prima responsio iam in corpore articuli in prima conclusione habebatur.

d.6.q.2. 1184. 424. d.11.q.1. 1067. d.11.q.1. 1158. 1. 2 3. dist. 9. q.1. art. 2. q.3. 4. 1. sent. 10. art. 1. q.1. 2. 3. vers. 14. art. 3. q.2. Boet. q.2. art.

VEruntamen Scotus in primo, quæstione prima prologi, in solutione primi argumenti, pro philosophis hanc responsionem reprehendit, eo q̄ secundum eam non saluatur necessitas theologiæ: quam argumentum inferre intendebat. Probat autem hoc sic, Ex hac resp̄sione nihil aliud habetur nisi eadem per theologiam & alias sciētias cognosci, quamuis alio modo: ergo non saluatur necessitas theologiæ ab aliis. Tenet cōsequentia ex proportionalitate à te assignata: quoniam ex quo illa conclusio, Terra est rotunda, est scita per alteram scientiarū, reliqua non est necessaria respectu illius quoad sciendam conclusionem, quamuis sit distincta.

¶ Ad hoc respondetur, quod diuersitatē modi sciendi diuersitas obiecti formaliter sumpti seu rationis formalis obiecti comitatur, cōpatiendo tamē quandoque identitatem aliquo modo alicuius conclusionis si adæquata est ratio quata est: vt inferius articulo tertio patet. Vnde eedem res sub diuersis rationibus cognoscendi acceptæ diuersitatē cognoscibilium inducunt. Et propterea dicendo, q̄ est diuersa ratio cognoscibilis implicitè infinuauit alienitatem quoque cognoscibilium, quam iam in prima conclusione expresserat. Et propter hoc negatur Antecedens, quoniā ex hāc responsione quamuis explicitè non habeatur nisi diuersitas modi cognoscendi, implicitè tamen habetur etiā diuersitas cognoscibilium.

¶ Ad exemplum autem de Astrologia, licet dici posset, q̄ exemplorum non requiritur assimilatio in omnibus: tamen exemplum sequēdo dicitur q̄ sicut Astrologia, alio lumine, quàm physica in aliquam conclusionem coincidit, & non in omnes, sic Theologia alio lumine & ea dē veritates, quas aliæ scientiæ, & alias veritates de eisdem rebus cōsiderat. Et sic quemadmodum Astrologia quamuis concidat, quo ad materiam, in aliquam conclusionem physicam: quia tamen alio lumine, & consequenter alias veritates considerat, est non solùm diuersa, sed necessaria scientia: sic & Theologia est ab aliis diuersa & necessaria.

ARTICVLVS II.

¶ *Virum sacra doctrina sit scientia.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̄ sacra doctrina non sit scientia. Omnis enim scientia procedit ex principiis per se notis. Sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, cum non ab omnibus concedantur: non enim omnium est fides, vt dicitur secundæ Thessalo. 3. Non igitur sacra doctrina est scientia.

¶ 2 Præterea, Sciētia nō est singulariū. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahæ, Isaac & Iacob & similibus. Ergo sacra doctrina nō est scientia.

¶ SED CONTRA est quod Augu. dicit 14. de Trinit.* Huic sciētiæ attribuitur illud tātummodo, quo fides salubertima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiā pertinet, nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

*Cap. 1.

¶ Respondeo dicendum, sacrā doctrinam esse scientiam. Sed sciendū est quod duplex est scientiarū genus. Quædam enim sunt, quæ procedūt ex principiis notis lumine naturali intellect⁹, sicut Arithmetica, Geometria, & huiusmodi. Quædā verò sunt, quæ procedūt ex principiis notis lumine superioris scientię: sicut perspectiua procedit ex principiis notificatis per Geometriā: & Musica ex principiis per Arithmeticā notis. Et hoc modo sacra doctrina est sciētia, quia procedit ex principiis notis lumine superioris scientiæ, quæ scilicet est scientia Dei & beatorū. Vnde, sicut Musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico, ita doctrina sacra credit principia reuelata sibi à Deo.

Antecedens patet, quia Deitas non est nisi vna ratio formalis. Præterea de eisdē veritatibus primo impossibile est esse subalternatā & subalternantē: quia vbi illa desinit, hæc incipit: ista sunt de eisdē: ergo. Hæc duo motiua simul ab Aureolo innuuntur sub alia forma sic, subiectū subalternatæ addit ad subiectū subalternantis: sed subiectum Theologiæ nostræ non addit: ergo. Contra secundā autē. Scotus ibidem & in tertio vbi suprà dupliciter arguit, Sciētia subalternata dependet à subalternante vt à causa: ista non dependet sic à scientia Beatorum: ergo. Probatur Minor: Causa scientiæ non est nisi obiectum, potentia, subiectum, vel lumen: quorum nullum est scientia illorum. Præterea subalternata & subalternans sunt compossibiles in eodē subiecto. Istæ non sunt cōpossibiles ergo. Probatur Minor: quia sequeretur quòd idem esset simul comprehensor & viator. Demū contra idem arguit Ducandus subalternans dicit propter quid, & subalternata quia: istæ non sic se habent: ergo. Probatur Minor: quia theologia non habent propter quid: & sic habent, idem dicimus nos & Beati. Puta propter quid Christus est incarnatus, scilicet propter humanam salutem, &c.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito duo. Primū est, quod Theologia nostra potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se. Alio modo vt in nobis viatoribus. Si considereturu secundū se, sic proculdubio est scientia subalternata scientiæ beatæ quò ad euidentiā, cùm ex eius continuabilitate feliciter inducat, dum procedit ex principiis secundū se notis lumine beato: & contra hoc paucæ, aut nullæ rationes militant: quoniā primæ rationes infringunt Theologiam nostram in nobis non esse scientiā: secundæ verò, non esse subalternatā totaliter, non, quò ad aliquid. Si autem consideretur vt in nobis viatoribus, sic difficultates motæ emergunt. Et putatur quòd etiam apud S. Tho. sic accepta non sit scientia nisi æquinocè, vt alibi ipse dicere videtur: nec sit subalternata, nisi secundū quid, scilicet quo ad euidentiam: & si hæc cōsideretur, facilis esset quæstionis solutio. Verūm mihi videtur aliter esse interpretandum S. Tho. quò ad secundū præcipuè punctum. Nam quo ad primum punctum, scilicet quòd Theologia nostra, vt in nobis viatoribus, nō sit, aut sit scientia, vtraque pars potest sanè intelligi dici, & quod nō est scientia, scilicet non habet scientiæ rationem perfectam, quia nō verè scit, qui nō potest resoluere in principia euidētia, & hoc intendit vbicunque hoc innuit: & quòd est scientia imperfecta ratione status præsentis (scientia enim imperfecta nō est extra latitudinem scientiæ) & hoc affirmauit hic litera: & ne daretur occasio male intelligendi, cùm fuisset tantum quæstium, vtrum esset scientia, respōsum est affirmatiuè cum aduertatiua subiuncta, vt completa responsio esset cum condition specificante, & non absolutè: non enim probauit quòd est scientia, sed quòd est scientia subalternata, vt ex qualitate adiuncta intelligeretes imperfectionem, quam in statu hoc habet.

¶ Quò ad secundum verò punctum de subalternatione, videtur mihi quòd de subalternatione simpliciter intendat litera. Tum quoniam de tali distinxerat ante conclusionē. Tum quia vt patet ex dictis, subalternatio, quòd ad euidentiā, oritur ex ratione scientiæ. Et propterea tenendū arbitror quòd Theologia nostra secundū se, vt verè sciētia, simpliciter subalterna vt in nobis verò viatoribus, est sciētia imperfecte, sed simpliciter subalterna. Tu autē notitię eius dispūtas, caue ne fallaris pro eadem accipiens Theologiam secundum se & Theologiam nostram secundum se: hæc enim valde differunt: quoniā Theologia secundū se est scientia: quam nata est parere Deitas secundum se: & hæc est Theologia, quam Deus de seipso habet: sed Theologia nostra distinguitur, si ly Nostra demonstraret humanā naturā simpliciter, in Theologia Beatorum si ly viatorum non oporret autem distingui si ly Nostra demonstret viatores: & sic accipitur in proposito: hæc tamen potest accipi secundum se, & vt in nobis viatoribus. Habes autem distinctionem hanc vltimā ex litera, dum in corollario manifestè loquitur de Theologia nostra, vt in nobis viatoribus: quòd est credere principia. Et in conclusione respondua locutus est de eadem secundū se: conuenit siquidem ei, secundū se otiri ex principiis notis secundū se lumine superioris scientiæ, &c. Secundò est: quòd quia omnia nostra translata in Deum, seclusis imperfectionibus transferri intelliguntur, consequens est & q̄ sciētia ratione euidentiæ & certitudinis, non quo ad discursus imperfectione, & q̄ subalternate, nō quò ad discursū demōstrativo probare principia subalternatæ: sed quò ad euidentiam illorū & causalitatem notitiæ eorum in alia transferatur in Dei scientiam: ac per hoc nō oportet ex subalternatione quòd principia Theologiæ nostræ sint conclusiones Theologiæ Beatorū, sed sat est q̄ sint propositiones euidētes Theologiæ Beatorum. Sicuti Geometria absque discursu esset, haberet quā nunc habet euidentiā de principiis perspectiuæ, sed non eodem modo, & nihil minus subalternans esset. Quia igitur conclusiones theologales procedūt ex articulis fidei, vt principiis non in se euidentibus, sed in scientia Dei & Beatorum, consequēs est quòd habeat essentialem conditionem constitutiuam scientiæ subalternatæ, & q̄ est scientia ex cōtinuatione ad scientiā Dei & Beatorum: & quòd habitus per se principiorum eius est scientia diuina, habitus verò per accidens eorum est fides: & quòd non opponitur scientiæ beatæ ex parte obiecti, nec subiecti: sed secundum euidentiam & ineuidentiam negatiuæ & quòd sint compossibiles in eodem subiecto simul. Nec est idem iudicium de scientia subalternata & fide: quoniam lumen diuinum absolute est per se ratio formalis huius notitiæ, inquantum scientificè est: Lumen autem diuinum obumbratum est per se ratio assensus fidei, quæ per ac-

¶ Circa hanc distinctionem ac differentiam, vide quòd ex propria ratione scientiæ absolutè nascitur hæc differentia assignata in litera: & propterea tanquam prima & essentialis differentia inter subalternantem & subalternatam suscipienda est: & ex his oportet omnes difficultates solui, si doctrina vera est. Scito igitur, quòd de ratione scientiæ absolutè, vt distinguitur contra alios habitus seu virtutes intellectuales, & habere conclusiones visibiles in alio, id est in principiis: quoniā omnis sciētia ex principiis oritur necessario. Et ex hoc sequitur, quòd nec scientia subalternans, nec subalternata habet euidentiam cōclusionum in seipsis, sed aditus habitu principiorum: verūm in hoc differunt, q̄ subalternantis conclusiones visibiles sunt ex & in principiis, immediatè: id est, absque alio medio habitu. subalternatę verò conclusiones visibiles sunt ex & in principiis per se notis mediatè, mediāte scilicet habitu scientifico subalternante. Et hæc est essentialis & per se differentia inter subalternantem & subalternatam scientiam. Cæterę autem conditiones sunt consequentes, aut sunt talis subalternæ, non subalternæ vt sic. Puta quòd vna dicat quia: & altera propter quid: aut quòd obiectum a ddat differentiam accidentalem extraneam. Hæc nanque est conditio subalternationis quò ad obiectum, illa vero subalternationis quò ad principia, gratia materiæ, vt infrà patebit. Essentiale ergo omni scientiæ propriè dictæ, id est discursiuæ, est habere conclusiones visibiles non in & ex se, sed in & ex alio. Et ex his deducuntur quinque. Primò quòd omnis scientia est scientia ex sua continuatione ad habitum superiorem: quoniam non nisi ex illa continuatione euidentiam habet conclusionum. Et vt dicitur primo Posteriorum, Non sciet non habens demonstrationem demonstrabilium. Demonstratio enim est quæ continuat, non errando modo, actu vel potentia. Secundò quòd sciētia subalternata est scientia ex continuatione seu continuabilitate ad scientiam superiorem eadem ratione. Tertiò, q̄ per se habitus principiorum proximorū subalternatæ est habitus scientificus subalternans. Quartò, quòd sciētia subalternans & subalternata non necessario opponuntur ex parte obiecti, nec ex parte subiecti, sed potius ex parte conditionum medii: quia scilicet medium in subalternante immediatè iūgitur principiis per se notis, subalternatæ verò immediatè, mediante scilicet habitu alterius speciei. Quintò, quòd subalternata & subalternans sunt compossibiles in eodem subiecto: quia non opponuntur ex parte subiecti. Et ex his deducitur sextum, q̄ principia proxima subalternatæ possunt duplici habitu cognosci, scilicet scientia superiori, & fide, vt in litera expresse dicitur, dum in corollario ponitur fides de principiis, & in distinctione ponitur lumen superioris scientiæ de eisdem. Sed scientia superior est eorum habitus per se, quia ex essentiali comparatione ex qua habet subalternata, quòd sit scientia. Fides verò est eorum habitus per accidens, quia ratione subiecti in quo est, pura perspectiui, non geometræ: Est autem vnum hic aduertendum, quòd in prima & essentiali conditione subalternatæ scientiæ concurrunt duo. Primum est ineuidentia in se euidentia ex & in alio. Secundum est mediatio principiorum proximorum, quæ est causa illius ineuidentiæ in se: sed primum horum est formale, & consequenter omnino semper requisitum: secundum autem aurem est materiale. Si enim posset saluari illa ineuidentia cum visibilitate in alio absque meditatione, nihil minus subalternaretur illi. quia, vt iam patet ex dictis, penes illum modum euidentiæ, est essentialis & per per se differentia inter subalternatam: & hinc sequitur, quòd non oportet principia subalternata, ex formali ratione subalternationis, habere propter quid, sed sat est esse illo modo propositiones ineuidentes & visibiles.

¶ Conclusio modificata est; Sacra doctrina est scientia subalternata scientiæ Dei & Beatorum. Probatur, Habitus acquisitus ex principiis notis, lumine scientiæ Dei & Beatorum, est scientia subalternata illi. Sacra doctrina est huiusmodi: ergo.

ſ Corollarium est, Sacra doctrina credit principia reuelata sibi à Deo. Probatur ex conditione subalterni artificis. Musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico. ergo, &c.

CIrca hunc articulum aduerte conclusionem responsiuam habere duas partes, scilicet & quòd Theologia est scientia: & quòd est subalternata scientiæ Dei. ſ Contra quidem primam partem multipliciter arguitur à Durando, Aureolo, & Gregorio de Arimino, vt habes hic à Capreolo, ex conditionibus ipsius scitę & demonstrationis assignatis primo Posteriorū, & 6. Ethicorum. ſ Ex parte obiecti quia scientia est de necessariis ista est de contingentibus, puta incarnatione, prædestinatione, glorificatione, &c. Ex parte principiorum: tum quia scientia est ex per se notis: tum quia habitus principiorum scientiæ est superior habitu conclusionis. Ex parte certitudinis: tum quia scient scit se scire: tum quia scientia est virtus intellectualis. ſ Et si dicatur, quòd Theologus scit se scire ex suppositione, scilicet si articuli fidei sint veri. ergo, inquit Aureolus, ista est scientia consequentiarum & non consequentium: & necessitatis consequentiæ, & non consequētis: & breuiter illationum, non rerum. ſ Ex parte modi: Sacra doctrina, inquit Scotus in tertio sent. distin. 18. vigesima quarta, quæstione prima, nō est tradita per discursum syllogistícum, sed omnibus æquè assentimus, ita quòd non vni propter aliud ergo: Antecedens nanifestatur: quia licet arguatur primæ ad Corinth. decimoquinto, & à doctoribus, Nulla tamen ma ior certitudo est probatæ quàm probantis; aut probatæ, & non probatæ, sed simpliciter propositæ, quod in scientia nō contingit. ſ Ex parte demum, subiecti, fides & scientia apud te non stant simul, inquit Scotus ibidem, & quæstione tertia prologi primi. ergo.

¶ Contra secundam autem partem seu minorem allatæ rationis multipliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidens est vt dictum est, habitus principiorum notũ, & ideo habitus principiorum non remanebit in patria, scientia autem acquisita ex iis remanebit, iuxta illud Hyeronimi, Discamus in terris, &c. Vnde ad rationes in oppositum contra primam partem inductas sigillatim propter nouitios respondẽdo dicitur

Ad ar. 5.

b ¶ Et ad primum dicitur, q incarnatio & alia huiusmodi secundum se contingẽtia, vt subsũt huic scientiæ, sunt necessaria, quæ nadmodũ vt scita à Deo sunt necessaria, vt in quæstione decima quarta patebit.

* In cap. antic.

¶ Ad secundũ vero iam patet, quòd ista scientia est ex per se notis id est euidentibus mediatè, & hoc sufficit, iuxta illud primi Topicorum, Demõstratio est ex per se notis: vel ex iis quæ per illa fidem sumpserunt: habitus quoque per se principiorũ huius scientiæ est altior ipsa, quicquid sit de habitu per accidẽs, id est fide, quæ dici potest altior scientia quòd ad adhæsionem, licet non quo ad euidentiam.

3 infrà ar. 4. Et 1. prolo. art. 2. 3. & 4. cap. & 5. 2. * tex. 43. tom. 1.

¶ Ad tertium autem dicitur, q Theologus scit se scire non conditionaliter, sed subaltere: hoc autem non est scire illationes tãtum, sed illata ex principiis euidentibus in superiori scientia. Nec plus potest inferri ex tali euidentia, nisi q tale scire non est perfectum, nisi cõtinuetur cum superiori scientia: quod non solum concedimus, sed docemus. Et similiter dicimus quod scientia subalterna vsquequo non continuatur subalternanti, non est virtus intellectualis, sed inchoatio virtutis intellectualis, & ideò spectat ad eandem virtutis speciem, scilicet scientiam.

¶ Ad quartum, quod est Scoti, negatur Antecedens: quoniam in sacra Scriptura traduntur demonstrationes virtualiter, & generatur alius habitus à fide ex deductione conclusionum ex articulis fidei. Nec est verũ quòd omnibus assentiamus quæ seu eodem modo: quoniã articulis assentimus nõ propter aliud, conclusionibus autem, de quibus solis est hæc scientia, assentimus propter articulos. Et cùm dicitur quòd æquè assentimus probatis & simpliciter propositis, respondetur, si omnia simpliciter credenda proponerentur, Theologia nostra in se quidem esset scientia, quia conclusiones suæ secundum se natæ sunt deduci ex articulis fidei, sed quò ad nos non esset scientia sed fides: & non solùm æquè, sed eodem modo assentiremus omnibus: verùm quia de facto articuli proponuntur nobis simpliciter credendi, cætera autem vt ex articulis deducenda, ideo non eodem modo assentimus principiis & conclusionibus. Nec æque allentimus conclusionibus probatis & non probatis: propter quod circa non probatas, tanta opinionum diuersitas in sacra doctrina roleratur: & propterea est scientia non solùm in se, sed quò ad nos, imperfecta tamen.

¶ Ad vltimum autem iam patet, quòd non ponimus fidem & scientiam de eodem simul: quia fides est de articulis, scientia autem de conclusionibus.

¶ Ad argumenta verò contra secundam partem respondendo dicitur, quòd scientia de Deo, adæquata, non potest esse nisi vna, inadæquata verò potest multiplicari: talis autem est Thologia. Vel dicatur & melius, quamuis in diem redeat, quòd Antecedens est simpliciter falsum, quoniam ad vnitatem scientiæ requiritur & vnitas rationis formalis obiecti vt res, & vnitas rationis formalis obiecti vt obiectum, vt in sequenti patebit articulo. In proposito autem, quamuis Deitas sit vna ratio formalis obiecti vtriusque Theologiæ vt res est, alia tamen & alia est ratio formalis eiusdem obiecti, vt obiectum est in vtraque Theologia: quoniam Deus vt clarè visus obijcitur Beatis. Deus autem vt reuelatus obstrahendo à claritate & obumbratione, obijcitur Theologiæ nostræ absolutè sumptæ.

¶ Ad secundũ dicitur, quod Theologia nostra & Beatorum non sunt de eisdem veritatibus, prout manifestè patet de veritatibus articulorum fidei, de quibus est Theologia Beatorum, non nostra. Et per hoc patet responsio ad formam argumenti Aureoli. Concedi siquidem potest quòd subiectũ Theologiæ nostræ addit aliquo modo ad subiectum Theologiæ Beatorum accipiendo subiectum nostræ Theologiæ pro toto aggregato ex subiecto vt re & vt obiecto: sic enim subiectum est Deus reuelatus. Reuelationem autem cõstat addere differentiam accidentalem. Ats pertinaciter ex parte obiecti, vt res est, additionem talem quis exigat in subiecto subalternante, negatur assumptum vniuersaliter: licet in quibusdam verificetur. Nec oppositum dicitur primo Posteriorum: sed docetur ibidem, q vna scientia non descendit in aliam nisi subiectum sit sub subiecto simpliciter, vel sic, quod concedimus, dum dicimus scientiam Beatorum descendere in nostram: quia formale subiectum vt res, est omnino idem vtrobique, & vt obiectum, huius est sub obiecto illius.

¶ Ad reliqua verò obiecta contra secundum punctum dicitur, q ista scientia dependens Theologia Beatorum vt à lumine: & quòd sunt compossibiles simul in eodem. Nec sequitur q, idem sit simul viator & comprehensor, fed sit simul comprehensor & habens scientiam, quam acquisiuit in via. Aliò modo non solum propter exclusionem discursus, sed propter perfectionem, quam ex continuatione ad scientiam Beatorum sortitur.

¶ Ad vltimum Durandi negatur theologales conclusiones non habere propter quid, quicquidsit de principiis. Et, si idem propter quid nos & Beati dicamus, non tamen eodem modo: quia illi euidenter, nos autem absque euidentia. Ats principia dicantur oportere habere propter quid, responsum est, q sufficit q non sint euidentia in subalternata, sed in subalternante: & hoc loquendo de propter quid propriè. Nulla namque est propositio pure theologalis, quæ non habet aliquo modo propter quid. Et sic patet responsio ad omnia obiecta.

ARTIC. III.

¶ Super quæstionis primæ Articulum tertium.

IN titulo nota duos terminos, scilicet subiectũ & prædicatũ: ly enim in sacra doctrina, sumitur pro tota scientia theologica: ly Vna, supponit pro vnitate specifica speciei specialissimæ. Et adhuc caute q

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd principia cuiuslibet scientiæ vel sunt nota per se, vel reducuntur ad notitiam superioris scientiæ: & talia sunt principia sacræ doctrinæ, vt dictum est. *

¶ Ad secundum dicendũ, quòd singularia traduntur in sacra doctrina, non quia de eis principaliter tractetur, sed introducũ tur tum in exemplũ vitę, sicut in scientiis moralibus: tum etiam ad declarandũ auctoritatem virorum, per quos ad nos reuelatio diuina processit, super quam fundatur sacra Scriptura seu doctrina.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sacra doctrina sit vna scientia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina non sit vna scientia: quia secundum Philosophum in primo posteriorũ,* vna scientia est, quæ est vnius generis subiecti. Creator autem & creatura, de quibus in sacra doctrina tractatur, non cõtinentur sub vno genere subiecti. Ergo sacra doctrina non est vna scientia.

¶ 2 Præterea, In sacra doctrina tractatur de Angelis, de creaturis corporalibus, de moribus hominum. huiusmodi autem ad diuersas scientias philosophicas pertinẽt. igitur sacra doctrina non est vna scientia.

¶ SED CONTRA est, quòd sacra Scriptura de ea loquitur sicut de vna scientia. dicitur enim Sapien. 10. Dedit illi scientiam Sanctorum.

¶ RESPONDEO dicendum, sacram doctrinam vnam scientiam esse. Est enim vnitas potentiæ & habitus considerandа secundum obiectum: non quidẽ materialiter, sed secundum rationem formalem obiecti c: puta homo, asinus & lapis cõueniũt in vna formali ratiõe colorati, quod est obiectum visus. Quia igitur sacra Scriptura considerat aliqua secundum quòd sunt diuinitus reuelata (secundum quod

*Atticus. præced.

d. 1154

d. 379

1

recedens declaratur in potentia visua, & ratione formali sui obiecti. Consequentia verò probatur. Omnia considerata in sacra doctrina cõmunicant in vna ratione formali obiecti huius scientiæ, scilicet lumine diuinæ reuelationis: ergo.

¶ Ad euidentiam huius rationis nota duplicem esse rationem formalem obiecti in scientiam, alteram obiecti vt res, alteram obiecti vt obiectum: vel alteram vt quæ, alteram vt sub qua. Ratio formalis obiecti vt res, seu quæ, est ratio rei obiectæ, quæ primo terminat actum illius habitus, ex qua fluunt passiones illius subiecti, & quæ est medium in prima demonstratione, vt entitas in Metaphysica, quantitas in Mathematica, & mobilitas in Naturali. Ratio autem formalis obiecti vt obiectum, vel sub qua, est immaterialis talis, seu talis modus abstrahendi & diffiniendi: puta sine omni materia in Metaphysica, cum materia intelligibili tantum in Mathematica, & cum materia sensibili, non tamen hac, vt in naturali. Necessitas autem, qualitas & distinctio harum rationum sumenda est ex distinctione duorum generum, in quibus oportet locare obiectum scientiæ. Oportet enim, quòd formaliter sit talis res, taliter scibilis. Et ideo oportet quòd habeat & rationem formalem constituentem formaliter ipsum in tali esse reali, & rationem formalem constituentem formaliter ipsum in tali esse scibili, vt sic reponatur & in genere rerum, & in genere scibilium: quemadmodum obiectum sensus est in duobus generibus, scilicet in passibili qualitate, & sub sensibili. Aliæ namque sunt differentiæ & species passibilis qualitatis, & aliæ sensibilis. Illius enim sunt species, Color, Sonus, Odor &c. Ifius vero speciei sunt, Visibile, Audibile, Odorabile. illius differentiæ sunt: constitutiuæ rerum obiectarum, ifius differentiæ nihil ponuntin ipsis rebus obiectis. Illæ rursus constituunt subiecta, istæ passiones iuxta illud secundi de Anima: vbi visibile prædicatum secundi modi per se seu passio ponitur color. Et quemadmodum sensus distinctio & multiplicatio non attenditur secundum quãcunque diuisionem sensibilis, qualitatis, sed solum secundum illum in illa quinque, ex quibus fluit diuisio per se sensibilis in eo quòd sensibile, per proprias scilicet differentias ipsius sensibilis: puta taliter immutatiuum esse sensus, &c. quoniam sensus dicitur diuidi secundum diuisionem sensibilis, inquantum sensibile ita obiectũ scientiæ est in genere entis, & in genere speculabilis, ita q hæc duo genera aliis & aliis differentiis propriis diuiduntur in proprias species. Entis enim differentiæ proprie sunt cõstitutiuæ entium in suis generibus realibus: sicut esse per se cõstituit substantiam, & esse in alio accidens, &c. Speculabilis autem propriæ differentiæ nihil ponunt in entibus. Vnde illæ intrinsece constituunt subiecta, ista cõstituunt quasi passiones eorum quandoquidem & speculabilitas entis passio est. Et propterea illa sola entis diuisio diuersificat habitus speculatiuos, quæ infert propriam diuisionem speculabilis, vt speculabile est, per proprias differentias ipsius speculabilis: quę penes diuersitatem modi abstrahendi a materia sumuntur sexto Metaphysicæ. Ita quòd primo diuiditur ratio entis in entitatem simpli citer in quantitatem & mobilitatem, & Deitatem. Et ex hac fluit alia diuisio scibilis, in scibile per lumen Metaphysicale, id est, medium illustrarum per abstractionem ab omni materia: & per lumen mathematicum, id est medium illustratum immaterialitate sensibili, obumbratum tamen materia intelligibili: & per lumen physicum obumbratum, id est, medium obumbratum materia sensibili: illustratum autem ex separatione in diuiduallium conditionum: & per lumen diuinum, id est, medium diuino lumine fulgens, quod scibile theologicum constituit. Habet igitur obiectum scientiæ duplicem rationem formalem, alteram quidditatiuam sibi vt res est: alteram denominatiuam sui simpliciter, Quidditatiuam autem sibi, vt est sub genere scibilis, quod est esse sub genere obiecti: quoniam scibile species est obiecti. Et ideo dictum est, quòd altera est obiecti, vt obiectum est: & quoniam quæmadmodum sensus distinguitur secundum diuisionem sensibilis vt sic, ita scientia diuiditur secundum diuisionem sensibilis vt sic: ita q vbi est vna species specialissima scibilis, vbi oportet esse vnam tantum speciẽ scientiæ, quæmadmodum etiam in sensu & sensibili accidit. Et vbiplores differentiæ scibilis, vt sic, reperiuntur, diuersitæ oportet scientiæ species poner & si his adiunxeris, quòd differentiæ scibilis, vt sic, sunt ipsę rationes formales obiecti scibilis, vt obiectum est, de necessitate sequitur, quòd vnitas & diuersitas specifica scientiarum attendantur penes vnitatem & diuersitatem rationum formalium obiectorum vt obiecta sunt, vel quòd idem est rationum formalium, sub quibus res cognoscuntur. Et hoc est quod in litera dicitur, dum ratio, quare Theologia sit vna scientia assignatur, ex vnitate rationis formalis sub qua, seu obiecti vt obiectum, id est luminis diuinæ reuelationis. Omnia enim dicuntur considerari in Theologia inquantum sunt diuinitus reuelabilia, Et sic patet vis & sensus rationis allatæ in litera.

¶ Circa hãc rationem sic expositam occurrit triplex dubium. Primũ circa ipsam rationem, secundũ circa Antecedens: tertium circa propositionem assumptam in probatione consequentiæ. Et sunt sigilla tim absoluenda ordine proposito.

¶ Circa rationẽ igitur literæ, dubiũ occurrit, quia in cquiuocationẽ cecidit. quoniam in antecedente loquitur de ratione formali obiecti vt res est (vt patet ex ei probatione in visu) assumitur nanq; coloris ratio pro ratione formali visibilis: coloris autem ratio est ratio formalis visibilis inquantum res, vt patet. Probatio verò consequentiæ loquitur de ratione formali obiecti, vt obiectum est: quoniam reuelabilitatẽ subsumit esse rationem formalem obiecti Theologiæ. Ergo manifestè committitur æquiuocatio, sub ratione formali obiecti, vt res subsumendo rationem formalem obiecti, vt obiectum.

¶ Ad hoc dicitur negando Assumptum. Quoniam Antecedens supponit indistinctè pro ratione formali obiecti, siue vt res, siue vt obiectũ: quamuis sit manifestatum quò ad rationem formalem obiecti, vt res, tum quia notior est, tum quia cõuertibiliter se consequuntur illæ duæ rationes formales, vt subiectum & passio, vt dictum est: & propterea absque æquiuocatione subsumi potuit de ratione formali obiecti vt obiectum est, scilicet reuelabilitate. Et merito magis ratio obiecti, vt obiectum, subsumpta est, quam ratio obiecti vt res: tum quia ratio obiecti theologici, vt res, adhuc non est assignata, sed in articulo septimo discutienda erat: talia verò est assignata & in primo & in secundo articulo. Tum quia ratio illius vt res, non infert speciem specialissimam obiecti, vt sic, & consequenter nec speciem specialissimam scientiæ, vt nunc nunc patebit, & sic non habuisset intentum suum.

Sed contra responsionem insurgit maior difficultas. Quoniam si verum est, q ratio formalis obiecti, vt res, & ratio eius, vt obiectum, se habent vt subiectũ & passio conuertibiliter (vt præfata responsio sustinet, & prius est dictũ) sequitur quòd Theologia Beatorum & nostra conueniãt in vna ratione formali obiecti vt obiectum est: & consequenter sint vna scientia secundum speciem specialissimam, & consequenter ruit tota subalternatio articuli præcedentis, vt ibi arguebat Scotus: quia idem non subalternatur sibi. Probatur sequela sic, Ista Theologiæ conueniunt in ratione formali obiecti vt res, quia Deitas est ratio formalis vtrobique: ergo in ratione formali obiecti, vt obiectum. Patet consequentia: quia illæ duæ rationes formales conuertibiliter se inferunt, vt subiectum & passio secundum dicta. Oportet enim conueniẽtia in vnitate subiecti, quòd conueniant in vnitate passionis illius: quoniam inseparabilis est passio à subiecto.

¶ Ad hoc dicitur, q illa propositio, scilicet ratio formalis obiecti vt res, & ratio eius vt obiectũ, sunt cõuertibiles, &c. verissima est, sanè intellecta: scilicet de ratione formali obiecti vt sic, adæquata rationi formali rei. Secus autẽ est de ratione formali obiecti, vt obiectũ inadæquata rationi formali obiecti vt res, si contingit aliquod obiectum habere rationem inadæquatam: quoniã inadæquatam non oportet conuerti cum ratione retised inferre quide illam, & non necessario inferri ab illa. Sic autem est in proposito: quia Deitati respondet vna tantum ratio formalis adæquata obiecti, vt obiectum est, & hæc est lumen diuinum. Sed illa ratio formalis nõ est vna in specie, sed in genere. & diuiditur in lumen diuinum euidens, & lumen diuinũ reuelans, abstrahendo ab euidentia & ineuidentia, & lumen diuinum ineuidens & primũ est ratio, sub qua Theologiæ Beatorum, secundum nostræ, tertium fidei. Et propterea cum vnitate rationis formalis obiecti, vt res, stat diuersitas specifica rationum formalium obiecti illius, vt obiectum: & consequenter diuersitas specifica habituum. Et ideo quamuis Deitas conuertatur cum illa ratione adæquata, & mutuò se inferant, non tamen cõsurgit cum aliqua specie illius. & consequenter nullã earum determinarè infert, sed infertur à singulis: valet enim, Deus, sub ratione Deitatis, est obiectum talis scientiæ: ergo sub lumine diuino & è conuerso. Sed non valet, ergo sub lumine euidenti: aut, ergo sub lumine reuelationis, &c.

¶ Et, vt scias radicẽ responsionis huius, aduerte, quòd licet duæ rationes formales sæpius nominatæ se habeãt conuertibiliter, vt subiecta & passio, nõ tamen conuertibiliter se habent in gradu vnitatis, ita quòd si altera vna est vnitate specifica specialissimè, altera quoque sit sic vna: &, si altera est vna genere, quòd reliqua quoque sit vna generice, imò totum oppositum in pluribus apparet. Nã in obiecto Metaphysicæ ratio entis est vna minus, quàm genere: & tamen ratio suæ speculabilitatis, scilicet abstractio à materia sensibili & intelligibili, est vna secundum speciem specialissimam. Et idem apparet in Geometria & Arithmetica: quarum subiecta habent vnitatẽ genericam vt res, & speciei atomæ, vt obiecta. Et per oppositum quandoque ratio rei est vna secundum speciem atomam, & ratio obiecti, vt sic, est vna secundum genus, vt in

propositio contingit de Deitate & lumine diuino. Et meritò oppositio modo obiectum Theologiæ se habet ad obiecta prædictarum scientiarum: quia obiectum formale, vt res est, infinitum est. Consonat quippe rationi, vt rei species infinita excedat speciei obiecti finitas: quamuis adæquetur generi. Posset quoque dici, quòd ratio formalis obiecti dupliciter assignatur, scilicet ex parte obiecti: & hæc conuertibiliter se habet ad rationẽ rei. Vel ex parte defectiuæ potentiæ: & hæc non conuertitur, sed infert rationem formalem rei, & non inferturab illa. Sic autem est in proposito: quia Deitas & lumen diuinum conuertuntur: sed Deitas & lumen diuinum sic non conuertuntur, sed tale lumẽ infert & claudit in se Deitatem: non autem è conuerso. Et ideo licitũ fuisset etiã sub ratione formali rei subsũmere lumen reuelationis: quoniam in hoc claudit ur illa.

4 Infrà ar. 5. c. & 1. prol. art. 3. q. 1. * Tex. 3.

¶ Circa Antecedẽs est dubium, habens campum valde magnum, de vnitate & diuersitate habitus & potentiæ ex obiecto: & propterea opotteret de hoc facere potius quæstionem specialem. Sat sit hic, quòd Antecedens illud ex secundo de Anima habetur, vbi potentiæ per actus, & actus per obiecta distingui dicuntur. Idem est enim de actu & habitu iudicium, quò ad hoc.

Circa propositionem assumptam in probatione consequentiæ, scilicet omnia considerata in sacra doctrina conueniunt in vna ratione formali, id est, reuelabilitate diuina, dupliciter dubitatur. Primò contra ipsam in se. Secundo contra ipsam, vt applicatur ad inferendum vnitatem specificam Theologiæ. Contra ipsam quidem in se, arguit Albertus Magnus in 1. lib. Summæ suæ Theologiæ, Reuelabilitas nihil ponit in re reuelata, ergo non est ratio formalis, Tenet sequela, quia ratio formalis ponit aliquid in obiecto, cuius est ratio.

¶ Deinde arguit Aureolus: Lumen diuinum se habet ad Theologiam, vt intellectus agens ad scientias acquisitas. ergo non est ratio formalis.

¶ Præterea, Deus se habet vt præceptor: ergo sua reuelatio non est ratio formalis.

¶ Contra ipsam autem, vt infert vnitatem scientiæ, arguit Aureolus: Si Deus reuelaret simul Philosophiam & Geometriam, non propterea esset vna scientia. ergo ex vnitate reuelationis non sequitur vnitas scientiæ, &c.

¶ Pro euidentia responsionum ad has obiectiones, vltra prædicta scito, quòd lumen diuinæ reuelationis dupliciter comparari potest ad aliquam scientiam. Primò vt infundens ad infusum, seu causa efficiens ad effectum: & sic non dat vnitatem scientiæ: quoniam potest omnes scientias, quantuncunque diuersas, infundere. Aliò modo vt ratio seu modus cognoscendi obiecti, sub quo seu qua attingatur res reuelata à cognoscente; & sic dat vnitatem scientiæ. Et quamuis ista duplex comparatio concurrat hic simul, non tamen oportet semper simul concurrere, si enim Deus reuelaret mihi Geometriam, nõ propterea reuelatio esset ratio sub qua, obiecti Geometriæ meæ: quoniam ergo scirem geometricalia sub illamet ratione formali, qua alij Geometræ scirent. Sed in Theologia concurrit vtraque comparatio, quoniam & hæc scientia non nisi per infusionem habita est, & res scitæ in ea omnes attinguntur, & eis assentitur, vt subsunt diuino lumini, vt modo cognoscibilitatis earum, Et propterea vnitas Theologiæ infertur in litera ex vnitate diuini luminis, non vt infundens est, sed vt est ratio formalis sub qua, modo superius exposito.

¶ Et ex his patet facilè responsio ad obiecta. Nam ratio Alberti æquiuocat de ratione obiecti, ex conditionibus rationis formalis obiecti, vt res, excludendo rationem formalem obiecti vt obiectum, &c. Prima autem ratio Aureoli deficit. quia lumen diuinum se habet vt intellectus agens, sed non tamen, sed etiam vt ratio formalis obiecti, vt obiectum est. Secunda verò eodem modo deficit: quia præceptoris illuminatio hic non solùm est infusio, sed ratio rei infusæ, sub qua. Et tursus falsum est, quòd ab vno præceptore, vt sic, possint plures scientiæ prouenire. Ad vltimum autem Aureoli iam patet quòd consequentia nihil valet: quia lumen diuinum infundendo physicam simul & mathematicam, non concurrit vt ratio obiecti, vt obiectum est, sed vt infundens tantum, &c.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum quartum.

IN titulo notandum est quid nominis scientiæ speculatiuæ & practicæ. Scientia speculatiua vocatur, cuius finis proprius non est, nisi scire: scientia autem practica est, cuius proprius finis est operari, vel opere appetitus vel potentiæ executiuæ, dicente Aristotele 2. Ethicor. Huiusmodi sermonem suscipimus, non vt scientes simus, sed vt operantes, &c.

¶ In corpore duæ conclusiones. prima est, Theologia nec est purè practica, nec purè speculatiua, sed altior, comprehendens in se eminentius rationem practici & speculatiui.

¶ Antequam conclusio probetur, ad euidentiam sensus cõclusionis scito, quòd practicum & speculatiuum, neq; sunt differentiæ essentiales, neq; quasi passiones consequentes differentias essentiales, primò diuidentes scientiam in communi, sicut nec visiuum & audituũ sunt differentiæ primò diuidentes sensum in communi. Sed quemadmodum sensus prius diuiditur in communem & proprium, & deinde sensus proprius diuiditur in visum, auditum, &c. Ita scientia prius diuiditur in scientiam infinitam & finitam: & deinde scientia finita

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuiditur in speculatiuam & practicam. Et ratio huius est, quia vna ratio formalis obiecti finita, non potest habere vtranque conditionem, & quòd sit, ex qua sumatur regula operandi, & quòd sit in se scibilis: etiam si nulla posset ex ea regula operis fami: sed oportet has duas cõditiones in duabus fundari rationibus formalibus finitis, vt patet inductiue. Sed si ratio formalis alicuius obiecti scibilis est infinita, is ex sua infinitate, vtranque in se conditionẽ comprehendit, altiori modo, quàm sint in rebus finitis, eò quòd dispersa in inferioribus, vnitè præ-inueniuntur in superiori. Et propterea sicut præter sensus proprios datur sensus altioris ordinis, qui non est visus, nec auditus, &c. ita præter scientias speculatiuas & practicas datur scientia altioris ordinis, nõ speculatiua nec practica, sed eminenter eõtinẽs vtranq;. Et iuxta hũc sensum intelligitur conclusio. Vnde in litera dicitur, quòd licet in scientiis physicis alia sit speculatiua & alia practica, id est, practicum & speculatiuũ faciant alietatem, quæ est differentia substantialis: sacra tamen doctrina vna existens cõprehendit vtrunque, vtpote scientia altioris ordinis.

*Articu. præced.

¶ Probatur igitur conclusio in litera sic, Sacra doctrina vna existens extendit se ad ea, quæ spectant ad scientias speculatiuas & practicas. ergo ipsa est altior, comprehendens sub se vtrunque. Antecedens probatur ex præcedente articulo: Sacra doctrina attendit vnam rationem communem speculabilibus & operabilibus, scilicet inquantum sunt diuinitus reuelabilia: ergo. Consequentia probatur quia huiusmodi scientia est sicut scientia Dei, qui scientia eadem scit se & opera sua: ergo.

¶ Aduerte hic pro claritate literæ tria. Primum circa probationem consequentiæ ex antecedente probato: quòd illa probatio est optima, & à priori & non per locum à simili. Cùm enim theologia nostra nihil aliud sit, quàm impressio & sigillum proprium scientiæ diuinæ (quoniam vtraque est de Deo, inquantum Deus: & hæc ab illa deriuatur sub illius luminis propria quamuis parua participatione) consequens est quod vnitas illius vnitatem istius, & altitudo illius, qua ad vtrunque genus extenditur, aititudinem istius inferat. Et propterea ly Sicut, in litera pro probatione appositum, nõ dicit puram similitudinem, sed assimilationem proprij exemplari ad proprium exemplar, &c.

¶ Secundum est, quòd media in litera posita sic se habent, quòd hæc doctrina ideo comprehendit sub se vtrunque, scilicet speculatiuum & practicum, quia vna existens extendit se ad omnia. Et hoc ideo, quia sub vna ratione formali omnia considerat: & hoc ideo, quia est imitatio propriæ scientiæ qua se, & cætera Deus scit, &c.

¶ Tertium est circa ly, Vnde licet in scientiis, potest enim elici alia ratio ad probandã eandem consequentiam. Intendit enim, quòd quia, si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & econuerso, vt dicitur in primo Posteriorum: cum ex Antecedente habeatur vnitas rationis formalis in Theologia, cum, diuersitate rationum formalium physicarum scientiarum: & conflet quòd diuersitas rationum formalium diuersificat physicas in speculatiuam & practicam: sequitur quòd ex non diuersitate seu vnitate rationis formalis Theologiæ, ipsa erit vna simul continens speculatiuam & practicam.

¶ Secunda conclusio est. Theologia est magis speculatiua, quàm practica. Probatur dupliciter. Primò, Agit principalius de rebus diuinis quàm de actibus humanis: ergo. Scundo sic, Agit de actibus humanis propter Dei speculationẽ: ergo. probatur Antecedens, quia in speculatione consistit æterna beatitudo.

¶ Circa prædicta aduertenda sunt duo. Primũ est, quòd hæc interpretatio primæ conclusionis non est ficta aut noua, sed in corpore articuli insinuata, vt pater diligenter ponderanti, quid importat dicere, quod vna existens extendit se, &c. & consideranti, quòd loquitur de vnitate specifica, quam constat per se vnum constituere. Per hoc enim manifestè excludit eadem interpretationem eorum, qui intelligunt Theologiam comprehendere in se practicum & speculatiuum per modum aggregationis: cum enim non esset vna nisi per aggregationem, & non sub vna ratione formali, sed duabus: & proprie non comprehenderet sub se vtrunque, vt in litera dicitur, sed componeretur ex vtroque. Et quorsum ratio de identitate scientiæ Dei adducta esset in litera? Et, vt omnia horum euacuetur phantasia, videat Sanctum Thomam Secunda secundæ quæst. 45. artic. 3. vbi expresse ponit, sapientiam infusam esse altioris ordinis quàm sit speculatiuum & practicum eadẽ ratione, quam hic assumit: quia scilicet, quanto est altior ratio, tanto ad plura se extendit vna existens. Et attribuitur alia ratio, quia scilicet hoc pertinet ad dignitatẽ. Cum ergo ista scientia sit dignissima vt patebit, & habeat rationem vnam communem omnibus practicis & speculatiuis, & sit diuini ordinis, tenebris inuolui opus est eum, qui aliter interpretatur eam comprehendere vtrunq; quàm vt scientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce præcedentis articuli, vbi expresse hæc doctrina ad alias scientias proportionem habere dicitur, sicut sensus communis ad sensus proprios: & ideo non diuersificari ex differentiis obiectorum earum, vtpote altioris ordinis. Et tangitur vtraq; ratio hic assignata, & ex parte vnius rationis formalis altioris, & ex parte imitationis diuinæ scientiæ: quia scilicet est impressio & sigillatio propria illius, quæ est vna & simplex non per aggregationem omnium. Nec obstat comparatio subiuncta in secunda conclusione: quoniam cum hoc, quod est eminenter vtrunque, stat, quòd sit formaliter vtrunque, sicut sol est eminenter calefactiuus & exiccatiuus, & tamen formaliter. Et Deus est eminenter intelligens & volens & ex sequenti, & tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem, nisi quòd scientia speculatiua magis accedit ad naturam Theologiæ quàm practica, sicut & ceremus, quòd sensus communis magis habet de natura visus, quam auditus, sensus esset, quòd conditiones visus & sensus communis magis conueniunt, quàm conditiones auditus & sensus communis. Nec sequitur in proposito. Nec enim obstat si alicubi Sanctus Thomas dicit, quòd est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica: quoniam ratio dicti est, quia speculatiuum sonat differentiam per se ipsam scientiæ, practicum verò minus per se ipsam: & conditiones speculatiuæ magis conueniunt tam excellenti scientiæ, quàm conditiones practicæ. Dicitur ergo speculatiua simpliciter, id est, sine additione aliqua, quia est formaliter speculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica secundum quid, & non absolutè, ne detur intelligi quòd sit scientia imperfecta, quales sunt illæ, quæ absolutè dicuntur practicæ. Nec refert ad propositum, an ponatur habitus Theologiæ & vniuersaliter scientiæ, vnus, propter simplicitatem qualitatis: an vnus propter vnitatem ordinis specierum intelligibilium, vtroque nanque modo oportet altioris gradus esse vel ordinem vel qualitatem, quam sic ordo aut qualitas constituens speculatiuam distinctam contra practicam & econuerso. Secundum est, quòd ex hac positione manifestè apparet, quòd nec ex eo, quòd conditiones scientiæ speculatiuæ, nec ex eo quòd conditiones scientiæ practicæ conueniunt huic scientiæ, potest inferri, ergo Theologia est speculatiua: aut, ergo est practica, vt vna distinguit contra aliam: sed ergo est speculatiua, vel eminenter continens rationem speculatiuæ: & similiter ergo est practica, vel eminenter continens rationes practicæ, & similiter ergo est affectiua, vel eminenter continens rationem affectiue. Vnde rationes Scoti in prolo. quæstione 4. ex diffinitione scientiæ practicæ & ex obiecto huius scientiæ, quia scilicet, ex eo sumuntur principia regulantia praxim, & huiusmodi, non concludunt eam esse practicam. Sed si valent, concludunt (vt dictum est) eam esse vel practicam, vel eminenter continere rationem practicæ. Et propterea tu, qui disputationibus vacas, vtere & hac responsione & distinctione illa deprzcisè & nõ præcisè tali, puta regula operis seu speculari, &c. quod enim est præcisè tale, est aut practicum aut speculatiuum: quod autem est tale, sed non præcisè, est quid aliud, vt patet ex dictis. Iuxta hæc remanet quæstio specialis de praxi & practico sectum habenda.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum quintum.

Titulus clatus.

¶ In corpore vna conclusio bimembris responsiua quæsito affirmatiuè: Sacra doctrina est dignior secundum quòd speculatiua, omnibus speculatiuis, & secundum quòd practica, omnibus practicis.

¶ Antequàm probetur conclusio, aduerte quare in conclusione ponantur illæ specificationes, scilicet, secundum quòd speculatiua, secundum quod practica: non enim fuisset hoc actum est. Sed ex præcedenti articulo patet, ista doctrina habet in se duo. Primum est, quòd est scientia altioris ordinis, quàm sint scientiæ physicæ. Secundum est, quòd continet conditiones speculatiuæ & practicæ formaliter. Ratione primi non est dubium quin sit dignior cæteris, cũ pono altioris ordinis. Sed quòd ad secundum poterat dubitari: & propterea, licet in titulo fuerit quæstium absolutè, in responsione deuenium est ad id, quod potest sub dubio cadere. Et responsum est, quòd ipsa inquantum speculatiua, est dignior speculariuis: & inquantum practica, practicis: omisso illo liquido, quòd absolutè est omnium dignissima, quia altioris ordinis.

¶ Probatur ergo primo quò ad primam partem. Inter speculatiuas dignior est vna altera propter certitudinem, & dignitatem materiæ, ex primo de Anima: hoc excellitquòd ad vtrunque: ergo. Probatur Minor quo ad primam partem: hæc est certa lumine diuino infallibili, aliæ lumine humano fallibili. ergo ista est certior. Intellige secundum se, non nobis, vt patet ex responsione ad primum. Quòd ad secundum vero, hæc est de excedentibus rationem humanam, aliæ de subditis rationi humanæ ergo ista est de dignioribus. Fundatur hæc ratio super illud 1. Metaphy. Sicut oculus noctuæ ad lumen solis, &c. inde liquidè habetur, quòd excedẽtia vim intellectus nostri, sunt manifestissima in se ac lucidissima ac per hoc, propriæ rationes subſtantiarum intellectualium, quæ remanent occultæ propter excellentiam earum, sunt digniores illis exrundem conditionibus, quas ex sensibilibus abstrahere possumus in metaphisica, &c. r. & ideo cùm de huiusmodi excedentibus sit ista scientia, sequitur quòd sit de dignioribus, non rebus, quia nulla res Deo est dignior, sed rerum cõditionibus. Secunda autem conclusionis pars probatur. Practicarum illa dignior, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur: sed finis huius est finis vltimus finium omnium aliarum: ergo. Probatur Maior in ciuili & militari: Minor vero, quia finis huius est beatitudo æterna.

¶ Aduerte hic, quòd Maior intelligitur non absolutè, vt iacet, sed de practicis subordinatis; quoniam non est verum inter practicas disparatas dignioremesse, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur. Dignius nanque est, inuisitare superioris ordinis arti, puta aurifici, quàm principari in arte inferioris ordinis, puta figuli: sed inter practicas, quarum vna subordinatur alteri, procul dubio Maior est vera: & propterea in litera, non subsumptum est absolutè, quòd Theologiæ finis non subordinatur ad alterum, sed sumpta sunt duo: & quòd omnes aliæ practicæ subordinantur isti, dicendo, quòd fines aliarum scientiarum practicarum ordinantur ad finem istius: & quòd finis illius est vltimus, &c. Sic enim perfecta est ratio, omni exclusa calumnia. Sed memento hic primò illius distinctionis finis: scilicet in finem fationis operandi, seu rei operatæ: & in finem operantis: quoniam beatitudo æterna non est finis vltimus omnis operantis, cum multi operentur, contra illam, à virtute recedendo, secundum artes tamen rectè operando: sed est finis omnium rationum operandi, & omnium rerũ operatarum. quoniam omnia ordinantur ad bonum rationis, quod tandem ordinatur in beatitudinem æternã: & ideò in litera cautè dicitur quòd fines aliarum scientiarum: & nõ dicitur, fines scientium ordinantur ad beatitudinem æternam. Memẽto secundò alterius distinctionis, scilicet finis intrinseci & extrinseci. & intellige quòd finis extrinsecus Theologiæ, inquantum practica, est beatitudo, quę est vltimus finis, id est, visio Dei, licet finis intrinsecus eius, vt sic, sit operari. Nec hoc obstat efficaciæ rationis in litera factæ, quæ de fine intrinseco practicarum scientiarum loquitur: quoniam litera loquitur de fine proximo siue extra, siue intus, nihil enim refert quò ad dignitatem practicæ, an finis causa nobilitans afferatur intus vel extra, dummodo sit proximus sic autem est in proposito, quoniam, vt in præcedenti articulo dixit Autor, de operibus nostris tractamus, quatenus per ea ordinamur ad Dei cõtemplationem: cæteræ autem scientiæ docent operari propter hunc finem remote. Hoc autem scilicet, quòd hæc scientia, inquanti practica, habet eundem finem proximum, quem habet inquantum speculatiua, licet alio modo, quia extrinsecè cõuenit huic scientiæ, quia est secundum quid practica: si enim esset purè practica, speculari remotus eius finis esset.

¶ Responsio ad secundum, duabus distinctionibus vtitur: accipere dupliciter à superiori vel ab inferiori: & hoc dupliciter, vel propter defectum seu sufficientiam accipientis, vel subuentionem defectus alieni: Puta intellectus nostri in proposito.

*Incipit hæc epistola, Sebesium nostrum declinãdo finẽ illius.

d. 1155.

¶ 2 Præterea, Inferioris scientię est, à superiori accipere, sicut Musicus ab Arithmetico: sed sacra doctrina accipit aliquid à philosophicis disciplinis. Dicit enim Hieronymus in epistola ad Magnum Oratorem vrbis Romæ, * quòd doctores antiqui in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos respersere libros, vt nescias quid in illis prius admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam Scripturarum. Ergo sacra doctrina est inferior aliis scientiis.

¶ SED CONTRA est, quòd aliæ scientiæ dicuntur ancillæ huius: Prouerbiorum 9. Misit ancillas suas vocare ad arcem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm ista scientia, quantum ad aliquid, sit speculatiua, & quantũ ad aliquid sit practica *, omnes alias transcendit tã speculatiuas quàm practicas. Speculatiuarum enim scientiarum vna altera dignior dicitur, tum propter certitudinem, tum propter dignitatem materiæ. Et quantum ad vtrunque hæc scientia alias speculatiuas scientias excedit. Secundum certitudinẽ quidem, quia aliæ scientiæ certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanæ, quę potest errare: hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ scientiæ, quæ decipi non potest. Secundũ dignitatem verò materiæ: quia ista scientia est principaliter de iis, quę sua altitudine rationem transcendunt. Aliæ verò scientiæ considerant ea tantùm, quæ rationi subduntur. Practicarum verò scientiarũ illa dignior est, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur, sicut ciuilis militari. Nam bonũ exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autẽ huius doctrinæ, inquantũ est practica, est beatitudo æterna, ad quã sicut ad vltimum finem ordinatur omnes alij fines scientiarum practicarum. Vnde manifestum est, secundum omnem modum eam digniorem esse aliis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet id, quod est certius secundũ naturã, esse, quo ad nos, minus certum propter debilitatem intellectus nostri: qui se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lumen solis: sicut dicitur in secundo Meta. Vnde dubitatio, quæ accidit in aliquibus circa articulos fidei, non est propter incertitudinẽ rei, sed propter debilitatẽ intellectus humani: & tamen minimũ, quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, desiderabilius est quàm certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, vt dicitur in vndecimo de animalibus. *

¶ Ad secũdum dicendum, quòd hæc scientia accipere potest aliquid à philosophicis disciplinis, non quòd ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum, quæ in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia ab aliis scientiis, sed immediatè à Deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam à superioribus, sed vtitur eis tanquam inferioribus & ancillis, sicut architectonicæ vtuntur subministrãtibus, vt ciuilis militari. Et hoc ipsum quòd sic vtitur eis, non est propter defectum, vel insufficientiã eius, sed propter defectũ intellectus nostri: qui ex iis, quæ per naturalem rationem, ex qua procedunt aliæ scientiæ, cognoscuntur, facilius manuducitur in ea, quæ sunt supra rationem, quæ in hac scientia traduntur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum hæc doctrina sit sapientia.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur quòd hæc doctrina non sit sapiẽtia. Nulla enim doctrina, quæ supponit sua principia alicunde, digna est nomine sapiẽtiæ: quia sapientis est ordinare, & non ordinari. primo Metaphysic. * Sed hæc doctrina supponit principia sua aliunde (vt ex dictis patet *.) Ergo hæc doctrina nõ est sapientia.

¶ 2 Præterea, ad sapientiam pertinet probare principia aliarum scientiarum: vnde & caput dicitur scientiarum, vt 6. Ethic. * patet. Sed hæc doctrina nõ probat principia aliarum scientiarum. Ergo non est sapientia.

¶ 3 Præterea, Hæc doctrina per studium acquiritur, sapientia autem per infusionẽ habetur: vnde inter septem dona Spiritus sancti connumeratur, vt patet Isa. 11. Ergo hæc doctrina non est sapientia.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Deuteron. 4. in prin. le. Hæc est nostra sapientia & intellectus coram populis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hæc doctrina maximè sapientia est inter omnes sapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantùm, sed simpliciter. Cum enim sapientis sit ordinare & iudicare: iudicium autem per altiorem causam in genere, & causæ altissimæ simpliciter, ad sapientiam simpliciter: & ex testimonio Augustini confirmatur. Vocatur autem in hac deductione sapientia simpliciter maximè sapientia, ad denotandum excessum eius super sapientias in genere. Tertia autem consequentia per se nota relinquitur: quoniam si considerans simpliciter altissimam causam, id est Deum, est simpliciter & maximè sapiens: respectu sapientium in genere hoc autillo, oportet quòd considerans eandem causam altissimam ex propriis, non solùm sit simpliciter sapiens, sed & maximè sapiens, & respectu sapientium in genere, & respectu sapientis simpliciter, vtpote transcendens ipsum in hoc, quòd propria altissimæ causæ rimatur, cum illa sistat in communibus, & iis, quæ per communia sciri possunt. omnes enim rationes, quas de Deo Metaphysica habet, aut sunt communes, si sunt simplices, vt ens, verum, bonum, aut sunt ex communibus compositæ, si sunt proprię Deo, vt actus purus, primum ens, &c.

¶ In responsione ad tertium inducitur laus Hierothei magistri Dionysij, quòd erat non solùm discens secundum intellectum, sed patiens secundum affectum divinæ: quoniam donum sapientiæ est in intellectu formaliter, in voluntate autem causaliter: & dicitur patiens à passione, eo modo quo vehementer affecti circa aliquid passionati dicuntur, in quo denotatur maxima voluntatis inclinatio, vt iam habitum & connaturalis effectu ad diuina, &c.

*Libr. 1. de part. animaliũ ca. 9.

d. 603.

d. 1113.

1. Prou. art. 3. Et 2. prolo. princ. Et 1. contra c. 4. fi.

* cap. 2.
* arti. 2. huius q.

* cap. 7.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum sextum.

INtitulo nota ly Sapientia, id est, noritia ordinativa, & iudicativa de aliis, vt caput: hoc enim Sapientiæ nomen importat, vt patet sexto Ethicor. in communi loquendo.

¶ In corpore vna conclusio est responsiua quæsito affirmatiuè, Sacra doctrina est maximè sapientia inter omnes sapientias humanas, non solùm in genere, sed simpliciter.

¶ Et aduerte quòd ly simpliciter, determinat sapientiam humanam: sicut etiam ly. In genere: ita quòd sensus est, quòd sacra doctrina tam relata ad sapientias in genere, quàm ad sapientiam humanam simpliciter, est maximè sapientia.

¶ Probatur, Sacra doctrina determinat propriissimè de Deo, secundum quòd est altissima causa: ergo sacra doctrina est maximè sapientia, &c. Antecedens probatur: Determinat de Deo, non solùm vt cognoscibili per creaturas, sed secundum quod ibi soli naturaliter est notus ergo propriissimè, &c.

¶ Circa Antecedens & eius probationem nota, quòd ea, quæ nobis naturaliter occulta sunt de Deo, quemadmodum magis propria sunt Deo in cognoscendo & in essendo: & propterea scientia determinans de Deo secundum illa, quæ ita & in essendo & propterea scientia determinans de Deo secundum illa, quæ soli Deo sunt nota, est scientia de Deo ex propriis Dei: & ideo meritò dicitur quòd propriissimè determinat de Deo, & quoniam secundum huiusmodi propria habentur prima suprema fundamenta causalitatis diuinæ, adeò cõ dicitur quòd determinat propriissimè de Deo secundum quod est causa altissima. Veruntamen hic cautus esto, quoniam ly Secundum quòd est altissima causa, dupliciter potest exponi. Vno modo vt ly Secundum, determinet rationem formalẽ Dei, vt est subiectum sacræ doctrinæ: & sic falsum est assumptum, quoniã, vt in sequenti patet articulo, Deus inquantum Deus, est subiectũ eius, & non inquantum causa altissima. Alio modo, vt ly Secũdum, determinet quandam specialem rationẽ Dei, elausam infra latitudinem conditionũ pertinentium ad considerationem sacræ doctrinæ, eò quòd consequitur Deitatem: & sic est verum. Intendit enim litera, quòd sacra doctrina considerat de Deo propriissimè, & consequenter secũdum quòd etiam causa altissima: quod ad sapiẽtiam spectat.

¶ Consequentia, autem probatur: Iudicium de inferioribus habetur per causam altiorem: ergo considerans causam simpliciter altissimam generis cuiuslibet est sapiens in illo genere. ergo, si qua considerat Deum propriissime secundum quòd est causa altissima, illa est maximè sapiens inter omnes, tam in genere, quàm simpliciter: quod erat consequẽtia probanda. Assumptum est clarum, & prima consequẽtia probatur quidem: quia sapientis est iudicare & ordinare. Manifestatur verò in genere ædificij, & in genere totius humanæ vitæ, cum autoritatibus Scripturæ adiunctis, vt patet in litera. Secunda verò ex eodem probata relinquitur medio, subintellecta proportionalitate causæ altissimæ in genere, ad sapientiam in genere, & causæ altissimæ simpliciter, ad sapientiam simpliciter: & ex testimonio Augustini confirmatur. Vocatur autem in hac deductione sapientia simpliciter maximè sapientia, ad denotandum excessum eius super sapientias in genere. Tertia autem consequentia per se nota relinquitur: quoniam si considerans simpliciter altissimam causam, id est Deum, est simpliciter & maximè sapiens: respectu sapientium in genere hoc autillo, oportet quòd considerans eandem causam altissimam ex propriis, non solùm sit simpliciter sapiens, sed & maximè sapiens, & respectu sapientium in genere, & respectu sapientis simpliciter, vtpote transcendens ipsum in hoc, quòd propria altissimæ causæ rimatur, cum illa sistat in communibus, & iis, quæ per communia sciri possunt. omnes enim rationes, quas de Deo Metaphysica habet, aut sunt communes, si sunt simplices, vt ens, verum bonum, aut sunt ex communibus compositæ, si sunt proprię Deo, vt actus purus, primum ens, &c.

¶ In responsione ad tertium inducitur laus Hierothei magistri Dionysij, quòd erat non solùm discens secundum intellectum, sed patiens secundum affectum divinæ: quoniam donum sapientiæ est in intellectu formaliter, in voluntate autem causaliter: & dicitur patiens à passione, eo modo quo vehementer affecti circa aliquid passionati dicuntur, in quo denotatur maxima voluntatis inclinatio, vt iam habitum & connaturalis effectu ad diuina, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionis primæ Articulum septimum.*

IN titulo nota terminum vtrumque, ly subiectum, stat pro subiecto formali, & ly Deus, venetur formaliter, id est, inquantum Deus sita quòd sensus est, an Deus, inquantum Deus, sit subiectum formale huius scientiæ. Et ad bonitatem doctrinæ, pertra quid importet, inquantum Deus, ex declaratione Scoti in hac quæstione, quemadmodum homo potest quadruplicitèr accipi. Primò vt animal rationale: & sic intelligitur quidditatiuè, inquantum homo. Secundo, vt substantia: & sic cõcipitur in communi. Tertiò, vt natura liter mansuetum: & sic concipitur per accidens, quia esse mansuetum est accidens seu passio hominis. Quartò, vt nobilissimum animalium: & sic concipitur relatiuè ad aliud.

* ca. 14. Ita in proposito ordine tertogando procedendo, Deus potest considerari vt altissima causa & vniuersaliter, secundum quodcunque prædicatum respectiuè ad extra: & sic consideratur relatiuè ad extra.

a 181 Potest etiam considerari vt sapiens, bonus, iustus, & vniuersaliter secundum, rationes attribuales, & sic consideratur quasi per accidens. Potest etiam considerari vt ens, vt actus &c. & sic consideratur in communi: & ad hos tres modos quasi simplices reducuntur cõsiderationes compositæ, puta vt actus purus, vt ens primũ, &c. Considerat̃ur nanque in huiusmodi Deus, vt stat sub conceptu communi, & relatiuo aut negatiuo, vt patet. Ante omnes autem hos modos, potest cõsiderari Deus secundum suam propriam quidditatẽ: hæc enim est prima secundum naturam cognitio omnium & fundamentum cæterarum: & hanc quidditatem circumloquimur Deitatis nomine. Et sic quærendo an Deus sub ratione Deitatis, vt distinguitur cõtra rationem bonitatis, &c. sit subiectum huius scientiæ, est quærere, vtrum Deus sub ratione suę proprię quidditatis, sit subiectũ formale huius scientiæ: ita quod quidditas Dei sic ratio formalis huiꝰ subiecti, vt res est, &c.

¶ In corpore duo ponuntur. primo conclusio respondens, quæ sito affirmatiue: secundo referuntur aliorum dicta, Quòd ad primum, conclusio est, Deus est subiectum huius scientiæ. Probatur dupliciter, Primo. Obiectum alicuius potentiæ vel habitus est id, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum, ergo subiectum scientię est, sub cuius ratione omnia tione omnia cõsiderantur in scientia ergo subiectum huius scientiæ est Deus. Antecedens manifestatur in obiecto visus. Prima vero consequentia probatur: Subiectum ad scientiã se habet, sicut obiectũ ad potentiam vel habitum: ergo si obiectum, &c. Secunda autem consequentia probatur: Omnia cõsiderantur in sacra doctrina sub ratione Dei: ergo si subiectũ, &c. Assumptum probatur, quia omnia vel sunt Deus, vel ad Deum ordinantur, vt principium, aut finem, &c.

¶ Circa probationem primæ consequętiæ, aduerte quòd illa propositio assumpta, Sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam, nõ est opus quòd curtat quòd ad omnia, sed sat est proposito, quòd teneat, quòd ad proportionem rationis formalis: ita quòd sicut ratio formalis obiecti potentiæ est ea, qua omnia referuntur ad illam potentiam, ita ratio formalis subiecti scientiæ est illa, ratione cuius omnia cõsiderantur in illa scientia. Verum autem teneat similitudo quòd ad alia, pura quòd ad communitatẽ, vt sicut obiectum formale potentia morali posset iudicare de actibus virtutis, etiam si virtutem non haberet. Primus igitur modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad sapientiam, quæ ponitur donum Spiritus sancti, secundum illud Corinth.2. Spiritualis homo iudicat omnia, &c. Et Diony. dicit 2. capi. de di.no. Hierotheus doctus est non solùm discens, sed & patiens diuina. Secundus autem modus iudicandi pertinet ad hãc doctrinam, secundum quod per studium habetur licet eius principia ex reuelatione habeantur.

ARTICVLVS VII.

¶ *Virum Deus sit subiectum huius scientiæ.*

AD SEPTIMM sic procedit. Videtur quòd Deꝰ non sit subiectum huius tiæ. In qualiber enim scięntia oportet supponere de subiecto quid est, secundũ Philosophum in 1. Posteriorum * Sed hęc scientia non supponit de Deo quid est dicit enim Damaicenus. * In Deo quid est, dicere impossibile est. Ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

¶ 2 Præterea, Omnia, quæ determinantur in aliqua scientia, comprehenduntur subiecto illius scientiæ. sed in Sacra scriptura determinatur de multis aliis, quã de Deo, puta de creaturis & de moribus hominum: ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

¶ SED CONTRA, Illud est subiectum scientiæ, de quo est sermo in scientia. Sed in hac scientia fit sermo de Deo (dicitur enim Theologia quasi sermo de Deo) ergo Deus est subiectum huius scientię.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus est subiectum huius scientię. Sic enim se habet subiectum ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam vel habitum: proprię autem illud assignatur obiectum alicuius potentię vel habitus, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum. sicut homo & lapis referuntur ad vilum, inquantum sunt colorata: vnde coloratum est proprium obiectum visus: omnia autem pertractantur in sacra doctrina sub ratione Dei, vel quia sunt ipse Deus: vel, quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium & finem: vnde sequitur, quòd Deus verè sit subiectũ huiꝰ scięntię. Quod etiam manifestum fit ex principiis huius scientię, quę sunt articuli fidei, quę est de Deo. Idem autem est subiectum principiorum, & totius scientię, cum tota scientia, virtute, contineatur in principiis. Quidam verò attendentes ad ea, quæ in ista scięntia tractantur, & non ad rationẽ, secundum quam considerantur, assignauerunt aliter subiectum huius scientiæ, vel res & signa, vel opera reparationis. vel totum Christum, id est, caput & membra. de omnibus enim istis tractatur in ista scientia, sed secundum ordinem ad Deum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, qꝰ licet de Deo non possimus scire quid est, vtimur tamen eius effectu in hac doctrina vel naturæ, vel gratiæ, loco diffinitionis ad ea, quæ de Deo in hac doctrina considerãtur: sicut & in aliquibꝰ scięntiis philosophicis demõstratur aliquid de causa per effectum, accipiendo effectum loco

12 D.5.14. diffinitionis causæ.

¶ Secunda ratio ad cõclusionem est hæc, idem est subiectum principiorum, & totius scientiæ; Deus est subiectum principiorum huius scięntiæ: ergo Deus est subiectum totius scientiæ. Maior probatur, quia tota scientia virtualiter continetur in principiis. Minor vero quia Deus est subiectum articulorum fidei.

1. Proł. 4. Et Mag. in 1. lib. sent. dist. 1. capit.

7

CIrca propositionem assumptam ad probandum Maiorem, scilicet, tota scientia virtute continetur in principiis, dubium occurrit: quoniam aduersari videtur doctrinæ Sancti Thomæ. Nam sequitur, tota scientia virtualiter continetur in principiis, ergo in subiecto principiorum: ergo in subiecto scientiæ: ergo diuersum specierum disparatarum, imo generis & speciei secundum propria singulis, non potest esse scientia vna secundum speciem specialissimam, hoc est falsum apud Sanctum Thomam: quoniam scientia de triangulo, & quadrato & figura, &c. non solum secundum communia, sed secundum propria singulis vnius est speciei, vt patet in prima secundæ: & in primo posteriorum: ergo. Prima consequentia patet, quia principia conficiuntur ex subiecti ratione, secũda etiam patet: quia idem est subiectum principiorum, & scientiæ. Tertia autem: quia scientia vnius speciei omnino disparatæ, quo ad propria non continetur virtualiter in alia specie, nec in generis ratione, vt sicut nec passiones vnius speciei continentur virtualiter in alia, nec in ratione generis, vt patet.

¶ Ad hanc obiectionem oportet respondere, non solùm ad hominem, sed simpliciter: quoniam ita virtualiter continentia ingerit dubium non solùm quia posita est hic in littera, sed simpliciter. Vnde Scotus in prologo quæstione tertia tenens, quòd virtualis continentia omniũ veritatum subiecti formalis in scięntia, obiectioni præfatæ confentit, concedens verũ esse id, ad quod ratio deducit, quòd que reputamus falsum. Sciendum est igitur, quòd duplex est de huiusmodi cõtinentia opinio. Scotus namque putat subiectum scientiæ oportere cõtinere primò virtualiter vt causam sufficientem omnes veritates pertinentes ad talem scientiam: & probat hoc dupliciter. Primò, quia continet propositiones immediatas, quæ sunt principia virtualiter continentia totam scientiam. Patet hoc, quia propositionis immediatæ prædicatum cõtinetur in subiecto: subiectum autem est subiectum scientiæ: ergo. Secundò, quia subiectũ est adæquata causa habitus: ergo continet primò virtualiter totum ipsum: ergo omnes illius veritates. Et secundum hanc opinionem tot sunt scientiæ secundum speciem, quot sunt non solùm species rerum omnino disparatæ (quod dico propter species subordinatas, puta subiectum & passionẽ) sed etiã quòd sunt rationes formales rerum, quarum vna non continetur virtualiter in alia. & sic alia est scientia de animali vt sic, ad quam spectat considerare proprias animalis passiones tanquam bos, & alia de leone in quantum leo, &c. Sanctus Thomas vero tenet scientias secari non secundum quòd secantur res absolutè sed prout sunt scibiles, tenet, quòd subiectũ formale scientiæ exigit duas conditiones, vt ex litera habetur. Prima est, quòd ratione ipsius omnia attingantur alti illa scientia. Secunda, quòd virtualiter contineat totam scientiam, non vt causa in scipso sufficiens vt Scotus voluit, sed in scipso quidem sumptum sufficiens, vt causa Prima, id est, in suo ordine, & non simpliciter. Sumptum autem, & in se, & participantibus ipsum, aut quomodolibet attributis ad ipsum sit sufficiens simpliciter. vocatur autẽ causa simpliciter sufficiens illa, quæ primo, id est, adæquatè est causa alicuius, vt subiectũ propriæ passionis: siue immediatæ, siue mediante alia quia propriè passionẽ. Causa autẽ sufficiens in suo ordine, quę, licet non sola sufficiat ad effectum, in suo tamen ordine completa, & totalis causa est, vt sol est causa Sortis. Et hoc modo principia prima alicuius scientiæ continent virtualiter omnes veritates illius, scilicet vt primæ propositiones: non enim ex primis propositionibus solis immediatè, vt patet, neque mediantibus tantũ iis, quæ tenaliter ex illis pendent, omnes veritates sciuntur, sed ex illis vt primis, & aliis vt secundis, ac proximis eaulis conclusiones multæ sciuntur. Et hoc elarius patet in ipsis paſsionibus, quæ demonſtrantur: in ſcientia enim de numero, non oportet omnes paſsiones ſcibiles eadem ſcientia contineri virtualiter in numero primo, id eſt, adæquatè & ſufficienter, loquendo de numero in ſeipſo: quoniam ſic nec paſsinnes binarij, nec ternarij ſcirentur ibidem, vt patet: ſed bene oportet numerum in ſe continnere virtualiter omnes paſsiones huiuſmodi, vt primum radicem earum: vt diſtinctum autem, & participatum in binario. & ternario, &c. oportet omnium paſſionum ſubiectum eſſe primum id eſt adæquatum. &c per hoc principia talis ſcientiæ, quæ habent numerũ pro

ſubiecto, continent virtualiter omnes veritates, vt primæ cauſæ. Nec oportet, quòd ſufficiunt ad inferendas omnes concluſiones, niſi adiuncta propoſitionibus, quarum ſubiectum ſit binarius, aut ternarius, &c. vt cauſis proximis quemadmodum nec numerus in ſe cauſa eſt ſufficiens ad paſſiones binarij, ſed vt prima radix earumꝺe hoc in eo quòd ſcibile, id eſt, inquantum ſunt in tali ſpecie ſcibiles, quic quid ſit ineſſe naturæ. Et ſecũdum hanc viam manifeſtum eſt, quòd eandem ſcientiam ſecundum ſpeciem, contingit eſſe de genere, & multis ſpeciebus ſecundum ſingulorum propria. Et ſi quæratur, quis ergo erit limes ſcibilium in vna ſcientia? iam patet reſponſio ex dictis, limitantur nanque ſcientiæ ſecundum ſpecies ſcibilium, vt ſic & non ſecundum ſpecies rerum. Et ideo tot ſpecies, & genera terũ ſub vna poſſunt comprehendi ſcientia, quot comprehendi contingit ſub vna ſpecie ſcibill. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam ſpeciem ſcibilem, id eſt cui prius conuenit ille modus abſtractionis, vel diffinitionis, vel cognitionis, qui conſtituit illam ſpeciem ſcibilis, eſt ratio formalis ſubiecti in illa ſcientia, & eſt prima radix omnium pertinentium ad illam ſcientiam, ve ſic. Quod autem continentia virtualis talis, vt declarata eſt, ſufficiat ad ſubiectum, & principia ſcientiæ, patet ex proceſſibus ſcientiarum, tam in Mathematicis, quam in naturalibus. Vt robique namque multarũ ſpecierum paſſiones propriè traduntur, puta trianguli & quadranguli, quas impoſsibile eſt adæquatè contineri in ſubiecto Geometriæ, vt patet.

¶ Ad primam ergo Scoti rationem, iam dictum eſt. Ad ſecundam verò ex eodem fundamento dicitur, quòd ſubiectum habitus continere virmaliter totum habitum, poteſt dupliciter intelligi: vno modo accipiẽdo ſubiectum in ſeipſo, alio modo, vt inuentum in aliis per ſe paraticipantibus quomodolibet, ipſum. Et ſimiliter continere virtualiter dupliciter, ſcilicet adæquate, & vt primam cauſam. Subiectum in ſeipſo continet virtualiter, vt prima cauſa totum habitum, & non partem: ſicut ſol continet virtualiter totum hominem, & non partem: vt prima tamen ſui ſuperior cauſa. Subiectum autem in ſe, & in participantibus continꝺ virtualiter, & adæquate, vt tota cauſa totum habitum. Et ſic patet ad dubium, & ſimpliciter & ad hominem.

¶ Quò ad ſecundum referuntur tres aliorum aſſignationes. Prima eſt Magiſtri ſententiarum. Secunda Hugonis de ſancto Victore. Tertia eſt Lincolnienſis.

¶ Sed aduerte moleſtiam Autoris, quoniam primo excuſando illos dicit, quòd attenderunt ad materiam: quaſi diceret, quòd ſiõ intendebant aſſignare ſubiectum formale. ſecundo, omnia ſupradicta reducit ad ſubiectum formale à ſe aſſignatum, dicens omnia hæc tractari in ordine ad Deum.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Virum hæc doctrina ſit argumentatiua.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur qꝺ hęc doctrina non ſit argumẽta tiua. dicit enim Ambroſi. in li. de Sacramẽtis. * Tolle argumẽta, vbi fides quæri tur. Sed in hac doctrina præcipuè fides

1. Proł. arr. 5. Et in Boët. irin. q. 5. artic. 7. Et 1. con tra. ca. 3. & 8. * lib. 1. de fid. cat. ca. 5.

8

bill. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam ſpeciem ſcibilem, id eſt cui prius conuenit ille modus abſtractionis, vel diffinitionis, vel cognitionis, qui conſtituit illam ſpeciem ſcibilis, eſt ratio formalis ſubiecti in illa ſcientia, & eſt prima radix omnium pertinentium ad illam ſcientiam, ve ſic. Quod autem continentia virtualis talis, vt declarata eſt, ſufficiat ad ſubiectum, & principia ſcientiæ, patet ex proceſſibus ſcientiarum, tam in Mathemaicis, quam in naturalibus. Vt robique namque multarũ ſpecierum paſſiones propriè traduntur, puta trianguli & quadranguli, quas impoſsibile eſt adæquatè contineri in ſubiecto Geometriæ, vt patet.

¶ Ad primam ergo Scoti rationem, iam dictum eſt. Ad ſecundam verò ex eodem fundamento dicitur, quòd ſubiectum habitus continere virmaliter totum habitum, poteſt dupliciter intelligi: vno modo accipiẽdo ſubiectum in ſeipſo, alio modo, vt inuentum in aliis per ſe paraticipantibus quomodolibet, ipſum. Et ſimiliter continere virtualiter dupliciter, ſcilicet adæquate, & vt primam cauſam. Subiectum in ſeipſo continet virtualiter, vt prima cauſa totum habitum, & non partem: ſicut ſol continet virtualiter totum hominem, & non partem: vt prima tamen ſui ſuperior cauſa. Subiectum autem in ſe, & in participantibus continꝺ virtualiter, & adæquate, vt tota cauſa totum habitum. Et ſic patet ad dubium, & ſimpliciter & ad hominem.

¶ Quò ad ſecundum referuntur tres aliorum aſſignationes. Prima eſt Magiſtri ſententiarum. Secunda Hugonis de ſancto Victore. Tertia eſt Lincolnienſis.

¶ Sed aduerte moleſtiam Autoris, quoniam primo excuſando illos dicit, quòd attenderunt ad materiam: quaſi diceret, quòd ſiõ intendebant aſſignare ſubiectum formale. ſecundo, omnia ſupradicta reducit ad ſubiectum formale à ſe aſſignatum, dicens omnia hæc tractari in ordine ad Deum.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Virum hæc doctrina ſit argumentatiua.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur qꝺ hęc doctrina non ſit argumẽta tiua. dicit enim Ambroſi. in li. de Sacramẽtis. * Tolle argumẽta, vbi fides quæri tur. Sed in hac doctrina præcipuè fides

1. Proł. arr. 5. Et in Boët. irin. q. 5. artic. 7. Et 1. con tra. ca. 3. & 8. * lib. 1. de fid. cat. ca. 5.

¶ *Super Quæſtionis primæ Articulum octauum.*

IN titulo argumentatiua, id eſt, probatiua eorum, quæ docet, an non, ſed forte ſimpliciter proponit, vt Sco. dicit contra articulum ſecundum.

¶ In corpore tres concluſiones. Prima eſt, Sacra doctrina non arguit ad principia, ſed ad concluſiones ex principiis. Secunda eſt, Sacra doctrina diſputat ar guendo contra negantes principia eius, ſi aliquid eius concedunt. Tertia, Sacra doctrina diſputat ſoluendo tantum contra negantes principia, & nihil eius omnino concedentes.

¶ Et eſt ſemper ſermo de principiis complexis cognitionis in hac ſciẽtia, id eſt articulis fidei: quicquid ſit de principiis incomplexis, aut ipſius eſſe tantum.

¶ Prima concluſio probatur, Nulla ſcientia probat ſua principia, ſed ex eis con cluſiones: ergo. Et cõfirmatur ſecũda pars concluſionis autoritate Apoſtoli primæ ad Corinthios 12. Secunda vero, & tertia cõcluſio ſimiliter probatur: Scientia ſuprema inter phyſicas diſputat contra negãtes principia, & defendit, ſoluendo ſaltem, ſi nihil concedunt ergo & hæc doctrina habet vtrũque. Antecedens declaratur ex differentia inter ſcientias inferiores & ſuprema. Cõſequentia verò probatur: quia eſt ſcientia ſuprema, Deinde manifeſtantur ſigillatim: ſecunda quidẽ, cùm contra hæreticos ex vno articulo probamus alium, &c. tertia verò, quia contra veritatem infallibilem nulla poteſt demonſtratiua ratio eſſe: ergo omnes rationes contra ea, quæ ſunt illius ſcientiæ ſunt rationes ſubiles. Tenet ſequela: quia hæc doctrina innititur infallibili veritati.

¶ Circa tertiam concluſionem aduerte, quòd Theologum poſſe ſoluere rationes Philoſophorum contra ea quæ ſunt fidei, contingit dupliciter. Vno modo ex creditis: vt puta ſi dicenti, quòd omnis vna res numero eſt vna hypoſtaticè, reſpõdet Nego, quia Deus eſt trinus. Et ſic theologalis ſolutio nõ ſolum, niſi credendo. Alio modo ex propoſitionibus ſcitis ſimpliciter, vel quò ad hoc, vt puta ſi reſponderet Nego in re infinita: non quia ſcit eius cõtradictoriam, ſcilicet, res infinita eſt plures hypoſtaticè, ſed quia ſcit negatiuè, nullum liberi efficax medium ad illam probandam. Et dicitur ſcire negatiuè, quando nullo medio cogitur intellectus. Et ſic Theologus ſoluit ex ſcitis quòd ad hoc. Quandoque autem ex ſcitis ſimpliciter, vt, ſi ſoluat rationem contra accidentia in ſacramento altaris: quia accidentia eſſe non eſt ineſſe adualiter, ſed aptitudinaliter. ſu propoſito literam hãc intelligo de ſolutione theologali ſecundo modo. Et, ſi inſtetur, quia huiuſmodi ſolutio non eſt Theologali, vt Theologus eſt: quia non ex principiis Theologiæ, negetur aſſumptum: quoniam Theologia, non ſolum gaudet propriis, ſed etiam facit de extraneis propria, dum ad defenſionem ſuam aliarum ſcientiarum propoſitionibus vtitur propter nos, vt in arti. 6. quinto ad ſecundum dictum eſt. Et quamuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pura theologalia oporteat ex principiis manare theologalibus: theologalia tamen ministerialiter non oportet, sed sæpe est eis seruire. Sic autem theologales sunt huiusmodi solutiones. Vnde minus bene videntur sentire, qui soluere theologicè tribuunt, non nisi ex aliquis propositione credita. Et decepti sunt: quia non discreuerunt inter solutionis, & probationis naturas. Probatio namque est ex euidentibus, solutio autem est etiam ex iis, quæ non apparent esse falsa, dato quod non sciantur esse vera. Et propterea Theologus potest semper soluere, nunquam coacto intellectu ab aliqua propositione contraria iis quæ sunt fidei quamuis eorum falsitatem non videat.

*lib. 6. in Top. cicer. * 26. in Euang.

¶ Circa probationem tertiæ cōclusionis, scilicet, quòd aliud est, scire, omnes rationes contra fidem esse solubiles: & aliud esse, scire soluere eas. Primum probatur in litera, & probatio assumit vnam propositionem creditam, scilicet hæc doctrina innitur veritati infallibili: & propterea conclusio hæc non nobis hic euidens est. Secundum vero in actu exercito consistit, & liber contra Gentil. his plenus est. Et quoniam solutio (vt dictum est & experimur) non requirit euidentiam, sed non coactionem intellectus: & hoc in ipso exercitio solutionis cōuincitur, dum ratio cogēs non adest: ideo scire soluere, seu soluere cōtraria huius doctrinæ non est credere, aut ex credere nisi occasionaliter: quoniam ex hoc quòd credimus, applicamus intellectum ad inueniendum defectus rationū, & propositionum contrarium. Et hanc distinctionem bene nota: quia inaduertentia eius forte quosdam in hac litera errare permisit.

¶ In responsione ad secundum nota 4. enumerata, scilicet, autoritates sacræ Scripturæ, autoritates Sanctorum doctorum, rationes humanas, & autoritates Philosophorum. Et ex primis quidem doctrina hæc procedere dicitur, vt ex propriis, & necessariis: ex secundis autem vt ex propriis, sed probabilibus: ex quartis vero vt probabilibus, sed extraneis: Et sic tertiis nullus assignatur locus. Et propterea sciendum est, quòd ratio humana, de qua hic est sermo, nihil aliud est, quàm argumentatio aliqua ex solo naturali lumine robur habens. Et est dupliex. Quædam necessario concludens, quæ vocatur demonstratio, Et quædam probabiliter, quæ magnam habet latitudinem. Vtraque autem in aliqua certa scientia physica claudit ur, & consequenter extranea est a genere scibili theologico: ac per hoc Theologia procedit ex ratione humana vt sic, vt ex extraneis. Et quoniam nulla demonstratio physica potest afferri ad theologalia, vt sic (quoniam theologalia, vt sic sunt, oportet resolui in principia euidentia non lumine naturali, sed diuino) ideo absolutè loquendo, ex ratione naturali procedit Theologia, vt ex extraneis & probabilibus, quemadmodum ex autoritatibus Philosophorum. Et propterea fides assignata autoritatibus Philosophorum, intelligenda est assignata etiam rationi naturali, quam cognouerunt: In cuius signum simul tractabatur vtrunque: & sic omnia enumerata sunt locata.

181. In corp. art.

quæritur: vnde dicitur Ioannis 20. Hæc scripta sunt, vt credatis. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

¶ 2 Præterea, Si sit argumentatiua, aut argumētatur ex autoritate, aut ex ratione. Si ex autoritate, non videtur hoc cōgruere eius dignitati (nam locus ab autoritate est infirmissimus secundum Boët.*) Si etiam ex ratione, hoc non congruit eius fini: quia secundum Gregorium in homelia,* fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

¶ SED CONTRA est quod dicitur ad Tit. 1. de episcopo, ample ctentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicūt, arguere.

¶ RESPONDEO dicendum quòd, sicut aliæ scientiæ non argumentātur ad sua principia probanda, sed ex principiis argumentantur ad ostendendum alia in ipsis scientiis ita hæc doctrina non argumentatur ad sua principia probanda, quę sunt articuli fidei, sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum, sicut Apostolus ad Corinthios 15. ex relurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem cummunem probandam. Sed tamen considerandum est in scientiis philosophicis, quòd inferiores scientiæ, nec probant sua principia, nec cōtra negantem principia disputant, sed hoc relinquunt superiori scientiæ: suprema verò inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negantem sua principia, si aduersarius aliquid concedit: si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare, potest tamen soluere rationes ipsius. Vnde sacra Scriptura, cùm nō habeat superiorem, disputat cum negante sua principia, argumentando quidem, si aduersarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur: sicut per autoritates sacræ doctrinæ disputamus contra Hæreticos: & per vnū articulū contra negantes alium. Si verò aduersarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur, non remanet amplius via ad probandū articulos fidei per rationes, sed ad soluendum rationes, si quas inducit, contra fidē. Cùm enim fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestū est, probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, licet argumenta rationis humanæ non habeant locum ad probandum, quæ fidei sunt: tamen ex articulis fidei hęc doctrina ad alia argumentatur vt dictū est*.

SEd dubium hi c occurrit, non dissimulandum. Si ex rationibus naturalibus Theologia procedit, vt ex extraneis & probabilibus, cur tantus labor à doctoribus speculatiuis assumptus est? quorsum libri contra Gentiles rationibus naturalibus pleni, &c? Aut enim hi non tradunt Theologiam, aut in extraneis nimis morati sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quod argumentari ex autoritate est maximè proprium huius doctrinæ, eò quòd principia huius doctrinæ per reuelationem habentur. Et sic oportet quòd credatur autoritati eorum, quib⁹ reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinę: nā, licet loc⁹ ab autoritate, quæ fundatur super ratione humana, sit infirmissimus: locus tamen ab autoritate, quæ fundantur super reuelatione diuina, est efficacissimus. Vtitur tamen sacra doctrina etiā ratione humanā, non quidem ad probandum fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) sed ad manifestādum aliqua alia, quæ traduntur in hac doctrina. Cum igitur gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quòd naturalis ratio subseruiat fidei: sicut & naturalis inclinatio voluntatis obsequitur charitati. Vnde & Apostolus dicit 2. ad Corinthios 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et inde est, quòd etiam autoritatibus Philosophorum sacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt: sicut Paulus Actuum 17. inducit verbum Arati, dicēs, Sicut & quidam poetarum vestrorum dixerunt, Genus Dei sumus. Sed tamen sacra doctrina huiusmodi autoritatibus vtitur quasi extraneis argumentis, & probabilibus. Autoritatibus autem canonicæ Scripturæ vtitur propriè ex necessitate argumentando: autoritatibus autem aliorum doctorum ecclesiæ, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserūt, non autem reuelationi, si qua fuit aliis doctoribus facta. Vnde dicit Augustinus in epistola ad Hieron.* Solis enim Scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum autorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quod ipsi ita senserunt, vel scripserunt.

Aug. ep. 19. ad Hieron.

ARTICVLVS IX.

¶ Virum sacra scriptura debeat vti metaphoris.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, q⁹ sacra Scriptura nō debeat vti metaphoris. Illud enim, quod est propriū infimæ doctrinę, nō videtur cōpetere huic Scientiæ, quæ

tæ naturali lumine & demonstratione, secundum seipsas sumptæ, sunt veræ & propriæ theologales, sub alio tamen lumine, vt in primo articulo in responsione ad secundum patet, vt patet de istis, Deus est: Deus est vnus: Deus est bonus, &c. Vnde cum theologus arguit ex istis, arguit ex propriis quamuis non proprio tātummodo lumine notis, pro quanto sunt non solum reuelata sed etiam scita.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum nonum.

IN titulo vti metaphoris, est vti locutionibus, quæ non verificantur de iis, de quibus dicuntur secundum propriam significationem, sed secundum aliquam similitudinem ad propriè significata, vt cùm dicitur, quòd Deus noster ignis consumens est, vtimur metaphora: quia Deus non est verè ignis, sed se habet ad modum ignis consumentis. & sic de aliis. Et occasionem sumit quæstio hæc ex secundo Posteriorum, vbi prohibentur metaphoræ in scientiis.

¶ In corpore vna conclusio respōsiua quæsito affirmatiuè. Sacra doctrina congruè vtitur metaphoris corporalium ad diuina & spiritualia. Probatur dupliciter. Primò, Deus omnibus prouidet, prout congruit eorum naturæ: ergo conuenienter homini in sacra doctrina spiritualia sub corporalibus similitudinibus traduntur. Antecedens patet. Cōsequētia verò probatur quia naturale est homini ad intelligibilia p sensibilia duci. Probatur: Quia omnis nostra cognitio oritur à sensu.

Et cōfirmatur hæc ratio autoritate Dionysij, &c. Secundò sacra doctrina proponitur omnibus hominibus communiter: ergo congruè spiritualia sub similitudinibus corporalium traduntur. Antecedens probatur ad Romanos primo. Consequentia autem probatur: quia plures non sunt idonei ad intelligibilia secundum se, qui vel sic ea capere possunt.

Aut. præced. 1. Prolo. Artic. 1. Et est. 34. q6. 3. ar. 1. & 2. Et 3. cōt. ca. 110. Et trin. artic. 2. Et quol. 4. q. 1. Et opus. 60. ca. 11. fi.

IN resp onsione ad primum, dubium occurrit quomodo verificetur, quòd hæc doctrina vtatur metaphoris propter necessitatem & vtilitatem, vt dictum est. Nulla siquidem necessitas est, aut in corpore ostensa est. Secundā nāque ratio vtilitatē tantum infert vt patet, primaverò cōuenientiam, vt ipsa litera testatur. Et cōuinci potest ex eo quòd cōnaturalitas nostra ad sensibilia non infert necessitatem ad talia sensibilia, scilicet metaphoras. Et augetur dubium: quia nihil est metaphoricè in Scriptura traditum, quod nō possit proprié doceri: nulla ergo est necessitas vtēdi metaphoris in hac doctrina, communis conuenienter & vtiliter eis vtatur.

In corp. artic.

¶ Ad hoc dicendū mihi videtur, quòd vti metaphoris in hac doctrina est quodāmodo necessarium, & quodammodo non: & hoc respectu non horum aut illorū, pura minus idoneorum sed respectu hominis viatoris. Et siquidem necessariū propter melius cōsequendum finem scilicet cognitionem Dei, & hæc necessitas ostenditur per primam rationem literæ. Ex hoc nanque, quòd cōnaturale est homini, intelligibilia per sensibilia tantum nosse, oportet, si spiritualia facile & sine modo cognoscere debet, vt per metaphoras cognoscat: quoniam metaphoræ supplent vices spiritualiū specierum, quæ de spiritualibus haberi debent secundum se. Non est autem necessarium simpliciter, quia etsi nō absque phāsmatibus, tamen absque metaphoris posset homo etiam in hoc statu capere, quæ dicuntur licet non ita facilè. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Prima nanque ratio ostendit, non solùm conuenientiam, sed ostendendo conuenientiam, ex hoc ipso ostendit necessitatem, non simpliciter, sed propter melius. ¶ Et, si contra hoc insteretur autoritate Diony. in litera allata impossibile est dici potest, quòd impossibile est, distinguitur sicut & necessarium: quoniam impossibile & necessarium æquipollent: & perinde est ac si diceretur, necesse est, non aliter lucere nobis, &c.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum decimum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duæ cōclusiōnes. Prima respondet quæsito affirmatiuè, Sacra doctrina sub vna litera habet plures sensus, scilicet literalem & spiritualem & hunc triplicem, scilicet allegoricum, moralē, & anagogicū. Probatur ex differentia inter hanc scientiā & alias. ex differētia inter autores deriuata. Autor huius doctrinę est Deus, cæterarum homo: ergo in potestate huius autoris est accōmodatio & vocum & rerum ad significandum, & non in potestate autoris aliarū. ergo in cæteris scientiis voces tantū significant, in hac verò & voces & res ergo in hac est duplex sensus, scilicet literalis & spiritualis. Omnes consequentiæ patent. Et vltima declaratur, quia iuxta significationē vocum autēditur sensus literalis iuxta significationē autem rerum attenditur sensus mysticus. Quò ad secūdam verò partē declaratur, distinguendo triplicem figurationem, vt clare patet in litera.

¶ Circa hanc partē nota, cum accommodare res ad significandum nihil aliud sit, quàm facere res esse non solùm res, sed signa aliarum rerū, dupliciter intelligi potest res fieri signa. Vno modo in ipsa generatione rerum, vt scilicet simul fiant ad hoc vt sint res & signa aliarum rerum. Alio modo aduentitiæ, vt res iam factæ accipiantur, vt signa.

¶ Si accommodatio rerū ad hoc, vt sint signa sumatur hoc secundo modo, non est proprium Dei, nec excedit hominis facultatem accommodare res ad significandū: nec est proprium huius scientię, quòd res significēt quoniam res gestæ narratæ in aliis historiis possunt ab homine interpretari, vt signa aliarum, non solum per modum imitationis, vt gesta fortia antiquorum imitanda sint à successoribus, sed per modum significationis, vt scilicet gesta illa vt signa habeantur gerendorum.

¶ Si autem sumatur accommodatio rerum ad significandū primo modo, dupliciter potest intelligi, scilicet vniuersaliter & particulariter. Si particulariter, sic nō excedit hominis potestatem: nam quilibet potest facere aliquos actus vel aliquod artificiale, & faciendo illa intendere per illa significare aliam rem, vt patet. Sed quòd omnia, quæ narrātur gesta in tot historiis, vt res ad doctrinam aliquam spectantes, vt sic sint ex sui constitutione signa aliarum rerum, hoc excedit humanam facultatem, hoc Dei est proprium, in hoc hæc doctrina cæteras scientias excellit.

¶ Est igitur sensus literæ, quòd accommodare res vniuersaliter spectātes ad doctrinam ad hoc, vt signa sint, cùm sint, est proprium huius doctrinæ: quia hoc à solo autore huius doctrinæ fieri potest. non enim ex adinuentione nostra, petra, de qua fluxit Iudæis aqua in deserto, facta est signum Christi, sed ad hoc ex illa petra fluxit aqua, vt in veritate esset fons aquæ, & esset signū Christi, qui fons est aquæ spiritualis, dicente Apostolo, Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus, & sic de aliis.

Quolib. 7. q. 6. ar. 1. 1. & 3. Et po. q. 4. arti. 1. Et 4. di. 21. qō. 1. ar. 2. q. 1. 3. m. Et Gal. 4. lect. 6. col. 3.

Cap. 3.

Cap. x

¶ Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda conclusio est, Non inconuenit in vna litera scripturæ secundum sensum literalem esse plures sensus. Probatur dupliciter, primo ratione. Autor Scripturæ sanctæ est Deus, omnia simul suo intellectu comprehendens: ergo non inconuenit, &c. Probatur consequētia: quia sensus literalis est, quem autor scripturæ intendit: secundo auctoritate August. 12. confessionum.

Circa hanc conclusionē occurrit dubitatio, quia, si sensus literalis potest multiplicari, nulla erit certitudo; quis sensus sit intentus ad literā, quolibet præferente suam expositionem interpretationi alterius. Cum enim de intentione Dei nō aliter constet, oportebit omnes literæ expositiones vt literales acceptare, aut nullam.

Ad hoc breuiter dicitur, quòd litera habens multas expositiones, dupliciter se pōt habere ad illas. Primo compatiens illas tam absolutè quam in ordine ad reliqua, quæ sunt fidei: & tunc multitudo expositionum literalium ad exercitationem nostrā cōfert, dignitatique autoris attestatur, vt Augustinus ibidem vult. Secundo, vt cōpatiens illas in se, non tamē collata cum aliis literis sacræ Scripturæ. Et tunc ex tali collatione excludi possunt omnes illæ interpretationes repugnantes, non repugnātes vero admitti: sicut enim in respōsione ad primum in litera dicitur, nihil necessariū ad saluté continetur in sacra Scriptura, quod nō per literalem sensum alicubi manifestè tradatur: quamuis in aliqua litera obscurè habeatur, propter multitudinē expositionū. Et si deficeret collatio literæ ad scripturæ ad manifestandū nunquam tamen deest collatio ad sanctæ Ecclesiæ autoritatem, à qua non solum certificari possumus de litera li sensu Scripturæ, sed certi facti sumus, de Scriptura ipsa Euangelio (inquit Augustinus epistola contra Fundamentum) non crederem, nisi me autoritas Ecclesiæ admoneret.

*cap. 1.

*Ca. 18. 19. 20. 44. & 31.

In corp. artic.

narrat gestum, prodit mysterium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd autor sacræ Scripturæ est Deus, in cuius potestate est, vt non solum voces ad significandum accommodet (quod etiā homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo, cùm omnibus scientiis voces significent, hoc habet propriū ista sciētia, quòd ipsæ res significatæ per voces, etiam significāt aliquid. Illa ergo prima significatio, qua voces significant res, pertinet ad primū sensum, qui est sensus historicus, vel literalis. Illa verò significatio, qua res significatæ per voces, iterum res alias significant, dicitur sensus spiritualis, qui super literalem fundatur, & eum supponit.

Hic autem sensus spiritualis tripartitā diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus ad Hebræos 7. Lex vetus figura est nouæ legis: & ipsa noua lex, vt dicit Dionysius in eccle. Hierar.* est figura futuræ gloriæ. In noua etiam lege ea, quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorū, quæ nos agere debemus. Secundū ergo q̄ ea, quę sunt veteris legis significant ea, quæ sunt nouæ legis, est sensus allegoricus: secundū verò q̄ ea, quæ in Christo sunt facta, vel in iis, quæ Christum significāt, sunt signa eorū, quæ nos agere debemus, est sensus moralis, prout verò significāt ea quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus. Quia verò sensus literalis est, quē autor intendit; autor autē sacræ Scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu cōprehendit; non est inconueniens, vt dicit August. 12. Confess. si etiā secundum literalē sensum in vna litera scripturæ plures sint sensus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multiplicitas horum sensuū nō facit æquiuocationem, aut aliā specié multiplicitatis: quia, sicut iam dictū est c, sensus isti non multiplicantur propter hoc, quòd vna vox multa significet, sed q̄ ipsæ res significatæ per voces aliarum rerū possunt esse signa. ¶Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra Scriptura, cùm omnes sensus fundentur super vnum scilicet literalem, ex quo solo potest trahi argumentum: non autem ex iis quæ secūdum allegoriam dicūtur, vt dicit August. in epistola contra Vincentium Donatistā. ¶Non tamē ex hoc aliquid deperit sacræ Scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod Scriptura per literalem sensum alicubi manifestè non tradat.

¶Ad secundum dicendum, q̄ illa tria, historia, ætiologia, analogia, ad vnum literalem sensum pertinent: nam historia est, vt ipse Augustinus* exponit, cum simpliter aliquid proponitur: ætiologia verò, cùm causa dicti assignatur, sicut cùm Dominus assignauit causam, quare Moyses permisit licentiam repudiandi vxores, scilicet propter duritiam cordis ipsorum, Matthæi 19. Analogia vero est, cùm veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnare. Sola autem allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur; sicut & Hug. de Sanct. Vict. * sub sensu allegoriae co etiam analogicum comprehendit, ponens in tertio suarum Sententiarum solùm tres sensus, scilicet historicum, allegoricum, & tropologicum.

*Loco supradi.

*In prolo. lib. 1. de sacr. cap. 4

¶Ad tertium dicendum, quòd sensus parabolicus sub literali cōtinetur: nam per voces significatur aliquid proprie, & aliud figuratiue: nec est literalis sensus ipsa figura, sed id, quod est figuratū. Non enim cum Scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quod in Deo sit membrum huiusmodi corporale: sed id, quod per hoc membrum significatur, scilicet virtus operatiua: in quo patet, quòd sensus literalis sacræ Scripturæ nunquam potest subesse falsum.

QVÆSTIO SECVNDA, De Deo, An Deus sit, in tres articulos diuisa.

QVIA igitur principalis intētio huius sacræ doctrinę est, Dei cognitionem tradere, & non solùm, secūdum quòd in se est, sed etiam secundum quòd est principium rerum & finis earū, & specialiter rationalis creaturæ, vt ex dictis est manifestum, ad huius doctrinæ expositionem intendentes.e

¶Primo tractabimus de Deo. ¶Secundò de motu rationalis creaturę in Deū. ¶Tertio de Christo, qui secundum q̄ homo via est nobis, tendendi in Deū. ¶Cōsideratio autem de Deo tripartita erit. ¶Primò nāque considerabimus ea quæ ad essentiam diuinam pertinent. ¶Secūdò ea, quæ pertinent ad distinctionem personarū. ¶Tertiò ea, quæ pertinēt ad processum creaturarum ab ipso.

¶Circa essentiam verò diuinam. ¶Primò considerandum est an Deus sit. ¶Secūdo quomodo sit, vel potius quomodo nō sit. ¶Tertiò considerandum erit de his, quæ ad operationem ipsius pertinent, scilicet de scientia & de voluntate & potentia.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primo, vtrum Deum esse sit per se notū.

¶Secundò, vtrum sit demonstrabile.

¶Tertiò, an Deus sit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Deum esse, sit per se notum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Deum esse sit per se notum. Illa enim nobis dicuntur per se nota, quo rū cognitio nobis naturaliter ineſit, sicut patet de primis principiis. Sed sicut dicit Damas. in prin. libri sui,* Omnibus cognitio existendi Deum naturaliter est inserta: ergo Deum esse est per se notum.

¶2 Præterea, Illa dicūtur esse per se nota, q̄ statim cognitis terminis cognoscūtur: quod Philosophus attribuit primis demōstrationis principiis, in 1. Potte.* Scito eū

quòd prædicatum ponitur in ratione subiecti, sit propositio per se nota, quæ est conuertens respectu illius, & hoc ideo dico, quia bene verum est apud Sanctum Thomam, quod omnis propositio, cuius prædicatum cadit in ratione subiecti, est per se nota, sed non econuerso, quoniam cùm vnum generalissimum negatur de alio, & cum prima passio prædicatur de primo subiecto

436.

Libr. an omne q̄ est, sit vo num, cit ca princ. d. 727

fiunt propositiones immediatæ secundum se, & consequenter secundum se per se notæ. si tamen aliquibi sic diffinitus reperitur, glossetur ly Esse in ratione subiecti formaliter, vel virtualiter et proximè: non tamen extendatur talis locutio, quia minus propria est.

Quo ad secundum conclusio respōnsiua est, hæc propositio, Deus est, est per se nota secundū se non nobis: probatur prima pars: quia prædicatum est idem subiecto. secūda autem, quia nos nescimus quid subiecti, & ex hoc sequitur corollarium. ergo ista eget manifestari per medium quò ad nos, id est, à posteriori effectu. Patet sequela: quia nobis non enidens: & à priori caret medio.

In respōnsione ad secundum aduerte, quòd contra secundam respōnem ibi datam satis molestè quidam instāt quasi roborando argumentum sic, Excedens omne cogitabilenō est, per tuam respōnionē: ergo non est excedens omne cogitabile, quod est oppositum quid nominis ipsius Dei. Probatur consequentia: quia non excedit cogitabile existēs: & si ipsum esset cogitaretur maius quā cogitatū non esset. Sed hoc obiectio nō est alia ab obiectione facta in litera: & ideo eadem respōnsione soluitur, distinguendo consequens, quod excedere omne cogitabile contingit dupliciter. Vno modo quòd excellit in rerum natura, alio modo secundum esse cogitatum; & intendo non quod esse in rerum natura, aut obiectiuè sit tanto excessus: sed vtimur eis in proposito, vt cōditione rerum cogitata. Vebi gratia, Conditiones perfecti ostato rum cogitate possunt ex cedere omnem oratorē duplicitet. Vno modo, quod sit in esse obiectiuo. Primo modo oportet ponere oratorē perfectum existere, Secundo modo non, sed sufficit ipsum habere esse obiectiuum: rationem autem excedendi attendi dicimus penes nobilitatē conditionū cogitatarū in se. In proposito ergo dicitur q̄ ex illo Antecedente, Excedens omne cogitabile non est, optimè sequitur, Ergo non est excedens in rerum natura omne cogitabile: imò non est sic excedens formicam: aut quodcunque minimum existens. sed non valet, ergo non est excedens in se secundū esse obiectiuū omne cogitabile: imò sic excedit omne cogitabile. Et cō dicitur maius cogitabile esset, si esset in rerum natura: negatur hoc. Ista enim replica procedit, aut ex ignorantia propriæ vocis, dum credunt isti, quòd respōnsio data accēptans quid nominis assignatum Dei intendat, q̄ cum significatur hoc, scilicet maius omni cogitabili, significatur aliquid plenum omni perfectione, abstrahendo ab existentia, & ideo instant, significetur plenum omni perfectione inclusa existentia in rerum natura, & sic significabitur maius, aut ex ignorātia intēt actum signatum & exercitum. Conuenimus nanque in quid nominis & non dissentimus. Nihil excipimus in ratione excedendi, seu in actu significato; quanuis ab existere in actu exercito abstrahere opus sit. Vnde conceditur, quòd significatur & cogitatur maius omni cogitabili cum omni perfectione, etiam existentiæ in rerum natura, in actu tamen signato. sed significari & cogitari, ad esse non valet argumentum. Et ideo in litera dicitur, quòd hæc ratio nihil concludit: quia ab aduersariis non conceditur maius omni cogitabili esse in natura rerum, licet concedatur, quòd maius omni cogitabili significatur, & cogitatur esse in rerū natura, non ergo significatur maius significatū vt existens: sed, etsi existeret, non esset maius, sed esset quod non est, nisi in cogitatione. Exēplum simile in speciali habeatur: si fingamus laurē nos nobilissimum animalium esse, & vellemus probare illud esse ex termini, scilicet, nobilissimum animalium est: quia si non est, ergo non est nobilissimum animalium: hic enim manifestius liquet, quòd ratio excessus est nobilitas rei signatæ in se: cōditiones verò excedentis sunt esse obiectiuum, & esse in rerū natura, & qualiter argumentum non valeat, vt patet exterorum. Logice autem iis molestiis vnico verbo silentiū impones, dicens, quod maius omni cogitabili importat existentiam in rerū natura, contingit dupliciter, scilicet in actu exercito, vel signato, & quòd secundo modo conceditur in proposito, primo modo non: & quòd si primo modo acceptaretur, sine dubio illa esset per se nota: maius omni cogitabili existit in actu exercito, sed vt concepeum tantum est: quia nominibus res significantur vt conceptæ, verbis autem vt exercitæ. Vnde ista enumtiatio, existentia non est, non implicat contradictoria: ista autem, quod existit non est, implicat contradictatoria.

d. 821. q. 3. art. 4. d. 461.

IN respōsione ad tertium aduertē dum q̄ dum litera respōdēdo, concedit veritatem esse in communi, esse per se notum, consequentiam factam arguendo acceptare Videtur, illam scilicet, nulla veritas est: ergo verum est, nullam veritatem esse. Scotus tamen in primo distinc. prima. q. secunda in responsione ad tertium, reprehendit hanc consequentiam dicēs, eam peccare fallacia consequentis à pluribus causis veritatis advnā illarum. Tum quia licet valeat, nulla veritas est: ergo non est verum, aliquam veritatē esse. non tamen valet, ergo est verum, nullam veritatē esse: illa enim est negatiua, illa affirmatiua. Tū quia veritas aut sumitur fundamēta liter, aut formaliter, si nulla veritas est, neutro se, non fundamentaliter, quia nullus intellectus testare ponestur: ergo affirmatiua non sequitur, sed negatiua, vt dictum est.

47 2. d. 933.

Ad hoc breuiter dicitur, quòd, cum secundum bonam logicam à propositione vera de inesse ad suam modalem de vero, sit optima consequentia, & econuerso: quia verum non est modus addens supra suam prædicatē: mirorquomodo argues huic consequētiæ le op posuit, valet nāque, Sortes currit: ergo Sor. eurrere, est verum: & simili ter Sor. non currit: ergo Sortem non currere est verum, & paterin omnibus: & sic in proposito nulla veritas est, ergo

12 1. contra. ca. 11. 13. & 14. Et 50. qu. 7. artic. 3. Et op. 3. cap. 4.

Deus est, quātum in se est, per se nota est: quia prædicatum est idem cum subiecto: Deus enim est suum esse, vt infra patebit. Sed quia nos nō scimus de Deo quid est, non est nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quæ sunt magis nota quò ad nos, & minus nota quò ad naturam, scilicet per effectus.

AD PRIMVM ergo dicendū quòd cognoscere Deum esse in aliquo communi sub quadam confusione, est nobis naturaliter insertum, in quātū, scilicet Deus est hominis beatitudo; homo enim naturaliter desidetat beatitudinē: & quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eodē. Sed hoc nō est simpliciter cognoscere Deū esse. sicut cognoscete venientem, non est cognoscere Petrum: quamuis sit Petrus veniēs: multi enim perfectū hominis bonum, quod est beatitudo, existimāt diuitias, quidā verò voluptates, quidam autem aliquid aliud.

¶Ad secundum dicēdum, quòd forte ille, qui audit hoc nomē Deus, non intelligit significari aliquid, quo maius cogitari nō possit, cùm quidā crediderint, Deum esse corpus. Dato etiam quòd quilibet intelligat hoc noīe Deus, significari hoc, quod dicitur, scilicet illud, quo maius cogitari non potest, nō tamen propter hoc sequitur quòd intelligat id, quod significatur per nomen esse, in rerū natura, sed in apprehensione intellectus tantūm. Nec potest argui quòd sit in re, nisi daretur q̄ sit in re aliquid, quo maius cogitari nō potest: quod non est datum à ponentibus Deum non esse.

¶Ad tertium dicendum, quòd veritatem esse in communi, est per se notum: sed Primam veritatem esse, hoc non est per se notum, quò ad nos.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum Deum esse sit demonstrabile.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deū esse, non sit demonstrabile. Deū enim esse, est articulus fidei: sed ea, quæ sunt fidei, nō sunt demonstrabilia: quia demonstratio facit scire. fides autē de non apparen-

nullam veritatem esse, est verū. Et cōfirmatur, quia ista, scilicet, nulla veritas est, est quædam enuntiatio: ergo significans verum vel falsum, ex primo Periherm. sed apud eos significat verum. ergo significat nullam veritatem esse, esse verum.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd nulla fillacia est, quia vtraque illarum sequitur determinatē: ex illa: & prius sequitur ista affirmatiua de nullam, sequitur determinatē: ex illa: & prius sequitur ista affirmatiua de nullam, ergo verum est, nullam veritatem esse, quām illa negatiua, ergo non est verum, ergo verum est, nullam veritatem esse: quoniam prima sequitur immediatè, secunda autem mediante illa: quoniam prima pertinet ad consistentiam ipsius propositionis in seipsa, secunda autem ad destructionem suæ contradictoriæ, scilicet, aliquā veritas est. Et rursus licet destructio contradictoriæ ipsam statim sequeretur, dicendo nulla veritas est, ergo non aliqua veritas est: destructio tamē contradictoriæ, cum modo, de vero non sequitur, nisi in virtute regulæ dictæ, scilicet, quòd proposito vera de in esse equipalet modali de vero: ideo enim sequitur, nulla veritas est, ergo non est verum, aliquam veritatem esse, quia æquipollet negationi illius contradictoriæ, scilicet non aliqua veritas est: & sic Scotus negando consequentiam, concessit illam nesciens, dum concessit aliam, super radice illius fundatam.

Ad secundum verò obiectionem dicitur, q̄ veritas sumitur ad minus fundamentaliter: &, cùm dicitur, q̄ nullum fundamentum remaneret, negatur. Dico enim q̄ ad remansionem veritatū negativarū fundamentaliter, non requiritur remansio rerū: vnde veritas istius, nihil est nihil, omni omnino re & intellectu secluso, remaneret fundamentaliter: quia, si intellectus esset, posset eis fasm cōpositionem ad æquate obiectaliter cōponēdo hanc, nihil, & nihil, & hæc remansio sufficit. vnde nec etiam modo ista propositio, nihil est nihil, habet fundamentum ex parte rei significatæ, nisi modo dicto. Quod enim dicitur, quòd veritas fundamentaliter est entitas, verum est de veritate positiua, non autem negatiua: fundamentum enim negatiuæ veritatis est nop esse, & non est esse, vt patet.

Super Quæstionis secundæ Articulum secundum. Hunc articulum diffuse habes in q. de ve. q 10. artic. 12.

TItulus clarus. In corpore duo. Primo distinguit demōstrationem, in quia & propter quid, &c. Secundo respōdet quæstio affirmatiue vnica conclusione

Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum esse, est demonstrabile à posteriori, seu per effectum, probatur, effectus dependet à propria causa: ergo posito effectu necesse est causam præexistere: ergo ex quolibet effectu, dummodo sit nobis notior, potest demonstrari propriam causam eius esse: ergo Deum esse, est demõstrabile per effectus notiores nobis: omnia clara sunt, supponendo, quòd Deus habet aliquos notiores effectus: quod imperitus patebit.

In responsione ad primum aduerte, quòd nota de Deo naturali lumine, dupliciter sumitur. Vnò modo secundum se: alio modo, vt nobis nota. & similiter articuli fidei sumitur secundum se, & vt crediti. si sumatur vtraque secundum se, sic non est verum, quòd illa sint præambula ad propositiones quę sunt articuli fidei: sed quædam procedũt, vt Deũ esse, Deum esse vnum, bonum, & similia absoluta: quædam sequuntur, vt Deum esse primam causam rerum, & cætera huiusmodi: nec propter hoc sequitur, quòd sint propositiones in Theologia priores primis principiis: quãuis sequatur, quòd sunt aliquæ priores illis principiis, quæ sunt articuli fidei: quoniam præcedentes secundũ se sunt inter principia iam enim dictum est in secundo articulo, quòd articuli fidei secundum se sunt per se principia Theologiæ, vt crediti autem per accidẽs: si verò sumãtur vtraque vt notanobis, sicut omnia huiusmodi naturaliter nota sunt præambula, propter rationem in litera positam, & hoc tãtum litera esto cautus.

d. 1139. In responsione ad secundum aduerte, quòd hæc doctrina de probatione quæstionis, an est vera, est quo ad nossecundum talem nanquæ ordinem quæstio quid

d. 1133. est sequitur an est: secũdum se autem è cõuerso, vt in secundo Posteriorum docetur.

Super quæstionis secundæ articulum tertium.

IN titulo dubium statim occurrit ex primo Posteriorum, Nulla scientia probat subiectum suum: & vt dicit Auerroes in secũdo Physicor. comment. vigesimosexto, nec à priori nec à posteriori, sed supponit illud esse, aut per se notum ad sensum vel intellectum, vel accipit aliunde: sed in hac scientia subiectum est Deus, vt in prigo hic articulus mouetur. Ad hoc dicitur, quòd nulla scientia per se loquendo probat subiectum suum esse, per accidens autem non inconuenit quoniam occurrit hic duplex accidens, propter quòd scientia hæc probat Deum esse. Primum est imperfecta illius participatio in nobis: si enim lumen diuinum plenè participaremus, constaret statim Deum esse. Secundum est conditio medij, scilicet, quod est quasi extraneum: licet enim nulla scientia ex simpliciter propriis probet subiectum suum, ex extraneis tamen appropriatis probare potest, si notiora nobis sunt extranea illa, quàm esse illius subiecti. Sic autem contingit in proposito: quoniam Theologia non ex propriis simpliciter, sed ex propriis ministerialiter, scilicet notis naturali lumine, quæ absolutè sunt extranea, vt diximus, probat Deum esse: vt patet in decursu quæstionis.

In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, scilicet Deus est: & proponitur quinque viis probanda: quas non est opus formare, cum & hic, & in primo contra Genti. & in quæstione de potentia, & in quæstione de ve. & in primo sentent. habeantur.

Circa has rationes in communi aduertendum est diligenter, quod possunt afferri ad duo: primo ad concludendum illudens incorporeum, immateriale, æternum, summum, immutabile, primum, perfectissimum, &c. quod & quale, Deum tenemus esse: & sic istæ rationes habent plurimum disputationis, et quòd prima via, vt in primo contra Genti. capitulo vigesimosecundo dicitur, non ducit ad necessario magis immobilem quã sit anima intellectiua. secunda autem, vt dicit Auer. non ducit nisi ad corpus cœleste, & cius motorem: Relinquitur quoque nulla magis ad sursum ducere videtur. 10 & ad hoc intentum ad afferuntur hoc in loco hæ rationes, vt nunc patebit. Aliæ verò afferri possunt ad concludendum quædam prædicata intentiri in rerum natura, cum secũdum veritatẽ sint propria Dei, non curando quomodo, vel qualiter sint, &c. Et ad hoc intentum hic afferuntur: & sunt nihil fore difficultatis habẽtes secundũ philosophiã. Et, vt melius intelligatur, quod dicimus, sciendum latim explanando dicitur, quòd primæ vię ex parte motus sit ens, quod inferatur, ergo ab vt primum mouẽs immobile, non curando a verum illud sit anima cæli, aut mundi. hoc enim quæritur in secũdi quæstione. secundæ quoque viæ ex parte efficientis sat est, quòd ducat ad primum efficiens, non curando, an illud sit corpus, vel incorporeum: hoc enim quæritur in sequenti questione. Tertiæ verò viæ ex parte necessarij sat est, quòd ducat ad primum necessariũ non ex alio, non curando an sit vnum, vel plura: hoc enim quærretur in quæstione vndecima. Quartæ quoque viæ ex gradibus verum sat est ducere ad maximè ens, verum, bonum, nobile, à quo sint omnium participationes. Et similiter quintæ ex gubernatione. sat est ducere ad primũ gubernantem per finem. ille: omnia enim hæc prædicata, scilicet mouens, immobile, primum efficiens, necessarium non ex alio, maximè ens, & primum gubernans intelligendo, sunt secundum veritatem propria Dei. & ideo concludẽdo hæc

inueniri in rerum natura, concluditur dicetè, quasi per accidens, quòd Deus est, id est, Deus non vt Deus, sed vt habens talem conditionem est: & consequenter ipsum subtractum, scilicet, Deus, vt Deus est. Ex his autem patet, quod nec rationes Auerrois contra Auicennã, nec Auicennæ contra has rationes sunt contra intentum huius articuli, nisi obiectio contra vltimam, & contra propositiones assumptas.

Vnde sciendum est secundo: quòd in prima ratione, quæ sumpta est ex 7. & 8. Physicorum, sunt duæ propositiones impugnatæ. Altera est, Nihil mouet seipsum primo. Contra hanc enim Scotus in materia de grauibus, & Ieuibus, & voluntate, &c. arguit. & quoniam hoc esset extra nostros limites, erit de hac quæstio specialis. Altera est, Primum est causa medij: hic enim assumitur tam in prima quàm secunda, & tertia ratione ad probandum, quòd non procedatur in infinitũ. Et contra eam, licet sit expressè Aristoteles in secundo Metaph. & octauo Phisi. arguitur sic in subsidium, Media causa seu motor si necessario dependet à prima causa, seu motore, aut hoc habet, quia media, aut quia causa, aut quia causa media, sed nihil horum est. ergo non oportet mediam causam dependere à prima. Assumptum patet ex sufficienti distinctione, destructio vero singulorum probatur: & primo, quòd non ex ratione medij, quoniam medium dicitur respectu duorum, hinc, scilicet inde, quorum est medium, & non

& non necessario respectu primi & vltimi, vt patet in mediis partibus proportionalibus circa li. Secũdò, quòd nõ ex ratione causæ: quia causa vt causa respicit effectum & non dependentiam ad prius aut primum, vt patet. Tertiò, quòd non ex ratione composita, scilicet causæ mediæ: quoniam causa media vt sic, nihil aliud exigit, quàm vt in causãdo medietsed hoc, scilicet, in causan do mediare, sufficiẽter saluatur. si inter aliquã ptiotem causam & effectum aliqua media causalitas sit, ergo media causa ex rõne, qua media causa, nõ exigit dependentiã à prima causa, sed à priore. Et confirmatur: quia secundũ te, ista cõditionalis est vera, si procederent in infinitũ causæ, omnes causæ essent causę mediæ. ergo ad rationem causæ mediæ non requiritur dependentia à prima, sed à priore, respectu cuius & posteriores dicuntur media.

Ad hoc breuiter dicitur, quòd causa media ex eo, quòd causa media necessariò dependet à prima, ad cuius euidẽtiam oportet recolere, quòd de ratione causæ est efficacia nisi enim causa aliquid efficiat, causa in actu, de qua est sermo, dici non potest. Efficacia namque causæ in illius causalitate actuali consistit, & propterea nisi causalitas cõpleatur, neque causa in actu neque efficacia seu efficiẽtia aliqua saluatur: oportet ergo ad hoc, quòd causalitas illius compleatur, ac per hoc quid repugnat complemento causalitatis alicuius causæ, repugnat causæ illi. Cum igitur causa media verè causa sit, oportet ipsam habere propriam causalitatem completam. Tunc sic, Complementũ causalitatis causæ mediæ nullatenus potest esse sine dependẽtia à prima causa, ergo causa media, vt est causa media, dependet à prima, ergo optimè dicit Aristot. & habetur in litera, quòd primum est causa medij. Consequentia nota, & antecedens probatur, si tolleretur prima causa, sic quòd ante omnem causam esset alia causa, nunquã per ficeretur causalitas ista tum causarũ essentialiter dependentium ergo complemẽtum mediarum dependet à prima. Conditionalis est clara, quia infinitas descensus vel assensus repugnat complemento. Consequentia autem patet, quia constat quod complementum mediæ causæ dependet ab aliqua antecedente, & non a priore tantum, vt patet ex conditionali, ergo à prima.

Ad obiectionem autem in oppositũ, cùm dicitur, Causa media nihil exigit, nisi quod in causando medietur, cõceditur: sed cùm subsumitur, quòd hoc saltem respectu primi causæ, negatur: quoniam impossibile est mediã causalitatem perfici, nisi fuit tentetur in prima. si enim ab infinitis prioribus dependet, nunquam perfici poterit. Ad confirmationem vero negatur, quod illa cõditio nalis, scilicet si causę essentialiter ordinatę essent infinitę, ómnes essent causę mediæ, fit Aristo. aut nostra simpliciter, sed est ad hominem ponentem infinitatem in causis huiusmodi, apud hos namque sequitur optimè, quòd, cùm omnes ponantur causæ, & nulla primo atigitur mediæ sed secundum veritatem ex illo antecedente procedetur in infinitum in causis, sequitur, ergo nulla causa est, vt Aristot. & Sanctus Thomas deducunt quia sequitur, ergo non est prima: ergo nec media: quia prima est causa mediæ, vt probatum est.

Circa illam propositionem in quarta via assumptam, scilicet maxime tale in aliquo genere est causa omnium aliorum, quę sunt illius generis, quoniam impugnantur ab Aureolo, nota tres terminos. Primo, quòd aliud est esse maxime tale in aliqno genere, & aliud est esse primam seu perfectissimam speciem alicuius generis, vnde non assumitur, hic q. perfectissima species sit causa cæterarum, sed quod maxime tale, &c. Secundò, quod esse causam con-

mulfrigidum in potentia. Impossibile est ergo, quòd secũdum idem & eodem modo aliquid sit mouẽs & motum, vel quòd moueat seipsum. omne ergo, quod mouetur, oportet ab alio moueri. Si ergo id à quo mouetur moueatur, oportet & ipsum ab alio moueri: & illud ab alio. hic autem non est procedere in infinitum: quia sic non esset aliquod primũ mouens, & per consequens nec aliquod aliud mouens, quia mouentia secunda non mouent, nisi per hoc, quòd sunt mota à primo mouente, sicut baculus non mouet, nisi per hoc, quòd est motus à manu. ergo necesse est deuenire ad aliquod primum mouens, quod à nullo mouetur c: & hoc omnes intelligunt Deum.

Ex 2. Met.

Secũda via est ex ratione causæ efficientis. Inuenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium, nec tamen inuenitur, nec est possibile, quòd aliquid sit causa efficiẽs suiipsius, quia sic esset prius seipso, quod est impossibile, non autẽ est possibile, q⁹ in causis efficientibus procedatur in infinitũ: quia in omnibus causis efficientibus ordinatis primum est causa medij, & medium est causa vltimi siue media sint plura siue vnũ tantum, remota autem causa, remouetur effectus: ergo, si non fuerit primum in causis efficientibus, non erit vltimum nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficiẽtibus, non erit prima causa efficiens: & sic non erit nec effectus vltimus, nec causæ efficientes mediæ, quod patet esse falsum. ergo est necesse ponere aliquam causam efficientẽ primã c quam omnes Deum dominant.

234

Tertia via est sumpta ex possibili & necessario, quæ talis est. Inuenimus enim in rebus quędam, quę sunt possibilia esse, & non esse: cùm quędam inueniantur generari & corrumpi: & per cõsequens possibilia esse & nõ esse. Impossibile est autem omnia, quæ sunt talia, semper esse, quia quod possibile est nõ esse, quandoque nõ est: Si igitur omnia sunt possibilia nõ esse, aliquãdo nihil fuit in rebus. Sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset: quia quod non est, non incipit esse nisi per aliquid quod est. Si igitur nihil fuit ens, impossibile fuit, q⁹ aliquid inciperet esse, & sic modo nihil esset: quod patet esse falsum. Non ergo omnia entia sunt possibilia: sed oportet aliquid esse necessariũm in rebus. Ũne autem necessarium vel habet causam suæ necessitatis aliunde, vel nõ habet. nõ est autẽ possibile, quòd procedatur in infinitum in necessariis, quæ habẽt causam suæ necessitatis, sicut nec in causis efficientibus, vt probatum est * ergo necesse est ponere aliquid, quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis aliis quod omnes dicunt Deum.

* In iam dictis in hoc art.

Quarta via sumitur ex gradibus, qui in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis & minus bonum & verũ & nobile, & sic de aliis huiusmodi. Sed magis & minus dicuntur de diuersis, secundum q⁹ appropinquant diuersimodè ad aliquid, quod maximè est: sicut magis calidum est, quod magis appropinquat maximè calido. Est igitur aliquid, quod est verissimũ, & optimũ, & nobilissimũ, & per consequens maximè ens: nam quæ sunt maximè vera, sunt maximè entia, vt dicitur secundo Metaphficorum. * Quod autem dicitur maximè tale in aliquo genere, est causa omniũ, quæ sunt illius metur generis: sicut ignis, qui est maximè calidus, est causa omnium calidorum, vt in eodem libro dicitur. ergo est aliquid, quod omnibus entibus est causa esse, & bonitatis & cuiuslibet perfectionis, & hoc dicimus Deum.

* Tex. 4.

Quinta via sumitur ex gubernatione rerum: videmus enim, quod aliqua, quæ cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operantur propter finem, quod apparet ex hoc q⁹ semper aut frequentius eodem modo operantur, vt consequãtur id quod est optimum. Vnde patet, q⁹ non a casu, sed ex intẽtione perueniunt ad finẽ. Ea autem, quæ non habent cognitionem, non tendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscẽte & intelligente e: sicut sagitta à sagittante: ergo est aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur ad finem e: & hoc dicimus Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q⁹ sicut dicit Aug. in Enchirid. * Deus, cum sit summe bonus, nullo modo sineret, aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeo omnipotens, & bonus, vt beneface ret etiam de malo e. hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet, vt esse permittat mala, & ex eis eliciat bona.

* cap. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, cùm natura propter determinatum finem opere tur, ex directione alicuius superioris agẽtis e, necesse est ea, quæ à natura fiunt etiã in Deum reducere, sicut in primam causam. Similiter etiam quæ ex proposito fiunt, oportet reducere in aliquam altiorem causam, quæ non sit ratio & voluntingit in proposito dupliciter, scilicet effectiuam proprie, vel exemplarẽ: hoc in loco confusè assumitur esse causam: quoniam ad propositũ non refert quali causalitate maximè ens bonum & verum sit causa esse bonitatis & veritatis cæterorum. Esse enim causam siue exemplarem omnium horum, siue effectiuam, propriũ est. Dei ¶ Tertio, quod cætera illius generis possunt accipi dupliciter, scilicet absolutè, id est, secundum totũ id, quod sunt. & possunt accipi secundũ rationẽ illius generis: in propositо nõ sumitur absolutè, sed secũdum quòd habent illius rationem: non enim maximè calidum diximus causam reliquorum calidorum secundum substãtiam & totum quòd sunt, sed solum in quantum calida sunt: ita q⁹ sensus propositionis assumptæ est, Maximè habens rationem aliquã formalem, est causa siue exemplaris, siue effectiua reliquorum habentium eandem rationem formalem vt sic.

Ex hoc patet quod Instantia Aureoli de albedine respectu colorũ nihil valet. Tum quia albedo non est maximè color. Tum quia si esset maximè color, nõ oporteret propterea ipsam causare cæteras species colorũ absolutè, sed quantum ad rationem coloris tantum. Tum quia dicere albedinem esse causam exemplarem reliquorũ colorum, quatenus colores sunt, nullũ inconueniens est, cùm perfectiora sint naturaliter exẽplaria imperfectiorum, vt sic: & colores omnes quãto magis accedũt ad albedinẽ, tanto plus habent lucis & 118 cõsequenter perfectionis ratione coloris.

Circa quintam viam est instãtia quoque Aureoli: quam tamẽ prius excluserat S. T. 3. cõtra Gent. cap. 65. scilicet q⁹ quidditates rerũ naturalium sunt sufficientes causæ effectuũ, qui naturaliter apparẽt ordinati, &c. in vniuersoni de ipsãd. & in q. de ve. q. 5. ar. 2. & inuenies rationem insufficientiæ esse vnitatẽ ordinis, vtilitatem mutuas, cõnexiones contrariorũ, &c. propter eã, quæ hic ponitur in 118 responsione ad secundũ: quia scilicet natura agit propter finẽ, ex secũdo Physic. ergo aut à se conceptum, aut ab alio intẽdente directa, &c.

136

Circa solutionem primi argumenti aduerte q⁹ responsio litera consistit in negatione consequentiæ: quia tamen non assignatur causa in communi, sed particulari materia, de qua est sermo, ideo in cõmuni loquendo scito primo, q⁹ vnum oppositorum excludere reliquum potest dupliciter intelligi, scilicet formaliter & effectiuè: formaliter quidẽ vnum oppositorum non excludit reliquum nisi à se receptiuo, vt patet, & sic in propositо quia bonũ diuturnum infinitum est⁹, & omne malum excludit formaliter à Deo, non autem à creatura: quia non recipitur in creatura, sed in ipso tantum Deo. Effectiuè verò vnum oppositorum excludit reliquũ secundũ q⁹ efficit aliquid sibi simile, sicut vis solaris excludit frigus ab aëre, secundum q⁹ assimilat sibi aërẽ in esse calido: & iuxta hanc oppositionẽ procedit argumentũ: q⁹ si vnum oppositorũ est infinitum, reliquum non solum excluditur ab eo formaliter, sed etiam effectiuè in quorcunque inuentum fuerit: & hoc propter infinitatem suæ efficaciæ cui nihil resistere potest, nisi aliud oppositum etiam esset infinitum. Scito secundo q⁹ Scot. 2. sent. in dist. 2. q. 1. ar. 2 primum examinans hanc conditionalem dicit ipsam veram non solum formaliter, sed effectiuè in oppositis naturalibus, non autẽ in agentibus voluntariè. Et soluit argumentũ ad propositũ, quia bonũ infinitũ agit volũtariè. in litera autẽ simpliciter negatur cõsequentia, & assignatur ratio: quia scilicet ex infinita bonitate agẽtis sequitur 80 esse aliqua mala, ex q⁹ⁱ bonũ resultet. Sed quoniã, vt dictũ est, ista responsio impugnatur ab Aureolo, nota tres terminos. Primo, quòd aliud est esse maxime tale in aliqno genere, & aliud est esse primam seu perfectissimam speciem alicuius generis, vnde non assumitur, hic q⁹ perfectissima species sit causa cæterarum, sed quod maxime tale, &c. Secundò, quod esse causam con-

videtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

videtur antecedens: quoniam oppositum infinitum cõtingit dupliciter. Vno modo communicabile aliis secundũ eandem rationem: sicut si ignis esset infinitus: ẽ calidus. Calor enim est cõmunicabilis aliis secundũ eandem rationem quæ est in igne. Alio modo incõmunicabile aliis secundũ eandem rationem, quamuis sit participabile per quandã analogiam: sicut esse Dei est infinitum, non tamen communicabile aliis secundum eandẽ rationem. Alioquin possent esse plures dij, quamuis sit participabile ab omnibus plus & minus. Dico igitur, quòd si vnũ oppositorum communicabile, secundum eandem rationem est infinitum, reliquum non erit nec in eodem susceptibili, nec in alio quocunque. Si autem vnum oppositorum incommunicabile secũdum eandẽ rationem: participabile tamẽ est infinitum: optimẽ sequitur quòd reliquum formaliter excludet à se, sed non sequitur, ergo reliquum effectiue excludet à quolibet, etiam si conatur naturaliter agere. Et ratio est: quia agens infinitũ infinitè participatum non excludit à participãtibus totaliter suum oppositum, sed oppositum infinitum incommunicabile seu bonum infinitum est huiusmodi. ergo. Maior patet ex inductione, Si enim sol esset infinitè calidus, & calor non esset cõmunicabilis inferioribus secundum eandẽ rationẽ, sed secundum quẽdam analogiã imitationem tãtum: sol in quantum calidus esset infinitum agens, finitè tamẽ participatũ: quia non secũdum eandem rationem, ac per hoc non produceret in aliquo nisi caloris finitã participationem: & cõsequenter non excluderet omne frigus à participantibus ipsum: quia cum colore finitè impresso stat aliquis gradus frigoris. Patet & ratione, quia quãtæcũque virtutis sit agẽs non excludit effectiue oppositum, nisi inquantum est incõpossibile effectui: sed exigẽte agente infinito in se, finitè autẽ participato, effectũ nõ oportet esse incõpossibilem cuilibet gradui oppositi, quia effectus finitè habet rationem vnius oppositi: ergo agens infinitum finitè tantum participatum non tollit effectiue totaliter suum oppositum. Et propter ea Deus gloriosus, qui est infinitum bonum, etiamsi naturaliter ageret, nõ tolleret omne malum ab vniverso: quoniam finitè tantũm participatur à quocunque: & ex bonitate sua proditet vniuersitas bonitatum constituentiũ gradus diuersos in vniverso: ex quorum naturis necesse est oriri malum, sicut ex natura lupi mors agni: & ex natura elementorum corruptio mistorum, &c. Et ideo eleuando rationem in litera assignatam, meritò negatur consequentia, quia ex infinita bonitate Dei otiatur, mala esse propter bonum tamen vniuersi: & non oritur, mala non esse. Et sic ad infinitam Dei bonitatem spectat, quòd malum sit in effectibus suis, non in seipso.

*In hoc artic.

¶ *Super quæstionis tertiæ articulum primum.*

IN titulo aduerte, quòd vt ex conditionibus, quas Deo cõuenire dictum est in præcedenti articulo, probando ipsum esse, manifestè pateat quòd non potest cadere in mentem alicuius Deum esse accidens, fed oportet ipsum esse substantiã: idcirco terminata quæstione, an est, ex qua scitur ens de Deo, & ex annexis liquido constante, quod est substantia, restãt inquirite nũc, an sit corpus, id est, an sit substantia corporea: ita quòd ly Corpus hic sumitur propriè pro corpore, quod est in prædicamento substantiæ, siue illud sit res simplex, vt Auerrois credit de corpore cœlesti, siue non inueniatur simplex, non est curæ. Huiusmodi autem substantia etiam habet dimensionem annexam, secũdum omnes, siue ipsa trina dimẽsio sit idem, quod ipsa, siue non. Nullum enim horũ variat propositum. Substantia autem corporea hoc modo sumpta non solum distinguitur contra incorpoream, puta immaterialem substantiã: sed etiã contra non corpus, id est, formã etiam quæ est corporis actus: neutrum enim horum est substantia corporea: vt ly Corporea est differentia instrinseca cõstituens corpus, quamuis formæ naturales dicantur substantiæ corporeæ, denominatiuè à corporibus, quarum sunt formæ: & sic sumitur corpus propriè, vt patet ex secũdo de Anima in principio, vbi Arist. quærit an anima sit corpus: & hoc modo sumit hic vt singulariter etiã contra proferetur apparet ex tertia ratione in corpore adducta.

ARTICVLVS I.

¶ *Verum Deus sit corpus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus sit corpus. Corpus enim est, quod habet trinam dimensionem: sed sacra Scriptura attribuit Deo trinam dimensionem dicitur enim Iob 2. Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius & latior mari: ergo Deus est corpus.

¶ 2 Præterea, Omne figuratũ est corpus, cum figura sit qualitas circa quãtitatem: sed Deus videtur esse figuratus, cum scriptum sit Gen. 1. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. figura enim imago dicitur, secundũ illud Hebr. 1. Cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: id est imago. Ergo Deus est corpus.

¶ 3 Præterea, Omne quod habet partes corporeas est corpus: sed scriptura attribuit Deo partes corporeas: dicitur enim Iob 41. Si habes brachium vt Deus. & in Psal. * Oculi Domini super iustos: &, * Dextera Domini fecit virtutẽ: ergo Deus est corpus.

¶ 4 Præterea, Situs nõ cõuenit nisi corpori: sed ea, quæ ad situ pertinent, in Scriptura dicũtur de Deo, dicitur enim Esaiæ 6. Vidi Dominũ sedẽ. & Esaiæ 3. Stat ad iudicandũ dominus. ergo Deus est corpus.

¶ 5 Præterea, Nihil potest esse terminus localis à quo, vel ad quem, nisi sit corpus vel aliquod corporeum. Sed Deus in Scriptura dicitur esse terminus localis, vt ad quem, secundum illud Psal. * Acce. ad eum, & illu. & vt à quo, secundum illud [illegible] 17. Recedentes à te, in tertia scribentur. ergo Deus est corpus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 4. Spiritus est Deus.

¶ RESPONDEO dicendum, absolutè Deum non esse corpus: quod tripliciter ostendi potest. Primò quidem, quia nullum corpus mouet nõ motum, vt patet inducendo per singula. Ostensum est autem supra, * quòd Deus est primũ mouens immobile: vnde manifestũ est, quòd Deus non est corpus. Secundò, quia necesse est id, quod est primum ens, esse in actu, & nullo modo in potentia. Licet enim in vno & eodem quod erit de potentia in altum, prius sit potentia, quam actus tẽpore simpliciter, tamẽ actu prior est potẽtia, quia quod est in potentia, nõ reducitur in actũ nisi per ens actu. Ostensum est autẽ supra, * q̃ Deus est primum ens. Impossibile est igitur, q̃ in Deo sit aliquid in potentia: omne autem corpus est in potentia: quia continuũ inquantũ huiusmodi diuisibile est in infinitum. impossibile est igitur Deum esse corpus.

¶ Tertiò, quia Deus est id, quod est nobilissimũ in entibus vt ex dictis patet*. Impossibile est autẽ aliquod corpus esse nobilissimũ in entibus: quia corpus aut est viuum, aut nõ viuum. Corpus autem viuum manifestũ est, quòd est nobilius corpore non viuo. corpus autem viuum non viuit inquantũ corpus, quia sic omne corpus viueret. oportet igitur quòd viuat per aliquid aliud, sicut corpus nostrum viuit per animã. Illud autẽ, per quòd viuit corpus. est nobilius quam corpus. Ini possibile est igitur, Deum esse corpus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut suprà dictũ est*, sacra Scriptura tradit nobis spiritualia & diuina sub similitudinibus corporaliũ. vnde, cũ trinã dimensionẽ Deo attribuit sub similitudine, quãtitatis corporeę, quãtitatẽ virtualẽ ipsius designat: vt pote per ꝓfunditatẽ, virtutẽ ad cognoscendũ occulta: per altitudinẽ, excellentiã virtutis super omnia: per lõgitudinẽ, durationẽ sui esse: per latitudinẽ, affectũ dilectionis ad omnia. Vel vt dicit Diony. 9. ca. de diui. no. per profunditatẽ Dei, intelligitur incõprehẽsibilitas ipsius essentiæ per lõgitudinẽ, pocessus virtutis eius oĩa penetrantis: per latitudinẽ verò, superextensio eius ad oĩa, inquantũ scilicet sub eius protectione oĩa continẽtur.

¶ Ad secundũ dicẽdũ, q̃ homo dicitur esse ad imaginẽ Dei, non secundũ corpus, sed secundũ id, quo homo excellit alia animalia: vnde sequitur Gen. 1. postquã dictũ est, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã, vt præsit piscibus maris, &c. excellit autẽ homo oĩa animalia quantũ ad rationem & intellectum: vnde secundum intellectum & rationem, quæ sunt incorporea, homo est ad imaginẽ Dei.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd partes corporeæ attribuũtur Deo in Scripturis, rationẽ sui actus secundũ quandã similitudinẽ*, sicut actus oculi est videre. vnde oculus de Deo dictus significat virtutem eius ad videndum modo intelligibili non sensibili: & simile est de aliis partibus.

*Quæst. 2. art. 3.

*Quæst. 1. art. 3.

*Quæst. 1. art. 9.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum secundum.*

IN titulo aduerte, quòd licet apud sanctũ Tho. doctrinã esse corpus & esse cõpositum ex materia & forma conuertantur, & idem sint, attamen, quia non vt idem apud alios nec conuertuntur. Auerrois enim ponit corpus in cœlos: & tamen non compositum ex materia & forma: Auicebron autem ponit compositum ex materia & forma in substantiis spiritualibus, & tamen non corpus) ideo vt omnifariam completa sit doctrina præsens, mouetur quæstio, an Deus sit compositus ex materia & forma: & propterea omnes rationes in litera positæ vtuntur mediis abstrahentibus à corporeitate & quantitate, quatenus excludant etiam materiam spiritualem.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito negatiue, Impossibile est in Deo esse materiam. probatur tripliciter. ꝑ Primo Deus est purus actus: ergo nõ habet materiam. probatur sequela, quia materia est in potentia. Secundo, Deus est primum bonum & optimum: ergo bonum non per participationem, sed per essentiam: ergo non est cõpositus ex materia & forma. Antecedẽs ex præcedentibus patet. prima cõsequentia probatur: Bonum per essentiam prius est bono per participationem: ergo, si Deus est primum, &c. secunda vero: Cõpositũ est bonum per suam formam: ergo per participationẽ, secundũ, scilicet quòd materia participat formã. ergo si, &c. ꝑ Tertiò, Deus est prima causa efficiens: ergo est primum & per se agens: ergo est primò & per se forma: ergo non est compositus ex materia & forma. Antecedens cum prima cõsequentia reliquitur pro constanti. Secunda verò probatur, Omne agens agit per suam formam: ergo vnumquodq; sic se habet ad esse agens sicut ad esse formam, & è conuerso: ergo si est primum & per se agens, est primò & per se forma, &c.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd etiã ea quæ ad situ pertinent nõ attribuũtur Deo. nisi secundum quandã similitudinem, sicut dicitur sedens propter suam immobilitatem & autoritatẽ: & stans propter suam fortitudinem ad debellandũ omne, quod aduersatur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ad Deum non acceditur passibus corporalibus, cũ vbique sit, sed affectibus mentis, & eodẽ modo ab eo recedit̃ur. & sic accessus & recessus sub similitudine localis motus designant spiritualem affectum.

ARTICVLVS II.

¶ *Verum in Deo sit compositio formæ & materiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo sit compositio formæ & materiæ. Omne enim, quòd habet animam, est compositũ ex materia & forma: quia anima est forma corporis. sed Scriptura attribuit animam Deo, introducitur enim ad Hebr. 10. ex persona Dei, Iustus autẽ meus ex fide viuit, quòd si subtraxerit se, nõ placebit animæ meæ. ergo Deus est cõpositus ex materia & forma.

¶ 2 Præterea, Ira, gaudium & huiusmodi sunt passiones coniuncti, vt dicitur 1. de Anima* sed huiusmodi attribuuntur Deo in Scriptura. dicitur enim in Psal. Iratus furore Dominus in populum suum: ergo Deus ex materia & forma est cõpositus.

¶ 3 Præterea, Materia est principiũ individuationis. sed Deus videtur esse individuum: non enim de multis prædicatur. ergo est compositus ex materia & forma.

¶ SED CONTRA, Omne compositũ ex materia & forma, est corpus: quantitas enim dimensiua est. quæ primo inhæret materiæ: sed Deus non est corpus, vt ostensum est*: ergo Deus nõ est compositus ex materia & forma.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd Impossibile est in Deo esse materiam. Primò quidẽ, quia materia est id, quod est in potentia: ostensum est autẽ,* quòd Deus est purus actus, nõ habens aliquid de potentialitate, vnde impossibile est, quòd Deus sit compositus ex materia & forma.

¶ Secundò, quia omne cõpositum ex materia & forma, est perfectum & bonũ per suam formã: vnde oportet quòd sit bonũ per participationẽ, secundũ quòd materia participat formã. Primum autẽ, quod est bonum & optimũ, quod Deus est, non potest habere quòd sit bonum per participationẽ, quia sequeretur quòd formica esset nobilior cælesti corpore, quod communiter tenetur non viuere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd corpus cœleste forte est viuũ secundum varietatem: & tamen si comparetur ad formicam, non in quantum viuit, sed in quantum cœleste corpus, facilis est responsio. Dicitur enim quòd formica vt viuẽs est nobilior corpore cœlesti, sed viua vita, & hoc est necessariũ: quia hoc nihil aliud est, quàm dicere, quòd anima est nobilior quocunque corpore. Totus namque ordo animarũ est suprà rotum ordinem corporum, vt patet. Sed, si secundum veritatem cœlum non est viuum, tunc difficilior est responsio, non enim potest dici quòd ista comparatio est vera formaliter, & non simpliciter, id est, quòd viuens, vt sic, est nobilius non viuente vt sic. Tum, quia ista comparatio esset puerilis, cum lapis vt sic, sit etiam nobilior nõ lapide, vt sic & vniuersaliter omne positiuum sua negatione. Tum quia non haberetur intentũ in proposito, intendit enim destruere Deum esse in latitudine corporum, quia vita est nobilior corporeitate, constat namque, q̃ gradus vitalis in vniuersũ superior est gradu naturæ, vt distingũ tur natura contra animã, & quòd corporeitas secundum totam latitudinẽ suam claudit̃ur infra ordinẽ vitæ. igitur non secundum quid, sed simpliciter, & respectu alicuius, cui conuenit viuere: quia scilicet in respectu ad hoc potentia est prior: sed simpliciter non in hoc, vel in ille. actus est prior quòd probatur, quia omne, quod est in potentia, non reducitur ad actum, nisi per aliquod ens actu. Secunda vero consequentia probatur, omne corpus est in potentia: ergo. Assumptum probatur: quia omne corpus est continuum, in cuius ratione cadit potentia ad diuisionem. est enim diuisibile in semper diuisibilia, vt dicitur in 6. *Physic.*

Tertiò, Deus est nobilissimum omnium entium: ergo non est corpus. Antecedens patet ex præcedenti articulo. Consequentia probatur: nullum corpus regnat esse nobilissimum: quod probatur, Corpus aut est viuum, aut non viuum: sed neutrum est nobilissimum: quia non viuo viuum præstat, & viuum præstat id, quo viuit. quod esse aliud à corpore probatur: quia corpus, inquantum corpus: non viuit: aliquin omne corpus viueret. omnia clara sunt.

Verum

*Quæst. 2. art. 3.

Annot.

¶ Circa primam consequentiã aduerte, quòd æquiuocè quod immodo sumitur ly Primum in antecedente & cõsequẽte. Nã in antecedente sumitur, vt notat ordinẽ prioritatis respectu cæterorũ efficientiũ in cõsequente verò sumitur, vt significat secũdum q̃ ipsum, vt in primo posteriorum distinguitur primo, cõtra per se & de omni: ita quòd ex hoc quòd Deus est inter causas efficientes primas, infertur, ergo Deus est per se primo, id est, secundũ q̃ ipsum efficies: & tenet sequela, quoniam non contingenter, sed necessariò: & secundum essentialem causalitatem su per alia efficientia cõuenit ei esse primã inter efficientes causas, vt de se patet. his enim cõstantibus iam patet q̃ ei conuenit esse agens non per aliud, & quòd quibuscũq; conuenit esse per ipsum, ipsum conuenit per ipsum: igitur est primò agẽs iuxta dictam analysim.

¶ Circa cõsequentiam assumpta in probatione secũde cõsequentiæ, illam scilicet, agẽs agit per suã formã, &c. aduerte, quòd si forma est ratio agendi, vt in antecedente assumitur, & pluries ab Arist. dicitur, necesse est, q̃ vnumquodque, sicut se habet ad formã, ita se habeat ad rationem agendi: & cõsequẽter ad esse actiuum à priori procedendo: & ẽconuerso à posteriori procedendo cur aliquid se habeat ad esse actiuum, ita se habeat oportet ad rationẽ agendi & cõsequenter ad formam, ac per hoc valet secunda cõsequẽtia, Si aliquid est primò actiuũ, est primus ens actu agẽdi & forma, & sic non est compositum ex materia & forma. Hinc autem conuertibilitatẽ infinuat litera dum, primo dicit, quòd secundum quòd aliquid se habet ad formã, sic se habet ad hoc, quòd sit agens: & deinde conuertibilitatem subaudiendam volens subdit, quod igitur est per se primò agens est primò & per se forma.

*Artieu. præced.

*Quæst. 2. art. 3. d. 467.

Sed citra hæc occurrit dubium: quoniam hic processus videtur sophisticus quoniam sub hoc communi, scilicet se habere ad formam, descẽditur determinatè ad hoc speciale, scilicet esse formã: vnũquodq; enim ita se habet ad formam, vt ad esse agens verissimum est, sed ex hoc nõ licet subsumere vnumquodq; ita se habere ad esse formam, sicut ad esse agens. Tum quia est sophisma consequentis. Tum quia hoc falsum est, quoniam ignis non ita se habet ad esse calorẽ, sicut se habet ad esse calefactiuũ: quia ignis est primò calefactiuus, non tamen est primò calor, imò nõ est calor: sed habens illum per se primò: & tamen calor est forma illa, quæ est ratio calefaciendi: igitur ex hoc, q̃ aliquid est per se primò agens, nihil aliud infertur potest, nili, q̃ per se primò habet formã, quæ est ratio agendi: & non quòd sit per se primò forma, vt in litera fit, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd oportet hic aduertere duo, primò quid importet ly per se primò. secundo, q̃ sermones interpretandi sunt semper secunda subiectam materiã: ex his enim omnia erũt manifesta. ꝑ Per se primo tale, vt dicitur. ꝑ Poste, significat, quòd sit tale nõ per aliud, & reliqua sine talia per ipsum, sed, cum dicitur, nõ per aliud, excludũtur nõ solum extrinseca, sed etiam partes, vt dicitur 7. Phy. ita quòd illud, quod est tale ratione partis, nõ est per se primo tale: ac per hoc, illud, cui conuenit esse agens ratione partis, scilicet formæ, non est per se primo agens: sed neque per accidens, sed per aliud, scilicet per partẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et propterea nullum compositum ex materia & forma potest esse per se primò actiuum, quoniam omnia agunt non sibi toris, quia non ratione materiæ: repugnat enim ei esse rationé agendi, cùm de ratione eius sit potentia opposita actui, qui est ratio agendi. ¶ Et hinc patet, qualiter ex se habente ad formã, sed se habere ad esse formã: vt in li-

Ex 3. Phy.

tera factũ est. & econtrario fieri posset à primo ens cuius est sophisma. Ad instantia autem de calore dicitur, q. si sermones ponerentur secundum materiã subiectam, non fieret hæc obiectio, esse enim actium in cõmuni, nullã imperfectionem includit. cõuenireque potest alicui rei subsistenti in natura p se primò propriissimè, vt loquimur: esse vero calefactiuum, imperfectionẽ claudit: quoniã dicit esse actium sic. id est materialiter, & impossibile est, quòd conueniat alicui primò simpliciter & absolutè loquendo: quia oportet q. cõueniat cõposito ex materia & forma, cui nõ potest cõuenire agere nisi secundũ partẽ. sed tamen huiusmodi materiales actiui tates secũdũ proprias rationes sumptæ, dicũtur cõuenire alicui primò eo modo, quo possibile est, inueniri primò in tali cõueniẽtia, id est in genere materialiũ agẽtiũ, & nõ simpliciter. Et propterea instantia nõ est contra ꝓpositũ quo niam licet de igne & calore & aliis materialibus rationibus actiuis, non appareat vis consequentiæ: hoc est, quia in eis non inuenitur esse agẽs nec esse tale agẽs primò, sed esse tale agẽs primò in genere agentiũ materialiũ: vbi primitas non excludit partẽ, & tamen constat partẽ excludi per primitatẽ simpliciter. Stat igitur vis consequentiæ, quòd si Deus est per se primo agens: ergo est per se primo formatiuus: per se primo agens est agens non per aliud, id est nec etiam per partem, sed se totum: ac per hoc oportet, totum esse formam, & consequenter incompositum esse ex materia & forma.

d. 731 171

16

2.c. contra 42 & 43, & opus. 3.cu. 10.

d. 634

INresponsione ad tertium dubium nascitur ex Durando contra assignatã ibi dem causam indiuiduationis, scilicet recipi in materia, vel non posse recipi in ea. Indiuiduũ dicitur indiuiduum per negationem diuisionis, qua superius diuiditur in sua inferiora; & est in diuiduum per negationem essendi in alio, sicut in subiecto inferiori, & non per negationem essendi in alio sicut in subiecto informationis: sed tam recipi in materia quàm non posse recipi in alia, spectant ad esse & non esse in alio, sicut in subiecto informationis: ergo nihil horum spectat ad indiuiduationem: sed æquiuocatio commissa est circa ly esse in alio: & ly subiectum. Maior patet: alioquin hoc aibum non esset indiuiduum, cùm sit in alio sicut in subiecto informationis, scilicet in hac substantia. Minor vero est per se nota. Et confirmatur: materia non est primum subiectum prædicationis, id est, infimum subiicibile, sed est primum subiectum informationis: ergo ex hoc, quod est primum subiectum, non est indiuiduans. consequentia nota. antecedens probatur: quia materiæ etsi conueniat ex se negatio essendi in alio, vt in subiecto informationis, non tamen conuenit ei negatio essendi in alio, vt in subiecto inferiori: quonism materia est quodãm vniuersale, & prædicatur de hac & illa materia, vt vniuersale superius de suis inferioribus, vt patet, alioquin materia non esset scibilis, cùm scientia non sit nisi vniuersalium, male igitur videtur litera assignasse rationem indiuidui ex materia.

d. 742

Ad hoc est breuiter dicendum, concedendo, quòd alius est modus essendi in alio vt in subiecto inferiori, & alius in subiecto informationis: & similiter, q. aliud est esse subiectũ ibi & hic: sed cũ hoc stat, quòd natura esse in alio, vt superius in inferiori, non quocunq; sed singulari, & eam esse in alio per informationem, sunt idem non formaliter, sed causaliter: ita q. ad quid diratem aliquã esse in alio per informationẽ naturaliter sequitur, ipsam esse in alio vt inferiori singulari, & ad quidditatẽ, non posse esse in alio per informationem, sequitur ipsam nõ posse esse in singulari vt inferiori, sed ipsam esse per se singularem, & hoc est, quod in litera dicitur. Assignat enim esse vel non esse in alio per informationẽ pro radice indiuiduationis: & non pro formali constitutiuo indiuiduũ: vt obiectiones malè interpretãtur: Probare autẽ quòd hæc sit radix indiuiduationis præsentis, excedit limites negotij. Inferius potius, vbi de indiuiduatione ex proposito agetur, tractabitur. Sat est hic pro notitia literæ scire, q. apud nos iste modus essendi in alio per informationẽ, non est cõstitutiuus formaliter, sed causaliter indiuidui. Vnde ad obiectionem in oppositũ dicitur, ex hoc, quòd hoc albũ est indiuiduum & in alio per informationem, nihil aliud habetur, nisi quòd esse in alio per informationẽ, non est formale constitutiuum indiuiduised cum hoc stat, quòd si albedinis natura nõ posset esse in alio per informationẽ, numquam album esset in hoc albo vt superius in inferiorisi; & virtus huic albæ

d. 114.

* Articu. præce. d. 1013.

c 63

tia vel natura Dei. quæ est deitas, dicitur esse in Deo: ergo videtur quod Deus non idem, quod sua essentia vel natura.

¶ 2 Præterea, Effectus assimilatur suę causæ. q. 2 omne agẽs agit sibi simile c. sed in rebus creatis nõ est idem suppositum, quod sua natura: nõ enim idem est homo, quod sua humanitas. ergo nec Deus est idem, quod sua deitas.

¶ CONTRA, De Deo dicitur, quod est ita, & non solum quod est viuẽs, vt patet Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Sicut autem se habet vita ad viuentẽ, ita deitas Ad Deum. ergo Deus est ipsa deitas.

¶ RESPONDEO dicendum, quod Deus est idẽ, quod sua essentia vel natura. Ad cuius intellectum sciendũ est quòd in rebus compositis ex materia & forma necesse est, quod differãt natura vel essentia & suppositum: quia essentia vel natura comprehendit in se illa tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei c. sicut humanitas comprehendit in se ea, quæ cadunt in diffinitione hominis: his enim homo est homo: & hoc significat humanitas: hoc, scilicet, quo homo est homo. Sed materia indiuidualis cũ accidẽtibus omnibus in diuiduantibus ipsam, non cadit in diffinitione speciei c. non enim cadunt in diffinitione hominis hę carẽs & hæc ossa, aut albedo, vel ingredo, vel aliquid huiusmodi: vnde hæ carnes & hæc ossa & accidentia designantia hanc materiam, non concluduntur in humanitate: & tamen in eo quòd est homo includitur: vnde id, quod est homo, habet in se aliquid, quod non habet humanitas: & propter hoc non est totaliter idem homo & humanitas: sed humanitas significatur vt pars formalis hominis: quia principia diffiniẽtia habẽt se formaliter respectu materiæ indiuiduãtis. In his igitur, quæ non sunt composita ex materia & forma, in quibus indiuidua tio non est per materiam indiuidualẽ, id est per hanc materiam, sed ipsæ formæ per se indiuiduantur, oportet quòd ipsæ formæ sint supposita subsistentia: vnde in eis non differt suppositũ & natura. Et sic, cùm Deus nõ sit cõpositus ex materia & forma, vt ostensum est a, oportet quòd Deus sit sua deitas, sua vita, & quicquid aliud sic de Deo prædicatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de rebus simplicibus loqui non possumus, nisi per modũ compositorũ, à quibus cognitionẽ accipimus: & ideo de Deo loquentes vtimur nominibus concretis, vt significemus eius: subsistentiam: quia apud nos non subsistunt nisi composita. & vtimur nominibus abstractis, vt significemus eius simplicitatem c. Quod ergo dicitur, deitas vel vita, vel aliquid huiusmodi, esse in Deo, referendum est ad diuersitatem nostri, & non ad aliquam diuersitatem rei.

¶ Ad secundum dicendum quòd affectus Dei imitantur ipsum non perfectè, sed secundum quod possunt, & hoc ad defectum imitationis pertinet, quòd id, quod est simplex & vnum, non potest repræsentari nisi per multa, & sic accidit in eis compositio, ex qua prouenit, quòd in eis non est idem suppositum quod natura.

conditiones in re, alter: m negatiuam, scilicet quòd nõ significat suppositum naturæ diuinæ. & hoc secundũ veritatem loquendo. Altera affirmatiuam, scilicet, q. equiualet supposito quòd ad habituditiẽ idẽtitatis vel distinctionis à natura: quoniã cõparatur ad illã, vt habens ad habitum: vt q. est, ad quo est: vt subsistens ad naturam, in qua & qua subsistit, &c. Et tertiam cõditionem habet in opiniõe Philosophorũ,

imò totius rationis humanæ secundum facultatem naturę, scilicet q. ab omnibus accipitur vt suppositũ naturæ diuinæ: quia nulla deest si bi cõditio suppositi nisi incõmunicabilitas. quã nõ conuenire sibi, quia cõmunis est tribus personis, non ratione, sed reuelatione fidei nouimus. Et ex hac sequitur quarta cõditio quòd ad nos: quòd, licet hic Deus nõ significet suppositum diuinum similiter, tamẽ significat suppositũ diuinũ standoinfra limites tractatus de absoluti: qualis est præsens. Propter primam condition ẽ caute loquitur litera, tã quærẽdo, quàm cõcludẽdo & respõdendo: semper enim de Deo in speciali sermonẽ habemus nominat Deum & deitatẽ & nunquam suppositũ diuinum: propter alias verò tres conditiones vtitur nomine suppositi & Naturæ in communi loquendo: & ex cõmunibus regulis idẽtitatis aut distinctionis suppositi à natura quæstionẽ determinat: idẽ nanq; est iudicium de distinctione huius Dei à deitate, & suppositi à natura: quoniam æquialet illud indiuiduũ suppositũ, quòd ad hoc: distinguitur enim suppositum à natura, vt habens ab habito: & quod est, à quo est, & subsistens, ab eo quo subsistit, &c. Nec congruebat doctrinæ ordini, vt tractatui de absolutis immiscerẽtur reipectiua reuelata, tam remota ab his principiis, tot interceden tibus mediis quæstionibus decidendis.

¶ In corpore est vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiuè: Deus est idem, quod sua essentia seu natura. Probatur: Ratio differentiæ inter naturã & suppositũ est distinctio naturæ à materia indiuiduali: ergo in formis simplicibus quæ per seipsas indiuiduantur, nõ differt suppositum, à natura: ergo Deus est sua deitas & sua vita, &c. Antecedẽs probatur ex ratione distinctionis naturæ & suppositi in rebus materialibus notioribus nobis. Natura cõprehendit in se ea tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei: ergo non cõprehendit materiam indiuidualem, ergo ex hoc distinguitur à suppositio. Assumptũ patet. Et prima consequentia nunc facta probatur dupliciter. Primo, quia materia in diuiduans non claudit in diffinitione speciei, vt patet de his carnibus respectu naturæ humanæ. Secundò, quia principia diffinientia habent se formaliter respectu materiæ indiuiduantis, in cuius signũ humanitas significatur, vt pars formalis hominis. secunda autem probatur: quia in suppositi ratione, si diffiniretur, clauderetur materia indiuidualis, vt in Sorte. consequentia autem prima, vt per se nota, relinquitur. secunda autem probatur, quia Deus non est compositus ex materia & forma, vt ex præcedenti patet articulo.

¶ Circa terminos assumptos in antecedẽte, & cõsequenter in tota hac ratione distingue primo ly natura, & ly suppositis. Possum d enim de his loqui dupliciter vno modo secundũ rem tantùm, alio modo secundũ modũ significandi. Secundum modum natura & suppositum secundum rem tantum, quando sumuntur secundum propriãs rationes rei, quam significat natura, & rei quã significat suppositum, abstrahendo à modis significandi. Verbi gratia, quando sumitur natura simpliciter, abstrahendo à modis significandi. Verbi gratia, quando sumitur natura humana secundũ eius propriam diffinitionẽ, & Sortes secundũ eius rationem propriã, non curando an natura significetur in abstracto vel concreto, &c. sumuntur autẽ secundũ modos significandi, cùm sumũtur, vt stãt sub nominibus primæ intentionis: pura humanitas, homo, Sortes, Sorteitas, &c. Sermo præsens est de natura & suppositio secundũ rem, & nõ secundũ modũ significandi: hoc enim potius logici, illud metaphysici negotij est. Et ideo cessant oẽs argumentationes & responsiones, quæ immiscẽt significari per modũ partis, vel excludere à significatione, aut nec excludere nec includere, & similia, quæ ad differentiã inter hæc ex modis significandi, & nõ ex rebus spectãt. Nec obstat, q. in corpore eius articuli inferatur, q. humanitas significatur vt pars formalis hominis, ad probandũ quòd natura nõ includat materiam indiuidualẽ: quoniam hoc allatum est, vt signum à potẽtiori notius, ad manifestandũ etiã ex modo secundo ly differre seu differentiã: est enim duplex secundũ rationem & secundum rem. Et hæc subdiuiditur in differentiã realem inter rem & rem, & in differentiã realẽ inter rem includentem aliquid reale, & non includentem illud. Includere autem & non includere nunc dicimus, nõ ex modo significandi, sed ex ratione formali rei significatæ formaliter sumptæ. Et hæc rursus subdiuidi tur in differentiã realẽ penes inclusionẽ aliculus realis intrinsecè: sicut homo differt ab animali: quia includit intrinsecè rationale: & penes inclusionẽ alicuius realis extrinsecè: sicut disciplinabilitas sit eadem res, q. natura hominis, quia includit extrinsecè disciplinã vt actũ, per quẽ diffinitur, quia nõ includit homo in sua ratione. Quatuor igitur cum sint modi differẽtiæ, secundũ rationẽ tantùm, vt est inter hominem & humanitatem: inter rem & rem, vt est inter Sortem & Platonẽ: inter rem includentẽ intrinsecè aliquid reale & abstrahentem, & inter includentẽ extrinsecè aliquid reale & abstrahentẽ ab illo: in antecedente assumpto, & tota hac ratione ac conclusione, sermo tantũ est de differentia tertio modo, id est penes inclusionẽ intrinsecã. Non enim est hic sermo de differentia secundũ rationem tantũ, quoniã suppositũ & natura in omnibus, etiã in Deo diffiniguntur. Deus enim & Deitas ratione modi significãdi distinguntur in tantum q. ista est hæretica, Deitas generat deitatẽ: & ista catholica, Deus generat Deũ, vt patet in principio Decretalium: Nequetiam est hic sermo de differentia reali, qualis est inter rẽ & rem. Constat enim, quòd natura substantialis & suppositum non possunt naturaliter sic diffingui, vt sint totalites duæ res diuersæ. Nec etiã est hic sermo de differẽtia realis, vt intrinsecæ: quoniam falsum esset antecedẽs, & falsum esset, quòd in substantijs immaterialibus non differt suppositũ & natura. In subltan tijs enim separatis suppositũ à natura differt extrinsecè: quia suppositum, vt sic, includit subsistere, quod est esse per se non intrinsecè, sed quodammodo, quasi vt propriũ actũ, ad quem quodammodo deberet diffiniri, si diffiniretur. natura autẽ nõ. Et propterea S. Thom. in quolibet. secundo. q. secũda, artic. 2. de tali differentia loquens, dixit, quòd in angelis differt suppositũ à natura. Relinquitur igitur, quòd sit hic sermo de differentia penes inclusionẽ intrinsecam. Tum quia ratio assumpta in litera manifestè secundum talem differentiam diffinguit suppositũ à natura in rebus materialibus, quia scilicet suppositũ includit materiam individuatam, quã non includit natura. Constat enim hoc intelligi de intrinseca inclusione. Tum quia in separatis à materia tali differentia non diffinguitur suppositum à natura, vt hic affirmatur, ex eo quòd individuantur per se ipsa: id est, quia idem est constituens natura & individuũ: ac per hoc nihil intrinsecũ includit individuum, quod nõ claudat natura, & econuerso. Tum quia idem conferuet iudicium in litera de identitate suppositi & naturæ in substantijs separatis & Dei cum Deitate: hoc enim non est simpliciter verũ, nisi de differentia intrinseca loquẽdo: quoniã, vt iam dictũ est in quolibetis, aliud protulit iudicũ intrinseca loquẽdo: quoniã, vt iam dictũ est in quolibetis, aliud protulit iudicũ loquendo de differẽtia extrinseca. Est ergo sensus antecedẽtis, q. ratione differentiæ intrinsecæ inter naturam & suppositum secundũ rem seu rationes formales, sumpta est diffinctio naturæ à materia indiuiduali: & similiter sensus omnũ conclusionũ, quæ implicite hîc continentur de suppositõ & natura in tebus materialibus & in separatis à materia, &c. eodẽ intellectu sumendus est. Et, si prædicta diligenter inspexeris, cõpleteris diffpositionẽ omnũ terũ, quò ad identitatẽ & diuinctionẽ inter suppositũ & naturã. Habes enim in primis, quòd suppositum & natura non subsistentialiter essentiuens suppositiue sit natura accidentis, vt Sortes & eius complexio: sue ſe substantia quasi aduentitia, vt Sortes & eius complexio: sue ſe substantia quasi aduentitia, scilicet veres & res, & invt humanitas vetbi Dei: diffinguntur quadrupliciter, scilicet veres & res, & invt humanitas vetbi Dei: diffinguntur quadrupliciter, scilicet veres & res, & intrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes secundò, quòd suppositum instrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes secundò, quòd suppositum instrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes tertio, quòd in substãtijs immaterialibus distinguntur & natura in substantijs cõpositis diffinguntur instrinsecè, & extrinsecè, & secundum rationẽ. Habes tertio, quòd in substãtijs immaterialibus distinguntur cundum rationẽ. Habes tertio, quòd in Deo nullo modo diffinguntur secundũ rem suppositum & natura nõ intrinsecè, sed extrinsecè secundũ rem, & secundum rationem. Habes quartò, quòd in Deo nullo modo diffinguntur secundũ rem Deus & deitas, sed ratione tantũ modi significandi. Habes & concordiã dictorũ S. Tho. & intellectũ eorum, quæ in diuersis locis de hac materia scripta sunt.

¶ Circa primam consequentiam in litera factam, aduerte, quòd ideo relicta est pro constantiã: quia fundatur super illa regula posteriorissima satis trita, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, & è conuerso: & quoniam hæc maxima non tenet nisi in causis propriis, ideo in antecedente ly ratio, cum dicitur ratio differentiæ, &c. supponit pro ratione propria. Ita quod sensus est, propria & præcisa ratio differentiæ intrinsecæ inter naturam & suppositum: & tunc manifestè patet vis consequentiæ ex negatione talis rationis, negationem sui effectus inferens.

ARTICVLVS III.
¶ Virum sit idem Deus, quod sua essentia vel natura.

AD TERTIVM sic proceditur Videtur quòd nõ sit idem Deus quod sua essentia vel natura. Nihil enim est in se ipso, sed essentia vel natura Dei. quæ est deitas, dicitur esse in Deo: ergo videtur quod Deus non idem, quod sua essentia vel natura.

¶ 2 Præterea, Effectus assimilatur suę causæ. q. 2 omne agẽs agit sibi simile c. sed in rebus creatis nõ est idem suppositum, quod sua natura: nõ enim idem est homo, quod sua humanitas. ergo nec Deus est idem, quod sua deitas.

¶ CONTRA, De Deo dicitur, quod est ita, & non solum quod est viuẽs, vt patet Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Sicut autem se habet vita ad viuentẽ, ita deitas Ad Deum. ergo Deus est ipsa deitas.

¶ RESPONDEO dicendum, quod Deus est idẽ, quod sua essentia vel natura. Ad cuius intellectum sciendũ est quòd in rebus compositis ex materia & forma necesse est, quod differãt natura vel essentia & suppositum: quia essentia vel natura comprehendit in se illa tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei c. sicut humanitas comprehendit in se ea, quæ cadunt in diffinitione hominis: his enim homo est homo: & hoc significat humanitas: hoc, scilicet, quo homo est homo. Sed materia indiuidualis cũ accidẽtibus omnibus in diuiduantibus ipsam, non cadit in diffinitione speciei c. non enim cadunt in diffinitione hominis hę carẽs & hæc ossa, aut albedo, vel ingredo, vel aliquid huiusmodi: vnde hæ carnes & hæc ossa & accidentia designantia hanc materiam, non concluduntur in humanitate: & tamen in eo quòd est homo includitur: vnde id, quod est homo, habet in se aliquid, quod non habet humanitas: & propter hoc non est totaliter idem homo & humanitas: sed humanitas significatur vt pars formalis hominis: quia principia diffiniẽtia habẽt se formaliter respectu materiæ indiuiduãtis. In his igitur, quæ non sunt composita ex materia & forma, in quibus indiuidua tio non est per materiam indiuidualẽ, id est per hanc materiam, sed ipsæ formæ per se indiuiduantur, oportet quòd ipsæ formæ sint suppositæ subsistentia: vnde in eis non differt suppositũ & natura. Et sic, cùm Deus nõ sit cõpositus ex materia & forma, vt ostensum est a, oportet quòd Deus sit sua deitas, sua vita, & quicquid aliud sic de Deo prædicatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de rebus simplicibus loqui non possumus, nisi per modũ compositorũ, à quibus cognitionẽ accipimus: & ideo de Deo loquentes vtimur nominibus concretis, vt significemus eius: subsistentiam: quia apud nos non subsistunt nisi composita. & vtimur nominibus abstractis, vt significemus eius simplicitatem c. Quod ergo dicitur, deitas vel vita, vel aliquid huiusmodi, esse in Deo, referendum est ad diuersitatem nostri, & non ad aliquam diuersitatem rei.

¶ Ad secundum dicendum quòd affectus Dei imitantur ipsum non perfectè, sed secundum quod possunt, & hoc ad defectum imitationis pertinet, quòd id, quod est simplex & vnum, non potest repræsentari nisi per multa, & sic accidit in eis compositio, ex qua prouenit, quòd in eis non est idem suppositum quod natura.

ARTICVLVS IIII.
¶ Virum in Deo sit idem essentia & esse.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo non sit idem essentia & esse. Si enim hoc sit, tũc ad esse diuinum nihil additur: sed esse, cui nulla fit additio, est esse cõmune, quod de omnibus predicatur: sequitur ergo, quòd Deus sit ens cõmune prædicabile de omnibus. hoc autem est falsum, secundum illud Sapi. 14. Incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerũt. ergo esse Dei non est eius essentia.

¶ 2 Præterea, De Deo scire possumus an sit, vt suprà dictum est a, non autem possumus scire quid sit, ergo nõ est idem esse Dei & quod quid est eius, siue quiditas vel natura.

¶ SED CONTRA est quod Hyla. dicit in 6. de trini b. esse nõ est accidens in Deo. sed subsistens veritas. id ergo, quod subsistit in Deo, est suum esse.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q. Deus nõ solum est sua essentia, vt ostensum est a, sed etiã suum esse: quod quidẽ multipliciter ostendi potest. primo quidẽ, quia quicquid est in aliquo, quod est prꝛter essentiã eius, oportet esse causatum vel à principiis essentiæ, sicut accidentia propria consequẽtia speciẽ, vt risibile cõsequitur hominẽ, & causatur ex principiis essentialibus. Quæ autem conueniunt alicui rei, non causata, dicuntur ei conuenire ex principiis suæ naturæ, sicut proprium consequitur speciem non causatum ab aliquo principio. Quia igitur esse est actualitas omnis formæ aut naturæ, oportet, quòd esse conueniat ipsi formæ aut naturæ non causatum, nisi in quantum forma aut natura est facta subsistens, & habens esse. Et hoc modo creatio dicitur esse quidam processus formæ aut naturæ à causa efficiente, in quantum esse dependet ab ea, sicut lumen ab aere illuminato, non autem sicut ab agente per transmutationem. Et quia Deus est ipsum esse per essentiam suam, ut ostensum est a, sequitur quòd nõ habeat esse participatum, sed quòd sit ipsum esse suum increatum. Et sic patet, quòd sit vnus tantũ, & quòd in eo essentia & esse non differant nisi secundum rationem tantũ, quoniã sermo de differentia secundũ rationem tantũ, quoniã suppositũ & natura in omnibus, etiã in Deo diffiniguntur. Deus enim & Deitas ratione modi significãdi distinguntur in tantum q. ista est hæretica, Deitas generat deitatẽ: & ista catholica, Deus generat Deũ, vt patet in principio Decretalium: Nequetiam est hic sermo de differentia reali, qualis est inter rẽ & rem. Constat enim, quòd natura substantialis & suppositum non possunt naturaliter sic diffingui, vt sint totalites duæ res diuersæ. Nec etiã est hic sermo de differẽtia realis, vt intrinsecæ: quoniam falsum esset antecedẽs, & falsum esset, quòd in substantijs immaterialibus non differt suppositũ & natura. In subltantijs enim separatis suppositũ à natura differt extrinsecè: quia suppositum, vt sic, includit subsistere, quod est esse per se non intrinsecè, sed quodammodo, quasi vt propriũ actũ, ad quem quodammodo deberet diffiniri, si diffiniretur. natura autẽ nõ. Et propterea S. Thom. in quolibet. secundo. q. secũda, artic. 2. de tali differentia loquens, dixit, quòd in angelis differt suppositũ à natura. Relinquitur igitur, quòd sit hic sermo de differentia penes inclusionẽ intrinsecam. Tum quia ratio assumpta in litera manifestè secundum talem differentiam diffinguit suppositũ à natura in rebus materialibus, quia scilicet suppositũ includit materiam individuatam, quã non includit natura. Constat enim hoc intelligi de intrinseca inclusione. Tum quia in separatis à materia tali differentia non diffinguitur suppositum à natura, vt hic affirmatur, ex eo quòd individuantur per se ipsa: id est, quia idem est constituens natura & individuũ: ac per hoc nihil intrinsecũ includit individuum, quod nõ claudat natura, & econuerso. Tum quia idem conferuet iudicium in litera de identitate suppositi & naturæ in substantijs separatis & Dei cum Deitate: hoc enim non est simpliciter verũ, nisi de differentia intrinseca loquẽdo: quoniã, vt iam dictũ est in quolibetis, aliud protulit iudicũ intrinseca loquẽdo de differẽtia extrinseca. Est ergo sensus antecedẽtis, q. ratione differentiæ intrinsecæ inter naturam & suppositum secundũ rem seu rationes formales, sumpta est diffinctio naturæ à materia indiuiduali: & similiter sensus omnũ conclusionũ, quæ implicite hîc continentur de suppositõ & natura in tebus materialibus & in separatis à materia, &c. eodẽ intellectu sumendus est. Et, si prædicta diligenter inspexeris, cõpleteris diffpositionẽ omnũ terũ, quò ad identitatẽ & diuinctionẽ inter suppositũ & naturã. Habes enim in primis, quòd suppositum & natura non subsistentialiter essentiuens suppositiue sit natura accidentis, vt Sortes & eius complexio: sue ſe substantia quasi aduentitia, vt Sortes & eius complexio: sue ſe substantia quasi aduentitia, scilicet veres & res, & invt humanitas vetbi Dei: diffinguntur quadrupliciter, scilicet veres & res, & intrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes secundò, quòd suppositum instrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes secundò, quòd suppositum instrinsecè, & extrinsecè, & secundũ rationem. Habes tertio, quòd in substãtijs immaterialibus distinguntur & natura in substantijs cõpositis diffinguntur instrinsecè, & extrinsecè, & secundum rationẽ. Habes tertio, quòd in substãtijs immaterialibus distinguntur cundum rationẽ. Habes tertio, quòd in Deo nullo modo diffinguntur secundũ rem suppositum & natura nõ intrinsecè, sed extrinsecè secundũ rem, & secundum rationem. Habes quartò, quòd in Deo nullo modo diffinguntur secundũ rem Deus & deitas, sed ratione tantũ modi significandi. Habes & concordiã dictorũ S. Tho. & intellectũ eorum, quæ in diuersis locis de hac materia scripta sunt.

¶ Circa primam consequentiam in litera factam, aduerte, quòd ideo relicta est pro constantiã: quia fundatur super illa regula posteriorissima satis trita, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, & è conuerso: & quoniam hæc maxima non tenet nisi in causis propriis, ideo in antecedente ly ratio, cum dicitur ratio differentiæ, &c. supponit pro ratione propria. Ita quod sensus est, propria & præcisa ratio differentiæ intrinsecæ inter naturam & suppositum: & tunc manifestè patet vis consequentiæ ex negatione talis rationis, negationem sui effectus inferens.

¶ Super Quæstionis tertiæ Articulum tertium.

INtitulo statim occurrit ambiguitas: pro quo supponit Deus in hoc quæsito vtrum Deus sit idem, quod sua essentia. ex secundo nanque argumento & ex toto processu corporis articuli infinuatur, quòd supponit pro suppositõ diuino, quoniam nihil aliud hic tractatur, nisi an suppositum naturæ, diuinæ, & ipsa natura sint idem. Ex ratione vero suppositi ostendiur oppositum: quoniam ad rationem suppositi requiruntur quinque conditiones, scilicet quòd sit substantia completa, indiuidua, subsistens, incõmunicabiliter subsistẽtia, propter accidentia; completa, propter partes: indiuidua, propter speciem, subsistẽs, propter humanitatem Christi: incommunicabiliter, propter essentiam diuinam, quæ est cõmunis tribus suppositis: & hic cùm suppositum diuinum idem significet quod persona diuina. & in hoc articulo nulla fiat mentio de personarum constitutiuis, consequens est, quòd ly Deus non stat pro suppositò diuino. & confirmat hoc, quia inferius quæretur ex proposito, vtrum persona & essentia in Deo sint idem. ergo, &c.

¶ Ad hoc est dicendũ, quòd ly Deus potest tripliciter sumi. Primò, vt significat concretum quasi specificum naturæ diuinæ, id est habens deitatem sicut homo significat habens humanitatem. ꝛ Secundo, vt significat concretũ indiuiduale naturæ diuinæ, id est hunc habentem deitatem, seu hunc Deũ sicut hõmo potest supponere pro hoc homine. ꝛ Tertio, vt significat suppositum naturæ diuinæ: id est hunc incommunicabiliter habentẽ deitatem, id est hanc personã diuinam: sicut homo potest supponere pro Sorte. ꝛ Sed hoc interest inter Deũ ex vna parte, & hominem cæteratumq; naturatum concreta, ex alia parte, quòd in aliis non diffinguitur indiuiduũ naturæ in concreto à supposito: non enim diffinguitur hic homo ab humano supposito, aut è cõuerso. In Deo autẽ diffinguitur indiuiduum naturæ in cõcreto, id est hic Deus, à supposito diuino, id est Patre & filio & ꝑritu sancto, & ratio est, quia hic Deus est simul terminus singularis & cõmunis tribus suppositis. q. est impossibile conuenire indiuiduo singularis suбstantiarũ. ꝛ Tripliciter ergo cum accipi possit, dico quòd hic non limitatur primo modo: q. vt in corpore articuli patet id, q. quo supponit ly Deus, claudit in sua ratione principia indiuiduantia, Deum inquantũ indiuiduantia sunt, quæ nõ significantur claudi in ly Deus, quasi specifice supponentẽ. Neque etiã sumitur tertio modo: tum quia nulla fit hic mẽtio de personalibus: tũ quia sub hoc sensu multa supponit prædeterminanda: & propteres inferius in hoc sensu quæretur in tractatu de personis diuinis. sed sumitur secundo modo. Ita quòd sensus est, vtrum Deus, id est, hic Deus, sit idem, quod deitas. Sed aduertendum quòd hic Deus significans indiuiduum diuinæ naturæ in concreto, habet duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciēt causa, vt sit ergo, si ab extrinseco nō est causatū, est idem q̄ est, consequentia probāda. Secundo Deus est actus purus: ergo essentia eius nō se habet ad esse vt potentia ad actū: ergo est suum esse. antecedens patet & prima cōsequentia est ſ̄ota ex terminis. secunda probatur: esse est actualitas omnis formæ, seu naturæ: ergo omnis natura distincta ab esse comparatur ad ipsum, vt potentia ad actum: ergo, si non

d. 1034 comparatur vt potētia, est ipsū esse. Assumptū probatur: quia nulla res significatur, in actu nisi significetur, vt est.

¶ Aduerte hic q̄ ista ratio fundatur super hoc, q̄ quæcunq; quidditas vel natura, quātumcunq; secundū rationem quidditatiuā sit actualis, relata tamē ad esse, habet rationem potentiæ Sapientia nanq; & bonitas, &c. Actuatur per hoc, quod dico est, & similiter humanitas & equinitas, &c. Et propterea dicitur, & quòd esse est actualitas omnis formæ: & q̄ nulla natura significatur in actu vltimato, nisi positum significatur esse in actu exercito.

d. 562 ¶ Tertio, Deus est primum ens: ergo est ens
*q.2.ar.3 per essentiam: ergo est ſuum esse. Antecedens cum prima consequentia patet. secunda verò probatur à destructione cōsequentis dupliciter: primo ex quid nominis entis pe: essentiā sic, nō erit ſuū esse, ergo
* Arti.3. huiuſ.q. habet esse, & nō est ipsum est: ergo est ens per participationem: ergo nō est ens per essentiā,
d. 461 sicut ſi habet ignem, & non est ignis, &c. secundò, Deus non est ſuum esse, & ſua est essentia.

ergo non est ens per essentiā, ſed per aliud additum. omnia clara ſunt.

bus ſpeciei, vel ab aliquo exteriori, ſicut calor in aqua causatur ab igne. Si igitur ipſum esse rei ſit aliud ab eius essentia, necesse est, quòd esse illius rei vel ſit causatū ab aliquo exteriori, vel à principiis essentialibus eiuſdē rei. Impoſsibile est autē, q̄ esse causatum tantum ex principiis essentialibus rei, quia nulla res ſufficit, q̄ ſit ſibi causa eſſendi, ſi habebat esse causatū. Oportet ergo quòd illud, cuius esse est aliud ab essentia ſua habeat esse causatū ab alio. hoc autē nō potest dici de Deo: quia Deum dicimus esse primā causam efficiētem [e] impoſsibile est ergo, quòd in deo ſit aliud esse, & aliud eius essentia.

¶ Secundo, quia esse est actualitas omnis formæ vel naturæ: non enim bonitas vel humanitas ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eā esse [e]: oportet igitur quòd ipſum esse comparetur ad essentiam, quæ est aliud ab ipſo, ſicut actus ad potentia. cùm igitur in Deo nihil ſit potentiale, vt oſtenſum est ſupra [*]: ſequitur quòd non ſit aliud in eo essentia, quàm ſuū esse: ſua igitur essentia est ſuum esse.

¶ Tertio, quia, ſicut illud, q̄ habet ignē & nō est ignis, est ignitum per participationem, ita illud, quod habet esse, & nō est esse, est ens per participationē: Deus autem est ſua essentia. vt oſtenſum est [*]: ſi igitur nō ſit ſuū esse, erit ens per participationem & nō per eſſentiam: non ergo erit primū ens. q̄ abſurdū est dicere. Est igitur Deus ſuū esse, & non lolū ſua eſſentia.

¶ AD PRIMVM ego dicendum, quòd

In reſponſione ad ſecundū dubium occurrit: quia videtur implicare reſponſio duo cōtradictoria. ſi enim ſcimus quòd hæc propoſitio est vera, Deus eſt, ergo cognoſcimus ita eſſe in re quod Deus eſt: hoc autē est cognoſcere eſſe q̄ in ipſo Deo est: ergo. Ad hoc dubium, quod in ſecundo Poſterio. ca. diſſuſe tractauimus, & Scot. in primo ſent. diſt. 1. q. 1. in principio affert reprehendendo hanc reſponſionem, breuiter dicitur, quòd hæc reſponſio est optima & ſingularis de Deo: in hoc enim diſſert eſſe Dei à reliquorū entium eſſe: q̄ eſſe Dei est quòd quid est ipſius Dei: vt hic determinatur. Ita quòd hæc propoſitio, Deus eſt, est in primo modo dicendi, per ſe. eſſe autem cæterorum non ſic ſe habet, ſed diſtinguitur à quidditatibus eorū. Et ex hoc naſcitur, quòd eſſe Dei ſecundū ſe, & abſolutè est proprius terminus quæſtionis quid est, & eſt terminus quæſtionis an eſt, ſecundum quid, id eſt, vt fundat veritatē propoſitionis. eſſe verò aliorum non ſpectat ad quæſtionem quid eſt, quia non eſt prædicatum primi modi, vt patet inductiuè: homo eſt, cœlū eſt, &c. ſed ſecundum ſe & ſimpliciter ſpectat ad quæſtionem, an eſt. Et propterea cùm de aliis ſcimus quæſtionem an eſt, & dicimus ſcire eſſe, quod ſignificat veritatem propoſitionis, & eſſe ipſius rei quia ſcitur ſecundum proprium modum quo ſcibile eſt. Cùm autē de Deo ſcimus an eſt, dicimur ſcire eſſe, quod ſignificat veritatem propoſitionis, & neſcire eſſe Deimō quòd terminus vltimus cognitionis noſtræ ſit eſſe propoſitio nis, vt obiectio intellexit: quoniam terminus eſt eſſe Dei non abſolutè, ſed vt reſpondet veritati propoſitionis: ſed quia per hanc cognitionem non cognoſcitur eſſe Dei propria quæſtione, qua eſt ſecundum ſe cognoſcibile, quia non ſcitur per quid.

¶ *Super Quæſtionis tertiæ Articulum quintum.*

In titulo genus ſumitur propriè pro genere logico, prout diſtinguuntur decem genera rerum.

¶ In corpore duo. Primò diſtinguitur. Secundò reſpondetur quæſtio duabus cōcluſionibus iuxta duo membra diſtinctionis, adiunctio primæ concluſioni vno corollario. ¶ Quò ad primū diſtinctio eſt eſſe in genere dupliciter, directè & reductiuè. vt patet. Quò ad ſecundum prima concluſio reſponſiua quæſito negatiuus purus: ergo non eſt directè in genere. probatur ſequela, genus ſumitur à potentia reſpectu eius, à quo ſumitur differentia: ergo omne exiſtens in genere habet actum admixtum potentiæ, ergo ſi eſt actus purus, &c. Antecedens declaratur in animali & rationali: omnia clara ſunt. Secundò ſi Deus eſſet in genere: genus aliquod prædicaretur in quid de eſſe, ergo ens eſſet genus. ſed hoc eſt impoſsibile. ergo: prima conſequentia probatur, eſſentia Dei eſt ipſum eſſe, & genus prædicatur in quid de eo, cuius eſt genus. ergo, ſi deus eſſet in genere, &c. Secunda verò conſequentia relinquitur pro conſtanti: quia ens aut ſolum, aut maximè ſignificat formaliter eſſe. Deſtructio verò vltimi conſequentis probatur ex 3. Meta. Omne genus habet differentias extra ſe, ens non habet differentias extra ſe: ergo. probatur minor, quia extra ens non remanet niſi, non ens non entia autem impoſsibile eſt eſſe entis differentias, vt patet.

¶ Circa hanc rationem poſſet primò dubitari de ſignificatione entis, ſecundo de prædicatione eiuſdē, an ſcilicet prædicetur in quid, vt in hac ratione oporteret tenere aduerſarium dicentem Deum eſſe in genere tertio de cōmunitate

eiuſdē ad omnes reales rationes formales, an ſcilicet in omnibus claudatur intrinſecè, vt hic ex tertiò Meta. aſſumitur. De his autē omnibus in cōmentariis de ente & eſſentia ſcripſimus: nec ceniēo replicandū, præcipue quia ſine aptet illam cauſam hic adductam, ſiue propter aliam deſtructio cōſequentis ab omnibus acceptatur: ſenſus autē rationis hic adductæ eſt, quòd differentias oportet eſſe extra genus: ſi quòd nec genus poneretur intrinſecè in forma ſi ſignificaret differētiæ, nec econuerſo: quòd genus ponatur in ratione differentiæ extrinſecè, ſeu vt additum ſubiectō in ratione paſſionis: nullæ autē inueniuntur rationes reales diſtinguentes ens, in quarum formalibus ſignificatis non claudatur. Et ſcito, quòd Sco. in primo, diſtinctio. 3. quæſt. tertia. tenet oppoſitū huius minoris: putat nanq; eſſe quaſdam differentias, ſcilicet vltimas, non includentes formaliter & intrinſecè ens: & conſequentes paſſiones entis non includere formaliter ac intrinſecè ens. Sed de paſſionibus in quæſtio. quinta dicitur, de differentiis autem quamuis dicēdum hic eſſet, quoniam tamen oportet nouos ter minos ingerere, quia Sco. de differentiis ſuis realitatibus vltimis formalitatibus, & hoc ex pto poſito in eo loco, vbi de menſuris homogeneis eſt ſermo, ſcilicet 10. Meta. commen. 7.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd S. Thom. ad rem non verba attendens optimè ſatisfacit etiam ſecundum mentem Auer. Nouus poteſt dupliciter ſumi. vno modo proprièe, vt hic loquimur, & ſic optimè negatur, quòd Deus ſit menſura homogenea generis ſubſtantiæ: imò Auer. nullam intelligentiam ponit ſic homogeneā ſubſtantiæ: & hoc in hac litera dicitur. Alio modo largè pro coordinatione & hoc modo, Deus eſt menſura homogenea coordinationis ſubſtantiarum magis, quàm accidentium quia ipſe eſt ſubſtantia, & non eſt accidens: & hoc voluit ibi Auerro. quod tamē eſt eſſe mēſuram extra genus ſubſtantiæ prædicamentalis, & eſt eſſe menſuram omnium generum propriè extra ea, vt patet, & ideo dicitur in litera quòd Deus dicitur mēſura omnium.

Circa hanc concluſionem occurrit dubium ad hominem: quia in primo ſentent. diſtinctione octaua, quæſtione quarta, articulo ſecūdo: ad tertium, & in quæſtione de potentia. quæſtio. 7. articulo tertio, ad vltimum, Sanct. Tho. concedit Deum eſſe in genere ſubſtantiæ reductiue, quomodo hic determinatur oppoſitum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt manifeſtè apparet, ex primo ſentē. nulla eſt repugnantia inter dicta hic & alibi diſtinguitur ſiquidem ibi quòd eſſe in genere, vt principium, ſtat dupliciter.

Primo

¶ Primo modo vt principium contentum in illo genere: & ſic negatur Deum eſſe in genere, vt principium. Alio modo vt principiū continens ipſum genus & hoc modo Deus eſt quodāmodo in omnibus generibus & per appropriationem in genere ſubſtantiæ, tanquam ſibi magis appropinquante: & hoc concedit in locis prædictis. Aduertendo q̄ id quod in q. de potēcia tacuit, in primo ſentent. ſuppleuit. vnde

congruè dici poteſt, q̄ Deus eſt in genere, vt principium, non quòd reducitur ad genus, ſed ad quod ipſum genus reducitur. Et quod ſit mens ſancti Thom. ex eo conijcere potes, q̄ in litera concludendo de Deo dicitur, vnde

D.673. non continentur in genere ſicut principium: dicendo enim non continetur, præſeruauit ſe ab eſſe in genere, ſicut principium continens, ad quod reducitur ordine quodam omne genus. & hoc idē inſinuāt verba præcedētia, ſcilicet principium, q̄ reducit in aliquod genus, nō ſe extēdit extra, &c.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubiū occurrit: quia reſponſio non ſatisfacit obiectioni. Reſponſio ſiquidē tria dicit. primò, q̄ maior eſt vera de menſura homogenea. ſecundo, q̄ minor eſt falſa, Deus eſt menſura homogenea. tertio, quaſi gloſſando Auerroim dicitur, quo, Deus dicitur menſura omniū: q̄ vnūquodq; tantū habet de eſſe quātum appropinquat ſibi. Ex his autem non ſatiſfit Auerrois autoritati inducitæ, volēti q̄ Deus, quia eſt prima ſubſtātia ſit menſura ſubſtantiarum, ſicut primus numerus aliorū numerorum, &c. & hoc ex poſito in eo loco, vbi de menſuris homogeneis eſt ſermo, ſcilicet 10. Meta. commen. 7.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd S. Thom. ad rem non verba attendens optimè ſatisfacit etiam ſecundum mentem Auer. Nouus poteſt dupliciter ſumi. vno modo proprièe, vt hic loquimur, & ſic optimè negatur, quòd Deus ſit menſura homogenea generis ſubſtantiæ: imò Auer. nullam intelligentiam ponit ſic homogeneā ſubſtantiæ: & hoc in hac litera dicitur. Alio modo largè pro coordinatione & hoc modo, Deus eſt menſura homogenea coordinationis ſubſtantiarum magis, quàm accidentium quia ipſe eſt ſubſtantia, & non eſt accidens: & hoc voluit ibi Auerro. quod tamē eſt eſſe mēſuram extra genus ſubſtantiæ prædicamentalis, & eſt eſſe menſuram omnium generum propriè extra ea, vt patet, & ideo dicitur in litera quòd Deus dicitur mēſura omnium.

Deus eſt menſura omniū ſubſtantiarum, vt patet per Commentatorem 10. Meta. ergo Deus eſt in genere ſubſtantiæ.

¶ SED CONTRA, Genus eſt prius ſecundum intellectū, eo, quod in genere continetur: ſed nihil eſt prius Deo nec ſecundum rem, nec ſecundum intellectum: ergo Deus non eſt in aliquo genere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquid eſt in genere dupliciter: vno modo ſimpliciter & proprie, ſicut ſpecies quæ ſub genere continentur. Alio modo per reductionem, ſicut principia & priuationes, ſicut punctus & vnitas reducuntur ad genus quantitatis, ſicut principia: cæcitas autē & omnis priuatio reducitur ad genus ſui habitus. Neutro autē modo Deus eſt in genere. Quòd enim non poſſit eſſe ſpecies alicuius generis, tripliciter oſtendi poteſt.

¶ Primo quidem, quia ſpecies cōſtituitur ex genere & differētia: ſemper autem id à quo ſumitur differentia cōſtituens ſpecię ſe habet ad illud vnde ſumitur genus, ſicut actus ad potētiā: animal enim ſumitur à natura ſenſitiua per modū cōcretionis. hoc enim dicitur animal, quod naturam ſenſitiuam habet: rationale verò ſumitur à natura intellectiua, quia rationale eſt, quod naturam intellectiuā habet: [e] intellectiuū autem comparatur ad ſenſitiuum ſicut actus ad potentiam, & ſimiliter manifeſtum eſt in aliis: vnde, cùm in Deo nō adiungatur potētia actui, impoſsibile eſt q̄ ſit in genere tanquam ſpecies.

¶ Secundo, quia, cùm eſſe Dei ſit eius eſſentia, vt oſtēſum eſt [*]: ſi Deus eſſet in aliquo genere oporteret, q̄ genus eius eſſet ens, nam genus ſignificat eſſentiārei, cum prædicetur in eo: quod quid eſt. Oſtendit autē Philoſophus 3. Meta. [e] quòd ens nō poteſt eſſe genus alicuius: omne enim genus habet differētias, quę ſunt extra eſſe tiam generis: nulla autē differentia poſſet inueniri, quæ eſſet extra ens: quia nō ens non poteſt eſſe differentia. vnde relinquitur, quòd Deus non ſit in genere.

¶ Tertio, quia omnia, quæ ſunt in genere vno cōmunicant in quidditate vel eſſentia generis, quod prædicatur de eis in eo, quod quid eſt: differūt autem ſecundū eſſe: nō enim idem est eſſe hominis & equi, nec huius hominis, & illius hominis: & ſic oportet, q̄, quæcūque ſunt in genere, differāt in eis eſſe, & quod quid eſt, id eſt, eſſentia. in Deo autē non differt. vt oſtenſum eſt [*]: vnde manifeſtū eſt, quòd Deus non eſt in genere, ſicut ſpecies.

¶ Ex hoc patet, quòd nō habet genus neq; differētias neque eſt diffinitio Ipſius neq; demōſtratio niſi per effectum: quia diffinitio eſt ex genere & differētia, demoſtrationis autem medium eſt diffinitio.

¶ Quòd autē Deus nō ſit in genere per reductionē, vt principiū, manifeſtum eſt ex eo, quòd principiū, quod reducitur in aliquod genus, non ſe extēdit vltra genus illud, ſicut punctū nō eſt principiū, niſi quātitatis cōtinuæ, & vnitas quātitatis diſcretę. Deus autē eſt principiū totius eſſe, vt infra oſtēdetur [*]: vnde non continetur in aliquo genere [e] ſicut principium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Subſtantiæ nomē nō ſignificat hoc ſolum quòd eſt, p ſe eſſe: quia hoc, quod eſt eſſe, nō poteſt per ſe eſſe genus, vt oſtenſum eſt [*] ſed ſignificat eſſentiam, cui cōpetit ſic eſſe, id eſt, per ſe eſſe: quod tamen eſſe nō eſt ipſa eius eſſentia, & ſic patet, quòd Deus non eſt in genere ſubſtantiæ.

¶ Ad ſecundum, dicendū, q̄ obiectio illa procedit de menſura proportionata: hāc enim oportet eſſe homogeneam mēſurato: Deus autem non eſt menſura proportionata aliqui [e]: dicitur tamē mēſura omniū ex eo, quod vnumquodque tantū habet de eſſe, quantum ei appropinquat.

*articu. præc.

*tex.10. tom.3. D.675.

*Artic. præced. D.457.

q.44.ar.1 D.870.

*In corp. art.

*Super Quæſtionis tertiæ Artic. ſextum.

72 D.13. 71D.11 74.19

In titulo cōſtat, quòd quæritur de ineſſe formali, an ſcilicet aliqua accidentia ſint formaliter in Deo, & eſt ſermo de accidentibus realibus & non de accidentibus, id eſt, accidentalibus prædicatis: vt accidens eſt nomen ſecundæ intentionis: & ponitur quintum prædicabile.

¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito negatiue, In Deo nō poteſt eſſe accidens probatur triplicīter. Primo Deus eſt actus purus, ergo. Secūdo. Deus eſt ipſum eſſe, ergo. Tertio, quia aut eſſet accidens per accidens, aut per ſe non primum quia Deus eſt primus ens: nec ſecūdum, quia Deus eſt prima cauſa.

¶ Circa ſecundam rationem aduerte, quòd ſicut inter abſtractum & concretum ſecundū intellectum, hæc eſt differentia, quod abſtractum vt ſic, nihil comparitur ſecum ſecūdum intellectum, concretū autem multis permittitur miſceri: Aliquo nan quæ non incōuenit intelligere eſſe dulce &c. ſed albedo vt ſic omne aliud à ſe excludit: nihil enim aliud eſt, quo aliquid eſt album, quam albedo. ſed quod eſt albū, eſt etiam aliud quando que, quam album: puta pomum dulce, &c. Ita inter abſtractum ſecundum rem & compoſitū ſecundū rem, hæc eſt differentia, quòd res ſecundum rem abſtracta, eſt ipſa tantum. Res verò compoſita aliquod compatitur ſecū, quòd nō eſt ipſa: & propterea hæc perfectio, quàm ſignificatiue eſſe, ſi ponatur abſtracta ſecundum rem, ab omni eo, in quo eſſe eſt receptibile, id eſt, ab omni natura generis, eſt purum eſſe: & nihil præter ſe compatitur in ſe: & cōſequenter nullum accidens habere poteſt. Compoſitum autem ex eſſe & natura, quod vocatur quod eſt: aliquid præter ſe in ſe ipſo permittitur habere: & hoc eſt quod in litera dicitur, quod ipſum eſſe, quia eſt abſtractum, & quod

19
1 diſt. 8. q.4.ar. 3. Et.cō. tra.23. & 31. Et po.q. 7.ar.4. Et opuſ. 3.c. 13. 32.57.65. & 66. * tex.27 & 30 * circa mediū 13 17 13 17 q.2.art.3. 5 * lib. An omne quod eſt bonū ſit circa mediū. 13 q.13.art. 5.

In ratione, quæ ad oppoſitum in hoc articulo affertur, habetur verbū notandum, & dubitandū, ſcilicet q̄ Deo nihil eſt prius, neq; ſecundum rē, neq; ſecundum intellectū, & propterea nō habet genus. Videtur enim hoc eſſe falſum

nihil habet adiunctum, ſicut calor, Id autem quod eſt, quia concretum, & quod poteſt habere aliquid extraneum, vt calidum. eſt etiam album.

¶ Circa tertiam rationē: aduerte, quòd ad vtrūq; membrū procedit ex propriis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

R adix enim primi est: quia accidens per accidens naturaliter præsupponit accidens per se, quoniá vniuersaliter secundá quemcunq; rerum ordinem per se, prius est ens, q; est per accidens, vt in 1. & 8. Physic. dicitur. R adix autem secundi est: quia vniuersaliter alterans est omnino inalterabile: & primo moriens, est aliter est omnino immobile localiter: & consequenter prima causa: omnino incausata: non esset autē omnino incausata, si aliquid causarum in se haberet, vt patet, &c.

¶ In responsione ad primum habes optimam glossam illius, quod vere est: nulli accidit vniuoce sumptum: analogice autem sumpti aliquid in vno est substantia & in alio accidēs: vt patet de sapientia.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Artic. septimū.*

IN situ omnino simplex in se ipso, omnē à se ipso cōpositionem non componibilitatem enim crit sequens articulus, &c.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Deus est omnino simplex: probatur quinque mediis. primo ex sufficienti numeratione modorū cōpositionis: secūdo, quia primū ens: tertio, quia prima causa: quartò, quia actus purus: quinto, quia ipsum esse.

¶ In responsione ad primū aduerte, quòd Sco. in primo, di. 8. in quæsito iuxta primam quæstionem, refert hanc propositionem: quòd omne causatum est compositum: & reprehendit eam rationē: quia si quodlibet causatum est compositū, accipiantur cōponentia, aut sunt simplicia, aut iterum composita: & sic aut procedetur in infinitū, aut erit aliquid ad quod omnia alia reducuntur, & illud erit primum ens simplex. Et hoc dicit Scotus ad res simplices cōponentes & cum constet componentia esse causata, sequitur q; nō omne causatum est cōpositū, vt hic dicitur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q; obiectio procedit ex malo intellectu literæ: causatum enim vel creatura, potest fumi dupliciter: propriè scilicet & large: & sumitur propriè sic, cùm tam causati quàm creatura sit propriè fieri & esse, solæ res subsistentes dicuntur causata seu creatura, cætera autem dicuntur cōcausata & cōcreata, vt partes, forma, accidētia, &c. Large aut omne aliud à Deo in rerū natura existens, quocunque modo causati dici potest. In proposito igitur causatum sumitur propriè, vt distinguitur nō solùm cōtra causam, sed etiam contra concausatum: & ideo obiectio, quæ de concausatis loquitur, nihil obstat: vade in literā probatur causati compositio ex constantia ex esse & quidditate, hæc enim propriè causati sunt cum positius non componentium: & vt patet in primo sententiarum, distinct. 8. quæst. articul. Sanct. Thom. fecerat illam rationem adductam à Scoto.

¶ In responsione ad secundum est videndū, an simplicitas sit perfectio simpliciter, sed iā scripsimus de hoc in Commentario De ente & essentia.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum octauum.*

IN titulo venire in compositionem alicuius exigit quatuor conditiones. P Prima est distinctio realis ab illo, quia eiusdem ad seipsum non est compositio. P Secunda est coniunctio realis cum illo: quia ex sola coniunctione realis secundum rationem non fit compositio. P Tertia est, quòd coniunctio sit secundum suum esse: quia ex sola coniunctione realis secundum situm, vel aliam respectum extrinsecum non fit compositio. P Quarta est, quòd alterum sit actus alterius, vel textij actuati ab vtroque, si sit compositio per accidens, qualis est inter album & dulce. si enim aliquis duo iungantur etiam secundum esse & non modo compositus esse potest. Et hanc rationem tangit Hil. 7. de Tri. dicens, Deus, qui virtus est, ex infirmis nō continetur: neque qui lux, ex obscuris coaptatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū: quòd ea, quæ sunt à Deo, imitantur Deum, sicut causata primam causam *. Est autem hoc de ratione causati, quòd sit aliquo modo compositū: quia ad minus esse eius est aliud quá quod quid est, vt infra patebit *.

¶ Ad secundum dicendū, quòd apud nos cōposita sunt meliora simplicibus: quia perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in vno simplici, sed in multis: sed perfectio diuinæ bonitatis inuenitur in vno simplici, vt infra ostendetur *.

ARTICVLVS VIII.

¶ Virum Deus in compositionem aliorum veniat.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Deus in compositionem aliorum veniat. Dicit enim Dion. 4. c. cel. hierarc. Esse omnium est, quæ super esse est Deitas: sed esse omnium, intrat compositionem vniuscuiusque. ergo Deus in cōpositionem aliorum venit.

¶ Præterea, Deus est forma, dicit enim Augustinus in li. de ver. Domini, quòd verbū Dei, quod est Deus, est forma quædam nō formata. sed forma est pars cōpositi: ergo Deus est pars alicuius compositi.

¶ Præterea, Quæcunq; sunt, & nullo modo differūt, sunt idē: sed Deus & materia prima sunt, & nullo modo differunt: ergo penitus sunt idē. Sed materia prima intrat compositionē rerū, ergo & Deus. Probatio mediæ. Quæcunq; differunt, aliquibus differentijs differūt, & ita oportet ea esse composita: sed Deus & materia prima sunt omnino simplicia: ergo nullo modo differunt.

¶ SED CONTRA est, quòd dicit Diony. 2. ca. de diu. nō. quòd neque tactus est eius, scilicet Dei: neque alia quædam ad partes commiscendas communio.

¶ Præterea, Dicitur in li. de causis *. quòd causa prima regit omnes res, præter quā commisceatur eis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc fuerunt tres errores. Quidam enim posuerunt, quòd Deus esset anima mundi, vt patet, per Aug. in libr. 7. de ciu. Dei *. & ad hoc etiā reducitur, quòd quidam dixerunt, Deū esse animā primi cæli. Alij autem dixerunt Deum esse principium formale omnium rerum: & hæc dicitur fuisse opinio Almarianorū. Sed tertius error fuit Dauid de Dinado, qui stultissime posuit Deum esse materiam primam. Omnia enim hæc manifestā continent falsitatem: neque est possibile Deum aliquo modo in compositionem alicuius venire: nec sicut principium formale, nec sicut principium materiale.

Contra hāc rationem occurrit dubium. probatio namque consequentiæ non videtur ad propositum: ex hoc enim quòd efficiens nō coincidit cum forma, aut materia effectus, nihil aliud sequitur, nisi quòd Deus, quia est efficiens, non est forma aut materia sui effectus: sed non sequitur quòd absolutè non sit forma alicuius compositi. Ad hoc breuiter dicitur, quòd, quia esse compositum infert esse effectum: quia omne compositum est factum, vt in præcedenti patet articulo, esse autem effectum infert esse effectum primæ causæ efficientis, vt patet: ideo de primo ad vltimum esse compositum est esse effectum primi efficientis: & propterea hoc pro constanti supponens ratio literæ, optimè deducit consequentiam: si Deus est prima causa efficiens, non est forma aut materia alicuius compositi: quoniam esset forma vel materia sui effectus, quod est impossibile, quia agens non coincidit, &c.

¶ Secunda ratio, Deus est per se primo agens: ergo non est pars alicuius. probatur consequentia: nullum componens est per se primo agens: ergo si, &c.

¶ Aduerte hic, quòd ireca hæc causa inter prætenta est: nō enim affirmat compositum per se primo agere, quod superius in artic. 2. negatum est: sed affirmat comparatum, quod agere per se primo magis conuenit composito quam componenti: quia illud est quod agit, hoc vero est quocum hoc: tamen stat, quòd absolute nec componens, nec compositum potest esse per se primo agens, vt prædictum est.

¶ Tertio

¶ Tertia ratio est. Deus est primum ens, ergo nō potest esse pars ei tam primā, puta materia, aut forma. Probatur consequentia, quòd ad materiam quidem: quia potentia est posterior actu: quòd ad formā verò, quia actus participatus est posterior actu per essentiam, &c.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum primum.*

CIrca ordinem & titulum quæstionis aduerte, quòd perfectio non significat aliquam perfectionem, vt bonitas, vita, sapientia, &c. neque significat omnes perfectiones in communi. Non enim quærēdo, an aliquid sit perfectum, quæritur, an habeat omnes perfectiones siue determinatē, siue in determinatē: sed significat modū essendi optimū, secundum quancunq; rationem formalem: licet extenso iam ab vsu vocabulo, perfectio supponat sæpe pro re, aut ratione formali actuante aliquid, vt patet, cùm dicimus, quòd sapientia est perfectio, &c.

Proprie igitur loquendo, ly perfectio, licet à totali factione primo deriuatū sit, apud Philosophos modum essendi significat, nō quemcunque, sed optimum, non alicuius certæ rei, sed cuiuscunq; rei, cui apponitur, siue sit substantia, siue accidens. Potest enim res intelligi & esse sub modo essendi multiplici, quorum vnus est melior altero, sicut natura plantarum & animalū habet in semine quendam modū essendi, & alium essendi modum habet in individuis generis. Et rursus alium in eisdem augmentatis, &c. Et cōstat, quòd primus est, & dicitur imperfectus, quia in potentia tantum est ibi natura specifica secundus autem aliqualiter perfectus: tertius verò simpliciter perfectus, vt patet 4. Meteoro. Perfectum enim vnumquodque ibi dicitur, cum potest facere alterū, quale ipsum est. Tunc enim habet naturam optimo modo. Vnde sicut quærere, vtrum aliquid sit perfectum secundū talem vel talē rationem, puta scientiam vel naturam, non est quærere, vtrum illud habeat aliquam aliam perfectionem, sed vtrum habeat illam optimo modo: ita quærere absolutè & sine specificatione, vt in proposito fit, vtrum Deus sit perfectus, non est quærere, vtrum Deus habeat aliquam perfectionem, neque vtrum habeat omnes, cùm hoc referuetur 2. articulo, sed est quærere, vtrum Deus id, quod est sit optimo modo. hoc est enim esse perfectū. Testatur autem hūc esse manifestum sensum quæstionis, causa responsionis assignata in corpore articuli. Dicitur enim, quòd Deus est perfectus: quia non est in potentia, sed in actu. Constat enim, quòd esse in actu vel in potentia ad modum essendi spectat. Et propterea ista quæstio immediate posi quæstionem de simplicitate naturæ diuinæ ordinata est: stabilita nanque essentia quærendum statim occurrit de modo essendi ipsius intrinseco: qualem ly perfectum significat. Non enim importat modum essendi rei in respectu ad aliquod circunstans, aut quouis modo extrinsecum, sed in seipsa. Vnde & Aristo. in primo cap. de natura vniuersitractans, primo an sit perfectum determinat: quoniam & quæstio an est, & an simplex, an compositum esset: quæ priores erāt, relinquebantur per se notæ.

¶ In corpore duo. primò refertur opinio Pythagoricorum, secūdo respondentur quæsito. Quòd ad primum duo, opinio quòd principiū non cōuenit perfectio. Radix quia principium materiale tāntum intelexerunt probat consequentiā, quia vt sic, est in potentia, ergo. * tex. 4.

¶ Quòad, secundum similiter duo, conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Deus est maximè perfectus. Radix opposita primæ, quia scilicet est principium actiuum: probatur tactuum oportet esse in actu: ergo primum actiuum maximè in actu: ergo maximè perfectū, omnis parent. & vltima consequentia declaratur, ex quid nominis perfecti, scilicet cui nihil deest de requisitis. Existēti enim in potentia deest id, quod in actu esse potest: existenti autem in actu, vt sic, nihil deest.

¶ In responsione ad tertium, aduerte duo: primò quòd responsio stat in hac distinctione, cōmune dupliciter, per modum actus, & per modum potentiæ. Communitas per modum actus consistit in recipi, cōmunitas per modum potentiæ cōsistit in recipere, esse autem est cōmunissimum per modum actus, quia ad omnia cōparatur, vt receptū ad receptiua, vt patet. ¶ Secundò, quod hinc patet defectus Scoti in 4. senten. distinctio. 1. quæstio. 1. contra hanc Sancti Thom. positionem, scilicet: quod esse secundū suam formalem rationem est perfectissima omnium per fectionū arguentis ex cōmunitate ipsius. Mitum est enim, quòd hāc rationem affert ad concludendū, quàm expresse Sanctus Thomas soluerat tam clare.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum secundum.*

IN titulo ly sint, non denotat aliquem specialem modum essendi, sed absolutè sumitur a quod non quaritur, vtrum perfectiones sint in Deo formaliter aut virtualiter, sed absolutè quouis modo sint, ly perfectiones, sunt vniuersaliter pro omnibus perfectionibus tā simpliciter quàm simpliciter, vt patet exipso cōsilio articuli.

QVAESTIO QVARTA,

De Dei perfectione, in tres articulos diuisa.

POST consideratione diuinæ simplicitatis, de perfectione ipsius Dei dicēdū est. Et, quia vnūquodque, secundū quòd perfectū est, sic dicitur bonū: primo agēdum est de perfectione diuina. Secundo de eius bonitate.

¶ Circa primum quærūtur tria. ¶ Primò, vtrū Deus sit pfectus. ¶ Secūdò, vtrūDeus sit vniuersaliter perfectus, omnium in se perfectiones habens. ¶ Tertiū, vtrū creaturæ similes Deo dici possint.

ARTICVLVS I.

¶ Verum Deus sit perfectus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod esse perfectū non conueniat Deo. Perfectum enim dicitur, quasi totaliter factū: sed Deo non cōuenit esse factū: ergo nec esse perfectum.

¶ Primò quidē, quia suprà diximus, * Deū esse primā causam efficientem. Causa autem efficiens cum forma rei factæ non incidit in idem numero, sed solùm in idē specie. homo enim generat hominē. Materia verò cū causa efficiētem nō incidit in idē numero, nec in idem specie: quia hoc est in potentia, illud verò in actu.

¶ Secūdò, quia, cùm Deus sit prima causa efficiens, eius est primò. & per se agere, quòd autem venit in compositionem alicuius, non est primò & per se agens, sed magis compositum: nō enim manus agit, sed homo per manū, & ignis calefacit per calorem: Vnde Deus non potest esse pars alicuius compositi.

¶ Tertiò, quia nulla pars compositi potest esse simpliciter prima in entibus, neq; etiā materia & forma, quæ sunt primæ partes compositorum: nam materia est in potentia: potentia autem est posterior actu simpliciter, vt ex dictis patet *: forma autem, quæ est pars cōpositi, est forma participata: sicut autē participās est posterius eo, quòd est per essentiā, ita & ipsum participatum: sicut ignis in ignitis est posterior eo, quod est per essentiam. Ostensum est autem *, quod Deus est primū ens simpliciter.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Deitas dicitur esse omniū effectiuè exemplariter, non autem per essentiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum est forma exemplaris, nō autē forma, quæ est pars compositi.

¶ Ad tertium dicendū, quòd simplicia nō differunt aliquibus aliis differentiis. hoc enim cōpositorū est: homo enim & equus differunt rationali & irrationali differentiis, quæ quidem differētiæ non differūt amplius ab inuicem aliis differētiis: vnde si fiat vis in verbo, non propriè dicuntur differre, sed diuersa esse. Vnde secundum Philosophū 10. Meta. * diuersum absolutè dicitur, sed omne differens aliquo differt: vnde, si fiat vis in verbo, materia prima & Deus nō differunt, sed sunt diuersa seipsis: vnde non sequitur, quòd sint idem.

ARTICVLVS II.

¶ Virum in Deo sint perfectiones omnium rerum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in deo non sint pefectiones omniū rerū: Deus enim simplex est, vt ostensū est: * sed perfectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersaliter perfectius,id est secundum nobilitates omnium generum,ergo. Antecedens probatur autoritate Auerroys 5.Methaphysi.ꝙ secundo ratione sumpta ex Dionysio, Deus est prima causa effectiua rerū ; ergo omnium rerum perfectiones præexistunt in Deo eminentiori modo:antecedens supponitur:consequentia probatur, quòd ad primam partem , effectus præexistit virtute in causa agente:ergo , quicquid perfectionis ei tin effectu, oportet in causa effectiua inuenitur:ergo,si Deus, &c. omnium rerū perfectiones sunt in eo.Quòd ad secundā verò partem probatur, Augens , inquantum ages, est perfectum:ergo præexistere in virtute causæ agētis,nō est præexistere imperfectiori, sed perfectiori modo: ergo quicquid perfectionis est in effectu, præexistit in causa effectiua,vel secundum eandem rationem vt in vniuoca , vel secundum eminentiorem, vt in æquiuocæ ergo, si Deus est prima causa omnium , oportet eminentiori modo omnium perfectiones habere.Assumptum patet ex præcedenti artic. prima cōsequentia probatur ex opposito , scilicet quia materia est imperfecta.Præexistere in potentia causæ materialis est esse imperfectiori modo. Reliqua reliunguntur per se nota.

comm. 21. 24

CIrca illam propositionem præexistere in virtute causæ agentis, non est præexistere imperfectiori, sed perfectiori modo : dubium statim occurrit, quia & esit falsa, & contradicit alteri dicto litteræ.Falsa quidem , quia effectus in causa efficiente quādoque præexistit æque perfecto modo, vt patet, cum Sortes generat Platonē : cōtra literam verò , quia expresse dicitur & bene , quòd in causa vniuoca præexistit effectus secundum eandem rationem : igitur non perfectiori modo. Non deest quoque nouitis occasio dubitandi,quia videmus effectus etiam imperfectiori modo præexistere in multis causis:quæ

13 234

q.3. ar. 4.

19 35

sunt causæ verè effectiuæ,vt patet in seminibus,ex quibus effectiue producuntur animalia & plantæ.

¶ Ad hoc breuiter dicendū est,quòd ly perfectiori modo,potest exponi dupliciter.primo comparatiue, vt significat ex vi vocabuli : & tunc intelligitur non necessario, sed pertinuiue : ita quòd particula negatiua non imperfectiori modo, intelligitur necessario : particula verò affirmatiua, sed perfectiori , intelligitur permissiue. & sic est vera illa propositio, & significat , quòd præexistere in causa efficiente , necessario est præexistere non imperfectiori modo , quàm sit modus essendi effectus, sed possibiliter est præexistere perfectiori modo. ꝼ Secundo potest exponi interpretando cōparatiuum pro positiuo perfectiori modo, id est, modo perfecto,seu perfectionis. Prima tamen expositio litteræ inseruit:quoniam intendit probare,quòd eminentiori modo in causa æquiuoca,Deo, perfectiones effectuum sunt. Ad nostrōs autem respondetur ex doctrina Alexandri , vt refert Auerr. 12. Meta. commen. 54. quod femina & alia huiusmodi, quibus formæ effectuum non assimilantur vniuocè vel imitatiue, non sunt causæ efficientes, sed instrumenta causarum agentium : & propterea locantur in genere causarum effectiuarum ab Aristotele quinto Metaph. & secundo Physicorum. Præsens autem sermo de causis actiuis proprie,non solum vt distinguuntur contra alia genera causarum, sed vt distinguntur contra instrumenta causarum,quæ non proprie causæ sunt.

¶ Circa vltimum consequentia aduerte, quòd fundatur super hoc, quòd prima causa effectiua rerum est causa æquiuoca : quod pro constanti relictū est. Tum quia ab omnibus admittitur. Tum quia manifestè patet ex terminis:si enim est effectiua rerum diuersarum rationum, nulli earum est vniuoca : & si aliqui earum est vniuoca,ergo non est effectiua aliarum:ergo non diuersarum.

¶ Secunda ratio à Dionysio quoque tacta est, Deus est , ipsum esse per se subsistens, ergo comunet in se totam perfectionē essendi , ergo omnes perfectiones rerum omnium. Antecedens supponitur, prima consequentia probatur à destructione consequentis, in terminis specialibus, scilicet caloris & calidi perfectione , sic non continet totam perfectionem essendi : ergo non habet esse secundum perfectam rationem:ergo non est ipsum esse per se subsistens.

beat totam perfectionem calidi: hocideo est , quia calor non participatur secundū perfectam rationē: sed,si calor esset per se subsistens , non posset ei aliquid deesse de virtute caloris:vnde, cum Deus sit ipsum esse subsistēs, nihil de perfectione essendi potest ei deesse.Omnium autē perfectiones pertinent ad perfectionem essendi: secundum hoc enim aliqua perfecta sunt, quòd aliquo modo esse habēt, vnde sequitur, quòd nullius rei perfectio Deo desit. Et hanc etiam rationem tāgit Diony.5.ca. pit.de Diuin.no. dicens, quod Deus non quodammodo est existens,sed simpliciter & incircunscripte totum in seipso vnifor miter esse præaccipit: & postea subdit , ꝙ ipse est esse subsistentibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum , quòd sicut sol, vt dicit Dio.5.ca.de Diu. no.sensibilium substantias & qualitates multas & differentes ipse vnus existens & vnifor miter lucendo in seipso vniformiter præaccipit , ita multo magis in causa omniū necesse est præexistere omnia secundum naturalem vnionē; & sic quæ sunt diuersa & opposita in seipsis , in deo præexistunt vt vnū absque detrimento simplicitatis ipsius.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertiū dicendū , quod sicut in eodē ca.idem Dionys. dicit, licet ipsum esse sit perfectius quā vita:& ipsa vita,quā ipsa sapientia: si cōsiderentur secundū quòd distinguuntur ratione: tamen viuens est perfectius quàm ens tantum, quia viués etiā est ens,& sapiēs est ens & viués. Licet igitur ens non includat in se viués & sapiēs, quia nō oportet ꝙ illud , quod participat esse participet ipsum secūdū omnē modū essendi,tamē ipsum esse Dei includit in se vitā & sapientiam:quia nulla de perfectionib.essendi potest deesse ei, quod est ipsum esse subsistens.

ARTICVLVS III.

¶ Verum aliqua creatura possit esse similis Deo

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod nulla creatura possit esse similis Deo. Dicitur enim in Psal.Non est similis tui in diis Domine.sed inter omnes creaturas excellentiores sunt , quæ dicuntur dij participatiuè : multo ergo minus aliæ creaturæ possunt dici Deo similes.

¶ 1 Præterea,similitudo est cōparatio quędam: non est autem comparatio eorum

¶ *Super Quæstionis sexta Articulum primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio respōsiua quæsito: affirmatiuē, Deus est bonus.

¶ Probatur ratione cōfirmata autoritate Dionysij, scilicet Deus est prima causa effectiua omnium, ergo appetibilis: ergo bonus: sante-

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum conuenienter diuidatur bonum per honestum & vtile, &c. †

AD SEXTVM sic proceditur Videtur quōd non cōueniēter diuidatur bonū per honestum, vtile. & delectabile. Bonū enim, sicut dicit Philosophus in 1. Ethic.* diuiditur p decē Prædicamēta: honestum autem, vtile, & delectabile inueniri possunt in vno Prædicamento, ergo non conuenienter per hæc diuiditur bonum.

¶ 2 Præterea, Omnis diuisio fit per oppositā. sed hæc tria nō videntur esse opposita: nā honesta sunt delectabilia: nullumque inhonestū est vtile, quod tamē oportet, si diuisio fieret per opposita, vt opponerentur honestū & vtile: vt etiā dicit Tullius in lib. de Offic.* ergo prædicta diuisio nō est conueniens.

¶ 3 Præterea, Vbi vnum propter alterū, ibi vnum tantū est: sed vtile non est bonum, nisi propter delectabile vel honestū: ergo non debet vtile diuidi contra delectabile & honestum.

¶ SED CONTRA est quod Ambr. in li. de Officiis * vtitur ista diuisione Boni.

¶ RESPONDEO dicendum, quōd hæc diuisio propriè videtur esse boni humani. Si tamē altius & cōmunis ratiōe boni cōsideremus, iuuenitur hæc diuisio propriè cōpetere bono secundū quōd bonum est. Nam bonū est aliquid inquātum est appetibile. & terminus motus appetitus. cuius quidē motus terminatio considerari potest ex cōsideratione motus corporis naturalis. Terminatur antē motus torporis naturalis simpliciter quidem ad vltimum, secundum quid autem etiam ad medium, per quōd itur ad vltimū, quod terminat motū: & dicitur aliquis terminus motus inquantum aliquā partem motus terminat. Id autem, quōd est vltimus terminus motus, pōt accipi dupliciter*, vel ipsa res, in qua tēditur, vt pote locus, vel forma, vel quies in re illa. Sic ergo in motu appetitus, id quod est apppetibile terminans motū appetitus secundū quid vt medium. per quod tenditur in aliud vocatur vtile. Id autē, quod appetitur vt vltimū terminās totaliter motum appetitus, sicut quædā res, in quam per se appetitus tendit, vocatur honestū: q. honestū dicitur, quod per se desideratur. Id autē quod terminat motū appetitus, vt quies in re desiderata, est delectatio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quōd bonū, inquantū est idē subiecto cū ente, diuiditur per decem Prædicamenta: sed secundum propriam rationē cōpetit sibi ista diuisio.

¶ Ad secundum dicendū, quōd hęc diuisio non est per oppositas res, sed p oppositas rationes. Dicūtur tamē illa propriè delectabilia. quę nullam habēt aliam rationem appetibilitatis, nisi delectationē, cum aliquādo sint & noxia & inhonesta. Vtilia verò dicuntur, quę non habēt in se vnde desiderētur, sed desiderātur solùm, vt sunt ducētia in alterum, sicut sumptio medicinę amarę. Honesta verò dicuntur, quę in seipsis habent vnde desiderentur.

¶ Ad tertium dicendum, quōd bonū non diuiditur in ista tria sicut vniuocū æquali ter de his prędicatum, sed sicut analogū. quod p̄dicatur secūdū prius & posterius: per prius enim prędicatur de honesto, & secundariò de delectabili, tertio de vtili.

QVÆSTIO SEXTA DE bonitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE queritur de bonitate Dei. ¶ Et circa hoc quærūtur quatuor. ¶ Primò, vtrū esse bonū conueniat Deo ¶ Secundò, vtrum Deus sit summum bonū. ¶ Tertiò vtrum ipse solus sit bonum per suam essentiam. ¶ Quartò, vtrum omnia sint bona bonitate diuina.

ARTICVLVS I. 1ª †

¶ Vtrum esse bonum Deo conueniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ esse bonū nō cōueniat Deo: Ratio enim boni cōsistit in modo, specie, & ordine: hęc autē nō videntur Deo cōuenire, cùm Deus immensus sit, & ad aliquid non ordinetur: ergo esse bonū non conuenit Deo.

¶ 2 Præterea, Bonū est, quod omnia appetunt: sed Deū non omnia appetunt, quia non omnia cognoscunt ipsum, nihil autē appetitur nisi notum. ergo esse bonū non conuenit Deo.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Thren. 3. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

¶ RESPONDEO dicendum, quōd bonū esse præcipuè Deo conuenit. Bonū enim aliquid est secundū quōd est appetibile: vnumquodque autē appetit sua perfectionē. perfectio autē & forma effectus est quædam similitudo agētis, cùm omne agens agat sibi simile. vnde Ipsum agēs est appetibile, & habet rationē boni: hoc autē est, quōd de ipso appetitur, vt eius similitudo participetur, cùm ergo Deus sit prima causa effectiua omniū*, manifestū est q̄ sibi competit ratio boni & appetibilis. Vnde Diony. in li. de Di. no.* attribuit bonū Deo, sicut primæ causæ efficiēti, dicens, q̄ bonus dicitur Deus, sicut, ex quo omnia subsistunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendūquōd habere modum, speciem, & ordinem pertinet ad rationem boni causati, sed bonū in Deo est sicut in causa: vnde ad eum pertinet imponere aliis modum, speciem, & ordinem: vnde ista tria sunt in Deo sicut in causa.

¶ Ad secundū dicendum, quōd omnia appetendo proprias perfectiones, appetūt ipsum Deum, inquantū perfectiones omnium rerum sunt quædā similitudines diuini esse, vt ex dictis patet*. Et sic eorū, q̄ Deum appetūt, quædā cognoscunt ipsum secundum seipsum, quod est propriū creaturæ rationalis. Quædam verò cognoscūt aliquas participationes suæ bonitatis, quod etia extenditur vsq; ad cognitionē sensibilem. Quædā verò appetitum naturalem habēt absque cognitione: vt pote inclinata ad suos fines ab alio superiori cognoscente.*

ARTICVLVS II. †

¶ Vtrum Deus sit summum bonum

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ Deus nō sit summū bonum. Summum enim bonū addit aliq̄d supra bonum, alioquin omni bono cōueniret: sed omne, quod sē habet ex additione ad aliquid, est compositū: ergo summum bonum est compositum, sed Deus est summe simplex, vt supra ostēsum est*. ergo Deus non est summum bonum.

cedens supponit: prima vero consequentia probatur, vnumquodque appetit suam propriam perfectionem et similitudinē sui ipsius causæ effectiuæ. & sic appetibilitas ergo a fortiori ipsa causa effectiua est appetibilis: ergo & causa prima causæ, & causa causæ, & causa causarum, & sic de omnibus consequentibus ex se est notum. Prima quidem, quia perfectio rei, est ipsa similitudo agentis. Secunda verò, quia omnes gens agit sibi simile. ex hoc, si eius similitudo est appetibilis, multo magis ipsum agens erit appetibile. Cætera sunt clara.

¶ Super Quæstionis sexta, Articulum secundum.

INtitulo nihil est difficile, summum enim addit respectum excessus suprēmi: ita q̄ idem est, vtrum sit summum bonum, & vtrum sit bonum, excedens omnia alia bona tam actu quā potentia.

¶ In corpore articuli vnica conclusio respōsiua quæsito affirmatiuē, Deus est summum bonum simpliciter. Hæc conclusio declaratur sic. Declaratur quidem, distinguendo implicitè de summo bono simpliciter, vel in genere. Et vocatur summum bonum in genere, quod excedit cætera in suo ordine rerum, sicut summū bonum humanum est felicitas excellens omnia humana bona. & sic de aliis. Simpliciter verò quod excedit omnium entium latitudine. & primum tenet locum. & propterea appōnitur in conclusione simpliciter. Probatur autem sic: bonum conuenit Deo sicut primæ causæ effectiuæ omnia: nō vniuoca: ergo causa eminenter. Et per hoc, quod ei conuenit essentialiter, scilicet quia est ens per essentiam, & huiusmodi, sicut ex dictis patet*. Ipse autē ad nihil aliud ordinatur sicut ad finē, sed ipse est vltimus finis omnium rerum. Vnde manifestū est, quōd solus Deus habet omnimodā perfectionē secundum suā essentiam: & ideo ipse solus est bonus per suam essentiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quōd vnum non importat rationē perfectionis, seu indiuisionis tantùm*: q̄ vnicuique rei cōpetit secundum suam essentiam. Simplicium autē essentiæ sunt indiuisæ & actu & potentia. Cōpositorum verò essentiæ sunt indiuisæ secundum actū tantum: & ideo oportet, quod q̄libet res sit vna p suā essentiam, non autem bona,

est bonus formaliter & virtualiter. efficacia rationis fundatur super hoc, quōd vterque effectus causæ æquinocæ excellētiori: modo est in ipsa causa quām in effectu. Et ideo litera indistinctè de modo essendi effectus in causa æquiuoca loquitur: quoniam hoc sufficiebat intento, scilicet quōd excellentissimo modo bonitas conueniret Deo. Iam enim in præcedenti articulo stabilitū erat quōd

*In Primi li. Eth.

¶ In respōsione ad secundum aduerte, quōd respōsio consistit in eō uertione propositionis: Bonum est, quod omnia appetūt, id est, quod omnia appetunt, est bonum.

¶ In respōsione ad tertium aduerte, quōd res diuersorum generū dicūtur nullo modo comparabiles, quando accipiuntur vt sic, id est, inquantum sunt in diuersis generibus, si enim sumerentur secundū aliquod prædicatū, in quo conuenirent possent comparari.

¶ Super Quæstionis sexta Articulum tertium.

INtitulo ly proprium distinguitur contra cōmune. ly per essentiam potest determinare subiectum, & potest determinare prædicatum, &, si quidem determinat subiectum, tunc ly per essentiam distinguitur contra omne id, quod est extra subiecti essentiam. Et est sensus, virū solus Deus p essentiā, ita quōd non per aliquid extra suam essentiam sit sufficienter bonus formaliter. Si verò ly per essentiam, determinat prædicatum, tūc distinguitur contra esse tale per participationē. Et est sensus, virum solus Deus sit bonus p essentiā, id est, sit bonus non participatiuè. Vocatur autem participatiuè tale quicquid habet aliquam rationē formalē non secundum totā plenitudinē perfectionis possibilis conuenire tali rationi formali. Oportet enim, q̄ huiusmodi est, patrem illius tantum habere & propterea participatiuè tale dicitur. Et per oppositū tale per essentiam dicitur, quod ex ipso suo modo essendi omnem plenitudinē illi rationi formali possibilem naturaliter claudit. vt calor sī per se subsisteret in proposito autem, quamuis gratia materiæ hi duo modi coincidāt sequendo doctrinā S. Thomæ: quia quod est per essentiam primo modo bonū, est etiam bonum per essentiam secundo modo, & conuertitur: quia tamen formaliter & vniuersaliter hi duo modi non coincidunt, quoniā Socrates est per suam essentiā homo, & tamen nō est homo per essentiam, sed participatiuè. Solus enim homo Platonicus, si inuenīretur, esset homo p essentiā: & præsens quæstio mota est de ipso bono per essentiam, & non directè de ipsa essentia diuina: quota nisam in quæstione tertia iam stabilita est illius simplicitas, & quōd nihil continent sibi per aliquid additum suæ essentiæ ideo ly per essentiam, se tenet ex

¶ 2 Præterea, Bonū, est, quod omnia appetūt, vt dicit Philosophus*: sed nihil aliud est quōd omnia appetunt, nisi solus Deus qui est finis omniū. ergo nihil est aliud bonum nisi Deus. Quod etiā videtur per id quod dicitur Matth. 19. Nemo bonus nisi solus Deus, sed summū dicitur in comparatione aliorum, sicut summum calidū in cōparatione ad omnia calida. ergo Deus non potest dici summum bonum.

¶ 3 Præterea, Summum cōparationē importat: sed quæ non sunt vnius generis, non sunt comparabilia: sicut dulcedo inconuenienter dicitur maior vel minor quàm linea. cum igitur Deus non sit in eodem genere cum aliis bonis, vt ex superioribus patet*: videtur quōd Deus nō possit dici summum bonum respectu eorum.

¶ SED CONTRA est, quod dicit Augustinus 1. de Trinitate, quōd Trinitas diuinarum personarum est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quōd Deus est summū bonū simpliciter, & non solum in aliquo genere, vel ordine rerū. Sic enim bonū Deo attribuitur, vt dictū est*, inquantū omnes perfectiones desiderate effluunt ab eo, sicut à prima causa: nō autē effluūt ab eo, sicut ab agēte vniuoco, vt ex superioribus patet*, sed sicut ab agente, quod nō cōuenit cū suis effectibus, neq; in ratione speciei, nec in ratione generis. Similitudo autē effectus in cā quidē vniuoca inuenitur vniformiter, in causa autē æquiuoca inuenitur excellentius, sicut calor excellentiori modo est in Sole quàm in igne. Si ergo oportet quod cùm bonū sit in Deo sicut in prima causa omniū non vniuoca, quōd sit in eo excellentissimo modo, & propter hoc dicitur summum bonum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod summum bonum addit super bonū non rem aliquam absolutā, sed relationē tantùm: relatio autē, quā aliquid de Deo dicitur relatiuè ad creaturas, nō est realiter in Deo, sed in creatura, in Deo vero. secūdum rationē*. Sicut scibile relatiuè dicitur ad scientiā, non quia ad ipsam referatur, sed quia scientia refertur ad ipsam. Et sic non oportet, q̄ in summo bono sit aliqua compositio, sed solùm q̄ alia deficiant ab ipso.

¶ Ad secundum dicendum, quod, cū dicitur, bonum est, quod omnia appetunt, nō sic intelligitur, quasi vnumquodq; bonū sit ab omnibus appetatur: sed, q̄ a quicquid appetitur, rationē boni habet. Quod autem dicitur, nemo bonus nisi solus Deus intelligitur de bono per essentiam vt post dicetur*.

¶ Ad tertium dicendum quōd ea, quæ nō sunt in eodem genere cum aliis bonis: non quōd ipsum sit in quodam alio genere, sed quia ipsum est extra genus & principium omnis generis*. Et sic comparatur ad alia per excessum, & huiusmodi comparationē importat summum bonum.*

parte prædicati, & distinguitur contra per participationem: & est sensus, vt suprà diximus. Et hoc quantum est ex parte exponēdis affirmatiuæ: nam ex parte negatiuæ ly per essentiam, se tenet ex parte subiecti, & est sensus: vt suprà diximus. Et huic sensui fauent omnia argumenta litereę, & ratio in corpore assignata. Vnde hic exclusiuè principaliter disputatur propter negationem: quia affirmatiuæ ex tertia quæstione habebit fieri.

¶ In corpore vnica cōclusio respōsiua quæsito affirmatiuè: Solus Deus est bonus per essentiam, probatur hæc exclusiua quōd ad vtrāque exponentem simul sic: Triplex perfectio, scilicet secūdum quōd res in suo esse cōstituitur, &c. soli Deo conuenit per suā essentiā, ergo esse perfectum, ergo esse bonum, ergo solus est bōnus per essentiā. Antecedens declaratur distinguēdo triplicem gradū perfectionis rei: & ostendendo figillatim soli Deo cōuenire quidditatiuè: quia in primo claudītur esse, in secundo accidentia in tertio finis vltimus Prima consequentia relinquitur per se nota ex sufficienti diuisione Secunda probatur: quia vnumquodque intantum est bonum inquantum perfectum. Tertia relinquitur per se nota.

¶ Circa antecedens dubium primò est, quōd esse in omnibus citra Deū, sit aliud ab essentia: sed hoc est alibi exāndum.

¶ Dubiū secundo esset, quomodo nulla essentia esset principium operationis: sed hoc in seriùs quæretur. Ad propositū tamen scito sufficere, quod esse & principia operationis sint extra essentias omnium substantiarum formaliter, in dei autem substantia omnia claudantur formaliter. intentio tamen litereæ est de inclusione & exclusione reali & non tantum formali.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum esse bonum per essentiam, sit proprium Dei. †

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ esse bonum per essentiā nō sit proprium Dei. Sicut enim vnum cōuertitur cum ente, ita & bonum vt supra habitum est*: sed omne ens est vnum per suā essentiā, vt patet p Philosophum in quarto Meta.* ergo omne ens est bonum per suam essentiam.

¶ 2 Præterea, Si bonum est, quod oīa appetunt, cùm ipsum esse sit desideratū ab omnibus, ipsum esse cuiuslibet rei est eius bonum. Sed quælibet res est ens per suā essentiam. ergo quælibet res est bona per suam essentiam.

¶ 3 Præterea, Omnis res per suā bonitatē est bona. Si igitur aliqua res est, quæ non sit bona per suāessentiam, oportebit quōd eius bonitas non sit sua essentia. Illa ergo bonitas, cùm sit ens quoddā oportet q̄ sit bona, & si quidē alia bonitate, iterum de illa bonitate quæretur: aut ergo erit procedere in infinitum, aut venire ad aliquā bonitatem, quę non erit bona per aliam bonitatem. eadem ergo ratione stándum est in primo: res igitur quælibet est bona per suam essentiam.

¶ SED CONTRA est, q̄ dicit Boē. in lib. de Hebdom.* q̄ alia omnia a Deo sunt bona per participationem: nō igitur per essentiam

RESPONDEO dicendum, quōd solus Deus est bonus per suam essentiam. Vnumquodq; enim dicitur bonum secundum quōd est perfectum. Perfectio autē alicuius rei triplex est. Prima quidē secundum quōd in suo esse cōstituitur. Secūdā verò, prout ei aliqua accidentia superadduntur ad suam perfectā operationē necessaria. Tertia vero perfectio alicuius est per hoc, quōd aliquid aliud attingit ficut finem. Vt pote prima perfectio ignis consistit in esse, quod habet per suam formam substātialem. Secunda vero eius perfectio consistit in calicitate, leuitate, & ficitate & huiusmodi. Tertia vero perfectio eius est. secūdū quōd in loco suo quiescit Hæc autē triplex pfectio nulli creato cōpetit secundum suā essentiā, sed soli Deo, cuius solius essentia est suum esse: & cui aliis dicuntur accidentaliter, sibi conueniunt essentialiter, vt esse potentē, sapiētē & huiusmodi, sicut ex dictis patet*. Ipse etiā ad nihil aliud ordinatur sicut ad finē, sed ipse est vltimus finis omnium rerum. Vnde manifestū est, quōd solus Deus habet omnimodā perfectionē secundum suā essentiam: & ideo ipse solus est bonus per suam essentiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quōd vnum non importat rationē perfectionis, seu indiuisionis tantùm*: q̄ vnicuique rei cōpetit secundum suam essentiam. Simplicium autē essentiæ sunt indiuisæ & actu & potentia. Cōpositorum verò essentiæ sunt indiuisæ secundum actū tantum: & ideo oportet, quod q̄libet res sit vna p suā essentiam, non autem bona,

33
1. cōtr. c. 39. & 40.
Et opus. 3. ca. 109. 110. 111. 112.
Et veri. q. 21. art. 5.
* q. 5. art. 1.
25
27
* tex. 3.

*In libr. An omne quod est, bonū fit a medio præcipue ad finem vl que.

* q. 3. ar. 6.

ue quidditatiuè, siue in causa non dicitur esse perfecta simpliciter, sed secūdū quid, id est, in tali esse. Secundum autem esse in rerū natura dicitur perfecta simpliciter, quia ad perfectionem substantialem. Et propterea esse est de integritate primæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

primæ perfectionis cuiusque rei, non vt pars quidditatis, sed vt actualis eiusdem. Et per hæc patet responsio ad obiecta. Et, si contra hoc instetur, eo quòd res secundū suas essentias comparatæ gradantur simpliciter ex perfectionibus essentialibus, ita quòd aqua est essentialiter perfectior quàm terra, Et aër quàm aqua, & ignis quàm aër, &c. igitur esse perfectū simpliciter conuenit rei ex sua essentia. Ad hoc

*In cor. artic. est dicendū, q. quum dicitur, nulla res alia a Deo est per suam essentiam perfectam simpliciter: intelligitur q. ly per. denotat causam formalē: non qualemcunque, sed sufficientem omni alio præciso licet enim ignis essentia sit qua formaliter ignis habet substantialem perfectionem, non tamen est sufficiens ratio, quòd ignis sit in sua substantiali perfectione, sed oportet q. actuetur p ipsum esse. Vnde ad instantiā dicitur, quòd res gra-
*29.6. duātur ex suis essentiis in perfectione simpliciter nō complectiue, sed radi aliter, vel dicatur (& parum differt) quòd
34 res graduantur ex suis
22. q. 7. essentiis in perfectione
artic. 3. c. simpliciter nō præscin-
1. cōtr. c. dendo ab earū esse, imò
4. Et ve- includendo ordines ad
ri. quæ. ipsa quoniam (vt diffu-
arti 4. & se ostendimus in Com-
opus. 72 mentariis de ente & es-
quæst. 6. sentia) differentia substantialis sumitur ab ordine ad esse: vt est ens. Por-
phyri⁹ insinuit in vl timæ ac intima differē-
*In li. an omne ens sit bonum ante med. tiæ diffinitione dicens, quòd conducit ad esse, vt ibidem posuimus.

¶ Circa vltimā consequentiā aduerte, quòd (vt diximus in titulo) quia gratia materiæ hæc duæ mutuo se inferūt. A, est per suā essentiā bonū, & A, est bonū per essentiam: ideo litera non discedit a nostris hæc. Et concluse quòd solus Deus per essentiā est bonus, cōclusum esse voluit, q. solus Deus est bonus per essentiā.

¶ In responsione ad primum aduerte, tu Thomista, quòd hic expresse habes, quòd vnū non dicit rationē perfectionis, ac consequēter nec vnitas, nec eius species dicunt perfectionē simpliciter formaliter loquendo, sed abstrahunt à perfectione & imperfectione.

vt ostensum est *.

¶ Ad secundū dicendū, quòd, licet vnum quodque sit bonum, inquantū habet esse, tamē essentia rei creatę non est ipsū esse: & ideo nō sequitur, quòd res creata sit bona per suam essentiam.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd bonitas rei creatæ non est ipsa eius essentia *, sed aliquid superadditū, vel ipsum esse eius, vel aliqua perfectio superaddita, vel ordo ad finem. Ipsa tamen bonitas sic superaddita dicitur bona sicut & ens: hac autem ratione dicitur ens, quia ea est aliquid, nō, qa ipsa aliquo alio sit. Vnde hac ratione dicitur bona, quia ea est aliquid bonum: non, quia ipsa habeat aliquam aliam bonitatē, qua sit bona *.

*Lib. 1. met. apud Arist. tex. 6. 336

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum omnia sint bona bonitate diuina

QD QVARTVM sic procedit. Videtur, quòd omnia sint bona bonitate diuina. Dicit enim Aug. 8. de Trinit. * Bonum hoc, & bonum illud: tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonū, si potes: ita Deū videbis, non alio bono bonum, sed bonū omnis boni; sed vnūquodque est bonum suo bono, ergo vnumquodque est bonum ipso bono, quod est Deus.

¶ 2 Præterea, sicut dicit Boe. i li. de Hebd. * omnia dicuntur bona inquātum ordinātur ad Deū: & hoc ratione bonitatis diuinæ. ergo oia sunt bona bonitate diuina.

¶ SED CONTRA est, quod omnia sunt bona, inquantum sunt: sed non dicūtur omnia entia per esse diuinum, sed per esse proprium: ergo non omnia sunt bona bonitate diuina, sed bonitate propria.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nihil prohibet in iis, quæ relationē important, aliquid ab extrinseco denominari: sicut aliquid denominatur locatum a loco, & mensuratum a mensura. Circa vero ea, quę absolutē dicūtur, diuersa fuit opinio. Plato enim posuit omnium rerum species separatas *: & quòd ab eis individua denominātur, quasi species separatas participando, vt puta quòd Socrates dicitur homo secundum ideam hominis separatam. Et sicut ponebat ideā hominis & equi separatam, quam vocabat per se hominē & per se equum; ita ponebat ideam entis, & ideam vnius separatā, quam dicebat per se ens & per se vnum: & eius participatione vnumquodque dicitur ens vel vnum *: hoc autē, quod est p se ens, & per se vnū, ponebat esse summum bonum, & quia bonum conuertitur cum ente, sicut & vnū: ipsum per se bonum dicebat esse Deum, à quo omnia dicuntur bona per modū participationis. Et quāuis hæc opinio irrationabilis videatur quantū ad hoc, quòd ponebat species rerum naturaliū separatas p se subsistētes, vt Arist. * multipliciter improbat: tamen hoc absolutē verum est, q. aliquid primum est, quod per suā essentiā est ens & bonum, quod dicimus Deū, vt ex superioribus patet * huic etiam sententiæ concordat Arist. A primo igitur per suā essentiā ente & bono vnūquodque potest dici bonum & ens, inquantū participat ipsum per modū cuiusdā assimilationis, licet remotè & efficienter, vt ex superioribus patet *. Sic ergo vnūquodque dicitur bonū, bonitate diuina, sicut primo principio exemplari effectiuo & finali totius bonitatis. Nihilomin⁹ tamē vnūquod que dicitur bonū similitudine diuinę bonitatis sibi inhærēte, q. est formaliter sua bonitas denominās ipsum. Et sic est bonitas vna omnium, & etiā multę bonitates.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

*Plato. 66. tom. 2.

*tex. 15. 10. 2.

*9. 3. ar. tic. 1.

*Aug. 8. de Trinit. c. 3.

*Boe. de Hebd.

*Plato.

*Arist. 1. Metaph. tex. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis septimæ Articulum secundum.

IN titulo adnette ly infinitum per essentiam, non significat idem quod res infinitæ perfectionis: quia ly infinitum non actatur hic ad infinitum tenẽs se ex parte formæ, quod dicit perfectionem, sed tenetur communiter, vt contiuer etiam infinitum ex parte materiæ: vt patet ex processu in corpore articuli: & in argumento tertio. Vnde infinitũ per essentiã idem significat, quod res essentiæ indeterminatæ omnino, id est, nec ad genus nec ad speciem aliquã, & hoc siue per se, siue reductiue. Et est quæstio de rebus singularibus quarũ tantummodo est inuenire posse in rerũ natura: quod dico propter res in abstractione sumptas, quas contingit adeo abstrahere, vt secundum aliquam rationem ad nullum sit genus arctare: tamẽ secundum rem etiam illa ratio in hac re existens ad aliquod est genus & speciem determinata. Eus enim in homine est in specie humana, &c. Ita q; sensus quæstionis est, an præter Deũ aliqua res in rerũ natura existẽs actu vel potẽtia, sit essentię inde terminatæ simpliciter.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue. Nulla res alia à Deo est infinita simpliciter: quamuis possit esse infinita secũdum quid. Hæc conclusio habet duas partes, vt patet: & in litera quo ad vtranque probatur: verũ quia infinitum est duplex, scilicet ex parte actus, & ex parte potentiæ, seorsum primò probat vtranque conclusionis partem in infinito materiali, deinde in formali. De illo, quia materia semper finitur per formã aliquam, ac per hoc non est infinita simpliciter, & tamen quia remanet in potẽtia ad infinitas formas, datur infinitum secundum quid. De hoc verò, quia forma creata, aut est in materia, & consequenter finita per eam: aut subsistens sine materia & recipiens esse, & hæc, quia sine materia, ideo infinita secundum quid, id est secundum terminos materiales: quia tamen habet esse receptum, est finita simpliciter, esse enim coaptatum ita huic certæ naturæ, quòd non alij, limitatum oportet esse simpliciter: alioquin omnis in se naturæ perfectionem continẽret, & à paribus vniuersi sufficienter enumeratis conclusio vniuersalis propositã probata esset: & facis clare, si præcedentia recolantur.

¶ Aduerte notitiæ, quòd non dubitando, sed philosophico more deferendo proprio tractatui de Angelis inferius habendo, dicit quosdam opinari Angelos esse subsistentes subsistentias.

¶ Super Quæstionis septimæ Articulum tertium.

IN titulo possit, simpliciter secundum potentiam logicam.

¶ In corpore tria, primo assignat causam quæstionis, quòd non est vana, sed necessaria: secundò distinguit: corpus. tertio respondet quæsito.

¶ Quòd ad primum, necessitas quæstiõ ostenditur extrantitate infinitatis secundũ magnitudinem ab infinitate essentiæ: quia scilicet aliud est, esse infinitũ secundũ essentiam, & aliud secundum quantitatẽ, & probatur in naturalibus. Vbi aduerte, quòd inter istas infinitates est duplex differẽtia. Vna separationis, qua vna non est alia: & hæc est manifesta, dum in Deo reperitur infinitas essentiæ absque quantitate: & in istis inueniri forte potest infinitas quantitatis absque infinitate essentiæ, vt patet in conditionali posita in litera. Altera consecutionis quia vna non infert aliam: quia scilicet nec infinitum secundum essentiam infert infinitum quãtitatis, nec, quod magis dubitari potest, infinita magnitudo infert infinitam essentiam, vt in litera obiicitur, si esset ignis infinitus, & de hac differentia interpretanda est litera: quoniam est admodum ad propositum.

CIrca hanc partem statim occurrit dubium nonnullorum mentem turbãs: eò quòd, vt dicit Octauo Physicorum, in magnitudine infinita oportet esse virtutem infinitam: ergo essentiam infinitam: virtus enim non excedit essentiam. quare si esset ignis infinitus, esset virtutis infinitę, & cõsequenter essentiæ

¶ Secundò, quòd certam formam sequuntur determinata accidentia in toto & partibus possibilibus seorsum existere. Et hic sensus est directè intentus: quoniam in partibus inexistentibus tantum nõ est propriæ forma, sed formæ pars tam actu quàm potentia. in litera autem dicitur, quòd formam determinatã sequuntur accidentia & quantitas determinata. Sed vnde in hoc sensu cõsequẽtia valeat, quòd vt sit illius fundamentum, latet. Et ideo vertitur in dubium. Primò quò ad

* tex. 18. determinationẽ quantitatis in minus. Secũdò quò ad determinationẽ eiusdem in maius.

¶ Scotus in 2. sententiarum distinctione secũdà, quæstione nona, nititur probare oppositũ, & sustinere, quòd non data minimũ in homogeneis substantijs, potens per se existere, sed quacunque aqua data potest minor per se existere: & sic forma eius nõ determinat sibi certam quantitatem in minus, vt in litera dicitur. Arguit ergo ex ratione Quanti, quinto Metaphysic. sic: Non magis essentiale est quãto, pot se diuidi in partes, quã quòd vtrunque eorum, in quæ diuiditur, possit esse hoc aliquid. ergo singulæ partes quantæcunque aquæ possunt per se existere. Antecedẽs patet ex quinto Metaphy, cõsequẽtia verò manifesta est ex se & nihilominus cõsequẽs confirmatur quadrupli citer. Tum, quia partes sunt eiusdem rationis cum toto, quòd ad materiam & formam: ergo per se existere, quod nõ repugnat toto, non repugnat parti. Tum, quia quælibet pars habet naturam. vnde non repugnet sibi esse indiuiduũ eiusdem speciei cum toto. ergo potest esse individuum: & consequenter per se existere. Tum quia partes sunt naturaliter priores toto ergo eis nõ repugnat esse prius tempore, &c. Tum quia posita illa aqua minima circunscripto omni corruptiuo etiam continente, si diuidatur aut posit diuisionem, quæ erat vna aqua in actu & multæ in potentia erunt aquæ plures in actu: & habetur intẽtum, aut non: & si non, ergo annihilata est aqua absque corruptiuo. probatur: quia sola diuisio non corrumpit. probatur: quia diuidi in partes homogeneas, ex quibus cõstat totum. ergo diuidi in aquas, aut aqua componitur ex non aquis, vt partibus integralibus. Nec est, inquit, repugnantia ex parte paruæ quantitatis: quia forma aquæ cum tam parua quantitate præfuit.

¶ Contra determinationem verò quantitatis in maius, arguitur ratione, & autoritate. Ratione quidem, dato quocunque igne, si apponatur combustibile diſpositum, certum est quòd comburet. Illud ergo crescit quantum est ex se in infinitum. Et confirmatur autoritate Aristo. 1. de Anima textu quadragesimo primo, ignis augeretur in infinitum, si in infinitum apponeretur combustibile, nõ ergo datur maximus ignis.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis nota primò, quòd non intendimus hic tractare totaliter de maximo & minimo: quoniam esset extra propositum, sed solum, an detur maximum & minimum ex intrinseco: hoc enim exigit ratio assumpta in litera. volens quòd ex intrinseco, ex forma scilicet substantiali, vnaquæque substantia naturalis vendicet sibi certam quantitatem, tum in maius quã in minus. & ideo has paucas rationes in hac disputatione adduximus. Fiet autem Deo dante specialis quæstio de maximo & minimo vniuersaliter. Nota secundo, quòd duas rationes ab Aristot. habemus ad hoc. Alteram primo Physic. text. 17 ibi sensu exacto, scilicet quantitas totius consurgit ex quantitatibus partiũ, &c. Sed ista ratio, vt patet, procedit ex suppositione: supponit enim dari maximum, & concludit dari minimum, alioquin totum non esset certæ quantitatis. Alteram in primo de Anima. text. 41. scilicet omnium natura constantiũ determinata est ratio, &c. Et hæc ratio, vt inquit Scotus, loquitur de animatis, in quibus tantum habet locum augmentum propriè dictũ, de quo ibi est sermo. Verùm, quicquid sit de illo textu, Sanctus Thomas vniuersaliter assumpsit, scilicet, quòd quod ibi de anima dicitur, de omni forma substantiali assumpsit, scilicet, quòd vendicat sibi certam quantitatem: & probauit eam secundum doctrinam traditam quinto Metaphysic. & secũdo Physic. scilicet, quòd causæ effectibus, & è cõuerso comparantur & commensurantur. Ex hoc enim sequitur, quòd, si formam substantialem naturaliter in communi sequitur quantitas: ergo determinatam formam determinata quãtitas, sed quantitas non alio modo determinat, quàm secundum terminos, nõ enim corporeitas hominis & aquæ differt specie, vt posset dici, quòd determinatam formam sequitur determinata quantitas secũdum speciem: igitur sequitur quantitas determinata secundum terminos. Quamuis etiam si quantitates differrẽt specie, adhuc tamen haberetur fundamentũ consequentiæ, ex eo quòd determinata forma est vis determinatè: ac per hoc nihil consequens ad ipsam ponẽti esse infinitum, si enim haberet calorem, raritatem, quantitatem aut quodcunque accidens infinitum, iam à forma finita esset vis infinita: quod non est intelligibile. quia ergo formam physicam in communi sequuntur accidentia, consequens est, vt certa formã, ac per hoc rem certæ vis sequatur certa accidentia: non solùm ita hæc, quòd non illa, sed etiã ita in tali gradu vel termino sum mo, imo vel medio, quòd nõ in maiori aut minori: & sic habetur, vnde tenet consequentia litere, non solùm de quantitate, sed de omnibus accidentibus.

¶ Ad rationẽ ergo Scoti, concesso antecedẽte, negatur consequentia: & ratio est: quia vtrũq; scilicet diuidi in partes, & illas posse esse hoc aliquid, si realiter intelligatur, nõ conuenit quanto per se positi uè, sed nõ repugnanter, vt patet de quantitate cœli. Quantũ enim illud nec potest actuali diuisione diuidi, nec potest aliqua pars eius seorsum existere, & tamen est verè quantum. Vtraque ergo conditio posita in ratione quãti potest impediri, nec exerceatur à forma naturali, cui cõiuncta est quãtitas. Vnde illa diffinitio cõuenit quãto, vt sic, & tamẽ alicui quã to repugnat, Et, si cõtra hoc afferatur ratio illa Scoti, quandocunque aliqua pars se consequẽtia aliqua duo sunt incõpossibilia, & illa duo sunt incõpossibilia; sed conditiones quanti & formæ minimi sunt incõpossibiles. ergo quãtum & forma minimi sunt incompossibiles. Respõdetur primò, applicando totum argumentum ad naturam cœli, quæ non patitur diuisionem. Secundò, quia multiplicare non est soluere, quòd illa maior est vera de per se consequentibus positiuè: non autẽ non repugnãter. vnde velocitabilitas in infinitum cõuenit motui per se non repugnanter. vnde & demonstratur de eo: motui tamen naturali cuilibet repugnat, vt patet secundo cœli, textu trigesimo nono: & propterea motus & naturalitas non sunt incõpossibiles. Posset tamen aliter dici, quòd illæ cõditiones non intelliguntur secundum actualem diuisionem, sed secundum designationem, & quòd sic omne quantum est diuisibile, & quælibet pars potest esse hoc aliquid secundum designationem: & tunc etiam nihil contra propositum nostrum sequitur

Ex primo Phy.

Ex primo cœli

Infrà q. 50. artic. 2. 4. & q. 86. 2. co. & 1. dist. 43. q6. 1. art. 2. ca. & 1. Met. 2. 10.

* q. 3. 2. & 8. ad 3.

* tex. 30.

d. 736.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum aliquid aliud quàm Deus possit esse infinitum per essentiam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aliquid aliud, quam Deus possit esse infinitum per essentiã. Virtus enim rei proportionatur essentiæ eius. Si enim essentia Dei est infinita, oPortet quòd eius virtus sit infinita. ergo potest producere effectum infinitum, cum quãtitas virtutis per effectum cognoscatur.

¶ 2 Præterea, Quicquid habet virtutem infinitam, habet essentiam infinitam: sed intellectus creatus habet virtutem infinitam: apprehẽdit enim vniuersale, quod se potest extendere ad infinita singularia: ergo omnis substantia intellectualis creata est infinita.

¶ 3 Præterea, Materia prima aliud est à Deo. vt suprà ostẽsũ est: sed materia prima est infinita: ergo aliquid aliud præter Deum potest esse infinitum.

¶ SED CONTRA est, quòd infinitũ non potest esse ex principio aliquo, vt dicitur iu tertio Physic. * Omne autẽ quod est præter Deum, est ex Deo, sicut ex primo principio. ergo nihil, quod est præter Deum potest esse infinitum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquid præter Deũ potest esse infinitum secundum quid, sed non simpliciter. Si enim loquamur de infinito secũdũ quòd competit materiæ, manifestum est, quòd omne existens in actu habet aliquam formam, & sic materia eius est determinata per formã. Sed quia materia secũdũ quod est sub vna forma substantiali, remanet in potentia ad multas formas accidentales, quod est finitũ simpliciter, potest esse infinitum secundũ quid, vt potè lignum est finitum secundum suam formam, sed tamen est infinitum secundum quid, inquãtum est in potentia ad figuras infinitas. Si autem loquamur de infinito secundum quòd conuenit formę, sic manifestum est, quòd illa, quorum formę sunt in materia, sunt simpliciter finita, & nullo modo infinita. Si autem sint aliquæ formæ creatæ non receptæ in materia, sed per se subsistentes, vt quidam de Angelis opinãtur, erunt quidem infinitæ secundum quid inquantum huiusmodi formæ non terminantur, neque contrahuntur per aliquam materiam *: sed quia forma creata sic subsistens habet esse, & non est suum esse, necesse est, quod ipsum eius esse sit receptum & contractum ad terminatam naturam. Vnde non potest esse infinitum simpliciter *.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc est contra rationem facti, quòd essentia rei sit ipsum esse eius: quia esse subsistẽs non est esse creatum: vnde cõtra rationem facti est, quòd sit simpliciter infinitum. Sicut ergo Deus licet habeat potentiã infinitam, non tamen potest facere aliquid non factũ *: hoc enim esset contradictoria esse simul: ita non potest facere aliquid infinitum simpliciter.

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd hoc ipsum quòd virtus intellectus extendit se quodammodo ad infinita procedit ex hoc, quòd intellectus est forma nõ in materia. sed vel totaliter separata, sicut sunt substantiæ Angelorum, vel ad minus potentia intellectiua, quæ non est actus alicuius organi in anima intellectiua corpori coniuncta.

¶ Ad tertiũ dicendum, quod materia prima nõ existit in rerũ natura per seipsam, cùm non sit ens in actu, sed potentia tantùm. vnde magis est aliquid concreatum, quam creatum *. Nihilominus tamẽ materia prima etiam secundum potentiam non est infinita simpliciter, sed secũdum quid: quia eius potentia non se extendit, nisi ad formas naturales.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum possit esse aliquid infinitum actu secundũ magnitudinẽ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd possit esse aliquid infinitum actu secundũ magnitudinẽ. In scientiis enim mathematicis non inuenitur falsum: quia abstrahentium non est mendacium, vt dicitur in secundo Physico. * sed scientiæ mathematicæ vtuntur infinito secundũ magnitudinem: dicit enim Geometra in suis demõstrationibus, sit linea talis infinita, ergo non est impossibile aliquid esse infinitum secundum magnitudinem.

¶ 2 Præterea, Id, quod non est contra rationem alicuius, non est impossibile conuenire sibi: sed esse infinitum non est contra rationem magnitudinis: sed magis finitum & infinitum videntur esse passiones quantitatis. ergo non est impossibile aliquam magnitudinem esse infinitam.

¶ 3 Præterea, Magnitudo diuisibilis est in infinitum. Sic enim diffinitur cõtinuum, quod est in infinitum diuisibile, vt patet in tertio Physic. Sed contraria nata sunt fieri circa idem. cùm ergo diuisioni opponatur additio. & diminutioni augmentũ, videtur, quòd magnitudo possit crescere in infinitum: ergo possibile est esse magnitudinem infinitam.

¶ 4 Præterea, Motus & tẽpus habent quãtitatem & cõtinuitatem à magnitudine, super quam transit motus, vt dicitur in quarto Physic. sed non est contra rationẽ temporis & motus quòd sint infinita, cùm vnumquodque indiuisibile signatũ in tempore & motu circulari sit principium & finis. ergo nec contra rationem magnitudinis erit, quòd sit infinita.

¶ SED CONTRA: Omne corpus superficiem habet: sed omne corpus superficiem habens est finitum: quia superficies est terminus corporis finiti. ergo omne corpus est finitum. Et similiter potest dici de superficie, & linea. nihil est ergo infinitum secundum magnitudinem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliud est esse infinitum secundum suam essentiam, & secundum magnitudinem. Dato enim, quòd esset aliquod corpus infinitũ secundum magnitudinem, vtpote ignis, vel aer, non tamẽ esset infinitum secundum essentiam: quia essentia sua esset terminata ad aliquam speciem per formã, & ad aliquod individuum per materiam. Et ideo habito ex præmissis, quòd nulla creatura est infinita secundum essentiã *, adhuc restat inquirere, vtrũ aliquid creatum sit infinitum secundum magnitudinem. Sciẽdum est igitur, quòd corpus, quod est magnitudo completa, dupliciter sumitur, scilicet mathematicè, secundum quòd consideratur in eo sola quantitas: & naturaliter, secundum quòd consideratur in eo materia & forma. Et de corpore quidem naturali, quòd non possit esse infinitum in actu, manifestum est. Nam omne corpus naturale aliquam formam substantialem habet determinatam, cum igitur ad formam substantialẽ consequatur accidentia, necesse est, quòd ad determinatam formam consequantur determinata accidentia: inter quæ est quantitas. Vnde omne corpus naturale habet determinatam quãtitatem & in maius & in minus. Vnde impossibile est, aliquod corp' naturale infinitum esse. Hoc etiã ex motu patet: quia omne corpus naturale habet aliquẽ motum naturalem: corpus autem infinitum non posset habere aliquẽ motum naturalẽ, nec rectum, quia nihil moueturnaturaliter motu recto, nisi cũ est extra suum locum, quod corpori infinito accidere non posset: occuparet enim omnia loca: & sic indifferẽter quilibet locus esset locus eius. & similiter etiam neque secundum motum circularẽ: quia in motu circulari oportet: quod vna pars corporis transferatur ad locum, in quo fuit alia pars, quæ in corpore circulari, si ponatur infinitum, esse non posset: quia duæ lineæ protractæ à cẽtro, quanto longius protractæ sunt, tanto plures distantias ad inuicem habent. Vnde in infinitum existentes, nullam habent distantiam ad inuicem. Et ideo impossibile est, quòd corpori infinito accidat motus circularis. Et similiter nec motus rectus, quia nihil mouetur naturaliter motu recto, nisi cũ est extra suum locum, quod corpori infinito accidere non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi per aggregationem. Et idem est iudicium de aqua & aliis elementis: & huiusmodi humidis. Nec ex his motus, intelligas plantam non esse per se vnam, quæ est vna in actu & multæ in potêtia: quoniam partes plantæ organicæ sunt. Et ad complementum naturalis indiuidui eius requiritur, quod habeat omnes partes, &c. Non sit est in huiusmodi homogeneis, vt patet. appositio ergo cum-

* artic. 1. huius. q. ad secũ. dum.

dum quòd combureret, & quòd cresceret in infinitum, sed non esset per se vnus numero ignis. Et sic patet responsio ad autoritatem Aristotelis.

huntur à centro, tanto longius distãt abinuicẽ: si ergo corpus esset infinitum, in infinitũ lineæ distarent abinuicem & sic vna nunquã posset peruenire ad locũ alteri[9]. De corpore etiã mathematico eadẽ ratio est: quia si imaginemur corpus mathematicũ existẽs actu, oportet q; imaginemur ipsum sub aliqua forma: quia nihil est actu nisi per suã formã: vnde, cùm forma quanti, inquantũ huiusmodi, sit figura, oportebit quòd habeat aliquam figurã & sic erit finitum. est enim figura, quæ termino, vel terminis comprehenditur.

¶ Circa probationem secũdæ cõsequentiæ occurrit dubium: quia falsum assumitur, scilicet, q; quantitas sit vnum accidentium sequẽtium formam substantialem, cùm constet quantitatem esse accidens, consequens materiam. Nec valet dicere, quòd quantitas cõsideretur dupliciter, scilicet absolutè, & vt terminata: & quòd licet absolutè sit consequens materiam terminatio tamen eius sequitur formam. hæc enim, licet sint vera, non tamen ad propositum: quia litera ex hoc, q; quantitas consequitur formam, infert, ergo est terminata. vnde, si assumptum esset, q; quãtitas quo ad terminationem sequitur formam, esset petitio principij.

¶ Ad hoc videtur dicendum quãtitatem dupliciter sumi posse, vno modo secundum id, quod est in ea de actu, & sic sequitur formam: alio modo secundum id, quod est in ea de potentia, & sic sequitur materiã. Et, quoniam plurimum in ea est, quod spectat ad materiam potentiæ, vt patet in definitione Quanti quinto Metaphy. ideo absolutè ponitur accidens, consequens compositum ratione materiæ. Et quoniam in proposito est sermo de quantitate in actu, quia de infinito in actu: ideo in proposito vtens litera de quantitate ex parte actus attribuit ipsam formæ, & ex hoc quòd ipsa secundum quòd est actu, sequitur formam, infert, ergo est terminata, sicut cætera consequentia formam.

¶ Secundo probatur conclusio ex ratione mobilitatis: Omne corpus naturale habet aliquem motum naturalem, ex primo Cœli, textu quinto. Nullum corpus infinitum est naturaliter mobile, ergo. Probatur minor, vtendo distinctione motus naturalis facta 1. Cœli. Quia non potest moueri motu recto: eo quòd omne tale potest extra locum suũ secundum partes esse. Nec motu circulari, eo quòd linea à centro circuli protractæ quinto, longius protrahuntur, tanto inter se magis distant, ergo in corpore infinito distarent inter se infinitè. ergo nunquam vna peruenirent ad locum alterius. ergo nũquam vna pars corporis infiniti circularis posset venire ad locũ, vbi est alia. ergo implicat ipsum moueri: & sumpta est hæc ratio ex primo Cœli, textu tricesimoprimo.

¶ Secunda conclusio est. Nullum corpus mathematicum potest esse infinitum in actu. Probatur: Si est corpus in actu, ergo habet formam: ergo figuram, ergo terminum: ergo non est infinitum, prima consequentia probatur, quia nihil est actu, nisi per formam suam. secunda vero: quia forma corporis de genere quãtitatis, vt sic est figura. tertia autem ex diffinitione figuræ: & hæc ratio sumpta est ex tertio Physicorum, textu quadragesimo.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd, si diligenter inspicitur, negat infinitũ esse passionem quantitatis, quãuis concedat ei non repugnare. Et si contra hoc affertur textus decimusquintus primi Physic. scilicet finiti & infiniti ratio quantitati congruit, in propria est responsio, quòd hoc nõ ideo dicitur, quod quantitas vendicet sibi infinitatem, sed è conuerso: quia infinitas vendicat sibi quantitatem, quoniam non est intelligibile infinitum, nisi quantum, sicut etiã dicitur, vacui ratio continebit in loco. Intendunt enim per hoc philosophi, quod si ita inueniuntur, oportet reperiri in quantitate & loco, &c.

IN responsione ad tertium aduerte, quòd, licet responsio sumpta sit ex tertio Physico. ex quo sumptæ fuerũt etiam reliquæ responsiones. ad primum quidẽ ex textu septuagesimoprimo, ad quartum autem ex septuagesimosexto. Licet inquam ita sit, obstant tamen hic responsioni dicta sancti Thomæ in tertia parte, quæstione nona, articulo duodecimo, & in 3. sentent. distinctione decimatertia, quæstione prima, articulo secundo, quæstione tertia, ad primum, imo etiam hic in articulo sequenti in responsione ad secundum, concedendo augmentum figuratum in infinitum, in tertio quoque Physic. expresse Aristoteles concedit textu quinquagesimonono, & sexagesimo, magnitudinem augeri in infinitum, sicut & diuidi.

¶ Ad hoc breuiter respondetur cum Aristo. ibidem, quod magnitudinem augeri in infinitũ, potest dupliciter intelligi. Primo ea ratione, quia semper potest fieri sibi additio secundũ partes proportionales: & sic ibidem dicitur, quòd augeri potest in infinitum: sed per tale augmentum nunquam excedetur certa magnitudo signata. Secundo, quia semper potest fieri additio simpliciter: ita quòd excedat omnem certam quantitatem. Et sic distinguendum est: quia aut loquimur de magnitudine, stando infra limites continui, aut de ea, vt induit rationem distareti. Primo modo, nec augmento naturali, nec intellectuali continuum est augmentabile in infinitum: & causa assignatur in litera. Secundo modo autem augmentabile est in infinitum, sicut & numerus, & ad hoc pertinet

additionem autem acceditur ad totũ secundum quòd se habet in ratione formæ: & ideo nõ inuenitur infinitũ in additione magnitudinis, sed in diuisione tãtum.

¶ Ad quartum dicendum: quòd motus & tempus non sunt secundum totũ in actu, sed successiuè: vnde habent potentiã per mixtam actui. Sed magnitudo est tota in actu: & ideo infinitũ, quod conuenit quãtitati, & se tenet ex parte materiæ, repugnat totalitati magnitudinis; non autem totalitati temporis vel motus: esse enim in potentia conuenit materiæ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd possibile sit, esse multitudinẽ infinitam secundum actũ. nõ enim est impossibile id quòd est in potẽtia reduci ad actum. sed numerus est in infinitum multiplicabilis: ergo non est impossibile esse multitudinem infinitam in actu.

¶ 2 Præterea, Cuiuslibet speciei possibile est esse aliquod individuum in actu: sed species figuræ sunt infinitæ: ergo possibile est esse iufinitas figuras in actu.

¶ 3 Præterea, Ea, quæ non opponũtur adinuicem, nõ impediunt seinuicẽ. sed posita aliqua multitudine rerũ, adhuc possũt fieri alia multa, quæ eis non opponuntur. ergo nõ est impossibile aliquã iterũ simul augetur in infinitum: quia accedit ad totum & formam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd, cùm numerus augmentabilis in infinitum non sit quilibet numerus, sed numerus continuorum, vt patet tertio Physi. textu sexagesimo octauo. Augmentatio numeri non accedit ad numerum simpliciter, sed talem, scilicet partium continui, ac per hoc manifestè acceditur non ad totum, sed ad partem: sicut & diuisio continui, ex qua causatur: augmentatio autem continui ad totum simpliciter accedit. Negãda est ergo prima consequentia Scoti quoniam, à numero ad numerum talem, id est materialem arguit, quod non licet in proposito: quia ly materialis minuit rationem numeri, quò ad formalitatem quia addit materiali ratem formæ, & permiscet actum potentiæ, vt patet.

augmentum figuratum in infinitum. Dixi autẽ de cõtinuo, vt sic quod nec intelligibili augmento est augmentabile in infinitum, non quòd in tellectus non possit quacunque magnitudine data fingere maiorem: & sic in infinitum. Sed quoniam in natura cõtinui, vt sic, non est potentia ad huiusmodi augmentum: in natura tamen numeri materialis est: & similiter in natura continui est potentia ad diminutionẽ in infinitum. vt patet ex eius tatione. Et sic omnia consonant, diuersis modis intellecta.

Circa rationem assignatam in litera dubium occurrit ex Scoto in tertia sententia, distinctio. decimaterti. quæstione prima impugnat siquidem eã sic, Quilibet numerus est vnus secundum se formaliter ex octauo Metaphysicorum. ergo in augmentatione numeri accedit ad formam ergo accedit ad formã non præbet augmentũ in infinitum. ergo male in litera dicitur, quòd ideo magnitudo non

¶ Super quæstionis septimæ Articulum quartum.

IN titulo, secundum multitudinem, quancunque siue de genere quantitatis, siue extra genus, & hinc patet, quòd ista quæstio est altior & vniuersalior quàm inquisitio, quæ fit. 5. Physic. quoniam ibi de materiali tantùm multitudine sequente diuisionem continui sermo est, hic autem de multitudine vniuersaliter, siue materiali, siue immateriali.

¶ In corpore duo. Primo refert opinionem Auicennæ & Algazelis. Secundo improbando eam respondet quæsito.

¶ Quò ad primum duas propositiones refert: ac eas declarat. Altera est impossibile est, esse in actu multitudinem infinitam per se. Altera, possibile est esse in actu multitudinem infinitam per accidens. Declarantur ambæ, manifestatis illis terminis: infinita per se multitudo & infinita per accidens: probantur vero: quia nunquam compleretur opus, si ex infinitis per se dependeret: secus autem per accidens, vt patet in exemplo literæ.

¶ Quò ad secundum sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito secundum diuersitatem actus à potentia: Prima est, impossibile est esse in actu infinitã multitudinem siue per se, siue per accidentens. Secunda est, Possibile est esse multitudinem infinitam in potentia. Prima conclusio probatur dupliciter: Omnis multitudo actu existens est in aliqua specie multitudinis, ergo est secundum aliquam speciem numeri. ergo est finita. antecedens patet. prima vero consequẽtia probatur: quia species multitudinis sunt secundum species numerorum secunda, quia numerus est multitudo mensurata per vnum.

Circa primam consequentiam & eius probationem dubitatur: quia multitudo est, quid communius quàm numerus: & consequenter debet habere species plures quàm numerus: alioquin communioris rationem non retineret. non ergo species multitudinis sunt secundum species numeri. Et confirmatur hoc: quia dici potest, quod species multitudinis finitæ sunt secundum species numeri: non autem species multitudinis absolutè: & attestatur his Aristotel. quinto Metaphy. cap. de Quanto, dicens, quod pluralitas finita est numerus, quasi infinitatem excipiat.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd, cum ignota ex notioribus naturaliter cognoscamus, & experiamur omnes multitudinis species, quas nouimus proportionales esse speciebus numeri, satis consonat arti, vt possit vniuersalis propositio formari, quòd omnis species multitudinis est secundum aliquam speciem numeri. Ad obiectionem autem dicitur, quòd aliud est, omnes species multitudinis esse species numeri, quod falsum est: & aliud, omnes species multitudinis esse species numeri secundum speciem numeri, id est proportionales illis quod assumptum est & verum. vnde multitudo, quia vniuersalius quid est, habet multo plures species quam numerus: quia habet omnes species numeri, & omnes species multitudinis immaterialis, quæ propriè non est numerus, &c. Et per hoc patet ad confirmationem, quòd illud vocabulum, non rationabiliter diceretur. Textus autem Aristot. nihil officit: quãdoquidẽ nihil ex illo ad propositũ elici potest nisi quòd pluralitas infinita non esset numerus: sed hoc non obstat processui huic: sed magis confirmat secundum consequentiam, vt patet.

Supr. 5. Phys.

¶ Secundo probatur eadem conclusio: Omnis multitudo in rerum natura actu existens est creata. ergo comprehenditur sub aliqua certa intentione creantis. erg certo numero, ergo, impossibile est, quòd sit infinita. Antecedens patet: prima verò consequentia probatur, quia non in vanum agens aliquid operatur. Reliquæ reliquuntur vt cuidentes.

Circa hanc rationẽ dubitatur: quoniã aut assumit falsum, aut non infert intentum. Quum enim assumitur, quòd omne creatum sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, aut intelligitur de intentione certa certitudine finis, aut certitudine medij, per quod acquiritur finis. Si certitudine finis, tunc dupliciter exponi potest: aut ita, quòd ipsum creatum sit certus finis, aut ita quòd habeat certum finẽ. Si igitur sensus est: quòd omne creatum cõprehenditur sub aliqua intentione creantis, vt certus finis, propositio videtur manifestè falsa: quoniã aliquid creatum nec est finis certus, nec aliculus alterius creaturæ, puta infinita creatura. Si verò est sensus, quòd omne creatũ cõprehenditur sub aliqua creatis intẽtione, vt ad certũ finẽ, propositio est verissima, quia Deus ipse & participatio suæ bonitatis est certus cuiusque creati finis intẽtus à creante, sed tunc nihil infert ad propositũ: ex hoc enim non sequitur, ergo sub certo numero. Si autẽ sensus est, quòd omne creatum cõprehenditur sub aliqua intentione creantis, vt certum medium, per quod acquiritur finis, propositio videtur falsa: & nõ probata. Falsa quidẽ, quia potest aliter comprehendi sub intẽtione creatis, quàm hoc modo. potest enim intendi, vt non certi mediũ ad aquirendũ finem: sed vt concomitans seu prouentũs ex certo medio, per quod acquiritur finis: vt patet ex Auer. 11. Met. com. 17. vbi vult q; intelligentiæ moueant orbes vt affimilentur Deo in

Per accidens autẽ dicitur multitudo infinita, quãdo nõ requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, sed accidit ita esse. Et hoc sic manifestari potest in operatione fabri, ad quam quẽdã multitudo requiritur per se, scilicet quòd sit ars in anima, & manus nouens, & martellus: & si hæc in infinitum multiplicarentur, nunquã opus fabrile cõpleretur: quia dependeret ex infinitis causis. Sed multitudo martelliorum, quæ accidit ex hoc, quòd vnum frangitur & accipitur aliud, est multitudo per accidens. accidit enim, quòd multis martellis operetur, & nihil differt vtrũ vno vel duobus. vel pluribus operetur, vel infinitis, si infinito tẽpore operaretur: per hũc igitur modum posuerũt, quòd possibile est esse actu multitudinẽ infinitam per accidẽs[c]. Sed hoc est impossibile, quia omnẽ multi tudinẽ oportet esse in aliqua specie multitudinis. Species autẽ multitudinis sunt secundũ species numerorum. Nulla autem, species numeri est infinita: quia quilibet numerus est multitudo mẽsurata per vnum. Vnde impossibile est esse multitudinem infinitam actu, siue per se, siue per accidens. Item multitudo in rerum natura existens est creata: & omne creatum sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur: non enim in vanum agens aliquod operatur. Vnde necesse est, quòd sub certo numero omnia creata comprehendantur. Impossibile est ergo esse multitudinem infinitam in actu etiam per accidens. Sed esse multitudinem infinitam in potentia possibile est: quia augmentum multitudinis consequitur diuisionem multitudinis. Quanto enim aliquid plus diuiditur, tanto plura secundum numerum resultant. Vnde sicut infinitum inuenitur in potentia in diuisione continui, quia proceditur ad materiam, vt supra ostenium est*: eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potentia in additione multitudinis.

* artic. præced. c 37

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd vnumquodque, quod est in potentia, reducitur in actum secundum modum, sui esse: dies enim non reducitur in actum, vt sit tota simul, sed successiuè: & similiter infinitum multitudinis non reducitur in actum, vt sit totum simul, sed successiuè: quia, post quamlibet multitudinem potest fumi alia multitudo in infinitum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd species figurarũ habent infinitatem ex infinitate numeri. Sunt enim species figurarum, vt triangulare, quadrilaterum, & sic inde. Vnde, sicut multitudo infinita numerabilis, non reducitur in actum, quòd sit tota simul, ita nec multitudo figurarum.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd, licet quibusdam positis, alia poni, non sit eis oppositũ: tamẽ infinita poni opponitur cuilibet speciei multitudinis. Vnde nõ est possibile, esse aliquã multitudinã actu infinitam, propterea, cùm intentio non sit propriè nisi finis, & medij, per quod acquiritur finis, omne actu existens comprehensibile est sub certa intẽtione creatis, tam vt finis quàm vt mediũ. vt finis quidẽ, tum quia nulla est creatura adeo infinita, quæ non sit, aut esse possit finis alicuius alterius. Tum quia faltem est certus finis suæ productionis. Tum quia hoc intelligitur quantũ est ex semini enim creato actu existenti repugnat, quantum est ex, se ratio finis, quamuis forte aliquid nullius sit finis. Vt medium autem, quia post ipsum restat multa, aut multorum productiones & nobilitates: ad quarum aliquam potest ordinari, vt medium, quod iam est ens in actu. Nec obstat prima contra hoc membri obiectio, quoniam, vt iam patet ex dictis, formaliter loquendo de creato, non potest esse consequẽs proprium creationis terminum, sed oportet creatũ cresse terminatum: tale autem oportet esse intentum, vt finis, aut medium ad finem. Nec est verum, quòd non sit probata: quoniam ex illa assumpta propositione agens non operatur aliquid in vanum: optimè, ex fine operationis exterioris concluditur terminus interioris intentionis: ex eo, enim quòd nullius agentis operatio est in vanum, sed ad certum terminũ proprium: oportet quod intentio operantis sit etiam respectu certi termini: quoniam intentio agentis statuit finem operationi: & sic patet responsio ad primũ obiecta.

¶ Ad secundam verò dubitationem dicitur, quòd, quia tota multitudo existentium in actu potest accipi vt vnum creatum, quoniam non excedit vniuersum, quòd vnius primò intenti creati rationẽ habet: consequens est, quòd non solũ singula creata, sed omnia simul, modo actu cõsistant, sunt comprehensibilia sub aliqua vna certa intentione creantis. Et propterea nullum sophisma in proposito committitur, vbi ex propositione aduersarij, quòd actu existat infinita multitudo, infertur, ergo est comprehensibilis sub certa intentione creatis. ergo non est infinita: quia tam ratione medij ad consequendum finem, quàm ratione finis repugnat infinitas multitudini.

¶ Ad tertium autem dubium dicitur: quòd creatum per accidens potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt per accidẽs distinguitur cõtra per se. Et ho modo negatur dari creatum per accidẽs: quoniã omne creatum est per ipsum intentum à Creatore, sicut etiam est per ipsum terminus creationis: alioquin non fieret ex nihilo. Alio modo vt per accidens distinguitur cõtra per se primò: & significat idem, quod per aliud. Et hoc modo datur creatũ per accidens, id est, per aliud saltẽ occasionaliter. Et hoc modo animæ intellectiuæ tã apud aduersarios quã nos creantur per accidens: quãuis apud nos magis per accidens, quàm apud ipsum. Sed hoc nõ aufert, quin sint per seipsas intẽtæ singulæ, sicut & per seipsas creatæ: quamuis, quamuis inter se habeant ordinem per accidẽs, relatæ tamen ad creantem sunt & per se intentæ, & productæ: imò magis per se quàm quodcunque corruptibile: quoiam res incorruptibiles perfectiores & digniores sunt vniuersi partes, ac per hoc magis intentæ. Cuius signũ est, quòd in sphæra

Universidad de Deusto
Biblioteca

actiuorum sola species sunt per se intentæ: quia solæ sunt perpetuæ. Et quoniã non solum singulæ, sed infinitæ simul ponuntur in actu, cõsequens est (vt dictũ fuit) vt omnes sint per se intentæ & productæ, vtpote sub aliqua vna certa intentione comprehẽsibiles, imo & simul producibiles, quãtum est ex se in actu.

Annot. ¶ Aduerte hic, quod ex hoc loco habetur, quod S. Tho. ademit sibi omnem viã concordiæ cum doctrina Arist. iuxta expositionẽ suam. Tenet nãque, Aristotelẽ putasse animas intellectuales immortales & numeratas secũdũ numerũ corporum, & eo stat Arist. tenuisse generationẽ æternam. Ex his autem manifestè sequitur animas humanas esse actu infinitas: & hic decernitur impossibile. Et in secũdo cõtra Gẽt. c. 81. dicitur non repugnare doctrinæ Aristot. in 3. Phys. & 1. Cœli, quia vtrobiq; de infinito materiali sermo fuit.

¶ Circa hãc conclusionem multa afferuntur à Capreolo argumẽta ex Greg. rio & Adam: sed omnia ad tria reducũtur. Primò ergo, arguit sic: Dãtur infinitæ ptes proportionales in actu continuo. ergo possunt dari separatæ: ergo. Prothra c. 68. batur sequela, quia omne absolutum existens, potest diuina potentia cõseruari sine eo, quòd nõ est de essentia illius: sed continuatio vnius cũ alio nõ est de essentia partiũ. ergo. ¶ Secũdo, Deus in quolibet initio cuiuslibet partis proportionalis vnius horæ, potest creare angelũ: ergo in vna hota creare infinitos in actu. Et cõfirmat: quia quicquid põt Deus successiuè, põt simul in rebus permanentibus. ¶ Tertiò, Nõ minoris potẽtiæ est Deus, quã infinitæ animæ si essent: & quã ignis inferni sed illæ possẽt infinita simul, & ignis infinitos cruciatus, si essent infinitæ animæ. ergo.

¶ Ad prima duo argumenta respondetur breuiter, quòd ibi est sophisma à sensu diuiso ad compositum. Quamuis enim de ratione singularum partium non sit continuitas cum alijs, est tamen ratione omne simul: quia de ratione earum simul est esse in potentia, cui repugnat singularium ab inuicem separatio. Et simi liter implicat numerare in ijs omnium partium proportionalium horæ, quia ponitur ea successiua numeratione complexa in fine horæ. & tamen infinita: si enim infinita nunquam numerabũtur: &, si complebuntur, non erunt infinita. potest ergo Deus in singulis initijs, non autem in omnibus. Et per hoc ad cõclusionẽ: quia nec simul nec successiuè potest ꝓducere infinita actu existẽtia.

¶ Ad tertium autem, concesso toto, nihil habetur cõtra intentum: quoniã non ex defectu diuinæ potentiæ, sed ex impossibilitate rei factibilis consurgit, quòd infinita in actu esse nequeunt. Cum quo tamen stat quòd illæ conditionales sunt veræ: sicut si homo est leo, est rugibilis: non tamen sequitur, ergo Deus potest facere hominem rugibilem.

¶ Secunda conclusio responsiua est: infinitum secundum multitudinem inuenitur in potentia. Probatur, infinitum inuenitur in potentia secũdum diuisionem continui, ergo secũdum multitudinem. Probatur sequela: quia augmentũ multitudinis sequitur diuisionem magnitudinis. antecedens patet & probatur: quia procedit ad materiam.

¶ Super Quæstionis octauæ Articulum primum.

IN titulo ly Deus sumitur formaliter, vt est nomen naturæ diuinę, vt distinguitur contra potentiam, ita quòd non quæritur de Deo secundum potentiam quamcunque, sed secundum substantiam, vt patet ex introductione huius quæstionis, & ex titulo totius tractatus vsque ad decimamquartã quæstionem. Quod vt melius intelligatur: distinguę ly Deus, dupliciter. vno modo secundum seipsum, alio modo secundũ eius diffusum virtutem. Non est hic quæstio, an virtus diuina diffusa sit in omnia, sed an ipse Deus secundũ seipsum sit in omnibus: ly sit in, nõ sumitur determinate pro aliquo speciali modo essendi in, sed indistinctè, & in communi. Et hoc bene notã: quia Scotus in 2. distin. 2. q. 1. paruis fr̃ndx illius distinct. non intellexit hunc titulum sed differendo est eius ratio vsque ad examen conclusionis, vt melius percipiatur.

¶ In corpore articuli est vna conclusio responsiua quæstito affirmatiuæ, habens duas partes: Deus est in omnibus rebus in esse. Probatur primò prima pars: Deus est ipsum esse per essentiam: ergo habet esse creatum pro proprio effectu non solũ in fieri, sed in conseruari. ergo est in omnibus sicut agens, & nõ sicut accidens, aut pars. ergo est in omnibus rebus. Prima consequẽtia declaratur à simili: sicut ignire est proprius effectus ignis. Et ly quò ad conseruari, declaratur: sicut lumẽ causatur à sole, quandiu est aër illuminatus. Secunda verò sequela probatur: quia omne agẽs oportet cõiungi ei, in quod immediatè agit. quod probatur autoritate 7. Physi. text. 8. Mouens & motum oportet esse simul. Secunda autẽ pars conclusionis, scilicet ly intimè, probatur sic: Esse est formale respectu omnium, quæ in re sunt, ergo inest profundius omnibus. ergo est intimum cuilibet. ergo Deus proprius autor essendi, est in omnibus intimè.

¶ Circa hunc processum primo declarãda est forma, deinde termini, & post examinabuntur singula. Nota ergo, q̃ in textu prima consequentia non infert vtrumq; scilicet q̃ esse dependeat & in fieri & in cõseruari, sed tantũ quòd sit proprius effectus. Visum est autẽ iungere vtrunque in vno consequente, quia in litera omninò secundũ horum non probatur, sed declaratur tantum exẽplo huminis. Et quia verè consequentia valet, vt inferius, quum de dependentia & conseruatione rerum erit sermo, patebit: propterea etiam hic superficiè tenus manifestanda quia inferius in loco proprio probabuntur.

¶ Nota secundò, quòd in consequente secundæ consequẽtiæ subintelligitur ly immediatè: vt enim patet ex ꝓbatione, termo est de agẽte proximo seu immediatè agẽte, vt sic nec est sermo de quacunq; immediatione, sed suppositi. Agẽs enim potest dupliciter dici immediatum, vt docetur in tertio cõtra Gent. c. 70. scilicet immediatione virtutis, & immediatione suppositi. Est autẽ immediatus agentis iungitur effectui non mẽsicando talem coniunctionẽ ab aliqua alia virtute. Et ꝓpterea quãto agẽs est superius, tãto immediatius agit immediatione virtutis: quoniã inferius agit virtute superioris, & nõ è cõuerso. Immediatio aũt suppositi est, quando inter suppositum agens & effectum nullum mediat suppositũ subordinatũ cogens. Et ꝓpterea quãto agẽs est inferius, tanto est immediatius immediatione suppositi. Et quoniã hic est sermo de ipso Deo secũdũ ipsum, an sit in rebus, ideo immediatio suppositalis est ad propositũ: ita q̃ consequens illud intendit, quòd Deus est in omnibus vt agẽs immediatũ suppositaliter, id est, proximè & ꝓpinquissimũ suppositaliter: ita quòd inter Deũ & quãlibet rem nullum mediat suppositũ agens illam. Patet autem hũc esse sensum literæ. Tũ ex probatione ibidem inducta, quam constat non nisi de sic proximo agente & mouente verificari. Tum quia ex sola immediatione virtutis nõ infertur, ergo Deus secundum seipsum est in omnibus: sed secundum eius diffusam & participatam virtutẽ, vt Auic. ponens primam intelligentiam tantum Deum per seipsum produxisse, concederet. Quomodo autem hoc verum sit, facilè manifestabitur.

¶ Nota tertiò, quòd consequens primæ consequentiæ, scilicet ergo habet esse ꝓ proprio effectu, potest dupliciter intelligi, quantum ad præsens spectat. Vno modo vt ly proprium distinguitur contra commune, & sic est sensus, esse est effectus à solo Deo prouenies, excludendo omnem mediam causam effectiuã. Et hunc sensum accipit Scot. in 4. distin. prima, q. primo, & male. sed de hoc in quæst. 4. inferius disputabitur, Alio modo, vt ly proprium distinguitur contra alienum. Alienum autem in proposito dicitur omne, quod per aliud inest, etiam si per se insit: & sic proprium idem significat, quod per se primo. Et hic est intentus & verus sensus: esse enim est per se primò effectus primæ causæ & ratio cuiusque rei, quòd sit à prima causa: vt in prædicto loco patebit. Et hoc directè intendit consequentia literæ, volẽs, quòd ab esse per essentiã, deriuetur omne esse, vt sic, & proprius effectus: id est per se primo effectus. & quãtus vt ibi patebit, possit multis modis verificari, ad propositum tamen vnus sufficiat: per quem magis ſluet præsens litera: dicitur ergo esse proprius, seu per se primo effectus Dei, quia solus Deus potest omnia facere, quæ exigũntur ad hoc, vt aliquid sit, quicquid sit illud: omnis enim res aut est materialis, aut immaterialis: si materialis, ad esse eius exigitur materia, quæ à solo Deo creatur & conseruatur: si immaterialis, à Deo solo est, vt inferius probabitur, cum de potentia creatiua tractabitur. Et hinc patet, quòd in omni re est aliquid productum & conseruatum à solo Deo proximè & immediatè. in rebus quidem materialibus substantia materiæ primæ, in separatis autem ipsa substantia. Et propterea Deus dicitur agens omnium immediatè immediatione suppositi. Non enim dicitur in litera, quòd Deus est agens immediatum omnium, quòd ad omnia, sed quo ad aliquid, scilicet ad esse: quia omnia agit immediatè quòd ad aliquid requisitum ad esse illius. Et propterea assumpsit pro medio termino causalitatem, quam habet Deus respectu ipsius esse, quod omnibus oportet esse communiter: quod enim non participat esse, non est.

¶ Nota quarto, quòd in probatione secũdæ partis conclusionis esse dicitur pro fundius ac intimius omnibus: quia est formale respectu omnium: & merito. nihil enim in re aliqua est, quod non cõtinuetur per esse: siue pars essentialis, siue integralissiue prædicatum substantiale vel accidentale. omnem enim gradum, omnem rationem esse attingit: multa tamen in re sunt, quæ non sunt substantia, aut corpus, &c. profundius ergo omnibus, & quod vltimo in resolutione restat, & quod primo compositionem terminat, est esse, &c.

Circa sensum conclusionis est tituli dubium occurrit ex Scot. in 2. distin. 2. quæst. 1. ibi enim Quæro, inquit, quid intendis quærere & cõcludere, aut præsentiam Dei in omnibus ratione operationis, aut ratione immensitatis. Si primum, ergo cõmittitur petitio principij: quia conclusio est, Deus est in omnibus, id est, coniunctus omnibus vt agens, & medius terminus est hoc idem, vt patet in litera. Et præterea hæc conclusio non est ad propositum: quia quæstio tua est de præsentia, quę spectat ad immensitatem Dei, vt in introductione quæstionis ponis. Si secundum, ergo præsentia immensitatis concluditur apud te à posteriori ex præsentia agentis, vt sic. Et tunc sequitur vlterius, ergo substantia spiritualis est in loco prius natura, quàm aliquid operetur, quod tu negas in materia de loco angelorum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd coniunctio Dei cum rebus potest sumi dupliciter. Vno modo pro ipso contactu, quo Deus ipse rem per seipsum tangit. Alio modo pro relatione præsentiæ, qua denominatione relatiua, dicitur præsens secundum se alicui. Si sumitur primo modo, sic Deum esse in rebus, nihil aliud est quàm immediatè producere & conseruare res. Si verò sumitur secundo modo, sic est relatio rationis in Deo consequens contactum prædictum.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti dicitur, quòd formaliter loquẽdo hic est quæstio de præsentia spectante ad immensitatem, sed non de illa, quam ipse fingit priotem omni contactu, sed præsentia immensitatem consequens, cum non possit intelligi absque exteremorum existentia, nisi sumatur in potẽtia. Aut est ipse contactus creaturarum, quo creaturæ fiunt & sunt sic: q. impossibile esset aliquid fieri aut esse, quod non taliter tangatur à Deo, sicut præsentia corporis infiniti ad omnia loca, esset cõtactus omnium locorũ, sic quòd impossibile esset poni locum, qui non tangeretur ab eo. Sed in hoc fallitur imaginatio: quia contactus localis supponit vtrumque extremum: contactus autem diuinus non supponit, sed facit creaturas, alioquin nõ esset is, quo res fiunt & sunt. Aut est relatio præsentiæ, qua Deus relatiuè dicitur actualiter præsens creaturæ, & hæc manifestè sequitur existentiam creaturæ.

¶ In proposito igitur dicendum est, quòd quæritur de præsentia immensitatis indistinctæ. Nec sequitur, ergo datur alia præsentia spiritualis substantiæ prior operatione: quoniam præsentia immẽsitatis, coincidit cum præsentia per operationem. Nec sequitur, ergo est ibi petitio principij: tum quia quæstio & conclusio est de præsentia indistinctè: medium autem est præsentia per modũ agẽtis immediati, & sic est processus ab inferiori ad superius affirmatiuè. Tũ quia dato, quòd quæstio & conclusio esset de coniunctione contactus, medium est diffinitio ipsius coiunctionis, & sic non est petitio: quoniam concluditur quasi passio de subiecto per diffinitionem passionis: dum ostenditur, Deum esse per seipsum coniunctum omnibus, per diffinitionem eius quod est, esse coniunctũ per seipsum: quod nihil aliud est, quàm immediatè immediatione suppositi agere ac conseruare omnia. Tum quia, si quæstio & conclusio est de esse in rebus per relationem præsentiæ, medium est quia causa seu fundamentum maioris extremitatis. ¶ Et sic patet, quòd, si quæstio ista intelligitur de esse in rebus specialiter, processus est à priori, scilicet à diffinitione passionis, vel à fundamento relationis. Si autem indistinctè, sic est ab inferiori ad superius affirmatiuè: & sic nunquam admittitur vitium.

Circa probationem secundæ consequentiæ occurrit dubium ex Scot. in primo distinctio. 27. quæstio. vnica. vbi vult, & quòd ista assumpta propositio, Agens oportet coniungi ei, in quod immediatè agit, est falsa: & quod illa Aristot. mouens & motum oportet esse simul: est quasi per accidens: & quòd processus iste, ex his inferens Deum secundum seipsum esse præsentem omnibus, non valet. Primum igitur probat sic: Sol agit immediatè, vbi non est: ergo: antecedens probatur, quia Sol generat in visceribus terræ mineram vel aliquid mixtum: & proximum principium elicitiuum talis generationis est substantia Solis: ergo. Quod enim substantia Solis sit principium generationis substantialis illius mixti, patet. Quòd autem sit proximum principiũ, probatur, quia antecedẽs quodcunque siue lumen, siue quodlibet aliud, non potest esse principium substãtiæ. Præterea agens naturale non posse agere in distans, nisi præagat in præsens, oritur ex altero horum, scilicet aut ex concursu duarum potentiarum subordinatarum in eodem agente, aut ex imperfectione potentiæ actiuæ non portẽtis producere perfectius, nisi procedendo de imperfectiori ad perfectius: exemplum primi, Sol non generat hoc, nisi illuminet medium, exemplum secundi, generans non generat, nisi alteret & disponat, &c. ergo agens non posse agere in distans, quin agat in præsens, est propter istas conditiones. Igitur non est necessarium simpliciter. Quia potest dari agens, in quo natura harum conditionum habet locum. Et hinc sequitur secundum, quia propter istas conditiones verificatur de mouentibus & motis. Et tertium, quia Deus est agẽs omnipotens, in quo nulla harum conditionum reperitur: & propterea ex hoc quod immediatè producit aliquid, non sequitur necessariò, ergo secundum seipsum est præsens illi. Et confirmatur, inquit, hoc tertium dupliciter. Primò, quia si Deus esset in aliquo certo situ, posset immediatè producere aliquid in quacunque distantia: quia esset omnipotens: ergo ex immediata productione non necessariò infertur præsentia secundum essentiam. Secundò, quia posito priori, non necessario sequitur positio posteriorĩs: sed præsentia Dei secundum potentiam est prior præsentia eius secundum substantiam, ergo posita illa, non est necesse poni illam. Probatur minor, quia prius natura creatur: terminat actum diuinæ potentiæ, quàm sit et Deus præsens, vt patet in prima mundi productione.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd, quia in his agentibus, quæ apud nos sunt, inuenitur duplex præsentia agentis ad passum: Altera situalis, qua vltima horum sunt simul. Altera virtualis, qua operatio agentis attingit effectum seu passum, nullum attingendo medium, siue intersit aliquid, siue non: distincta est etiam in agentibus spiritualibus duplex præsentia. Altera secundum subsistantiam, qua ipsa substantia agentis definita, aut quasi definita est huic passio. Altera secundum virtutem, sicut in supradictis. Et propter hanc duplicem præsentiam laborauit tantum Scotus imponens Sancti Thomæ vtrunque contradictionis partem: & quod posuit primum præsentiam in hoc articulo & quòd negauit eam in materia de loco angelorum, & quòd plus est: quod apud Sanctum Thomam, hic præsentia secundum substantiam est prior quàm, secundum potentiam, sed longè aliter est, quoniam apud Sanctum Thomam licet aliud sit, esse præsentem secundum substantiam, & aliud secundum potẽtiam, non tamen aliud est esse præsentem secundũ substantiam, & aliud secundum potentiam immediatè attingentem effectum seu passum: præsentia enim potentiæ, vt in sequenti patet articul. nõ exigit immediationẽ suppositi. Nec tamen sunt omnino idem esse præsentem secundum substantiam, & secundum potentiam immediatè agentem, &c. Sed distinguntur sicut ratio præsentiæ & res præsens. Quoniam immediatè attingere, est ratio præsentiæ non solum potentiæ, sed substantiæ: Ita quòd, sicut substantia situata sicu est præsens, & tamen ipsa substantia est præsens, ita substantia spiritualis immediatè attactione est præsens: ita q. ipsa substantia est præsens & non operatio eius, vt quod. Et sic istæ duæ præsentiæ in spiritualibus, non omnino duæ sunt nec omnino vna, sed habẽt se medio modo, scilicet, vt quo, &

quod, & propterea diximus, quòd in litera quæ ex immediatè attingere cõcludit præsentiam substantiæ, procedetur à diffinitione ad diffinitum, id est à ratione ad id, cuius est ratio.

¶ Rationes ergo Scot. sigillatim dicendo. Ad primam negatur, quòd Sol agat immediatè in distans, falsũque est, quòd forma substantialis sit elicitiuum principium generationis mineræ: quoniam substantia nullius operationis est proximum & elicitiuum principium, vt in q. 77. ostenditur diffusè. Nec inconuenit accidens esse principium instrumentale generationis substantiæ. Instrumentum enim non est causa: sed causæ organum.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd propter naturam illarum causarum conuenit agentibus naturalibus non posse agere in distans nisi in propinquum præagat, sed est propter imperfectionẽ negatiuè pertinẽtem ad virtutẽ actiuã, inquantum limitata est, & ideo referuatur hoc soli Deo: hãc rationem ex sensibus accepimus. Has verò Sco. finxit, vnde Aristo. 7. Phy. inducitur ex sensibilibus probat mouens etiam intẽtionale & motum oportere esse simul: vt patet ibi de obiectis sensuum. ¶ Et, si quæratur quæ vniuersalis ratio sit, quòd agẽs & immediatum patiens oporteat esse simul, seu cõiungi: respondetur quòd, cum esse simul, seu coniungi, & immediatè attingere, non vniformiter se habeant, non potest eis vniformis ratio assignari. Tam enim dictum est, quòd præsentia substantiæ in præsentia potentix immediatè in quibusdã sunt omnino diuersæ, in quibusdã autem coincidunt. Et propterea dicendũ est, quòd, vbi hæ præsentiæ sunt omnino diuersæ, præsentia operationis infert præsentiam potentiæ ex limitatione agentis, Vbi autem sunt quasi idẽ, illatio tenet, ex identitate illarum. Et propterea propositio illa, Omne agens, &c. est vniuersaliter vera in omnibus agentibus: quãuis ex diuersis radicibus in diuersis, & ideo ex ipsa merito procedi potuit ad inferendam præsentiam immẽsitatis diuinæ in omnibus. Et per hoc patet responsio ad vtramque confirmationem. Ad primam quidem negatur conditionalis, quoniã ex illo antecedente sequitur & illud cõsequens, & eius contradictorium, ac per hoc neutrum sequitur. Si enim Deus esset in aliquo certo situ, ex eo q. Deus omnipotens, sequitur quòd posset in quodcunque, vbicunq; ex eo vero q. in certo situ, sequitur, quòd in nihil posset nisi mediante proximo: hoc enim spectat ad rationem limitati situaliter. & sic patet, quòd sequitur vtraque pars contradictionis simul: & consequenter multa. ¶ Ad secundum vero dicitur, quòd licet verum sit, prius nõ inferre necessario posterius: quando sunt omnino diuersæ: attamen hæ præsentiæ non sunt omnino diuersæ, sed, vt dictum est, coincidunt in spiritualibus, vt ratio, & id ratione: & propterea se habent aliquo modo, vt prior & posterior.

¶ In responsione ad tertium aduerte primo, quòd distantia in proposito est quadruplex: scilicet situalis, naturalis, suppositalis, & virtualis: situalis patet; naturalis vero est dissimilitudo naturæ: suppositalis autem mediatio suppositi: virtualis demum mediatio virtutis virtualiter. Propositio autem illa, Agens quanto virtuosius, tãto potest agere in distantius, loquendo non de agente tali vel tali, sed absolutè, de sola distantia naturæ, est vera simpliciter. De distantia enim situs patet, quòd est falsa: quia non omne agens habet situm etiam diffinitiue. De distantia quoque virtutis patet etiam: quia, quanto agens est superius & consequenter virtuosius, tanto est propinquius virtualiter, vt patet ex dictis. De distantia autem suppositi est aliquo modo vera: simpliciter autem, id est totaliter falsa. Potest siquidem dupliciter intelligi. Vno modo sic, quòd agẽs quanto virtuosius, tanto potest in distantius suppositaliter, quò ad aliquid, & sic est verissima. Vnde Deus posset per infinita quòdamodo suppositia media cooperantia educere formã bouis de potentia, vel materia vel aliquid huiusmodi facere, quæ ipse non produceret: immediate immediatione suppositi, sed virtutis tãtum. Alio modo sic, Tanto potest distantius suppositaliter secundum se totum, & sic propositio est falsissima: imo, vt in litera dicitur, hoc ad maximum Dei potẽtiam spectat, vt nihil compati possit distans secundũ se totum suppositaliter: quia in quolibet subsistente oportet aliquid esse productum ac conseruatũ cõtinuè à Deo immediatè immediatione suppositiua: dictum est. Et quia de ista distantia præsens articulus loquitur, de præsentia illi opponitur: ideo in litera absque alia distinctione negata est, & bene propositio illa intenden: de distantiori: secundum se totum & non secundum aliquid sui. De distãtia autẽ naturæ, cuius etiam litera meminit, propositio est simpliciter vera: quia, quãto agẽs est virtuosius, tanto ex elongatiori potẽtia pot facere sibi similia: adeo, vt Creator ex nullo modo simili producere possit, scilicet ex nullo potẽtia: quia ex nihilo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Aduerte secundo, quòd in litera fit mentio de distantia suppositali, & de cõiunctione virtuali penetrante & superante quodammodo distantiam suppositalem, & de immediatione suppositali: & ex hoc quòd non distantia suppositalis, sed coniunctio virtualis per extrema inuentam suppositalem distantiam, spectat ad perfectionem virtutis, infertur implicitè, ergo non distantia, sed coniunctio agentis cum effectu, sequitur perfectionẽ agẽtis: & ex hoc infertur explicitè, ergo ad maximã Dei virtutẽ pertinet, vt nihil à se distare suppositaliter possit secundum se totum, sed oportet ipsum esse coniunctũ suppositaliter omnibus: & est processus ille à locum à maiori, si in productione, in cua inuenitur distãtia suppositalis ipsã distantiã nõ sequitur perfectionẽ agẽtis, sed potius cõtinctio penetrãs illã: ergo simpliciter ipsa distãtia suppositalis nõ spectat ad perfectionẽ agentis, sed potius cõiunctio: ergo posse agere in distantiis secundum se totum suppositaliter non sequitur perfectionem virtutis, sed potius coniũctã oportere esse in omnibus ad maximã virtutem spectat.

¶ *Super quæstionis octauæ articulum secundum.*

Titulus elarus.

¶ In corpore duo: primo distinguit: secũdo respondet quæsito vnica conclusione bimembri iuxta propositam distinctionem. Distinctio est ista: Esse in loco dupliciter, vt in re, & vt in loco, probatur: quia locus est res, & locus. Conclusio verò respõsiua est, Deus est vtroque modo secundũ aliquid vbiq; probatur quoad primũ modum. Deus dat esse, virtutem, & operationẽ omnibus rebus: ergo omnibus loc is. Quo ad secundum verò, Deus dat esse omnibus replentibus loca. ergo est in omnibus loeis quodammodo, vt replens omnia loca.

¶ Circa hæc aduerte, q̃ replere locum dupliciter dicitur, scilicet formaliter & effectiuè, corpus locatũ replet locũ formaliter, Deus effectiuè. Et ex hoc sequitur differentia in litera posita, quòd corpus replẽs excludit alia: Deus autem replens non imo facit alia locari.

¶ Et propterea in conclusione non absolutè dicitur quòd Deus est in loco vt in loco absolutè, sed secundum aliquid, id est, quodammodo: quia scilicet non formaliter sed causaliter.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum tertium.*

Titulus ex quid nominis in corpore clarus.

¶ In corpore duo. primò distinguit, secundò respondet quæsito ibi. Sic ergo. Quo ad primum distinctio est ista: Deus est in aliquo dupliciter, scilicet effectiuè & obiectiuè. Differunt quòd ad propositũ hi modi, quia primus est generalis, eo quod effectiuè Deus est in omnibus. Secundus specialis, eo quod obiectiuè est tantum in creatura rationali. Et vocatur hic modus esse per gratiam, eo quòd ex gratia habet creatura rationis quòd cognoscat ac diligat Deum actu vel habitu. Rursus modus generalis essendi, in omnibus distinguitur in esse per essentiam, præsentiam, & potentiam: vt patet in Rege respectu loci proprij, & loci in prospectu suo, & regni sui: & inde applicando ad Deum.

¶ Aduerte hic primo, quòd quamuis litera in principio corporis ponat distinctionem modi essendi Dei in rebus, scilicet effectiue vel obiectiue: positmodum tamen non subdividis modum essendi in esse per essentiam, præsentiam, & potentiam, quoniam falsa esset subdiuisio: sed intendit subdistinguere modum generalem, quo Deus est in omnibus: & accipit distinctionem ex rebus humanis applicatque ad Deum respectu omnium creatorum.

¶ Aduerte secundo, quòd in litera non solum applicantur declarati modi, ad Deum, sed probatur quodammodo rectam esse interpretationem nostram: ex eo quòd singuli contra singulos excellentium hominum errores pugnant. Contra Manichæos namque esse per potentiam, id est, esse in omnibus immediate immediatione virtutis. Ita quòd omnia agunt quicquid agunt virtute Dei, Contra Auer. verò esse per præsentiam penetrationis omnium & singulorum sibi intuitu. Contra Auicen, autem esse per essentiam, id est, immediate immediatione suppositi: quia in quolibet est aliquid creatum à Deo immediatè.

¶ Quo ad secundum respondet quæsito affirmatiue: Deus est in omnibus per præsentiam, essentiam, & potentiam.

Circa singulos modos singuli occurrunt dubia, ex Autcolo, vt refert Capreolus, in primo, distinctione 37. Circa illum quidem modum specialem, dubium est. tũ quia Deus est obiectiuè in non sanctis, & in quibusdam sanctis: pura innocentibus non obiectiuè. tum quia Augustinus dicit Deum esse in Sanctis, quia intensius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd iste modus, distinguitur contra modum obiectiuũ, sed est pars eius à gratiam nominatus: & importat Deũ esse obiectiuè vt intellectum notitia pariente charitatem, quod patet solis Sanctis conuenire, & etiam infantibus: quia habitum fidei & charitatis ex baptismo fortiuntur. Augustinus autem & Magister modũ hunc non formaliter, vt Sanctus Thom. sed causaliter describunt. Ex hoc enim quod Deus deiformes facit rationales creaturas, quod est intensius & plenius operari, cõsurgit Deum cognosci & charum haberi ab eis.

Contra modum per præsentiam arguit: quia cognitum est in cognoscente: & non econuerso. Ac per hoc secundum cognitionem non debet dici Deus esse in rebus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd in cognitione sunt duo, modus cognoscendi, & vis cognitionis: si attendatur modus, optimè procedit obiectio: si verò vis cognitionis, sic est conuersio: quoniam vis cognitionis constitit in penetratione omnium vsque ad intima quæque. Vnde ad Hebræos quarto dicitur de Dei sermone, quem constat esse intellectus signum, quòd pertingit vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarũ cognitionumque & intentionum cordis. Et ad hoc attendens diuus Thomas dixit Deum esse per præsentiam in omnibus. Quamuis etiam & dici possit, quòd aliud est Deum esse de notitia absolutè: & aliud de notitia intuitiua, de qua hic est sermo. hic enim agit res ex propria ratione, qua intuitiua est rendit, & propterea modum essendi per præsentiam optimè constituit: quamuis ex ratione notitiæ in communi cognoscens non tendat in cognitum.

Contra

ARTICVLVS II.

¶ Virum Deus sit vbique.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus nõ sit vbiq;. Esse enim vbique significat esse in omni loco. Sed esse in omni loco non cõuenit Deo: cui non cõuenit esse in loco, nam incorporalia, vt dicit Boet. in lib. de Hebdo *, non sunt in loco. Ergo Deus non est vbique.

¶ 2 Præterea, sicut se habet tẽpus ad successiua, ita se habet locus ad permanẽtia. Sed vnũ indiuisibile actionis vel motus, non potest esse in diuersis tẽporibus, ergo nec vnũ indiuisibile in genere rerum permanentiũ potest esse in omnib⁹ locis. Esse autem diuinum non est successiuũ, sed permanens. Ergo Deus non est in pluribus locis. Et ita non est vbique.

¶ 3 Præterea, quod est totum alicubi, nihil eius est extra locum illũ. Sed Deus, si est in aliquo loco, totus est ibi: non enim habet partes. Ergo nihil eius est extra locum illum. Ergo Deus non est vnique.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Hiere. 23. Cælum & terram ergo impleo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm locus sit res quædam: esse aliquid in loco, potest intelligi dupliciter. Vnde per modum aliarum rerum, id est, sicut dicitur aliquid esse in aliis rebus quocunque modo, sicut accidentia loci sunt in loco. Vel per modum proprium loci, sicut locata sunt in loco. Vtroque autem modo secundum aliquid Deus est in omni loco: quod est esse vbique. Primò quidem sic est in omnibus rebus, vt dans eis esse, & virtutem & operationem: sic enim est in omni loco, vt dans eis esse, & virtutem locatiuam. Item locata sunt in loco, in quantum replent locum: & Deus omnem locũ replet: non sicut corpus (corpus enim dicitur replere locum, in quantum non cõpatitur secum aliud corpus:) sed per hoc, quòd Deus est in aliquo loco non excluditur, quin alia sint ibi, imo per hoc replet omnia loca, quòd dat esse omnibus locatis, quæ replent omnia loca.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco per contactum quantitatis dimensiuæ, sicut corpora, sed per contactum virtutis.

¶ Ad secundum dicendũ, quod indiuisibile est duplex: vnũ quod est terminus continui, vt punctus in permanentibus, & momentũ in successiuis. Et huiusmodi indiuisibile in permanentibus, quia habet determinatũ situm, nõ potest esse in pluribus partib⁹ loci, vel in pluribus locis: & similiter in diuisibile actionis vel motus, quia habet determinatũ ordinem in motu vel actione, nõ potest esse in pluribus partib⁹ tẽporis. Aliud autẽ indiuisibile est, quod est extra totũ genus continui: & hoc modo substãtiæ incorporeæ, vt Deus, angel⁹ & anima dicuntur esse indiuisibiles. Tale igitur indiuisibile non applicatur ad cõtinuum, sicut aliquid eius, sed inquãtum contingit illud sua virtute: vnde secundũ quòd virtus sua se potest extẽdere ad vnũ vel multa, ad paruum vel magnum, secũdum hoc est in vno vel pluribus locis, & in loco paruo vel magno.

¶ Ad tertium dicendũ, quod totum dicitur respectu partiũ. Est autẽ duplex pars, scilicet pars essentiæ, vt forma & materia dicũtur partes compositi: & genus & differẽtia partes speciei. Et etiã pars quantitatis, in quam, scilicet, diuiditur aliqua quantitas [2]. Quo dergo est totũ in aliquo loco totalitate quantitatis, non potest esse extra locum illum: quia quantitas locati commensuratur quantitati loci: vnde non est totalitas quantitatis, si non sit totalitas loci. Sed totalitas essentiæ non cõmensuratur totalitati loci. Vnde nõ oportet quòd illud, quod est totum totalitate essentiæ in aliquo, nullo modo sit extra illud. Sicut apparet etiã in formis accidentalibus, quæ secundũ accidens quantitatem habent albedo enim est tota in qualibet parte superficiei, si accipiatur totalitas essentiæ, quia secundũ perfectã rationem suæ speciei inuenitur in qualibet parte superficiei. Si autẽ accipiatur totalitas secundũ quãtitatem, quam habet per accidens, sic non est tota in qualibet parte superficiei. In substãtiis autẽ incorporeis non est totalitas, nec per se, nec per accidens nisi secundum perfectam rationem essentiæ. Et ideo sicut anima est tota in qualibet parte corporis [e], ita Deus totus est in omnibus & singulis.

ARTICVLVS III.

¶ Verum Deus sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd male assignẽtur modi existendi Deum in rebus, cùm dicitur, quòd Deus est in omnibus rebus per essentiam, potẽtiã, & præsentia. Id enim per essentiam est in aliquo, quod essentialiter est in eo. Deus autem non est essentialiter in rebus: non enim est de essentia alicuius rei. Ergo non debet dici, quòd Deus sit in rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam.

¶ Præterea. Hoc est esse presentẽ alicuirei scilicet, nõ deesse illi. Sed hoc est Deũ esse

per essentiam in rebus, scilicet non de esse alicui rei. ergo idẽ est esse Deum in omnibus per essentiam & præsentiã. Superfluum ergo fuit dicere, quòd Deus sit in rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam.

¶ 3 Præterea, Sicut Deus est principium omniũ rerũ per suam potentiã, ita per scientiã & voluntatẽ. Sed non dicitur Deus esse in rebus per scientiã & voluntatẽ. ergo nec per potentiã.

¶ 4 Præterea, Sicut gratia est quędã perfectio superaddita substantiæ rei: ita multæ sunt aliæ perfectiones superadditæ. Si ergo Deus dicitur esse speciali modo in quibusdam per gratiam, videtur quòd secundum quamlibet perfectionem debeat accipi specialis modus essendi Deum in rebus.

*Hom. 8 in Ezc.

¶ SED CONTRA est quod Grægor. dicit super Cantic. Canticorum, * quòd Deus communi modo est in omnibus rebus præsentia, potentia, & substantia: tamen familiari modo dicitur esse in aliquibus per gratiam.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd Deus dicitur esse in re aliqua dupliciter. Vno modo per modũ causæ agẽtis: & sic est in omnib⁹ rebus creatis ab ipso. Alio modo sicut obiectũ operationis est in operante: quod proprium est in operationibus animæ, secundũ q̃ cognitum est in cognoscente, & desideratum in desiderante. Hoc igitur secundo modo Deus specialiter est in rationali creatura, quæ cognoscit & diligit illũ actu vel habitu. Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam, vt infrà patebit, * dicitur esse hoc modo in sanctis per gratiã. In rebus verò alijs ab ipso creatis quomodo sit, considerandum est ex his, quę in rebus humanis esse dicuntur. Rex enim dicitur esse in toto regno, scilicet per suam potentiam, licet non sit vbique præsens. Per præsentiam verò suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu ipsius sunt, sicut omnia, quæ sunt in aliqua domo, dicuntur esse præsentia alicui qui tamen non est, secundum substantiam suam in qualibet parte domus. Secundum verò substantiam vel essentiam dicitur aliquid esse in loco, in quo eius substantia habetur. ¶ Fuerunt ergo aliqui, scilicet Manichæi, qui dixerũt diuinæ potestati subiecta spiritualia esse & incorporalia, [e] visibilia verò & corporalia subiecta esse dicebant, potestati principij contrarij. Contra hos ergo oportet dicere, quòd Deus sit in omnibus per potentiam suam. ¶ Fuerunt verò alij, qui, licet crederent omnia esse subiecta diuinæ potentiæ, tamen prouidentiã diuinam vsque ad hæc inferiora corpora non extendebant: ex quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. Et contra hos oportuit dicere, quòd sit in omnibus per suam præsentiam. ¶ Fuerũt verò alij, qui, licet dicerent omnia ad Dei prouidentiam pertinere, tamen posuerunt omnia non immediatè esse à Deo creata: sed quod immediatè creauit primas creaturas, & illæ creauerunt alias. [e] Et contra hos oportet dicere, quòd sit in omnibus, per essentiam. Sic ergo est in omnibus per potentiam, inquãtum omnia eius potestati subduntur. Est per præsentiam in omnibus, inquantum omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Est in omnibus per essentiam, inquantum adest omnibus, vt causa essendi sicut dictum est.

*Artic. 1. huius quæst.

*Arti. 1. huius quæst. in cor. Art.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus dicitur esse in re aliqua per essentiam, non quidem rerum, quasi sit de essentia earum: sed per essentiam suam, quia substantia sua adest omnibus, vt causa essendi, sicut dictum est. *

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ aliquid potest dici præsens alicui, inquantum subiacet eius conspectui, quòd tamen distat ab eo secundum suam substantiam vt dictum est. * Et ideo oportuit duos modos poni, scilicet per essentiam, & præsentiam.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ de ratione scientiæ & voluntatis est, q̃ scitum sit in sciẽte, & volitum in volente. Vnde secundum scientiam & voluntatem magis res sunt in Deo, quã De⁹ in rebus. Sed de ratione potẽtiæ est q̃ sit principiũ agẽdi in aliud. vnde secundum potentiã agens comparatur, & applicatur rei exteriori, & sic per potentiam potest dici agens esse in altero.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ nulla alia perfectio: superaddita substãtiæ, facit Deum esse in aliquo, sicut obiectum cognitum & amatum, nisi gratia: & ideo sola gratia facit singularem modum essendi Deum in rebus. est autem alius singularis modus essendi Deum in homine per vnionem: de quo modo suo loco agetur, [e] Tertia parte, quæstione secunda.

ARTICVLVS IIII.

¶ Verum esse vbique sit proprium Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd esse vbique non sit proprium Deo. Vniuersale enim secundum Philosophum est vbique & semper, materia etiam prima, cùm sit in omnibus corporibus, est vbique. Neutrum autem horum est Deus, vt ex præmissis patet. Ergo esse vbique, non est proprium Deo.

¶ 2 Præterea, Numerus est in numeratis. Sed totũ vniuersum est constitutum in numero, vt patet Sap. 2. Ergo aliquis numerus est, qui est in toto vniuerso: Et ita vbique.

¶ 3 Præterea, Totũ vniuersum est quoddã totum corpus perfectum, vt dicitur in primo Cœ. & mun. * Sed totum vniuersum est vbique: quia extra ipsum nullus locus est. Non ergo solus Deus est vbique.

¶ 4 Præterea, Si aliquod corpus esset infinitum, nullus locus esset extra ipsum. Ergo esset vbique. Et sic esse vbique non videtur prorium Dei.

¶ 5 Præterea, Anima, Vt dicit Aug. in 6. de Tri. * est tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. Si ergo non esset in mundo nisi vnum solum animal, anima eius esset vbique. Et sic esse vbique non est proprium Dei.

¶ 6 Præterea. Vt Aug. dicit in epistola ad Volusianũ, aia vbi videt, ibi sentit: & vbi sentit, ibi viuit: & vbi viuit, ibi est. Sed aia videt quasi vbique: quia succesiuè videt etiã totũ cœlum. Ergo anima est vbique.

¶ SED CONTRA est quod Amb. dicit in libro de Spiritu Sancto, * Quis audeat creaturam dicere Spiritũ sanctum, qui in omnibus & vbique & semper est? quod vtique Diuinitatis est proprium.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ esse vbique primò & per se est prorium Dei. Dico autẽ esse vbique primò, quod secundum se totũ est vbique. si quid enim esset vbique secundũ diuersas partes in diuersis locis existens, non esset primò vbique: quia, quod conuenit alicui ratione partis suæ, nõ cõuenit ei primò: sicut, si homo est albus dẽte, albedo nõ cõuenit primò homini, sed dẽti. Esse autẽ vbique per se dico id, cui non conuenit esse vbique per accidens, propter aliquam suppositionem factã: quia sic grauia milij esset vbique, supposito q̃ nullum aliud corpus esset. Per se igitur cõuenit esse vbique alicui quãdo tale est, q̃ qualiber positione facta, sequitur illud esse vbique. Et hoc propriè cõuenit Deo: quia quotcũque loca ponãtur, etiãsi proneretur infinita, præter ista, quę sunt, oporteret in omnib⁹ esse Deũ: quianihil pôt esse, nisi per ipsũ. Sic igitur esse vbiq; primò & per se cõuenit Deo: & est propriũ eius: quia, quotcunq; loca ponãtur, oportet, q̃ in quolibet sit Deus, non secundum partem, sed secundum seipsum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ vniuersale & materia prima sunt quidem vbique, sed non secundũ idem esse. [e]

¶ Ad secundum dicendum, q̃ numerus, cum sit accidẽs, nõ est per se, sed per accidẽs in loco. Nec est toc⁹ in quolibet numeratorum, sed secundum partem. & sic non sequitur, quòd sit primò & per se vbique.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ totum corpus vniuersi est vbiq;, sed non primò: quia nõ totum est in quolibet loco, sed secundum suas partes. Nec iterum per se: quia si ponerentur aliqua alia loca, non esset in eis.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ si esset corp⁹ infinitũ, esset vbiq; sed secundũ suas partes.

¶ Ad quintum dicendum: q̃ si esset vnum solum animal, anima eius esset vbiq; non primò quidem, sed per accidens.

¶ Ad sextũ dicẽdũ, q̃ cũ dicitur aia alicubi videre, potest intelligi dupliciter. Vno modo, secundũ q̃ hoc aduerbiũ alicubi determinat actũ videndi ex parte obiecti. Et sic verum est, q̃ dum cœlũ videt, in cœlo videt: & eadem ratione in cœlo sentit: nõ tamẽ sequitur, q̃ in cœlo viuat, vel sit: qua viuere & esse nõ importãt actũ trãseuntẽ in exterius obiectũ. Alio modo potest intelligi secundum q̃ aduerbiũ determinat actũ videndi, secundũ q̃ exit à videntẽ. Et sic verum est, q̃ anima vbi sentit & videt, ibi est & viuit secundũ istum modũ loquẽdi, & ita non sequitur, q̃ sit vbique.

Contra modum per essentiam instantia coincidit cum modo per potentiam. Ad hoc dicitur iam est, quia per potentiam ponit immediationem virtutis: per essentiam verò immediationem suppositi. Illa est respectu omnium quo ad omnia: ista est respectu omnium, sed non quo ad omnia, sed quo ad aliquid cuiusq; vt patet ex dictis.

Contra modum potentiæ instat: quia Rex non est vere in regno secundum potentiam, sed secundum apprehensionem executorum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd Rex est in regno secundum potentiam modo conuenienti suæ potentiæ: Talis autem modus est media apprehensione, &c. De⁹ autem est in omnibus secundum potentiam proportionaliter, id est modo suæ potentiæ cõgruo. Talis autem est participatio virtutis diuinæ secundum rem in omnibus. Vnde nihil obstat, nisi proportionales processus à doctrina allenos quis putet: quod est erroneum in arte sciendi.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue fit: esse vbique per q̃ & primo est proprium Deo, hac posita, declarantur termini: & hy primo, & hy per se. Deinde pro hac conclusio Deum oportet non secundum partem esse in omnib⁹ locis, quotcũq; ponantur: ergo esse vbiq; primo & per se est proprium Dei. Antecedens probatur, quo ad secundã partẽ: quia nihil potest esse sine Deo in eo, cõsequẽtia patet ex terminis.

¶ Aduerte quod ratione claritatis materiæ, in toca breuitati studẽs nõ fuit solicita circa probationem exclusiuæ, scilicet, quòd soli Deo conueniat esse sola exponens affirmatiua explicitè probata, negativa relicta est vt nota ex eo dem medio. Nihil enim aliud à Deo est, quod oporteat esse nisi ens secundã partem in quotcunque locis, vt patet. Et propterea hoc non solum conuenit Deo, sed soli Deo quod est ei proprium.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis nonæ Artic. primũ.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Deꝰ est omnino immutabilis: probatur triplici ratione, & autoritate. primo sic, Deus est primũ ens: ergo actus purus: ergo omnino immutabilis: antecedens proba tum fuit in q. secunda. Prima consequẽtia probatur: quia actus est naturaliter prior potentia: secundo vero, quia in omni mutabili oportet esse potentiam. Secundo sic, Deus est omnino simplex: ergo omnipotẽs mutari. Probatur sequela: quia omne, quod mutatur, est aliqualiter compositum, quia quò ad aliquid manet, scilicet subiectum: & quò ad aliquid non. Tertio sic: Deus est infinitus: ergo non potest se extendere vel pertingere ad aliquid de nouo. ergo non potest moueri. Prima cõsequentia probatur: quia infinitum comprehendit in se totum essendi perfectionem secunda vero: quia omne quod mutatur pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat: autoritas est antiquorum Philosophorum, qui, quasi à veritate coacti, primum principium immobile fecerunt.

¶ *Super Quæstionis nonæ Artic. secundum.*

In titulo, proprium sumitur, vt distinguitur contra commune: immutabile sumitur negatiuè, vt negat omne mutabilitatis genus.

¶ In corpore articuli vna est conclusio respõsiua quæsito affirmatiue: Solus Deus est omnino immutabilis. hæc conclusio cum sit exclusiua habet exponentem affirmatiuam, Deus est omnino immutabilis, probatam in præcedente articulo. & negatiuam, Nihil aliud à Deo est aliquo modo immutabile. Et propterea in litera hæc vniuersalis affirmatiua probatur primo. Deinde epilogando colligitur probatio totius exclusiuæ respõsiuæ quæsito. Probatio autẽ illius vniuersalis affirmatiuæ sit dupliciter. Primò quò ad vnam communem speciem mutationis, secundo quò ad singulas vniuersi partes secundum diuersas mutationes. Probatur ergo primo, quoà omnis creatura est mutabilis per potẽtiam in alterò sic: Omnis creatura est mutabilis de nihilo in aliquid, & rursus ex aliquo in nihil. ergo scilicet antecedens, patet. cõsequentia probatur quia ex simplici voluntate Dei pendet creatiõ & conseruatio. Secundò, quòd omnis creatura est mutabilis per potentiam in se, vel secundum esse substantiale & accidentale, vel secundum esse accidentale, puta locum: vel secundum malum & bonum, & applicationem ad diuersa. Probatur: In omni creatura est aliquid potens stare cum priuatione, esse substantialis vel localis, vel boni & contrarius virtutis huius: ergo antecedens patet distinguendo tres vniuersi partes: Sphæram elementorũ cum mixtis, corpora cœlestia, & substantias spirituales consequentia probatur: quia omnis mutatio secundum potentiam in se est ex possibili esse cum vtroque oppositorum successiue.

¶ Circa ea, quæ hic dicuntur, aduerte primo, quòd, cum in litera distinguitur potentia passiua in potentiam ad esse, & ad consecutionem & finis, non distinguitur contra esse absolute, quod est esse substantiale, vel vt dicitur 7. Met. vel contra actũ, vt est prius effectus actus primi. Consecutio namque finis in actu secundo cõsistit. Aduerte secundo, & ibidem quòd in litera ad finem dictionem doctrinæ non solùm ponitur ea, quæ ad conclusionẽ specialẽ directè, quæ scilicet mutabilitatem omnis creaturę pandunt sed etiam ea, quæ ad immutabilitatem aliquam eorum spectãt. Et, quoniam de his inferius ex proposito erit sermo, in locis propriis cùm de angelis ac cœlestibus tractabitur, nunc per transeundum est. de alijs autem mutabilitatem cõcernentibus modo tractandum est.

Circa primum membrum distinctionis in litera applicatum ad mutationem ex nihilo & in nihil, &c. occurrit turba multa inuehẽtiũ ex ignorantia peripateticæ Philosophiæ. Non possunt siquidem aut nolunt percipere, quòd aliquid creatũ sit secundum se immutabile substantialiter, & tamẽ mutabile per potentiam in alio. Mutabile dico modo exposito. Et licet rationes ac verba eorum multiplicentur ac dilatentur: radix tamen dubitationis est, altera rationis, altera autoritatum. Ratio est, quia accepto angelo quæritur, aut est ens possibile, aut necessarium: si possibile, habet intrinsecũ. Nã possibile est non esse, non est prædicatum accidẽtale, aut extraneum, vt dicitur 10. Met. sed est substantia vel in substantia. Si necessarium, ergo impossibile non esse: ergo per nullam potentiam potest non esse. Nulla namque potẽtia potest impossibile. Autoritas est Auerois primo Cœli, com. 14. & 15. Metap. com. 41. Algazet quoq; dicit possibile esse, quod, alio non existẽte, nõ est. Repugnat etiã fidei ponere aliquid præter Deũ esse necessarium. ergo.

¶ Ad horum euidentiã scitia notãda sunt, ex quibus omnia ad hãc materiam spectantia, à quibuscunque obiecta soluuntur. Primũ est, quòd magna differẽtia est inter necessarium & possibile, vt sunt differentiæ entis realis, & vt sũt differentiæ entis veri. Inquantum enim sunt differẽtiæ entis veri, sumuntur logicè: & efficiunt in sola habitudine terminorum, vt patet. Vt autem sunt differẽtiæ entis per se, quod significat substantiam, quantitatem &c. vt dicit tur quinto & sexto Metaphy. sic sunt cõditiones substantiales rerum intrinsecæ ipsis rebus, vt 10. Meta. text. vlt. dicitur de corruptibili & incorruptibili. Aliud est ergo loqui de necessario & possibili, vt sunt differentiæ reales: & aliud, vt sunt differẽtiæ habitudinis terminorũ, quoniã hoc modo abstrahũt à potẽtia in se, vel in alio: imò ab omni potentia propriè dicta quoniã inuenitur in mathematicis secundũ nullã vere potentiã, vt dicitur in quinto Meta. cap. de potentia. & in conclusione eiusdẽ in principio. Illo verò modo ab arcenditur secundũ intrinseca rerum. Vnde distinguatur tam necessarium quàm possibile, in reale & logicum, ne fiat cõfusio. Secundum est, quòd potentia in re existente ad non esse, à qua res possibilis dicitur, non potest, etiamsi fingendi licentia detur, aliter poni quam secundũ diuisionẽ: quia scilicet est in re potentia ad aliud esse incõpossibile huic esse. quoniam nulla potẽtia nullisque appetitus respicit primò non esse, vt dicitur primo Ethicorum. vnde oportet, vt res carens potentia ad aliud esse in compossibile huic, careat etiam potentia ad non esse. Et cũ constet quòd potẽtia realis ad aliud esse remaneat & persistat in adductu illius, cõsequẽs necessario est vt omne, in quo est potentia ad non esse, habeat quod actu habet: & ideo in litera optimè dicitur, quòd possibile per potentiã in se, oportet esse ens: istius modi, intendens de possibili reali. Et per oppositũ necessarium reale, quod æquiualet immutabili, est quod careat tali potentia. Et hinc sequitur, quod aliquid est possibile logicum, quod tamen est necessarium reale. Possibile quidem logicè, quia neutra pars contradictionis de secundo adiacente, implicat contradictionem: puta nec ista, cœlum est: nec ista cœlum non est, necessarium vero reale: quia in eo non est potentia ad aliud esse, ac per hoc nec ad priuationem essẽ, quod habet. Et, quoniã supponimus, quòd quicquid non implicat contradictionem, est possibile non solùm logice, sed potentiã reali omnipotentis. Deinde o possibile logicum vocari potest etiam possibile, extrinsecè tamen, quia per potentiam in alio. Et propterea in litera, vbi dicitur in quinto Me ta. cap. de potentia. & in principio. Illo verò modo arcendũtur secundũ intrinseca rerum. Vnde distinguatur tam necessarium quàm possibile, in reale & logicum, ne fiat cõfusio. Secundum est, quòd potentia in re existente ad non esse, à qua res possibilis dicitur, non potest, etiamsi fingendi licentia detur, aliter poni quam secundũ diuisionẽ: quia scilicet est in re potentia ad aliud esse incõpossibile huic esse. quoniam nulla potẽtia nullisque appetitus respicit primò non esse, vt dicitur primo Ethicorum. vnde oportet, vt res carens potentia ad aliud esse in compossibile huic, careat etiam potentia ad non esse. Et cũ constet quòd potẽtia realis ad aliud esse remaneat & persistat in adductu illius, cõsequẽs necessario est vt omne, in quo est potentia ad non esse, habeat quod actu habet: & ideo in litera optimè dicitur, quòd possibile per potentiã in se, oportet esse ens: istius modi, intendens de possibili reali. Et per oppositũ necessarium reale, quod æquiualet immutabili, est quod careat tali potentia. Et hinc sequitur, quod aliquid est possibile logicum, quod tamen est necessarium reale. Possibile quidem logicè, quia neutra pars contradictionis de secundo adiacente, implicat contradictionem: puta nec ista, cœlum est: nec ista cœlum non est, necessarium vero reale: quia in eo non est potentia ad aliud esse, ac per hoc nec ad priuationem essẽ, quod habet. Et, quoniã supponimus, quòd quicquid non implicat contradictionem, est possibile non solùm logice, sed potentiã reali omnipotentis. Deinde o possibile logicum vocari potest etiam possibile, extrinsecè tamen, quia per potentiam in alio. Et propterea in litera, vbi dicitur in quinto Me ta. cap. de potentia. & in conclusione eiusdẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

numerata constituunt tempus, ita permanétia actus, vt vna vnitate, vt habet ratio nem mensuræ, est æternitas, & ex hoc solutas putét omnes obiectiones Aureoli recitatas in 9. dist. 1. à Capreolo: quia procedit cótra hoc dictú formaliter & non materialiter intellectú. Ergo tamen formaliter hunc tex. sicut & cæteros intelligo, prout ex rationibus quas nihil cogit ad materialé sensum. semper enim formalis intellectus reliquis præponitur, si fal nari æqua potest. Scito igitur, q. cum vniformitas sit species vnitatis, dicit enim vnitatem cótractam ad formam. Rem enim vniformem synonimè dicimus rem vnius formæ, addere vnitatem ad vniformitatem, est negatio: sicut addere animal hominis: vnde in primo sententiarú non dicitur, quòd vniformitas actus, vt vna, súd permanentia actus, vt vna. Ac per hoc dicere æternitatem esse vniformitatem, & dicere esse vnitatem, non differunt, nisi quia specialius, perfectius atq; melius dicitur vniformitas, sicut vniuersaliter melius explicat naturam rei genus proximum quam remotum. Et propterea merito in hac litera postremo edita melior declaratio posita est. Consistit igitur æternitatis ratio in ratione vniformitatis, vt vniformitas rationem mensuræ habet. Patet autem hanc esse mentem literæ, ex eo quòd exprese apprehensio, id est ratio vniformitatis, proportionaliter appo nitur contra numerationem prioris & posterioris motus. Rationes autem Aureoli facilè solúntur. Cósistunt enim in his duobus punctis.
*tex. 120. Primum est vniformitas est ipsa immutabilitas, & consequenter est quòd mensuratur æternitate: ergo non est formaliter æternitas: tenet cósequentia, quia aliud attributum est immutabilitas, & aliud æternitas. Antecedens probatur: quia vniformitas opponitur menti, quo ad eius variétaté, ergo. Secundum est, Tempus non est formaliter difformitas motus: ergo æternitas nó est formaliter vniformitas eius, quod est extra motum: & tenet sequela ex progressu huius literæ. Ad
d 52 hæc fiquidem respondetur, ostendendo quomodo se habeat vniformitas ad immutabilitatem. res enim, vt in præmissis potuit quæstione, dicitur & est immutabilis per negationem potentiæ quomodolibet ad aliter se habere: & ex hoc innascitur in se negatio omnis successionis, & consequenter omnis numeri prioris & posterioris: hoc autem, adunáta ratione mensuræ, est esse vniforme. vniformitas enim nihil aliud, quam vnum, cui primo ratio mensuræ cóuenit: vt dicitur 10. Metaph. in forma vniuersalissime accipiendo formam ponit. Et propterea Vniformitatis nomine vtimur etiam in motu: sicut etiam vnitas omnia circuit: & hinc prouenit, quòd vniformitas est multiplex iuxta res, quib⁹ applicatur, sicut & vnitas. Alia est enim vniformitas motus, alia rei permanétis, alia mensurati, alia mensuræ: & cùm arguens vtitur Vniformitatis vocabulo, ac si esset vniuocum, contra Aristot. doctrinam quarto Metaph. Formaliter ergo ad rationem Aureoli negatur, quòd vniformitas sit formaliter immutabilitas, imo est vt eius passio: & similiter negatur, quòd sit quod mensuratur, imo est mensura. Ad probationem vero dicitur, quòd varietati motus opponitur vniformitas non absolutè, sed motus eo modo, quo primum motum vniformè dicimus, sed nó de tali est hic termo, sed de vniformitate, vt mensúra est immutabilitatis. Ad secúdum vero negatur sequela quoniam difformitas motus & vniformitas immobilis non proportionaliter se habent ad rationé temporis & æternitatis: quia ad rationé æternitatis sat est vnitas formæ simpuabilis. Ad rationé vero temporis nó sat est diuersitas formæ motus, sed ex igitur quòd sit diuersitas talis formæ, scilicet prioris à posteriori, vt sic: & ideo, cum difformitas motus nó dicat nisi diuersam formam motus, non ponit numerum talis formæ motus secundú prioritatem & posteriéritaté, & cósequenter non sufficit ad temporis rationé. vniformitas autem rei immobilis, quia ponit vnitatem omnis formæ, id est códitionis rei immutabilis, omnia cóplectitur cóstimentia æternitaté formaliter,

¶ 3 Præterea, Totum dicitur quod habet partes. Hoc autem æternitati non conuenit, cùm sit simplex. Ergo inconuenienter dicitur tota.

¶ 4 Præterea, Plures dies non possunt esse simul nec plura tempora. Sed in æternitate pluraliter dicuntur dies & tempora. dicitur enim Michæ 5. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. & ad Roma. 16. c. Secundum reuelationem mysterij, tempo ribus æternis taciti. Ergo æternitas non est tota simul.

¶ 1 Prætetea, Totum & perfectum sunt idem. Posito igitur, quòd si tota, superfluè additur, quod sit perfecta.

¶ 6 Præterea, Possessio ad durationem nó pertinet. æternitas autem quædam du ratio est. Ergo æternitas non est possessio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, sicut in cognitionem simplicium oportet nos venire per compositá, ità in cognitiné æternitatis oportet nos venire per tépus, quod nihil aliud est, quàm numerus motus secundum prius & posterius. Cùm enim in quolibet motu sit successio, & vna pars post alterá, ex hoc, quòd numeramus prius & posterius in motu apprehendimus tempus, quod nihil aliud est quàm numerus prioris & posterioris in motu. in eo autè quod caret motu & semper eodé modo se habet, non est accipere prius & posterius. Sicut igitur ratio temporis consistit in numeratione prioris & posterioris in motu, ita in apprehensione vniformitatis eius, quod est omnino extra motú, consistit ratio æternitatis. Item ea dicuntur tempore mésurari, quæ principium & finem habent in tempore, vt dicitur in quarto Physicor. * & hoc ideo: quia in omni eo, quod mouetur, est accipere aliquod principium, & aliquem finé. Quod vero est omnino immutabile, sicut nec successionem, ita nec principium, aut finem habere potest. Sic ergo ex duobus notificatur æternitas. Primo ex hoc, quòd id, quod est in æternitate, est interminabile, id est, principio & fine carens, vt terminus ad vtrunque referatur. Secundò per hoc, quod ipsa æternitas successione carere tota simul existens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod simplicia cóueuerunt per negatiné distinxiri, sicut púctº est cuius pars nó est º quod no ideo est, quod negatio fit de essentia eorú, sed quia intellectus noster,

¶ Quòd ad tertium: Res omnino immutabilis caret principio & fine. Probatur quia caret successione: declaratur: quia mensuratum tempore habet principiú & finem in tempore, ex eo quòd omne momentum habet principium & finem. Aduerte hic breuiter, quia hæc ex quarto Physic. sumpta sunt, quod directè sermo præsens est de principio & fine durationis, excepta vltima propositione, in qua probatur mensuratum tempore habere terminos durationis, ex terminis subiecti motus. Non enim loquitur de terminis durationis subiecti, cum possit mobile, puta cœlum poni æternú, sed de terminis magnitudinis subiecti. Et intendit, quod, quia omne mobile, ab aliquo in se termino incipit moueri, & vsq; ad aliud in se terminú mouetur: ideo omne mensuratú tépore habet principium & finem durationis. Et est optima ratio à priori: eo q. prius & posterius in motu & tempore ex priori & posteriori magnitudinis mobilis & fluxij sunt, vt patet in 4. & 6. Physi. Aliú autem dixi terminum à quo & ad quem siue formaliter & materialiter, vt in motu recto, siue formaliter tantum vt in motu circulari. Nec obstat si circulum ponatur semper ab æterno motu: quia, vt in secúdo Cœli dicitur, sat est, quòd inceperit virtualiter, id est habet in se, vnde si incepisset in chaos: sus esset eius motus, puta punctú ariete.

¶ Quòd ad quartú conclusio respondetur eliciendo positiué inuestigatur, scilicet diffinitio illa cóuenit: probatur, quia notificat æternitatem ex proprio mensurato, in ly interminabilis virtæ, & ex propria quidditate, in ly tota simul existens.

¶ Aduerte hic, q. quia diffinitio procellú cum positiuo inuestigatur, minisstante diuisione, id circo in litera distinxit, ex parte mésuræ inó suram durationis in nó suram per modum numeri successiui, & per modum vnitatis immobilis, & exclusa prima dam intulit ex parte vo ro mensurati distinxit mensurati in terminatiú principio & fine, & in interminatum vtrinque, & exclusso primo, quia temporale est, intulit secundum. Cúmque hæc in æternitatis diffinitione adducta ponantur, cóueniés conclusa est. Nec officit, quòd omissum est ly perfecta. Tum quia implicite tactum est, ponendo vniformitatem immobilis omnino. Talis enim non est vniformitas ipsius nunc temporis, cùm non sit extra motum, Tum quia in responsione ad quintum erat hoc explicandum.

¶ 3 Præterea, Aeternitas mésura quedam est. Sed Deo non conuenit esse mensuratum. Ergo non competit ei esse æternum.

¶ 4 Præterea. In æternitate nó est præsens, præteritú vel futurum, cùm sit tota simul,

qui primò apprehendit composita, in cognitionem simplicium peruenire non potest, nisi per remotionem compositionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod est verè æternum, nó solum est ens, sed viuens: & ipsum viuere se extendit quodammodo ad operationem, non autem esse c protensio autem durationis videtur attendi secundum operationem magis quàm secundum esse: vnde & tempus est numerus motus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd æternitas dicitur tota, non quia habet partes, sed inquantum nihil ei deest.

¶ Ad quartú Dicendum, quòd, sicut Deº, cùm sit incorporeus, nominibus rerum corporalium metaphoricè, in scripturis nominatur: sic æternitas nota simul existens nominibus temporibus successiuis.

¶ Ad quintú dicendum: quod in tempore est duo considerare, scilicet ipsum tépus, quod est successiuum: & nunc temporis, quod est imperfectum. Dicitur ergo tota simul, ad remouendum tempus & perfecta ad excludendum nunc temporis.

¶ Ad sextum dicendum quòd illud, quod posíditeur firmiter, & quietè habetur. Ad designandam ergo immutabilitatem & in deficientiam æternitatis, vsus est nomine Possessionis.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum Deus sit æternus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit æternus. Nihil enim factum potest dici de Deo. Sed æternitas est aliquid factum. Dicit enim Boët. * quòd núc fluens facit tempus: núc stans facit æternitatem. & Augu. dicit in lib. 83. * quæstionum, quòd Deus est autor æternitatis. Ergo Deus non est æternus.

¶ 2 Præterea, Quod est ante æternitatem, & post æternitaté, non mensuratur æternitate. Sed Deus est ante æternitatem (vt dicitur in lib. de causis. *) & post æternitatem. dicitur enim Exod. 3. quòd Dominus regnabit in æternum & vltra. Ergo esse æternum non conuenit Deo.

¶ 3 Præterea, Aeternitas mésura quedam est. Sed Deo non conuenit esse mensuratum. Ergo non competit ei esse æternum.

¶ 4 Præterea. In æternitate nó est præsens, præteritú vel futurum, cùm sit tota simul,

in interminatum vtrinque, & exclusso primo, quia temporale est, intulit secundum. Cúmque hæc in æternitatis diffinitione adducta ponantur, cóueniés conclusa est. Nec officit, quòd omissum est ly perfecta. Tum quia implicite tactum est, ponendo vniformitatem immobilis omnino. Talis enim non est vniformitas ipsius nunc temporis, cùm non sit extra motum, Tum quia in responsione ad quintum erat hoc explicandum.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum secundum.*

TIculus clarus.

¶ In corpore duo. Primo directe respondet quæstiõ affirmative: Deus est maxime æternus. probatur: Deus est maxime immutabilis ergo est maxime æternus. probatur sequela: quia æternitas consequitur immutabilitatem, sicut tempus motú. Secundo assignatur modus, quo est æternus, ponendo aliá cõclusionem, scilicet, Deus est sua æternitas: hoc enim est dicere, q. non est æternus demonstrative, sed essentialiter. Hanc autem conclusionem primo ostendit declarare in se quandam singularem Dei excellentiá. Secundo probat. Tertio declarat. Cùm enim æternitas species sit durationis, dicendo quòd Deus est sua æternitas, dicitur quoque quòd est sua duratio, hoc autem, id est, rem esse suam durationé, singulare est in Deo: nulli siquidé alteri cóuenire in litera dicitur. Probatur deinde simul & cõclusio & singularitas in clusa. in eo: Deº est, súd esse vniforme: & nihil aliud à Deo est suú esse. ergo solus est sua duratio, quæ æternitas in eo est. Declaratur postremò à simili: quia, sicut est sua essétia, ita est sua æternitas.

¶ Circa vim ac sensum probationis secundæ cõclusionis aduerte, q. res hic sumitur pro re subsistére: cuius tantú est esse, proprie loquédo. Ità q. nó intédit litera quòd omnis res alia à Deo distinguatur à sua duratione: cùm tempus nó distinguatur ab ipsa re sed intendit, q. nulla res, quæ est, quod est, & quod durat, est sua duratio.

duratio. Vis autem rationis consistit in hoc, quod, cum rei esse & duratio ordinè quodam se habeãt (quoniam duratio non inest rei nisi mediante esse: Non enim res durat nisi ratione sui esse, quia nanque retinetur esse, durat res omnis, & non ob aliud) cùm inquam ita sit, consequens est, quòd si alterum extremorum non est idem medio, nec sit idem reliquo extremo. Magis enim distant ex trema inter se quàm à medio. Res autem durans alia à Deo, quæ est vnum extremum, non est idem, quòd suum esse, vt supponimus. ergo nec est idem, quod sua duratio: quæ extremum alterum est.

*Artic. præced.

*in Symb.

*Artic. præced. 45.

Cítes eandem probationem dubium ex Aureolo apud Capreolum in non a distinctione, primi occurrit. impugnat siquidem id, quod implicitè dicitur, quòd æternitas Dei sit formaliter duratio: quia omnis duratio, alteri comparata est maior minor, aut æqualis: æternitas non est huiusmodi. probatur: quia non potest intelligi maior, se cluso post velante plus duratio maior habet ante vel post: quod repugnat æternitati.

¶ Ad hoc breuiter potest dupliciter respondeti Primo negando minorem: & ad probationem dicitur quòd durationem maiorem includere prius & post in se, contingit dupliciter, vno modo formaliter ratio modo virtualiter & eminenter: sicut calor in est sole. & quod æternitas est maior cæteris. & verificatur de ea durate Primi vel post tempus aliquod: quia in se illa præhabet eminenter. Secúdo potest responderi, negando maiorem, proprie loquendo: quoniam compatio proprie non fit nisi in vnius rationis rebus: Aeternitas autem est duratio alterius omnino rationis à tempore. Et hoc secundum se loquendo: quamuis concepta vt coexistés tempori, com paretur etiam à viris illustribus.

¶ In responsione ad primam aduerte duo. Primum est, quòd, sicut punctum motum dicitur causare lineam: & tamen in nullo genere causæ causat illam in esse: & proyterea non est causa lineæ in esse reali, sed est causa eius in esse cognito, quia facit cognoscentem illius in nobis: ita núc stans dicitur causare æternitatem, non in esse reali, sed in esse cognito, quia causat ratio nem illius in nobis, Et, quéadmodum impossibile est punctum moueri, & tamen concipimus & dicimus punctum morem, id est fieri mouetur: causare libenter: ita dato, quòd impossibile sit, nunc, stare, attamen optime dicimus, nunc, stans facit æternitatem, id est, fit stare. constituere: æternitatem. Secundum est: quod hinc patet quam vanus contra nos fuerit labor rationé Aur. vbi suprà ad impugnandum

¶ 3 Præterea, Omne necessariú est æternum. Sed multa sunt necessaria. sicut omnia principia demonstrationis & omnes propositiones demonstratiuæ, ergo non solus Deus est æternus.

¶ SED CONTRA est quod dicit Auguſt. lib. de fide. ad petrum cap. 6. *De⁹ solus est qui exordiú non habet: quicquid autem exordium habet, non est æternum: solus Deus est æternus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd æternitas vetè & propriè in solo Deo est: quia æternitas immutabilitatem consequitur: vt ex dictis patet. * Solus autem Deus est omnino immutabilis, vt est superius ostensum. * Secundum tamé quòd aliqua ab ipso immutabilitatem percipiunt, secundam hoc aliqua eius æternitatem participant. ᶜ Quædam ergo quantum ad hoc immutabilitatem sortiuntur à Deo, quòd nunquam esse desinunt: & secundum hoc dicitur Eccles. primò de terra, quod in æternum stat: & sic æternitas angelis attribui potest, secundum illud Psa. Illuminans, tu mirabiliter à mõtibus. æternis. Quædá etiá æterna in Scripturis dicuntur propter diuturnitaté durationis: dicet corruptibilia sint. sicut in Psalm. dicũtur montes æterni. & Deut. 33. etiam dicitur, De pomis collium æternorum. Quædam autem amplius participant de tatione æternitatis, inquantum habent intransmutabilitaté vel secundum esse, vel vlterius secundum operationem: sicut Angeli & Beati, qui Verbo fruuntur: quia quantum ad illam visionem Verbi non sunt in Sanctis volubiles cogitationes vt dicit Augu. 15. de Trinita. * Vnde & videntes Deum dicuntur habere vitam æternam: secundum illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant, &c.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicuntur multæ æternitates secundum quòd sunt multi participantes æternitatem ex ipsa Dei contemplatione.

¶ Ad secundú dicendú, quod ignis inferni dicitur æternus propter interminabilitaté tantùm. Est tamen in pœnis eorum transmutatio, secundum illud Iob 24. Ad nimium colorem transibunt ab aquis nimium. Vnde in inferno non est vera æternitas sed magis tempus, secundum illud Psalam. Erit tempus eorum in secula.

¶ Ad tertium dicendum, quòd necessarium significat quendam modú veritatis. Verum autem secundum Philosophium 6. Metaphy. * est in intellectu. Secúdum hoc igitur vera & necessaria sunt æterna, quia sunt intellectui æterno, qui est intellectus diuinus solus. Vnde non sequitur, quòd aliquid, extra Deum, sit æternum.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum æternitas differat ab æuo tempore.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod æternitas non sit aliud a tempore. Impossibile est enim duas esse mensuras durationis simul, nisi vna sit pars alterius. Non enim sunt simul duo

hoc dictum Boetij & Sancti Thomæ, quia, nunc, non potest concipi vt stans: & ad remouendum, nunc à Deo, æquiuocat namque, de nunc: nó supponit non dati nisi, nunc, temporis: cùm tamen, nunc, æternitatis sit alterius rationis, à nunc, temporis. Et rursus, vt dictum est, ipsum nunc, temporis si staret, æternitatem constitueret: sicut punctus si moueretur lineam facere: quare non opus est sensui, obiectiones suas aduertere. Ex his enim facilimè soluuntur.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum tertium.*

IN titulo, proprium, distinguitur contra cõmune.

¶ In corpore duæ conclusiones. Prima est, Aeternitas vere & propriè est in solo Deo, Probatur: Solus Deus est omnino immutabilis. ergo solus Deus est vere & propriè æternus. tenet sequela: quia æternitas immutabilitatem consequitur. Secunda est, Aeternitas participatiue inuenitur in aliis, probatur. Immutabilitas participatur quadrupliciter ab aliis. ergo æternitas tenet sequelas: quia, inquantú aliqua sunt immutabilia, intantú sunt æterna, antecedés declaratur secundú quatuor gradus immutabilitatis. Primus est secundum diuturnitatem: & in hoc sunt corruptibilia, sed longæua valde: vt montes & colles. Secundus est secundum perpetuitatem secundum totum: & in hoc sunt elementa corruptibilia secundú partes & non secundum totum: quamuis in litera præposítero ordine numerentur hi gradus. Tertius est secundum incorruptibilitaté substantialem simpliciter & in hoc sunt cœlestia & angeli. Quartus est secundum immutabilitatem operationis eiusdem numero omnino, & in hoc sunt beati, vt sic.

¶ In responsione ad tertium, si nescis nouitie, quomodo intelligatur, quòd necessarium signi ficat quédam veritatis modum, memento secundi libri Perihermenias, vbi de modalibus agitur: & videbis necessariam in actu signato, modum compositionis, in qua sola est veritas, addere supra propositionem. Et sic intelliges necessarió in actu exercito: cuius argumétum hoc meminit, modum cõpositionis vere exercere: à quo necessitatis dicuntur, & principijs & cõclusiones demonstrationum.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum quartum.*

IN titulo aliud realiter.

¶ In corpore quinque: primo ostédit, quòd æuum sit non quæritur. Secundo refert quandam opinionem circa dubium: scilicet tationem aliorum inter hæc, scilicet propter habere principium & finem, & non habere, &c.

Tertio

* Alias ad Marcellam. Sed habetur epistola. Hier. ad Damasú, Quoniam ve tusta.
* Artic. præced. 1. & 2.
*q. 9. ar. 333.
* tex. 8. tom. 3.
48 Infra ar. 5. & 1. distin. 1. q.
* cap. 6.
2. ar. 1. & 2. dist. 2. q. 1. art. 1, & quol. 5. q. 4. & quol. 10. po. q. 3, & articul. 14. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio improbatur: quia hoc est per accidens. Probatur quia haec differentia subtlata, remaneret alia à Boë. posita, scilicet per esse totum simul, & esse successiuum. Quarto sic iuxtur improbata opinio secundum duplicem sensum, scilicet intelligendo illam differentiam quò ad mensurata, vel de principio & fine in potentia. Quinto respondetur quæsito, in quantum dubitabile est vna conclusione. Completctur quo dammodo omnia dicta & est prima. Inter æternitatem & tempus per se primo differentia est per esse totum simul. & nō esse huiusmodi. Ita quòd reliqua hanc consequuntur, & reliquntur ex dictis nota.

¶ Aduertit hic quòd opinio recitata in litera tres sensus habere potest, primo, de habere principium & finem in seipsis mensura, in actu tamen: secundo, in mēsuratis similiter in actu: tertio, in potentia, in seipsa tamen mensura. Et quia, cùm aliqua differētia de aliquo assignatur, intelligitur, quòd illa differētia insit illi in seipso. Et iuxta, cū absolutè dicimus principium aut finem, intelligitur in actu ideo primus sensus absolute im probatus est: secundus verò & tertius qui possunt exponendo sufferri: deinde appositi vt veri sunt. Sed quoniam non radicalem differentiam, sed secundariam tangebant, ideo vltimo respondendo radicem posuit. Omnia in litera clarè patent.

¶ Circa illud dictum in secundo sensu, scilicet quod motus cœli, si esset æternus non mensuraretur tempore secundum partes: dubium occurrit ex Scoto in secundo. 4ti. secunda q. tertia. Sed quia hoc spectat ad quartum Phisicorum in textu 117. ideo hic, vbi nō ex proposito tangitur, omittatur. Et similiter dubitatio circa identitatem nunc in toto tempore tactam in responsione ad secundum, quum tractetur in eodē quarto à textu 105. vsque ad textū 108. ibidem. Deo dante, tractabit. & de his est quarto specialis.

¶ In responsione ad tertium est dubium circa illud dictum, scilicet quòd esse rerum generabilium mensuretur tempore: Arguit enim contra illud Scot. in secundo. dist. secunda q. quarta, volens quòd absolutè mensuretur æuo. sed quia in sequenti articulo æui natura notificanda est, & eodem vtitur Scot argumento contra hoc & contra mensuram operationis angelicæ: ideirco vsque in sequentem differatur articulum.

*tex.121. & 104.

*tex.133.

* tex. 120.

dies vel duæ horæ: sed dies & hora sunt simul, quia hora est pars diei. Sed æternitas & tempus sunt simul, quorum vtrunque mensuram quandā durationis importat. Cùm igitur æternitas nō sit pars tēporis, quia æternitas excedit tempus & includit ipsum, videtur q̄ tempus sit pars æternitatis, & non aliud ab æternitate.

¶ 2 Præterea, Secundū Philosophum in 4. Physico.* nunc tēporis manet idem in toto tempore. Sed hoc videtur cōstituere rationē æternitatis: quòd sit idem indiuisibiliter se habens in toto decursu tēporis. Ergo æternitas est nūc temporis. Sed nūc temporis non est aliud secundū substantiam à tempore. Ergo æternitas non est aliud secundum substantiam à tempore.

¶ 3 Præterea, Sicut mensura primi motus est mēsura omniū motuum, vt dicitur in 4. Physic. * ita videtur q̄ mensura primi esse sit mensura omnis esse. Sed æternitas est mensura primi esse, quod est esse diuinum. Ergo æternitas est mensura omnis esse. Sed esse rerum corruptibilium mensuratur tempore. Ergo tempus vel est æternitas, vel aliquid æternitatis.

¶ SED CONTRA est, quòd æternitas est tota simul. In tempore autem est prius & posterius. Ergo tempus & æternitas non sunt idem.

b ¶ RESPONDEO dicēdum, quòd manifestum est tempus & æternitatē non esse idem. Sed huius diuersitatis rationē quidam assignauerunt ex hoc, quòd æternitas caret principio & fine: tempus autem habet principium & finē. Sed hæc est differentia per accidens, & non per se: quia, dato, quòd tempus semper fuerit, & semper futurum sit secūdum positionem eorum, qui motum cœli ponūt sempiternum, adhuc remanebit differentia inter æternitatē & tempus, vt dicit Boëtius in libro de Cōsolatione Philosoph.* ex hoc, quòd æternitas est tota simul: quod tempori non cōuenit: quia æternitas est mensura esse permanentis, tempus verò est mensura motus. Si tamen prædicta differentia attendatur quantum ad mēsurata, & non quantum ad mensuras, sic habet aliam rationem: quia solum illud mensuratur tempore, quod habet principium & finem in tempore, vt dicitur in 4. Phy sic.* Vnde, si motus cœli semper duraret, tempus non mensuraret ipsum secundū suam totam durationem, cum infinitum non sit mensurabile: sed mensuraret quamlibet circulationem, quæ habet principium & finē in tempore. Potest tamen & aliam rationem habere ex parte ipsius mensurarum, si accipiatur finis & principium in potentia: quia etiā dato, quòd tempus semper duret, tamen possibile est signare in tempore & principium & finem, accipiēdo aliquas partes ipsius, sicut dicimus principiū & finē diei vel anni, quod nō cōtingit in æternitate. Sed tamen istæ differentię cōsequuntur eam, quæ est per se & primò differentiam, per hoc quòd æternitas est tota simul, nō autē tempus.

* libr. 5. prol. 6.

* tex. 120.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si tempus & æternitas essent mensuræ vnius generis: quod patet esse falsum ex his quorum est tempus & æternitas mensura.

¶ Ad secundū dicendum, quòd nūc temporis est idem subiecto in toto tempore: sed differens ratione: eo quòd, sicut tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili: mobile est autem idem subiecto in toto decursu tēporis, sed differens ratione, inquātum est hic, & ibi: & ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nūc, secundum quòd alternatur ratione, est tempus. Aeternitas autē manet eadem & subiecto & ratione. Vnde æternitas non est idem, quod nunc temporis.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd sicut æternitas est propria mensura ipsius esse, ita tempus est propria mensura motus. Vnde secundū quòd aliquod esse recedit à permanētia essendi, & subditur trāsmutationi secūdum hoc recedit ab æternitate, & subditur tempori. Esse ergo rerum corruptibiliū, quia est transmutabile, non mensuratur æternitate, sed tempore c tempus enim mensurat non solū quæ transmutātur in actu, sed quæ sunt transmutabilia. Vnde non solum mensurat motum, sed etiam quietem: quæ est eius, quod natum est moueri, & non mouetur.

ARTICVLVS V.

¶ De differentia æui & temporis.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur q̄ æuum non sit aliud à tēpore. Dicit enim Augustinus. 8. super Genes. ad litte.* q̄ Deus mouet creaturā spiritualem per tempus. Sed æuum dicitur esse mensura spiritualium substantiarum. Ergo tempus non differt ab æuo.

¶ 2 Præterea, De ratione temporis est quòd habeat prius & posterius. de ratione verò æternitatis est, quòd sit tota simul, vt dictum est: * sed æuum non est æternitas. Dicitur enim Ecclesiast. 1. quòd sapientia æterna est ante æuum. Ergo non est totum simul, sed habet prius & posterius, & ita est tempus.

¶ 3 Præterea. Si in æuo non est prius & posterius, sequitur, quòd in æuiternis nō differat esse vel fuisse, vel futurum esse. Cùm igitur sit impossibile. quiterna non fuisse, sequitur, quòd impossibile sit, ea non futura esse. Quod falsum est, cùm Deus possit ea reducere in nihilum.

¶ 2 Præterea, Cum duratio æuiternorum sit infinita ex parte post, si æuum sit totum simul, sequitur, quòd aliquod creatum sit infinitum in actu: quod est impossibile. Non igitur æuum differt à tempore.

¶ SED CONTRA est quod dicit Boët.* qui tempus ab æuo ire iubes.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd æuū differt à tempore, & ab æternitate, sicut mediū existens inter illa. Sed horum differentiam aliqui sic accignāt dicentes, q̄ æternitas proprie & fine caret. Aeuum habet principium, sed non finē: tempus autē habet principium & finem. Sed hæc differentia est per accidens: sicut suprà dictum est * quia, si etiam semper æuiterna fuissent, & semper futura essent, vt aliqui ponūt: vel etiā si quādoque deficeret (quod Deo possibile esset) ad huc æuū distingueretur ab æternitate & tempore. Alij vero assignant differētiam inter hæc tria per hoc, quòd æternitas non habet prius & posterius, tempus autem habet prius & posterius, cum innouatione & veteratione: æuum habet prius & posterius sine innouatione & veteratione. Sed hæc positio implicat cōtradictoria. Quod qui dē manifestè apparet, si innouatio & veteratio referātur ad ipsam mensurā. Cùm enim pri* & posterius durationis nō possit esse simul, si æuum habet pri* & posterius, oportet quòd, priore parte æui recedente, posterior de nouo adueniat: & sic erit innouatio in ipso æuo sicut in tempore. Si vero referatur ad mēsurata, adhuc sequitur incōueniens. Ex hoc enim res temporalis in ueteratur tempore, quod habet esse trāsmutabile, & ex trāsmutabilitate mēsurati est prius & posterius in mēsura vt patet ex 4. Physico.* Si igitur ipsū æuiternū non sit inueterabile nec innouabile, hoc erit, quia esse eius est in trāsmutabile. Mensura ergo eius nō habebit prius & posterius. Est ergo dicendū, quòd, cum æternitas sit mēsura esse permanentis, secundum q̄ aliquid recedit à permanentia essendi, secundum hoc recedit ab æternitate. Quēdam autem sic recedunt à permanētia essendi, quòd esse eorum est subiectum transmutationis, vel in tranmutatione consistit: & huiusmodi mensuratur tempore: sicut omnis motus, & etiam esse omnium corruptibilium. Quædam vero recedunt minus à permanentia essendi, quia esse eorum nec in trāsmutatione consistit, nec est subiectum trāsmutationis: tamen habent transmutatione adiunctam, vel in actu vel in potentia: sicut patet in corporib* cœlestib*, quorū esse substātiale est in transmutabile: tamen esse in trāsmutabile habet cum transmutabilitate secundum locum: & similiter patet de angelis, q̄nod si habent esse tranimutabile

*lib. 3. de Gen. ad litt. 9.

*Artic. præc.

*tex. 120.

lo æui natura notificanda est, & eodem vtitur Scot argumento contra hoc & contra mensuram operationis angelicæ: ideirco vsque in sequentem differatur articulum.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum quintum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli quatuor. Primo respōder quid in hoc quæsito clarum, quidve ambiguum: secundo tractat quandam opinionem: tertio aliam: quarto propriam, respondendo quæsito.

¶ Quò ad primam clarum est, æuum medium esse inter æternitatem & tempus: ambiguum quomodo est medium propter multitudinem opinionum.

¶ Quò ad secundum. Primo ponitur opinio dicens, mediationem attendi penes habere principium & finem. Secundo improbatur: quia mediatio hæc est per accidens, vt patet, si æuiterna producta esset ab æterno.

¶ Quò ad tertium. Primo ponitur secunda opinio dicens, mediationem attendi penes catere innouatione & veteratione: & tamen habere prius & posterius, quatenus in primo conueniat cum æternitate: & in secūdo cum tempore. Secundo improbatur dupliciter, iuxta duplicem intellectum, quem habere potest, scilicet vel referendo vtranque conditionem ad ipsum æuum, vel referendo secundā ad æuum, & primam ad æuiternum mensuranum æuo. Contra primum sensum arguit sic, Prius & posterius secundum durationem non potest esse simul: ergo recedente priore de nouo aduenit posterius. ergo, si in æuo est prius & posterius, erit innouatio & inueteratio. Contra secundum sic, æuiternum, nec est innouabile, nec inueterabile, ergo est in transmutabile, ergo mēsura eius caret priore & posteriore. Antecedens est tuum, prima consequentia patet ex se: & probatur ex quarto Physicor. quia trāsmutabilitas est propria causa inueterationis: ergo intransmutabilitas non inueterationis iuxta illud, si affirmatio est causa affirmationis, &c. Secunda vero consequentia probatur ex quarto physicor. quia transmutabilitas mensurati est causa prioris & posterioris in mensura: ergo intransmutabilitas est causa negationis prioris & posterioris in eadē, i. ixta eandē radicē.

¶ Circa has rationes aduertē, quòd Scotus in secundo distinct. secunda, quæstio secunda, hanc opinionē non sequitur: soluere tamen nititur has rationes literæ, defendendo secundum sensum. Dans exemplum sic, Si ponerētur caro non habens partem & partem sub quantitate, tunc in mēsura essent partes, & non in eo, cuius essent & sic in proposito esse angeli est absque innouatione: & tamen mensura est successiua. Vade adratione em factam directē contra hoc respondet, negando in sententia quòd transmutabilitas mensurati, sit præcisa causa successionis in mensura. Sed contrā, hæc responsio facile conuincitur falsa: tum ad hominem, tum simpliciter. Ad hominem quidem quia, si successio in mensura stat cum mensuratione & immutatione proprij subiecti seu mensurati: ergo argumentū à successione mensuræ ad transmutationem subiecti non valet, sed est sophisma consequentis. sed ipse Scotus ibidem dicetur, quòd ille processus est bonus, & ab effectu ad causam: ergo. Et confirmatur: quia Aristotelis ille, nec processus literæ est aliter ab illo. si enim successio stat cum mensuratione & immutatione proprij subiecti, sequitur, quòd in æuiternis nō differat esse vel fuisse, vel futurum esse. Cùm igitur sit impossibile. quiterna non fuisse, sequitur, quòd impossibile sit, ea non futura esse. Quod falsum est, cùm Deus possit ea reducere in nihilum.

¶ 2 Præterea, Cum duratio æuiternorum sit infinita ex parte post, si æuum sit totum simul, sequitur, quòd aliquod creatum sit infinitum in actu: quod est impossibile. Non igitur æuum differt à tempore.

¶ SED CONTRA est quod dicit Boët.* qui tempus ab æuo ire iubes.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd æuū differt à tempore, & ab æternitate, sicut mediū existens inter illa. Sed horum differentiam aliqui sic accignāt dicentes, q̄ æternitas proprie & fine caret. Aeuum habet principium, sed non finē: tempus autē habet principium & finem. Sed hæc differentia est per accidens: sicut suprà dictum est * quia, si etiam semper æuiterna fuissent, & semper futura essent, vt aliqui ponūt: vel etiā si quādoque deficeret (quod Deo possibile esset) ad huc æuū distingueretur ab æternitate & tempore. Alij vero assignant differētiam inter hæc tria per hoc, quòd æternitas non habet prius & posterius, tempus autem habet prius & posterius, cum innouatione & veteratione: æuum habet prius & posterius sine innouatione & veteratione. Sed hæc positio implicat cōtradictoria. Quod qui dē manifestè apparet, si innouatio & veteratio referātur ad ipsam mensurā. Cùm enim pri* & posterius durationis nō possit esse simul, si æuum habet pri* & posterius, oportet quòd, priore parte æui recedente, posterior de nouo aduenit: & sic erit innouatio in ipso æuo sicut in tempore. Si vero referatur ad mēsurata, adhuc sequitur incōueniens. Ex hoc enim res temporalis in ueteratur tempore, quod habet esse trāsmutabile, & ex trāsmutabilitate mēsurati est prius & posterius in mēsura vt patet ex 4. Physico.* Si igitur ipsū æuiternū non sit inueterabile nec innouabile, hoc erit, quia esse eius est in trāsmutabile. Mensura ergo eius nō habebit prius & posterius. Est ergo dicendū, quòd, cum æternitas sit mēsura esse permanentis, secundum q̄ aliquid recedit à permanentia essendi, secundum hoc recedit ab æternitate. Quēdam autem sic recedunt à permanētia essendi, quòd esse eorum est subiectum transmutationis, vel in tranmutatione consistit: & huiusmodi mensuratur tempore: sicut omnis motus, & etiam esse omnium corruptibilium. Quædam vero recedunt minus à permanentia essendi, quia esse eorum nec in trāsmutatione consistit, nec est subiectum trāsmutationis: tamen habent transmutatione adiunctam, vel in actu vel in potentia: sicut patet in corporib* cœlestib*, quorū esse substātiale est in transmutabile: tamen esse in trāsmutabile habet cum transmutabilitate secundum locum: & similiter patet de angelis, q̄nod si habent esse tranimutabile

cessum à permanenti: attenditur elongatio ab æternitate. ergo mutato aut mutationis subiectum maxime recedit ab ipso. ergo medium est immutabile, mutationi tamen annexum actu vel potentia. Patet secunda sequela, quia mutatio permanētiæ opponitur directe: & æternitas ipsa nec mutatio est, nec mutationem quouis modo secum compatitur. vltima autē cum cæteris clare patet.

¶ Ad secundum huius difficultatis aduertē, quòd Scotus ibidem trēs mēsuras durationis ponit: tempus, æuum, & æternitatem, ita quòd tempus rem successiuam, æuum permanentem, defectibilem tamen: æternitas autem rem omnino indefectibilem mensuret. Et propterea tenet esse substantiale rerum, ad quas impossibile est esse motum, & operationes Angelicas, &c. secundum se mensurari æuo, & tota radix eius est illa maxima, Quæcunque vniformem habēt modum manendi, dum manent, habent mensuram eiusdem rationis. In præsenti autem litera distinguuntur mensuræ durationis penes mutabilitatem & immutabilitatem rerum. Et vere sic est: quoniam mensura durationis est certificativa naturalis durationis rei secūdum se alioquin frustra esset. naturalis autem duratio rei ex mutabilitate aut immutabilitate nascitur loquor de mutabili vel immutabili proprie, id est ex intrinseco: quoniam ex tali mutabilitate tantum pendet naturalis duratio rei. Nihil enim refert ad naturalem durationem rei, an in alio sic potentia deficructiua eius, an non, sed solum, an in ipsa sit vnde possit deficere, an non & in hoc errauit manifestè Scot. dicens, nec aliquid do non esse, nec posse non esse per proprium tam, variat mensuram rei. Et fundamentum eius est valde debile, scilicet, quia, si angelus annihilandus esset, nil minus mensuraretur æuo. Liquet enim, quòd naturaliter non sore aliquando, & similiter posse naturaliter non esse, variant naturam rei: quia corruptibile & incorruptibile, vt dicitur 10. Metaphy. sunt substantia aut in substantia: variāt inquam, naturam generice, adeo, vt nihil sit eis vniuocum. ergo nec propria mēsura est eadē. Et ex hoc prouenit, quòd annihilandus angelus mensuratur æuo, quia scilicet annihilatio non prouenit ex natura eius, sed ab extraneo. ipse enim, quantum est per se, semper esset. Dicimus ergo, rem omnino immutabilem æternitate mensurari, immutabilem autem simpliciter, & mutabilē secundū quid, æuo, mutabilem autem simpliciter tempore. Et propterea, cùm angelus sit immutabilis substantialiter, mutabilis tamen accidentaliter, æuo mēsuratur. Operationes verò eius naturales, quia naturaliter sunt mutabiles, quo mēsurari nequeūt, Aeuo namque mensuratum æuiternum est, æuiternum autē naturaliter perpetuum est, nullum autem naturaliter mutabile est naturaliter perpetuum. Ad fundamentum autem Scoticum, distinguenda primò est propositio illa: quoniam, si fit in sensu compositio, est falsissima, quoniā, vt dicitur in primo Perier. vnumquodque necesse est esse, dum est: & sic omnia manentia, dū manent, habēt vniformē modum essendi, quia sunt necessario: & tamen non habent eandē mensuram. Nec ad hūc sensum arguens facit illam, sed absolutè seu in sensu diuiso. Et tunc dicitur, quod modus manēdi est multiplicitèr distinguibilis, scilicet vel penes necessarium & possibile, vel penes permanens & successiuum, vel penes defectibile & indefectibile: & quocunque modo sumatur, semper est falsa: quoniam nec omne necessarium conuenit in mensura, sed alia est mensura necessarij omnino, vt Dei, & alia necessarijsimpliciter, possibilis autem secundū quid, vt sunt reliqua incorruptibilia. Et similiter omnia possibilia nō mēsurantur vna mensura, quoniam quæ dam tempore cōtinuo & quædam tempore discreto, vt dicitur. Similiter non omne permanens conuenit in mensura, vt patet de superionibus & inferioribus. Nec omnia successiua: quoniam illa est mensura successiuorum successione continua, & alia successionum successione discreta, vt dicetur. De defectibili autem & indefectibili iam patet defectibilitatem nō esse modum rei, vt ab eis sumitur, sed dicere potentiam extraneam, & propterea non est ad propositum: & esset nihil minus falsa, ex eo quòd, non omne defectibile vnica mensura certificatur. Ex his autem simplicibus patet respōsio ad modos compositos: quia permanens defectibile, & similes. Ad formam ergo propositionis dicendum est, q̄ habere vniformem modum manendi intrinsecum rei, & per se respicientem naturalem durationem rei, est ratio vniformis seu eiusdem mensuræ durationis, & nō absolute habere vni formem modi manendi: & ideo falsum est antecedens illius consequentiæ. Et ixta excluſa est eius probatio.

*tex. 120.

¶ Ad secūdum negatur antecedens, vt patet in litera, nec est verum q̄ Augustin. dicat illud, nisi in sensu, inferius manifestando, accipiēdo scilicet æuum pro æternitate participata.

¶ Ad tertiū negatur antecedēs pro secūda parte, quia operatiō angeli mensuratur nunc temporis non continui, sed discreti.

Contra primam pro positionem, scilicet angeli mēsuratur tempore, arguit Scot. ibidē: sed quoniam argumenta sua militant contra tenentes eas mensurari tempore discreto, quod sit species quātitatis: & hæc propositio non est S. Tho. quoniam apud nos tempus discretū nihil aliud est quām numerus prioris & posterioris in motu discreto qui nihil aliud est quam successio operationis spiritualis ad aliā operationem spiritualem, quales sunt duæ intellectiones sine phantasmatum seruitio, numerus autem de prædicamento quantitatis sequitur diuisionem continui: oportet vt tempus hoc sit numerus transcēdens cōpositus ex vnitatibus transcendentibus: quia inquam, sic est, vnum tantum ex Scoto motuum afferēdum censui, scilicet, quia ponuntur multa tēpora sine necessitate, oportet enim multiplicari tempora non solùm in pluribus, sed in eodem respectu actuum intellectus & voluntatis, &c. hæc autem videntur inconuenientia. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̄ necessitas magna est multiplicandi tēpus in continuum & discretum propter spirituales operationes substantiarū spiritualium carentēr enim aliter proportionatis mēsuris. Illæ enim cùm sint immediate sibi inuicē succedentes & instantanex secundi se, quia quælibet est tota simul, eleuantur manentes supra tempus continuum & eius instantia: aut aut ēdē excellētiam non attingūt, quia corruptibiles materialiter sunt. Oportet ergo vt sine propria mēsura remanentem nobilis entia, aut tempus discreti ponere: cuius instantibus operationes ipsæ in se mensurētur. Hæc enim sunt ipse motus spiritualis angelorum: cuius numerus est tempus, per quod dicit Aug. mouere Deū spirituale creaturam: Multiplicatio autē temporis discreti in pluribus angelis aut in eodē, iudicio meo non est necessaria nisi materialiter inquantum dicit tempus cōtinuum, quo nostra mensurātur, materialiter multiplicatur in omnibus mobilibus: & æuum in omnibus æuiternis. Confond namque rationi videtur, vt sicut omnia, æuiterna simplicissimo æuo mēsurantur, quòd sola est æuum formaliter, ita omnis operatio huiusmodi simplicissima operatione seu simplicissimo nunc illius mensuretur: & similiter omnis successio operationū simplicissima successione. Talis autem operatio & successio est ea, quæ in primo operāte temporaliter inuenitur: quem constat esse suprēmum angelum, in quo, vt dicetur, est etiam æuum. Et quia operationes intellectus sunt naturaliter priores & simpliciores operationibus volūtatis, erit vnum tempus omnium huiusmodi temporalium, quòd est primo mensura operationum succedentiū in intellectu primi angeli: & ex cōsequenti & extrinsece mensura cæterarū operationum tam suarum quam aliorum spiritualium. Cum his tamen (vt dictum est) stat, quod quasi materialiter multiplicetur huiusmodi tempus inxta numerum mensuratorū operum: eo quòd vnum & multa, quæ consequuntur ens, multiplicantur cum rebus ipsis. Dixi autem quasi materialiter: quia non oportet q̄ omnino vniuocè saluetur proportio temporum nostrorum ad tempus, cuius obiectum est primus motus, & proportio horum temporum ad simplicissimum tempus eorum sed sat est si est quasi talis.

Contra tertiam vero propositionē, scilicet operatio beata mensuratur æternitate participata, arguit idem in 4. dist. 49. q. 6. Operatio beata non est immutabilior aut eternior ergo non mēsuratur æternitate, sed æuo. Cōsequentia nota. Et antecedens probatur. Tū quia operatio beata est simpliciter minus nobilis, quàm substantia angeli beatificati quoniā substantia est nobilior accidente. Tum quia perfectio ipsius operationis beatæ non est immutabilior substantia eiusdē operationis: quoniā id, quod inest alicui per accidens, non est immutabilius eo quod in est per se. Constat autē q̄ substantia operationis mensuratur æuo, ergo.

Præterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea, Æternum vt distinguitur contra æuiternum, non solum est totum simul, sed est indefectibile carens potentia ad non esse, sed nullum creatum est huiusmodi, ergo.

¶ Ad euidentia huius difficultatis scito, quòd, cum sit æuũ nihil aliud sit, quàm æternitatis participatio, distinguitur tamen à S. Tho. hic & in 3. contra Gen. ca. 10. & in 4. Sentent. 49. q. 1. articul. 2. q. 5. cæterùm participata ab æuo: non sicut perfectum à minus perfecto in eadem specie, sed sicut perfectius à minus perfecto diuersorum ordinum. Æternitas quippe cum sit propria sua diuini esse participata æternitas consequitur esse propria mensuræ esse diuini ordinis. Esse autẽ diuini ordinis dico, quod possibile est connaturale esse cuicunque creaturæ factæ, aut facibile de quo in quæst. 12. latior erit sermo. Æuum autẽ est mensura esse immutabilis quidem, sed naturalis ordinis. Et hæc est per se primo differẽtia inter æternitatem participatam & æuum. Ex hac enim & aliæ differentiæ fluunt & omnes difficultates soluntur. Quia enim operatio beata diuini est ordinis ideo æternitate dicitur mẽsurari participatiuè. Hinc etiam oritur vis conclusionis impugnatę à Scoto, scilicet, Intellectus creatus non potest ex se in operationem beatam, ergo mensuratur æternitate. Ex primo siquidem antecedente sequitur, ergo diuini est ordinis & post, ergo nien suratur æternitate.

¶ Vnde ad primam rationem Scot. negatur antecedẽs: quoniam operatio beata, dato, quòd ipsa in se non esset immutabilior æuiterno: est tamen immutabilioris ordinis: quia diuini, & propterea dicitur, est immutabilior secundum fuum genus. Dixi autem, dato, quòd non sit, &c. quia minor mutatio sufficit ad non esse operationis beatę quàm substantiæ angeli, quia hæc exigit annihilationem, illa non. Est & rursus immutabilior, quia plura mutabilia immutabilius continet vna siquidem visio beata absque omni mutatione continet visiones omnium spẽrationum ad vniuersum eminenter. Nullum autem æuiternum ad hanc immutabilitatem ascendere potest.

¶ Ad probationem autem primam dicitur, quòd, sicut actus est simpliciter nobilior potentia: & tamẽ substantia est simpliciter nobilior accidẽte: & ratione primi actus intelligendi est nobilior materia prima, ratione secũdi ẽcõtra. Ita in proposito, & hæc est vera, quod substantia est nobilior accidente. Et similiter hæc, quod esse diuini ordinis est nobilius esse naturali: & propterea vtrũq; est verum in diuersis ordinibus. Substantia quippe angeli est nobilior secundum esse naturæ, operatio autem beata secundum excellentiam deitatis. Et si proprie loqui volumus, æquiuoce cõparari videntur.

¶ Ad secundam autem probationem negatur, quòd substãtia operationis beatæ mensuretur æuo, substantia enim operationis & eius perfectio vna res numero sunt & eadem mensurantur mensura. vnde non solum beatitudo operationis, sed ipsa operatio beata mensuratur æternitate participata. fallum quoque est, quod Perfectio non sit immutabilior substantia operationis, eo modo, quo dictum fuit: quoniam substantia operationis, si sine perfectione beatitudinis esset, in instanti tempporis discreti mẽsurarentur. Perfectio autem Deitatis mensuram æterniatis adducit: non eo modo, quo accidens superinducitur, sed eo potius modo, quo differentia generi adueniens naturam adfert specificam. Et propterea non valet probatio in opposito de Deo, quod ineſt per accidens: conflat enim quòd natura generica aut quasi generica secundum se nõ talis aut tantæ perfectionis ex perfectione differentiæ adueni entis: quę tamen generi accidere conceditur, perfectionem tantam ac talem assequitur, ita q. vnum eſt perfectum fit, & sic est in proposito.

¶ Ad secũdam autem obiectionem principaliter dicitur, quòd proprie loquendo beati, vt sic, caret potentia ad non esse beatum: sicut cœlum caret potentia ad non esse totundũ. Quemadmodum enim materia prima, si reciperet formam vnam æquiualentem omnibus formis generabilium & corruptibilium, careret potentia ad non esse illius formæ: ita intellectus habens actum beatum, careret potentia ad non esse illius actus. Actus enim ille est omnium bonorum non aggregatione, sed eleuatione perfectus: & ideo beat, ac immutabilem beatum reddit. Extenso autem vocabulo, vt Arguens vtitur, vocando potentiam non esse potentiam logice am vel obiectiuam, dicitur, quod æternum per essentiam oportet caterę omnia potentia ad non esse, non autem per participationem, sed tale est vt distinguatur contra æuiternum diuersitate ordinis: quia illud scilicet est ordinis æterni per essentiam, illud veto naturæ.

CONtra quartam propositionẽ arguit Scotus in secundo vbi supra, non aliter quàm contra primam, scilicet esse substantiale habet eundem manendi modum, quandiu est, quem habet æternum, quia successione caret, &c. ergo. Sed ad hoc non oportet aliter respondere quem superius. Non enim penes habere esse, modo successiuo vel permanenti, distinguntur mẽsura, sed penes mutabile & immutabile, vt dictum est. Sed aduerte hic, quòd Scotus ibidem nititur soluere rationem San. Tho. ad hoc in responsione ad tertium in præcedenti articulo factam, scilicet, quia motus est mensura non tarum motus, sed etiã quietis. Ait enim quod substantia bouis absolute mensuratur æuo: quies autẽ eius tempore, nec aliud ex illa sequitur ratione. Sed hæc responsio non est sufficiẽs cum transmutabilitate secundum electionem: quãtum ad eorum naturã pertinet: & cum transmutabilitate intelligentiarũ & affectionum & locorum suo modo. ᶜEt ideo huiusmodi mensurantur æuo: quod est medium inter æternitatem & tempus. Esse autẽ, quod mensurat æternitas, nec est mutabile, nec mutabilitati adiũctum. Sic ergo tempus habet pri⁹ & posterius, æuum autem non habet in se prius & posterius, sed ei coniungi possunt. æternitas autem non habet prius neque posterius, neque ea compatitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q creaturæ spirituales quãtũ ad affectiones & intelligẽtias, in q b⁹ est successio, mensurãtur tẽpore[c]. Vnde & Augustinus, ibidem dicit, q per tempus moueri, est per affectiones moueri. Quantum, vero ad eorũ esse naturale mẽsurãtur æuo. Sed quantũ ad visionẽ gloriæ participant æternitatẽ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd æuũ est totũ simul, non tamen est æternitas: quia compatitur secum prius & posterius.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q in ipso esse angeli in se cõsiderato, non est differẽtia præteriti & futuri, sed solum secũdũ adiunctas mutationes. Sed quod dicimus angelũ elsevelfuisse vel futurũ esse differt secundũ acceptionẽ intellectus nostri, qui accipit esse angeli per comparationẽ ad diuersas partes temporis. Et cũm dicit angelũ esse vel fuisse, supponit aliquid cũ quo ei⁹ oppositũ non subditur diuinæ potẽtiæ[e]. Cũ vero dicit, futurũ esse, nondum supponit aliquid. Vnde cũ esse & nõ esse angeli subsit diuinæ potẽtiæ, absolutè cõsiderando, potest Deus facere, q esse angeli non sit futurum: tamen nõ potest facere, q non fit dum est, vel q non fuerit, postquã fuit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd duratio æui est infinita: quia non finitur tempore. Sic autem esse aliquod creatum infinitum, quod non finiatur quodam alio, non est inconueniens.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum sit vnum æuum tantum.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur q non sit tantum vnum æuum. Dicitur enim in apocriphis Esdræ, Maiestas, & potestas æuorum est apud te Domine.

¶ 2 Præterea, Diuersorũ generũ diuersæ sunt mẽsurę. Sed quędã quiterna sũt in genere corporaliũ, scilicet corpora cælestia:

¶ Ad hæc facile patet responsio ex dictis. æuum enim, siue æuiternũ non continue fit, proprie loquendo, sed conseruatur à Deo. Nec potest desiscere ab esse ex intrinseco, sed Deus potest ipsum annihilare. Et propterea nõ sequitur, ergo non est totum simul Si enim posset ex intrinseco esse plus, aut minus, aut præcise tantum secundum durationem, tũc non esset totum simul, sed ex eo q Deus potest, non sequitur hoc in natura æui, seu euiterni: Natura enim rei nõ est metienda secundũ vires diuinas, sed proprias. In casu autẽ annihilationis & recreationis dicitur, q esset successio instantium mẽsurantium creationem annihilationem, & recreationem, & non ipsius æui. Instantia enim illa nihil æui sunt, sed sunt partes temporis discreti, cuius iam meminimus. Idem enim effet tunc iudicium diu illo angelo, sicut esset de duobus angelis: quorum vnus prius altero crearetur. vtitur enim æuo tunc ille vnus quasi duo.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quòd ibi distinguitur esse angeli duplici modo absolute, & sic non habet præteritum, nec futurum sed subditur diuinæ potentiæ, & potest non esse per potẽtiam in alio. Alio modo vt coexistens differẽtiis temporis realis vel imaginarij, & habet præteritum & futurum & sic dicimus, quòd facit & quòd erit. & sic secundum futurum subditur diuinæ potentiæ, non secundum præteritum. Qui a supponitur incompossibile, vt in litera dicitur. Et nota quod autoritas Hierony. ad Marcellam, Solus Deus non nouit præterita & futurum. & similiter Augusti. Præsens si stat, est æternitas. & similes, intelliguntur secundum se, & omnia quæ in eis sunt. Angelus enim secundum affectiones habet præteritum & futurum, similiter æuum. patet ad ilta, non stat, vt in præcedenti artic. dictum est.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum sextum.

IN titulo, vnum, numero.

¶ In corpore. 4. Primo ponuntur opiniones diuersæ de quæsito. Secũdo ponitur via disentiendi, quæ opino sit verior: & dicitur q. ex causa vnitatis temporis est procedẽdũ: & probatur, quia in cognitione spirituali⁹ per corporalia peruenimus. Tertio ipsam viã ingreditur, vbi quatuor opiniones de causa vnitatis tẽporis affertur. Prima ex vnitate numeri, Secũda ex vnitate principij, sed licet æternitatis, Tertia ex vnitate primi subiecti, scilicet materiæ primæ. Quarta ex vnitate primi motus. Et prima quidem reprobatur sic, Tẽpus nõ est numerus absolutè, sed numeratus in motu scilicet cõtinuo: ergo nõ ex vnitate numeri est vna. Secũda verò & tertia simul sic, Tẽpus est vnũ simpliciter: ergo nõ est vnum principio, & subiecto remoto tantum tenet sequela, quia vnum subiectum vel principiũ sunt vnum secundum quid. Quarta autẽ probatur sic, Primus motus est simplicissimus. ergo mensura exterorum. ergo comparatur ad tempus, non solum vt mensuratum ad mensurans, sed vt subiectum ad accidẽs: ergo ex eius vnitate est tempus vnum cõsequentia prima probatur ex 10. Metaphysic. Actæ verò reliquuntur per se notæ, quoniam constat, q. quantitas primi mensurati est ipsius mensurãs coniuncta, cęterorum verò separata. Et propterea non multiplicatur ad multiplicationem exterorum, sed primi tantum sicut vniuersaliter accidens multiplicatur ad multiplicationem subiecti. cũm ergo primum non multiplicatur ergo nec mensura, vt in proposito. Quarto principaliter ex ista assignata via adquæsiti responsionem inducit, iuxta duas opiniones de angelis duas cõclusiones ponẽs. Altera est, Æua sunt multa. probatur, primum æuiternum est vnum tantum: ergo Antecedentia sunt ipsæ opiniones diuersæ. consequentia fundatur super processu facto de vnitate temporis cuius radix fuit, mensura multiplicatur ad multiplicationem primi mensurati. & quoniam ex his non habetur responsio ad quæsitum certa, ideo subdit tenendam esse secundam conclusionem. Quia probabiliori est illius opinio, vt inferius patebit, & sic conclusio responsiua est, Æuum est tantum vnum.

¶ Aduerte hic, quòd, sicut quilibet motus habet proprium prius & posterius in seipso, ita etiam habet proprium numerum numerantem illorum, & consequenter proprium tempus: sed quoniam non cuilibet motui numerus vnius motus mensurantis est certissimus omnium motuum ex natura sua, sed tantum numerus primi motus propter eius simpliciẽtatem maximam, ideo solus primi motus numerus temporis completè rationem habet. Et propterea tempus est vnum numero formaliter completęque sumptum: & sunt multa tempora quasi materialiter seu incompletè. Et simile est iudicium de æuo. Eodem enim modo est vnum & multa. Vtrum autem æuum sit accidens, aut esse, aut essentia æuiterni, in quæstione speciali quærendũ est, Metaphysici quippe negotij hoc est.

Circa ea, quæ his definita sunt compositæ sunt dubia. Primò namque Sco. in 2. dist. 2. & quæst. 1. reprehendit quòd primum æuiternum mensuretur æuo, quamuis ipsum primũ sit extrinseca mensura aliorum. Vnica ratione: Mensura ex natura rei est notior, ex natura rei mensurato, sed nihil est in primo æuiterno notius ipsa substantia æuiterni. ergo nihil est in eo, quod habeat rationem mensuræ substantiæ eius. Durandus autem reprehẽdit mensurationem extrinsecam vnius æuiterni per aliud æuiternum tripliciter, Primò sic Illud, cui⁹ duratio est certior ex propria ratione quam ex cõparatione ad extrinsecum, nõ mẽsuratur secundum durationem per extrinsecum ed æuiternum est huiusmodi. probatur: quia propria eius ratio est esse immutabile secundum naturam. Secundò, Duratio infinita non est mensurabilis. ergo. Tertiò, Non quantum non est mensurabile. ergo. tenet sequela: quia æuum caret successione. Hæc & plura alia recitantur à Capreolo in secundo, diffinit. secunda: consulto tamen omissis cæteris dicemus. vnde omnia soluentur.

¶ Ad euidentiam igitur huius scito, quod, vt ex dictis patere iã potest, æuiternum non mensurat æuo siue intrinsecè, siue extrinsecè per modũ quantitatis continuæ aut successiuæ aut etiam discretæ, sed per modum vnitatis: quoniam æuum est indiuisibilẽ totum simul, &c. Cum enim æui sit vnitas immutabilis vitæ mutabilitati cõiunctæ, quanto aliquod mutabile minus est immutabilitati coniunctum, tanto est immutabilius & minus compositum: ac per hoc simplicius, & consequẽter magis vnũ supponimus autem hic q. æuiternũ quando infertius, tanto pluralitati maiori coniunctius est, vnde & habet species minus vniuersales, & operationes minus ambientes locorum, aut corporum. Et propterea supremum æuiternum tanquam maximè immutabile inter immutabilia sic, id est, mutationi iunctæ est maximè vnum: & consequenter ex natura sua habet, vnde per accessum & recessum ab eo, cætera æuiterna, vt sic mensurantur extrinsecè.

¶ Ad Scotum ergo negatur minor. Dico namque quòd æuum existens in primo æuiterno, siue sit eius substãtia, aut existentia, siue nõ, est notius in ratione mẽsuræ, ipsa æuiterni substantia, vt immurabilis, quoniã æuum nihil aliud est quã vnitas per modum mensuræ talis immutabilitatis: ac per hoc ipsum æuum est formaliter vnitas, cui primò debetur ratio mensuræ, vt patet 4. & 10. Meta. substantia autem sic immutabilis est denominatiue vna, & hanc denominationẽ importat ly æuiternum. Constat autem vniuersaliter, quòd id, quod est formaliter tale, est certius & notius ex natura rei, eo quod est denominatiuè tale,

Quamuis igitur substantia angeli sit simpliciter notissimũ omnium, quæ in eo sunt, æuum tamen in genere seu in ratione mensuræ est notius illius substantia sicut, quamuis substantia corporea sit notior secũdum se quantitate, in genere tamen mensuræ quantitas est notior secundum se.

¶ Ad Durandum verò respondendum est, negando maiorem, vt patet in perfectione & mensura quid datiua. Perfectio namque quidditatiua melius cognoscitur ex intrinseco quàm ex extrinseco & tamẽ vnaquæque quidditas mensuratur prima quidditate sui generis. est ergo sophisma secundum non causam vt causam: non enim causa mensuræ extrinsecæ est melior certitudo ab extra quam intra Sed dependẽtia certitudinis intrinsecæ ab extrinseca vt à simpliciori, vt dictum est. Ad secundum verò & tertiũ similiter dicitur, quòd nihil valent de mensurabili per vnitatem. Infinitum enim & non quãtum vniformitatis rationem non subterfugiunt. Restat adhuc dubium, quid sit illud primum æuiternum: sed quoniam per accidens esset huic proposito, in tractatu de angelis dicetur.

¶ Super Quæstionis vndecimæ Articulum primum.

CIrca ordinem quæstionis huius, & præcedentium, dubium est: quoniã vnum prius cõuenit enti, quam simplicitas, immutabilitas, & reliqua tractata à quæstione tertia huiusque. ergo inconuenienter vltimo loco tractantur de vnitate, antecedens probatur. quoniam omne ens est vnum: nõ autem simplex nec immutabile. prius autem est à quo non cõuertitur cõsequentia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut tractatus de animalis natura secũdum omnia prædicata quidditatiuum præcedit tractatum de vnitate animalis, ita tractatus de natura diuina secundũ omnia prædicata, quasi quidditatiua præcedit tractatum de vnitate illius, quoniã vnitas est quasi passio quæ q: & vnitas talis rei est quasi passio illius. Quatuor autem de quibus tractatum hactenus est, post quæstionem, an est, de natura diuina, scilicet simplicitas & perfectio infinitas & immutabilitas: in latitudine quid dittatiorum prædicatorum claudimur, vt patet inductione, & ideo prius de illis pertractatum est, & ad eorum complementum inseruntur quæstiones de bonitate, de existentia Dei in rebus, deque æternitate. Et sic quasi expedita quidditate, ad passionem primam, scilicet vnitatem, deuenit. Hanc autem esse mentem Autoris, ex introductione quæstionis tertiæ superius in litera posita coniicere potes. ibi enim hæc quinque tractanda proponuntur. Nec obstat obiectio allata. negatur enim, quòd vnitas sit prior supra dictis. Et ad probationem dicitur, quod prius est, à quo non conuertitur consequentia ratione sui, non autẽ, si ratione alterius. Verbi gratia, esse coloratum respectu hominis est à quo non conuertitur consequentia, non tamen est prius homine, quamuis sit communis prædicatum: & hoc quia coloratum non ratione sui, sed ratione subiecti sui est à quo non conuertitur consequentia. ratione namque subiecti valet: est homo: ergo est colora tum, & non è conuerso. Vnde id à quo non conuertitur consequentia, & sic vel includit aliquid prius, ratione cuius non conuertitur consequentia, & sic

Quæstio vndecima

De vnitate Dei in quatuor articulos diuisa.

POST præmissa cõsiderandũ est de diuina vnitate. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò vtrũ addat aliquid supra ens.

¶ Secundò, vtrum opponantur vnum & multa.

¶ Tertiò, vtrum Deus sit vnus.

¶ Quartò, vtrum sit maxime vnus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vnum addat aliquid supra ens.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quòd vnũ addat aliquid supra ens. omne enim, quod est in aliquo genere determinato, se habet ex additione substãtiis spiritualibus duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt, quòd omnes processerũt à Deo in quadam æqualitate, vt Orige. dixit[a]: vel etiã multæ earum, vt quidam posuerũt. Alij verò dixerũt, quòd omnes substantiæ spirituales processerũt à Deo quodam gradu & ordine. Et hoc videtur sentire Diony. qui dicit 10. c. cœl. hierar. quòd inter substantias spirituales sunt primæ, mediæ, & vltimæ, etiam in vno ordine angelorum[c]. Secundũ igitur primã opinionem necesse est dicere, quòd sunt plura æua secundum quòd sunt plura æui terna prima æqualia. Secundum autem secundam opinionem oportet dicere, quòd sit vnum æuum tantũm: quia cũm vnumquodq; mẽsuretur simpliciter sui generis, (vt dicitur in 10. Metaphy[d].) oportet quòd esse omnium æuiternorum mensiure esse primi euiterni: quod tantò est simplicius, quanto prius. Et quia secunda opinio verior est, (vt infrà ostendetur: [e]) concedimus ad presens, vnum esse æuum tantum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd æuũ aliquãdo accipitur pro sęculo: quod est periodus durationis alicuius rei: & sic dicuntur multa æua, sicut multa secula.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, licet corpora cælestia & spiritualia differant in genere naturæ, tamẽ cõueniũt in hoc, quòd habent esse intransmutabile. Et sic mensurantur æuo.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd nec omnia tẽporalia simul incipiunt, & tamen omnium est vnum tẽpus propter primũ, quod mẽsuratur tempore. Et sic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum: etiam si non omnia simul incipiant.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd ad hoc, quòd aliqua mensurẽtur per aliquod vnum, nõ requiritur, quòd illud vnũ si causa omniũ eorum, sed quòd sed simplicius.

QVAESTIO VNDECIMA

De vnitate Dei in quatuor articulos diuisa.

POST præmissa cõsiderandũ est de diuina vnitate. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò vtrũ addat aliquid supra ens.

¶ Secundò, vtrum opponantur vnum & multa.

¶ Tertiò, vtrum Deus sit vnus.

¶ Quartò, vtrum sit maxime vnus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vnum addat aliquid supra ens.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quòd vnũ addat aliquid supra ens. omne enim, quod est in aliquo genere determinato, se habet ex additio

Universidad de Deusto
Biblioteca

in proposito, tamen non est formaliter prius, sed includit ens, ratione cuius non valet sequela. est vnum, ergo immutabile, sed è conuerso.

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore duæ conclusiones. Prima directè respondsiua quæsito: Vnum addit supra ens non rem aliquã, sed solam negationem diuisionis. probatur: Vnũ nihil aliud significat quã ens indiuisum. Ergo. Secunda vero conclusio est corollaria: vnum conuertitur cum ente: & nihilominus probatur: Esse cuiuslibet rei consistit in diuisione. ergo. antecedẽs probatur dupliciter. Primo inducti ue in esse simplicium & compositorum, secũdo à signo, quo vnũ quoque custodit suam vnitatem sicut entitatem. omnia patent clarè in litera.

CIrca primam conclusionem occurrit dubium ex duplici capite quoniam & Aui. tenet vnum addere rem aliquã supra ens: & Sco. tenet addere realitatem quandam. Sed quia cõtra Aui. positionem 4. Meta. ab Aristo. & hic disputatur in litera, Sco opinio in quarto Metaphy. tãgenda est. Putãs ergo vnum signare passionẽ entis, dicit ipsum importare formaliter rẽ positiuam, eãdem realiter ipsi entiscut vniuersaliter tenet passionem identificari proprio subiecto. Probareque nituntur sequaces eius intentum ibidem multipliciter. Primò: vnum formaliter, id est vt distinctũ contra ens, est idem realiter, quod ens, ergo est aliquid positiuum. tenet sequela quia negatio nõ potest identificari, enti reali. Secundo: Vnũ formaliter est extra nihil, vtpote entis passio. ergo est positiuum. Tertio: vnũ formaliter habet rationem primæ mensuræ & principij numeri: ergo vt prius. Quarto: vnum dicit perfectionem simpliciter. ergo probatur antecedẽs. tum quia in vnoquoque est melius ipsum, quam nõ ipsum: Tum quia fit reductio ad summè vnum: sicut ad summè bonum & ipsum, &c. hoc enim est proprium perfectionem simpliciter.

¶ Ad hoc breuiter respondetur & primò quidem distinguitur antecedens, quia esse idem cocringit dupliciter, scilicet positiuè & negatiuè. Vnum autem formaliter est idem enti negatiuè: quia non aliam naturam significat, sed eadem alio modo, vt dicitur quarto Metaphysic consequentia nihil valet.

¶ Ad secundũ verò dicitur q̃ vnũ formaliter nõ est magis, extra nihil q̃ alia pri uatiua seu negatiua in genere. est ergo extra nihil sicut & tũc negatur cõsequentia

¶ Ad tertium autem negatur consequentia, quoniam mẽsurare cõmune est positiuis & negatiuis non solum enim in generibus entium simplicissimum mensurat reliqua, sed etiam in generibus ætitudinum & peccatorũ. vt patet in moralibus. Minimum enim in vitiis gulæ mensura est reliquorum: & minimũ absolutè, id est vnum mensurat multitudinem absolutè, vtunque tamen est negatiuum, scil cet multitudo & vnum, vt in litera huius quæstionis dicitur. Idẽ autem intelligo numerum transeẽdentem & multitudinem absolutè: & propterea consequens est negatiui numeri negatiuum principium esse.

¶ Ad quartum negatur antecedens. Vnum enim non dicit perfectionem nisi diuisio priuatiua dicat imperfectionẽ. Vnde, sicut relatio formaliter non dicit perfectionẽ simpliciter, ita nec vnitas eius, alioquin Paternitas & Filiatio diuinæ essent simul imperfectæ: quia non vna. Et sicut esse substantiale dicit perfectionem nita & vnitas cinc. Abstrahit ergo vnum à perfectione, & imperfectione.

¶ Ad primam verò probationem ex diffinitione Ancel. dicitur, quòd deficit hic illa particula melior. Quonism quod non est bonum, non potest esse melius.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd reductio illa nõ est propria perfectionibus simpliciter, sed cõmunis etiam negatiuis generalibus. Vnde sic reductio ad summe immutabile ad summè immateriale, &c. Quamuis etiam posset congruè dici quòd quia, vt dicitur 4 & 7. Metaph. analogum absolutè intellectum quærit pro primò, ac per hoc primò vnum, quod, est vnum substantiale, est perfectio simpliciter, & reducitur ad summe vnũ sed ex hoc nihil habetur contra intentum nostrum: quia ratione substantiæ, quam implicat perfectio, ita inest.

¶ In responsione ad primũ aduerte, quòd Scotationem Auer. in 4. Metaph. cõment. 1. contra Auic. quia hic visus est Sanct. Tho. aiunt enim quod est sophisma figuræ dictionis, quoniam mutatur quo in quod. Idnãque, quo res est vna, est vnum vt quo: nõ vt quod, & ideo non sequitur processus in infinitum: sicut, nec ab albo & albedine. Sed hæc reprehensio valde rudis est. Tum quia constat in transeendentibus cõcretum vere prædicari de abstracto. Entitates enim est ens, & vnitas vna: ac per hoc nõ mutatur quo in quod. Sed vtrobique modo, scilicet vt quo & quod. Et ideo optimè concluditur: nec est simile de albo & albedine, quia non est alba: Tum quia si vnum addit naturam aliã supra ens, puta supra hominẽ, aut leonẽ quia ratione hæc est vera, Natura hominis est vna, ea dẽ erit vera, Natura vnitatis est vna: omnis enim natura vna est, Nec excusat hoc adtacentia naturæ, scilicet quia natura vnitatis semper in est aliis & ꝓpterea est quo. Cõmune nãque est omni naturæ siue subsistenti siue inexistenti esse vnũ. vt patet in accidentibus. ergo stat ratio in suo robore. De vno autẽ, quòd est principium, numeri, quale accidens sit, præsentis non est negocij, sed erit quæstio specialis.

¶ In responsione ad secundum nota diligenter, quoniam hoc argumentum fluctuare facit eruditos, quia nõ pensant hanc responsionem. Scito q̃ responsio litera stat in illis verbis. Ens diuiditur p vnũ & multa, quasi p vnũ simpliciter, & multa secundũ quid. Et ly simpliciter & secundũ quid non determinãt ly vnũ, aut ly multa sed determinant diuiditur. Et est sensus, q̃ ens diuiditur simpliciter p vnũ, & secundũ ly quid per multa, id est vnum continetur simpliciter sub ente, multa autem secundum quid. vnde & statim hoc probatur in litera. Nam & ipsũ, inquit, multa non continentur sub ente, nisi vt participant vno. Et quoniam cõstat, quòd natura talis diuisionis est, quòd membrum simpliciter æquatur diuiso absolutè sumpto; & merito. quoniam membrum secundum quid non sapit diuisum, nisi secundum quid, ideo stat responsio optime, & quòd vnum conuertitur cum ente; & tamen est diuisionis membrum. Exemplũ huius est, si distinguitur homo in hominem in actu, & hominem in potentia. Et similiter domus in domum in actu & potentia, &c. Reliqua in hac responsione posita sunt ad perfectionẽ doctrinæ, & ad explanationem intenti: quoniam & vnum tam simpliciter quàm secundũ quid & multum simpliciter, quàm secundum quid, vno participant.

¶ *Super Quæstionis vndecimæ Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè, vnum opponitur multis diuersimode. probatur: Vnum principium numeri opponitur numero. vt mensura mensurato. vnum autem conuertum cum ente opponitur vt indiuisum diuiso. ergo. Antecedens pro prima parte probatur ex 10. Metaph. quia vnũ primò conuenit mensuræ, & numerus est multitudo mensurata. pro secunda patet. consequentia autem est euidens, quia alia est oppositio relativa, alia primitiua.

¶ Aduertte hic, quòd, quamuis litera intendat de diuersis vnitatibus & multitudinibus loqui, ex hac tamẽ doctrina optime deduci ere poteris, quod eadem vnitas diuersimodè sumpta, scilicet vt principium numeri, & vt indiuisa opponitur diuersimodè eidẽ multitudini. diuersimode sumptæ, scilicet sub ratione numeri, & sub ratione diuisi. Et sic hic distinctio erit quandoque rerum, quandoque rationum: & quando est rationum, conuenit verieue vni, & vtunque multitudini: quoniam & vnum conuersum cum ente, principiũ est numeri transcendentis, & vnum in Prædicamento quantitatis est indiuisum.

IN responsione ad secundum dubium occurrit, quòmodo verificatur, quòd multitudo componitur, ex vnitatibus, non secundum id quod habent de indiuisione, sed secundũ id, q̃ habent de entitate. hoc enim in multitudine tãscendenti, de qua litera loquitur manifestè, est impossibile. Quoniam aut hic est sermo de multitudine, vt multitudo est: aut de rebus multis. Non de rebus multis: vt patet ex vi argumenti, & responsionis, cum dicitur, quòd multitudo est totũ hæterogeneum. De ipsa autẽ multitudine conflat, quòd non componitur ex rebus vnis sed ex vnitatibus. Alioquin multitudo transcendẽs vt multitudo est, esset substãtia, vt pote ex substantiis tenũ cõposita. ¶ Ad hoc dicitur, quòd tam vnũ, quàm multa transcendẽter sumi possunt dupliciter, vno modo substantialiter, alio modo complectiue, seu formaliter. Si sumantur primo modo, cõstat, quòd multitudo componitur ex rebus vnis: & quòd est substantia seu ens reale, & sic videtur secundum planum literæ sensum textus primo interpretandus. Et si obiiciatur, ergo nõ loquit de multitudine formaliter, dicetur, ꝙ loquitur de multitudine formaliter, quantũ ad id, quod realiter est. Altius tamen atque formaliùs loquẽdo, dicendum mihi videtur, quòd hic est sermo de vnitate & multitudine formaliter & vniuersaliter, & quòd per illa verba, vnitates secundum id, quod habent de entitate, non intendit litera rem, quæ est vna sed intendit ipsam vnitatis naturam, prout entis alterum exercet. Quod vt clarius percipiatur, ab vno in genere quantitatis incipiam. Vnitas de genere quantitatis sumi potest dupliciter. Vno modo, vt est non numerus, quod est esse non diuisum in se, quem admodum numerus est diuisus in plures vnitates, & sic patet, quòd nõ componit numerum: sicut nec domus componit domũ. Alio modo, vt est in se talis entitas. puta accidens, & sic componit numerum. vnitas quoquæ transcendens dupliciter sumi potest. Primò, vt est indiuisa, quod est esse non multitudinem. Et sic impossibile est componere multitudinem ratione dicta. Alio modo secundum id, quòd est, id est secundum ipsam negationem diuisionis non inquantum exercet actum ptiuationis, sed inquantum habet entis rationem. Et sic componit multitudinem formaliter, & complectiue sumptam. Ita quod hæc distinctio contracta ad vnum & multa transcendenter, non est diffinctio priuationis à subiecto positiuo: sed est diffinctio actus priuatiui ab actu positiuo. Ita quòd ipsa indiuisio, vt exercet actum priuationis, non componit. Et ipsimet vetitatem negatiuũ ens formaliter est, magis quam vnum, & quòd hæc sit mens litera, non solum ex formali sensu patet, sed ex responsione ad quartũ. vbi dicitur, q̃ diuisa non habent rationem multitudinis nisi vtrunq; diuisorum habeat rationẽ vnius. hic etiam manifestè apparuit, quòd multitudo formaliter ex vnitatibus formaliter consurgit. & consequenter ex negationibus, quoniam sola negationem formaliter addere docuerat in præcedenti articulo.

IN responsione ad quartũ dubium occurrit quomodo verificantur illa verba Diuisio est prior vnitate non simpliciter: sed secundum nostræ apprehensionis rationem. Videtur enim, quòd diuisio sit simpliciter prior vnitate: quoniã habitus naturaliter est prior priuatione. Diuisio autem se habet ad vnitatem vt habitus ad priuationem. ergo. Nec potest dici, quod diuisio non est vere habitus, quo priuat vnitas secũdum se. Sed est habitus secundum nostrum modum intelligendi, quia oportet assignare saltẽ circilocutiuè, quis est ille habitus, quo priuat secundum se vnitas. Nec facile esset hoc fingere, quia ille habitus secundum se aut est quid positiuum, aut negatiuũ. Si positiuum, ergo aliquid positiuũ vltra ens est ante vnitatem. quod est impossibile. Si negatiuum, ergo aliqua negatio est ante vnitatem. Et si hoc non in conuenit, cur inconuenit diuisionem, quæ negatio est, esse ante vnitatem?

¶ Ad hoc dicitur, quòd labor est in æquiuoco. Ambę siquidem propositiones sunt verę, & q̃ diuisio est prior vnitate simpliciter, id est secundũ se, in esse intelligibili tamen: eo quod diuisio negatio est, quæ ens rationis est. Et q̃ diuisio est posterior vnitate simpliciter, id est secundũ esse simpliciter, quod est esse in rerum natura. Esse enim intelligibile est secundum quid tantũ. Prima propositio probatur ex dictis: Nõ non intelligibile, quòd affirmatio non sit prior negatione. Esse autem vnum est esse hoc, & nõ esse nõ hoc: vbi patet, q̃ in ratione vnius clauditur negatio alterius extremæ cõtradictiõis. Extrema igitur cõtradictionis, quorũ est ipsa diuisio, præcedit naturaliter vnitatem. Primò enim est homo, & in eodem priori est nõ homo in esse intelligibili. Et sic est diuisio. Deinde homo est homo & nõ est non homo, q̃ est esse vnũ, id est indiuisum. Nõ enim est diuisum in se, ita vt sit homo & nõ homo. Penes primationẽ enim hu iusmodi diuisionis vnum quodq; est & dicitur vnum, si vnum priuatiuum nomen est secundum veritatem, vt supponimus. Nullum autem inconueniens est negationem diuisionis esse priorem negatione vnitatis. Quamuis impossibile sit, positionem diuisionis in re, esse ante positionem vnitatis. Secunda autem propositio patet ex 1e. Non enim oportet ad hoc, quòd homo sit & intelligatur vnus, vt negatio hominis sit in aliqua natura puta bouina, aut cœlesti. Si enim solus homo **esset**, vnus nihilominus esset, sicut ante mundi creationem Deus erat vnus. & Deus in nulla erat re. Creatis autem aliis, posita est diuisio Dei à non Deo in rerum natura. De qua diuisione dicit litera, quòd nõ est prior simpliciter, vt patet ex calce responsionis, vbi dicitur, Secundo apprehendimus, quod hoc ens non est illud ens, & sic apprehendimus diuisionem. Quid clarius hoc ens non est illud ens, dicendo diuisionem in rerum natura extitisse. Et propter eandem diuisionem dixit, quòd simplicia ex compositis diffinuntur. Diuisionem ergo tam realem, quàm positiuam posuerunt vnitati formaliter. Non autem contradictoriam in esse intelligibili.

¶ *Super Quæstionis vndecimæ Articulum tertium.*

TItulus quærit de vnitate numerali.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua affirmatiuè: Deus est vnus. probatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

triplicit. Primo Deus eodem formaliter est Deus & hic ergo est vnus. antecedens patet ex quæstione fidei: quia idem est omnino hic Deus & natura diuinæ consequentia probatur impossibile est plures fingi hunc, ergo & Deū. Secundo. Deus est vniuersaliter perfectus: ergo vnus probatur consequētia à distributione consequentis, ducendo ad oppositum antecedentis, vt clarè patet in litera. Tertio: Deus omnia, quæ in vniuerso sunt, per se reducit in vnum ordinē, ergo Deꝰ est vnus.

*q.3.art. 3.

¶ Quòd ab primam partem, antecedens probatur: quia diuersa nō cōueniunt in vnum ordinem nisi ab aliquo.

*q.4.ar 2.

¶ Quòd ad secundum vero sic, Deus est perfectissimū & primū principium. ergo est per se, & nō per accidens principium. consequentia vero probatur duplici ter. Tū quia melius per vnum dispōuntur res, quam per plura principia. Tum quia vnius nō est causa p se nisi vnū, per accidēs autē plura.

¶ *Super Quæstionis undecimæ Articulum quartum.*

502 TItulus clarus ex dictis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua affirmatiuæ Deus est maxime vnus: probatur: Deus est maxime ens & maxime indiuisus. ergo: ante cedēs probatur: quòd ad primam partē: quia est ipsum esse: quo ad secūdam quia omnino simplex omni diuisibilitate carens: consequētia autem probatur ex ratione vnius, in cuius definitione ens & in diuisione: omnia clara sunt in litera.

275 ¶ In responsione ad primum dubium est, quomodo priuatio suscipit magis & minus propter diuisionem. Ipsa enim diuisio negatio est, de qua est eadem quæstio quomodo suscipit magis & minus.

¶ Ad hoc respondetur breuiter, q diuisio suscipit magis & minus ratione fundamenti. Magis enim rationale dicitur à lapide quàm boue. Et propterea maior est diuisio inter hominē & lapidē & ppterea minor est vnitas generis in quo cōueniūt homo & lapis, vt patet.

54 ¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum primum.*

Infr.q. 18. art. 3. c. & q. 3. arti. 3.c. Et cau- sis 1.21.

IN titulo, intellectus creatus nō humanus, & hoc bene nota, possit, absolutè, siue per potentiam in alio, siue in se videre per essentiam id est intelligere quidditatiue. Ita vt cōplete sciat terminare quæstionem quid est de Deo. Cognoscere enim de aliquo quid est, videre illud p essentiam, cōpletè autem dico, terminare quid est, vt distinguitur cōtra incōpletè. eo modo, quo scientes cō scit, oportet enim scientē quia, habere omnia prædicata quidditatiua vsque ad vltimam differentiā in clusiuè. Et non sumo cōpletè, id est cōprehensiuè, imo scire quid est habere latitudinē quò ad modū scibili. Diuiditur enim in comprehendere & apprehendere. Et rursus apprehendere habet multos gradus, vt infrà patebit. Est igitur quæstio, an aliquis creatus intellectus possit scire de Deo quid est. Et si dubitas de hac expositione vi de primū cōtra Gēt. ca. & tertiū eiusdē c.4. &c.

¶ Ad quartum negatur quoque sequela: quoniam, vt iam patet de obiecto non quocunque sed quidditatiuè cognoscibili naturaliter est sermo. Concedo autẽ, quod intellectus ex natura sua non potest quidditatiuè cognoscere altius quid quàm sit natura animæ nostræ, etsi quo tamen fiat, quòd possit per gratiã eleuari ad quidditatiuè cognoscendum etiam Deum, non enim conuenit potentiam eleuari ad cognoscendum aliquid quidditatiuè, quod est extra obiectum quidditatiuè cognoscibile à se naturaliter. Sed obiectio procedit ac si obiectum hoc assignatum esset obiectũ adæquatum extensiuè, vt sonus respectu auditus: & ideo peccat. Iam enim dictum est, quòd hic est sermo de obiecto adæquato intensiuè ex natura potentiæ secundum proprias vires: & non de obiecto adæquato extensiuè, extra quod nullus habitus adducere quomodolibet potest potentiam. Propositiones autem, ex quibus litera procedit, etsi non sunt syllogisticæ formaliter, sunt tamen virtualiter, vt suspetius eas ordinauimus valde facile absque tanta mixtura, quantum fecit Scotus.

noscitiũ secundũ se. Hoc enim nec somniauimus, sed litera hic docuit q inter cognitum & naturam cognoscitiuam secundũ se exigitur non excessus ex parte cogniti, & verũ dicum est, sermo est de non excessu in modo essendi generico & cogniro quidditatiuè ac naturaliter. Vnde non oportet aliter ad opposita respondere. Intellectus siquidẽ diuinus aut angelicus excedit hæc omnia & genere & pulsquam genere: & tamẽ omnia quidditatiuè nouit. Quod autem de oculo respectu coeli affert, puerile est: quoniam cœlum, vt visibile, nõ habet alium essendi modum, quàm minxum, vtrunq; enim est singulare sensibile, &c. Corruptibile autẽ & incorruptibile sunt differentiæ accidentales visibilis, vt sic: quędamodo & cæteræ substantiales differentiæ accidunt visibili, cùm substantia sit p accidens visibilis. vnde visus nõ videt aliquod visibile excedens ipsum in modo essendi q est intentum literæ.

¶ Ad secũdam verò obiectionẽ negatur sequela: quia Angeli non differunt inter se in modo essendi generico, sed omnes conueniunt, vt in litera dicitur, in hoc q sunt formæ non in materia omnino.

¶ Ad tertiã similiter negatur sequela: quoniam excessus obiecti supra modũ cognoscentis nõ assignatur in litera pro causa visionis obiecti quomodocunq; sed ex propriis viribus cognoscentis. Argumentũ autẽ supponit esse causam nõ visionis absolutè, & ideo peccat secundum non causam, vt causam.

¶ Ad quartum negatur quoque sequela: quoniam, vt iam patet de obiecto non quocunque sed quidditatiuè cognoscibili naturaliter est sermo. Concedo autẽ, quod intellectus ex natura sua non potest quidditatiuè cognoscere altius quid quàm sit natura animæ nostræ, etsi quo tamen fiat, quòd possit per gratiã eleuari ad quidditatiuè cognoscendum etiam Deum, non enim conuenit potentiam eleuari ad cognoscendum aliquid quidditatiuè, quod est extra obiectum quidditatiuè cognoscibile à se naturaliter. Sed obiectio procedit ac si obiectum hoc assignatum esset obiectũ adæquatum extensiuè, vt sonus respectu auditus: & ideo peccat. Iam enim dictum est, quòd hic est sermo de obiecto adæquato intensiuè ex natura potentiæ secundum proprias vires: & non de obiecto adæquato extensiuè, extra quod nullus habitus adducere quomodolibet potest potentiam. Propositiones autem, ex quibus litera procedit, etsi non sunt syllogisticæ formaliter, sunt tamen virtualiter, vt suspetius eas ordinauimus valde facile absque tanta mixtura, quantum fecit Scotus.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam, aliquo creato lumine indigeat.*

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, q intellectus creatus ad videndũ essentiã Dei aliquo lumine creato non indigeat. Illud enim, qđ est per se lucidum in rebus sensibilibus, alio lumine nõ indiget, vt videatur. Ergo nec in intelligibilibus. Sed Deus est lux intelligibilis. Ergo non videtur p aliquod lumen creatum.

¶ 2 Præterea, Cùm Deus videtur per medium, nõ videtur per suam essentiam. Sed cum videtur per aliquod lumen creatum, videtur per medium. Ergo nõ videtur per suam essentiam.

¶ 3 Præterea, Illud, quod est creatũ, nihil prohibet alicui creaturæ esse naturale. Si ergo per aliquod lumen creatũ Dei essentia videtur: poterit illud lumen esse naturale alicui creaturæ. Et ita illa creatura nõ indigebit aliquo alio lumine ad videndũ Deum: Quod est impossibile. Non est ergo necessarium, quòd omnis creatura ad videndum Dei essentiam lumẽ superraddituum requirat.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. In lumine tuo videbimus lumen.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omne, quod eleuatur ad aliquid, quod excedit suã naturam, oportet q disponatur aliqua dispositione, quæ sit supra suã naturam. Sicut si aër debeat accipere formã ignis, oportet quòd disponatur aliqua dispositione ad talem formam. Cùm autẽ aliquis intellectus creatus videt Deũ per essentiam, ipsa essentia Dei sit forma intelligibilis intellectus. Vnde oportet, q aliqua dispositio supernaturalis ei supperaddatur ad hoc, q eleuetur in tantã sublimitatem. Cùm igitur virtus naturalis intellectus creati nõ sufficiat ad Dei essentiã videndã, vt ostensum est, oportet q ex diuina gratia superacrescat ei virtus intelligendi. Et hoc augumentũ virtutis intellectiuæ illuminationẽ intellectus vocamus, sicut & ipsum intelligibile vocatur lumẽ, vel lux. Et istud est lumen, de quo dicitur Apo. 21. quod claritas Dei illuminabit eã, scilicet societatẽ Beatorũ, Deũ videntium. Et secundum hoc lumẽ, efficiuntur deifor mes, idest Deo similes: secũdum illud primæ Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum, sicuti est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q lumen creatum, est necessariũ ad videndũ Dei essentiam, non q per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, quæ secundũ se intelligibilis est, sed ad hoc, quòd intellectus fiat potens ad intelligẽdum, per modum, quo potentia fit potentior ad operãdum per habitum. Sicut etiã & lumen corporale necessarium est in visu exteriori, in quantũ facit mediũ transparens in actu, vt possit moueri à colore.

¶ Ad secũdum dicendũ, q lumen istud nõ aliqua dispositione, quæ sit supra suã naturam. Sicut si aër debeat accipere formã ignis, oportet quòd disponatur aliqua dispositione ad talem formam. Cùm autẽ aliquis intellectus creatus videt Deũ per essentiam, ipsa essentia Dei sit forma intelligibilis intellectus. Vnde oportet, q aliqua dispositio supernaturalis ei supperaddatur ad hoc, q eleuetur in tantã sublimitatem. Cùm igitur virtus naturalis intellectus creati nõ sufficiat ad Dei essentiã videndã, vt ostensum est, oportet q ex diuina gratia superacrescat ei virtus intelligendi. Et hoc augumentũ virtutis intellectiuæ illuminationẽ intellectus vocamus, sicut & ipsum intelligibile vocatur lumẽ, vel lux. Et istud est lumen, de quo dicitur Apo. 21. quod claritas Dei illuminabit eã, scilicet societatẽ Beatorũ, Deũ videntium. Et secundum hoc lumẽ, efficiuntur deifor mes, idest Deo similes: secũdum illud primæ Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum, sicuti est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q lumen creatum, est necessariũ ad videndũ Dei essentiam, non q per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, quæ secundũ se intelligibilis est, sed ad hoc, quòd intellectus fiat potens ad intelligẽdum, per modum, quo potentia fit potentior ad operãdum per habitum. Sicut etiã & lumen corporale necessarium est in visu exteriori, in quantũ facit mediũ transparens in actu, vt possit moueri à colore.

¶ Ad secũdum dicendũ, q lumen istud nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

his facile solu untur: vel à suis autoribus soluta sunt. ¶ Ad primũ Scoti breuiter potest concedi totum: & dici quòd indigentia non est ex parte Dei seu obiecti: sed ex parte intellectus creati. vnde consideratis vtrisque negatur maior.

¶ Ad Secundum dicitur, quòd hic est seruandum illud, Sententiam tene, sed linguam corrige: simpliciter quidem nullum inconueniens est cõcedere, quòd per aliquam formam creatam non tamen vt speciẽ, intellectus creatus naturaliter videt Deũ. Quoniam quilibet habitus, & omnis forma est ex propria natura principiũ proprij actus. Habens enim charitatẽ vt sic, naturaliter diligit Deũ meritorie, &c. Nõ enim minus charitas inclinat ad actũ proprij, quàm cæteri habitus: signũ autẽ naturalitatis est delectatio. Experimur enim nos delectabiliter omnia opera vi: quorum habitus habemus, siue naturales, siue supernaturales. Vemintamẽ ne errandi occasio sumatur, distinguẽdum est, quòd videre Deũ naturaliter per aliquam formam creatam potest intelligi dupliciter. Vno modo per formam creatã & naturalẽ, seu connaturalem. alio modo per formam creatã supernaturalem, & non solũ supernaturaliter. Et quòd primo modo est impossibile, ac refutatum: secundo verò modo est necessarid. Et tale est lumẽ gloriæ, illuminatus quidẽ illo naturalissime videt Deum: adeo vt impossibile sit, non videre illũ flante lumine. Vnde patet, quòd non est simile de cæco illuminato, & de intellectu illuminato; quia ibi vis data est naturalis, licet supernaturaliter data: hic verò vis data est supernaturaliter, & data est supernaturalis.

¶ Ad tertiũ negatur argumentum. est enim sophisma figuræ dictionis: mutat siquidẽ quod in quale, seu ad aliquid. Visio enim Dei creata nõ significat rem absolutè, sed significat actũ in ordine ad agẽs creatum & sic est simile, sicut si arguereturr, Deus producit actũ meritoriũ mediante voluntate & charitate Petri: ergo potest producere illum sine eis.

¶ Ad quartum negatur antecedens: nec probatio aliquid valet, quoniam memoria intellectiua impertinens est scẽlicitati, quæ consistit in actu & non in habitu. Et bene aduerte, quòd Scotus cum sequacibus non potest amplius in hac materia sustinere: quoniam in Clementina, ad nostrũ, de hære. expresse erroris damnantur dicentes, q anima non indiget lumine gloriæ eleuante ipsam ad videndum Deum, vbi cernis Ecclesiam amplexam S. Tho. doctrinam determinasse nõ solum indigentiam luminis, sed causam, scilicet, vt eleuetur anima ad talem visionem, vt in litera dicitur.

¶ Ad primum Durandi, concesso antecedente negatur sequela. Ad probationem dicitur, quod ex peruersa interpretatione, pceditponi enim propter excellentiam obiecti supra potentiã contingit vno modo, vt adæquetur excessus augendo potentiã. Et iuxta hunc sensum procedit probatio, sed contra nullã militat. Alio modo, vt excussus non prohibeat attractionem potentiæ ad tam excellẽs obiectum. Et ad hunc sensum ponitur lumen gloriæ propter excellentiam obiecti supra potentiam. Contra autem hunc sensum manifestè patet probationis proportionatus: iam habita est responsio in litera, in articulo primo in responsione ad vltimum declarando, quomodo intelligitur Proportionis nomen in proposito.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Durandus noluit intelligere illa S. Tho. verba, q secunda, art. 7. Lutiẽ si quidem gloriæ potest dupliciter haberi. vno modo per modum passionis: alio modo per modum habitus. Primo modo nõ ponit hominem extra viam. Secundo modo est propria patriæ dispositio. & ideo quum in solis dispositionibus viæ dicitur, id est in dispositionibus nõ ponentibus hominem extra viam simpliciter intelligitur. Et quòd hæc sit mens vera San. Tho. ex eo liquet, quòd in q. de ve. q. ae. art. 11. ponit idem, quod in quarto: & tamen in eiusdem q. de ve. q. 18. artic. 8. & 9. ae. art. 2. sic exponit. & similiter in Secunda secundæ q. 171. art. 3. quare indubie sic tenendum est.

¶ In responsione ad tertiũ, quoniã subtilis valde doctrina tradit ur, aduerte duo. Primo, quid est tam esse quàm fieri connaturale alicui. Secundo, quæ sit proportio inter lumen gloriæ & diuinam substantiam. esse connaturale est oriri seu

ARTICVLVS VI.

¶ *Virum videntium essentiam Dei vnus alio perfectius videat.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd videntium essentiã Dei vnus alio perfectius non videat: Dicitur enim 1. Io. 3. Videbimus Deũ, sicuti est, sed ipse vno modo est. Ergo vno modo videbitur ab omnibus Non ergo perfectius & minus perfectè.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit in lib. 83. Quæst. * q vna rem non potest vnus alio plus intelligere. Sed omnes videntes Deum per essentiam, intelligunt Dei essentiã. Intellectu enim videtur Deus non sensu: vt suprà habitum est. * Ergo videntiũ diuinam essentiam vnus alio non clarius videt.

¶ 3 Præterea, Quòd aliquid altero perfectius videatur, ex duobus contingere potest, vel ex parte obiecti visibilis, vel ex parte potentiæ visiuæ videntis. Ex parte autem obiecti per hoc quod obiectũ perfectius in vidente recipitur, scilicet secundum perfectionẽ similitudinem, quod in proposito locũ non habet. Deus enim nõ per aliquã similitudinẽ, sed per eius essentiã præsens est intellectui, essentiam eius videti. Relinquitur ergo, q si vnus alio perfectius eum videat: quod hoc sit secundũ differentiam potentiæ intellectiuæ. Et ita sequitur q, cuius potentia intellectiua naturaliter est sublimior, clarius eũ videat. Quod est inconueniens, cum hominibus promittatur in beatitudine æqualitas Angelorum.

¶ SED CONTRA est, quod vita æterna in visione Dei consistit: secundum illud Io. 17. Hæc est vita æterna, &c. Ergo si omnes æqualiter Dei essentiam vident in vita æterna, omnes erunt æquales: cuius contrarium dicit Apostolus 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd videntium Deum per essentiam vnus alio perfectius eum videbit. Quod quidem nõ erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorẽ in vno, quam in alio: cùm illa visio non sit futura per aliquam similitudinem, vt ostensum. * Sed hoc erit per hoc q intellectus vnius habebit maiorẽ virtutem seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius. Facultas autem videndi Deũ nõ competit intellectui creato secũdum suã naturam, sed per lumen gloriæ: q intellectum in quadam deiformitate cõstituit, vt ex superioribus patet. * Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit. Plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate: quia vbi est maior charitas, ibi est maius desiderium. Et desideriũ quo dammodo facit desiderantem aptum & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, pfectius Deum videbit, & beatior erit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q, cum dicitur. Videbimus eum sicuti est: hoc aduerbium sicuti, determinat modũ visionis ex parte rei visæ: vt sit sensus, videbimus eũ ita esse, sicuti est: quia ipsum esse eius videbimus, quòd est eius essentia Non autem determinat modũ visionis ex parte videntis: vt sit sensus, quòd ita etit perfectus modus videndi, sicut est in Deo perfectus modus essendi.

¶ Et per hoc etiã patet solutio ad secũdũ. Cùm enim dicitur, quòd rem vnam vnus alio melius non intelligit, hoc habet veritatem, si referatur ad modũ rei intellectæ: quia quicũque intelligit rẽ esse aliter quã

pullulare ex intrinsecis illius naturæ, vt ex secundo Physi. patet, & in motu elementorum apparet. Fieri verò connaturale est fieri quòd id, quod non fluit ex principiis alicuius, fluat ex principiis eius: hoc autẽ imaginati nullo modo potest, nisi natura transferatur in naturam: sic enim solummodo principia, à quibus aliquid fluit, effici possunt principia eius, à quo non fluit. Proportio inter lumẽ gloriæ & diuinam essentiam, non in esse naturæ, sed in esse intelligibili, est proportio proprij cõnaturalis ad naturã, à qua fluit. Quod sic ex dictis probatur: lumẽ gloriæ nihil aliud est quàm vis vt propria dispositio vnitiua diuinæ essentiæ, vt forma intelligibilis atque factiua visionis diuinæ. Ad hæc enim duo lumẽ gloriæ ponit, pater ex dictis. sed habere diuinã essentiã vt formam intelligibilem & similiter videre Deum, soli Deo est cõnaturale, ergo lumen gloriæ soli diuinæ naturæ cõnaturale est. Et hinc sequitur diuinã essentiam & lumen gloriæ esse eiusdem ordinis, quo ad connaturalitatem: & ista non quamuis ista magis cõueniant in natura, quia forte sunt eiusdem speciei, vt Sortes & Plato, &c. Maior ergo vel minor distantia nihil facit ad propositum. igitur non infinita. Nec decipimur vt secunda obiectio proponit. Quoniam sicut tota latitudo visionis diuinæ essentiæ soli Deo est connaturalis, diuersimodè tamen: quia in summo incommunicabiliter ad extra. Citra summum verò communicabiliter plus & minus in infinitum: sic tota latitudo luminis gloriæ & charitatis, &c similiter tota latitudo habendi diuinam essentiam vt formam intelligibilem soli Deo est connaturalis, sed in summo incommunicabiliter: limitatè autem cõmunicatur, nõ tamen connaturale fit alteri. Sicut & lux acceptetur propria qualitas solis, tota latitudo lucis est connaturalis soli tantùm, sed in summo incommunicabiliter, vt fluat ab illis (si aftra ponantur extraneæ naturæ à solis natura) sed vt sit ex ipsis ex diffusione à luce solari.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore tertiæ. primo proponitur conclusio responsiua quæstionis affirmatiue, scilicet videntium Deum vnus perfectius videbit quàm alius. Secundo excluditur falsa huius causa. Tertiò probatur ex vera causa.

¶ Quòd ad secundum animadueritur, q, idem obiectũ melius ab vno videtur quàm ab alio: sicut experimur, quòd per speciem in aere melius videmur, quàm per eam in aqua, & per meliora ocularia similiter. Secundò etiam oritur potest ex acutiore visu patere. sic nanque ideã statè visibilis cum æqualitate speciei & visiuæ virtutis, impossibile est fingere vnde melior fiat visio. Differentia namque & medium, &c. omnia ad speciei qualitatem spectant, licet ergo primã causã excludit sufficienter, ex hoc, quòd visio illa non est futura per speciem secundum autem amplectitur.

¶ Quòd ad tertium probatur conclusio sic: Videntium Deum vnus alio habet maiorẽ charitatem, ergo maius desiderium. ergo est magis aptus & paratus ad susceptionem Dei. ergo habet maius lumẽ gloriæ, ergo maiorem facultatem ad videndum Deum, ergo perfectius videbit Deum quàm alius. Antecedens suppponitur, prima consequentia nota: est ex terminis cum secunda & tertia, charitas enim ipse est desiderium Dei. Desiderium autem, cõsistit præparationem magnam esse ad desiderati complexũ. lumen verò gloriæ nihil aliud esse, quàm dispositionem ad Dei susceptionẽ, vt iam dictũ est. Et propterea desiderii quantitati respondere oportet: sicut dispositionẽ aptitudini & præparationi. quarta autẽ cõsequentia patet: quia non naturæ, sed gloriæ lumen cõstituit intellectum in quadam Dei formitate. Ex hoc nanque, quòd diuinæ naturæ participes simus possumus ipsũ videre. Vltimum patet ex dictis.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum septimum.*

TItulus in corpore declaratur.

¶ In corpore vna conclusio tripartita sua exigentia negatiue, impossibile est cuiquã, intellectui creato cõprehendere Deum. Probatur. Impossibile est lumen gloriæ creatũ in quocunq; intellectu esse infinitum. ergo impossibile est cuicunque intellectui creato infinitè cognoscere Deum. ergo impossibile est cognoscere quantũ est cognoscibile est. ergo impossibile est comprehendere Deum. Antecedẽs patet. Prima consequẽtia probatur, ex eo quod magis & minus videre Deum, attenditur secundum maius & minus lumen gloriæ: & consequentes infinite videre secundum infinitum lumen gloriæ. Secunda verò consequentia probatur, quia Deus

fit, non verè intelligit: nõ autẽ si referatur ad modũ intelligẽdi: q a intelligere vnius est perfectius quàm intelligere alterius *.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd diuersitas videndi non erit ex parte obiecti: quia idem obiectum omnibus præsentabitur, scilicet Dei essentia. nec ex diuersa participatione obiecti per differẽtes similitudines, sed erit per diuersam facultatẽ intellectus non quidem naturalem, sed gloriosam, vt dictum est *.

ARTICVLVS VII.

¶ *Virum videntes Deum per essentiam ipsum comprehendant.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q videntes Deũ per essentiã, ipsum cõprehendãt. Dicit enim Apost. Philip. 3. Sequor autem, si quomodo cõprehendã. Nõ autẽ frustra sequebatur. Dicit enim ipse 1. Cor. 9. Sic curro non quasi in incertum. Ergo ipse cõprehendit: & eadem ratione alii, quos ad hoc inuitat dicens, sic currite vt comprehendatis.

¶ 2 Præterea, Vt dicit Aug. in li. de videndo Deũ ad Paulinam, * illud cõprehenditur, quod ita totũ videtur, vt nihil eius lateat videntẽ: sed, si Deus per essentiã videtur, totus videtur, & nihil eius latet videntem: cum Deus sit simplex: ergo à quocunque videtur per essentiam, comprehenditur.

¶ 3 Si dicatur, q videtur totus, sed non totaliter, contrà, Totaliter vel dicit modũ videndi, vel modũ rei visæ. Sed ille qui videt Deũ per essentiam, videt eũ totaliter: si significetur modus rei visæ, quia videt eũ sicuti est: vt dictum est *. Similiter videt eũ totaliter, si significetur modus videntis: quia tota virtute sua intellectus Dei essentiã videbit. Quilibet ergo videns Deum per essentiam, totaliter eum videbit. Ergo cum comprehendet.

SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 2. Fortissime magne, potens, dominus exercituum nomen tibi: magnus cõsilio, & incomprehẽsibilis cogitatu. Ergo comprehendi non potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd comprehẽdere Deum impossibile est cuicunque intellectui creato: attingere verò mente Deum qualitercunque, magna est beatitudo, vt dicit Aug.

¶ Ad cuius euidentiã sciendum est, q illud comprehenditur, quod perfectè cognoscitur, perfectè autẽ cognoscitur, q tantũ cognoscitur, quantum est cognoscibile, Vnde, si id, quod est cognoscibile per scientiã demonstratiuã, opinione teneatur, existens aliqua ratione probabili conceptã, nõ comprehenditur, putà si hoc, quod est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, aliquis sciat, p demonstrationẽ cõprehẽdit illud. Si verò aliquis eius opinionem accipiat probabiliter, per hoc q a lapientibus vel pluribus ita dicitur, nõ cõprehẽdet ipsum: quia nõ pertingit ad illũ perfectum modũ cognitionis, quo cognoscibilis est. Nullus autẽ intellectus creatus pertingere põt ad illum perfectũ modum cognitionis diuinæ essentiæ, quo cognoscibilis est, quod sic patet. Vnũquodq; enim sic cognoscibile est secũdũ quod est ens actu. Deus igitur cuius esse est infinitũ, vt suprà ostensum est *, infinitè cognoscibilis est. Nullus autẽ intellectus creat* potest Deũ infinitè cognoscere. Intantũ enim intellectus creatus diuinã essentiã perfectius vel minus perfectè cognoscit, inquantũ maiori vel minori lumine gloriæ perfunditur *. Cùm igitur lumen gloriæ creatũ inquocunq; intellectu creato receptũ non possit esse infinitũ, impossibile est, q aliquis intellectus creatus Deum infinitè cognoscat. Vnde impossibile est q Deum comprehendat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q cõprehẽsio dicitur dupliciter. Vno modo strictè & propriè, secũdũ quod aliquid includitur in cõprehendẽte. Et sic nullo modo Deus cõprehẽditur nec intellectu nec aliquo alio. q a, cùm sit infinitus nullo fini to includi potest *: vt aliquid finitũ eũ infinitè capiat: sicut ipse infinitus est. Et sic de cõprehẽsione nunc quæritur. Alio modo cõprehẽsio largius sumitur, secũdũ q cõprehẽsio in secutioni opponitur. Qui enim attingit aliquẽ, quãdo iam tenet ipsum: cõprehendere eũ dicitur. Et sic Deus comprehenditur à Beatis, secundũ illud Cant. 3. Tenui eum, nec dimittã. Et sic intelliguntur autoritates Apostoli de cõprehensione. Et hoc modo cõprehẽsio est vna de tribus dotibus animæ, quæ respondet spei, sicut visio fidei, & fruitio charitati.

Nõ enim apud nos omne, q videtur, ita tenetur vel habetur, quia videtur interdum distantia, vel quæ nõ sunt in potestate nostra. Neque iterũ omnibus, quæ habemus fruimur: vel quia nõ delectamur in eis: vel quia non sunt vltimus finis desiderii nostri: vt desiderii nostrũ impleant & quietent. Sed hæc tria habent Beati in Deo q a & videntipsum: & video to tenẽt sibi præsentem, in potestate habẽtes semper eum videre: & tenentes fruuntur sicut vltimo fine, desiderium implentes.

¶ Ad secũdum dicendum, q non propter hoc Deus incõprehensibilis dicitur, quasi aliquid eius sit, quod nõ videatur: sed quia non ita perfectè videtur, sicut visibilis est: sicut, cu aliqua demõstrabilis propositio per aliquam probabilem rationẽ cognoscitur, nõ est aliquid eius, quod nõ cognoscatur, nec tubiectũ, nec prædicatum, nec cõpositio, sed tota nõ ita perfectè cognoscitur, sicut cognoscibilis est. Vnde Aug. * diminuendo cõprehensionem dicit, q totũ comprehenditur videndo: quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumspici vel circũscribi possunt: tunc enim fines alicuius circumspiciuntur, quando ad finem in modo cognoscendi illam rẽ peruenitur.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd totaliter dicit modũ obiectinon quidem ita, q totus modus obiecti non cadat sub cognitione, sed quia modus obiecti non est modus cognoscentis *. Qui igitur videt Deũ per essentiam, videt hoc in eo, quod infinite excedit eũ inite cognoscibilis est. Sed hic infinitus modus nõ competit ei, vt scilicet ipse infinitè cognoscat. Sicut aliquis probabiliter scire potest aliquam propositionem esse demonstrabilem, licet ipse eam demonstratiue non cognoscat.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Virum videntes Deum per essentiam, omnia in Deo videant.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd videntes Deum per essentiam omnia in Deo videant. Dicit enim Greg. in 4. Dial. * Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident? sed Deus est videns omnia Ergo qui vident Deum omnia vident.

¶ 2 Item, Quicũque videt speculũ, videt ea, quæ in speculo resplendẽt. Sed omnia, quæcunq; fiunt, vel fieri possunt, in Deo resplendẽt, sicut in quodam speculo: ipse enim omnia in seipso cognoscit. Ergo, quicũque videt Deum, videt omnia, quæ sunt & quæ fieri possunt.

¶ 3 Præterea, Qui intelligit id, quod est maius, potest intelligere minima, vt dicitur 3. de Anima *. Sed omnia quæ Deus facit vel facere potest, sunt minus, quam eius essentia. Ergo, quicunque intelligit Deum, potest intelligere omnia, quæ Deus facit. vel facere potest.

¶ 4 Præterea, Rationalis creatura omnia naturaliter scire desiderat. Si igitur videndo Deum nõ omnia sciat, non quietatur eius naturale desiderium. Et ita videndo Deũ non erit beata: quod est inconueniens. Videndo igitur Deum omnia scit.

¶ SED CONTRA est, quod angeli vidẽt Deũ per essentiã, & tamen nõ omnia sciunt. Inferiores enim angeli purgantur

est infinite cognoscibilis: quia est infinitæ entitatis & actualitatis. Tertia autem probatur inductione in propositione scibili, quæ in opinione teneatur, nõ perfectè cognoscitur. Quarta autem probatur ex diffinitione ipsius comprehendere, q, scilicet est perfecta cognitio.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum octauum.*

INritulo, ly omnia distribuit pro omnibus rebus rerumque rationibus absolutis, & respectiuis, realibus & rationis non solũm quæ sunt quocunque modo, sed quæ non implicant cõtradictionẽ esse, id est, pro omnibus simpliciter: ly in Deo intelligitur obiectiuè: ita quod in hoc obiecto, quod est Deus videant omnia inclusa in eo quomodolibet.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæstionis negatiue. Nullus intellectus creatus videre potest in Deo omnia, sed plura vel pauciora iuxta modum videndi Deum. Probatur, Quæcunq; videntur in Deo videntur secundũ quod sunt in ipso, ergo videntur vt effectus virtualiter contenti in causante: ergo plura vel pauciora, secundum quod perfectius vel minus perfectè videtur Deus, ergo non omnia nisi Deus totaliter cõprehendatur, ergo à nullo intellectu creato videri possunt omnia in Deo, sed plura vel pauciora iuxta modum videndi ipsum:

Antece-

a 80

a 82

60a 70c 424 430

4. dist. 49. q. 2. ar. 4. & 3 con. cap. 56.

* qõ. 31. tom. 4

* arti. 3. huius q.

4. dist. 49. q. 1. ar. 1. Et 3. cõ. 12. c. 13. & ver. q. 2. arti. 2.

* epistola 111. c. 2.

* Arti. 2. huius q.

* Articu. Præced.

* Articu. Præced.

61

*ibidem

* q 7. artic. 1.

60

62

4. dist. 49. 2. ar. 1. Et veri. q. 2. arti. 4. & 3. cõt. ca. 14. & 57.

* Ca. 33.

*ibidem

* rex. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antecedens patet: consequentia prima probatur: quia omnia sunt in Deo vt in causa eminentissima. Secúda verò probatur: quia, quãto aliqua causa perfectius cognoscitur, tanto plures in ea effectus videntur. Et manifestatur hoc ex differentia intellectuum humanorum circa propositum aliquòd principiũ multarũ conclusionũ. Tertia ex secunda euidenter sequitur. quarta autem probatur: quia nullus intellectus creatus potest Deum comprehendere.

Circa primam consequentiam dubium occurrit ex Scoto, & cæteris doctoribus in Deo esse res vt in speculo volutantes. Formatur quæ ratio ventra literã sic: Res sunt in Deo non sohum vt in causa, sed vt i speculo voluntario, ergo: sophisma cõsequentis cõmittitur, inferendo, ergo res in Deo videntur præcisè vt in causa. Constat enim q; ly præcise subintelligitur in litera. Alioquin non inferret intentum, vt patet. Antecedẽs probatur & autoritate August. in lib. de videndo Deum. Deus est speculum voluntariũ, & si vult videtur: & si nõ vult, non videtur & ratione: quia Deus representat omnia distincte vt speculum & non indistincte tantum vt causa & propterea cum totus literæ processus fundetur super hoc, quòd Deus repræsentet non nisi vt causa indistincte, nuere videtur.

¶ Ad euidentiam huius scito ex quæst. de ver, quæst. 12. artic. sexto, q̃ res sunt in deo proprie vt in causa. Metaphoricè autem in speculo. Deus enim est verè & propriè causa, non est verè & propriè speculum, sed metaphoricè. ℣ Dicitur enim speculum, quia distincte repræsentat: sed non est proprie speculum quia non repræsentat, impressa ab alio, vt speculi ratio habet, propter quam conditionem verbo Dei à patre procedenti speculum appropriatur, Sapien. 7. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula: vt pote patris expressa imago. Constat autem ex Dion. & August. theologiam symbolicam non esse argumentativam. nihil igitur ex hoc metaphorico nomine efficax inferri potest. Ad autoritatem ergo Aug. dicitur, quòd est locutio metaphorica: propter illam conditionem: quia scilicet distincte repræsentat. Voluntarium autem dicitur ratione voluntariæ collationis suimet gloriæ: & tanti luminis. Et hoc respectu visionis beatæ: respectu verò nouarum reuelationum Deus non concurrit obiectiuè, sed causaliter: & propterea omnino est voluntarium, & quasi speculum exemplare.

¶ Ad rationem autem in oppositum dicitur, quòd verè peccat secundũ fallaciã consequentis: ac si repræsentare distincte vno modo contingat, scilicet sicut in speculo. Vbi scito quod repræsentare distincte dupliciter contingit.

℣ Vno modo, quod distinctio se teneat ex parte repræsentantis, vt apparet in speculo, in quo quælibet species repræsentans aliquid, remanet distincta à specie repræsentante aliud in eodem speculo. Alio modo ita quòd distinctio se teneat ex parte repræsentatorum: vt si dicamus, anima intellectiua repræsentat distincte formam corporeitatis, & formam mixti, & animam vegetatiuam, & animam sensitiuam. hæc enim non habent in natura intellectiuæ animæ distincta fundamenta similitudinum illarum ad eam, sed per vnum & idẽ natura animæ intellectiuæ omnibus respondet vna similis non minus quàm si singulorum proprium similitudinis fundamentum haberetur. anima enim repræsentat proprias conditiones cuiusque, ac si singulorum adæquata esset species. Et ratio est: quia excedere non impedit perfectionẽ repræsentandi: nihil enim minus species albi repræsentaret ipsum, si cum hoc per idem repræsentaret etiam nigrum. Peccat ergo ratio dupliciter. Primò, quia ex sensu metaphorico arguit. Secundò, quia tantis: quod distincte repræsentare nõ sit nisi distinctio ex parte repræsentis non habet in sua natura effectus suos distincte ex parte sui, sed ex parte effectuum: quia ipse est actus perfectissimus omnia virtualissimè præhabens. & ex perfectione tam eminẽte habet, q̃ ita est proprium exemplar huius, & illius, id est, ita propria huius & propria illius habet, ac si singulorum distinctum exemplar esset. Vnde consequentia literæ intelligitur cum ly præcise, vt argumẽdo. dicitur. & optima est quia in Deo omnia alia à se non sunt nisi indistincte & virtualissime quod est esse virtualiter in causa. Hæc enim est vera veritas secundum Theologiam & Philosophiam: vt in quæst. 14. S. Tho. dicet. Et bene nota: quoniam sine hoc fundamento semper errabis de Deo, & aliis in eo existentibus aut visis loquens, & in pueriles vulgaresque ioquacitates incides.

Circa probationem secundæ consequentiæ dubium occurrit. Nam Scotus in 3. dist. 14. q. 1. dicit q̃ hæc probatio continet fallaciam consequentis. Quoniam dato quòd sit verũ, quòd in litera dicitur, scilicet quòd cognoscens perfectius causam, plures effectus in ea videat, non propterea sequitur esse verum è cõuerso, scilicet, quòd cum qui plura videt oporteat causam perfectius videre. Et tamen totus procedit fundatur super hãc propositionẽ subintellecta, & nõ super illã expressè positã in litera. Quòd autem ista propositio conuertens illã sit falsa, probat Scotus ibidẽ triplici ter in cõmuni. Primò, Causa inquantum causa, nullam perfectionem accipit à causato: quia est prior, ergo cognitio principii, vt est causa nõ perficitur per cõgnitionem conclusionum.

¶ Præterea, Accipio vnum principium cognitum in aliquo gradu, & quæro, vtrũ eius cognitione non aucta possit per ipsum cognosci alia, hæc, habetur propositum: & si vna, pari ratione possunt alia in eo cognosci absq; perfectiori notitia principij: si nõ, ergo in hoc gradu cognitum principium nõ est principii: quia nullius est principium.

¶ Præterea. Primo posteriorum quid est supponitur, & quia est passionis scitum: sed cognitio, quid est, nõ perfectioris quia, ergo notitia principij non fit perfectior propter hoc q̃ sciatur scire principatum.

¶ Durandus quoque & Gottifre. cõtra eandem instant probationẽ: pro quãto innititur manifestationi illi de principio & cõclusionibus. Tũ quia non simile est quòd ad contineri: quoniã conclusiones continentur in principio, in potentia & confuse. in causa autem prima effectus cõtinentur in actu & distincte. Tum quia non est simile quo ad cognosci: quoniam in principio nõ cognoscuntur conclusiones in actu, nisi factæ deductione, subsumptione, applicatione, &c. in prima autem causa simpliciter effectus videntur.

¶ Ad horum euidentiam scito, quòd videri aliquid potest dupliciter. Vno modo in seipso obiectiuè, sicut speculum oppositum visui, videtur in seipso. Alio modo in alio obiectiuè: sicut res post tergum videntis sitæ, videntur in speculo. Videntur enim non in se, sed in sibi similibus speciebus in speculo relucentibus: & sicut est in corporalibus, ita in spiritualibus. In proposito igitur nõ est sermo de omnium visione in seipsis, sed in alio obiecto, scilicet, non tamen vt in speculo sed vt in causa: vt ex dictis patet. Videri autem aliquid in vel ex causa, intelligimus non qualitercunque se habẽte visa causa ad effectus visionem, sed ita se habeat vt per se sufficiens causa illius. Alioquin non ex vi visionis causæ videretur effectus, sed aliunde. Hoc autem stante declaratur intentum sic: Idem manens idem semper, quantum est ex se, facit idem, ergo causa cognita in aliquo gradu manens eadem omnino tam in esse quàm in cognosci, semper faciet idem. ergo impossibile est, quòd vr sic, faciat cognosci aliquem effectum, quem à principio cognosci non fecit. ergo non potest plurium effectuum notitiam parere, nisi mutata: sed non in esse, ergo in cognosci. & non in minus, vt patet: ergo in magis cognosci: quod est intentum. Vnde patet quod plura videre in causa & perfectius videre causam, sunt conuertibiliter se consequentia. quoniam & à perfectius causam videt plura in ea videt: & si plura in ea videt, perfectius ipsam videt. Alioquin plura in eo videre esset effectus sine causa. Si enim perfectior modus viuendi causam huiusmodi causa non est, aliqua alia causæ noua dispositio huius effectus causa erit, nec facile erit fingere illam dispositionem in esse vel in cognosci.

¶ Ex his autem iam patet responsio ad Scotum. In concessibilibus enim nõ cadit sophisma consequentis: sed vno posito tel iquum poni intelligitur.

¶ Ad obiectiones autem, quas facit contra veritatem manifestam, quæ est vera in causa & effectibus, & in principio: non solum in cognoscendo, sed essendo: & conclusionibus facile respondetur, dicendo: quòd Scotus aut fuit aut simulauit se cæcum. Aliud est enim notitiam conclusionum in, aut ex principio vt causa sufficiente præexigere perfectiorem notitiã principij. Et aliud est facere ipsam perfectiorem. Hæc enim distant plusquam cœlum & terra. In litera docetur primum, & non secundum. Et arguens in prima & tertia ratione impugnat secundum tantũm. Vnde breuiter concedatur gratis: quòd nec cognitio principij vt causæ, perficitur per notitiam conclusionis: nec quòd notitia quid est, perficitur per notitiam quia est, quæ est demonstrationis effectus: sed vtrobique cæteris paribus supponitur maior notitia principij, & quicquid est: si ex vi cognitionis ipsorum illa sciuntur modo & prius non.

¶ Ad secundã verò obiectionẽ quæ interrogat: vtrum pars respõderi possit. Primò dicendo, q̃ principium in aliquo gradu cognitũ vt sic, nullius est principium in cognoscendo actu propter imperfectionem cognitionis, & non ex natura illius principij. hoc enim nullum inconueniens est. Secundò, dato, quòd in quolibet gradu cognitum sit principium alicuius conclusionis etiam in cognoscẽdo, negatus sequela. ergo ipsum, non aucta eius cognitione, erit principium cognoscendi vniam aliam. & si quæratur, quare est, quòd ad aliquam conclusionẽ sufficiat minima visio principij, & ad aliã non? respõder Sanct. Thom. in quæstionibus de ver. q. octa. arti. 4. ad duodecimum, q̃ visa causa in promptu est vnde aliquas cõclusiones in aut ex ea percipiamus: quia sunt manifestius in ea, nõ sic autem est de omnibus: quia multi sunt latentiores effectus: vt experientia testatur.

¶ Ad primam autem argumentorum obiectionem dicitur, quòd nõ est similis continentia: quoniã principium demonstrationis inquirum habet vim actiuã respectu cõclusionum, cõtinet eas in actu: & cõsequenter nõ cõtinet, sed distinctè ex parte contentorum in suo tamen ordine. Commune est enim omni causæ actiuæ cõtinere effectus in actu formaliter vel eminenter.

¶ Ad secundam autem dicitur, quòd licet multa referat, cognosci ex alio, & cognosci in alio, & per discursum & sine discursu, &c. quòd ad notitiam tamẽ pluralitatis effectuum propter causam notam: nita quòd ly propter denotet causam sufficientem: nihil refert. Par enim est iudicium cæteris paribus. Et propterea litera vtrumque nieminit & cognitionis in alio: quasi per totũ, & cognitionis ex alio: in manifestatione adducta de principio demonstrativo. Posset etiam dici, quòd litera intendit de cognitione in alio tantùm: & quòd etiam conclusiones cognosci possunt in principio, & non solùm ex principio, vt patet in termino scientiæ: vbi resolutis conclusionibus in principijs videntur omnia. Et quòd si quis in principio viso, plures videre incipit cõclusiones, ille proculdubio absq; omni discursu perfectius principiũ penetrat, & angelicæ potius quàm humanæ naturæ est: quoniam illius est intelligere: nostrũ est ratiocinari. Nec obstat q̃ litera nominet cognitionem ex principio: quoniã declaratio est à posteriori. Et hoc enim, quod experimur, quòd cognoscere ex principio plura proueniẽ ex maiori cognitione principij, signum habemus, quòd cognoscere plura in causa non nisi ex maiori causæ cognitione procedit: quia si de quo minus videtur & inest, ergo de quo magis. non ergo adductum est principium demonstrationis, vt simile causæ in cognitionis modo respectu conclusionum, &c, sed vt signum à posteriori, quare taceant mordaces.

Circa tertiam consequentiam dubium ex propriis ipsius diuinæ cognoscibilitatis occurrit. primò ex Aureolo & Gottifre directè contra consequentiã sic: Cognoscere omnia in Deo habet latitudinem, ergo nõ infert comprehẽdere Deum: quòd stat in indiuisibili. consequentia nota, & antecedens probatur. Cognoscere omnia in Deo contingit dupliciter, & habendo cognitionẽ infinitam extensiuè. & habendo cognitionem infinitam intensiuè, quæ sola est cõprehensio: quia perfectio cognitionis penes intensionem attenditur per se loquendo: ergo cõtingit cognoscere omnia in Deo clarè & magis clarè & infinitæ clarè, quod est comprehendere. habet igitur visio omnium in Deo latitudinem. Et confirmatur, omnia alia à Deo si ponerentur, nõ adæquarẽt in essendo, Dei infinitum esse, ergo si omnia ponantur cognosci, non adæquant eius cognoscibilitatem ergo non sequitur comprehensio ex cognitione omnium.

¶ Scotus quoque vbi suprà dupliciter contra hoc arguit. Primò sic, Si A insunt B. & C. ordine quodã. ita q̃ B. sit tota ratio, quare inest C. si videns B. non comprehendit A. ergo multo minus videns C. comprehendit A. Exemplum de subiecto & de duabus passionibus, quarum vna inest mediante alia, si videns primam non comprehendit subiectum, ergo nec videns secundam, Sed Deo inest infinitas intensiua, & eo sunt omnia: & infinitas intensiua est, ratio quare in eo sunt omnia. & ad videre in infinitatem intensiuam, non sequitur comprehensio Dei, vt patet. ergo nec ad videre omnia in Deo sequitur Dei comprehensio.

¶ Secundo sic: Cognoscens vnum effectum in verbo non comprehendit illũ effectum, nec verbum, vt est illius causa: ergo quotcunque effectus cognoscat, nõ comprehendet vllum eorum, nec verbum vt est causa alicuius eorum. ergo cognoscens omnes non comprehendit nec eos nec Deum.

¶ Ad euidentiam horũ scito, quòd videre omnia est non solum videre quoc, sed quantum potest diuina virtus: quoniam ibi est non solum extensio secundũ numerum sed intensio secundum perfectionem: quoniam Deus non solùm potest quocunque facto facere aliud, sed quocunque facto potest semper facere perfectius, vnde quamuis impossibile sit omnia fieri, siue in esse, siue in cognosci: hæc tamen conditionalis est vera, quòd si fierent, fieret adæquatus effectus diuinæ potentiæ. & similiter si cognoscerentur, cognosceretur adæquatus effectus eiusdem. Constat autẽ quod cognitio adæquato effectu alicuius, virtutis ipsam virtutem cõprehendere facile est. Quod si sic accidit ex cognitione omnium in se, multo magis cognitio omnium in causa præsupponit cõprehensionem ipsius causæ. Quoniam tanta præsupponitur cognitio, quanta est vis causandi: alioquin ex notitia effectus adæquatus, id est, vnius talis a possibilium nesciretur.

His autem præliabatis, ad primum negatur antecedens. Probatio autem assumit aut supponit vnum falsum, quod potest in Deo sciri quot, absq; eo quod sciatur quanti potest. hoc enim demonstratum est esse falsum. Videre igitur omnia in Deo & Deum infinite, mutuo se consequuntur,

¶ Ad confirmationem potest dici dupliciter. Primo negando consequentiam vltimam: quia licet ex cognitione omnium nõ sequatur comprehensio, sequitur tamen ex cognitione omnium in Deo, seu causa. Et de hac est sermo nõ de illis. Videtur quoque mihi quod possit dici secundo, quod omnia adæquare diuinum esse aut cognosci, potest dupliciter intelligi: vno modo quòd æqualis sit entitas aut cognoscibilitas Dei & illorum. Et hoc modo non adæquarent, Alio modo, quòd cognoscibilitas Dei seu diuinæ virtutis vt sic, non esset maioris cognoscibilitatis quàm eius quàm repræsentarent omnia: sicut dicimus, quòd intelligere est effectus adæquatus animæ intellectiuæ, & tamen nõ est æqualis entitatis nec cognoscibilitatis primo modo sed secundo: & hoc modo omnia adæquarent diuinum esse, & diuinam cognoscibilitatem. Verum, vt dictum est, cõtradictionẽ implicat omnia fieri siue in esse siue in cognosci. sem p enim quocũq; facto potest aliud. atq; perfectius facere: & quocũque reuelato, potest aliud reuelare, inexhaustibilis quippe est diuina virtus.

¶ ad primũ Scoti dicitur, quòd maior est vera seruato eodẽ modo essendi in non autẽ variato. In his enim quæ formaliter alicui insunt ordine quodam, &c. propositio illa est vera & propterea tenet in exemplo adducto. In his autem, quorum primum inest formaliter, & secũ quòd earum similitudinibus informetur.

¶ Præterea, Ea quæ prius vidimus, memoriter tenemus. Sed Paulus videns in raptu essentiã Dei (vt dicit Aug. 12. super Gene. ad literã) postquã desiit essentiã Dei videre, recordatus est multorum, quæ in illo raptu viderat: vnde ipse dicit q̃ audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. 2. Cor. 12. Ergo oportet dicere, q̃ aliquæ similitudines eorum, quæ recordatus est in eius intellectu remanserint. Et eadẽ ratione, quando præsentialiter videbat Dei essentiam, eorũ, quæ in ipsa videbat aliquas similitudines vel species habebat.

¶ SED CONTRA est, q̃ per vnam speciem videtur speculum, & ea, quæ in speculo apparent, sed omnia sic videtur in Deo sicut in quodam speculo intelligibili. Ergo, si ipse Deus non videtur per Aliquã dum causaliter, vera nõ est. Quoniam sicut à priori visio causæ infert visionem formaliter existentium in ea, non autem omnium contentorum virtualiter in illa: quoniam illa manifestè in ea apparent, hæc autem latent in virtualitate eorũ. ergo, visio omnium virtualiter contentorum in causa, infert à posteriori comprehensionem causæ: visio autẽ formaliter inexistentium infert visionẽ tantùm ipsius causæ: quia illa sunt de otdine latentium: ista verò manifestorũ in causa. Et propterea quando B. inest formaliter A causæ, & C. inest virtualiter, sat q̃ visio bene inferat comprehẽsionem A. & tamen visio C. infert illam. Sic autem est in proposito: quoniam infinitas intensiua est in Deo formaliter: omnia autẽ sunt in eo non formaliter, sed virtualiter. Et consequenter illa patet, visio Deo: & contra. Ista autem quia latenter insunt, iuxta modum visionis Dei videntur, Et propterea visio illorum omnium in causa, vt pote de ordine occultorũ præsupponit comprehensionem eius nõ autem visio finitatis. Variato igitur modo essendi in falsa est illa maior, hic autem constat variari: ergo.

¶ Ad secundum eiusdem dicitur, quòd comprehendere aliquem est-illum, potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd cognoscatur ipsum secundum omnia etiã possibilia per potentiam in eo existentem. Alio modo quòd cognoscatur ipsum secundũ omnia ista possibilia quomodolibet: siue per potentiã in se, siue in alio. Si primo modo sumitur comprehendere, nego quòd videns lapidem in verbo, non comprehẽdat ipsum. Dico enim quòd anima Christi videt in verbo omnẽ creaturam, & qui quid est in potentia eius. Et consequenter comprehendit omne creatum primo modo. Et eadem ratione comprehendit verbum, vt est illius. vt sic, causa. Cuius signum est, quòd ad comprehendendum hoc non exigitur q̃ perfectius videat verbum: nec hoc est comprehendere Deum nisi secundum quid, quod non inconuenit. Si autem sumatur comprehendere, secundo modo, sic negatur vltima consequentia: quoniam aliquis, & aliqui effectus quodcunque non sunt adæquatum obiectum diuinæ potentiæ. omne autem possibile est eius obiectum adæquatum, & effectus adæquans. Et propterea non est idẽ iudicium de vno aut aliquibus & omnibus: sicut nec de inadæquato. effectu. Peccat ergo argumentum ab inæquali ad æquale arguens. Cognoscere enim inæqualem effectum in causa: quamuis non præexigat comprehensionem illius, cognoscere tamen æqualem præexigit. Multa alia argumenta in hac materia habes in Capreolo in tertio distinctio. decimaquarta quæstione secunda. Et in quarto distinctio. quadragesima, nona. quæst. sexta. vide ibi: hæc enim loco huic opportuna visa sunt.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum nonum.*

Titulus clarus est, intendit enim per aliquas similitudines & species intelligibiles præter ipsam diuinam essentiam.

¶ In corpore vna conclusio respondens quæstio negatiuè: Videntes Deum non vident in eo alia per species eorum, sed per ipsam diuinam essentiam intellectam

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis duodecimæ Articulum decimum.

TItulus clarus ex dictis.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè. Omnia quæ videntur in verbo non successiuè, sed simul videntur. Probatur: Omnia visa in verbo videntur nõ per proprias species, sed per solam essentiam diuinam. ergo

similitudinem, sed per suam essentiã: nec ea quæ in ipso videntur, per aliquas similitudines siue species videntur.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ videntes Deum per suam essentia, ea quę in ipsa essentia Dei vident, non vident p aliquas species, sed per ipsam essentiam diuinam intellectui eorũ vnitã[c]. Sic enim cognoscitur vnumquodque, secundum q̃ similitudo eius est in cognoscente. Sed hoc contingit dupliciter. Cũ enim quæcũq; vni & eidẽ sunt similia, sibiinuicẽ sint similia, virtus cognoscitiua dupliciter assimilari põt alicui cognoscibili[c]. Vno modo secundum se, quando directè eius similitudine informatur. Et tunc cognoscitur illud secundum se. Alio modo secundum q̃ informatur specie alicuius quod est ei simile. Et tũc nõ dicitur res cognosci in seipta, sed in suo simili. Alia enim est cognitio, qua cognoscitur aliquis homo in seipso, & alia qua cognoscitur in sua imagine[c]. Sic ergo cognoscere res per earũ similitudines in cognoscente existentes, est cognoscere eas in seipsis seu in propriis naturis, sed cognoscere eas prout earum similitudines præxistunt in Deo, est videre eas in Deo. Et hæ duæ cognitiones differunt. Vnde secundũ illã cognitionẽ, qua res cognoscũtur à videntibus Deũ p̃ suã essentia, in ipso Deo nõ videntur per aliquas similitudines alias, sed per solam essentiam diuinam intellectui præsentem: per quam & Deus videtur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ intellectus creatus videntis Deum assimilatur rebus quæ videtur in Deo: inquãtum vnitur essentiæ diuinæ: in qua rerum omnium similitudines præxistunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aliquæ potentiæ cognoscitiuæ sunt, quæ ex speciebus primo conceptis alias formare possunt. Sicut imaginatio ex præconceptis speciebus montis & auri, formatspeciem montis aurei: & intellectus ex præconceptis speciebus generis, & differentiæ, formatrationem speciei. & similiter ex similitudine imaginis formare possumus in nobis similitudinẽ eius, cuius est imago. Et sic Paulus vel quicunque alius videns Deum, ex ipsa visione essentiæ diuinæ potest formare in se similitudines rerũ, quæ in essentia diuina videntur. Quæ remanserunt in Paulo etia postquam desiit Dei essentiam videre. Ista tamen visio, qua videntur res per huiusmodi species, sic cõceptas, est alia a visione, qua videntur res in Deo.

ARTICVLVS X.

¶ Virum videntes Deum per essentiam, simul videant omnia, quæ in ipso vident.

CONtra conclu. huius literæ Scotus in tertia distinctio. decima quarta, quæstione secunda, tenens quòd anima Christi nõ omnia simul in verbo, sed successiuè ad quodcunque se voluerit conuerti, videat: arguit dupliciter. Primo sic: Experimur quòd attentio circa plura obiecta simul, est minus perfecta: ergo impossibile videtur potentiam finitam perfectã attentione videre infinita simul. Secundò sic, actualiter videre infinita: ergo perfectio illius animæ in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod videtur inconueniens.

¶ Ad hæc breuiter, supponendo quòd anima Christi videat in verbo infinita, vt etiam argumenta supponunt, & est verum: facilè respondetur, quòd attentio circa plura, vt plura intelligibilia, est minus perfecta simul: sed non circa plura vt vnum intellectum. Quæcunque autem vnica specie intelliguntur, vt vnũ intelligibile obiectiuntur. Vna enim species vnum intelligibile per se est: nec est multa nisi vt vnum sunt. Et propterea videre siue plura, siue infinita in vno non minuit attentionem circa singula in illo: quoniam non ponunt in numerum, nec inter se, nec cum illo, vt vila in eo. Et hoc bene nota. Vnde vana est ista alia cautela ficta à Scoto ad impediendum multa simul intelligere. Diminutio siquidem attentionis ex diuersitate speciẽrũ causatur, cum vnitate enim speciei stat perfectissima attentio.

¶ Ad secundum verò & p̃ potest negari consequentia. videre enim finita aut infinita in Deo non specificat aut per se modificat, seu quantificat visionem Dei: sed eius causa, scilicet perfectius vel imperfectius videre Deum. Nec valet, videt ideo perfectè, vt videat infinita. ergo videt infinitè: quoniã, effis infinitis vnius ordinis, restant infinita alterius ordinis: & vide illis, restat alia. Et vt patuit, nunquã omnia videri possunt. Et potest negari destructio consequẽtis. Anima quippe Christi, vt aliis videtur & est, excedit in infinitum omnes alias animas & Angelos: nõ ficet infinitũ habet gloriæ lumen, sed sicut res superioris ordinis excedit omnia inferioris ordinis: quia scilicet si in infinitũ inferiora crescerent, nunquam adæquarent rem superioris ordinis, vt pat̃ inductiuè. Christus enim est caput sup̃ omnem Ecclesiam triumphantem, &c.

64 2. concl. 38. & 39.

* cap. 2.

* cap. 4. num. 11. cap. 4. 25.

65

ARTICVLVS XI.

¶ Virum aliquis in hac vita possit videre Deum per essentiam.

ADVNDECIMVM sic p̃ceditur. Videtur q̃ aliquis in hac vita possit Deũ per essentia videre. Dicit enim Iacob Gene. 32. Vidi Deũ facie ad faciem. Sed videre facie ad faciẽ, est videre per essentiam, vt patet per illud, quod dicitur 1. Corin. 13. Videmus nunc per speculum & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Ergo Deus in hac vita per essentiã videri potest.

¶ 2 Præterea, Numer. 12. dicit Dominus de Moyse, Ore ad os loquor ei. Sed qui ore ad os loquitur Deo palam, & nõ per ænigmata & figuras, videt Deum. Sed hoc videre est, Deum per essentiam videre. Ergo aliquis in statu huius vitæ potest Deũ per essentiam videre.

¶ 3 Præterea, Illud, in quo alia omnia cognoscimus & per quod de aliis iudicamus, est nobis secundum se notum. Sed omnia etiam nunc in Deo cognoscimus. Dicit enim Augustinus duodecimo Confes.* Si ambo videmus verũ esse quod dicit: & ambo videmus verum esse quòd dico, vbi quæso illud videmus? Nec ego in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quę supra mentes nostras est, incõmutabili veritate. Idẽ etiam in libro de vera religione* dicit, q̃ secũdum veritatem diuinam de omnibus iudicamus. Et duodecimo de Trini. dicit, q̃ rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales & sempiternas[c]. Quæ nisi supra mentem essent incommutabiles profecto non essent. Ergo & in hac vita ipsum Deum videmus.

* cap. 31.

* cap. 2.

¶ 4 Præterea, Secundum Augustinum 12. super Gen. ad literam*, Visione intellectuali videntur ea, quæ sunt in anima per suam essentiam. Sed visio intellactualis est de rebus intelligibilibus, non per aliquas similitudines sed per suas essentias, vt ipse ibidem dicit. Ergo, cùm Deus sit per essentiã suam in anima nostra, per essentiam suam videtur a nobis.

* 12. cap. 25. & præced.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 33. Non videbit me homo & viuet, glo. Quanditu hic mortaliter viuitur, videri per qualdã imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quod ab homine puro Deus videri per essentia non potest, nisi ab hac vita mortali separetur. Cuius ratio est: quia, sicut supra dictũ est*: modus cognitionis sequitur modũ naturæ rei cognoscentis. Anima autẽ nostra quãdiu in hac vita viuimus, habet esse in materia corporali. vnde naturaliter nõ cognoscit aliqua, nisi quę habent formam in materia[c]: vel quæ per huiusmodi cognosci possunt manifestũ est autem quòd per naturas rerum materialium diuina essentia cognosci non potest. Ostensum est enim supra*, quòd cognitio Dei per quãcũq; similitudinem creatam non est visio essentiæ ipsius. Vnde impossibile est animæ hominis, secundum hanc vitam viuentis, essentia Dei videre. Et huius signũ est, quòd anima nostra, quãto magis a corporalibus abstrahitur, tãto intelligibiliũ abstractorũ fit capacior[c]: Vnde in somniis & alienationib[b] a sensib[b] corporis magis diuinę reuelationes percipiũtur. & prçui

* Arti. 4. huius quæstio.

* cap. 25.

* cap. 31. & 2. huius quæstio.

424

b

435

66

ARTICVLVS XII.

¶ Virum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus.

ADVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod p̃ naturalem rationem Deũ in hac vita cognoscere nõ possimus. Dicit enim Boe. in li. de consol.* q̃ ratio nõ capit simplicẽ formã: Deus autem maxime est simplex forma, vt supra ostensum est*. Ergo ad eius cognitionem non sufficit naturalis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia dicimur in Deo videre, & secundum ipsum de omnibus iudicare, inquãtum per participationẽ sui luminis omnia cognoscimus & diiudicamus. Nam & ipsum lumẽ naturale rationis participatio quædã est diuini luminis, sicut etiam omnia sensibilia dicimus videre & iudicare in Sole, id est, per lumen Solis. Vnde dicit Augustinus primo Soliloquiorum*, Disciplinarum spectamina videri non possunt: nisi aliquo velut suo Sole illustrentur, videlicet Deo. Sicut ergo, ad videndum aliquid sensibiliter, nõ est necesse q̃ videatur substantia Solis, ita ad videndum aliquid intelligibiliter nõ est necessarium, quod videatur essentia Dei.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ visio intellectualis est eorũ, quæ sunt in anima per suã essentiã, sicut intelligibilia in intellectu. Sic autem Deus est in anima Beatorũ, nõ autem in anima nostra, sed per præsentiã, essentiam, & potentiam.[c]

* cap. 8.

49

In Boe. tri. q̃. 1. art. 2. Et 1. dist. 3. q. 1. artic. 2. * libr. 5. prof. 4. * q. 1. art. 3.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito negatiuè. Deus non potest videri per essentiam ab homine puro in hac vita mortali. Vbi nota duos terminos, ly puro, propter Christum, qui simul erat viator & comprehensor: ly mortali, propter statum hominum post resurrectionem, in quo corpus non impediet visionem Dei per essentiam. Probatur autem conclusio dupliciter. Primò, à priori. Modus cognitionis sequitur modum naturæ cognoscentis. ergo modum essendi animæ nostræ, quo est in corpore mortali, sequitur cognoscere formas in materia, aut per eas. ergo nõ potest in statu tali videre Deum per essentiam. Antecedens cum prima consequentia patet: quia hoc cognoscere quidam modus cognoscendi est, præcipuè respectu superiorum. Secunda autem probatur: quia per nullam speciem aut naturam creatam potest videri Deus. Secundò probatur à signo: Quanto magis anima nostra à corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilium abstractorum fit capacior. ergo eleuatio ad suprenum intelligibilium, quod est diuina essentia, exigit separationẽ ab hac vita mortali. Antecedens manifestatur: qa in somniis & alienationibus à sensibus corporis, magis diuinæ revelationes percipiuntur & præuisiones futurorum.

Contra signum allatum in litera intuebitur Scotus, in quarto, distinctio. quadragesima quinta, quæst. secunda, contra somnium duplicitèr. Primò: quia tũc quanto somnus esset profundior, tãto magis talia videretur. hoc est falsum. ergo consequentia probatur: quia tunc est maior abstractio à sensibus. Secundò: quia maius miraculum videtur, quòd in somno reueletur veritas quam in vigilia intellectu non nimis circa sensibilia intento: quoniam naturale est in vigilia habere vsum rationis, non autẽ in somno. Contra alienationes vetò inuehitur, quia hoc fundamentum videtur sumptum ex fictionibus Mahumeti, qui dicitur epileptícus fuisse; & ad operẽdam miseriam suam dicebat op ortere se cadere Angelo loquente sibi, &c. Inde Auicen. reuctinis legem suam in Metaphysica, docuit hæc de alienationibus.

¶ Ad euidentiam horum scito, primò ex Sancto Thoma in quæstione de Veri. quæstion. duodecima. artícu. nono, & Secunda secundæ quæstio. 172. articulo primo. ad cognitionem duo cõcurrere, scilicet receptionem & iudicium. Quo ad receptionem cognoscibilium abstractio à sensibus conferri: quò ad iudicium verò non, quoniam impressiones subtiles superiorũ, quæ sępius melius percipimus, sed iudicare perfectè nequimus nisi fa

ctæ resolutione, an consonent sensibilibus, vt dicitur tertio cœli, & sexto Ethicorum. Vnde litera semper vtium nominibus pertinentibus ad receptionem, scilicet capacem esse & percipere. Scito secundo: quòd cum sermones intelligendi sint infra genus, de quo est sermo & hic sit sermo de nostro intellectu, & cõsequenter de phantasia in actu, quia oportet intelligentem phantasmata speculari: manifestè sequitur, vt hic non sit sermo de quali, aut quantacunque abstractione à corporalibus, sed infra latitudinem intellectus in actu. Et ex his omnia soluuntur: quoniam patet, quòd prima sequela nihil valet: quia somnus profundus abstrahit extra latitudinem intellectus in actu. Et similiter, licet sit maius miraculum iudicium veritatis in somno, non tamẽ recipio. Et simile est in omnibus alienationibus iudicium, vndecunque veniant: si enim infra latitudinem intellectus in actu abstrahunt, quanto magis phãtasia circa spiritualia occupatur ministrando intellectui, tanto intellectus intelligibilia superiorum est capacior, vt pote vicinior & minus turbata. Et inde prouenit, quòd melancholicorum alij omnino expertes sunt superiorum: quia, scilicet adeò turbatam habent phantasiam, vt intelligibilis in actu habeti nequeat: sicut in pueris ex humido accidit. Alij superiorum multa loquuntur, & prædicunt vera. alij pauca, secundum quòd plus aut minus impedimenti interiores vires. Et secundum quòd melius habent disposita phantasmata, & secundum altiora phantasmata in his quãm in illis, &c. Nec sunt hæc ex lege Mahumeti, vt hic dicere non est verũs, sed ex Philosophia naturali, ex experientia, ex sacra scriptura, ex sanctis Doctoribus. Et de Philosophia & experientia dictum est: quamuis non desint Philosophorum autoritates in de somno & vigilia. Sacra autem scriptura plena est visionibus in somniis: nono Numer. duodecimo Deus locutus se Prophetis in somniis promittit. Et Ioelis secundo dicitur: Inter effectus Spiritussancti, somnia nominabãr, &c. Augusti. quoque duodecimo super Gene. ad literam inquit, Animæ humanæ, secundum q̃ à sensibus abstrahitur, conuenit futura præuidere. Grego. quoque in quarto dial. hoc idẽ dotestimo dicit hoc cõuenire animæ, vel ex natura subtilitate, aut revelatione superiorum. Taceat ergo præsumptuosa hæc vox: Christianissima doctrina tic. 7.

* cap. 16. 27. & 28.

* epistola. 112.

* 2. 2æ. q. 175.

* cap. 8.

49

¶ Super Quæstionis duodecimæ Articulum duodecimum.

IN titulo cognoscere, non dicit videre, vt superius, sed cognoscere id est, intelligere quomodocunque id contingat. Per rationem naturalem, id est, naturali lumine acquisibilem.

¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue cum corollario. Conclusio est: Possumus in hac vita per rationē naturalem cognoscere Deū, secundū quòd est prima omnium causa excellentissima. Probatur: Naturalis nostra cognitio oritur a sensu: ergo tantū extenditur, quantum sensibilia manuducunt: ergo extenditur nō ad visionē Dei, sed ad cognitionē eius, secundū quod prima omnium causa excellentissima. Antecedēs cum prima consequēntia patet. Secūda vero quō ad primā partē probatur: Sensibilia non sunt adæquata effectus diuinæ virtutis: ergo ex eis non potest tota virtus diuina cognosci: ergo nec essentia eius videri. Quō ad secundā vero partem ptobatur: Sensibilia sūt effectus dependentes à Deo, scilicet vt prima causa. ergo ex eis potest Deus vt prima causa cognosci. Corollarium est: Tria cognoscimus ex sensibilibus de Deo causalia, negatiua, & super eminentia. Ad causalitatē quidē principia sunt secūdū tripliex genus causæ nō solum prædicata causalitatem importātia, puta exēplar, factiuum, finis, &c. sed prædicata absoluta, quæ ex causalitate a posteriori inferūtur, vt esse, viuere, nosse, &c. Et ad hæc reducuntur omnia relatiua ad creaturas. Negatiua autē, quæ ex cōditionib⁹ antecedēs cōsequuntur: vt quòd incorporeus, quòd infinitus, quod inumerabilis. Ad supereminentiā autem spectātia ex eisdē consequuntur: vt q̄ est super omne esse, & intelligibile, & intellectum. hæc enim omnia ex necessitate cōsequūtur ex habitudine inter Deū & sensibilia. Reliqua autem obscura sūt naturaliter nobis in hac vita.

* tex.30

* cap. 2. com.3.

c 422

23

L.1.t. c.4. id dixerat. Aug. 2.lib.10ii to q.c.1.

¶ *Super Quæstionis decimamtertium Articulum*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio respōsiua quæsito affirmatiue: perfectior cognitio de Deo habetur per gratiam a nobis quām per rationem naturæ. Probatur: Humana cognitio per gratiam inuatur, & quòd ad lumen intellectuale, & quo ad phantasmata, ergo perfectior est cognitio: cōsequentia patet: quia cognitio nō fit ex his duobus contrariis. Antecedēs vero probatur, quia per gratiā intenditum formātur phantasmata melius ex primordijs diuina, interdum tes sensibiles, interdum voces. ergo. Exemplum primum in visionibus Prophetarum cōtingit etiam per rationē naturalē. Ergo per gratiā non plenius cognoscitur à nobis Deus, quam per rationem naturalem.

¶ Præterea, Ratione naturali sine phantasmate nihil intelligit anima, vt dicitur in tertio de Anima*. Sed Dei, cum sit incorporeus, phantasma in nobis esse non potest. Ergo cognosci non potest a nobis cognitione naturali.

¶ Præterea, Cognitio, quæ est per rationem naturalē, cōmunis est bonis & malis, sicut natura eis cōmunis est: sed cognitio Dei copetit tantum bonis. Dicit enim Augusti. primo de Trini*, quod mētis humanæ acies in tam excellēti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. Ergo Deus per rationem. naturalem cognosci non potest.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom.1. Quod notū est Dei, manifestū est in illis, id est, q̄ cognoscibile est de Deo per rationem naturalem.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ naturalis nostra cognitio a sensu principiū sumit. Vnde tātum se nostra naturalis cognitio extendere potest, inquātum manuduci pōt per sensibilia. Ex sensibilibus autem nō potest vsque ad hoc intellectus noster pertingere, quòd diuinam essentiā videat: quia creaturæ sensibiles sunt effectꝰ Dei, virtutē causæ non adæquantes. Vnde ex sensibiliū cognitione non pōt tota Dei virtus cognosci: & per cōsequēs nec eius essentia videri. Sed quia sunt eius effectus a causa dependētes, ex eis in hoc perduci possumus, vt cognoscamus de Deo, an est: & vt cognoscamus de ipso ea, quæ necesse est ei conuenire: secundū quòd est prima omniū causa, excedens omnia sua causata[c]. Vnde cognoscimus de ipso habitudinem ipsius ad creaturas: quòd scilicet omnium est causa: & differētiam creaturarū ab ipso, quòd scilicet ipse non est aliquid eorum, quæ ab eo causantur: & quòd hæc non remouentur ab eo propter eius defectum, sed quia superexcedit.[c]

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ratio ad formam simplicem pertingere nō potest, vt sciat de ea quid est. potest tamen de ea cognoscere, vt sciat, an est.

¶ Ad secundum dicendū: quòd Deus naturali cognitione cognoscitur per phantasmata effectus sui.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ cognitio Dei per essentiam, cum sit per gratiam, nō cōpetit nisi bonis: sed cognitio eius, quæ est per rationem naturalē, potest competere bonis & malis. Vnde dicit Aug. in lib. Retractationum*. Non approbo quin oratione dixi, Deus, qui nō nisi mundos, verū scire voluisti. reiponderi enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera, scilicet per rationem naturalem.

* Augu. 2. Retract. c. 4.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei, quàm ea, quæ habetur per rationem naturalem.

67

Infra q. 32. arti. 1. Et 1. dist. 3. q. 1. art. 4. Et vide 1. q. 96. 10. 11. vi. Et fita ex his duobus contingit. Antecedēs vero probatur, quia per gratiā intenditum formātur phantasmata melius ex primordijs diuina, interdum tes sensibiles, interdum voces. ergo. Exemplum primum in visionibus Prophetarum

AD DECIMVM tertium sic procedit. Videtur q̄ per gratiā nō habeatur altior cognitio Dei, q̄ ea, quę habetur p naturalē rationē. Dicit enim Dio. 1. li. de mystica theologia*, q̄ ille q melius vnitur Deo in hac vita, vniturq; ei neicit omnino ignoto. Quod etiā de Moyse dicit: Qui tamē excellentia quandā obtinuit in gratiæ cognitione. Sed cōiungi Deo, ignorando de eo quid est, hoc

* cap. 1.

Secundi in columba hoc primi Christi. tertio in voce ibidem audita.

¶ Aduerte hic, quòd cognitio p gratiā in hac vita de Deo, præferetur naturali nō ex p̄emotione, cum sit p modū euidentiæ, (vt in responsione ad tertium dicitur) sed ex parte obiecti extensiue & intensiue vt in rēspōsione ad primum dicitur, quia plura & occultiora rationi naturali tāc per hoc, nobiliora & manifestiora secundum se p̄cognoscimus: vt. 68 quòd est trinus, &c. Hoc enim tāto alijs præstat, quanto eorum cognoscibilitas tam alta est, vt soli Deo sint naturaliter euidentia: vt in capitio libri cōtra Gent. aperitur.

1. dist. 22. 9. 1. art. 1.

* Hoc

¶ RESPONDEO dicendum, quòd per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur a nobis quam per rationē naturalē. Quod sic patet: Cognitio enim, quam per naturalē rationem habemus, duo requirit, scilicet phantasmata ex sensibilibus accepta, & lumen naturale intellectuale: cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus.

¶ Et quantum ad vtrunque iuuatur humana cognitio per reuelationē gratiæ. Nā & lumē naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti: & interdum etiam phantasmata in imaginatione hominis formātur, diuinitus magis experimentia res diuinas, quam ea quę naturaliter a sensibilibus accipimus: sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdum etiam aliquæ res sensibiles formātur diuinitus, aut etiā voces ad aliquid diuinum exprimendū, sicut in baptismo visus est Spiritus sanctus in specie columbę: & vox Patris audita est, Hic est filius meus dilectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, licet per reuelationem gratiæ in hac vita nō cognoscamus de Deo quid est, & sic ei quasi ignoto coniungamur: tamen plenius ipsum cognoscimus, inquantū plures & excellentiores effectus eius nobis demonstrantur, & inquantum ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad quæ ratio naturalis non pertingit, vt Deum esse trinum & vnum.

¶ Ad secundū dicendum, quòd ex phantasmatibus vel a sensu acceptis secundum naturalē ordinem, vel diuinitus in imaginatione formatis, tantò excellētior cognitio intellectualis habetur, quantò lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et sic per reuelationem ex phantasmatibus plenior cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ fides cognitio quædam est inquātum intellectus determinatur per hanc ad aliquod cognoscibile. Sed hæc determinatio ad vnū nō procedit ex visione credentis, sed a visione eius, cui creditur. Et sic inquantum deest visio, deficit a ratione cognitionis, quæ est in scientia. Nā scientia determinat intellectum ad vnū per visionē & intellectum primorum principiorum.

QVÆSTIO DECIMATERTIA,
de nominibus diuinis in duodecim articulos diuisa.

CONSIDERATIS his, quæ ad diuinā perfectionem pertinent, procedēdum est ad considerationem diuinorum nominū. vnumquodque enim nominatur a nobis, secundum quòd ipsum cognoscimus.

¶ Circa hoc ergo quæruntur duodecim.

¶ Primo, vtrum Deus sit nominabilis a nobis. ¶ Secūdo, vtrum aliqua nomina dicta de Deo prædicentur de ipso substantialiter. ¶ Tertio, vtrum aliqua nomina dicta de Deo proprie dicantur de ipso, an omnia attribuantur ei metaphorice. ¶ Quarto, vtrum multa nomina dicta de Deo sint synonyma. ¶ Quinto, vtrum nomina aliqua dicantur de Deo & creaturis vniuoce, vel æquiuoce. ¶ Sexto, supposito, quòd dicantur analogicè, vtrum dicantur de Deo per prius vel de creaturis. ¶ Septimo, vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore. ¶ Octauo, vtrum hoc nomen Deus sit nomen naturæ, vel operationis. ¶ Nono, vtrum hoc nomen Deus sit nomen communicabile. ¶ Decimo, vtrum accipiatur vniuocè vel æquiuocè secundum quod

¶ Super Quæstionis decimatertiæ Articulum primum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue cum modificatione. conclusio est: Deus potest à nobis nominari ex creaturis, non autem secundum quòd est secundum se. Probatur conclusio quo ad vtranque partem simul: voces sunt signa intellectus: & intellectus sunt similitudines rerum: ergo voces referuntur ad res significandas mediis intellectibus: ergo secundum quod aliquid à nobis intelligitur sic, potest à nobis nominari: ergo Deus potest nominari à nobis ex creaturis, & non secundum quòd est secundum se. Antecedens est Philosophi primo Periher. consequentia verò tam prima quam secunda relinquitur nota. Vltima autem probatur: quo ad primam consequentis partem: quia Deus cognoscitur à nobis ex creaturis tripliciter, vt dictum est. Quòd ad secundam verò: quia Deus in hac vita, non potest videri à nobis per essentiam. Et ad claritatem terminorū subditur in litera declaratio exemplaris ab opposito: quomodo nomina non significant: Deum secundum quòd in se est. & intendit, quòd significate rem se cundum quòd est, est significare terminum naturæ illius: vt by homo, quod impossibile est hic de Deo haberi: quoniam omnia nomina significant terminos, aut rerum communium, aut negationum: vel respectuum, &c. vel compositorum ex his, vt patet indiuisè.

* libr. 1. Periher. cap. 1.

Circa hanc partem occurrit dubium, Scotus siquidem in primo. distinctio. vigesimasecunda quæst. vnica, discutiens hanc propositionem assumptā, sicut res intelligitur, ita & nominatur: distinguit eam, scilicet quo ad impositionem nominis, vel quò ad vsum nominis, impositi, & tria dicit.

* arti. 11. q. prace.

¶ Primò quòd quò ad impositionem videtur falsa, quod probat sic: Substantia non intelligitur à nobis distinctè in propria natura: & tamen significatur: ergo imponere possumus nomina distinctius significātia, quàm intelligimus: cōsequentia verò & antecedens pro secunda parte probatur: quia cognitis, verbi gratia, accidentibus, & proprietatibus lapidis, imponimus nomen illi substātiæ lapidis, intendentes illam significatum iri per nomen: & tamen non cognoscimus distinctè illam. Secundo, quòd quo ad vsum est simpliciter falsa. Tertiò, quòd multis nominibus potest vti viator exprimētibus diuinam essentiam sub ratione ipsius essentiæ diuinæ. Probantur hæc duo: quia verisimile est esse in sacra Scriptura huiusmodi nomina, vt Iudæi dicunt de nomine tetragrammaton, &c. fuit imposita fuerint hæc nomina à Deo, siue ab Angelo.

d. 482. 66

¶ Ad hæc pro quanto veritati non consonant, dicendum est. Et ad primū quidem, quòd non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quàm concipiatur. & in litera redditur causa: quia voce significantes non nisi mediante conceptione intellectus: igitur significatio cuiuscunque conceptionis: ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem, & cōfusa confusam, & maior maiorem, & minor minorē, &c. Quare ab hac vniuersali falsissima regula, quòd significat Deum per naturam, & per participationem, & secundum opinionem.

¶ Vndecimò, vtrum hoc nomen, Qui est, sit maximè proprium nomen Dei.

¶ Duodecimò, vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum aliquod nomen Deo conueniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullum nomen Deo conueniat. Dicit enim Dionysius primo capitulo de Diui. nomin. quòd neque nomen eius est, neque opinio. Et Prouerb. 30. dicitur, Quod nomen eius & quod nomen filij eius, si nosti.

¶ Præterea, Omne nomen aut dicitur in abstracto, aut in concreto: sed nomina significantia in concreto non competunt Deo, cū simplex sit: neque nomina significantia in abstracto, quia non significant aliqid perfectum subsistens. Ergo nullum nomen potest dici de Deo.

¶ Præterea, Nomina significant substantiam cum qualitate, verba autem & participia significant cum tempore: pronomina autem cum demonstratione, vel relatione: Quorum nihil competit Deo: quia sine qualitate est, & sine omni accidente, & sine tempore, & sentiri non potest, vt demonstrari possit, nec relatiue significari, cùm relatiua sint aliquorum antedictorum recordatiua, vel nominū, vel participiorum, vel pronominum demonstratiuorum. Ergo Deus nullo modo potest nominari à nobis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exod. 15. Quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philosophū* voces sunt signa intellectuum, & intellectꝰ sunt rerum similitudines. Et sic patet, quòd voces referuntur ad res significandas mediante cōceptione intellectus. Secūdū igitur quòd aliquid à nobis intellectu cognosci potest, sic a nobis potest nominari: ostensum est autē supra, * q̄ Deus in hac vita non potest à nobis videri per suam essentiam, sed cognoscitur a nobis ex creaturis secundum habitudinē principij. & per modum excellentiæ & remotionis: [c] sic igitur potest nominari a nobis ex creaturis. Non tamen ita quòd nomen significans ipsum exprimat diuinam essentiam, secūdum quòd est. Sicut hoc nomē homo exprimit suā significatione essentiam hominis, secundū quòd est: significat enim eius diffinitionem declarante[c] eius essentiam. Ratio enim, quam significat nomen, est diffinitio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea ratione dicitur Deus nō habere nomē, vel esse supra nominationem, quia essentia eius est supra id, quod de Deo intelligimus, & voce significamus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, quia ex creaturis in Dei cognitionē venimus, & ex ipsis eū nominamus: nomina, quæ Deo attribuimus, hoc modo significant, secundum quòd competit creaturis materialibus: quorum cognitio est nobis connaturalis, vt supra dictum est. * Et quia in huiusmodi creaturis ea, quæ sunt perfecta & subsistentia, sunt composita: forma autem in eis non est aliquid completum subsistens, sed magis, quò aliquid est: inde est, quòd omnia nomina à nobis imposita ad significandum, aliquid completū subsistens significant in concretione, [c] prout competit compositis. Quæ autem imponuntur ad significādas formas simplices, significant aliquid, non vt subsistens, sed vt quo aliquid est: sicut albedo significat, vt quo aliquid est album. Quia igitur & Deus simplex est, & subsistens est, attribuimus ei nomina simplicia & nomina abstracta ad significādam simplicitatē eius: & nomina concreta ad significandū subsistentiam & perfectionem ipsius: [c] quāuis vtraq; nomina deficiāt a modo ipsi[ꝰ]e, sicut intellectus noster non cognoscit eū, vt est, secundum hanc vitam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd significare substantiam cum qualitate, est significare suppositum cum natura, vel forma determinata, in qua subsistit. Vnde, sicut de Deo dicuntur aliqua in concretione, ad significandum subsistantiam, & perfectionem ipsius, sicut iam dictum est *, ita dicuntur de Deo nomina significantia * substantiam cum qualitate. Verba verò & participia consignificantia tempus dicuntur de ipso, ex eo quòd æternitas includit omne tempus. Sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere & significare nisi per modum compositorū, ita simplicem æternitatem non possumus intelligere vel voce exprimere, nisi per modum temporalium rerum: & hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas & temporales. Pronomina verò demonstratiua dicuntur de Deo secundum quòd faciunt demonstrationem ad id, quòd intelligitur, non ad id quod sentitur. Secūdum enim quòd a nobis intelligitur, secundum hoc sub demōstratione cadit. Et sic secundum illum modum, quo nomina & participia, & pronomina demonstratiua de Deo dicuntur, secundum hoc & pronominibus nominibus relatiuis significari potest.

* q. pri. art. 4.

181

b

* In solutione præced.

IN responsione ad secundū dubitare nouicius posset, quò pacto abstractum significatur quò & non per modum subsistentis: cum sit nomen substantiuum, vt albedo. Substantiui autē proprium est per modū subsistantiæ significare. Ad hoc breuiter dicitur quòd incidit hic Sophisma consequentis a modo substantiæ ad hunc modū determinatē affirmando. Substantiuū quidē significat per modum substantiæ, id est, per se stantis, id est, sō litariè, & non per modum subsistentis. Et si insisterur, quòd etiam similitas significat cutuitatem in naso: & consequenter non significat formam solitariè, sed cum subiecto: respondetur, quod hic non est quæstio de significatione & consequentibus ad ipsam, sed de modo significandi: abstractum autem & cōcretum in significatione conueniunt: quia vtrumque puram formam significat, vt in præd. cunentis de albo dicitur: & ex natura significatꝰ formæ oportet vtrūque copulate subiectum formæ significatæ. Sed ex modo significandi differentia est, quia concretum importat subiectum. & cōpositum ex modo significandi: vt primum significatum, in cuius signum dicimus quòd simum est nasus curuus: prius nasum quam curuitatem exprimentes. Abstractum verò subiectum ex modo significandi, aut non importa t sed ex natura rei significatæ: aut si importat, non importat principaliter, sed vltimo. Vnde eōuerso dicimus, quòd similitas est curuitas nasi. Significat igitur abstractum per se modum substantiæ, quò ad hoc, quia significat illud per le, id est, non cum alio ex modo significandi. & hoc, quia simpliciter, aut principaliter. Concretū autem ex modo signifi-

16.2. 70 72

Universidad de Deusto
Biblioteca

candi principaliter significat aliud cum re primò significata. Vnde dictum Auicennæ reprehensum ab Auerroe quinto Metaphy. comment. decimoquarto situatione modi significandi intelligitur, verum fuit. Nec ratio Auerrois concludit oppositum: quoniam non tenet nisi in formaliter significatis ex vi significationis.

69 Po.q6.7. artic.4. & 5. & 1 di. 1. arti. 3. Et 1.con tra.c.51. * lib. 10. cap.4.

¶ *Super Quæstionis decimætertiæ Articulum secundum.*

INtitulo, nomen, dicatur, id est, secundum suum formale significatū attribuitur: & non secundum id quod copulat: aut pro quo supponit, &c. substantialiter vt distinguitur contra accidentaliter, vocando accidens omne, quod est extra esse rei. sic enim homo dicitur substantialiter de Sorte, discipinabile verò & albū dicuntur accidentaliter de eodem. Nec restringens quæstionem sed iuxta situli amplitudinem, siue substantialiter completè, vt vltima differentia, vel diffinitio: siue substantialiter incompletè, vt animal respectu hominis dicatur totum sub quæsito præsenti concludituer, quum quærimus an aliquod nomē substantialiter de Deo dicatur.

* ca.1. & 7. & li.6. cap.4.

¶ In corpore quinque. primò ponit in quibus nominibus habet locum hæc quæstio. secundò refert duas opiniones. tertio reprobat eas. quarto respondet quæsito affirmatiue. quinto ostendit quis sit sensus, quum huiusmodi nomina Deo attribuuntur: & patet particularium distinctio in litera.

¶ Quòd ad primum duo dicit. Primo, quòd sunt tria genera nominum de Deo. Negativa, vt incorporeus, immensus, &c. Relativa, vt Dominus, finis, efficiens. Et positiua absoluta, vt ens, sapiens, viuens, &c. Secundo, quòd quæstio non est de primo, aut secundo genere, sed tertio tantùm: quia constat quòd illa putà negationem, aut relationem significant: sicut album purā qualitatem.

* in lib. qui dicit doctor dubioni.

¶ Quo ad secundū duæ sunt opiniones: prima est ponentium nomina hæc dici de Deo negatiuè, secunda relatiuè, vt pater.

¶ Quo ad tertium contra vtranque opinionem simul tripliciter arguitur clare: in secunda tamen tatione aduerte, quòd fundatur super illa maxima: Omne nomen primum dicitur de eo, de quo dicitur formaliter, quàm

QVÆST. XIII. ARTIC. II.

ARTICVLVS II.

¶ Virum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nullū nomen dicatur de Deo substantialiter. Dicit enim Dam. Oportet singulum eorum, quę de Deo dicuntur, non quid est, sed secūdum substantiam significare, sed quid nō est, ostendere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum, quæ assequuntur naturam, vel operationem.

¶ 2 Præterea, dicit Dyonys. primo capite de Diui. no. Omnium sanctorum Theologorum hymnū inuenies ad beatos thearchiæ processū manifestatiuè & laudatiuè Dei nominationes diuidentem. Et est sensus, quòd nomina, quæ in diuinam laudem sancti Doctores assumunt, secundum processus ipsius Dei distinguntur, Sed quod significat processum alicuius rei, nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo nomina dicta de Deo, non dicuntur de ipso substantialiter.

¶ 3 Præterea, Secundum hoc nominatur aliquid à nobis, secundum quòd intelligitur. Sed non intelligitur Deus à nobis in hac vita secundum suam substantiam: ergo nec aliquod nomen impositū à nobis dicitur de Deo secundum suam substantiam.

¶ SED CONTRA est quod dicit Augusti. 7. de Trinitat. * Deo hoc est esse, quod fortè esse vel sapientē esse, & si quid de illa simplicitate dixeris, qua eius substantia significatur. Ergo omnia nomina huiusmodi significant diuinam substantiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de nominibus, quæ de Deo dicuntur negatiuè, vel quę relationem ipsius ad creaturam significant, manifestum est, quòd substantiam eius nullo modo significāt, sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium, vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus, quæ absolutè & affirmatiuè de Deo dicuntur, sicut bonus, sapiens, & huiusmodi, multipliciter aliqui sunt opinati. Quidā enim dixerunt, quòd hæc omnia nomina, licet affirmatiue de Deo dicantur, tamen magis inuenta sunt ad aliquid remouendum à Deo, quàm ad aliquid ponendū in ipso. Vnde dicunt, quod cùm dicimus Deum esse viuentē, significamus, quòd Deus nō hoc modo est, sicut res inanimatæ, & similiter accipiendum est in alijs, & hoc posuit Rabbi Moyses. * Alij verò dicūt, quòd hęc nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creatā, vt cùm dicimus, Deus est bonus, sit sensus, Deus est causa bonitatis in rebus, & eadem ratio est in aliis. Sed vtrunque istorum videtur esse inconueniens, propter tria. Primo quidem, quia secundum neutram harum positionū posset, assignari ratio: quare quædam nomina magis de Deo dicerētur quam alia, sic enim est causa corporum, sicut est causa bonorū. Vnde si nihil aliud significatur, cū dicitur, Deus est bonus, nihil Deus est causa bonorum, poterit similiter dici, quòd Deus est corpus, quia est causa corporum. Item per hoc, q dicitur, quòd est corpus, remouetur, q non sit ens in potētia tantū sicut materia prima. Secūdo, quia sequeretur, quod omnia nomina dicta de Deo, per posteri dicerētur de ipso. Sicut sanū per sanū posteri dicitur de medicina, eo quòd significat hoc tātū, q sit causa sanitatis in animali, quod per prius dicitur sanū. Tertiò, quia hoc est contra intentionem loquentium de Deo: Aliud enim intendunt dicere, cum dicūt Deū viuentem, quā quòd sit causa vitæ nostræ: vel quòd differat a corporibus inanimatis. Et ideo aliter dicendum est, quòd huiusmodi quidē nomina significant substantiam diuinam & prædicantur de Deo substantialiter, sed deficiunt à repræsentatione ipsius: quod sic patet. Significant enim sic nomina Deum, secundum quod intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster, cum cognoscat Deum ex creaturis: sic cognoscit ipsum, secundum quòd creaturæ ipsum representant. Ostēsum est autem suprà, * quòd Deus in se præhabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter & vniuersaliter perfectus. Vnde quælibet creatura intantūm eē representat, & est ei similis inquantum perfectione illi aliquam habet, non tamen ita quòd repræsentet. eum, sicut aliquid eiusdem speciei, vel generis, sed sicut excellens principiū, à cuius forma effectus deficiunt: cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut formę corporum inferiorum repræsentant virtutem solarem. Et hoc supra expositum est, * cùm de perfectione diuina agebatur. Sic igitur prædicta nomina diuinam substantiam significant, imperfectè tamen, sicut & creaturæ imperfectè eam repræsentāt. Cùm igitur dicitur, Deus est bonus, non est sensus, Deus est causa bonitatis, vel Deus non est malus: sed est sensus, id, quod bonitatem dicimus in creaturis, præexistit in Deo, & hoc quidem secundum modum altiorem. Vnde ex hoc non sequitur, quòd Deo competat esse bonum, inquātum causat bonitatem: sed potius econuerso, quia est bonus, bonitatem rebus diffundit: secundum illud August. de doctrina Christiana, * inquantum bonus est, sumus.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd Damasc. ideo dicit, quòd hæc nomina nō significāt quid est Deus quia à nullo istorum nominum exprimitur quid est Deus perfectè, sed vnumquodque imperfectè eum significat, sicut & creaturæ imperfectè eum repræsentant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in significatione nominū aliud est quandoque, à quo imponitur nomen ad significandum, & id, ad quod significandū nomen imponitur. Sicut hoc nomen lapis imponitur ab eo, quòd lædit pedē, non tamen imponitur ad hoc significandū, quòd significet lædens pedem, sed ad significādam quandam speciem corporū. alioquin omne lædens pedem esset lapis. Sic igitur dicendū est, quòd huiusmodi diuina nomina imponūtur quidem à processibus Deitatis. Sicut enim secundū diuersos processus perfectionum creaturæ Deum repręsentāt, licet imperfectè: ita intellectus nōster secūdum vnumquēque processum Deum cognoscit & nominat: sed tamē hæc nomina non imponit ad significandum ipsos processus, vt, cùm dicitur Deus est viuens, sit sensus, ab eo procedit vita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo præexistit vita: licet eminentiori modo quam intelligatur vel significetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd essentiam Dei in hac vita cognoscere no possumus secūdum quod in se est, sed cognoscimus eam secūdum quod repręsentatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina à nobis imposita eam significant.

vt in

vt in litera dicitur. Et radix est: quia loquuntur propriè de quid posterioristē, & metaphoricè, quod absque propri is non est: & non topicè, quod communibus contentatur.

¶ In responsione ad secundum. Distinctio est sub aliis verbis: importare processus dupliciter formaliter, vel originaliter.

¶ *Super Quæstionis decimætertiæ Articulum tertium.*

70 Po.q6.7. artic.4.ad 6. Et 1.di stinct.8. q. 4.ar.3. Et di.22. ar.2. Et 1. con tra c. 30. * art. hu iusquæ.

INtitulo ly propriè poterit sumi dupliciter. Vno modo distinguitur contra communiter. Et sic animal non dicitur propriè de homine: quia dicitur de aliis. Alio modo vt distinguitur contra metaphoricè: & sic animal dicitur propriè de homine. florere autē non. Propriè enim dici est significatum nominis inuenīri in eo, de quo dicitur secundū se, Metaphoricè autē est significatū nominis inuenīti in eo, de quo dicitur secundum suam similitudinem tantum: hic sumitur propriè, vt distinguitur contra metaphoricè.

Circa ordinē horum articulorū dubium occurrit: quoniam præposterus videtur ordo seruatus in 2. & 3. articulo: quia in ordine compositiuo communiora prius tradāda sunt. Cōmunius autem est nomen propriè dictum de aliquo, quā substantialiter: quoniam accidētalia nomina etiā propriè dicuntur, vt patet dicendo, Sortes est albus.

* in prologo ad Hiatiatum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd ordo horum articulorū est optimus: non tamen attenditur penes communitatem maiorem & minorem, sed intimiorem ac prior rem rationē dubitandi. Prima nanque quæstio, cùm sit quæstio an sit, ideo prima quærendi ratio est an Deus sit nominabilis. Secundam verò quæstionem consequentis, stat esse quæstionem quid est, & ideo secūda quærendi ratio est: quid in Deo est nominabile, subiectantia, scilicet sua, an relatio, an negatio, &c. Tertia verò quæstio, quoniam est, quia est, ideo tertio loco quærendum est, quomodo Deus nominatur, & inter hos modos datur distinctio. Nam primus spectat ad ipsam nominis prædicationem, scilicet propriè vel metaphoricè, secundus ad vnitatem & multitudinem, scilicet synonymè, &c. Constat autem quòd talis est ordo seruatus in litera: optimus igitur est. Nec est verum quòd dicit propriè sit communius, quam dici substantialiter: sed habent se sicut excedentia & excessa: quoniam dici substantialiter contingit & propriè, & metaphoricè. Possumus enim quod quid est rerum metaphoricè significare, vt antiqui fecerūt, vnde post determinationem, quòd dicuntur nomina de Deo substantialitet, meritò dubitatum est, an dicantur de Deo propriè.

¶ In corpore duo, primò distinguit: secūdò respondet quæsito. Quò ad primum distinguit ea, quę sunt in nomine dicto de Deo sic: In nominibus Deo attributis sunt duo, scilicet perfectio significata, & modus significandi. Probatur hæc distinctio sic: perfectiones procedēs in creaturas à Deo, sunt eminētiori modo in Deo, quā in creaturis: ergo habent in se duo, scilicet ipsum perfectionem & modum essendi eigo conceptus nostri de Deo habēt in se duo proportionabiliter, scilicet rem conceptam & modum concipiendi: ergo nomina attributa Deo habent in se duo, scilicet rem significatam, & modum significandi: antecedens patet cum prima consequentia: secunda verò probatur, quia Deum ex his perfectionibus cognoscimus non quomodolibet, sed secundum modum, quo sunt in creaturis: id est, quòd Deum ex affectibus suis sic cognoscimus, quòd modus essendi effectuum, redundat in nostrum modum concipiēdi proportionaliter: & sic conceptus de Deo in duo distingui oportet, non tanquam in diuersa concepta, sed in vnum vt rem conceptam & aliquem vt modum nostri conceptus, sed ipsius conceptus: qui tamen modus ipsius conceptus à modo rei conceptæ derivatur, tertia autem sequela euidens est.

¶ Quò ad secundum, iuxta membra duo distinctionis factæ, respondet quæsito vnica conclusione bimembri. Est autem conclusio hæc: A ligua nomina dicta de Deo propriè, & magis & prius dicuntur de Deo quò ad rem significatā, nulla autem quò ad modum significandi: hæc vltima pars probatur: quia hanc modum significandi proprium creaturarum. Prima autem pars relinquitur per sē nota ex dictis in q.4.

¶ In responsione ad primum aduerte ly in ipso nominis significato, q intelligitur de significato formali proprio, nō autem de materiali & cōmuni: sapientia enim non significat qualitatem nisi gratia materiæ, & tanquam quid commune: ex formali enim & sibi proprio significato, nec qualitas, nec habitus, nec aliquid aliud infinuatur, nisi ratio ordinandi, iudicandi, regendique, &c. quā contingit esse substantiam & accidens, habitum & actum, &c.

¶ *Super Quæstionis decimætertiæ Articulum quartum.*

IN titulo, synonyma, id est idē omnino significatā habentia: Ita quod idē sit dicere, Deus est sapiens: & Deus est bonus, &c.

123 9

¶ In corpore respondet quæsito vnica cōclusio ne negatiue sic: nomina huiusmodi attributa deo, nō sunt synonyma. Probatur dupliciter: primo secundū illas duas vias in articulo secūdo cōfutatas. Secūdo iuxta sententiam, quam sequimur. Prima probatio est. Rationes horum nominum sunt diuersæ, secūdum diuersa negata aut causata apud illos: ergo nō sunt synonyma. Secūda probatio est. intellectus noster cognoscit Deum ex creaturis: ergo conceptiones nostræ de Deo sunt proportionatæ perfectionibus procedētibus à Deo in creaturas: ergo sunt varię & multiplices, atq; vni omnino simplici correspondentes. ergo rationes huiusmodi nō mind Deo attributorū sunt diuersæ: ergo nomina huiusmodi non sunt synonyma. Antecedēs cum prima consequentia patet. Secunda autem probatur ex vi proportionis. Quia sicut idem simpliciter omnino multis perfectionibus repræsentatur in esse reali, ita in esse intentionali: quod est dicere ita multis conceptionibus: tertia verò probatur, quia conceptio ipsa est ratio nominis. vltima est per se nota.

71 Por.q.7. arti.6. Et 1.con.c.5

ARTICVLVS III.

¶ Virum aliquod nomen dicatur de Deo propriè.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullū nomē dicatur de Deo propriè. Omnia enim nomina quæ de Deo dicimus, sunt à creaturis accepta: vt dictum est. * Sed nomina creaturarum metaphoricè dicuntur de Deo, sicut, cùm dicitur, Deus est lapis, vel leo, vel aliquid huiusmodi. Ergo nomina dicta de Deo dicuntur metaphoricè.

¶ 2 Præterea, Nullū nomen propriè dicitur de aliquo, à quo verius remouetur, quā de eo prędicetur. Sed omnia huiusmodi nomina, bonus, sapiens, & similia, veri* remouentur à Deo, quàm de eo prædicētur: vt patet per Dionysium secūdo capitulo Cælestis Hierarchiæ. Ergo nullū istorum nominum propriè dicitur de Deo.

¶ 3 Præterea, Nomina corporum non dicuntur de Deo nisi metaphoricè: cùm sit incorporeo*. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones. significant enim cum tempore, & cum compositione, & cum aliis huiusmodi, quæ sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de Deo metaphoricè.

¶ SED CONTRA est quod dicit Ambro. in lib. 1. de fide. * Sunt quædā nomina quæ euidenter proprietatē diuinitatis ostendūt: & quædā quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt veritatem: alia verò sunt quæ trāslatiue per similitudinem de Deo dicūtur. Non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphoricè: sed aliqua dicuntur proprie.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, * Deum cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso: quæ quidem perfectiones in Deo sunt secundum eminentiorem modum, quàm in creaturis. Intellectus autē noster eo modo apprehendit eas secundum quod sunt in creaturis, & secundum quòd apprehendit, ita significat per nomina. In nominibus igitur, quæ Deo attribuimus, est duo cōsiderare, scilicet perfectiones ipsas significatas, vt bonitatem, vitam, & huiusmodi, & modum significandi. Quantum igitur ad id, quod significat huiusmodi nomina, propriè competunt Deo, & magis propriè quā ipsis creaturis: & per prius dicuntur de eo. Quātum verò ad modum significandi, non propriè dicuntur de Deo: habent enim modum significandi, qui creaturis competit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quædā nomina significant huiusmodi perfectiones a Deo procedentes in res creatas: hoc modo q ipse modus imperfectus, quo à creatura participatur, diuina perfectio in ipso nominis significato includitur: sicut lapis significat aliquid materialiter ens: & huiusmodi nomina nō possunt attribui Deo nisi metaphoricè. * Quædam verò nomina significat ipsas perfectiones absolutè absq; hoc, q aliquis modus participādi claudatur in eorum significatione, vt ens, bonum, viuens, & huiusmodi: & talia propriè dicuntur de Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ideo huiusmodi nomina dicit Dion. negaria Deo, quia id quod significatur per nomen, non conuenit eo modo ei, quo nomen significat, sed excellētiori modo. Vnde ibidem dicit, Dion. Quòd est super omnem substantiam & vitam.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ista nomina quæ propriè dicuntur de Deo, important conditiones corporales nō in ipso significato nominis, sed quantū ad modum significandi. Ea verò, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, important conditionem corporalem in ipso suo significato.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum nomina dicta de Deo sint nomina synonyma.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q ista nomina dicta de Deo sint nomina synonyma. Synonyma enim nomina dicuntur, quę omnino idē significant. Sed ista nomina dicta de Deo omnino idem significāt in Deo: quia bonitas Dei est eius essentia, & similiter sapiētia. Ergo ista nomina sunt omnino synonyma.

Circa illam propositionem assumptam ad probandum tertiam consequentiam, scilicet ratio, quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata, est dubium: tum quia quarto Metaphysicæ, textu, comment. 18. dicitor, quòd ratio, quam significat nomen, est diffinitio. Constat autem, quod diffinitio non est conceptio, cùm identificetur diffinito, tum quia ratio nomen est secundæ intentionis: conceptus autem prima.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd ratio apud Philosophos & Theologos in proposito dupliciter sumi potest, scilicet formaliter, vel denominatiue: sicut albū sumitur pro albedine formaliter, & pro re, quæ est alba denominatiue. Si sumitur formaliter, sic est nomen intentionis secundæ, & significat relationē quandam: si denominatiuè, sic significat conceptionē & diffinitionē, sed diuersimodē: conceptio enim mentalis ratio nominis dicitur: quia est id, quo refertur nomē significatū extra animā. Diffinitio autē, quia est id, quo explicatur nominis significatum. In præsenti autē litera constat ratione sumi denominatiue pro cōceptione mentali: & dicta est significari per nomen: quia significatur proximè. Diffinitio autē est ratio significata per nomen vltimò, & sic patet solutio obiectorum.

¶ Aduerte hic, q quæstio præsentis literæ non est de rebus, sed de nominibus Et propterea, quòdis præsens quæstio potuisset forte decidi ex diuersitate rationum formalium obiectiuarū, vt Scotistæ faciūt, manitcedo materia de rebus, scilicet de distinctione attributorū diuinorū: diuinū tamen Autoris ingeniū quò

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur ex 1. Perihermenias, quòd nomina sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum: formalissimè diuersitas rem significationis in nominibus ostendit, ex diuersitate conceptionum animæ significatarum absque mixtione aliarum discretarum de rebus. Cum hac enim decisione stat vtraque pars contradictionis in materia de attributis propter quod ne tanta operis diuinitas fœdetur, nō est hic tractandū de distinctione vna attributorū: sed sit quæstio specialis.

¶ In responsione ad 1. secundum nota, quod in pluribus conceptibus claudūtur dico, scilicet assimilatio ad obiectū, & pluralitas eorum. Si quæratur ergo multis de rebus, puta de cōceptibus, quid respondet in terrespondendā est, quòd ipsis conceptibus respondet res vna multipliciter imitabilis, seu repræsentabilis. Pluralitatem autem ipsorū conceptuū non respondet pluralitas in re obiecta, sed eminentia illius ex qua habet quod vnitè cōtineat, quòd diuisim ab alio apprehenditur. Vnde arguere ex distinctione conceptuum, ad distinctionem obiectæ rei, est arguere à distinctione effectui ad id di stinctionē causæ. Quod patet esse ridiculum.

Quoniam cum multitudine effectuum stat vnitas causæ, vt patet: & propterea in litera vtū quæ tangitur, dum dicitur, quòd ei respondet vnum simpliciter multipliciter repræsentatum.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd illa propositio, Deus est vnus re & plures secundum rationem, potest dupliciter percipi. Vno modo, vt sit multiplex ratione, subiectiuè, id est, inuolutè sit subiectum plurium cōceptuum: & est falsa: quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino, qui re, & omnia simul intelligit. Alio modo obiectiuè, id est quod est obiectum plurium conceptuum, siue actualiter, siue virtualiter, & sic est vera, & ad propositum. Ita quòd Deus dicitur multiplex secundum rationem, id est obiectū verificans actu vel virtute plures conceptiones de eo.

¶ In eadem responsione aduerte radicem præditæ propositionis ex parte Dei, esse eminentem eius vnitatem. Ex parte verò intellectus nostri esse proportionē eius ad fenibilia. Et intendit, quod causa talis ac tantæ pluralitatis rationū de Deo, quæ nominibus significatur, est tanta elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate, quod sibi de articulate intelligit, quēadmodū in rebus extra diuersificatur imitationes diuinæ. Sicut enim extra aliud est iustitia, aliud sapiētia, &c. ita etiā in intellectu nostro, & hoc vt infrà patebit: quia est infimus intellectus. Et nota q. non dixit, quia intellectus accipit à rebus, sed dixit, quia intellectus ita multipliciter apprehendit, sicut res multiplicitèr repræsentat: vnde si intellectus nostes non acciperet scientia à rebus, vt contingit Ádam, nihil minus idem sequitur, ex hoc quod intellectus proportionalis est rebus, vt in litera dicitur. Ex hac autē radice ru, qui alios turpicis, habere facile potes radicē pluralitatis rationū de Deo. Si enim tanta pluralitas oritur summa vnitate obiecti respectu intellectus tam temoti, minor pluralitas oritur ex eadē respectu intellectus propinquioris. Nulla autem pluralitas erit respectu propinquissimi. Et cum constet, quod propinquissimus intellectus non sit, qui ab intellecto aliquo modo distinguitur, solus diuinus intellectus rerum, respectu cuius ex illa summa vnitate nulla conceptuū pluralitas oritur. Radix ergo absolutè & vniuersaliter loquendo, & non tantū respectu nostri, quare Deus est multiplex ratione, est eius perfecta vnitas, & finitas intellectus creati. Quod ideo huc dicimus quia ex hac litera deducitur, non quòd ad hanc spectet quæstionem, quæ de nominibus est, & consequenter non nisi de dependentibus à nobis.

*arti. 2. huius quęstionis.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd illa propositio, Deus est vnus re & plures secundum rationem, potest dupliciter percipi. Vno modo, vt sit multiplex ratione, subiectiuè, id est, inuolutè sit subiectum plurium cōceptuum & est falsa: quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino, qui re, & omnia simul intelligit. Alio modo obiectiuè, id est quod est obiectum plurium conceptuum, siue actualiter, siue virtualiter, & sic est vera, & ad propositum. Ita quòd Deus dicitur multiplex secundum rationem, id est obiectū verificans actu vel virtute plures conceptiones de eo.

*arti. 1. huius q.

¶ Super Quæstionis decimætertiæ Articulum quintum.

INtitulo ly vniuocè sumitur vt in Prædicamentis diffiniuntur vniuoca. Nec oportet addere aut minuere, vt etiam in fine huius articuli dicitur.

¶ In corpore quatuor. Primo respondet quæstio negatiuè, quòd non vniuoci-

Si dicatur quòd ista nomina significāt idē secundum rem, sed secundum rationes diuersas: Contra, ratio cui non respondet aliquid in re est: vana: si ergo istæ rationes sunt multæ & res est vna, videtur, quòd rationes istæ sint vanæ.

¶ 2. Præterea, Magis est vnum, quod est vnum re & ratione, quàm quod est vnum re & multiplex ratione. Sed Deus est maximè vnus: ergo videtur quòd nō sit vnus re, & multiplex ratione. Et sic nomina dicta de Deo non significant rationes diuersas. Et ita sunt synonyma.

¶ SED CONTRA, Omnia synonyma subinuicem adiūcta nugationem adducunt: sicut si dicatur, vestis, indumentū. Si igitur omnia nomina dicta de Deo sunt synonyma, non posset conuenienter dici Deus bonus, vel aliquid huiusmodi, cum tamen scriptum sit Hiere. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituū nomen tibi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd huiusmodi nomina dicta de Deo non sunt synonyma. Quod quidem facile esset videre, si diceremus, quòd huiusmodi nomina sunt inducta ad remouendam, vel ad designandam habitudinem causæ respectu creaturarū. Sic enim essent diuersæ rationes horum hominum secundum diuersa negata, vel secundum diuersos effectus connotatos. Sed secundum quod dictum est, * huiusmodi nomina subsistantiam diuinam significare licet imperfectè: etiam plane apparet secūdum præmissa, * quòd habent rationes diuersas. Ratio enim, quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata per nomen. Intellectus autem noster, cum cognoscat Deum ex creaturis formatad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas. Quæ quidem perfectiones in Deo præexistunt vnitè & simpliciter, in creaturis verò recipiuntur diuisè & multipliciter. Sicut igitur diuersis perfectionibus creaturarū respondet vnū simplex principium repræsantatū per diuersas perfectiones creaturarum varie & multipliciter, ita varijs & multiplicibus conceptibus intellectus nostri respondet vnum omnino simplex, secundum huiusmodi conceptiones, * imperfectè intellectum. Et ideo nomina Deo attributa licet significent vnam rem, tamen, quia significant eam sub rationibus multis & diuersis non sunt synonyma.

¶ Et sic patet solutio ad primum: quia nomina synonyma dicūtur, quæ significant vnum secūdum vnam rationē. Quæ enim significant rationes diuersas vnius rei, nō primò & per se vnum significant: quia nomen non significat rem, nisi mediante cōceptione intellectus: vt dictum est. *

¶ Ad secundum dicendum, quòd rationes plures horum nominum non sunt cassæ & vanæ: quia omnibus eis respondet vnum quid simplex per omnia huiusmodi multipliciter, & imperfectè repræsentatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad perfectam Dei vnitatē pertinet: quòd ea, quæ sunt multipliciter & diuisim in aliis, in ipso sunt simpliciter & vnitè. Et ex hoc cōtingit, q. est vnus re & plures secundū rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum repræsentant.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum ea, quæ de Deo dicuntur & creaturis vniuocè dicantur dicipsis.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd ea, quæ dicuntur de Deo & creaturis vniuocè de ipsis dicantur. Omne enim æquiuocum, reducitur ad vniuocum, sicut multa ad vnū. Nam, si hoc nomen canis, æquiuocè dicitur de latrabili & marino, oportet, quòd de aliquibus vniuocè dicatur, scilicet de omnibus latrabilibus: Aliter enim esset procedere in infinitū: inueniuntur autem quædam agentia vniuoca, quæ conueniūt cum suis effectibus in nomine, & diffinitione, vt homo generat hominem, quædam verò agentia æquiuoca, sicut sol causat calidum, cū tamen ipse nō sit calidus, nisi æquiuocè. Videtur igitur quòd primū agens, ad quod omnia agentia reducuntur, sit agens vniuocū. Et ita, quæ de Deo & creaturis dicūtur, vniuocè prędicātur.

¶ 2. Præterea, Secundum æquiuoca nō attenditur aliqua similitudo. Cùm igitur creaturæ ad Deum sit aliqua similitudo, secūdum illud Gen. 1. Faciamus hom. ad imag. & simi. nost. videtur, quòd aliquid vniuocè de Deo & creaturis dicatur.

¶ 3 Præterea, Mensura est homogenea mēsurato, vt dicitur in 10. Metaphy. Sed Deus est prima mensura omniū entium, vt ibidem dicitur. Ergo Deus est homogeneus creaturis. Et ita aliquid vniuocè de Deo & creaturis dici potest.

¶ SED CONTRA, Quicquid prędicatur de aliquibus secundū idem nomē & non secundū eandem rationem, prædicatur de eis æquiuocè. Sed nullum nomē cōuenit Deo secundū illam rationem, secundum quam dicitur de creatura. Nam sapientia in creaturis est qualitas, non aūt in Deo: genus aūt variatum mutat rationem, cùm sit pars diffinitionis: & eadem ratio est aliis. Quicquid ergo de Deo & creaturis dicitur, æquiuocè dicitur.

¶ Præterea, Deus plus distat a creaturis quàm quæcūque creaturæ ab inuicē. Sed propter distātiam quarundam creaturārum contingit, quòd nihil vniuocè de eis prædicari potest: sicut de his, quæ nō cōueniūt in aliquo genere. Ergo multo minꝰ de Deo & creaturis aliquid vniuocè prædicatur, sed omnia prædicātur æquiuocè.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est aliquid prædicari de Deo & creaturis vniuocè. Quia omnis effectus non adęquans virtutem causæ agentis, recipit similitudinem agentis, non secundum eandem rationem, sed deficienter: ita quòd & diuisim & multipliciter est in effectibus, in causa est simpliciter & eodem modo. * sicut Sol secundum vnam virtutem, multiformes & varias formas in istis inferioribus producit. Eodem modo, vt supra dictum est, * omnes rerum perfectiones, quę sunt in rebus creatis diuisim & multipliciter, in Deo præexistunt vnitæ. Sic igitur, cum aliquod nomen ad perfectionē pertinens de creatura dicitur, significat illam perfectionem distinctam secundum rationem distinctionis ab aliis: puta, cùm hoc nomen sapiens de homine dicitur, significamus aliquam perfectionē distinctam ab essentia hominis, & à potētia, & ab esse ipsius & ab omnibus huiusmodi. Sed cùm hoc nomen de Deo dicimus, non intendimus significare aliquid distinctum ab essentia, vel potentia, vel esse ipsius. Et sic, cùm hoc nomen sapiens de homine dicitur, quodammodo describit & comprehendit rem significatam, non autem cùm dicitur de Deo: sed relinquit rem significatam, vt incomprehensam & excedentem nominis significationem: vnde patet, quòd non secundum eandem rationem hoc nomen sapiens de Deo & de homine dicitur. Et eadem ratio est de aliis. Vnde nullum nomen vniuocè de Deo & creaturis prædicatur. Sed nec etiā pure æquiuocè, vt aliqui dixerunt. Quia secundum hoc ex creaturis nihil posset cognosci de Deo, nec demōstrari sed semper incideret fallacia æquiuocationis. Et hoc est tam contra philosophum, * qui multa demonstratiue de Deo, probat quā etiam contra Apostolū dicentem Rom. 1. Inuisibilia enim ipsius, scilicet essentia, & virtus, & diuinitas, ut dicit Glossa, intellecta per ea quæ facta sunt, conspiciuntur. Sed nō sequitur, quòd ea, quæ dicuntur de Deo & creaturis, vniuocè dicantur, quia in Deo vnitæ sunt, ergo nomina cōmunia perfectionē importantia, quā de creaturis dicūtur, significant aliquid distinctū ab aliis, de Deo autem dicta non significāt aliquid vt distinctū, ergo huiusmodi nomina dicta de creaturis cōprehendunt rē significatā. De Deo aūt relinquit rem significatam, vt excedentem nominis significationem: ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo: & aliis secundū eandem rationem: ergo nō dicuntur vniuocè de Deo & creaturis. Antecedens declaratur exemplo Solis & inferiorū. Ita quòd declaratio nō est tam exemplaris, quā proportionalis. Ex qua etiam proportionalitate prima cōsequentia manifesta relinquitur, ea quòd à significatis formalibus ad significantia, vt sic quo ad vnitatem & pluralitatem rationis licet quidem est processum Pa. 9. esse optimum. Ipsum tamen consequens tertiæ argumentationis declaratur exemplare in litera, vt per se nota relinquitur, eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

expoſitata eſt ab imperfectionibus. Vnde non eſt par ratio, vt Scotus obiicit de lapide & ſapientia: quia ratio lapidis nec in principio, nec in termino inquiſitionis poteſt remanere vna analogicè ſaluata formaliter in Deo & lapide: quia ſem per lapidis ratio imperfectionem claudit.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd Deus eſt cognoſcibilis cõceptu ſimplici cõtento in obiecto relucẽte in phantaſmate participative vel imitative. Nec oportet quòd cõtineatur eſſentialiter aut virtualiter. datur enim tertius modus.

d. 100.

¶ Ad quartum deinde dicitur, quòd comparatio ſit etiã in analogo, quod medium eſt inter vniuocũ & æquiuocũ: & ideo negatur aſſumptum. Quam enim dicitur, Deus eſt perfectius ens creatura: cõparatio fit in ratione entis vna ſecundũ analogiam, & ſic communi vtrique, vt alibi docuimus.

77

¶ Quòd ad ſecundũ cõcluſio negatiua eſt, Huiuſmodi nomina non dicũtur de Deo & aliis purè æquiuocè. Probatur ſic, ſi dicerentur æquiuocè, nihil poſſet ex creaturis cognoſci, aut demõſtrari de Deo. Sed hoc eſt cõtra philoſophum & Apoſtolum: ergo. Conſequentia probatur: quia incideret fallacia ‡ æquiuocationis, deſtructio verò cõſequentis patet.

* arti. 1. huius quæſtio.

¶ Aduertenda ſunt hic duo. Primũ eſt, ly purè: non enim in litera dicitur abſolutè, quòd non æquiuoca, ſed cũ limitatione dicitur, quòd nõ ſunt purè æquiuoca. Addita eſt autẽ hæc limitatio, quia ſecũdum veritatem, analoga comprehenduntur ſub æquiuocis: quæ in Prædicamentis diffiniuntur.

Æquiuoca enim multipliciter inueniuntur.

Quædam eius ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt diuerſa totaliter, & hæc vocantur purè æquiuoca. Et de his loquitur litera hæc. Quædam verò ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt diuerſa ſecundum aliquid: & hæc multis modis inueniũtur, comprehenduntque ſub ſe analoga, vt alibi oſtendimus. Secundum eſt, ly nihil, in conſequente poſitum: non ſupponit pro nihilo ſimpliciter, quoniam dato quòd omnia huiuſmodi nomina æquiuoca eſſent, adhuc poſſemus cognoſcere quòd Deus eſt creator & ſuper omnia: & quòd nõ eſt corpus, &c. ſed ſupponit pro nihilo formaliter communi Deo & creaturis: pura eſſe ens, actum, bonum, ſapientem, &c. Nihil enim horum poſſet ſciri de Deo, ſed ſemper incideret fallacia æquiuocationis, vt patet.

¶ Quòd ad tertium concluſio reſponſiua affirmatiuè hæc eſt, Quæcunque nomina ſunt communia Deo & creaturis, dicuntur de eis ſecundũ analogiam vnius ad alterum, id eſt creaturæ ad Deũ. Declaratur, ly vnius ad alterum, diſtinguẽdo analogiam nominum, ſcilicet quia vel eſt ratione proportionis aliquotam inter ſe. & hæc vocatur vnius ad alterum. vel ratione proportionis aliquotũ non inter ſe, ſed ad tertium: & hæc vocatur duorum ad tertium, ſeu multorum ad vnum. Exempla patent in litera. Probatur dein de concluſio, quo ad primã quidem partem per locum à diuiſione, propter quod in litera dicitur, Dicendũ eſt igitur, &c. Quo ad ſecundam verò ſic: Deum non poſſumus nominare niſi ex creaturitis: ergo nomina communia vtriuſque dicuntur ſecundum ordinem vnius ad alterum, Quia ad tertiam vero, quia Deus eſt cauſa, in qua præexiſtunt omnium rerum perfectiones.

60

¶ Memẽto hic quod exempla ponimus, non quòd ita ſint, ſed vt diſcẽtes intelligant. Non enim eſt analogum Deo & creaturis ſecundum denominationem extrinſecã, vt ſimum: ſed in hoc tenet ſimilitudo, ſ. vt obiuice eſt analogia ratione ordinis diuorum inter ſe: quamuis diſſimiliter ſit hic & ibi. Nam inter Deum & creaturam eſt ſimilitudo formalis imitatiua, quæ etiam in litera tãgitur, dum creaturas ordinari in Deum dicitur, vt cauſam, in qua præexiſtunt perfectiones omnes. Inter animal verò ſanum, & urinam, non eſt ſimilitudo, ſed relatio ſignificationis: & propterea ibi eſt analogica cõmunitas ſecundũ prædicationem formalem, hic autem propriè eſt cõmunitas attributionis ad vnũ ſecundum prædicationem quamcunque, ſiue extrinſecã, ſiue inteinſecã, &c.

70

¶ Quòd ad quartũ concluſio eſt: ille modus prædicationis medius eſt inter vniuoca & æquiuoca: probatur per locum à diffinitione ad diffinitum. Hic nõ eſt vna ratio ſimpliciter, nec diuerſa totaliter, ſed ſecundum quid eadem: & ſecundum quid diuerſa. ſignificat enim diuerſas proportiones ad vnum & propterea rationes diuerſarum proportionum eſt diuerſitas ſecundum quid: ratione verò vnius rei, ad quam vel ſecundum quam illæ diuerſæ proportiones ſunt, eſt ſecundum quid vna, vt patet in exemplo de ſano, &c. ergo: hanc materiam ſi vis plenè intelligere, vide ſæpe dictum opuſculum de analogia nominum.

80

bilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur. Dicendum eſt igitur, quòd huiuſmodi nomina dicuntur de Deo & creaturis ſecũdum analogiam id eſt proportionem. Quod quidem dupliciter cõtingit in nominibus, vel quia multa habent proportionem ad vnum, ſicut ſanũ dicitur de medicina & vrina: inquantum vtrunque habet ordinem & proportionẽ ad ſanitatem animalis: cuius hoc quidem ſignũ eſt, illud verò cauſa: vel ex eo, quòd vnum habet proportionem ad alterum: ſicut ſanum dicitur de medicina & animali, inquantum medicina eſt cauſa ſanitatis, quæ eſt in animali. Et hoc modo aliqua dicuntur de Deo & creaturis analogicè, & non æquiuocè neque vniuocè. Non enim poſſumus nominare Deum, niſi ex creaturis, vt ſuprà dictum eſt. * Et ſic quicquid dicitur de Deo & creaturis, dicitur ſecundũ quòd eſt aliquis ordo creaturæ ad Deum, vt ad principium & cauſam: in quã præexiſtunt excellenter omnes rerum perfectiones. Et iſte modus communitatis medius eſt inter puram æquiuocationem & ſimplicem vniuocationẽ. Neq; enim in iis, quæ analogicè dicuntur eſt vna ratio, ſicut eſt in vniuocis: nec totaliter diuerſa ſicut in æquiuocis, ſed nomen, quod ſic multipliciter dicitur, ſignificat diuerſas proportiones ad aliquid vnũ. Sicut ſanum de vrina dictum ſignificat ſanitatis animalis, de medicina verò dictũ ſignificat cauſam eiuſdem ſanitatis.

* cap. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet in prædicationibus oporteat æquiuoca ad vniuocum reduci, tamẽ in actionibus agens non vniuocum ex neceſſitate præcedit agens vniuocum. Agens enim non vniuocum eſt cauſa vniuerſalis totius ſpeciei, vt Sol eſt cauſa generationis omnium hominum. Agens verò vniuocũ non eſt cauſa agẽs vniuerſalis totius ſpeciei (alioquin eſſet cauſa ſuiipſius, cùm ſub ſpecie cõtineatur) ſed eſt cauſa particularis reſpectu huius indiuidui: quod in participatione ſpeciei conſtituit. Cauſa igitur vniuerſalis totius ſpeciei non eſt agens vniuocũ. Cauſa aũt vniuerſalis eſt prior particulari. Hoc autem agens vniuerſale, licet non ſit vniuocum, non tamẽ eſt omnino æquiuocum: quia ſic non faceret ſibi ſimile, ſed poteſt dici agens analogicum. Sicut in prædicationibus omnia vniuoca reducuntur ad vnum primum non vniuocum, ſed analogicum, quod eſt ens.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſimilitudo creaturæ ad Deum eſt imperfecta: quia etiam nec idem ſecundum genus repræſentat, vt ſuprà dictum eſt. *

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus non eſt menſura proportionata menſuratis. * Vnde non oportet quòd Deus & creaturæ ſub vno genere contineantur.

¶ Ea verò, quæ ſunt in contrarium, concludunt quod non vniuocè huiuſmodi nomina de Deo & creaturis prædicẽtur, non autem quòd æquiuocè.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis quàm de Deo.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd nomina prius dicantur de creaturis, quàm de Deo. Secundum enim quòd cognoſcimus aliquid, ſecundum hoc illud nominamus, cùm nomina ſecundum quæ fit diffinitio rei, ad quam vel ſecundum quam illæ diuerſæ proportiones ſunt, eſt ſecundum quid vna, vt patet in exemplo de ſano, &c. ergo: hanc materiam ſi vis plenè intelligere, vide ſæpe dictum opuſculum de analogia nominum.

¶ In reſponſione ad primum, dubium occurrit, quia finis reſponſionis eſtendicit principio eiuſdem. In principio ſiquidem dicitur, quòd æquiuoca reducuntur in vniuocum in prædicationibus: In calce autem dicitur, quòd in prædicationibus vniuoca reducuntur in non vniuocum.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter, primo in hac reſpoſione facta eſt dupſex comparatio in prædicationibus. Prima eſt inter vniuoca, & purè æquiuoca, & hæc facta eſt in principio. Secunda eſt inter vniuoca & non vniuoca, & hæc facta eſt in fine. & ideo nulla eſt contradictio. Sed hæc reſponſio difficultatem patitur, eò quòd ſic non eſt ſatisfactum argumento. Vis enim argumenti ſtat in hoc, quòd vniuocum habet ſed ad æquiuocum, vt vnum ad multa. Conſtat autem quòd hoc eſt verũ non ſolùm de puncunque modo æquiuocis, ſed quocis, ſeu non vniuocis. Quoniam vnum non ſolum eſt prius multis ſimpliciter. ſed multis ſecundum quid. Et ſic vniuocum reſtat prius omnibus non vniuocis. vtpote aliquo modo multitudinem includentibus in ſe. Propterea reſpondendum videtur ſecundò, quòd vtrobique facta eſt comparatio inter eadem, ſcilicet vniuoca & æquiuoca in communi, ſeu non vniuoca. Et tamen nulla eſt contradictio. Quoniam in principio eſt ſermo de reductione ſolutiua prædicati in ſe: in fine autem de reductione reſolutiua diuerſorum prædicatorum. Aliud eſt enim reſoluere diuerſa in vnũ, aliud autem reſoluere aliquid in ſeipſo, ibi enim vnum reducitur in aliud, hic autem vnũ diſtinguitur in ſui: vt patet in naturalibus. Ad propoſitum igitur: quando ſermo fuit de ordine diuerſorum prædicatorum, dictum eſt, quòd non vniuocum eſt prius. Quia ens eſt primum ad quod cætera reducuntur. Quum verò ſermo fuit de reſolutione prædicati in ſe, dictum eſt, quòd vniuocum, præcedit non vniuoca, ſicut vnum multa. Eo quòd ens ipſum, quod analogicè dicitur de omnibus & albo, reſoluitur in ſeipſum vniuocè dictum de hominibus & vniuocè quoque dictum de albis, & hoc concludebat vis argumenti. Concluſo ergo, quòd comparando diuerſa prædicata inter ſe, analogum præcedit: reſoluendo autem idem prædicatum in ſe, vniuocum præcedit, vt vnum multa. Reliqua quæ in hac reſponſione de agentium ordine dicuntur, infrà, quum de actione Dei ad extra tractabitur, patebunt.

1. contra capita.

¶ Super Quæſtionis decimatertiæ Articulum ſextum.

TItulus vt iacet in ſua amplitudine intelligitur, vt ex reſponſione patet.

¶ In corpore quatuor. Primò regula traditur ad diſcernendum, de quo per prius noman dicitur, & de quo poſterius: Secundò reſpõdetur quæſito, quò ad nomina metaphorica. Tertiò quò ad propriè dicta, ſecundum opiniones in ſecundo articulo confutatam: quartò ſecundum veritatem.

¶ Quo ad primum regula eſt: Analogum prius dicitur de eo, quod ponitur in aliorũ diffinitione quam de aliis. Probatur: In omni nomine analogo eſt vnũ reſpectu à cæteris, ergo illud vnum ponitur in diffinitione aliorum: ergo illud vnum eſt prius cæteris ſecundum rationem illius analogi. Declaratúrque hoc exemplariter in hoc analogo, quod eſt ſanum. Antecedens cum prima conſequentia non aliter probatur. ſecunda verò conſequentia probatur: quia ratio, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, ac per hoc prius ſecundum diffinitionem illius nominis eſt prius ſecundum eius rationem: quod nihil aliud eſt quàm analogus prius dici de illo quod diffinit cætera, quàm de aliis.

18)

¶ Circa antecedens & primam eius conſequentiam dubium non diſſimulandũ occurrit. Primò a hominem: quia ipſemet S. Thom. in q. de ve. q. 2. arti. 11. dicit, nõ eſſe verum vniuerſaliter, quod primum analogatum poni debeat in rationibus aliorũ analogatorum, ſecundò ſimpliciter. Tum quia ex dictis patet, ſapientiam analogicè dici de Deo & aliis, & tamen creatura non dicitur ſapiens in ordine ad Deum: nec econuerſo, vt patet: ſed vterque dicitur ſapiens abſolutè. Tum quia in ratione hominis, vt ſapiens, non clauditur ſapientia Dei. Nec in ratione Dei, vt ſapiens eſt, clauditur ſapientia hominis. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd analoga inueniuntur duobus modis. Quædam enim ſignificant ipſos reſpectus ad primum analogatum, vt patet de ſano. Quædam verò ſignificant fundamenta tantum illorum reſpectuum: vt communiter inuenitur in omnibus verè analogis propriè & formaliter ſaltaris in omnibus analogatis. Propoſitio ergo illa vniuerſalis in antecedente aſſumpta, intelligenda eſt vniuerſaliter in primo modo analogiæ. Ita quòd ſenſus eſt, ſ. in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogicè, id eſt ſecundum diuerſos reſpectus dicuntur, oportet poni vnum. In quæſitione autem de veritate, ſecundo modo ãnalogiæ dixit oppoſitum. Et hæc reſponſio eſt vniuerſalior ea, quam alibi aſſignauimus, ex q. de ver. quia iſta reſponſio habet locum etiam in analogicis ſecundum proportionalitatẽ, metaphoricè tamẽ dictis. in his enim etiam vnum ponitur in ratione alterius propter prædictam cauſam. Ad ea verò, quæ ſecundo loco obiiciuntur, in quarta parte huius articuli dicetur.

*libr. 1. Periher. c. 1. to. 1.

¶ Quò ad ſecundũ concluſio reſpõſiua eſt. Nomina metaphoricè dicta prius dicuntur de creaturis quàm de Deo. Probatur: Ratio horum nominum, vt dicuntur de Deo, nõ poteſt intelligi abſque ratione eorundem, vt dicuntur de creaturis ergo. Antecedens patet exemplariter, in communi quidẽ deridere, in propoſito autem de leone conſequentia verò tenet ex regula aſſignata.

*ca. 1. de mystic. theolo.

¶ Quò ad tertium, concluſio hypothetica eſt: Si communia nomina propriè dicta diceũtur de Deo cauſaliter tantùm, dicerentur per prius, de creaturis, quã de Deo. Probatur: Eorum ſignificatio, vt de Deo dicuntur, nõ poſſet intelligi ſine ſignificatione eorundem in creaturis: ergo. Antecedens patet in exemplo boni: conſequentia verò tenet ex aſſignata regula.

¶ Quò ad quartum, concluſio repõſiua eſt: Huiuſmodi nomina quò ad rem ſignificatam, prius de Deo, quò ad impoſitionem nominis, prius de creaturis dicuntur. Probatur hæc concluſio, quò ad primam partem: Hæc nomina non ſolum ſignificant Deum eſſe talem cauſaliter, ſed etiam eſſentialiter: & à Deo emanant aliorum perfectiones. ergo de Deo per prius, quàm aliis, quò ad rem.

77

* tex. 28.

¶ Quò ad ſecundam vero partem: Creaturas prius cognoſcimus & nominamus: ergo. Probatur ſecundò ex ſigno: Habent modum ſignificandi, quod conuenit creaturis: ergo.

d. 107. lio.

Circa illud dictum in probatione primæ partis concluſionis, ſcilicet huiuſmodi nomina non ſolũ ſignificãt q. Deus ſit cauſa, ſed quòd ſit eſſentialiter talis, dubium occurrit. Si enim, quum dicitur, Deus eſt bonus, ſenſus eſt, Deus eſt cauſaliter & formaliter bonus: ſequitur primò, quòd ly bonus, dictum de Deo non ſignificet vnum, contra Ariſtot. 4. Metaphy. Sequitur ſecundò oppoſitum intẽtis quoniam eſſet ſenſus, Deus eſt cauſa bonitatis aliorum, & in ſeipſo bonitatem habens, vbi manifeſtè patet aliorum bonitatem cadere in ratione Dei, vt bonus eſt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd verba illa poſſunt dupliciter ſanè intelligi. Primò, vt intelligantur de poſſibili ſeorſum, id eſt quòd huiuſmodi nomina poſſunt dici, & verificari de Deo vtroq; modo, ſcilicet cauſaliter & formaliter, ſeorſum tamẽ: ita quòd iſta, Deus eſt bonus, eſt vera cauſaliter ſumpta: & eſt etiam vera formaliter ſumpta: & non quòd ſimul importet vtrunque. Et ſic nullam ambiguitatẽ ingerit obiectio oppoſita: quia de vtraque ſimul ſignificatione loquitur. Secundò, vt exponantur de vtroque ſignificato ſimul: & ſic oportet dicere, quòd huiuſmodi nomina dicuntur de Deo formaliter & cauſaliter, ſed fundamẽtaliter. Derbi gratia, quum dicitur, Deus eſt bonus, non ſolũ ſignificatur quòd Deus eſt habens bonitatem, ſed etiam quòd Deus habet rationem bonitatis talem, qualis nata eſt fundare cauſalitatem bonitatis aliorum: ita quòd ly talem non modum aut rationem aliquam addit ſupra bonitatem diuinam, ſed circumloquitur illam formalem rationem, ſecundum quam Deus dicitur bonus. Iam enim diffinitum eſt, quòd illa non eſt eadem cum noſtra, niſi ſecundum analogiã. Illa autem ratio quamuis cauſalitatem non importet, fundat tamen eam proximè, & ſimile eſt de aliis. Et ſic nulla remanet ambiguitas: quoniam ſecundum hoc nomina huiuſmodi ſignificant vnũ. Nec oportet cõtrellligi bonitatẽ creaturæ: quoniam non important cauſalitatem formaliter, ſed fundamentaliter tantùm. Vtraque reſponſio eſt bona, prima tamen magis literalis, ea quod contra opinionem confutatam loquitur litera. Et conſtat quòd opinio illa toqueba-

¶ Circa eiuſdem partis probationem & ipſam primam partem. aduerte quòd, quum dicitur nomina huiuſmodi communia, prius dici de Deo quantum ad rem ſignificatam, non intelligas hoc materialiter, ſed formaliter. Ita quòd hoc verificari oporteret de re formaliter ſignificata. Et ratio aſſignata in litera complectitur vtrumque neceſſarium ad hoc: ſcilicet & quòd nomen ſaluetur formaliter: & quòd illa ratio formalis, eſt prior ſecundum rem cæteris: quod probatur; quia eſt cauſa cæterarum. Neutrum enim horum ſeorſum ſufficeret ad concludendũ nomina prius dici de illo, vt patet inductiuè. Ratio enim ſani in cauſa, licet ſit prior ſecundum rem ratione ſani in animali: quia tamen ratio ſani non formaliter in cauſa eſt, poſterius de cauſa dicitur. Ratio quoque boni, licet ſit formaliter in homine, nõ tamen prius dicitur de eo quàm de aliis. Nec te conturbet quiſpiam dicens, ergo non eſt eadem ratio de omnibus nominibus communibus Deo & aliis: Eo q. quædam ſunt, quorum formales rationes, & ſi ſaluentur in Deo, non ſunt cauſæ, quòd cætera ſint talia: quoniam illæ rationes formales nullam cauſalitatem habent: memento autoritatis Apoſtolicæ in litera poſitæ ad Epheſ. 3. Flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Si nanque paternitas diuina, quæ relatio eſt, atque per hoc à cauſalitate aliorum remotiſſima, cauſa eſt cæterarum paternitatum: à fortiori bonitas eſt cauſa omnis bonitatis, & ſcientia omnis ſcientiæ: & ſic de aliis. Etſi quæratur in quo genere cauſæ, nunquam duo genera deſunt, ſcilicet finalis & formalis exemplaris: quicquid ſit de efficientia.

69

* arti. 2. huius q.

* arti. 3. huius quæſtio.

* In cor. art.

tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud ſignificat, quàm quòd pratum ſimiliter ſe habet in decoro, cùm floret, ſicut homo cùm ridet, ſecundum ſimilitudinem proportionis: ſic nomen leonis dictum de Deo, nihil aliud ſignificat, quàm quòd Deus ſimiliter ſe habet vt fortiter operetur in ſuis operibus, ſicut leo in ſuis. * Et ſic patet, quòd ſecundum quòd dicuntur de Deo, eorum ſignificatio diffiniri non poteſt, niſi per illud, quod de creaturis dicitur. De aliis autem nominibus, quæ non metaphoricè dicuntur de Deo, eſſet etiam eadem ratio, ſi dicerentur de Deo cauſaliter tantùm, vt quidam poſuerunt. * Sic enim cùm dicitur, Deus eſt bonus, nihil aliud eſſet, quàm Deus eſt cauſa bonitatis creaturæ. Et ſic hoc nomen bonum dictum de Deo clauderet in ſuo intellectu bonitatem creaturæ. Vnde bonum per prius diceretur de creatura quã de Deo.

¶ Sed ſuprà oſtenſum eſt, * quòd huiuſmodi nomina non ſolùm dicũtur de Deo cauſaliter, ſed etiam eſſentialiter. Cùm enim dicitur, Deus eſt bonus, vel ſapiens, non ſolùm ſignificatur, quòd ipſe ſit cauſa ſapientiæ vel bonitatis, ſed quòd hæc in eo eminentius præexiſtunt. Vnde ſecundum hoc dicendum eſt, quod quantum ad rem ſignificatam per nomen, per prius dicuntur de Deo quàm de Creaturis, quia à Deo huiuſmodi perfectiones in creaturas manant, ſed quantum ad impoſitionem nominis, per prius à nobis imponuntur creaturis, quas prius cognoſcimus. Vnde & modum ſignificandi habent, qui competit creaturis, vt ſuprà dictum eſt. *

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit quantum ad impoſitionem nominis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt eadem ratio de nominibus, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, & de aliis, vt dictũ eſt. *

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd obiectio illa procederet, ſi huiuſmodi nomina ſolùm de Deo cauſaliter dicentur, & non eſſentialiter, ſicut ſanum de medicina.

Circa eandem partem dubium adhuc occurrit ad hominem. Tum quia in articulo ſecũdo huius quæſtionis oppoſitum videtur dictum: quum dictum eſt, quòd Dicẽdo, Deus eſt bonus, ſenſus eſt, id quod bonitatem in creaturis dicimus, eminentius in Deo præexiſtit. Ecce aperte vides in ſignificatione boni in Deo poſita, claudi bonitatem creaturæ; & conſequenter prius dici debere de creaturis. Rurſus in articulo quinto dictum eſt, quòd hæc nomina dicuntur de creaturis in ordine ad Deum: ergo in ratione horum nominum, vt dicuntur de creaturis clauditur Deus: ergo prius de Deo: ita quòd Deus ponitur in diffinitione aliorum: cuius oppoſitum hic tenetur, & patet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd ſecundũ veritatem hæc nomina dicuntur analogicè, id eſt proportionaliter: & prius de Deo quàm aliis: quia cum in vtriſque dicantur formaliter, formalitas tamen in Deo prior eſt ſecundum rem formalitate illa in aliis. Non tamen eſt ſic prior, vt ſcilicet diffiniens eſt prius diffinito, ſed eſt prior, vt cauſa exemplaris ſaltem eſt prior exemplato. Et propterea, ſicut omnia exẽplata ſunt talia in ordine ad exemplar, ſic omnes creaturæ dicuntur tales: puta bonæ in ordine ad diuinam bonitatem. Et ſicut non oportet exemplata ſignificari cum ordine ad exẽplar, quàuis illud habeãt: ita nõ oportet bonitatẽ creaturæ ſignificari in ordine ad bonitatem diuinam: quamuis ſecundum eſſe illam ſemper reſpiciat vt exemplar: verba igitur quinti articuli, & ſimilia, hic non funt confutata, ſed expoſita: quòd ſcilicet intelligũtur ſecundũ eſſe, & non ſecundũ ſignificari, niſi fundamentaliter, pro quanto rationes formales, per ea ſignificatæ, in creaturis fundant ordinem ad Deum, vt cauſam. Verba autem ſecundi articuli non fuerunt inducta, vt diffuiretur ſignificatio nominis in Deo poſita, ſed vt exponeretur ex notioribus nobis, & ideo nihil obſtant. Nulla enim cõparatio aut connotatio alterius clauditur in ratione huiuſmodi nominum, tam, quum de Deo, quàm, quum de creaturis dicuntur, ſed verè abſolutè dicuntur, quum abſolutas ſignificant perfectiones. Et per hæc patet ſolutio obiectorum in prima parte huius corporis articuli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis decimatertiæ Articulum septimum.*

TItulus claret, ex tempore, scilicet Dominus, Saluator, Creator, &c.
¶ In corpore quinque facit. ¶ Primò proponit conclusionem respōsiuam quinto. ¶ Secundò claudit amplam viam probandi conclusionē. ¶ Tertio ibi, Veruntamen, vera viam aggreditur. ¶ Quartò ibi, Quòd igitur Deus, probat conclusionem. ¶ Quinto ibi. Non propter aliquam, excludit tacitam obiectionem.
¶ Quòd ad primum conclusio respōsiua quæstiōis est affirmatiua & particularis, scilicet quædā nomina importantia relationem ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore.
¶ Quòd ad secundum, scito, quòd hæc conclusio ideo difficultatē aliquā habere videtur, quia nulla res noua potest Deo aduenire & propterea, si huiusmodi nomina non ponūt rē aliquā realē in Deo, nulla erit difficultas. Si autem ponuntur rem realē, secus esset. Et quoniā litera intēdit probare cōclusionem ex hoc medio, scilicet, quia non ponūt in Deo, nisi relationem ratiōis, idcirco amplissima via, quæ ad hoc statim ducebat, scilicet, nulla relatio est res naturæ: quia erronea est, statim excluſa, & hoc est primū. Recitatur autem hic error ab Auerroe 12. Metaphy. commen. 19. Confutatūrque hic sic: Res naturales habent ordinē, habitudinémqi naturalē ad inuicem. ergo cōsequentia patet, & antecedēs, præter euidentiam, quā habet ex 12. Meta. com. 43 vbi ordo vniuersi bonū euidēm dicitur, vt per se manifestū assumitur.
¶ Hic esset quærendum, an dētur relationes reales: sed quoniā egredēremur propositi limites fiat quæstio specialis.
¶ Quòd ad tertium, via propria ad inuestigandum medium cōclusionis inferēdæ, est videre, quando relatio est res naturæ, & quando non: & vnde habet, quòd sit res naturæ, & vnde, quòd non sit nisi rationis. Hanc ergo viam ingrediendo, sic procedit. Relatio exigit duo extrema, ergo tripliciter potest inuenīri res naturæ aut rationis, scilicet, aut ex parte vtriusque erit res rationis, aut ex parte vtriusque erit res naturæ: aut ex altero res naturæ, & ex altero res rationis. antecedēs patet: consequentia verò probatur, Extrema tripliciter variantur, scilicet quòd inter aliqua non nisi per rationem est habitudo, aut in vtroque est res aliqua: vnde alterum respiciat aut vnum respicit alterum non ciusdem rationis. Assumptū quò ad primam partem, declaratur ex cōtentis sub ea tribus modis relatiuorum scilicet respicientium idem & non entium: & iuxta secundas intentiones. Vbi nota quòd in primo gradu intellectus facit extrema, nō entia, sed extrema: dum distinguit vnum in duo. In secundo verò intellectus facit vnum extremum, & ens ei extremum. Quòd ad secundam verò parrem declaratur ex duobus generibus relatiuorum sub ea contentorum, scilicet consequentiam, quantitatem & actionem & passionem, vt patet in quinto Metaphy. Quòd ad tertiam verò declaratur similiter ex duobus, scilicet sensu, seu scientia, &c. & dextro in columna, autoritatēque Aristotelis confirmatur.

Hic multa dicuntur, contra quæ obiiciuntur ab aliis, puta quòd inter ens & non ens, non est relatio realis. Et quòd inter motiuum & mobile est relatio realis. Et quòd scientia habet relationem realem ad scibile: sed quoniam hæc pertinent ad accidens, hic dicuntur, ideo fient de his speciales quæstiones.
¶ Veruntamen vnum valde arduum dubium dissimulandū non est circa illa verba literæ, in quibus dicitur, quòd relationes rationis in altero extremo, puta scibili & sensibili sunt, inquantum intellectus apprehēdit ea vt terminos relationum oppositarum, puta scientiæ & sensus. Est autem dubium duplex: primò circa sensum literæ: Deinde circa rem. Circa sensum quidem. An intendat quòd correlatiuum exigatur ad hoc, vt extremum subintelligatur sub ratione termini ipsius relatiui. Verbi gratia, An relatio dominij exigatur ad hoc, vt Deus intelligatur, vt dominus est creaturæ, inquantum, eius est seruus: vel potius intendat, quòd correlatiuum comitatur intellectū alterius extremi sub ratione terminiita quòd relatio dominij concomitatur Deum apprehēsum vt terminum. Multum autem refert an sic aut sic intendat. Quoniam in primo, correlatiuum ponitur de intrinseca ratione termini, imò ponitur terminus ipse: in secundo verò ponitur correlatiuum consequi rationem termini Et consequenter in primo sensu ponitur quòd terminū relatiui oportet esse relatiuum in secundo verò, quòd est absolutum ens. Et propterea nascitur ardua de hoc quæstio: An terminus relatiui vt sic, sit ens absolutum, vel respectiuum.
¶ Et quoniam hæc quæstio necessaria est: licet & intricata, nisi à Scoto, à quo videtur malè deducta est. Scotus ergo in primo dist. 30. quæstio. prima. motus, verecor, ex verbis huius literæ, vt bat multipliciter apprehēsionem relatiui, inquātum terminus, est res absoluta: ac per hoc nullū oportet ponere correlatiuum, vt terminet alterum relatiuum: nec secundā rē, nec secundum rationē. Probatur hoc quadrupliciter. Primo sic: Per se differētia inter relatiua tertij modi & alia, est, quia cætera sunt mutua: ista autem, quæ sunt tertij modi, nō sunt mutua: ergo in cæteris tertij modi terminus est res absoluta. Antecedens patet, quinto Metap. cap. Ad aliquid. Cōsequētia verò est per se nota: quia ex quo nō est correlatiuum: & est terminus ergo res absoluta est, quę determinat. Secundo sic: Actus differēnit potentiam, & non econuerso: ergo actū, vt terminus, est res absoluta, Antecedens patet ex Metaphy. consequentia probatur: Actus diffinit potentiā vt terminat relationem potentiæ ad ipsū, & diffinit, vt prius est, quam potentia. ergo vt terminus, est prior potentia, sed vt correlatium, non est prior potentia: quia correlatiua mutuo se diffiniunt, vt dicit Porphyrius: ergo vt correlatium, non est terminus: ergo vt res absoluta. Tertiò sic: Relatiuū vt sic, diffinitur per terminū: ergo terminus est prior relatiuo: ergo terminus non est ipsum correlatium. Antecedens patet, prima verò consequentia tenet ex septimo & nono Metaphysicæ: ibi enim prioritas substantiæ respectu accidentis: hic actus respectu potentiæ habetur, ex hoc quòd diffiniunt illa, secunda verò consequentia patet: quia aliter daretur circulus in priore & posteriore secundum diffinitionem, quod est impossibile. Quarto sic. In relatiuis tertij modi alterum extremum nullam relationem habet, ni dum actualiter cōsideratur, & terminat relationem reliqui extremi ad se nullo intellectu considerante: imò etiam existente: ergo terminat ratione absoluti & non ratione relationis cointellectæ. Hæc fuit motiua Scoti fatis subtilia: & putasit ea efficacia, ita vt eorum conclusionem verā asserat. Vt autem cognoscatur, quantū à vero distet opinio hæc, ex textu quinti Metaphysicę, in quo se fundauit, inchoandum est. Et tauit siquidem duplicitèr in illo textu. Primò, quia ipse supponit, textum illum intelligi de extremis seu fundamentis relatiuorum, ita quòd Arist. voluerit dicere, quòd quædam extrema sunt, quæ dicuntur ad aliquid propter relationes, quas habent admixtas eis: quædam verò propter relationem, quæ est in vno extremo tantum. Hoc enim esse contra sensum, imò verba Aristot. patet ex Aristoteles ibi explicitè dicit se ponere differētiam inter ea, quæ secundum se sunt ad aliquid. Sed constat, quòd fundamenta relationem non sunt ad aliquid, nisi per accidens, vt ibidē expressè dicitur: ergo nō intelligitur textus ille de rebus, quæ denominātur relatiuè, sed de ipsis ad aliquid. Nec potest aliter saluari textus ille. ¶ Secundò, erat in differentia assignata. In textu siquidem illo non dicitur, quòd quæda sunt mutua relatiua, & quædam non sunt, vt Scotus somniauit: sed differentia assignatur in causa, seu ratione essendi ad aliquid: ita quòd textus affirmat, etiam relatiua tertij modi vtrinque esse ad aliquid. Sed differentiam ponit in hoc, quòd in vno latiuis primi & secundi modi ratio, quòd sunt ad aliquid, est vtrumque horum, quod est, ad aliud se habere. In relatiuis verò tertij modi ex parte vnius extremi ratio quod sit ad aliquid, non est, hoc ipsum, quod est, ad aliud se habere, sed aliud se habere ad ipsum. vbi manifestè patet, quòd tota differentia consistit in ratione essendi ad aliquid, & non in esse mutuo, vel non mutua. Et, quoniam textus ille est fundamentum Theologorum in materia huius

ARTICVLVS VII.

¶ Virum nomina, quæ important relationem ad creaturas, dicantur de Deo ex tempore.

AD SEPTIMVM sic proceditur: Videtur q̄ nomina, quæ important relationem ad creaturas, non dicantur de Deo ex tempore. Omnia enim huiusmodi nomina significant diuinam substantiam, vt communiter dicitur. Vnde & Ambrosius* dicit quòd hoc nomen Dominus, est nomen potestatis, quæ est diuina substantia: & creatio significat Dei actionem, quę est eius essentia. Sed diuina substantia nō est temporalis, sed æterna. Ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo ex tēpore, sed ab æterno.
¶ 2 Præterea, Cuicunque cōuenit aliquid ex tempore, potest dici factū. Quod enim ex tempore est album, fit album. Sed Deo non conuenit esse factum. Ergo de Deo nihil prædicatur ex tempore.
¶ 3 Præterea, Si aliqua nomina dicuntur de Deo ex tēpore, propter hoc, quòd important relationem ad creaturas, eadem ratio videtur de omnibus, quæ relationē ad creaturas importāt. Sed quædam nomina importantia relationem ad creaturas, dicūtur de Deo ab æterno. Ab æterno enim sciuit creaturā & dilexit, secūdū illud Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Ergo & alia nomina, quæ importāt relationē ad creaturas, vt Dominus & Creator dicuntur de Deo ab æterno.
¶ 4 Præterea, Huiusmodi nomina relationē significāt. Oportet igitur, q̄ relatio illa vel sit aliquid in Deo, vel in creatura tātū. Sed non potest esse quòd sit in creatura tantū: quia sic Deus denominaretur dominus à relatione opposita, quæ est in creaturis, nihil autē denominatur à suo opposito. Relinquitur ergo, quòd relatio est aliquid in Deo. Sed in Deo nihil pōt esse ex tempore, cùm ipse sit supra tēpus. Ergo vi detur quòd huiusmodi nomina non dicātur de Deo ex tempore.
¶ 5 Præterea, Secundū relationē dicitur aliquid relatiuè: puta secūdum dominiū dominus: sicut secundum albedinem albb⁹. Si igitur relatio dominij nō est in Deo secūdum rem, sed solùm secundum rationem, sequitur, quòd Deus non sit realiter dominus quòd patet esse falsum.
¶ 6 Præterea, In relatiuis, quę non sunt simul natura, vnū potest esse altero nō existente: sicut scibile non existente scientia, vt dicitur in Prędicamentis. Sed relatiua, quę dicuntur de Deo & creaturis, nō sunt simul natura. Ergo potest aliquid dici relatiuè de Deo ad creaturam, etiam creatura non existente. Et sic huiusmodi nomina Dominus & Creator dicuntur de Deo ab æterno, & non ex tempore.

¶ SED CONTRA est quod dicit Auguſt. quinto de Trinit.* quòd hæc relatiua appellatio dominus, Deo conuenit ex tempore.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quædam nominā importantia relationem ad creaturam. ex tempore de Deo dicuntur, & non ab æterno. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd quidam posuerunt relationem non esse rem naturæ, sed rationis tantum. Quod quidem apparet esse falsum, ex hoc, quòd ipsæ res naturalē ordinē & habitudinē habent adinuicē.* Veruntamen sciendum est, quòd, cùm relatio requirat duo extrema, tripliciter se habere ad hoc, quòd sit res naturæ & rationis. Quādoq; enim ex vtraq; parte est res rationis tātùm: quando scilicet ordo, vel habitudo nō potest esse inter aliqua nisi secundum apprehēsionem rationis tantùm, vtpote cùm dicimus idem eidem idē Nam, secundū quòd ratio apprehēdit bis aliquod vnum, statuit illud vt duo: & sic apprehendit quādam habitudinem ipsius ad seipsum. Et similiter est de omnibus relationibus, quæ consequuntur actū rationis, vt genus & species & huiusmodi. Quędā verò relationes sunt quantū ad vtrunq; extremū res naturæ.* quando scilicet est habitudo inter aliqua duo secūdū aliquid realiter cōueniēs vtriq;, sicut patet de omnib⁹ relationib⁹, quæ cōsequūntur actionē & passionē, vt motiuum & mobile, pater & filius, & similia. Quādoque verò relatio in vno extremorū est res naturæ, & in altero est res rationis tantum: & hoc cōtingit quādocūq; duo extrema nō sunt vnius ordinis. sicut sēsus & scibile: quæ quidē, inquātū sūt res quædā in esse naturali existētes, sunt extra ordinē esse sēsibilis & intelligibilis. Et ideo in scibile quidē & sēsu est relatio realis, secundū quod ordinātur ad sciendum vel sentiēdū res: sed res ipsæ in se cōsideratæ sunt extra ordinē huiusmodi: vnde in eis nō est aliqua relatio realiter ad scientiā & sensū, sed secūdum rationē tātum: inquantū intellectus apprehendit ea, vt terminos relationū scientiæ & sensus. Vnde Philosoph⁹ dicit in 5. Metaph.* quòd nō dicūtur relatiuè, eo quòd ipla referātur ad alia, sed quia alia referūtur ad ipsa. Et similiter dextrū non dicitur de colūna, nisi inquantum ponitur anima li ad dextram. Vnde huiusmodi relatio nō est realiter in columna, sed in animali.
¶ Cùm igitur Deus sit extra totū ordinē creaturæ, & omnes creaturę ordinētur ad ipsū, & nō ecōuerso: manifestū est, q̄ creaturæ realiter referūtur ad ipsum Deum.* sed in Deo nō est aliqua realis relatio eius ad creaturas, sed secundū rationē tātū, in quātū creaturę referūtur ad ipsum. Et sic nihil ꝓhibet huiusmodi nomina importātia relationē ad creaturā, ꝓdicari de Deo ex tēpore, nō propter aliquā mutationem ipsius, sed ꝓpter creaturæ mutationē,* sicut colūna fit dextera alali, nulla mutatione circa ipsā existēte, sed animali trāslato.
¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd relatiua quędā sunt imposita ad significādū ipsas habitudines relatiuas, vt dominꝰ, seruus, pater & filiꝰ, & huiusmodi, & hæc dicūtur relatiua secūdum esse. Quædā verò sūt imposita ad significādas res, quas cōsequūtur quędā habitudines, sicut mouēs, & morū caput & capitatū, & alia huiusmodi, quę dicūtur relatiua secūdū dici. Sic igitur & circa nomina diuina hæc differētia est cōsiderāda dupliciter. Nā quædā significāt ipsā habitudinē ad creaturā, vt Dominꝰ. Et huiusmodi nō significāt substātia diuinā directè, sed indirectè, inquātū præsupponūt ipsā: dicit enim dominū præsupponi potestatē, quæ est diuina substantia. Quædam verò significāt directè essentiam diuinā, & ex consequenti importāt habitudinē, sicut Saluator, Creator, & huiusmodi, significant actionē Dei, quæ est eius essentia. Vtraque tamē nomina ex tempore de Deo dicūtur, quātū ad habitudinē, quā importāt vel principaliter vel consequenter, non autē quantum ad hoc, quòd signi ficant essentiam, vel directè, vel indirectè.
¶ Ad secundum dicēdum, quòd, sicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore realiter referūtur ad ipsum Deum.* sed in Deo nō est aliqua realis relatio eius ad creaturas, sed secundū rationē tātū, in quātū creaturę referūtur ad ipsum. Et sic nihil ꝓhibet huiusmodi nomina importātia relationē ad creaturā, ꝓdicari de Deo ex tēpore, nō propter aliquā mutationem ipsius, sed ꝓpter creaturæ mutationē,* sicut colūna fit dextera alali, nulla mutatione circa ipsā existēte, sed animali trāslato.
¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd relatiua quędā sunt imposita ad significādū ipsas habitudines relatiuas, vt dominꝰ, seruus, pater & filiꝰ, & huiusmodi, & hæc dicūtur relatiua secūdum esse. Quædā verò sūt imposita ad significādas res, quas cōsequūtur quędā habitudines, sicut mouēs, & morū caput & capitatū, & alia huiusmodi, quę dicūtur relatiua secūdū dici. Sic igitur & circa nomina diuina hæc differētia est cōsiderāda dupliciter. Nā quædā significāt ipsā habitudinē ad creaturā, vt Dominꝰ. Et huiusmodi nō significāt substātia diuinā directè, sed indirectè, inquātū præsupponūt ipsā: dicit enim dominū præsupponi potestatē, quæ est diuina substantia. Quædam verò significāt directè essentiam diuinā, & ex consequenti importāt habitudinē, sicut Saluator, Creator, & huiusmodi, significant actionē Dei, quæ est eius essentia. Vtraque tamē nomina ex tempore de Deo dicūtur, quātū ad habitudinē, quā importāt vel principaliter vel consequenter, non autē quantum ad hoc, quòd signi ficant essentiam, vel directè, vel indirectè.
¶ Ad secundum dicēdum, quòd, sicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore realiter referūtur ad ipsum Deum.* sed in Deo nō est aliqua realis relatio eius ad creaturas, sed secundū rationē tātū, in quātū creaturę referūtur ad ipsum. Et sic nihil ꝓhibet huiusmodi nomina importātia relationē ad creaturā, ꝓdicari de Deo ex tēpore, nō propter aliquā mutationem ipsius, sed ꝓpter creaturæ mutationē,* sicut colūna fit dextera alali, nulla mutatione circa ipsā existēte, sed animali trāslato.
¶ Quò ad secundum, vel secundo probatur conclusio sic: Essentia Dei nō potest à nobis pro statu viæ intelligi modo, quo in se est: ergo omne intellectū quocū que modo determinatum, deficit à modo, quo Deus in se est: ergo quātò aliqua nomina sunt minus determinata, tantò magis propriè dicitur de Deo à nobis. ergo. Qui est, est maximè propriū nomen Dei. Vltima consequentia probatur in litera: quia cætera nomina, aut sunt minus communia: aut si conuertuntur, addunt aliquid rationi, saltem supra ipsum. Et confirmatur autoritate Damasceni Priores autem consequentiæ in litera non probantur. Et prima quidem ratione non egebat, quoniam ex se satis liquet. Si enim modus Dei est incognitus, sequitur, quòd omnis modus cognitus deficiat à modo Dei. Secunda quoque patet, quoniam si omnis modus cognitus deficit à modo Dei, ergo quanto determinatior modus, tanto magis deficit: quoniam defectus iste ex eminentissima amplitudine modi essendi Dei procedit, ac per hoc quanto

maximè proprium nomen Dei.

¶ 2 Præterea, Diony. dicit 3. ca. de Diu. no. q̄ boni nominatio excellenter est manifestatiua omnium Dei processionum. Sed hoc maximè Deo conuenit, quòd sit vniuersale rerum principium. ergo hoc nomen bonum, est maximè proprium Dei, & non hoc nomen, Qui est.

¶ 3 Præterea, Omne nomen diuinum videtur importare relationē ad creaturas, cùm Deus non cognoscatur à nobis, nisi per creaturas. Sed hoc nomē, Qui est, nullam importat habitudinem ad creaturas. Ergo hoc nomen, Qui est, non est maximè proprium nomen Dei.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exodi 3. quòd Moyſi quærenti, Si dixerint nihil quod est nomē eius: quid dicam eis? & respōdit ei Dominus, sic dices eis: Qui est, misit me ad vos. Ergo hoc nomen, Qui est, est maximè proprium nomen Dei.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc nomen, Qui est triplici ratione est maximè proprium nomē Dei. Primò quidem propter sui significationem. Non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Vnde, cum esse Dei sit ipsa eius essentia: & hoc nulli alij conueniat, vt supra ostensum est: * manifestum est, quòd inter alia nomina hoc maximè propriè nominat Deum. Vnum quodque enim denominatur à sua forma. Secundò propter eius vniuersalitatem. Omnia enim alia nomina vel sunt minus communia: vel, si cōuertantur cum ipso, tamē addunt aliqua supra ipsum secundum rationem. Vnde quodammodo informant & determinant ipsum. Intellectus autem noster non potest ipsam Dei essentiam cognoscere in statu viæ, secundum q̄ in se est: sed quęcunque modum determinet circa id, quod de Deo intelligit, deficit a modo, quo Deus in se est. Et ideo quanto aliqua nomina sunt minus determinata & magis communia & obsoluta, tanto magis propriè dicuntur de Deo a nobis. Vnde & Damascenus * dicit quòd principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus, est, Qui est: totum enim in seipso comprehendens velut quoddam pelagus substantiæ infinitum & indeterminatum. Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus substantiæ rei: sed hoc nomē Qui est, nullum modum essendi determinat, sed se habet indeterminatè ad omnes. Et ideo nominat ipsum pelagus substantiæ infinitum. Tertiò vero ex eius significatione. Significat enim esse in præsenti. Et hoc maximè propriè de Deo dicitur, cuius esse non nouit præteritum vel futurum, vt dicit Augustinus in quinto de Trin. ᶜ

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hoc nomen, Qui est, est magis proprium nomen Dei, quàm hoc nomen Deus, quātum ad id, a quo imponitur, scilicet ab esse: & quantum ad modum significandi & consignificandi, vt dictum est. * Sed quantum ad id, ad quod imponitur nomen ad significandum, est magis proprium hoc nomen Deus, quod imponitur ad significandum natura diuina. Et adhuc magis proprium nomen est Tetra grāmaton, quod est impositum ad significadam ipsam Dei substātiam incommunicabilem, & (vt fic liceat loqui) singularem.

¶ Ad secundum dicendū, quòd hoc nomen bonum, est principale nomen Dei, inquantum est causa, non tamen simpliciter. Nam esse absolutè præintelligitur causæ.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ non est necessarium, q̄ omnia nomina diuina important habitudinem ad creaturas, sed sufficit, quod imponatur ab aliquibus perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas: inter quas prima est, ipsum, esse, a qua sumitur hoc nomen, Qui est.

¶ Quò ad tertium verò, vel tertio probatur conclusio ex significatione Qui est, significat esse in præsenti. ergo maximè propriè conuenit Deo, tenet sequela. præsentialitas enim est maxime propria Deo, vt patet per augustinum.

¶ Aduerte hic, quòd ly, Qui est, tripliciter potest considerari. Vno modo absolutè & formaliter: & hic considerandum est hic, nec differt ly, Qui est, ab ente formaliter. sed quo ad tres conditiones. Prima est: quia ens non dicit explanatum essendi. Secunda est: quia ens non complanatim et semper aliquod. Tertia est: quod relatiuum clausum in ly ens, est neutri generis, vt patet exponendo ens, id est quod est, vt exprimit Autor. Vtrum autem genus eum informe sit magis ex parte materiæ se feminei, neutrum autem genus cum formatum sit, actualiterem infinitat. Vnde dicendo, Qui est, actualitas magis infinuatur existentis quàm dicendo, quod est. propter quas conditiones adiunctas his quæ in litera dicta sunt, ly qui est, secundo modo consideratur vt merito appropriatum Deo: & sic cuius ratio appropriationis sit, quia ipse solus in rei veritate est, cætera autem sunt & non sunt, pro quanto deesse possunt. & dum sunt, non sunt, nisi sic, id est tantæ & talis perfectionis, & non absolutè: & oportet, vt hoc nomen sic sumptum eminentiam summam in essendo infinuet, non ex significatione, sed ex appropriatione: sicut si hoc nomen cognoscens, inter homines aliqui excellentissimum intellectus appeciretur, quasi cætera in comparatione ad ipsum non cognoscerent. & cætera. Tunc enim, licet non variaretur nominis significatio, posset tamen infinuare quàm significaret formaliter, cùm ex huiusmodi appropriatione ostenderetur excellentia illius. Vnde in propositio, licet Qui est, formaliter sumptum de omni existente verificetur, nec pelagus substantiæ infinitum denotet, nisi eo modo, quo ens, vt appropriatum tamen consideratur, esse quod est ipsa Dei essentia, eminentissime in Deo ponit, pelagusque illud infinitum in diuino esse ponit: ac per hoc infinitatem per indeterminationem, quām in communi propter quòd illullum nomen simplex, quō ad conceptum habemus, quod magis explicet diuinam naturam quidditatiue, quàm ly, Qui est. Tertio modo considerare, Qui est, vt est primum membrum huius analogi. scilicet Qui est, & sic ly, Qui est, non ex appropriatione, sed ex propria ratione est nomen proprium Dei: & verificantur de eo omnia supradicta. Alia tamen rationes quia non ex appropriatione, sed ex propria significatione, vt dictum est: & quoniam analogum simpliciter prolatum stat pro primo, idcirco ly Qui est, absolutè, pro primo sumitur: & est proprissimum Deo propter supradicta: & hæc sequere, quoniam & vera, & Autori consona sunt absolutè ac formaliter loquendo.

*libr. 1. ortho d. cap. 12.

*cap. 2.

*incorp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum propositiones affirmatiuæ non possint formari de Deo.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd propositiones affirmatiuæ non possint formari de Deo. Dicit enim Dionysius 1.ca. Cœlestis Hierar. quòd negationes de Deo sunt veræ, affirmationes autem incompactæ.

¶ 1 Præterea, Boetius dicit in li. de Tri.* quòd forma simplex subiectum esse non potest. Sed Deus maximè est forma simplex: vt supra ostensum est.* Ergo non potest esse subiectum: sed omne illud, de quo propositio affirmatiua formatur, accipitur, vt subiectum. Ergo de Deo propositio affirmatiua formari non potest.

¶ Præterea Omnis intellect° intelligens rem aliter quàm sic, est falsus: sed Deus habet esse absque omni compositione, vt supra probatum est.* Cùm igitur omnis intellectus affirmatiuus intelligat aliquid cum compositione, videtur quòd propositio affirmatiua verè de Deo formari non possit.

¶ SED CONTRA est, quòd fidei non subest falsum: sed propositiones quædã affirmatiuæ subduntur fidei, vtpote q̃ Deus est trius & vnus, & quòd est omnipotens. Ergo propositiones affirmatiuæ possunt verè formari de Deo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd propositiones affirmatiuæ possunt verè formari de Deo. Ad cuius euidentiã sciendum est, q̃ in qualibet propositione affirmatiua vera oportet q̃ prædicatum & subiectum significẽt idem secundũ rem aliquo modo, & diuersum secundũ rationẽ. Et hoc patet tam in propositionib°, quæ sunt de prædicato accidentali, quàm in illis quæ sunt de prædicato substantiali. Manifestum est enim, q̃ homo & alb° sunt idem subiecto, & differunt ratione. alia enim est ratio hominis, & alia ratio albi. Et similiter cùm dico, homo est animal. Illud enim ipsum, quod est homo, vere animal est. In eodẽ enim suppositо est & natura sensibilis, a qua dicitur animal, & rationalis, a qua dicitur homo. ᶜ Vnde & hic etiam prædicatum & subiectũ sunt idem suppositio, sed diuersa ratione. Sed in propositionibus, in q̃bus idẽ prædicatur de seipso, hoc aliquo modo inuenitur: inquantum intellectus, id quod ponit ex parte subiecti, tradit ad partem suppositi: quod verò ponit ex parte prædicati, trahit ad naturam formæ in suppositо existentis: secũdum q̃ dicitur q̃ prædicata tenentur formaliter, & subiecta materialiter. Huic verò diuersitati, quæ est secundum rationem, respondet pluralitas prædicati & subiecti: identitatem verò rei significat intellectus per ipsam compositionẽ. Deus autem in se consideratus, est omnino vnus & simplex: sed tamẽ intellectus noster secundum diuersas conceptiones ipsium cognoscit, eò q̃ non potest ipsum, vt in seipso est videre. Sed tamen quamuis intelligat ipsum sub diuersis conceptionibus, cognoscit tamẽ, quòd omnibus suis conceptionibus respondet vna & eadem res simpliciter. Hæc ergo pluralitatem, quæ est secundum rationem, representat per pluralitatẽ prædicati & subiecti: vnitatem verò representat intellectus per compositionem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Dionysius dicit affirmationes de Deo esse incompactas, vel incontinentes secundum aliam translationem, inquantum nullum nomen Deo competit secundum modum significandi, vt supra dictum est.*

¶ Ad secundum dicendum, q̃ intellectus noster non potest formas simplices subsistentes, secundum q̃ in seipsis sunt comprehendere: sed apprehendit eas secundum modu compositorũ, in quibus est aliquid, quod subiicitur, & est aliquid, quod inest. Et ideo apprehendit formam simplicẽ in rone subiecti, & attribuit ei aliquid.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ hæc propositio, Intellectus intelligens re aliter quam sit, erit duplex. ex eo quod hoc aduerbium, aliter potest determinare hoc verbum, intelligit, ex parte intellecti, vel ex parte intelligentis: ° Si ex parte intellecti, sic propositio est vera. Et est sensus: Quicunque intellect° intelligit rem esse aliter quã sit, falsus est. Sed hoc nõ habet locum in proposito: quia intellectus noster formas p̃positionẽ de Deo, non dicit eum esse compositum, sed simplicem. Si verò ex Parte intelligentis, sic propositio falsa est. Alius est enim modus intellectus in intelligendo quam rei in essendo. Manifestum est enim, q̃ intellectus noster res materiales infra se existentes intelligit immaterialiter: non quòd intelligat eas esse immateriales, sed habet modum immaterialem in intelligendo. Et similiter, cùm intelligit simplicia, quæ sunt supra se, intelligit ea secundum modum suum, scilicet composite: non tamẽ ita q̃ intelligat ea esse composita. Et sic intellectus noster non est falsus, formam compositionem de Deo.

QVAESTIO DECIMA-quarta, De scientia Dei, in sex decim articulos diuisa.

POST considerationem eorum, quæ ad diuinã substantiam pertinent, restat considerandum de iis, quæ pertinent ad operationem ipsius. Et quia operatio quædã est, quæ manet in operãte, quædam verò quæ procedit in exteriorem effectum: Primò agem° de scientia & voluntate (nam intelligere in intelligente est, & velle in volente) & postmodum de potentia Dei: quæ consideratur vt principium operationis diuinæ in effectum exteriorem procedentis. Quia verò intelligere quoddam viuere est, post considerationem diuinę scientiæ considerandum est de vita diuina. Et quia scientia verorum est, erit etiam considerandum de veritate & falsitate. Rursum, quia omne cognitum in cognoscente est, rationes autem rerum, secundùm quòd sunt in Deo cognoscente, ideæ vocantur, cum consideratione scientiæ erit etiam adiungenda consideratio de ideis.

¶ Circa scientiã verò quærũtur sexdecim.

¶ Primò, vtrũ in Deo sit scientia. ¶ Secũdò vtrum Deus intelligat seipsum. ¶ Tertiò, vtrum comprehẽdat se. ¶ Quartò, vtrum suũ intelligere sit sua substantia. ¶ Quintò vtrum intelligat alia a se. ¶ Sextò, vtrũ habeat de eis propriam cognitionẽ. ¶ Septimò, vtrum scientia Dei sit discursiua. ¶ Octauo, vtrum scientia Dei sit causa rerum. ¶ Nonò, vtrum scientia Dei sit eorũ, quæ non sunt. ¶ Decimò, vtrum sit malorum. ¶ Vndecimò, vtrum sit singularium. ¶ Duodecimo, vtrum sit infinitorũ. ¶ Decimotertio, vtrum sit contingentium futurorum. ¶ Decimoquarto, vtrum sit enuntiabilium. ¶ Decimoquintò, vtrum scientia Dei sit variabilis. ¶ Decimosextò, vtrum Deus de rebus habeat speculatiuam scientiam vel practicam.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in Deo sit scientia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Deo non sit scientia. Scientia enim habitus est qui Deo non competit, cùm sit medius inter potentiam & actum. Ergo scientia non est in Deo.

¶ 2 Præterea, Scientia, cùm sit cõclusionũ, est quę da cognitio ab alio causata, scilicet ex cognitione principiorũ. Sed nihil causã tũ est in Deo. Ergo scientia nõ est in Deo.

mum bonum neque vt ens infinitum. Et cum tanta simplicitate explicat substantiã: imò si rectè ac perfectè conciperetur, explicat quasi causam, quare Deus sit ens infinitum: non enim, quia ens infinitum, ideo est. Qui est sed, quia est Qui est, ideo esse infinitæ perfectionis est vnus ille. Scotus in 1. dist. 3. q. 3. dicens, quòd simpliciter proprius Deo, nobis possibilis sit conceptus huius nominis ens infinitum tam enim patet quòd conceptus Qui est, simpliciter, perfectior ac prior est.

¶ Super Quæstionis decimæquartæ Articulum duodecimum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnico quæstio affirmatiuę propositiones affirmatiuę verè possunt de Deo formari. Probatur, Omnis propositio affirmatiua significat identitatem aliquam secundum rem prædicati & subiecti, cũ distinctione eorũ dẽ secundũ rationẽ. Sed in Deo inuenitur hæc duo, ergo. Maior probatur dupliciter. Primò ex propositis. Nã b° aceidetalib°, & essentialibus duplicibus, scilicet & in quibus prædicatum & subiectum differunt secundum rationes diuersas, & in quibus non. Secundò ratione. Propositio affirmatiua habet copulam, & predicatum & subiectum: ergo importat identitatem rationę copulæ & distinctionem rationis extremorum. Minor vero probatur: Deus non cognoscitur à nobis, vt est in se, nisi modi vnitatę, sed tãm diuersis rationibus vn° & simplex: ergo.

¶ Aduerte Thomistę, hinc habes, quòd Deus apud Sanctum Thomã est vniuersalis eleuatę rationis formalis omnia, &c. hoc enim intelligis, quod dicit hic, quòd est omnino vnus & simplex. Atq; quin aduertatis subsũta cum eius causa non coniona scilicet, ideã mentem intellectus nostri secundo diuersas cõceptiones ipsum cognoscit: quia non potest eum ipsum, vt in se est videre. Sic ergo posset ipsum videre, si videre, nõ differret. Deinde, nec sapientiam ab bonitate secundum rationem: vt modo facit, dicendo Deus est ia. Et pies & bonus, &c. Vnde ca ergo est in Deo sola realis ratio tantum.

¶ Super Quæstionis decimæquartæ Articulum secundum.

TItulus: Scientia non est in Deo scientia intelligimus cognitionem intellectiuam certam & euidentem.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue: In Deo est scientia perfectissime: probatur: Immaterialitas est ratio, quòd aliquid sit cognoscitiuũ. & secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis: sed Deus est in summo immaterialitatis: ergo Deus est in summo cognitionis: quod est habere perfectissime scientiam.

Maior habet duas partes, & quòd ad vtranque probatur. Quò ad primam partẽ dupliciter. Primo ratione sic: Esse cognoscens est ex habere formam suam & alterius: ergo ex amplitudine naturæ: ergo ex immaterialitate. Antecedens probatur: quia in hoc differt cognoscens à non cognoscente. Prima verò consequentia ex se est euidens: quia quod est ipsum & alia, est magis amplum, quã quod est ipsum tantum: & confirmatur autoritate tertij de Anima, Anima est quodammodo omnia. Secunda verò consequentia probatur ex dictis in quæst. 7. q̃ coarctatio formæ est ex materia: & infinitas formarum per recessum à materia. Secundo probatur maior autoritate Arist. 1. de Anima, quòd plantæ non cognoscũt propter suam materialitatem. Quò ad secundam verò partẽ probatur maior ex gradibus cognoscendi in sensu & intellectu. Ille enim cognoscitivus est, quia recipitivus specierũ sine materia. Iste magis: quia separatus & immixtus, vt dicitur 3. de Anima. Minor autem ex supradictis est nota.

Circa differentiam assignatã inter cognoscentia, & non cognoscentia, dubitatur. Aut, quam dicitur quia cognoscens natum est esse etiam alia, intendis quòd ly esse, intelligatur per identitatem: & sic falsum est, quoniã anima intellectiua non est nata esse idem, quod lapis, quod bos, &c. aut per informationẽ, & tunc aut per intentionalem: & sic est facta differentia: quia aër non est cognoscens: & tamen recipit colores intentionaliter, Aut naturalem: & tunc est falsissima. Tum quia lapis non est in anima. Tum quia non cognoscentia hoc modo sunt alia. Similiter ly alia, aut stat pro omnibus, & sic est falsum, quia sensus nõ est natus esse omnia, sed quædam. Aut pro quibusdam: & sic differentia est nulla quoniam commune est omnibus, quæ apud nos sunt esse non solum ipsa, sed quædam alia aliquo modo, scilicet per informationem: quoniam omnia non solum sunt substantiæ in se, sed habent ad minus sua accidentia conformia naturis propriis. Ignis enim nõ solum est ignis, sed leue, rarum, lucidum, calidum. Et quamadmodum hæc habent sua accidentia, ita cognoscens habet sua propria accidentia, species intentionales. Vnde in hoc nulla apparet differentia inter cognoscentia & non cognoscentia.

¶ Ad euidentiam huius difficilis ac ardui fundamenti, magnæ partis Metaphysicæ ac Philosophiæ naturalis, duo facienda sunt. Primò formaliter dicendum est ad obiectiones. Secundò radix omnium producenda est in lucem. Ad obiecta facile dicitur, quòd ly esse abstrahit à modis essendi per identitatem, aut informationem: & similiter ly alia, abstrahit ab omnibus aut quibusdam. Sicut etiam ly cognoscitiuum abstrahit à tali & tali cognoscitiuo. Aliquod enim cognoscens est, quod est omnia per identitatem, vt Deus. Aliquod quod est aliqua per identitatem, & aliqua per informationem, vt angeli. Aliquod quod est omnia per informationem, vt anima nostra. Aliquod quod est aliqua per informationem, vt anima pure sensitiua. Et propterea dicitur in communi posita, abstrahit ab omnibus his modis, vt nullus excludatur, sed omnes in eo fusio contineantur.

¶ Radix autem ista eluc escit, si intuemur per se differentiam inter modum, quo cognoscẽs est cognitum, & quo materia habet formam. Et similiter quam differenter sit vnum ex cognoscente & cognito, & materia & forma. Idem enim iudicium est de esse & de vno, cùm eandem, natura significent, vt iii 4. Metaphi. dicitur. Sciendum est ergo, quòd per se differentia in hoc est. Quòd cognoscẽs est ipsum cognitum actu vel potentia. Materia autem nunquam est ipsa forma. Et ex hac differentia quo ad esse, sequitur differẽtia quo ad vnitatem: quòd scilicet cognoscens & cognitum sunt magis vnũ, quam materia & forma, vt egregiè dixit Auer. in 3. de Aui. commen. 5. Et rationem reddidit modo dictam: quia ex intellectu & intellecto non fit tertium, sicut ex materia & forma: assignando enim pro ratione maioris vnitatis exclusionem tertij, aperte docuit vnitatẽ consistere in hoc, quia vnũ est aliud. Vnde Aui. in 3. de Aui. hoc idem præ docuit

dicens, quòd anima est omnia sensibilia & intelligibilia. Ostenditur autem hæc esse verum per se differentiam ex eo, quòd omnes communes animi conceptiones & conclusiones ei cõsonant, scilicet quòd accidit cognoscitiuo & cognito diuersitas inter ea, & similiter compositio eorum. Et similiter quòd cognitum habeat esse intentionale in cognoscente, & quòd in nulla natura possint adeo eleuatę materia & forma, subiectum & accidens, vt vnum sit idem alteri saltis rationibus eorum, vt de cognoscente & cognito comperimus.

¶ Necessitas autem hoc ponendi, ex duabus nascitur positionibus. Altera est, Vnumquodque operatur secundùm quod est actu 3. Physico. Altera est, Cognitũ est principium specificativum cognitionis, ex 12. Metaphysic. Ex his sequitur, quòd, cùm cognoscens debeat esse sufficiens principiũ suæ propriæ operationis, quæ est cognoscere: quia hoc omnibus perfectis naturis commune est: oportet quòd sit specificativum principium illius, quod est esse cognitum. Et si his adiungas ex 2. Cœlitex. com. 17. quòd vnum quodque: est propter suam operationem, sequitur quod natura cognoscitiua est talis secundum se, vt sic actu vel potentia ipsum cognitum: quod est esse nõ solum ipsa, sed alia, vt in litera dicitur. Et si hæc comparaueris ad reliqua entia, videbis differentiam inter cognoscentia, & non cognoscentia manifestari ex hoc. Reliqua naque entia, aut recipiunt formas propter ipsarũ formarũ operationes, aut propter operationẽ tertij compositi ex recipiente & recepto. Exemplum primi in aqua calida, & vniuersaliter in subiecto & accidentali forma. Calefactio enim non est propria operatio aquæ, sed caloris. Et idem est iudicium quòd ad hoc de aqua frigida licet enim frigiditas sit naturalis potentia aquæ, frigefacere tamen frigidi, non aquæ propria est operatio. Exemplum secundi patet in formis substantialibus: materia enim non recipit formam propter operationem ipsius materiæ, sed compositi ex ipsa & forma. Cognoscens autem recipiens cognitũ, non recipit ipsum propter operationem alicuius compositi resultantis ex eis: neque propter operationem ipsius cogniti, sed propter specificationem propriæ operationis ipsius cognoscentis. Visus enim recipit visibile, propter speciem visionis: quam constat esse visus proprium operationem. Nec obstat, quòd visibile vt receptum in visu sit accidens, & visus sit subiectum: quoniam hoc est per accidens, id est ex necessitate materiæ, & non est per se primò intentum: forma enim, intentio seu species visibilis, non inquantum accidens, sed inquantum visibilis & transiens in visum specificat. Sed quia hoc non patitur talis natura sensibilis, nisi per intentionem esse, ideo gratia materiæ concurrit accidens, non tamẽ destruit per se intentum, sed in gradu minus perfecto constituit. Vt enim alibi dicit Auer. in eodem est, & ab Auerroi duodecimo capite Metaphysicorum & 3. de Anima habetur, Cognoscibile & cognitum non eadem intentione in omnibus sunt vnum, sed magis & minus. diuinum est adeo quòd in solo Deo sunt omnino idem. Et sic patet sensus differentiæ assignatæ & quam subtiliter naturam cognoscentis tradidit hic diuus Thomas: Quam in hoc consistere non solum ex Aristotele & Auerroi vr patet ex dictis, sed etiam ex Alberto ostendimus in tractat de intellectu & intelligibili. Et hoc diligentissimè oportet pro fundamento habere, quotiens de intellectu est sermo, quoniam ex eo multarum quæstionum conclusiones pendent puta de concursu obiecti, & intellectus ad intellectionem. & similiter de concursu speciei intelligibilis, &c. Et hinc apparebit, quàm rudes fuerint qui de sensu & sensibili, intellectu & intelligibili, deque intelligere & sentire tractantes, tanquam de aliis rebus iudicant. Et disces eleuare ingenium, aliumque rerum ordinem ingredi.

¶ Super Quæstionis decimæquartæ Articulum secundum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue: Deus intelligit seipsum per seipsum. probatur: Deus est absque omni potentia vitate actus purus: ergo intellectus & intellectum sunt omnibus modis idem: ergo intelligit seipsum per seipsum. Antecedens patet, prima vero consequentia fundatur super duas propositiones. Altera est: Obiectum intellectus oportet esse actu intelligente ad hoc vt intelligat. Altera est: Omnis diuersitas intellectus ab obiecto est propter admixtam naturam potentiæ. Prima probatur ex differentia inter operationem transeuntem & immanentem: quia ista intus habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet terminum. Secunda ex lib. de anima sic: Sensus in actu est idem cum sensibili in actu: & similiter intellectus in actu cum intelligibili in actu. Nō autem est hic eadem potentiæ, ergo identitas horum sequitur actualitatem status eorum: diuersitas verò potentialitatem. Ex his enim manifestè patet sequela prima sic: Intelligibile oportet esse in intelligente, & non est aliquo modo distinctum nisi per potētiam ergo ipsa actualis illius in quo nulla est potentia, nullo modo distinguitur ab eo. Si ergo Deus est absque potentia, &c. ergo, &c. Deinde in litera explanatur cōsequens, quo ad ly omnibus modis, excludendo duos diuersitatis modos, scilicet inter actum & potentiam, & inter substantiam & accidens: secunda consequentia patet.

¶ Circa verba literæ in secunda propositione fundante consequentiā, aduerte quòd hoc, quod dicitur, scilicet secundum hoc tāntum sensus vel intellectus aliud est à sensibili vel intelligibili, quia vtrūque est in potentia, duplicitер exponi pōt. Primò, vt ly vtrunque referat potētiam & obiectum. Secūdo, vt referat ambas potentias, quas nominauerat, scilicet sensitiuam & intellectiuam. Et sīste sec undus sensus teneatur, nihil scabrositatis occurrit, & planus literæ sensus seruatur. Si verò primus sensus intēsus dicatur, eget mitore: quoniam ex hoc haberetur expressè, quòd ad distinctionem inter cognoscentem & cognitum exigitur potentialitas non solum in cognoscente, sed etiam in cognito: quod non est vsquequaque verum. Potest enim hoc dupliciter intelligi. Primo, q exigatur potentialitas in vtroque, ita quod vtrunque sit secundum se potentiam habens: & hæc duplex potentia sit radix distinctionis. Et hoc est falsum, vt patet, quum Deus videtur ab aliquo intellectu creato. Tunc enim obiectū est actus purus, & tamen distinctio est inter intellectum & obiectū. Secundo, quod exigatur potentialitas vtriusque respectu huius, id est quòd obiectum sit potentia intelligibile ab ipso intellectu, & intellectus sit in potentia aliqua ad intelligendum illud: & hoc est vetum. Sed iudicio meo non est hic intentum. Tum quia vna potentialitas, scilicet potentia sufficit. Tum quia ista potentialitas obiecti non in se, sed respectu huius non est potentialitas imperfectionis, de qua loquimur. Tum quia vtraque ista potētia resoluitur tandem quò ad hunc effectum, qui est distinctio inter obiectum & potentiam: inter potentialitatem ipsius cognoscitiuæ virtutis. Tum quia planus sensus literæ primam expositionem optimè amplectitur, & proposito satisfacit: & ideo primum sequamur.

*tex.12. & 28.
*li.3. de Trinit. circa fi nem.
*li.15. de Trinit. c.1. & li. 6. supra quæst. cap.12.
* tex. 15.
*tex.36. & 37. 280

diens ad essentiā suam reditione completa. Sed Deus non exit extra essentiā suam nec aliquo modo mouetur. & sic nō competit sibi redire ad essentiam suam. Ergo ipse non est sciens essentiam suam.

¶ 2 Præterea, Intelligere est quoddā pati & moueri, vt dicitur in 3. de Anima. * Scientia etiā est assignatio ad rem scitā: & scitū etiam est perfectio scientis. Sed nihil mouetur vel patitur vel perficitur à seipso, neque similitudo sibipsi est, vt Hilarius* dicit. Ergo Deus non est sciens seipsum.

¶ 3 Præterea, Præcipuè Deo summo similes secundum intellectum: quia secūdum mentem sumus ad imaginem Dei, vt dicit Aug. * Sed intellectus noster non intelligit se, nisi sicut intelligit alia, vt dicitur in 3. de Anima. * Ergo Deus non intelligit se, nisi forte intelligendo alia.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. ad Corint. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus Dei.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus se per seipsum intelligit. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd, licet in operationibus, quæ transeūt in exteriorem effectum, obiectū operationis, quod significatur vt terminus, sit aliquid extra operantem: tamen in operationibus, quæ sunt in operante obiectum, quod significatur, vt terminus operationis, est in ipso operante: & secundum quod est in eo, sic est operatio in actu. Vnde dicitur in li. de Anima, * quòd sensibile in actu est sensus in actu, & intelligibile in actu est intellectus in actu. [c] Ex hoc enim aliquid in actu sentimus vel intelligimus, quo intellect[a] noster vel sensus informatur in actu per speciem sensibilis vel intelligibilis. Et secundum hoc tantùm sensus vel intellectus aliud est à sensibili vel intelligibili: quia vtrunque est in potentia. Cùm igitur De[a] nihil potētialitatis habeat sed sit actus purus, oportet quòd in eo intellectus & intellectum sint idē omnibus modis, ita scilicet, vt neque careat specie intelligibili: sicut intellectus noster cùm intelligit in potentia, neque species intelligibilis sit aliud à substantia intellect[a] diuini: sicut accidit in intellectu nostro, cùm est in actu intelligēs: sed ipsa species intelligibilis est ipse intellectus diuinus. & sic seipsum per seipsum intelligit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd redire ad essentiā suam, nihil aliud est, quam rem subsistere in seipsa. Forma enim, inquātum perficit materiā, dādo ei esse quodāmodo supra ipsam effunditur: inquantum verò in seipsā habet esse, in seipsam redit. Virtutes igitur cognoscitiuę, quæ nō sunt subsistentes, sed act[s] aliquorum organorum, non cognoscunt seipsas: sicut patet in singulis sensib[s]. Sed virtutes cognoscitiuæ per se subsistētes cognoscūt seipsas. Et propter hoc dicitur in li. de Causis, q sciens essentiam suam redit ad essentiam suam. Per se autem subsistere maximè conuenit Deo. Vnde secundum hunc modum loquendi, ipse est maximè rediēs

à specie intelligibili: dubium occurrit. Quia exclusio horum non sufficienter explanat omnimodam identitatem intellectus & intellecti: & hoc probatur in angelo intelligente seipsum. Cōstat enim, quòd nec est in potentia, neque species, qua se intelligit, est aliud à substantia sua: & tamen intellectus & intellectum non sunt omnibus modis idem etiam intelligendo seipsum. Tum quia hoc est proprium Dei, quem formas de seipso non est substantia sua, quicquid ille sit.

¶ Ad hoc dupliciter dicitur. Primò, quòd in ista scilicet vt neque species, neque species sit aliud, &c. accipiatur similitudo, id est quòd per hæc duo limitetur id, quod dicitur, scilicet omnibus modis idem: ac si dicitur, sunt omnibus modis idē, quò ad hæc duo & sic dubium motum locum non habet.

[f] Et licet hic sensus literæ cōsonet pro quanto in articulo quarto, quæ rendum restat, vtrū intelligere Dei sit idem cum eo quod ipse Deus Consideratibus tamē quod hic est sermo de intellecto, & intellectus identificatus: & quod dubium manet pro quanto sunt aliquæ difficultates, ex propriis ipsius intelligere, vt distinguitur contra intellectum, dici aliter posse videtur, accipiendo quòd ly ita, scilicet vt neque caret specie, &c. teneatur exposituè.

[f] Et ad dubium mouendum respondetur, quòd exclusio horum duorum ad æquat omnimodam identitatem inter intellectus & intellectū. Sed intelligenda species impressa tantùm, sed vniuersaliter tam impressa quàm expressa: vbi enim intellectus & species vniuersaliter non distinguitur, ibi intellectus & intellectum non est idem. Et hoc in tra doctrina Sancti Thom. Et est indubiè verum, quoniam cōceptus species expressa, cuius in solo Deo est substātia. Et sic in nullo alio [f]. Et iuxta integrè exclusio autem hoc sufficit secundum aliorum dogmata, philosophorum dogmata, non est præsentis negotij: sed in 3. de Anima vel in 12. Metaph. dicetur. Quod autē sic vniuersaliter in præsentia tera sumatur species, rexitus intrinsecus, quem est actus verbi, quem est actus intelligens. Si de specie impressa tantùm intederet, non oportuisset dicere quum est actu in intelligens: cùm illa ecia insit, quum intellectus noster non est in actu intelligēs, sed dormitāt. vnde explanando speciem intelligibilem per

*Epi. 112 ad Paul. cap. 9.

83 1. cont. 22. 46. & 47. & li. 4. cō. 12. ad primum, & 2. Et opus. 3. disp. 29. & 30. & 31.

*Aug. 15. de Trin. c. 6.

84 1. dist 35. art. 2. & veri. q. 1. artic. 4. Et 1. cōtra cap. 48. & 49. * quæst. 46. to. 4.

fectum intellectus in actu secundo, insinuauit, quòd vniuersaliter de specie intelligibili quæritur concurrente ad actum secundum, qui est intelligere. Constat autem ad illud concurrere vtrunque speciem. De specie ergo vniuersaliter est sermo interpretandus, vt vniuersaliter sit sensus.

¶ *Super Quæstionū decimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus ex corpore.

¶ In corpore vna conclusio respōsiua quæsito affirmatiuè. Deus perfectè comprehendit seipsum. Probatur. Deus ita perfectè cognoscit seipsum sicut perfectè cognoscibilis est ergo perfectè comprehendit seipsum. Antecedēs probatur sic: vnumquodque tantum est cognoscibile, quantum est actu, ergo tanta est ei cognoscibilitas, quanta est actualitas. Ratio is: Deus est cognoscitivus per hoc quod est actus ab omni materia & potentia separatus: ergo tanta est vis cognoscitiua, quanta est actualitas: igitur vtrunque concludendo, sequitur, tanta est cognoscibilitas, quanta vis cognoscitiua, & econuerso. Assumptum primum patet ex nono Metaphy. Assumptum verò secundum ex articulo primo & secundo. Consequentia autem probatur ex ratione comprehendere est ad finem cognitionis alicuius pertinere: ergo est ita perfectè cognoscere rem, sicut res, est cognoscibilis. ergo, si Deus ita perfectè cognoscit, sequitur, ergo comprehendit omnia sunt clara: & tamē in litera declaratur ratio comprehensionis exemplariter: in cognitione, propositionis demōstrabilis, finis enim cognitionis ipsius non habetur, quoniam demēstratur: quoniam semper maneret plus cognoscibilis, quam cognita esset.

*Arist. 1. huius. quæst.

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo primo conclusio respōsiua quæsito affirmatiuè, secūdo epilogus antè dictorum.

¶ Quò ad primum conclusio est: Intelligere Dei est eius substantia: probatur dupliciter. Primò ducendo ad impossibile cum Aristo. Si intelligere dei esset aliud à substantia, sequeretur quod diuina substantia se haberet ad aliquid aliud, vt potentia ad actum perfectionē: hoc est impossibile. ergo. cō sequētia probatur: quia intelligere est perfectio & actus intelligentis. Secundo probatur ostensiue: Substantia Dei est suum esse, & sua species intelligibilis: ergo intelligere Dei est ipsa substantia. Antecedēs quò ad primam partem patet ex quæstione tertia. ¶ Quò ad secundam ex, secundo articulo huius quæstionis, consequentia verò probatur. Intelligere est actus manens in intelligente, vt esse: ergo, si substantia intelligentis est suum esse, & ipsa species intelligibilis, oportet quòd sit suum intelligere. Assumptum probatur: quia in intelligere consequitur speciem, vt esse formam.

¶ Ad euidētiam consequentiæ cum sua probatione, quoniā occulta aliqualiter est propter sui profunditatem, ac formalitatem notanda sunt duo. Primò quòd in litera quatuor dicuntur de intelligere, scilicet quòd manet in intelligente quod vt actus & perfectio eius, quod vt esse est actus existentis, quod consequitur intelligibilem speciem, vt existere formam: quorum duo prima non probantur, quia clara sunt, tertium autem probatur per quartum, quod testimonium est proconstanti. Aduerte secundo, quòd quartum dictum, scilicet quod intelligere consequitur speciem intelligibilem, vt esse formam quo ad tria, quæ ad propositum spectat, verificatur. Primò, quo ad causalitatem: quoniam forma est ratio agendi: & species intelligibilis est ratio intelligendi. Secundò, quòd necessitatem: quoniam formam in actu necessariò comitatur & actum, necessario comitatur intelligere. Tertiò, quo ad modū cautandi, quo niam forma complendo quod est facit esse: & species inteligibilis in actu non in genere entis, sed in genere intelligibilis, complendo intellectum, facit in

doscitur per demonstrationem, non autē quādo cognoscitur per aliquam rationē probabilē: manifestū est autē quòd Deus ita perfectè cognoscit seipsum, sicut perfectè cognoscibilis est, est enim vnumquod que cognoscibile secūdum modum sui actus[c]. Non enim cognoscitur aliquid secūdum quòd in potentia est, sed secundum q est actu vt dicitur in 9. Metaphy. * Tanta est autē virtus Dei in cognoscēdo, quāta est actualitas eius in existēdo: quia per hoc, quòd actu est, & ab omni materia & potentia separatus, Deus cognoscitiuus, est, vt ostēsum est*. Vnde manifestū est, q tantum seipsum cognoscit quantū cognoscibilis est. Et propter hoc seipsum perfectè comprehendit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cōprehendere, si propriè accipiatur, significat aliquid habēs & includens alterum. Et sic oportet quòd omne cōprehensum sit finitū, sicut omne inclusum[c]. Nō sic autem cōprehendi dicitur Deus à seipso, vt intellectus suus sit aliud quàm ipse & capiat ipsum & includat. Sed huiusmodi locutiones per negationē sunt exponēdę. Sicut enim Deus dicitur esse in seipso, quia à nullo exteriori cōtinetur: ita dicitur cōprehendi à seipso: quia nihil est sui quod lateat ipsum. Dicit enim Aug. in lib. de videndo Deum*, quòd totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem.

¶ Ad secundum dicendū, quòd, cùm dicitur Deus finitus est sibi, intelligendū est secundum quandam similitudinē proportionis: quia sic se habet in non excedendo intellectū suum, sicut se habet aliquid finitum in nō excedendo, intellectū finitum. Non autē sic dicitur Deus sibi finitus, q ipse intelligat se esse aliquid finitum.

*Epi. 112 ad Paul. cap. 9.

*Aug. 15. de Trin. c. 6.

*tex.39.

*Att. 1. huius quæst.

*q.3.art. 4.

*q.3.art. 7.

*cap. 7.

*q.3.ar.4

*Joan. 1. cap.

*Joan. 14. cap.

*Joan. 17. cap.

*Joan. 20. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes effectus præexistétes in prima causa sunt in eius intelligere: ergo sunt in ea modo intelligibili. probatur sequela: quia vnumquodq; est in altero modo eius, in quo est.

Circa has ratiões ad
quæstionem, quòd bis in
littera assumitur hæc propositio: Esse Dei est eius
intelligere, semel ad
probandum antecedés
primæ rationis: & semel constituitur antecedens secundæ rationis. Et prima quidem
vice, de diuinis humano more loquendo interpretari potest vtroque modo scilicet formaliter & identicè. Formaliter quidem: quia
*Art. præced. intelligere est formaliter esse Dei, inquantum
intelligens est, vt patet
ex dictis. Et propterea
si esset imperfectum, esse Dei concluderetur imperfectum. Identicè vero: quia etiam sic infertur intentum, subintellectiue propositionibus
cõmunibus: quoniam,
81 cùm intelligere Dei
subiectiue & obiectiue
sit capax perfectionis
omnimodæ secundum
se, & sit idem cum esse
Dei: si est imperfectum
necessario sequitur, ergo esse Dei est imperfectum à posteriori, ex
imperfectione posterio-
90 ris, inferendo imperfe-
ctionem prioris iden-
tificantis sibi posterius.
*q.2.art. 3. si enim omnino perfectum esset identificans, nullam imperfectionẽ idẽtificati permitteret. Sed secunda vice ambiguum est quonam pacto sumatur. Si enim sumitur formaliter, falsum est: quoniam hic est sermo non de esse Dei quasi in communi vt prius, sed de esse Dei vt fundat virtutem actiuam, quia in tali esse præexistunt omnes effectus causæ actiuæ. Tale autem esse aliud est formaliter ab intelligere, cum sit perfectio naturaliter prior, &c. Si verò sumitur identicè, assumptum est verum: sed ratio nihil valet: quoniam ex formali & identico non sequitur formalis, sic autem esset in proposito: quoniam ista, Omnes effectus præexistunt in esse primæ causæ, est formalis. Ista verò, Esse primæ causæ est suum intelligere, est identica. Et consequenter ex eis non potest inferri ista formalis, ergo omnes huiusmodi effectus sunt in intelligere Dei. Et confirmatur dubitatio: quia nõ valet, Omnes, effectus sunt in esse Dei: esse Dei est relatio: ergo omnes effectus sunt in relatione, & per modum relationis. Et similiter non valet subsumendo, esse Dei est eius velle: ergo omnes effectus sunt in velle Dei, & per modum voluntatis: igitur nec de intelligere valet.

¶ A hoc dicitur dupliciter. Primo, quod in hoc antecedente illa propositio. Intelligere Dei est suum esse, identica est, quò ad nos: licet secundum se sit formalis. Et cum dicitur, Ex identica & formali, &c. conceditur. Sedcum hoc stat, quod ex identica cum tali formali sequatur formalis, id est, licet non sequatur gratia formæ, sequitur tamen gratia materiæ. Sic autem est in proposito: quoniam de perfectionibus naturalibus Dei loquendo, ex identitate earũ sequitur, quòd quicquid est in vna modo proprio illius, est in alia modo proprio illius alius. Et hoc ideo est: quia perfectiones naturales Dei habent naturaliter quicquid perfectionis habere possunt, secundum suas rationes formales. Et cùm omnes possunt esse infinitæ, sunt æquales. Et sic quælibet modo sibi proportionali ad omnia se naturaliter extendit ad quæ vna se extendit. Et propterea cùm intelligere Dei sit perfectio naturalis ipsius Dei, & esse similiter, & sunt idem, consequens est quod quæcunque sunt in esse, & per modum entis, sunt in intelligere, vt in intelligere, & per modum intelligibilẽ: Et ex hoc patet solutio ad instantias: Nam relationes diuinæ & pertinétia ad illas, non sunt perfectiones formaliter, vel le autem alia, cui pertinentibus ad ipsum, licet sit perfectionũ tamẽ est naturalis, sed habera. ℣ Secundo dicitur & melius & proculdubio ad mẽtem literæ, quòd ista propositio est formalis, quicquid enim sit de esse Dei, esse tamen Dei, vt prima causa, vt sic, intelligere est: quoniam non ex eo quod est, sed ex eo, quòd intelligit, & vt intelligit, non vt est, causat & causatiuus naturaliter est. Nec est verum quòd effectus intellectualis causæ, vt sic præexistat

in esse, vt præuenit intelligere: imò quod præexistat in esse est per accidens, id est, ex hoc, quod intelligere est esse vt in nobis respectu artificialium exponimur. Intelligere quippe fundat actiuam virtutem omnis intellectualis causæ, vt sic, & consequenter primæ. Et propterea notanter in litera dicitur, hoc esse euidentius, si adiungatur, quòd esse primæ causæ sit eius intelligere. Et sic cessat

obiectiones, velle enim
est determinans causã
intellectualem ad alte-
rum oppositorum pro-
ducendum, non autem
constituens ipsum: &
propterea esse primæ
causæ non est velle formaliter sed intelligere.

¶ Circa consequẽtiam
secundam eiusdem ra-
tionis. aduerte, quòd cõ-
sequens dupliciter in-
terpretari potest, secun-
dum quòd intelligibi-
le dupliciter sumitur.
Vno modo, vt distinguitur contrà sensibile, & sic
esse modo intelligibili
in aliquo, nihil aliud est,
quam esse immateriali-
ter in illo: & iuxta hunc
sensum plana est conse-
quentia: quoniam si es-
se est idem, quod intelli-
gere, cum intelligere ſit
necessariò immateriale
quod est in esse, erit im-
materialiter: quia vnu-
quodque est in aliquo
modo illius, in quo est.
Alio modo vt distinguitur cõtra ens: prout ge-
nus intelligibile distin-
guitur à genere entis.
Et sic esse modo intelli-
gibili in aliquo, est relu-
cere in eo, vt obiectum
possibile intelligi. Et in
xta hunc sensum conse-
quentia quoq; plana est
quia, si est esse intelligi-
re, omnia, quæ sunt in
esse sunt in intelligere, vt
intelligere est, id est, in-
telliguntur: & si intelli-
guntur, ergo sunt vt in-
telligibilia seu intelligibi-
liaquoniam vniuscuius-
que est in aliquo per
modum eius in quo est
ac per hoc quæ sunt in
intelligere, sunt modo
intelligibili. Inter hos
autem duos sensus hoc
referre videtur in pro-
positio, q. iuxta primum
sensum ex primo ante
cedente, absque medio
sequitur. Iuxta secundũ
verò per consequentia
aliam mediam, quæ in
litera fit. Et quidẽ lite-
ra neutrã excludit: ga
tamen secũdus infert primũ, & subtilior ac formalior est, ideo ampliectẽdus est.

¶ Quò ad secundum, assignatur modus, quo alia à Deo cognoscuntur ab ipso, vnica conclusione: Alia à Deo cognoscuntur à Deo non in seipsis, sed in ipso Deo. Probatur: Deus videt seipsum & alia per essentiam suam: ergo seipsum in seipso, alia autem à se non in seipsis, sed in substantia sua. antecedens patet, consequentia verò probatur, distinguendo videre dupliciter, in seipso, & in alio. & diminiendo vtrunque. Ex diffinitionibus namque eorum patet sequela, nam videri in seipso est videri per propriã & adæquatam speciem, videri verò in alio, est videri per speciem alterius, in quo illud est, vt in litera dicitur: consequens est, quòd ex hoc, quòd Deus per essentiam suam, vt specié videt se & alia, quod se in se, alia non in seipsis, sed in ipso videat: quia constat, quod essentia sua est species adæquata Deo, & non alius.

¶ Aduerte hic duo pro explanatione literæ. Primò sensum distinctionis factæ in litera de cognitione in seipso, vel in alio, quod ly in seipso seu alio, sentiunt obiectiue, ita quod videri in seipso, significat videri non in alio obiecto, seu visorum. Videri autem in alio, significat videri in alio obiecto, seu in alio viso. Secũdo verificationem diffinitionum membrorum, cùm enim qualibet species intelligibilis aut sensibilis habeat aliquod adæquatum obiectum, & illud proculdubio in primo & prima, & illius repræsentatum & obiectum: oportet quòd, si aliquod est adæquatum obiectum speciei, quod non in alio obiecto repræsentetur ab illa sed in seipso, & econuerso, si aliquod nõ in alio obiecto repræsentetur ab ea qua specie, oportet quod sit adæquatum, repræsentatum per illam. Si enim est inadæquatum, ergo repræsentatur in alio, scilicet adæquato. nam omni speciei oportet respondere aliquod obiectum adæquatum: in quo omnia contenta repræsentata per illam: alioquin nõ esset adæquatum illi. Et similiter si aliquod repræsentatur in alio obiecto, oportet q. sit in adæquatum obiectũ repræsentatiuũ per illã speciẽ, vt patet: vnde patet ratio vtriusque diffinitionis, oportet enim diffinitur visum in seipso esse, quod per adæquatã sibi speciem videtur. Et similiter visum in alio esse quod per speciem continentis, in quo scilicet, videtur.

¶ Vtrum Deus cognoscat alia à se propria cognitione.

Circa has diffinitiones occurrit simul dubium difficile, cum radice diuersitatis opinionum, de modo, quo Deus videt alia.

¶ Ad cuius euidentiam oportet prælibare, q. species representatiua plurium
85 ad obiectum adæquatum comparatur vno modo, ad obiectum verò inadæquatum compatari potest duobus modis. Nam obiectum adæquatum non nisi immediate immediatione obiectiua repræsentare potest, obiectum verò inadæquatum potest repræsentare mediatè, & immediatè mediatè quidem, repræsentando ipsum prout est in obiecto adæquato: tunc enim repræsentat ipsum mediante obiecto adæquato. immediatè verò repræsentando ipsum secundum se abstrahendo à mõdo, quo est in obiecto adæquato: tunc enim immediatè immediatione obiectiua, de qua sola est hic sermo, ipsum repræsentat: & vt sic non repræsentat ipsum mediante obiecto primo. Exemplum huius est, si ponatur aliquod visibile, puta lignũ iuxta speculum & in prospectu Sortis videntis: & ponamus sine verè siue falsè quòd non sit alia species in Sorte qua videt ipsum lignum in seipso, & qua videt lignum in speculo (vtroque enim modo experimur nos simul idem videre) apparet enim, quòd species visibilis illa existens in vidente comparatur ad lignum dupliciter, scilicet immediatè, inquantum est ratio videndi illud in seipso & mediatè, inquantum est ratio videndi illud in speculo. Ex hac autem enucleatione ruit primo definitio prima. Nam hanc manifestè sequitur, quod stat aliquid videri in seipso, & tamen non per speciem adæquatam sibi: vt patet inadæquato repræsentato inquantum immediate refertur ad speciem repræsentantem. Ruit secundo torus processus literæ circa modum, quo alia à Deo cognoscuntur. Nam hic dicitur, quòd, licet valeat consequentia. A videtur per speciem continentis: ergo videtur in alio non tamen valet ergo videtur tantum in alio: seu quod idem est ergo non videtur in seipso: quia illa species continentis potest ad contentum dupliciter comparari, immediatè scilicet & mediatè &c. & tamen in litera expressè vtrunque infertur. Oritur tertio hinc diuersa circa modum diuinæ cognitionis opinio. Nam opinantes quod essentia diuina, quæ sola est ei ratio intelligendi, seu species intelligibilis, respicit alia à Deo dupliciter, immediatè scilicet & mediatè: concedunt consequenter, quòd Deus cognoscit alia à se dupliciter, scilicet in seipso & in seipsis rebus cognitis per vnam tantum cognoscendi, essentiam scilicet diuinam solam. Opinantes verò, quod essentia diuina vt ratio cognoscendi non potest repræsentare cognitum aliquod immediatè, nisi obiectum adæquatum: consequenter dicunt Deum seipsum tantum in seipso, alia verò in se Deo, & non in seipsis videre.

Circa conclusionem quoque & diffinitionem visi in alio, occurrit dubium ex Scoto in 1. dist. primi tenente, quòd Deus per essentiam suam vt rationem cognoscendi cognoscit alia à se in seipsis in esse obiectiuo, seu cognito positis, per actum intelligendi diuini intellectus. Ex cuius positione potest contra prædictã ratio formari ratio. Visum in alio, & visum per speciem continentis non conuertuntur: igitur hæc non est diffinitio illius: consequentia patet, & antecedens probatur: lapis videtur à Deo per speciẽ continentis, quia per essentiam Dei, quæ est species sui & aliorũ eminenter, & tamen videtur in seipso obiectiuè: ergo. Probatur hæc secunda pars assumpti: Intellectus diuinus à quatuor quodãmodo essentia sua vt specie intelligibili, est in actu primo sufficienti ad producendum in esse intelligibili quodcunque intelligibile: ergo, intellecto se, intelligendo lapidem producit lapidem in esse cognito: ac per hoc intelligit lapidem in seipso. Argumenta verò Scoti, quæ in eadem quæst. facit, ad sequentem articulum magis spectant vbi de cognitione distincta aliorum agetur.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis duo notanda sunt. ℣ Primò, quòd, licet in hoc omnes conueniant, quòd essentia diuina, siue vt ratio cognoscendi, siue vt obiectum cognitionis (vtrunque enim sibi conuenit) eminenter contineat omnia intelligibilia: in hoc tamen est dissentio: quoniam rudiores putant, quòd in essentia diuina contineantur alia cum quadam distinctione, vt relucent res in speculo. Sapientes verò docent, quòd in essentia diuina continentur omnia indistinctè & eleuatè, vt effectus in causis eminentibus, sic tamen perfectè, ac distinctè continerentur. Et quoniam hoc proculdubio est verum, vt naturæ causarum ostendunt: ex hoc patere potest, quòd essentia diuina vt species intelligibilis non repræsentat alia immediatè, sed mediante seipsa vt obiecto: habet enim se ad alia sicut species causæ ad effectus, ad quos causa illa se potest extendere. ℣ Secundò notandum est, quòd esse cognitum seu obiectum, &c. non vniformiter ab omnibus Doctoribus interpretatur. Scotus enim ibidem & in sequenti distinctione putat, quod esse cognitum repræsentatum & quicquid aliud æquiualet, est esse quoddam distinctum contra esse in rerum natura: non tamen est apud eum esse essentiæ, sed potius esse secundum quid, & essentiæ & existentiæ rerum. Nec putat tale esse, esse relativum, sed absolutum, secundum quid tamen, & fundans relationem, vt patet ibidem. Ex quo ad hoc, non differre dicit respectu huius intellectus puta humani aut illius: puta diuini, & in tali esse ponit omnia alia à Deo produci per actũ intellectus diuini: & sic intelligi in seipsis, & non solũ in essentia diuina vt in causa. ¶ Sanctus Thomas autẽ in quæst. de Ve. q. 11. docuit chimericũ hoc esse. quoniã ens rationis distinctũ contra ens reale, sufficienter euacuari dixit per negationem & relationẽ. Constat enim quòd tale esse non est realeigitur rationis: igitur negatiuum, aut relatiuum. Et verè misit est, quomodo in medium lumen offenderunt illi. Constat enim primo ex significatione nominũ, q. cognosci est denominatio extrinseca, & q. res dicitur visa aut cognita denominatione extrinseca: & cõsequenter non per aliquod esse cognitum, quod formaliter habeat. Cõstat secundò, quod esse repræsentatum nõ est aliquid in repræsentato, sed sola extrinseca denominatio: alioquin imago alicui* chimeræ haberet vim producẽdi chimeræ in tali esse: quod est falsũ. Constat tertiò, quòd, quia nõ est pluralitas sine necessitate ponenda, & omnia optimè saluãtur, ponendo esse cognitũ repræsentatũ, &c. esse tantũmodo esse relatiuum, frustra excogitatum est tale esse. secũda pars assumpti patet inductiuè & ideo nolo morari. Ad
90 ¶ SED CONTRA, Habere propriam cognitionem de rebus, est cognoscere res non solùm in cõmuni, sed secundũ quòd sunt adinuicem distinctæ. Sic autem Deus cognoscit res. Vnde dicitur Heb. 4. quòd pertingit vsque ad diuisionem spiritus & animæ, compagum quoque & medullarũ, & discretor cogitationum & intentionũ cordis, & non est vlla creatura visibilis in conspectu eius.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc quidã errauerũt, dicẽtes* quòd Deus alia à se non cognoscit nisi in communi, scilicet inquantum sunt entia. Sicut enim ignis, si cognosceret seipsum, vt est principium caloris, cognosceret naturam caloris, & omnia alia, inquantum sunt calida: ita Deus inquantum cognoscit se, vt principium essendi, cognoscit naturam &

uersatur quoque hoc propriis dictis Scoti: quoniã sequitur ex hoc, quòd lapis prius habet tale esse, quàm intelligatur à Deo: probatur, quia prius ponitur in esse repræsentato per essentiam diuinã vt speciem intelligibilem, quam in esse cognitio per actũ intellectionis: quia prior est repræsentatio quàm cognitio vt causa effectu. Non bene quoque sonat apud fideles, dicere quòd Deus naturali necessitate nõ liberè producit extra se alia à se in esse absoluto: quamuis secundum quid. Contrariatur demũ hoc Philosophiæ explicitè, optimè confitenti, q. Deus nihil intelligit extra se, non solùm formaliter, sed obiectiuè: quia quidquid intelligit intelligit per essentiam propriam vt formam intelligibilẽ, & in essentia propria vt obiectum: nec alio potest diuertere intuitum suũ, vt ifti fingũt. ¶ Ad obiectiones autem ex oppositum dicitur, quòd illæ diffinitiones formaliter intellectæ, nullam habent instantiã, sed sunt in communi verissimæ, & quæcunque hypothesi factæ. Visum enim in se, vt sic, non per alterius speciẽ sed propriã aut vt propriã, quod est idẽ, quod per propriam formaliter videri oportet apud species concedentes, inter quos est se mos: & econuerso, q. per propriam aut cõmunẽ vt propriam videtur, in seipso videtur. Et similiter est de diffinitione visi in alio. Visum, enim in alio, vt sic, per illius continentis speciẽ videtur: & econuerso, quod per cõtinentis speciẽ, vt sic, videtur, in alio videtur. Vnde sine veri sine falsum sit, quòd eadẽ species possit mediatè, & immediatè repræsentare inadæquata, nihil refert in proposito, quoniã formaliter loquimur. Illa autẽ diffinitio materialiter speciẽ continentis, seu adæquatã considerat, vt patet ex dictis.
¶ Ad obiectionem autem ex Scoto dicitur, q. fundamentum illius Scotici supponit hoc falsum, scilicet q. esse cognitũ sit quoddã esse absolutum, &c. extra intellectũ: quoniã, vt ex dictis patet, nihil aliud est, quàm esse relatiuũ denominatione extrinseca. Vnde ad rationẽ, formaliter concedatur, q. Deus per essentiã suã vt speciẽ, est in actu primo sufficienti ad producendũ quodcunq; in esse cognito. Et cùm infertur, ergo lapidẽ, concedatur, Sed cũ vlterius infertur, ergo talia producta habẽt esse in seipsis, negatur, quòd nihil aliud tali productione fit, nisi denominatio extrinseca. Et hoc enim q. Deus intuẽdo suã essentiã intuetur in ea lapidẽ, cõsequitur q. lapis habeat istã denominationẽ extrinsecam, q. dicitur ea lapidẽ, cõsequitur q. lapis habeat istã denominationẽ extrinsecam, q. dicitur cognitus à Deo: nec aliquid aliud oportet acquirere, vt patet, cùm hoc sufficiat.

¶ Super quæstionis decimequartæ Articulum sextum.

TItulus, propria cognitione. Cognitio propria de alquo dupliciter intelligi potest Primò, vt distinguitur contra communẽ ex parte actus cognoscendi, id est de ipso solo & sic de nulla re Deus habet propriam cognitionem, quia solam vnicam habet cognitionẽ, quæ nullius est ialius, sed ita est luius, quòd etiam omnium aliorum. ℣ Secundò, vt distinguitur contra communem ex parte rei cognitæ, id est de proprijs ipsius. Et sic sumitur in proposito. Quærimus enim an Deus sic cognoscat alia à se, vt intuatur quæ sunt propria tm gutorum.
¶ In corpore tria. Primò respondet quæsito affirmatiuè. Secundo assignat modum verificationis eius. Tertiò probat simul conclusionem respõsiuam & modum eius, duabus rationibus.
¶ Quò ad primum tria. Primò ponitur opinio Auerrois ex 11. Meta. comment. 5. Et de hac reciantur duo, scilicet ipsa opinio, scilicet quòd Deus cognoscit omnia, secundũ quòd cõmunicant in esse: & modus eius, quia scilicet cognoscendo se, vt est primum essendi principium declaratũrque hoc, exemplo ignis.
¶ Secundò reprehenditur, ducendo ad impossibile: Si Deus sciret alia tantùm, inquantum entia, ergo intelligeret entia in communi tantùm. ergo in confuso & in potentia, ergo imperfectè: ergo intelligere Dei non esset omnibus modis perfectum: ergo nec esse Dei, quod impossibile.
¶ Aduerte, quòd cognitio attingens aliquid secundũ prædicata cõmunia tantum, potest dici imperfecta, in potentia, cõfusa, in cõmuni, vniuersalis, &c. dutum, pliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ, hoc modo proculdubio verũ est, quòd cognitio talis habet has cõditiones. Alio modo ex parte ipsius cognitionis in se: & sic nõ semper est verum, quòd cognitio talis, id est sistens in communibus habeat has cõditiones: alioquin Metaphysica, quæ sistit in cõmunibus omnia, esset imperfecta ex parte actus, &c. Vnde tres primæ consequentiæ ex parte rei cognitæ sumptæ, sunt ex se euidentes, & probantur in litera ex primo Physicorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet. Nec enim dicit responsio Auerroys dicentis, quòd quia obiectum scientiæ Dei, non est ens, quod est vniuersale ad omnia entia in cõmuni in potentia cõ fusè & indistincte omnia comprehendens: Sed essentia Dei, quæ nec est vniuersalis nec particularis, &c. ideo scientia Dei non est vniuersalis, nec particularis non cõmunis, nec propria, sed æquiuoce est à nostra scientia elevata. Hoc enim, licet sit verum, non tamen soluit obiectũ, quia prædicata cognita de rebus in essentia divina, oportet esse aut cõmunia, aut propria rebus aut particularia, aut vniuersalia, quamuis primum obiectum neutrũ sit: & ad prædicata cognita referendo, procedunt optimæ tres primæ consequẽtiæ, oportet enim scientiam Dei, si terminatur ad cõmunia tantum rerum: q. vt sic, ex parte rerum cognitarũ dicatur in cõfuso, in potẽtia, &c. quia istæ sunt conditiones prædicato rum cognitorum.

* Circa principium.

* q. 4. ar. 2. & ar. 3. 4. & 5. huius q6.

¶ Circa quartam consequentiã, in qua ad perfectionem cognitionis in seipsa transitur, adnotte, q. nõ infertur, ergo cognitio Dei est imperfecta priuatiue: quia negatet cõsequentiam Auerroys, dicẽdo, quòd cogoitio Dei est perfectissima, & tamẽ nõ attingit res, nisi vt sunt entia, quia non est apta nata attingere plus de rebus. Sed infertur, ergo non est omnibus modis perfecta, quòd negari non potest à ponentibus antecedẽs: quia per esse ponitur hic modus perfectionis, quo scilicet attingat ad propria rerum. Hic enim modꝰ aliquam perfectionem dicit, cũ nulla admixta imperfectione, & cõsequenter aptus natus est esse in illo intelligere, in quo sunt omnes nobilitates omniũ intelligentiũ ab imperfectionibus præcisibiles: quale est intelligere Dei: sicut & esse eius habet omnium entiũ nobilitates: vt in litera dicitur.

* q. 4. ar. 3. & 2.

¶ Tertiò ex hac reprehensione infertur conclusio responsiua quæsito affirmatiue: Deꝰ cognoscit alia à se, propria cognitione. Ex quo enim impossibile est, q. fiat in cõmunibus, ergo oportet q. veniat ad propria: & declaratur in litera, quid importet cognoscere propria cognitione, scilicet cognoscere res nõ solùm secundum conditiones in quibus communicant, sed secundũ eas, quibus abinuicem distinguuntur: hæc enim sunt singulis propria.

¶ Quo ad secundum, tria sunt. Primo recitantur exempla, quibus alij nituntur ostendere modum, quo Deus cognoscendo se, nouit alia: & sunt de luce & colore, & pater. Secundò ostenduntur exempla non ostendere intentum sic, Res propria quibus distinguntur, hæc exẽpia non sunt similia quò ad propria, sed quo ad id, in quo communicant. ergo huius rationis in litera primo ponitur, & declaratur minor, in vtroq; exempio de lineis respectu centri, & coloribus respectu lucis: & patet secundo maior hic: Quicquid perfectionis est in rebus, cõtinetur in Deo eminentiꝰ: sed non solũ id in quo cõmunicant, sed distinguens est perfectio, ergo totum est in & à Deo: hæc virtus minor declaratur inducẽdo in viuentibus, in cognitiuis, in propriis formis rerũ. ¶ Tertiò assertur proportionatum exemplum ad declarandum intentum, & est, quòd Deus se habet ad alia, sicut actus perfectus & imperfectus, vt homo ad animal, &batur quò ad esse: quia essentia Dei continet omnes rerũ perfectiones excellenter. Deinde ꝓbatur quò ad cognoscibile cognito actu pfecto, cognoscitur in eo oẽs imperfecti, & quò ad cõia, & quo ad propria, vt patet in exẽplo adducto.

¶ Aduerte hic, q. essentia Dei habet suas conditiones in continentia aliorum vna est excellentia, quia scilicet est in infinita perfectior cæteris: & sic eminenter eos continet. Altera conseneniens: quia scilicet comprehendit in seipsa omnem perfectionem positiuã reperibilem in quacunque: ita quòd nulla res cõparata ad ipsam, addit aliquid positiuum, quod non continetur in essentia Dei

Et hoc, quia est ipsum esse, præhabẽs in se omnem essendi modum. Ambas autem has conditiones inueniri in aliqua creata non videtur possibile, comparando tamen actum perfectum posteriorẽ ordine generationis ad actus imperfectos priores generatione, vt hominem ad animal, animã intellectiuã ad alias, tetragonum ad trigonum, senarium ad trinarii, &c. aliquo modo hoc saltem & idcirco in litera exẽpla hæc afferuntur, vt scilicet ostendatur & excellentia & comprehensio omnis positiui: vtiq; enim hæc exempla ostendũt: & ideo ostendunt intentũ, quamuis inepta sint exempla ocontinentiam. Et propterea in litera inducendo exẽpla, dicitur, vt si dicerem homo ad animal: quasi diceret, si cõcessa licentia, licet, &c.

¶ Quo ad tertium, probatur conclusio simul declarato eius modo, dupliciter. Primò: Essentia Dei habet in se quicquid ꝑfectionis est in quocunq; & amplius, ergo Deus cognoscendo se, cognoscit omnia propria cognitione. Antecedens patet ex dictis: cõsequentia verò probatur à destructione cõsequentis sic: Si Deus cognoscendo se, non nouit alia propria cognitione: ergo non nouit quomodocunque est participabilis sua ꝑfectio. Patet ista sequela ex illa propositione implicitè cõtenta in antecedente, scilicet propria cuiusque natura consistit in aliquo modo participandi diuinam perfectionem: ergo non perfectè nouit seipsum. Tenet ista ex ipso antecedente, in quo dicitur, quòd ipse claudit in se omnem modum perfectionis.

¶ Sequitur igitur ex destructione cõsequentis aut falsitas antecedentis, aut hoc impossibile quòd Deus nõ perfectè nouit seipsum, quod etiam redundat in falsitatem antecedentis: quia si sic esset, essentia diuina non esset infinitæ perfectionis: & consequenter non omnem modum perfectionis possibilem eminenter contineret.

¶ Secundò probatur hic. Si Deus, cognoscendo se, non cognosceret alia propria cognitione: ergo non perfectè cognoscet omnes modos essendi. ergo non perfectè cognoscet naturam essendi: omnes consequentiæ sunt euidentes formaliter, seu vt sic acceptæ ex antecedẽtis.

¶ Et aduerte, quòd hæc ratio directè est contra opinionẽ in principio corporis recitatam: imò ex illius fundamento procedens cõtra ipsam. quia, quã sit ipsum esse, cognoscendo perfectè se, cognoscit naturam essendi: sicut homo separatus apud Platonẽ cognoscendo se, cognosceret perfectè humanitatis naturã, ergo omnem modum essendi: ergo omnem naturam. Quia omnis natura nihil aliud est, quam aliquis modus essendi.

¶ Nec fallaris in exẽplo adducto: quia homo separatus non cognosceret humanitatẽ, cum hoc modo, quo est in materia Sortis: & cum illo, quo est in materia Platonis: imò ex hoc confurgas ad intuendum propositum. Ideo enim homo separatus cognoscendo se, non cognosceret hos modos particulares: quia isti modi aliunde sunt, quam ex ipsius participatione: scilicet ex materia. Sed si fingas præter id, quod ex parte humanitatis se tenet, quòd nihil aliud adsit, de necessitate sequetur, q. cognita humanitate, cognoscentur omnes eius modi. Sic autem constat ipsi ꝑfectè esse ad omnia. Nihilenim est in qua cunque re, quin sit aliquod esse. Et propterea esse, quod est in re, non aliunde quàm ab esse proueniẽt. Et secluso eo, quod ex parte ipsius esse se tenet, nihil restat: quoniam & materia & omnia, participationes quædam & modi quidam essentiales sunt. Et ideo propter ipsius esse vniuersalitatem, ex qua modi essendi omnia constituunt, secundum quamcunq; positiuam rationem, sequitur quòd omnia natura essendi, cognoscantur omnia secundum proprias cõditiones. Et quia hanc vniuersalitatem non vidit prima opinio, ideo errauit, iudicans de esse sicut de aliis perfectionibus specialibus, scilicet viuere, intelligere &c. præter quæ & eorum modos sunt alia cũtamen, vt patet, præter esse & illius modos reliqui nihil.

¶ Aduerte hic, q. quintotæ dissentio in hac quæstione vertetur circa modum, quo in vno obiecto cognito omnia cognosci possint, manifestè apparet, quòd cõmunis animi cõceptio sapientum fuit, quòd Deus nõa aliter intelligit alia à se, nisi intelligendo ea in se. Quare cautus esto, quum nouas legis adinuentiones.

¶ In responsione ad primum aduerte, quòd quum dicitur, lapis videtur in Deo, ly in, potest denotare modum obiecti, id est modum, quo lapis obiicitur, & potest denotare modum rei cognitæ vt sic, id est modum cognitum, quia lapis non solùm obiicitur in ipso Deo, sed etiam modus ille essendi in Deo cognoscitur. Sed inter hæc est indifferentia: quoniam denotando modum obiecti verificatur cum dictione exclusiua: ita quòd ista est vera, lapis videtur à Deo in ipso Deo tantum, quia non aliter obiicitur Deo, quam in ipso Deo contentus: vt ex dictis patet. Sed denotãdo modum cognitum, non verificatur cũ dictione exclusiua, ita quòd lapis videtur à Deo secundũ esse, quod habet in ipso Deo, sed non tantum: quia lapis etiã videtur à Deo secundum esse quod habet in hoc & illo lapide: & secundum esse, quod habet in causis finis, tã materiali quàm effectiue: & breuiter secundum omnes modos essendi non solùm sibi conuenientes, sed possibiles. Deus enim videndo in seipso tantum lapidem videt lapidem secundum omnes modos essendi, quos habet & habere potest: & hoc in litera in aliis verbis dicitur, vt patet.

¶ In responsione ad tertiũ aduerte, quòd hinc patet quòd apud sanctum Thomam ad hoc, vt Deus in essentia intellecta intelligat omnia secundum proprias rationes, sufficit eminens perfectio diuinæ essentiæ, qua omnes & singulas perfectiones omnia ipsam diuersimodè imitantium absolutè & amplius. Nec exigit ponit ad hoc aliquas relationes: vt in secunda opinione recitata à Scoto in 35. distin. prima dicitur. Propterea rationes, quas contra illas rationes facit, non sunt sanctum Thomam in hac materia quòd in seipso continet res, cognoscit eas in propria natura, & tãto perfectius, quãto perfectius est vnumquodque in ipso.

¶ Ad secũdũ dicendũ, quod essentia creaturæ cõparatur ad essentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectũ. Et ideo essentia creaturæ nõ sufficiẽter ducit in cognitionem essentiæ diuinæ sed econuerso.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd idem nõ potest accipi vt ratio diuersorum per modũ adæquationis*: Sed diuina essentia est aliquid excedẽs omnes creaturas. Vnde potest accipi vt propria ratio vniuscuiusq;, secundum quod diuersimodè est participabilis, vel imitabilis, à diuersis creaturis.

132. 6

86

1 cõtra. 55. 56. & 57. & 9. q. 9. articu. 2. nom. & quolib. 11. artic. 2. 2. m. Et opuſ. 3. cap. 29. * cap. 4. * 90. 14. ar. 2. & 5.

* cap. 14.

119. 84.

* In corp. Articu. præced.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum scientia Dei sit discursiua.*

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur q. scientia Dei sit discursiua. Scientia enim Dei nõ est secũdũ scire in habitu. Sed secũdũ Philosophũ in 2. Topic. * scire in habitu cõtingit multa simul, sed intelligere actu vnũ tantũ. Cùm ergo Deus multa cognoscat (quia & se & alia, vt ostẽsum est*.) videtur quòd nõ simul omnia intelligat, sed de vno in aliud discurrat.

¶ 3 Præterea, Cognoscere effectũ per causam, est scire discurrentis. sed Deus cognoscit alia per seipsum, sicut effectũ per causam. Ergo cognitio sua est discursiua,

¶ 3 Præterea, perfectiꝰ Deus scit vnamquãque creaturã quam nos sciamus. Sed nos in causis creatis cognoscimus earum esse ctus: & sic de causis ad causata discurrimus*. Ergo videtur similiter esse in Deo.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in 15. de tri. * quod Deus nõ particulatim vel figillatim omnia videt velut al ternante cõceptu hinc illud, inde huc, sed omnia videt simul.

¶ RESPONDEO dicendum quod in sciẽtia diuina nullꝰ est discursus: quod sic patet. In sciẽtia enim nostra duplex est discursus. vnus secundũ successionem tãtùm. Sicut, cùm postquam intelligimus aliquid in actu, cõuertimus nos ad intelligẽdum aliud. Alius discursus est secũdũ causalitatẽ, Sicut, cùm per principia peruenimus in cognitionem conclusionũ. Primus autem discursus Deo cõuenire nõ potest. Multa enim, quæ successiuè intelligimus, si vnumquodque eorum in seipso considerẽtur, omnia simul intelligimus, si in aliquo vno ea intelligamus*: Puta si partes intelligamus in toto, vel si diuersas res vide amus in speculo. Deus autẽ omnia videt in vno, quòd est ipse, vt habitũ est*. Vnde simul & nõ successiuè omnia videt. Similiter etiã & secũdꝰ quidã: quia secũdus discursus præsupponit primum: procedẽtes enim à principijs ad conclusiones non simul vtrunque cõsiderant. Deinde, quia discursꝰ talis est procedẽtis de noto ad ignotũ. Vnde manifestum est, quod, quando cognoscitur primum, adhuc ignoratur secũdum. Et sic secundũ nõ cognoscitur in primo, sed ex primo. Terminus verò discursus est, quando secundũ videtur in primo resolutis effectibus in causas. Et tũc cessat discursus*, Vnde, cùm Deꝰ effectus suos i seipso videat sicut in causa, eius cognitio non est discursiua.

¶ AD SEPTIMVM ergo dicendum licet sit vnum tantum intelligere in seipso: tamen contingit multa intelligere in aliquo vno: vt dictum est*.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd Deus nõ cognoscit per causam, quasi prius cognitã, effectus cognitos: sed eos cognoscit in causa. Vnde eius cognitio est sine discursu: vt dictum est*.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd effectus causarum creatarũ videt quidẽ Deus in ipsis causis, multo melius quam nos: non tamẽ ita, quòd cognitio effectuum causetur in ipso ex cognitione causarum creatarum sicut in nobis*. Vnde eius scientia non est discursiua.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum scientia Dei sit causa rerum.*

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur q. sciẽtia Dei nõ sit causa rerũ. Dicit enim Origenes super epistolam ad Roma*. Nõ propterea aliquid erit: quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, ideo scitur à Deo, antequã fiat.

¶ 3 Præterea, Posita causa ponitur effectꝰ: sed scientia Dei est æterna. Si ergo sciẽtia Dei est causa rerũ creatarũ, videtur quòd creaturæ sint ab æterno.

¶ 3 Præterea, Scibile est prius scientia & mensura eius, vt dicitur in 10. Meta*. Sed id, quod est posterius & mensuratum, nõ potest esse causa. Ergo scientia Dei nõ est causa rerum.

¶ SED CONTRA est quod dicit Augst. 15. de Tri. * vniuersas creaturas & spirituales & corporales, nõ quia sunt, ideo nouit Deus: sed ideo sunt, quia nouit.

¶ RESPONDEO dicendum, quod scientia Dei est causa rerum. Sic enim sciẽtia Dei se habet ad oẽs res creatas, sicut sciẽtia artificis se habet ad artificiata. Sciẽtia autem artificis est causa artificiatorũ, eo quòd artifex operatur per suũ intellectũ. Vnde oportet quod forma intellectus sit principium operationis: sicut calor est principium calefactionis. Sed considerandum est, quòd forma naturalis, in quantũ est forma manens in eo, cui dat esse, nõ nominat principium actionis, sed secundum quòd habet inclinationẽ ad effectum. Et si militer forma intelligibilis non nominat principium actionis, secũdũ quòd est tãtum in intelligente, nisi adiũgatur ei inclinatio ad effectum, que est per voluntatem. Cũ enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem sciẽtia oppositorum) non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad vnũ per appetitũ, vt dicitur in nono Metaphy*. Manifestum est autẽ, quòd Deus per intellectũ suum causat res*, cum suum esse sit suũ intelligere. Vnde necesse est: quod sua sciẽtia sit causa rerum, secundum quòd habet volũtatem coniunctam. Vnde scientia Dei secundum quòd est causa rerum, consueuit nominari scientia approbationis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Orig. locutus est attendens rationem sciẽtiæ, cui non cõpetit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, vt dictum est*.

¶ Sed qđ dicit, ideo præscire Deũ aliqua, quia sunt futura, intelligendũ est secundũ causam cõsequentiæ, non secundum causam essendi. Sequitur enim, si aliqua sunt futura, quòd Deus ea præscierit: nõ tamẽ res futuræ sunt causa, quòd Deus sciat.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd scientia Dei est causa rerum, secundũ quòd res sunt in scientia. Non sic autẽ in sciẽtia Dei, quod res essent ab æterno. Vnde quãuis, sciẽtia Dei sit æterna, non sequitur tamen, quòd creaturæ sint ab æterno.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, quòd res naturales sunt mediæ inter scientiam Dei & scientiã

Quantum autẽ valeant contra positionem sanctũ Thomæ de ista re in sequenti quæstione videbitur.

* In cor. 293

¶ *Super Quæstionis decimequartæ Articulum septimum.*

119

87

1. dist 38. artic. 1. & 2. cõtra. ca. 61. & 62. Et veri. q. 2. ar. 11. 14. * lib. 7. Super illud. Quos vocauit &c. * rec. 5. * cap. 13.

TIulus clarus est, in principio corporis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiuè: Scientia Dei nullo modo est discursiua. Probatur: In scientia Dei non est discursus secundum successionem, neque secũdum causalitatem. ergo nullo modo est discursus, consequẽtia probatur ex sufficienti distinctione discursus, quæ in nobis manifestatur clarè. Antecedens autem quo ad primã partẽ probatur, Discursus secundũ successionẽ cõsistit, intelligendo vnũ post aliud: sed Deus omnia videt in vno, quod est ipse: ergo non discurrit intelligẽdo vnum post aliud. Quo ad secundum verò probatur dupliciter. Primò, quia discursus secundũ successionẽ includit primum. Secundò, quia secundus est de noto ad ignotum & consequenter est notitia secundi ex primo: & non in primo. sed Deus cognoscit omnia in primo. ergo non discurrit. Sed scientia sua est sicut scientia in termino discursus. ea enim resolutis in effectibus in causas, videt effectus in causis, sicut proportio naliter: absque præuia tamẽ resolutione: Deus omnia in seipso omniũ causa videt. Et meminto hic corrigere codicem, si hoc modo se habet, Tertius verò discursus, debet esse ille, Terminus verò discursus est.

¶ *Super Quæstionis decimaquarta Articulum octauum*

Tvlius. * Aduerte quòd hic articulus est magni momenti: quoniam hic inchoat quæstio de modo quo Deus producit res extra se. Quærere enim, an scientia Dei sit causa rerum, nihil aliud est quam quærere, vtrum Deus causet per intellectum. Verum, quia causalitas rerum potest dupliciter cõsiderari: primo secundum se: & sic de ea inferꝰ erit speciatis tractatus, vbi omnia plene examinabuntur. Alio modo, vt est qualitas scientiæ diuinæ: & sic hoc in loco quæritur vt completè ostendatur, qualis sit scientia Dei, an scientia Dei habeat hanc cõditionem, scilicet esse causam rerum.

¶ An corpore vna conclusio responsiua quæsito affir

*rec. 10. 118

* in cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sio affirmatiue. Scientia Dei est causa rerum. Circa quam conclusionem in litera tria sunt. Primo probatur. Secundò ostenditur in communi modus, quo scientia Dei est causa. In actu secundo. Tertio probatur efficaciter conclusio cummodo iam expresso.

¶ Quòd ad primum, Scientia Dei se habet ad res vt sciétia artificis ad artificiata, sed scientia artificis est causa artificialiũ, ergo scientia Dei est causa rerum. Maior non probatur vsque ad tertiã partem corporis. Minor autem probatur: Artifex operatur per suã intellectum: ergo forma intellectus est principium operationis, sicut calor calefactionis: & tunc subaudi, sed scientia est ipsa forma intellectus eius, ergo, omnia sunt crata.

¶ Quòd ad secundum determinatur in communi. Scientia est causa nõ nisi adiuncta voluntate probatur: Scientia non significat rationẽ causæ ex hoc tantum quòd est in scientẽ, sed ex inclinatione ad effectum, ergo non nisi ex adiuncta voluntate. Antecedens probatur ex simili in forma naturali, puta calore consequentia vero probatur: Sciétia ex se, se habet ad oppositа, ergo determinatio ad alterã partem est ex appetitu adiuncto. Assumptum & consequentia habentur nono Metaphysic.

¶ Aduerte hic, quòd litera satis caute loquitur de forma naturali: non enim dicit, quod forma naturaliter actiua, puta calor eget aliqua inclinatione superaddita ad hoc, vt sit principium actionis, cum hoc sit falsum: sed dicit quòd ipsa forma, scilicet calor, in quantum habet hoc, scilicet esse seu manere in subiecto, ex hoc sue vt sic, non habet quòd sit seu significeur vt principium actionis. Et hoc verum est, quoniã aliter sequeretur quòd omnis forma, quæ est in aliquo, esset principium actionis: quod est falsum. Sed quantùs ex hoc non habeat rationem actiui, requiritur tamen hoc ad rationem actiui. Inclinatio autem ad opus est, quæ datur ratio rationem actiui. Nec refert quò ad propositũ, an talis determinatio sit ab extrinseco ex ipsa natura formæ, vt patet de calore: an ab extrinseco, vt contingit in scientia, quæ, vt probatũ est, causæ in actu secundo rationem non habet, nisi vt habet voluntatem adiunctam. Sola enim sumpta nihil vnquam causabit, nisi causaret oppositа simul: quod est impossibile.

¶ Quòd ad tertium repetitur conclusio adiuncto, modo, scilicet scientia Dei est causa rerum, secundum quòd habet voluntatem adiunctam. Probator ratione: quæ est etiam probatio maioris in principio assumptæ. Esse Dei est suum intelligere. ergo Deus est causa rerum per intellectum. ergo scientia Dei est causa rerũ secundum quòd habet voluntatem adiunctam. Antecedens patet: & prima consequentia relinquitur vt nota, secũda autem ex assignato modo, quo intellectus est causa rerum, patet. Et nihilominus confirmatur in litera ex singularitate nominis: quia scientia Dei vt causa consueuit dici scientia approbationis.

Circa primam consequentiam huius rationis dubium occurrit, quæ scilicet sit radix huius consequentiæ, esse Dei est suum intelligere: ergo Deus est agens per intellectum: habet enim instantiam dupliciter. Primo secundum veritatem: non enim valet, esse Dei est suum intelligere: ergo Deus producit Filiũ vel Spiritum sanctum, per intellectum: cùm vtrosque producatur à Deo per naturam, vt infrà patebit. Secundo secundum opinionem tenentium, Deum agere ex necessitate naturæ. Concederent enim illi Philosophi, quod esse Dei est eius intelligere: sed negarent sequelam dicẽdo, quòd Deus producit res per intellectum concomitanter tantum: quia scilicet intelligit se facere eas, sed per naturã solam causaliter.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̃ radix huius consequentiæ est ista propositio, Agere per intellectum est perfectius superius & vniuersalius, quam agere per naturam, quæ propositio probatur in secundo cõtra Gentiles, capitulo vigesimo tertio, super hæc enim suppositа optimè sequitur. Si esse Dei est eius intelligere, ergo omnes effectus Dei sunt in Deo intelligibiliter, vt ex supradictis patet: quia oportet effectus præexistere in ipsa essentia causæ secundum modum essentiæ ipsius causæ. Si autem omnia sunt, & in esse Dei & intelligere eius, vt sic, & per consequens superius vniuersalissimum est esse causam rerum per intelligere, quã per esse tantum, cùm constet Deo attribui debere quod perfectissimum, quod supremũ, q̃ vniuersalissimum est in causando & causandi modo: absque vlla calumnia sequitur, ergo Deus est causa rerum per intellectum.

¶ ad obiectionem ergo in oppositum pro Philosophorum aliquorũ opinione iam patet, quòd male negatent consequentiam. Ad eam vero, quæ tangit materiam de Trinitate, dicitur quod obiectio non est ad propositum: quia scientia est de vere causa effectiua, quæ non potest intelligi absque essentiali diuersitate causæ & causati. Productiones autem ab intra non sunt causalitates vere & proprie. Nec pater est vere & proprie causa filij: cum eadem numero sit vtriusque substantia, & ideo non est mirum si nõ teneãt ibi. Posset quoque nihilominꝰ aliter dici, quòd hæc consequentia tenet, supposito quod ex parte productibilis nõ repugnet produci q̃ intellectum: si enim repugnaret ex parte producibilis, quamuis haberet esse intelligibiliter in causa, &c. nunquam tamẽ sequeretur, quod posset per intellectum produci, vt patet. Cõstat autem quòd sic est in proposito, nam p̃ sonis diuinis repugnat produci per modum artificiati, nõ autem aliis rebus. Et ideo respectu aliarum rerum infertur ergo Deus est agẽs per intellectum, & non respectu personarum diuinarum. Earum enim est auctor per naturam, vt infrà patebit.

¶ in responsione ad secundum, ex precedentibus fit cuiusdam obiectionem eius: quoniam, cùm per se de causalitate rerum tractabitur, differtur.

ARTICVLVS IX.

¶ *Virum Deus habeat scientiam non entium.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ habeat scientiã nisi entium. Scientia enim Dei non est nisi verorum. Sed verum & ens cõuertuntur. Ergo scientia Dei non est non entium.

¶ 2 Præterea, Sciétia requirit similitudinẽ inter scientiam & scitum. Sed ea, quę non sunt, non possunt habere aliquam similitudinem ad Deum, qui est ipsum esse. Ergo ea, quæ non sunt, non possunt sciri a Deo.

¶ 3 Præterea, Scientia Dei est causa scitorum ab ipso. Sed non est causa nõ entium, quia nõ ens nõ habet causam. Ergo Deus non habet scientiam de non entibus.

¶ SED CONTRA est quod dicit Apostolus ad Romanos 4. Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quod Deus scit omnia, quæcũque sunt, quocunque modo. Nihil autem prohibet ea, quæ nõ sunt simpliciter, aliquo modo esse. Simpliciter enim sunt, quæ actu sunt. Ea verò quę nõ sunt actu, sunt in potẽtia, vel ipsi⁹ Dei, vel creaturæ siue i potẽtia actiua siue in passiua, siue in potẽtia opinãdi, vel imaginandi, vel quocũque modo significãdi. Quæcũque igitur possunt per creaturam fieri vel cogitari, vel dici, & etiã quæcunque ipse facere potest, omnia cognoscit Deus, etiamsi actu nõ sint. Et pro tanto dici potest, quod habet etiã non etiũ scientiam. Sed horum, quæ actu nõ sunt, est attendenda quædã diuersitas. Quędã enim, licet nõ sint nũc in actu, tamẽ vel fuerũt, vel erunt: & omnia ista dicitur Deus scire sciẽtia visionis. Quia, cùm intelligere Dei, quod est eius esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens totum tempus comprehendit, præsens intuitus Dei fertur in totum tempus⁶, & in omnia quæ sunt in quocunque tempore, sicut in subiecta sibi præsentialiter.

¶ Quædam verò sunt, quæ sunt in potentia Dei vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt. Et respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentię. Quod ideo dicitur: quia ea, quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod, secundũ quod sunt in potẽtia, sic habẽt veritatẽ ea, quæ nõ sunt actu, verũ est enim ea esse in potentia: & sic sciuntur a Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, cùm Deus sit ipsum esse, intãtum vnumquodque est, inquantum participat de Dei simili tudine: sicut vnumquodq; intantum est calidum, inquantum participat calorem. Sic & ea, quæ sunt in potẽtia, etiamsi non sunt in actu, cognoscuntur à Deo.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ sciẽtia est causa rerum voluntate adiuncta [c]. Vnde nõ oportet quòd quæcũque scit Deus, sint, vel fuerint, vel futura sint, sed solùm ea, quæ vult esse, vel permittit esse. Et iterũ. Non est in scientiꝰ Dei, vt illa sint, sed q̃ esse possint.

ARTICVLVS X.

¶ *Virum Deus cognoscat mala.*

Titulus clarus.

¶ in corpore primo respondet quæsito affirmãdo, quòd sic est: secundo, quomodo est.

¶ Quò ad primum conclusio resp̃ondet directè quæsito affirmatiue, est, Deus cognoscit malа. probatur, Deus perfectè cognoscit omnia bona, ergo scit omnia, quæ possunt quibuscunque illorum accidere: ergo scit mala. Antecedens cum prima consequẽtia relinquitur pro euidenti, secunda verò probatur, quia sunt quædam bona, quibus potest accidere, vt per mala corrumpantur: vt patet tam de bono naturali quam morali.

¶ Quò ad secundũ, modũ cognoscendi est per aliud: ita quòd hæc conclusio, Deus cognoscit mala per bona, probatur, declaratur & confirmatur. Probatur primo: Esse mali consistit in priuatione boni, ergo cognoscibilitas mali consistit in negatione boni, igitur Deus p̃ter hoc cognoscit mala, quia bona scit. Antecedens patet: consequẽtia verò probatur: quia vnumquodque eo modo, quo habet esse, habet cognosci. Declaratur deinde exemplo: sicut tenebræ nosciuntur per lumen. Cõsimiliter demum autoritate Dionysij. vt patet in litera.

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulũ nouum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito affirmatiue. Secundo assignat differentiam quandam inter scientiam diuinam & nostrã. Nos enim scientiã accipimus à rebus naturalibus, quarũ Deus per suam scientiã causa est. Vnde, sicut scibilia naturalia sunt priora quam sciétia nostra & mẽsura eius, ita sciẽtia Dei est prior quam res naturales, & mẽsura ipsarũ [e]. Sicut aliqua domus est media inter scientiam artificis, qui eam fecit: & scientiam illius, qui eius cognitionem, ex ipsa iam facta capit.

ARTICVLVS XI.

¶ *Virum Deus cognoscat singularia.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non cognoscat singularia. Intellectus enim diuinus immaterialior est, quam intellectus humanus: sed intellectus humanus propter suam immaterialitatem nõ cognoscit singularia: sed sicut dicitur in primo de Anima[a]. ratio est vniuersalium, sensus verò particularium. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶ 2 Præterea, Illæ solæ virtutes in nobis sunt singulariũ cognoscitiuę, quæ recipiũt species non abstractas a materialibus cõditionibus. Sed res in Deo sunt maximè abstractæ ab omni materialitate. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶ 3 Præterea, Omnis cognitio est p aliquã similitudinem: sed similitudo singulariũ, inquantũ sunt singularia, nõ videtur esse in Deo: quia principium singularitatis est materia, quæ, cùm sit ens in potẽtia tantùm, omnino est dissimilis Deo, qui est actus purus. Non ergo Deus potest cognoscere singularia.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouerbio. 15. Infernus & perditio coram Deo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, quicunque perfectè cognoscit aliquid, oportet quòd cognoscat omnia, quæ possunt illi accidere. Sunt autem quædam bona, quibus accidere potest, vt per mala corrumpantur. Vnde Deus non perfectè cognosceret bona, nisi etiam cognosceret mala. Sic autem est cognoscibile vnumquodque, secundum quòd est, vnde, cùm hoc sit esse mali, quòd est priuatio boni: per hoc ipsum, quòd Deus cognoscit bona, cognoscit etiam mala, sicut per lucem cognoscuntur tenebræ. Vnde dicit Diony. 7. cap. de Diui. no. quòd Deus per semetipsum tenebrarum recipit visionem, non aliunde videns tenebras quam à lumine.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd verbum Philosophi est sic intelligendum, quòd intellectus, qui non est in potentia, non cognoscit priuationem per priuationem in ipso existentem: Et hoc congruit cùm eo, quod suprà [a] dixerat, quòd punctum & omne indiuisibile per priuationem diuisionis cognoscitur [c]. Quod contingit ex hoc: quia formæ simplices & indiuisibiles non sunt actu in intellectu nostro, sed in potentia tantùm. Nam, si essent actu in intellectu nostro, non per priuationem cognoscerentur: Et sic cognoscuntur simplicia à substantiis separatis. Deus igitur non cognoscit malum per priuationem in se existentem, sed per bonum oppositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd scientia Dei non est causa mali. sed est causa boni: per quod cognoscitur malum.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet malum non opponatur essentiæ diuinæ, quæ non est corruptibilis per malum: opponitur tamen effectibus Dei, quos per essentiam suam cognoscit. Et eos cognoscens, mala oppositа cognoscit.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd cognoscere aliquid per aliud tantùm, est imperfectæ cognitionis, si illud sit cognoscibile per se. Sed malum non est per se cognoscibile: quia de ratione mali est, quòd sit priuatio boni. Et sic neque diffiniri, neque cognosci potest nisi per bonum.

ARTICVLVS XI.

¶ *Virum Deus cognoscat singularia.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non cognoscat singularia. Intellectus enim diuinus immaterialior est, quam intellectus humanus: sed intellectus humanus propter suam immaterialitatem nõ cognoscit singularia: sed sicut dicitur in primo de Anima[a]. ratio est vniuersalium, sensus verò particularium. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶ 2 Præterea, Illæ solæ virtutes in nobis sunt singulariũ cognoscitiuę, quæ recipiũt species non abstractas a materialibus cõditionibus. Sed res in Deo sunt maximè abstractæ ab omni materialitate. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶ 3 Præterea, Omnis cognitio est p aliquã similitudinem: sed similitudo singulariũ, inquantũ sunt singularia, nõ videtur esse in Deo: quia principium singularitatis est materia, quæ, cùm sit ens in potẽtia tantùm, omnino est dissimilis Deo, qui est actus purus. Non ergo Deus potest cognoscere singularia.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouerbio. 16. Omnes viæ hominũ patent oculis eius.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus cognoscit singularia. Omnes enim perfectiones in creaturis inuentæ. in Deo præexistunt secũdum altiorem modum, vt ex dictis patet [e]. Cognoscere autẽ singularia pertinet ad perfectionem nostrã vnde necesse est, quòd De⁹ singularia cognoscat. Nam & Philosophus probat: Inconueniẽti habet, q̃ aliquid cognoscatur a nobis, quod non cognoscitur a Deo. Vnde cõtra Emped. arguit in 1. de Anima, [a] & in tertio Metaphysic [e]. quod accideret Deũ esse incipientissimum, si discordia ignoraret. Sed perfectiones, quæ in inferioribus diuiduntur, in Deo similiter & vnite existunt [e]. Vnde, licet nos per aliam potẽtiam cognoscamus vniuersalia & immaterialia, & per aliam singularia & materialia: Deus tamẽ per vnam simplicem intellectum, vtraque cognoscit. Sed qualiter hoc esse possit, qui dam manifestare volentes dixerunt, quòd Deus cognoscit singularia per causas vniuersales [c]. Nã nihil est in aliquo singulariũ, quod nõ ex aliqua causa oriatur vniuersali. Et ponunt exemplum. Sicut, si aliquis Astrolog⁹ cognosceret omnes motus vniuersales cœli, posset ꝓnũtiare omnes eclipses futuras, [e] sed istud nõ sufficit, quia singularia ex causis vniuersalibus sortiũtur quædam formas & virtutes, quæ quãtumcunque adinuicem coniungantur, non in diuiduãtur, nisi per materiam indiuidualẽ. Vnde qui cognosceret Socratẽ, per hoc q̃ est albus vel Sophronici filius, vel quicquid aliud sic dicatur, nõ cognosceret ipsum, inquãtũ est hic homo. Vnde secũdũ modũ prædictũ Deus nõ cognosceret singularia in sua singularitate. Alij verò dixerũt, q̃ Deus cognoscit singularia applicãdo causas vniuersales ad particulares effectus. Sed hoc nihil est: q̃a nullus potest applicare aliquid ad alterum, nisi illud præcognoscat: vnde dicta applicatio non potest esse simpliciter & vnitè in Deo.

¶ Aduerte hic, quòd, quia maior propositio nõ est vera de præexistentia formali, nisi in perfectionibus simpliciter: ideo, licet nosciendi cognoscere singulare & sentire sint idem, litera non dixit, sentire, sed, cognoscere singulare, pertinet ad perfectionem nostram. Sentire enim non est perfectio simpliciter, nec præexistit in Deo formaliter, sed virtualiter tantum. Cognoscere autem singulare, est perfectio simpliciter: & concludendum erat hic quòd præexistit in Deo formaliter.

¶ Quò ad secũdum, tria sunt, iuxta opiniones duas & determinationem. prima ergo opinio circa modum, quo Deus intelligit singularia, stat in hoc, quòd Deus cognoscit singularia, cognoscendo omnes eorum causas vniuersales. Probatur hoc sufficere: Nihil est in alio quo singulari, quod nõ ex aliqua vniuersali causa insit: ergo cognitis omnibus causis vniuersalibus, cognoscitur totum singulare. Declaratur etiam exemplo in eclipsi. Refutatur hæc opinio, si Deus cognosceret singularia cognoscendo tantum vniuersales causas: ergo non cognosceret singularia in sua singularitate, cuius oppositum probatum est, consequentia probatur, Totum aggregatum, quod est in singulari ex causis vniuersalibus, vt sic, non sufficit ad constitutendum singulare, ergo. Assumptum probatur & manifestatur. Probatur: quia demptæ materia signatæ, seu principio indiuiduationis, quic quid, illud sit, cum vniuersale non esse cõstet, nunquam constituetur singulare. Manifestatur vero hoc in homine ex empliariter.

¶ Secunda verò opinio stat in hoc: Deus cognoscit singularia applicando vniuersalia ad partes singularia. Contra. applicatio nõ est nisi ad præcognitum, ergo applicatio vniuersalis ad particulare præsupponit cognitionem singularis.

¶ Determinatio aurem est: Deus cognoscit singularia per essentiam suam. Probatur quòd ad primam partem sic: Scientia Dei est causa rerum, ergo se ex tendit ad omnia, ad quæ se extendit eius causalitas. ergo ad singularia. Antecedens cum prima consequentia est notum. Secunda vero probatur, quia Deus est causa non solùm formæ, sed materiæ individuatis. Quo ad secundam partem sic, Deus scit alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia à se per essentiam suam vt similitudo, seu actuum principium est eorũ. ergo essentia sua est sufficiens principiũ cognoscẽdi omnia, quę per ipsum fiunt etiam singularia. ergo cognoscit singularia per suam essentiam. Antecedens patet ex dictis: consequentia verò ex terminis & probatione primæ partis patet. Vltimò declaratur toto ratio exemplo scientiæ artificis significamus q. sit causa formæ & materiæ artificiati.

¶ Aduerte, quòd tota de terminatio huius literę supponit Deũ esse causam proximam materiæ primæ: de quo, quia inferius erit specialis quæstio, supponatur nunc: hoc enim cõcesso, reliqua clara sunt & indubitata.

¶ In responsionibus ad argumenta multa discutienda sunt, sed non, hic, sed inferius in locis propriis patebunt.

Super Quæstionis decimæquartæ Articulum duodecimum.

TItulus clarus.

¶ Incorpore tria. Primò respondet quæsito absolutè. Secundo specialiter de scientia visionis. Tertiò assignat causam vtriusque conclusionis.

¶ Quòd ad primum conclusio responsiua de scientia absolutè est. Deus scit infinita. Probatur Deus scit omnia in actu & omnia, quæ sunt in potentia tam sua quam creaturæ: ergo scit infinita. Patet sequela, omnia ista consistunt esse infinita.

¶ Quòd ad secundum, an scientia visionis sit infinitorum, duo dicit. Primo refertur opinio negatiua cum eius motiuo: Generatio nec est æterna à parte ante, nec à parte post. ergo quæ sunt erunt, & fuerunt, sunt finita: ergo scientia visionis non est infinitorum. Secunda cõclusio affirmatiua. Cognitiones & affectiones creaturæ rationalis multiplicabuntur æterno à parte post: ergo scientia visionis est infinitorum. Et sic opinio prima non iustificatur omnem generationẽ, sed eam tantùm, quæ ex cœli motu pendet: & ideo erratur.

¶ Quòd ad tertium assignatur propter quid Deus nouit infinita absolutè & scientia visionis sic: Cognitio se extendit secundum extẽsionem formæ, quæ est cognitionis principium, ergo cognitum Dei est secundũ extensionem essentiæ suæ: ergo extendit se ad infinita secundum quòd sunt

* Arti. 8. huius q. 235 237 * q. 44. articu. 2.

434 432

91

3. q. x. ar. 3. Et 1. d. 39. q. 1. articu. & verit. quæst. 2. art. 9. & art. 5. 4. & 1. con. cap. 69. & 71. & 2. opus. 2. cap. 135. * tex. 63. * cap. 18. * tex. 34. * tex. 60. vsque ad 66.

* cap. 18.

test esse ratio cognoscẽdi particularia sed cognitionem singulariũ præsupponit. Et ideo aliter dicendum est, quòd, cùm Deus sit causa rerum per suam scientiam, vt dictum est *, intantum se extendit scientia Dei, inquantũ se extẽdit eius causalitas. Vnde, cùm virtus actiua Dei se extendat non solùm ad formas, à quibus accipitur ratio vniuersalis, sed etiam vsque ad materiam (vt infrà ostendetur *) necesse est, q. scientia Dei vsque ad singularia se extendat, quæ per materiã indiuiduantur. Cùm enim sciat alia à se per essentiam suam inquantũ est similitudo rerũ, vel vt principium actiuũ earum: necesse est, quòd essentia sua sit principiũ sufficiens cognoscendi omnia, quæ per ipsum fiunt nõ solùm in vniuersali, sed etiã in singulari. Et esset simile de sciẽtia artificis, si esset productiua totius rei, & non formæ tantùm.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus noster speciem intelligibilẽ abstrahit à principiis indiuiduãtibus. Vnde species intelligibilis nostri intellectus nõ potest esse similitudo principiorum diuidualiũ. Et propter hoc intellectus noster singularia non cognoscit. Sed species intelligibilis diuini intellectus, quæ est Dei essentia nõ est immaterialis per abstractionem, sed per seipsam, principium existens omnium principiorum, quæ intrant rei compositionem, siue sint principia speciei, siue principia indiuidui. Vnde per eã Deus cognoscit non solùm vniuersalia, sed etiam singularia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd, quãuis species intellectus diuini secundum esse suum non habeat conditiones materiales, sicut species receptæ in imaginatione & sensu, tamen virtute se extendit ad immaterialia & materialia, vt dictum est *.

* Incor.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd materia, licet recedat à Dei similitudine secundũ suam potentialitatem, tamen, inquantũ vel sic esse habet, similitudinem quandam retinet diuini esse.

ARTICVLVS XII.

¶ *Verum Deus possit cognoscere infinita.* †

AD DVODECIMVM sic proceditur, videtur q. Deus non possit cognoscere infinita. Infinitum enim, secundum quod est infinitum, est ignotum: quia infinitum est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra assumere, vt dicitur in tertio Physi. * Augustinus etiam dicit 12. de Ciuitate Dei *, quòd quicquid scientia cõprehenditur, scientis cõprehensione finitur. Sed infinita non possunt finiri. Ergo non possunt scientia Dei comprehendi.

¶ a Si dicatur, quòd ea, quæ in se sunt infinita, scientiæ Dei finita sunt: Cõtra, Ratio infiniti est, quod sit impertransibile: & finiti, quod sit pertransibile vt dicitur in tertio Physicorum *. Sed Infinitum non potest transiri neca finito, nec ab infinito, vt probatur in sexto Physicorum *: Ergo infinitum non potest esse finitũ finito, neque etiam infinito. Et ita infinita non sunt finita scientiæ Dei, quæ est infinita.

¶ 3 Præterea. Sciẽtia Dei est mensura ciitorum. Sed contra rationẽ infiniti est, quòd sit mensuratum. Ergo infinita nõ possunt sciri a Deo.

¶ SED CONTRA est quod, dicit Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei *: Quauis infinitorũ numerorũ nullus sit numer⁹, nõ tamẽ incõprehensibilis, ei, cuius scientiæ non est numerus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Dominus & creator & huiusmodi important relationes ad creaturas secūdum q̄ in seipsis sunt. Sed sciētia Dei importat relationē ad creaturas, secūdum quod sunt in Deo: quia secūdum hoc est vnūquodq; intellectū in actu quod est in intelligente. Res autē creatæ sūt in Deo inuariabiliter in seipsis autē variabiliter. Vel aliter dicē dū est, quòd Dominus & creator & huiusmodi importāt relationes, quæ cōsequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipsas creaturas, secundū q̄ in seipsis sunt: & ideo huiusmodi relationes, variè de Deo dicūtur secundū variationē creaturarum. Sed scientia & amor & huiusmodi importāt relationes, quæ cōsequūtur actus, qui intelliguntur in Deo esse[c]. Et ideo inuariabiliter prædicantur de Deo.

¶Ad secūdū dicendū, q̄ Deus scit etiā ea, quę potest facere & nō facit. Vnde ex hoc

94

Infra q. 19. art. 7. cor. Et 1. di. 38. ar. 1. & arti. 5. cor & dist. 39. q. 1. art. 3. 5. Et ver. q. 2. artic. 5.

* Arti. 1. huius q. * q. 9. ar. 1.

c 174 191 b

vt dicitur in responsione ad secundum: quamuis scientia visionis potuisset ad plura vel pauciora determinari ab æterno absolutè loquendo. Sed semel determinata omnino ex parte Dei inuariabilis est. Alio modo ex parte scitorū. Et sic non quò ad res, sed quò ad enuntiabilia mutati ipsum mutati ea mutatio. Ista nullam mutationem ponit in Deo, sed in enūtiabili scitorum: sicliceet mutatur de scibili in nescibile: & ecouerso. Ex his autem patet responsio ad obiecta. Ad primum enim iam assignata est differentia inter rem & enuntiationem illius: quare non est eadem ratio, &c. Et ad confirmationem mihi videtur addendum est, q̄ res scilicet natiuitas Christi, determinat sibi certum sui esse tempus. Enuntiatio autem scilicet Christus nascitur, nullum certum tempus cōsignificat, sed præsens in communi, seu vagē secundū tempus quo fōrmatur aut proferitur. & ideo modò est verum, & modo falsum quia aliqui præsenti adæquatur & alicui non: perseuerans tamen idem omnino, quod non potest dici de re, quæ certum habet sui esse tempus præsens.

¶Ad secundū autē conceditur referēdo ad enuntiabilia ex parte eorū nec oppositū dō, uit litera in responsione ad secundū: quoniā ibi est termo de augmento & diminutione scientiæ diuinæ ex parte Dei. & reputatur incōueniens augmentatio scientiæ diuinæ ex parte Dei. & reputatur incōueniens augmentatio nō fōiū de facto, sed de possibili. Et propterea quantū est ex parte Dei negandū est plura scire quā sciat. Et q̄ hæc sit mens literæ patet: quia potentia Dei ad determinandā scientiā visionis pertractat. inferens non debere cōcedi Deum posse plura scire quam sciat propter sensum cōpositum inferentem inutilitatem ex par

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex parte Dei: quia infert scientiam Dei iam determinatam posse à Deo mutari.
¶ Ad tertium vero negatur sequela vt patet ex dictis: quia hoc non est propter variationem scientiæ, sed sciti. Et licet non sit idem iudicium de re & enuntiatione, quo ad hoc, quòd idem se salvo mutetur de scibili in non scibile, vt dictū est: tamen quo ad hoc quòd variatio vtriusque nō redundat in variationem diuinæ scientiæ, idē est iudicium. Et quo ad hoc adducitur in litera declaratio à simili, ex rerum variatione sumpta, non quo ad primum.

D.925. 88

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum decimumsextū.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo primò in communi distinguit scientiā speculativam & practicā: secūdo respōdet quæstiōi:

¶ Quò ad primum distinctio est ista: Sciētia quædam est speculativa tantùm, quædā practica tantùm, quædam secundum quid practica, & secundum quid speculativa. Declaratur hic, Sciētia dicitur speculativa tripliciter, scilicet ex obiecto, aut modo, aut fine: ergo quæda est speculativa tantum, &c. Antecedēs declaratur exēplariter, cōsequentia probatur: quia speculativa ex obiecto est speculativa tātùm, speculativa verò ex modo tantum, aut fine tantùm, est secundū quid practica, & secundum quid speculativa, quæ verò nullo horum modorū speculativa est, relinquitur quòd practica tantùm sit.

¶ Circa hāc partem aduerte primò, quod practicum & speculativum hic sumitur non solùm vt sunt cōditiones scientiæ, secundū se sed etiā ex parte scientis. Et propterea dicitur quòd ars domificativa non intendētis domificare est speculativa ex fine, & practica ex modo & obiecto. glossandū est enim de fine ex parte scientis & non ipsius scientiæ. Quoniā si loquimur de fine ipsius scientiæ, ipsa est etiam practica ex fine, quoniā finis eius est domificatio. Et hoc si aduertēris, deludes irrisiones aduersariorū. Ad aliud secundo, quòd fiat speculativa est tripliciter, ita practica. Prima ex obiecto modo, & fine etiam sciētis, & hęc est tantum practica. Secūda ex obiecto, modo & fine scientiæ nō sciētis, & hæc est verè practica. Sed in litera dicitur secundum quid ipecultiva ex parte finis scientis. Tertia ex obiecto: sed non modo neque fine scientiæ, & hęc est etiam secundū quid practica, scilicet ex parte obiecti: & secundum quid speculativa, scilicet ex modo & fine scientiæ: quia se concomitantur. Quum enim aliquid practicè scitur, iam ex se ad opus ordinatur, & econuerso. ¶ Aduerte tertiò, quod per speculativam ex modo tantū. id est, de obiecto operabili modo speculativo, non intelligitur sciētia de operabili in vniuersali: quoniā scientia de operabili siue sit per principia proxima operationis, siue per principia remota & vniuersalia operationis, sub eodem membro cadit. Sed intelligitur scientia de operabili scrutans, nō quomodo res hat, sed quid est, & vt in litera dicitur. Talis enim cognitio nō spectat ad artifices, sed ad Philosophos: qui cum sciant quid est cithara, aut domus scientiam tamen illa faciendi non habent.

¶ Quo ad secundum tria dicuntur. primò cōparatur scientia Dei ad ipsum Deū

95 Infrà q. 34. art. 3. co, & 12. q. 3. art. 5. primum & 1. sent. in prolo. Etver. q. 3. art. 3. c. *Arti. 8. huius q.


quòd potest plura facere quàm facit, non sequitur q̄ possit plura scire quàm sciat nisi hoc referatur ad scientiā visionis, secundum quā dicitur scire ea quæ sunt in actu secundū aliquod tempus. Ex hoc tamen q̄ scit q̄ aliqua possunt esse, quæ non sunt, vel etiam non esse, quæ sunt, non sequitur, quòd scientia sua sit variabilis: sed q̄ cognoscat rerum variabilitatem. Si tamen aliquid esset, quod prius Deus nesciuisset & postea sciret, esset eius scientia variabilis: sed hoc esse non potest: quia quicquid est, vel potest esse secundum aliquod tempus, Deus in æterno suo scit. Et ideo ex hoc quòd ponitur aliquid esse secundum quodcunque tempus, oportet poni quòd ab æterno sit scitum à Deo. Et ideo non debet concedi, quòd Deus possit plura scire quàm sciat. quia hæc propositio implicat, quòd ante nesciuerit, & postea sciat.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ antiqui nominales dixerunt idem esse enuntiabile, Christum nasci, & esse nasciturum, & esse natū quia eadem res significatur per hæc tria, scilicet natiuitas Christi. & secundū hoc sequitur q̄ Deus quicquid sciuit, sciat: quia modo scit Christum natum, quod est significat idem ei, quod est Christū esse nasciturum. Sed hæc opinio falsa est. Tū quia diuersitas partiū orationis diuersitatem enuntiabilii causat. Tum etiā quia sequeretur q̄ propositio, quæ semel est vera esset semper vera, quod est contra Philosophum*, qui dicit, quod hæc oratio, Sortes sedet, vera est eo sedēte: & eadē falsa est, eo surgente. Et ideo cōcedendum est, q̄ hæc nō est vera, quicquid Deus sciuit, scit, si ad enuntiabilia referatur: sed ex hoc non sequitur, q̄ scientia Dei sit variabilis. Sicut enim absque variatione diuinę sciētię est, q̄ sciat vnam & eandem rem quandoque esse, & quandoq; non esse, ita absq; variatione diuinæ sciētię est, quòd scit aliquod enuntiabile quandoque esse verū, & quandoque esse falsum. Esset autē ex hoc scientia Dei variabilis, si enūtiabilia cognosceret per modū enuntiabilii componēdo & diuidendo, sicut accidit in intellectu nostro. Vnde cognitio nostra varietur, vel secundū veritatē & falsitatē: puta si mutatare, eandē opinionē de re illa retineamus. Vel secundū diuersas opiniones, vt si primò opinemur aliquem sedere, & postea opinemur eum non sedere: quorum neutrum potest esse in Deo.

*In prędicam. c. de subst.

ARTICVLVS XVI.

¶ Virum Deus de rebus habeat scientiam speculativam.



D DECIMVM SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus de rebꝰ nō habeat sciētiam speculativā. Scientia enim Dei est causa rerū, vt supra ostensum est*. Sed sciētia speculativa non est causa rerum scitarum. Ergo scientia Dei non est speculativa.

D.478.

¶ 2 Præterea, Scientia speculativa est per abstrationem à rebus: quod diuinæ scientiæ non competit. Ergo scientia Dei non est speculativa.

¶ SED CONTRA Omne quod est nobilius, Deo est tribuendū: sed scientia speculativa est nobilior quam practica, vt patet per Philosophū in principio Meta.* Ergo Deus habet de rebus scientiam speculativam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliqua practica tantùm, aliqua verò secūdum aliquid speculativa, & secundū aliquid practica. Ad cuius euidentiā sciendum est, q̄ aliqua scientia potest dici speculativa tripliciter.

¶ Primò ex parte rerum scitarum, quæ nō sunt operabiles à sciente: sicut est scientia hois de rebus naturalibus, vel diuinis.

¶ Secundò, quantum ad modū sciendi. Vt puta, si ædificator consideret domū diffiniendo & diuidendo & considerando vniuersalia prædicata ipsius. Hoc siquidē est operabilia modo speculativo considerare, & non secundū quod operabilia sunt. Operabile enim est aliquid per applicationem formæ ad materiā, non per resolutionē compositiin principia vniuersalia formalia,

¶ Tertiò, quantùm ad finem. Nam intellectus practicus differt fine à speculativo si cut dicitur in tertio de Anima*. Intellectus enim practicꝰ ordinatur ad finē operationis: finis autē intellectus speculativi est cōsideratio veritatis. Vnde si quis ædificator cōsideret qualiter posset fieri aliqua domus, non ordinans ad finē operationis, sed ad cognoscendum tantùm, erit (quantū ad finē) speculativus cōsideratio, tamē de re operabili. Sciētia igitur, quæ est speculativa ratione ipsius rei scitæ est speculativa tātùm. Quæ verò speculativa est secundū modum vel finē, est secundum quid speculativa, & secundū quid practica. Cum verò ordinatur ad finē operationis, est simpliciter practica. Secundū hoc ergo dicendum est, quod Deus de seipso habet scientiam speculativā tantum: ipse enim operabilis non est. De omnibus verò aliis habet scientiam & speculativā & practicam: Speculativam quidem quātum ad modum, Quicquid enim in rebus nos speculativè cognoscimus diffiniendo & diuidendo, hoc totum Deus multò per fectius nouit. Sed de his, quæ potest quidē facere, sed secundū nullum tempus facit: non habet practicam scientiā, secundum quòd practica scientia dicitur a fine. Sic autē habet practicam scientiā de his, quæ secundum aliquod tempus facit. Mala verò licet ab eo non sint operabilia, tamen sub cognitione practica ipsius cadunt sicut & bona, inquantum permittit, vel impedit, vel ordinat ea, sicut & ægritudines cadunt sub practica scientia medici inquantum per artem suam curat eas.

* Ethic. 2. lect. 2.

Circa positas conclusiones dubium occurrit ex Scoto, ipse quidem in prologo primi Sententiarum tenet oppositum primæ conclusionis, dum definit scientiam Dei de seipso esse simpliciter practicam: nihil sibi deesse quin sit practica, nisi quòd voluntas Dei nō est bona ex regula, sed naturaliter ex seipsa, & in 38. distinct. primi tenet oppositum secundæ cōclusionis, quòd ad hoc quod Deus habet scientiam practicam de aliis à se, vult enim quòd habeat scientiā practicam de aliis à se, sed ipse non vult primam conclusionem constituit in hoc quòd scientia de essentia Dei est prior naturaliter amore illius essentiæ, & secundū illius essentiæ, & secundū illius: ergo est practica. Et ad rationem pro conclusione in litera positam, scilicet quia Deus non est operabilis, respondet quod Deus est operabilis: id est, attingibilis per operationem immanentem, amoris scilicet. Ratio vero contra secundam constituit in hoc: Nulla notitia de rebus sante determinationem diuinæ voluntatis dictat res esse agendas: ergo nulla est ibi notitia practica de rebus. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia scientia practica est dictatiua ad operandum. In prologo autem fundat se super prioritatem, Nulla notitia de rebus, &c. est prior actu voluntatis diuinæ, &c. ergo non est practica.

D. Scot. D. Aure.

¶ Ad hæc

¶ Ad hæc autem obiectiones sppositis his, quæ in Prologo dicta sunt, & in quæstione speciali de praxi, non est difficile respondere. Ad primam enim negando est consequentia, cuicquid sit de antecedente: plus enim exigitur ad notitiā practicam, vt ibi patuit. Solutio rationis nostræ à Scoto data valet: et quidē, si Deus aut operatio, qua à se amatur, fieret vel etiam regularetur scientia practica.

¶ Oportet nanq; tamen causam esse causam vel operationis vel effectꝰ: scientia autem practica causam sonat, vt patet ex nomine & 9. Met. Et respectu quidem creaturarū factibilium causa in Deo ponitur in ordine ad effectum non in ordine ad factionē: quia illa est substantia Dei. Respectu autem ipsius Dei quo ad neutrū ponitur: quia nec ipse nec operatio fit, aut pendet. Ridiculum ergo est asserē scientia sua practica.

¶ Ad obiectionem verò contra secundā conclusionem primo loco factam negatur cōsequentia, fallum enim manifestè est, q̄ notitia practica debeat esse dictatiua ad operandū, satis est enim quòd sit regulatiua. Ars enim domificatiua non dictat domificandū esse, imo est indifferens ad opposita vt patet 9. Metaphy.

¶ Et per hoc patet respōsio ad obiectionē secūdo loco adductā. fallum quippe est assumptum, quoniā, vt dicitur 9. Met. potentia rationalis, quām constat esse notitia practicā, determinatur ab apperitu, & non e conuerso. Et ideo præsupponitur ab appetitu vt indifferēs. Vnde mirum est de isto homine, quomodo prædicti eius ingenii nō aduertat, q̄ quādmodum ars domificatiua absolutè, præuenit actū voluntatis & præuenitur à voluntate, vt determinatiua ipsius ad operandū, & præuenit executionē, scilicet ipsam domificationē: ita rationes omnium operū factibiliū à Deo naturaliter in essentia diuina relucent, præueniendo omnem voluntatis ædificādi præuenitū eas oportet à voluntate diuina, vt determinentur ad operādum. Vnde quædam rationes sunt determinatæ ad operandum, & quædam nō, vt in litera dicitur. Et illæ etiam, quæ determinatæ sunt à diuina volūtate præueniunt executionem, scilicet factionem ad extra. Nec refert ad propositum, vtrum potentia executiua in Deo sit ipsa voluntas, an tertia potentia: quoniam etiam ipsa voluntas vt determinans præcedit, & vt exequens sequitur.

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum primum.*

Nihilo nihil aliud notādū est, nisi q̄ quid nominis ideæ in corpore declarat in tertio articulo. Primò proponit conclusionem responsiuā quæstiō. secundo assignat quid nominis ideæ, tertiò probat conclusionem responsiuam.

¶ Quo ad primū, conclusio responsiua quæstio affirmatiuè est: Necesse est ponere ideas in mente diuina. Vbi aduerte quòd esse in mente sumitur formaliter, id est inquantum mens est. Hoc autem est esse obiectiuè, vt intellectū in intelligentes, & non vt forma in eo, cuius est forma. Sensus ergo conclusionis est, quòd necesse est ponere ideas obiectiuè in intellectu diuino.

¶ Quò ad secundum, idea significat formam alicuius rei præter rem ipsam existentem, & declaratur ex idiomate Græco. Si vis ideæ diffusæ diffinitionē videre, lege quæstio. 3. de Veri. art. primo.

¶ Quo ad tertiū probatur conclusio propōsita sic: Mundus nō est factus à casu, sed est factus à Deo per intellectum agentem: ergo forma mundi est finis suæ generationis: ergo in mente diuina est forma, ad similitudinem cuius mundus est factus, ergo in mente diuina est idea. Antecedens quo ad vtranque partē suppo nitur, vt infertius monstrandum in loco suo. Prima autem cōsequētia probatur ex illa maxima: In omnibus, quæ generantur nō à casu forma est finis generatio nis. Secunda verò consequentia duo infert, scilicet. & q. forma ad cuius similitudinem, &c. est in Deo, & quòd est tali modo, scilicet, in mente diuina, id est ob sectiue, & quo ad vtrunq; in litera probatur. quo ad primum: quia commune est omni genti præhabere similitudinem intrinsecā formæ quo ad secundū vero est differentia inter agens naturale, & à proposito in modo habendi illā similitudinem, vt patet in artifice. si ergo Deus est agēs per intellectū: ergo, &c. Tertia pars illud secundum esse naturale, vt patet in igne, hoc secundā esse intelligibile, vt patet in artifice. si ergo Deus est agēs per intellectū: ergo, &c. Tertia pars, vt vt forma præter rem, exemplar rei, & principium cognitionis, &c.

¶ Aduerte hic diligenter, q̄ in litera caute dicitur, q̄ idea ponitur vt exēplar, & non dicitur vt principii effendi. Quia principiū effendi sonat er formā, qua agēs agit. Idea autē nō significat talē formā, sed formā, quā agens cōcipit, ad cuius similitudinē operatur, & nō qua operatur. & hoc est propriè exēplar. Et ppterea in exēplo de domificatore ex præsse subsūgitur, quòd idea domus est forma quā noticia concipit, & nō ars domificatiua. Similiter quum litera dixisset, q̄ idea est principiū cognitionis, statim addidit limitationē secūdum q̄ formæ cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente. quasi diceret, nō dico q̄ idea est principiū cognitionis quia hoc sonaret q̄ ipsa esset ratio cognoscēdi, vt species intelligibilis: sed q̄ ipsa est principiū cognitionis eo modo, quo formæ cognoscibilium obiectiue in cognoscēte existētes, principia cognitionis ipsarum rerum cognoscibiliū dicuntur. Et quoniā in penultimo consequente totum hoc continebatur, scilicet forma mundi præter mundum existens, & causalitas exemplatis, & modus essendi intelligibiliter seu obiectiue, ideo merito vtima cōsequentia ex his quæ ad rationem ideæ spectāt, & iā posita erāt probata est prægnantibus verbis scilicet, & in hoc consistit ratio ideæ.

96 Infra q. 44. art. 3. Et 1. dist. 36. q. 2. arti. 1. Et ver. q. 3. articu. 1.

IN responsione ad tertium, dubiū occurrit: quia falsum & inconueniens videtur, q̄ idea sit essentia diuina. Falsum quidem inquit Sco. in 1. dist. 35. quia tota ratio ideæ saluatur in Ipsde habente esse obiectiuū in intellectu diuino: ergo idea in Deo non est essentia diuina. Antecedens patet, applicando totum ideæ rationem. Et confirmari potest assumendo diffinitionem positam in quæstio. de Verit. q. 3. a principio, & eam, quæ ex hoc ar. habetur scilicet, quòd est forma alicuius rei præter ipsam rē exemplar atque principium sic cognitionis eiusdē consequentia autē probatur Esse obiectiuū non est esse reale, sed est esse diminutum, ergo non est essentia diuina. Inconsonans autē quia idea aut est essentia diuina vt est, aut essentia diuina vt obiectiuè intellecti diuino. si primo modo, vtin artic. sequenti innuitur, vt dicitur, q̄ idea vt essentia diuina est, sic immutabilis, hoc * q. 14. articu. 5. * q. 46. 236 D. 783. b 236

ARTICVLVS I.

¶ Verum ideæ sint.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ ideæ non sint. Dicit enim Dio. 7. c. de diui. no. quod Deus nō cognoscit res secundū ideā. Sed ideę nō ponūtur ad aliud nisi vt per eas cognoscantur res. Ergo ideæ non sunt.

¶ Præterea, Deus in seipso cognoscit omnia, vt supra dictum est, sed seipsum nō cognoscit per ideam. ergo nec alia.

¶ Præterea, Idea ponitur, vt principiū cognoscēdi, & operādi. sed essētia diuina est sufficiens principiū cognoscēdi & operādi omnia. nō ergo necesse est ponere ideas

¶ SED CONTRA est, q̄ dicit Aug. in lib. 83. q.* Tāta vis in ideis cōstituitur, vt, nisi his intellectis, sapiēs esse nemo possit.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ necesse est ponere in mēte diuina ideas. Idea enim Græcè, Latinè forma dicitur, Vnde per ideas intelligūtur formæ aliarū rerū præter ipsas res existētes. Forma aūt alicuius rei præter ipsam existēs, ad duo esse potest vel vt sit exemplar eius cuius dicitur forma: vel vt sit principiū cognitionis ipsius secundū q̄ formæ cognoscibiliū dicūtur esse in cognoscente. Et quantū ad vtrunq; est necesse ponere ideas: quòd sic patet. In omnibus enim, quæ non a casu generantur, necesse est formam esse finem generationis cuiuscunque, Agens autē non ageret propter formam nisi inquantum similitudo formæ est in ipso *. Quod quidem contingit dupliciter. In quibusdam enim agentibus præexistit forma rei fiendæ secundū esse naturale, sicut in his, quæ āgūt per naturam: sicut homo generat hominē & ignis ignem. In quibusdā verò secundū esse intelligibile, vt in his, quæ agunt per enim conuenit essentiæ diuinæ, secundū q. ens est. Male ergo respōsum est ad principale quæstum articuli. Et probatur sequela: Quæstioni an est de re habēre esse in rerum natura, & in intellectu, male respondetur affirmatiue, per esse q̄ habet in intellectu prætermisso esse in rerū natura, sicut quæsiti an sphæra ignis sit, male respōdetur, q̄ est in intellectu. Et ratio est, q̄ a esse in intellectu est esse secundū quid, esse in rerū natura est esse simpliciter. Quæstio autē an est quæ rit de esse simpliciter. & propterea si respondeatur de esse in mēte, inūnatur q̄ illa res non habet aliud esse, sed esse in mente est eius esse simpliciter. Si igitur idea est essentia secundū esse reale, male respōsum est quæstio. Necesse est prod

Universidad de Deusto
Biblioteca

producta esse ab æterno à Deo per aũ intellectus diuini in tali esse, & huiusmodi entis secundũ quid esse & vocari ideas: quia eis conueniunt omnes conditiones idearum, vt atq; dudum fuit deductũ. Ego autem Periparetico lacte educatus, ac in aere, vt aiunt, loqui nescienꝫ, prætet latitudine entis realis, solũ ens rationis noui: & 6. Met. Ens autem rationis relationem, aut negationẽ didici. 2 Sanct. Tho. in quæst. de Ver. q. 21. artic. Vnde cum esse obiectiuum nõ sit modus essendi secundũ rem, neq; sit negatio, restat q; sit esse relatiuum secundum rationem in communi loquẽdo. Sed quoniã esse diuinum est tantę excellentiæ, vt omnes essendi modos siue extra animã, siue in anima emineñter præhabeat, oportet vt esse naturale ipsius diuinæ essentiæ, sit nõ solum ordinis intelligibilis & in actu purissimo, sed sit eriã (& non per accidens) esse obiectiuum eiusdẽ respectu intellectus sui: alioquin nõ omnes essendi modos vnico modo eminentissimẽ cõtineret: ac per hoc nec essentia diuina vt obiecta intellecti habet esse diminutũ nec aliqua res vt obiecta diuino intellectui habet esse diminutũ. Et de essentia diuina quidẽ manifestè sequitur, quia eius esse obiectiuũ est esse naturale ipsius Dei propter eius eminentiam. De aliis verò sequitur ex eo qđ alia nõ aliter possunt obiici Deo quàm in obiecta essentia diuina, nihil enim Deus intelligit extra se. sed omnia in se tantũ, ita q; in se cognoscit virtũq; scilicet & lapidem in essentia obiecta, & lapidẽ absolutè, & lapidem huĩc, & lapidem in anima mea, &c. omnia enim hæc nouit sed modus, quo hæc obiiciuntur est vnus, scilicet in essentia diuina. Et consequenter esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini, non est esse relatiuũ sed absolutũ realissimum, scilicet esse Dei. Et quia idea in Deo, de qua est sermo, significat res secundum tale esse, ideo meritò dictum est, quod est ipsa essentia diuina, &c.

* 90. 46 artic. 1.

97 236

* Libr. 3. metap. a tex. 10. vsque ad fi. lib.

97 1. dist. 36. q. 1. ar. 2. & 1. contra. c. 54. Et ver. q. 3. arti. 2. Et opusc. 9. q. 66.

¶ Ad primum ergo obiectionem in oppositum negatur sequela, Ad probationẽ autem dicitur, quòd licet esset obiectiuum in communi, non sit realeesse tamẽ obiectiuum apud intellectum diuinum, est reale.

¶ Ad secundum autem iam patet, quòd idea in Deo est essentia diuina, vt obiecta diuino intellectui, &c. Et cum arguitur, ergo male dictum est, quòd essentia sit negatiuè sequela. Tum quia non est dictum, quod est essentia inquantum habet esse naturale. Tum quia si hoc sine reduplicatione fuisset dictum, verificaretur propter vnitatem vtriusque in Deo. Essentia enim diuina habet vtrumque modum essendi eminenter, in suo vnico excellentissimo modo essendi. Et propterea affirmando identitatem ideæ cum essentia, non sequitur formaliter loquẽdo more humano, ergo affirmatur identitas cum essentia, inquantum est in rerum natura. In littera autem non affirmatur hoc secundum, sed primum. Et ideo illæ duæ consequentiæ, quæ obiiciendo subiunctæ sunt, scilicet, ergo idearn in Deo esse idem cum essentia diuina, est per accidens: Et, ergo est turpissimum nihil valent, quia ideatitas cum essentia est per se & necessaria, ex eo quod nihil potest obiici intellectui diuino nisi in essentia diuina: ita quod modus quò res obiectæ obiiciuntur, necessario est esse in obiecta essentia: alioquin Deus intelligeret aliquid extra se, & vilesceret eius intellectus, vt 12. Metaphy. patet. vnde falsum & impossibile est, quod lapis obiciatur in Deo in essipso lapide obiectiuè. Quod ramen argumentum assumit & supponit ex ignorantia Meraphy.

Ad illam autem hypotheticam deductionem. si essentia diuina non esset in rerum natura, & esset obiecta suo intellectui, falsaretur ratio ideæ: ergo ideatitas ideæ cum essentia est per accidens. Admissa conditionali, negatur viteriorè sequela: nam sequitur oppositum: quia stante illa conditionali: idea esset ipsa essentia vt obiecta. Et si dicatur, ergo ideam esse essentiam diuinam secundũ esse reale est accidens, negatur sequela. Quoniam esse obiectiuum essentiæ diuinæ apud intellectum Dei non est per accidens reale, sed per se, ex eminentia propria ipsius. Sed falsa multos contingit in hoc, ex eo quod confunderatur esse obiectiuum absolutè, & reale absolutum: quæ cõstat non esse idẽ. cum hic sit sermo de esse obiectiuo tali, & tali reali, ex quibus oritur identitas, haibutiendi tamen ac repra licentia.

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore tria facit. Primò respondet quæsito affirmatiuè. Secundò ostendit quòd hæc pluralitas non repugnat diuinæ simplicitati. Tertiò ostendit quomodo hic pluralitas est.

¶ 4 Præterea, Respectus isti aut sunt secũdum rem in creaturis tantùm aut etiã in Deo: si in creaturis tantùm cùm creaturæ non sint ab æterno, pluralitas idearum non erit ab æterno, si multiplicentur solùm secundum huiusmodi respectus. Si autem realiter sunt in Deo, sequitur quòd alia pluralitas realis sit in Deo quàm pluralitas personarum: quod est cõtra Damas.* dicentem, quòd in diuinis omnia vnum sunt præter ingenerationem, generationem & processionem. Sic igitur non sunt plures ideæ.

¶ SED CONTRA est, quod dicit Augustinus in libro 83. Quæst. * ideæ sunt principales quædam formæ, vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles: quia ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ. ac semper eodem modo se habentes, quę diuina intelligentia continentur. Sed cùm ipsæ neque oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oritur & interire potest, & omne quod oritur & interit.

¶ RESPONDEO dicendum, quod necesse est ponere pluresideas. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd in quolibet effectu illud, quòd est vltimus finis propriè est intentum a principali agente: sicut ordo exercitus à duce. Illud autẽ quod est optimum in rebus existens, est bonum ordinis vniuersi, vt patet per Philosophum in 12. Metaph. * Ordo igitur vniuersi est propriè a Deo intentus, & nõ per accidens prouenies secundum successionem agentium: prout quidam dixerunt, q; Deus creauit primum creatum tantum: quod creatũ creauit secundum creatum*, & sic inde quousque producta est tanta rerum multitudo: iecũdũ quam opinionem Deus non habuerat nisi ideam primi creati. Sed, si ipse ordo vniuersi est per se creatus ab eo, & intentus ab ipso, necesse est, quòd habeat ideam ordinis vniuersi. Ratio autem aliciuius totius haberi non potest, nisi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totũ constituitur, & consequenter respondere principali agenti: quod supponimus esse Deum. Et sic Deus est actor per se, & finis ipsius ordinis: quemadmodum dux respectu ordinis exercitus.

¶ Aduerte secundò, quod litera, vt ostenderet vim huius medij, ad inferendum pluraliratem idearum in Deo, inseruit opinioni Auic. de modo quo pluralitas emanauit creaturarum: de qua inferius erit sermo: si enim distinctio creaturarum non per se intenta esset à Deo, sed ex parte Dei esset per accidens, scilicet propter successionem agentiũ: seu quouis alio modo, non habemus viam concludendi in Deo exemplaria multorum, sed vnius tantum. Nullus enim opifex exigit ideam eorum, quæ sunt per accidens.

¶ Quò ad secundum ostenditur, quòd pluralitas idearum non repugnat diuinæ simplicitati ex differentia: quæ est inter quod & quo aliquis intelligit vtrumque tali ratione, Multiplicare quod non repugnat simplicitati, sed multoplis are quod sed idea est quod & non quo ergo multitudo idearum nõ repugnat simplicitati diuinæ, maior probatur: quia multa intelligere non ponit compositionem, aut imperfectionẽ, &c. sed bene hoc ponit multis speciebus intelligere, minor probatur inductiuè ex idea domus in mente artificis, &c.

Circa differentiam in litera assignatam inter quod & quo intelligitur: dubium occurrit Primò, aut est sermo de pluralitate reali, aut rationis. si reali vtriusque pluralitas præiudicat diuinæ simplicitati: si rationis, vtrumque potest pari ratione plurificari. Quoniam essentia diuina vt species comprehendit omnes species intelligibiles, quemadmodum ipsa vt obiecta comprehendit omnes obiecta, & sic æqua est vtrinque pluralitas secundum rationem. Secundò intellectum à Deo non potest esse nisi vnum numero, vt patet 12. Metaphy. ergo repugnat multiplicare quod intelligitur à Deo, falsum est ergo, quòd pluralitas eius quod intelligitur: non præiudicat. Tertiò, In Deo est sapientia & ars, & scientia: ergo quo intelligitur, multiplicatur in Deo probatur sequela: quia habent vt quo Deus intelligit: vt etiam expresse litera dicit in responsione ad secundum.

¶ Ad eundentiam horum scito, quantum ad iy quo & quod, quod hic est sermo de quo & quod in actu exercito, scilicet de illis rationibus formalibus, quæ

bus quæ exercent actũ ipsius quo, vel actũ ipsius quod, vt in proposito. Idea est, quod intelligitur in actu exercito: quoniam significat id quod se habet ad intellectionẽ vt obiectũ vel terminus. Ars, verò est quo in actu exercito: quia importat id quod se habet vt principiũ formale intellectionis, & sic de aliis. Quantũ verò ad multitudinẽ seu pluralitatẽ, scitco q; hic est sermo nõ de pluralitate reali nec de pluralitate rationis, formaliter loquẽdo sed pluralitate simpliciter, quod aut quo. Ita quod intentio litteræ est ponere differentiam in hoc, quòd ratio formalis exercens actũ q; potest multiplicari simpliciter potest q; absolutè dici multæ: Ratio verò exercens actum, quo non potest sic multiplicari vt possit absolutè dici multæ.

* quæst. 46.

¶ Ad primũ ergo obiectionẽ in oppositũ negatur sequela. Ad probationẽ autem dicitur, quòd licet esset obiectiuum in communi, non sit realeesse tamẽ obiectiuum apud intellectum diuinum, est reale.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd sapientia & ars significantur, vt quo Deus intelligit sed idea, vt quod Deus intelligit. Deus autẽ vno intellectu intelligit multa, & non solũ secundum q; in seipsis sunt, sed etiam secundũ q; intellecta sunt: quod est intelligere plures rationes rerũ. Sicut artifex, dum intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domũ: dum autem intellegit formam domus vt à se speculatã, ex eo quòd intelligit se intelligere eã, intelligit ideã vel rationẽ domus. Deus autẽ non solum intelligit multas res per essentiam suã, sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam suã. * Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas esse in intellectu eius vt intellectas.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd huiusmodi respectus, quibus multiplicãtur ideæ, nõ causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparante essentiam suam ad res.

¶ Ad quartum dicendum, quod respectus multiplicãtes ideas nõ sunt in rebus creatis, sed in Deo. Nõ tamẽ sunt reales respectus: sicut illi quibus distinguntur personæ, sed respectus intellecti a Deo.

¶ *Vtrum sint plures ideæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sint plures ideæ. Idea enim in Deo est eius essentia: sed essentia Dei est vna tantum: ergo & idea est vna.

¶ 2 Præterea, Sicut idea est principium cognoscendi & operandi, ita ars & sapientia sed in Deo non sunt plures artes & sapiẽtiæ. ergo nec plures ideæ.

¶ 3 Si dicatur q; ideæ multiplicantur secũdum respectus ad diuersas creaturas: Cõtra, Pluralitas idearum est ab æterno: si ergo ideæ sunt plures, creaturæ autem sunt temporales: ergo temporale erit causa æterni.

¶ *Vtrum omnium quæ cognoscit Deus, sint ideæ.*

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur q; nõ omnium, quæ cognoscit Deꝰ, sint ideę in ipso mali enim idea nõ est in Deo, q a sequeretur malũ intellectu eius, & aliud est plures ideas esse in intellectu eius vt intellectas. Primum enim dicit eas esse obiectiuè in intellectu, vt aliorum rationes: secundum verò dicit eas esse obiectiue, vt secundũ se intellectę, ideò addidit vt intellectas. Tertiò nota, quod respectus isti indistinguentes ideas, quum sint etiam constituiui earum non consequuntur actum intellectus diuini intelligentis ideas, sed tiunt per actum intellectus diuini intelligẽtis essentiam suam comparatiuè. Ita quòd non est imaginandum, quòd prius intelligatur essentia vt imitabilis, & deinde sequatur respectus idealis: sed quòd ipsa intellectio essentiæ, vt imitabilis, est constitutio respectus idealis. Et hoc autem habes, quòd respectus ideales non ponuntur necessarij ad hoc, vt Deus distinctè intelligat creaturas, vt quidam interpretari videntur. Constat enim quòd perfectio intellectionis diuinæ non mendicat à respectibus rationis, sed ponuntur necessarij, vt necessariò constituti ex perfectione intellectionis diuinæ. Vnde in corpore articuli Author dixit, quòd quia Deus perfectissimè intelligit essentiam suam, ideo intelligit eam vt totmodis imitabilem: hoc enim est constitui plures respectus ideales, intelligisque plures ideas: vt aliorum rationes sunt: & intelligere creaturas distinctè in essentia diuina sibi obiecta. Et hæc si bene contemplatus fuerit, obiectiones aliorum deridebis: quas non adduxi, quia non contra sensum expositum doctrinæ Sancti Thom. militant.

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo, primò distinguit, secundò respondet quæsito,

¶ Quòd ad primum, Idea diuina dupliciter sumitur, vt exemplar, & vt ratio Manifestatur distinctio dupliciter. primò ex differentia duorum officiorum attributorum ideæ à Platone, generare & cognitionem facere: secundò ex differentia speculatiui & practici.

¶ Quòd ad secundum respondet quæsito duabus propositionibus affirmatiuis, iuxta membra distinctionis præmissæ. Prima est: idea secundum quod exẽplar, est omnium, quæ à Deo secundum quodcunque tempus fiunt. Secunda est: idea vt ratio, est omnium factibilium & cognoscibilium secundum proprias rationes tam speculatiuè quàm practicè. Hæ propositiones non aliter in littera probantur quàm ex quæst. 14. ex prædictis patent. Illud tamen non prætereas, quòd idea vt ratio sumitur pro ratione obiectiua, vt in primo articulo ipsa littera exposuit: dicitur igitur idea ratio obiectiua rei. Hoc etiam modo idea Platonica ratio cognoscendi esset.

¶ In responsione ad tertium, aduerte, quòd hic Sanct. Thom. retractat dicta in quæstio. de Ver. quæst. 3. articul. 2. & in 1. Sent. dist. 36. arti. vltimo, de idea materiæ primæ. Nec oportet fingere glossas: quoniam medius terminus hic assumptus, scilicet quia, secundum se non est cognoscibilis, expresse alibi à nobis elidit, vt patet intuenti. Sed dubium hic restat cum compositi idea materiæ primæ sit idea, Si tamen litera perspiciatur videatur, facile patebit, quòd idea vt ratio respondens materiæ primæ, est ideo corporis, quod est genus in prædicamento substantiæ: quoniam secundum illius formam distinguetur si distinguetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idea enim vt ratio est, omnia cognoscibilia p propriam rationem: vt in intra dicitur. Idea autem eius vt exēplar, nō est alio modo quā rēda quām idea generum, de quibus in litera dicitur quòd non habēt aliam ideam à specie, &c.

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo: primò respondet quæsito, secundo adsignat rationem plurium diffinitorum veritatis, ibi. Et secundum hoc veritas.

*lib. 83. q.46.

¶ Quo ad primum, cōclusio respōsiua quęsito est: Veritas principaliter est in intellectu, secundario in rebus in ordine ad intellectū, à quo dependēt. Hæc cōclusio habet tres partes: & quo ad primam quidem probatur: Verum est terminus intellectus, ergo est in intellectu. Antecedēs declaratur ex proportionali cōuenientia inter verum & bonū quia sicut bonum significat id, in quod tendit appetitus, ita verum id, ad quod tēdit intellectus. consequentia verò probatur ex differentia inter appetitū & cognitionē ex 6. Met. quia ille extrā, hęc intus perficitur.

*loco citato.

¶ Quo ad secundā verò partem, scilicet quòd secūdariò in rebus, probatur ibi, sicut autē bonum, Verū est in intellectu secundum q. conformatur rei intellectæ. ergo ratio veri ab intellectu ad rem intellectam deriuatur: ergo res intellecta vera dicitur secundū q. habet ordinem ab intellectū. Antecedens manifestatur, ex proportionali cōuenientia inter bonū & verū: quia sicut bonū est in re vt conueniens est appetitui, ita verum in intellectu. &c. consequentia quoque vtraq; ex eadem radice probatus: prima, quia ex bono in re bonitas ad appetitū derivatur. secūda quoq; q. ex hoc appetitus boni dicitur bonus.

¶ Quo ad tertiam autem partē, scilicet à quo dependēt, phatur ibi, Res autem intellecta, dupliciter. primò ratione. secundò ab affectibus.

¶ Ratio est: Iudicii de vnaquaque re nō fit secundum ea, quæ insunt per accidens, sed per ea ergo vnaquęque res dicitur vera absolutè secundum ordinem ad intellectum à quo dependet. Antecedens patet: consequentia verò probatur ex differētia inter ordinem rei ad intellectum causatiuū vel cognoscitiuū rātum: quia scilicet ad illum per accidens, ad illum per se ordinem habet: quod declaratur exemplo domus respectu artificis & nō artificis. Effectus autem esse in Deo. Sed mala cognoscuntur à Deo Ergo non omnium, quæ cognoscuntur à Deo, sunt ideæ.

¶ 2 Præterea, Deus cognoscit ea, quæ nec sunt nec erunt, nec fuerūt: vt suprà dictū est. * Sed horum non sunt ideæ: quia dicit Dio. 5. c. de Diu. no. quòd exemplaria sunt diuinæ voluntates determinatiuæ & effectiuæ rerum. Ergo non omniū, quæ à Deo cognoscuntur, sunt ideæ in ipso.

¶ 3 Prætera, Deus cognoscit materiā primā, quæ nō potest habere ideā, cùm nullā habeat formam. Ergo idem quod prius.

¶ 4 Præterea, Constat quòd Deus scit nō solum species, sed etiam genera & singularia & accidentia. Sed horum non sunt ideæ, secundum positionem Platonis, qui primus ideas introduxit, vt dixit Augu.* Non ergo omnium cognitorum à Deo sunt ideæ in ipso.

¶ SED CONTRA, Ideæ sunt rationes in mente diuina existētes, vt per Aug. patet. * Sed omniū, quæ cognoscit Deus, habet proprias rationes. Ergo omnium, quæ cognoscit, habet ideam.

¶ RESPONDEO dicēdum, q. cum ideę à Platone ponerētur principia cognitionis rerum & generationis ipsarum, ad vtrunq; se habet idea, prout in mēte diuina ponitur. Et secūdū quòd est principiū factionis rerū, exemplar dici potest, & ad practicam cognitionem pertinet. Secūdū autē q. principium cognoscitiuū est, proprie dicitur ratio, & potest etiā ad scientiā speculatiuam pertinere. Secundū ergo quod exēplar est, secundū hoc se habet ad omnia, quæ à Deo fiunt secundū aliquod tēpus. Secundū verò q. principiū cognoscitiuū est, se habet ad omnia, quæ cognoscūtur ad Deo, etiā si nullo tēpore fiant: & ad oīa, quæ à Deo cognoscūtur secundum propriā rationē, & secundū quòd cognoscūtur ab ipso per modum speculationis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q. malum cognoscitur à Deo nō per propriā rationem, sed per rationem boni. Et ideo malum nō habet in Deo ideam, neque secundum quòd est ratio.

¶ Ad secundum dicendum, q. eorum, quæ neque sunt, neque erunt, neque fuerunt, Deus nō habet practicā cognitionē, nisi virtute tantū. Vnde respectu eorū nō est idea in Deo, secūdū q. idea significat exēplar, sed solū secūdū q. significat rationē.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Plato secundum quosdam posuit materiam non creatam, & ideo nō posuit ideam esse materiæ, sed materię cōcausam. Sed quia nos ponimus materiam creatam à Deo, nō tamen sine forma, ° habet quidem materia ideam in Deo, non tamen aliam ab idea compositi. Nam materia secundum se neque esse habet, neque cognoscibilis est.

¶ Ad quartū dicendū, q. genera non possunt habere ideā aliam ab idea speciei, secūdū quòd idea significat exemplar: quia nunquā genus fit nisi in aliqua specie. Similiter etiam est de accidētibus, quæ inseparabiliter concomitantur subiectū: quia hæc simul fiūt cū subiecto. Accidentia autē, quę superueniūt subiecto, specialē ideā habēt. Artifex enim per formā domꝰ facit omnia accidētia, quæ à principio concomitantur domū. Sed ea, quæ superueniūt domui iam factæ, vt picturæ vel aliquid aliud facit per aliquā aliā formā. Indiuidua verò secundū Platonē non habebāt aliam ideā quam ideā speciei. Tum quia singularia indiuiduantur per materiam, quam ponebat esse increatam (vt quidam dicūt & concausam ideæ. Tū quia intentio naturæ cōsistit in speciebus, nec particularia producit, nisi vt in eis species saluentur. Sed prouidētia diuina nō solum se extēdit ad species, sed ad singularia, vt infrà dicetur.*

QVÆSTIO SEXTADECIMA, De veritate, in octo Articulos diuisa.

QVONIAM autem scientia verorū est, post considerationem scientiæ Dei de veritate inquirendum est.

¶ Circa quā quærūtur octo.

¶ Primò, vtrum veritas sit in re, vel tantū in intellectu. ¶ Secundò, vtrū sit tantum in intellectu cōponēte & diuidēte. ¶ Tertiò, de cōparatione veri ad ens. ¶ Quartò, de cōparatione veri ad bonum. ¶ Quintò, vtrum Deus sit veritas. ¶ Sexto, vtrum omnia sint vera veritate vna vel pluribus. ¶ Septimò, de æternitate veritatis. ¶ Octauò de incommunicabilitate ipsius.

ARTICVLVS I.

¶ *Virum veritas sit tantum in intellectu.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd veritas non sit tantūm in intellectu, sed magis in rebus. Aug. enim in lib. Solil.* reprobat hanc notificationem veri: Verum est id quod videtur: quia secundum hoc lapides, qui sunt in abditissimo terræ sinu non essent veri lapides, quia non videtur. Reprobat etiā istam, Verum est quod ita se habet, vt videtur cognitori, si velit & posśit cognoscere: quia secundum hoc sequeretur, quòd nihil esset verum, si nullus posset cognoscere. Et diffinit sic verum, Verum est id, quod est. Et sic videtur, quòd veritas sit in rebus, & non in intellectu.

¶ 2 Præterea. Quicquid est verum, veritate verum est. Si igitur veritas est in intellectu solo, nihil erit verū nisi secundum quòd intelligitur: quod est error antiquorum Philosophorum, * qui dicebant omne quòd videtur esse verū. Ad quod sequitur contradictoria simul esse vera: cùm contradictoria simul à diuersis vera esse videantur.

¶ 3 Præterea, Propter quod vnūquodque & illud magis, vt patet primo. Posteriorū.* Sed ex eo q. res est, vel non est, est opinio, vel oratio vera vel falsa secundum Philosophū in prædicamentis.* Ergo veritas magis est in rebus quā in intellectu.

¶ SED CONTRA est, q. Philosophus dicit sexto Meta: * quòd verum & falsum non sunt in rebus, sed in intellectu.

¶ RESPONDEO dicendum: q. sicut bonum nominat id in quod tēdit appetitus, ita verū nominat id, in quod tēdit intellectus. Hoc aūt distat inter appetitū & intellectū siue quācunque cognitionē. Quia cognitio est secundū q. cognitū est in cognoscente: appetitus autē est secundū q. appetens inclinatur in ipsam rem appetitā. ° Et sic terminus appetitus, quod est bonū, est in re appetibili. Sed terminus cognitionis, quod est verū, est in ipso intellectu. Sicut autē bonū est in re inquantum habet ordinē ad appetitū, & propter hoc ratio bonitatis derivatur à re appetibili in appetitum, secūdum q. appetitus dicitur bonus prout est bonitāta (cū verū sit in intellectu secundū q. conformatur rei intellectæ) necesse est q. ratio veri ab intellectu ad rem intellectam deriuetur, vt res etiam intellecta vera dicatur, secundum quod habet aliquem ordinē ad intellectum, Res autem intellecta ad intellectum aliquem potest habere ordinem. ° vel per se, vel per accidens. Per se quidem habet ordinem ad intellectum, à quo dependet secundum suum esse: per accidens autem ad intellectum, à quo cognoscibilis est. Sicut, si dicamus q. domus cōparatur ad intellectum artificis per se, per accidēs autē comparatur ad intellectū, à quo non dependet. Iudiciū autem de re nō sumitur secūdū id, quod inest ei per accidēs, sed secūdū id quod inest ei per se. Vnde vnaquæque res dicitur vera absolutè secundū ordinē ad intellectū, à quo dependet. Et inde est q. res artificiales dicūtur verę per ordinē ad intellectū nostrū, dicitur enim domus vera, quæ assequitur similitudinē formæ, quæ est in mēte artificis. Et dicitur oratio vera, inquātū est signū intellectꝰ veri. Et similiter res naturales dicūtur esse verę, secundū q. assequūtur similitudinē specierū, quę sūt in mēte diuina. Dicitur enim testimonium perhibentes his, sunt artificialia & naturalia. artificialia enim tam mechanicalia, quā liberalia, vt oratio, vt ars absolutè sunt, si conformia sunt artibus. Naturalia quoque vera absolutè sunt, si conueniant opifici quem supponimus esse primum intellectum.

¶ Circa prædicta duæ propositiones aduertēdæ sunt. prima est, Verum est id in quod tendit intellectus sicut bonum, &c. hæc enim inferius articulo 5. ad tertium difficultatur. Alterata est: Cognitio est secundum quòd cognitū est in cognoscente. Aptum autem secundum inclinationem ad rem. Et hæc in quæstione 80. articu. 3. defenditur: vbi commentabitur intellectui voluntas.

¶ Quòd secundò redditur ratio sex diffinitionum veritatis quod in re, duæ ad verum pertinent ad verum in intellectu, & vna ad vtrumque verobique. Omnia clara sunt.

ARTICLE II. ARTIC. II. 99

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum secundum.*

TItulus clarus apud tenentes, quòd intellectus componens & diuidēs non significat substantiam aut potentiam aliquam: sed operationem intellectus, vocatam compositio & diuisio in 3. de Anima.

¶ In corpore est vnica cōclusio respōsiua quæ sito affirmatiuè, Veritas propriè loquēdo est tantum in intellectu componēte & diuidēte. Hæc cōclusio habet duas ex ponentes scilicet, veritas propriè loquēdo est in intellectu componēte & diuidente, & quòd in nullo alio. Probantur ambæ simul in litera sic, Omnis res est vera secundū quòd habet propriam formam suæ naturæ ergo intellectus vt cognoscēs est assimilatur rei cognitæ ergo veritas est cōformitas intellectus & rei: ergo cognoscere veritatē est cognoscere cōformitatē cognitionis ad cognitum: ergo nec sensus, nec intellectus quod quid est, sed intellectus iudicans ita esse sicut apprehēditur cognoscit primò & dicit verum: ergo intellectus componēs & diuidens cognoscit verum: ergo in eo tantūm est verum secundum propriū modum nomine Veri imporcatā: ergo in eo tantūm est verum propriè loquēdo. Prima consequentia probatur: quia similitudo rei cognitæ est propria forma intellectus vt cognoscēs. Secunda verò manifestè tenet ex suo antecedēte probato: adiecta illa propositione in principio corporis articuli propter scilicet verū secundum sui primam rationem est in intellectu. Si enim sic est, & veritas intellectus attēditur secundum similitudinem ad rem: consequens est, quòd veritas per cōformitatē intellectus & rei definiēda sit. Tertia autem & nota relinquitur & verè nota est: quoniā si veritas cognitionis cōsistit in similitudine seu cōformitate intellectus & rei, oportet vt cognoscere veritatē sit cognoscere cōformitatē hanc, scilicet intellectus & rei: & ecōuerso, cognoscere hanc cōformitatē, sit cognoscere veritatē. Quarta verò quoad partem negatiuā declaratur in visu & intellectu simplici. Quo ad affirmatiuā verò, nec probatione, nec manifestatione eget. Quinta autē probatur: quia in omni propositione aliquā formā significata per prædicatum applicat rei significatæ per subiectū, vel remouet ab ea. Sexta verò & probatur quia verū est verificatio intellectus vt cogitum: & manifestatur ex indifferentia, ex suprādictis cōsequente inter cognoscentē esse verū & cōsequenter cognoscere verū. Illud enim est cognoscentē esse verū vt quandā rem. Et ideo conuenit sensui, & intellectui quod quid est, & vocibus incōplexis: hoc autē est habere verum vt cognitū in cognoscente: & ideo in intellectu componente vocibusque cōplexis vt signis, &c. Vltima demū cōsequentia per se nota est: vt patet.

¶ Ad euidentiā horum aduerte, quòd planus sensus, quē superficies huius literæ prima fronte ostendit, videtur quod, quia cognitio sensus, puta visus, aut etiā simplicis intellectus, cōformis est reiideo vera dici potest. Sed quia nō potest illa conformitas, quæ est inter ipsam cognitionem simplicem & rem cognoscere, ideo non cognoscit verū. Et quia intellectus componens illam cognoscit, ideo cognoscit verū. Sed huiusmodi sensus alienus est ab hac litera secūdū veritatē. Tum quia falsum est, quòd intellectus simplex non cognoscat illā conformitatem, quoniā conformitas illa diffinibile quoddam est, & consequenter simplici intellectu cognoscitur. Tum quia illa cōformitas non cognoscitur nisi reflexè ab intellectu, verū aūt cognoscitur directè & non reflexè tantū. Tum quia medius terminus in litera adductus ad probandū, quod cōformitas, in qua cōsistit veritas, cognoscatur ab intellectu cōponendo vel diuidendo, non esset ad propositū, vt patet applicanti. Vt igitur præsens litera cū qualibet sibi simili pareat, notato quarto. Primò quod aliud est loqui de intellectu etiā in actu secundo, & aliud de intellectu inquantum cognoscens: & similiter aliud est loqui de veritate illius, & aliud de veritate ipsius. Ad veritatem enim intellectus in actu secundo non plus requiritur quàm ad veritatem sensus in actu secundo: vnde & intellectus & sensus in actu, vetus dicitur vr quædam res vera, quando cognitio assimilatione ad cognitum informatur. Ad veritatem autem intellectus vt cognoscens est, exigitur quòd veritas sit in eo vt est cognoscens, hoc autem nō est nisi sit in eo vt cognita. Et propterea litera inuestigās vbi propriè verum sit à propria forma intellectus non in actu primo aut secūdo, sed vt cognoscēs est procedit: & vult quòd propria eius forma ac perfectio est similitudo cogniti, nō quæ est principiū cognitionis, sed quæ est terminus, vel quasi terminus seu perfectio ad quā attingēdo cognitio perficitur. Pro quo nota secundò, q. similitudo rei cognitæ dupliciter sumitur quātum ad propositum spectat. Primo p. specie intelligibili siue sensibili simplici, id est, permodum incōplexi repræsentātis, quicquid sit illa species, Secundo pro specie repræsentatiua cogniti, vt sic siue complexè siue incomplexè quicquid sit illa, siue species impressa, siue expressa, siue ipsa cognitio: hęc enim nō variāt pro posito. In præsenti litera nō sumitur similitudo cogniti primo modo, vt superficialis expositio intelligit, sed secūdo, ita quòd sensus literæ est, quòd similitudo attacta seu assequuta à cognitione est ppria forma: & perfectio intellectus vt cognoscēs est & illa cognitio quæ sūipsius cōformitate cum re cognoscit: illa cognoscit verū, & nulla alia, quomodocunq; sit illa cōformitas: scilicet siue modū cōplexi siue incomplexi. Tertiò nota, quòd cognoscere cōformitatē sui ad cognitū contingit dupliciter, scilicet in actu signato, & in actu exercito. Cognoscere conformitatē in actu signato, est cognitionē terminari ad relationem cōformitatis. Cognoscere verò cōformitatē in actu exercito, est cognoscere aliquid in se vt conforme cognitio: q. vt clarius percipiatur, manifestatur in actu dicēdi, quoniā clarius apparet propositum in ipso. Dicit quispiā cōformitatem intellectus & rei in actu signato, quā hæc verba seu significata eorū in cōmuni vel in speciali materia, quam intelligit, dicit mentaliter vel vocaliter: dicit aūt in actu exercito, quādo aliquid dicit vt conforme rebus. Nunquam autem dicit aliquid vt conforme vel difforme rei: quandiu incōplexum aliquod dicit: dicendo enim homo, aut centaurus, aut vacuū, nihil dico vt conforme vel difforme rei alicuius sed cum primò dicit, homo est, aliquid dicitur conforme vel difforme rei: quoniā dicit aliquid significās hominem esse, vt de se patet: & simile est de credere & cognoscere. Cognoscere igitur conformitatē sui ad rem, nihil aliud est quam, cognoscere aliquid in se vt conforme rei: hoc autē nihil aliud est quàm apprehendere complexum aliquod. Apprehendendo enim ly homo est, apprehendo aliquid vt conforme. In propōsito non sumitur cognoscere conformitatē primo modo, vt superficialis illa expositio accepit, sed secūdo. Et propterea in litera probatur, q. cognoscere sui conformitatem ad rem, est proprium intellectus componentis & diuidentis. Ex eo quòd enuntiatio omnis ponit vel remouet aliquid à subiecto: si enim cognoscere conformitatē sui ad rem, est cognoscere aliquid in se vt conforme rei. Et nunquā cognoscitur aliquid in se vt conforme, nisi quum cognoscitur enuntiatio, quā constat esse in enuntiāre & cōformitate, vel difformitate ad rem importare: oportet quòd solus intellectus enūtians cognoscat ac dicat cōforme vel difforme vt sic. Et quia hoc solum est dicere & cognoscere verū in actu exercito, ideo solus intellectus componens & diuidens cognoscit & dicit verū. Et verū in actu exercito est in solo intellectu componente & diuidēte, vt cognitum & dictum in cognoscente & dicente. Ita enim distinguendum est de cognitione veri in actu exercito & signato, sicut de prædictis. Quam distinctionem ū non capis, ex distinctione hac quo ad significationem percipiet etiam nouitius quilibet, significare enim verum, vt in logicalibus instructionibus habetur, dupliciter inuenitur, scilicet in actu exercito & significato. Nam ly verū, significat verum, sed nō exercet ipsum, sed ly homo est bipes, significat verum, quia exercet ipsum verificatem. Et ly homo est alarus, significat falsum in actu exercito, &c. Et propterea in primo Perihermeniis dicitur, quòd enuntiatio est oratio significans verum vel falsum, scilicet in actu exercito: quod est significare conforme rei, vel difforme vt sic.

¶ Ex his autem patet quartum, quod obscuritatē magnā in hac materia ponit scilicet, quòd veritas est cōformitas intellectus & rei. hoc enim potest intelligi

Universidad de Deusto
Biblioteca

de veritate rei, vel de veritate absolutè. Et primo modo est optimè dictũ: quòd ná veritas, qua omnis res in suo gradu essendi dicitur vera, sine cognoscat siue non, consistit in cõformitate horum dnorũ, vt patet ex litera hac & præcedẽte. Secundo autem modo, vt prima fronte apparet, est benedictũ, sed particulariter intelligendum: quia non conformitas cuiuscunque intellectus, sed intellectus complexi tãtum est veritas, vt patet ex dictis. Sed ñ altius diffinitionẽ hãc perscrutati fuerimus, inueniemus q̃ vniuersaliter & propriè loquẽdo, hæc diffinitio soli veritati absolutè cõuenit, & nõ veritati rei nisi extensiuè. Conformitas enim intellectus ad rẽ dupliciter potest in intellectu inueniri. Vno modo per antecedens, alio modo per se. Nulli enim intellectui incomplexo vt sic, conuenit per se cõformitas ad rem: quia incõplexum vt sic respectũ nullum æqualitatis, aut inæqualitatis, ad alterum exercet: quamuis fortè adæquatum alteri de facto sit, vt patet inductiuè. Complexa autem enũtiatio mẽtalis omnis p se exercet in propria ratione, q̃ sic æqualis & inæqualis enũtiatæ rei: quoniã essentialiter est similitudo, quòd hoc in sic vel non insit illi. Et si quidem inest quod representat ei inesse, cõformis dicitur: si autem, difformis. Quum igitur aliquis intellectus sit rex propria ratione cõformis aut difformis, & de ratione veritatis absolutè sit cõformitas intellectus; consentaneũ est, quòd de intellectu, cui per se conuenit cõformitas, est formo. Ita q̃ sensus est, veritas est cõformitas intellectus & rei, id est, veritas est intellectus per se conformis rei, vel conformitas intellecti per se subiecti conformitatis, vt sic in diffinitione veritatis ponatur intellect⁹ tanquã subiectum non per accidens, sed per se. Talis autẽ est intellect⁹ componens, vt dictum est. Vnde Arist. 4. Meta. text. 27. diffinivit veri & falsum per enuntiabile, dicens, quod verum est ens esse & non ens non esse: falsum autem, ens non esse & non ens esse. Ita quòd enuntiabile diffinit verum, & verum enuntiationem: vt ostendatur verum propriè in huius compositione tantum inueniri, vt verum exercitè.

110 Ver. q. 1. ar. 2. 1m. & 1. dist. 19. q. 5. 5. ar. 1. 7m. * arti. 1. huius q.

¶ *Super Quæstionis decimæsexte Articulum tertium.*

TItulo ly verum, in suæ analogiæ communitate sumitur, vt ex responsione ad primum habetur.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, verum & ens conuertuntur. Probatur ratione includente simul vim medij & manifestationem ex proportionali similitudine veri & boni. Vis medij est, Vnumquodque in quantum habet de esse, intãtum est cognoscibile: ergo ens & verum conuertuntur. Antecedens manifestatur ex autoritate 3. de Anima, in qua dicitur, animam esse omnia: quia est omnia cognoscibilia, hoc enim non esset verum, nisi cognoscibilitas adæquaret esse, vt patet. Consequentia verò probatur: quia verũ importat ordinem ad cognitionẽ, id est, cognoscibile. Proportionalis autem similitudo consistit in tribus. Primo in hoc, sicut bonum significat appetibile, ita verum cognoscibile. Secundo, quod sicut bonum conuertitur cum ente, ita verum. Tertiò, sicut bonum addit supra ens ordinem ad appetitum, ita verum ordinem ad intellectum.

¶ Circa hoc est vnum dubium: quoniam vis medij consistit in hoc, quòd verum importet cognoscibile in communi, vt patet & in verbis literæ & ex autoritate inducta ex 3. de Anima, hoc autẽ esse falsum patet in calce dicti. Quoniam dicit, quod importat ordinem ad intellectum: ac per hoc importat cognoscibile sic, scilicet per intellectum: & non cognoscibile in communi & vere sic est, quoniam, vt in primo articulo dictum est, verum importat id in quod tendit intellectus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur negando, quòd vis medij exigat quod verum significet cognoscibile in communi, sufficit enim quòd vel significet cognoscibile in communi, vel significet tali modo: sic quòd ille modus sit ita amplus quod se extendat ad omnia, ad quæ se extendit cognoscibile in communi: nihil enim refert ad vim rationis, an verum importet cognoscibile in cõmuni, an aliquid illi æquiualens: vtrobique enim sequitur conuertibilitas veri cũ ente. Sic autẽ stin proposito: quoniam intelligibilitas ad omnia se extendit ad quæ se extendit cognoscibile: intelligibile & cognoscibile idem sunt tãtum habet de intelligibilitate. Inchoante autẽ à cognoscibili literæ, & peruenit ad intelligibile, vrã facilitatibus traderet discipulis sub intelligendi relinquens, Sicut etiam dicens, vnumquodque in quantum habet esse, in tantum est cognoscibile, relinquit, & econuerso, quod tamen subintelligi oportet, vt conuertibiliter se consequantur ens & verum.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ sicut bonum habet rationem appetibilis, ita verum habet ordinem ad cognitionem. Vnumquodque autem, inquantum habet de esse, intantum est cognoscibile. Et propter hoc dicitur in 3. de Anima, * quòd anima est quodammodo omnia secũdum sensum & intellectum. Et ideo sicut bonũ conuertitur cum ente, c ita & verum. Sed tamen sicut bonum addit rationem appetibilis supra ens, ita & verum comparationem ad intellectum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd verum est in rebus & in intellectu (vt dictum est. *) Verum autem quod est in rebus, conuertitur cum ente secũdum substantiam. Sed verum quod est in intellectu, conuertitur cum ente, vt manifestatium cũ manifestato. Hoc enim est de ratione veri, vt dictum est. * Quamuis possit dici, quòd etiã ens est in rebus & in intellectu, sicut & verum: licet verũ principaliter in intellectu: ens verò principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, quòd verum & ens differunt ratione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non ens non habet in se vnde cognoscatur, sed cognoscitur, in quantum intellectus facit illud cognoscibile. Vnde verum fundatur in ente, inquantum non ens est quoddam ens rationis apprehẽsum, scilicet à rõne.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, cùm dicitur, quòd ens non potest apprehendi sine ratione veri: hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo ita quòd non apprehendatur ens, nisi ratio veri assequatur apprehensionem entis. Et sic locutio habet veritatem. Alio modo posset sic intelligi, quòd ens non posset apprehendi, nisi apprehenderetur ratio veri. Et hoc falsum est. Sed verum non potest apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis: quia ens cadit in ratione veri. Et est simile, sicut si cõparemus intelligibile ad ens. nõ enim potest intelligi ens, quin ens sit intelligibile, Sed tamẽ potest intelligi ens ita, quod nõ intelligatur eius intelligibilitas. Et similiter ens intellectum est verum: non tamen intelligendo ens, intelligitur verum.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit quoniam responsio hæc præ & alibi dicta Sanct. Tho. Dictum est enim in 1. ar. quòd verum est, in quod tendit intellectus, sicut bonum est in quod tendit appetitus. Et alibi dicitur quòd verum est obiectum intellectus. Modo autem dicitur, quòd veri ratio assequitur apprehensionem entis: obiectum enim intellectus non sequitur, sed præuenit potius intellectionem: videtur etiam contra veritatem, quoniam non ideo ens est verum quia apprehẽditur: sed econuerso quia est verum, ideo apprehenditur siue actu siue potentia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd verum dupliciter sumitur, vt patet ex dictis, scilicet pro veritate rei & propriè & quòd propriè est terminus inclinans intellectionis, & obiectum intrinsecum eius: imò propria intelligentis perfectio obiectiua. Et sic verum non consequitur, nec præcedit intellectionem, sed simul est perficies ipsam. Et de hoc non loquitur præsens litera, sed litera articuli primi: quia infertur verum esse in intellectu. Verum autem rei est posterius quidem ente, prius autem cognitione, & est obiectum intellectus non formale, quoniam illud est ens, sed est conditio propria obiecti formalis. ens enim licet secundum omnes conditiones & modos & rationes temporis intellectum: dum enim intelligunter actu vel potentia: certam tamen exigit conditionem generalem qua exercet hoc quod est perficere intellectum obiectiue: & hanc, addit verum supra ens. Non enim quomodolibet perficit intellectum, sicut nec quomodolibet perficit appetitum, nec quomodolibet agit. Vnde inter verum & bonum, quamuis cõueniant in hoc, quòd vtrunque est obiectum & terminans, & hoc interest, quod bonum obiectum formale voluntatis: verum autem conditionis obiecti formalis significare videtur. Et propterea omnis appetibile est appetibile boni formaliter, omnis autẽ intellectio nõ est intellectio veri formaliter, vt in litera dicitur, sed rei veræ. ita quòd ly rei notat rem intellectã, & ly veræ cõditionem, qua res intelligitur. propter quod rationes Scoti in 1. dist. 8. quæst. 3. vol. 5. quibus impugnat verum esse proprium obiectum intellectus, nõ oportet solucre: quoniam de obiecto formali loquuntur, quod in hoc litera dicitur nõ esse. Ad opposita igitur dicendũ est, quòd dicta S. Tho. nec inter se nec veritati aduersantur: quoniam nõ intendit hoc litera, quòd ratio veri cõsequatur apprehensionem de veritate rei loquendo: sed quòd ratio veri astat seu assistit apprehensioni, hoc enim intendit per ly assequatur. assequi enim propriè loquendo non est sequi, sed potius pertingere. Manifestè enim litera ostendit, quòd nihil aliud intendit, nisi quòd verum est quando ens intelligitur: & tamen verũ non intelligitur, vt etiam exemplum de intelligibilitate ostendit. Constat autem prius obiectum esse intelligibile quàm apprehẽdatur. Nec propterea ponimus verum in re absque ordine ad intellectum, sed ponimus primò ens, deinde ens vt perfectibile intellectus, & tertiò intelligibile: quoniam intelligibile est quia verum est, & non econtra. In hoc autem quod est esse perfectibile intellectus, manifestè patet ordo ad intellectum.

ART

¶ *Super Quæstionis decimæsexte Articulum quartum*

102 Verit. q. 21. art. 3. * sec. 49 * arti. 2. huius q. * capi. 7. 1. lib. 6. Ethic. Ia. Sentẽ. 9. 7.

ARTICVLVS IIII.

Virum bonum secundum rationem sit prius quàm verum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd bonum secundum rationem sit prius quã verum. Quod enim est vniuersalius, secundum rationem prius est: vt patet ex primo Physicor. * Sed bonum est vniuersalius, quàm verum. Nam verum est quoddam bonum scilicet intellectus. Ergo bonum prius est secundum rationem quàm verum.

¶ 2 Præterea, Bonum est in rebus, verum autem in compositione & diuisione intellectus, vt dictum est. * Sed ea quæ sunt in re, sunt priora his quæ sunt in intellectu. Ergo prius est secundum rationem bonum quàm verum.

¶ 3 Præterea, Veritas est quædam species virtutis, vt patet in 4. Et hic. * Sed virtus continetur sub bono. Est enim bona qualitas mentis: vt dicit Aug. * Ergo bonum est prius quàm verum.

¶ SED CONTRA, Quod est in pluribus, est prius secundũ rationem. Sed verum est in quibusdã, in quibus non est bonum, scilicet in Mathematicis. Ergo verum est prius quàm bonum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd licet bonum & verum supposito conuertantur cum ente, tamen ratione differũt. Et secundum hoc, verum absolutè loquẽdo, prius est quàm bonũ: quod ex duobus apparet. Primo quidem ex hoc, quòd verum propinquius se habet ad ens, quod est prius, quàm bonum. Nam verum respicit ipsum esse simpliciter & immediate: ratio autem boni consequitur esse, secundum quòd est aliquo modo perfectũ. sic enim appetibile est. Secundò apparet ex hoc, quòd cognitio naturaliter præcedit appetitum. Vnde, cùm verum respiciat cognitionem, bonum autem appetitum, prius erit verum quàm bonum secundum rationem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd voluntas & intellectus mutuò se includunt. c nam intellectus intelligit volũtatem, & voluntas vult intellectum intelligere. Sic ergo inter illa, quæ ordinantur ad obiectum voluntatis, continentur etiã ea quæ sunt intellectus, & econuerso. Vnde in ordine appetibilium bonum se habet vt vniuersale, & verum vt particulare. in ordine autem intelligibilium est econuerso. Ex hoc ergo, quòd verum est quoddam bonũ: sequitur quòd bonũ sit prius in ordine appetibilium, non autem quòd sit prius simpliciter.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd secundũ hoc est aliquid prius ratione, quod prius cadit in intellectu. c Intellectus autẽ per prius apprehẽdit ipsum ens, & secũdariò apprehendit se intelligere ens, & tertiò apprehendit se appetere ens. Vnde primo est ratio entis, secundo ratio veri, tertiò ratio boni: licet bonum sit in rebus.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd virtus, quæ dicitur veritas, nõ est veritas communis, sed quædam veritas, secundũ quàm homo in dictis & factis ostendit se, vt est: veritas autem vitæ dicitur particulariter: secũdũ quod homo in vita sua implet illud, ad q̃ ordinatur per intellectum diuinũ: c sicut etiam dictum est * veritatẽ esse in cæteris rebus. Veritas autem iustitiæ est secundũ quòd homo seruat id, quod debet alteri secundum ordinem legum. Vnde ex his particularibus veritatibus non est procedendum ad veritatem communem.

107 ¶ *Super Quæstionis decimæsexte Articulum quintum*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua

ARTICVLVS V.

¶ *Verum Deus sit veritas.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit veritas. Veritas enim consistit in cõpositione & diuisione intellectus. c Sed in Deo nõ est cõpositio & diuisio. Ergo non est ibi veritas.

¶ 2 Præterea, Veritas secundum Augu. in lib. de Vera reli. * est similitudo principij. Sed Dei non est similitudo ad principiũ. Ergo in Deo non est veritas.

¶ 3 Præterea, quicquid dicitur de Deo, dicitur de eo, vt de prima causa omnium: Sicut esse Dei est causa omnis esse: & bonitas eius est causa omnis boni. Si ergo in Deo sit veritas, ergo omne verum erit ab ipso. Sed aliquem peccare est verum: ergo hoc erit à Deo quod patet esse falsum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, * veritas inuenitur in intellectu, secundũ quòd apprehenditrem vt est in re, secundum quòd habet esse cõformabile intellectui. Hoc autem maximè inuenitur in Deo. Nam esse suum, non solum est cõforme suo intellectui, sed etiã est ipsum suum intelligere: c & suũ intelligere est mensura & causa omnis alterius esse, & omnis alterius intellectus: c & ipse est suum esse & intelligere. Vnde sequitur, quòd nõ solũ in ipso sit veritas, sed quòd ipse sit ipsa summa & prima veritas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, licet in intellectu diuino non sit compositio & diuisio: tamen secundũ suã simplicem intelligentiam iudicat de omnibus, & cognoscit omnia complexa. Et sic in intellectu eius est veritas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verũ intellectus nostri est, secundũ quòd conformatur suo principio, scilicet rebus à quibus cognitionẽ accipit, veritas etiã rerũ est, secundũ q̃ conformantur suo principio, scilicet intellectui diuino. sed hoc proprie loquẽdo nõ põt dici in veritate diuina: nisi forte, secundum q̃ veritas appropriatur filio, qui habet principiũ. Sed si de veritate essentialiter dicta loquamur, non potest intelligi, nisi resoluatur affirmatiua in negatiuã: sicut cũ dicitur, Pater est à se: quia nõ est ab alio. Et similiter dicipõt si similitudo principij veritas diuina, inquãtũ esse suũ nõ est luo intellectui dissimile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non ens, & priuationes non habẽt ex seipsis veritatẽ sed solùm in apprehensione intellectus. e Omnis autem apprehensio intellectus à Deo est. Vnde q̃ quid est veritatis in hoc, quod dico. istum fornicari est verũ, totum est à Deo. Sed si arguatur, ergo istum fornicari est à Deo. est fallacia accidentis.

ARTICVLVS VI.

¶ *Verum sit vna sola veritas, secundum quam omnia sunt vera.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ vna sola sit veritas, secundum quam omnia sunt vera. Quia secundum Augu. * nihil est maius mẽte humana nisi Deus. Sed veritas est maior mente humana: alioquin mẽs iudicaret de veritate. Nũc autem omnia iudicat secundum veritatem, & non secundum seipsam. Ergo solus Deus est veritas. Ergo non est alia veritas quam Deus.

¶ 2 Præterea, Anſel. dicit in lib. de Veritate, * quòd sicut tempus se habet ad tempora lia, ita veritas ad res veras. sed vnum est tempus omnium temporalium. Ergo vna est veritas qua omnia vera sunt.

quæsito. In Deo non solũ est veritas, sed ipse est veritas prima & summa. Cõclusio hæc claudit in se quatuor partes, prima est, quòd in Deo est veritas, vt in re secũda, quòd in Deo est veritas obiectiuè: tertia, quòd Deus est veritas: quarta, quòd est prima & summa. Et quòd ad omnes in litera probat. 103 12. q. 16. 3. ar. 7. cor. & q. 16. 5. ar. 1. 3m. & 22. q. 2. 7. arti. 4. cor. & 1. cõtra c. 59. 60. 61 & 62. Et lib. 3. ca. 51. & opuscul. 3. c. 105. & Ioan. 14. le. 2. col. 1. fin.

¶ Quòd ad primam quidẽ: Esse Dei est non solùm cõforme suo intellecti, sed etiam ipsum intelligere: ergo est ma xime verũ veritate rei, probatur sequela: quia veritas in re est secũdũ quòd habet esse cõformabile intellectui.

¶ Quòd ad secundum ve ro, Intelligere Dei est mẽsura omnis alterius esse & intellectus: ergo cognoscit verũ. probatur sequela: quia veritas in intellectu est secũdũ quod apprehendit res vt est. Constat enim intellectionem mẽsurantem omne esse oportere 83 sunt: & similiter mensũ rãtem omnem intellectum etiam componẽtem & diuidẽtem oportere apprehẽdere quicquid à quocunque apprehenditur. 132

¶ Quòd ad tertiam autẽ Deus est suum esse & sui intelligere: ergo est ipsa veritas: & patet sequela. ex eo enim quod est suum esse, sequitur ergo est ipsa veritas rei: Ex eo autem quod est suum intelligere, sequitur ergo est, ipsa veritas in intellectu.

¶ Quòd ad quartam autem Particulam, proba tio nõ specialiter affertur: sed ex inserti⁹ in præcẽdẽtibus habetur. Ex eo namque quòd est suum esse & intelligere, habet rationem primæ mẽsuræ, & causæ omnis esse, & intellectus, manifestè sequitur quod quæ illic est veritas, summa & prima est.

b 2 3

¶ *Super Quæstionis decimæsexte Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Veritas, qua omnia sunt vera, quodammodo est vna, & quodammodo nõ Probatur hæc cõclusio quo ad vtranque partem simul hoc modo. Veritas per prius est in intellectu & p posterius in rebus in ordine ad intellectũ diuinũ: ergo veritas in intellectu est vna, secũdum propriam rationẽ multiplicatur & diuersificatur & in vno & eodem secundum diuersa creatis, & in vno & eodem secundum diuersa cognita: veritas autem, qua omnes res veræ dicuntur, est vna ac prima. Antecedens patet ex dictis: consequentia ve- 104 1. 2. q. 95. arti. 1. ad 3m. Et 1. di. 19. q. 5. 1. ar. 2. Et ver. q. 1. ar. 4. & 8. Et in pſ. 11. col. 2. lib. 14. de Trin. cap. 8. Et lib. 15. ca. 1. to. 5. * cap. 14.

G 5 tem quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem quo ad vtriusque partis illationem probatur ex differẽtia inter vniuocum & analogum, in hoc, quòd illud in quolibet vniuocato saluatur secundum propriam rationem; istud autem in primo tantũ ponit propriam rationem, in aliis autem fundatum ordinem ad primum. Exempla habentur in litera. Quòd ad id verò, quod in secunda parte consequentis implicitè clauditur, scilicet q; omnia resp̃ciãt veritatem intellectus diuini. probatur: quia illi vnumquodque assimilatur secũdũ suam entitatem. Et cõfirmatur prima pars cõsequẽtis autoritate glosæ, vt patet in litera.

¶ Circa partem primã consequentis, dubium occurrit, aut illa pars, scilicet veritas intellectus multiplicatur: non est in litera probata nisi autoritate glosæ, aut veritas inuenitur vniuocè in omnibus intellectibus saltem creatis. vtrũque autem horum est inconueniens, ergo Assumptũ probatur. in litera nulla probatio est nisi ex differentia inter vniuocũ & analogum, & ex parte analogi (vt patet in litera) non infertur multiplicatio, sed ex parte vniuoci: ergo aut non probatur, aut probatur ex conditione vniuoci, quod multipli catur ad multiplicationem vniuocatorum: & sic supponitur veritatem vniuocè inueniri in omnibus intellectibus creatis. Quòd autẽ vtrunque horum sit inconueniens, manifestatur. Et primum quidem: quia in litera post differentiam inter vniuocũ & analogum ac applicationem eius ad materiam, de qua est sermo, statim cum nota illationis cõcluditur, dicendo, Si ergo loquamur, &c. Secundum autem, quia veritas in intellectu nostro est compositio & diuisio. in intellectu verò angelico & diuino est simplex in telligentia eminenter, præhabens quicquid & nostra simplex intelligentia & compositio & diuisio habet.

¶ Circa eandem quoque partem dubium occurrit: quia videtur litera implicare. Quoniam si analogum in vno tantum secundum propriam rationem saluatur, & ex quæstio. 23. constat omnia nomina communia Deo & aliis esse analoga, & consequenter veritatem analogicè inueniri in intellectu diuino & aliis intellectibus, sequitur quòd in multis intellectibus non sunt multæ veritates, sed omnes intellectus sunt veri vna sola veritate, scilicet intellectus diuini: & econuerso, si veritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum verorum: ergo non per prius & posterius dicitur de eis: quia quod per prius & posterius dicitur, in vno tantum formaliter inuenitur vt litera sonat.

¶ Circa secundam quoque partem consequentis dubium occurrit. Quia cùm dicitur omnia esse vera veritate diuina loquẽdo de veritate rei, aut intelligitur secundum denominationem extrinsecam, aut intrinsecam non intrinsecã, vt patet: ergo extrinsecam; & si sic, ergo res aut non sunt veræ formaliter; quod est inconueniens: quia vnaquæque res habet in se proprium veritatem rei, qua dicitur vera, vt patet de sensu respectu proprij sensibilis. Aut sunt veræ vtroque modo: sicut in q. de Bono dictum est, quòd omnia sunt bona bonitate diuina exemplariter, finaliter, & effectiuè, & tamen cum hoc sunt bonitatibus propriis formaliter bonæ. Et si sic, ergo non sunt veræ sola veritate diuina.

¶ Ad primam dubitationẽ dicitur negando disiunctiuã illam: quoniã datur tertius modus exponendi literã. Ad cuius euidentiã scito, q; in vniuoca prædicatione duo claudunt, scilicet prædicari formaliter de vniuocatis, & prædicari de eis secundum eandem omnino rationem formalẽ, vt paret in animali respectu bouis & leonis. Multiplicatio autẽ eius ad multiplicationem subiectorum, non conuenit ei ex secundo, quoniam ipsi soli cõueniret: quod cõstat esse falsum, sed conuenit ex primo, in quo communicat cum aliquibus non vniuocis. Vnde, cum in proposito sit sermo de vniuoco, inquãtũ multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, consequens est, q; propositio, in cuius virtute tenet sequela, quo ad primam partem nõ est ista, Vniuocũ multiplicatur ad multiplicationẽ vniuocatorum: sed ista cõmutatio, & clausa in prædicta, Prædicatum formaliter multiplicatur ad multiplicationẽ subiectorũ. Et tunc concedo, q; subsumi intelligitur, q; veritas sit formaliter prædicatũ respectu intellectus: & sic infertur, ergo veritas multiplicatur ad multiplicationem intellectorũ, siue in vno siue in diuersis intellectibus. Meminit autẽ litera potius vniuoci quàm prædicati formaliter, vt à notioribus tradderetur disciplina.

¶ Ad secundã verò dubitationẽ dicitur, quòd illa regula de analogo tradita in litera nõ est vniuersalis de omni analogio modo, imò proprie loquendo, vt patet primo Ethic. nulli analogo cõueniti sed cõuenit nominibus ad vnũ vel in vno, aut ab vno nec non abusiuè vocatis, quæ aut̃ si cõparentur ad res & intellectus, est nomẽ ab vno: quoniam in intellectu solo est veritas, & quia res dicitur verax, quãto magis lapis, &c. quicquid aliud incõplexè significatur: & hoc est bene notãdum, ad cõfirmandam notitiam de intelligere diuino traditam.

¶ *Super Quæstionis decimæ sextæ Articulum octauum*

Titulus clarus:

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito cum vno corollario, conclusio est: Veritas intellectus diuini est immutabilis, nostri autẽ intellectus est mutabilis. Circa quã conclusionem tria dicuntur. Primò, reddit ratio, quare respõdetur de veritate intellectus, cùm quæstio fuerit, de veritate rei in cõmuni & dicitur in principio corporis: hoc fit, quia veritas in solo intellectu est formaliter, ergo & mutabilitas & immutabilitas eius. Cætera enim conditiones sequitur esse. Secũdò, probatur conclusio. Tertiò declaratur ille tertius mutabilis in conclusione positus. Potest enim sumi dupliciter, scilicet subiectiuè & terminatiue. in proposito sumi dicitur terminatiuè & nõ subiectiuè: hoc est, quia formæ intellectuales, id est, terminatiuè, vocãtur mutabiles, non subiectiuè. Probatur igitur conclusio sic: Veritas intellectus est cõformitas intellectus ad res: ergo pot variari ex parte intellectus & rei: ergo sic aliquis intellectus abliq; alteratione opinionũ, &cetus acceptionem nulla res subsistigiat: eius veritas est immutabilis: ergo veritas intellectus diuini est immutabilis, nostri verò mutabilis, antecedẽs patet: prima consequentia probatur: quia omnis similitudo potest ex parte extremorum variari, secũda autem: quia ista variatio ex parte intellectus cõsistit in mutatione acceptionum: ex parte verò rei in lactẽ mutatione rei, tertia autem relinquitur euidẽs. Corollarium autem est: Veritas, secundũ quam res naturales dicũtur veræ, est omnino immutabilis. Probatur quia est veritas intellect̃ diuini * q.14.ar tic.13.

¶ *Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum primum.* 44 c

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. primo declaratur quid significat falsitas simpliciter & secundum quid rectum. Deinde ponitur duæ conclusiones respõsiuæ quæstio, Prima est, falsitas simpliciter non est in rebus dependentibus à Deo, nisi forte in voluntatis. Secunda est, Falsitas secũdum quid est in rebus dupliciter. * 101. 76

¶ Quòd ad primum intendit, quòd falsitas simpliciter rei, consistit in disformitate rei ad intellectum, à quo dependet falsitas autẽ secundum quid in disformitate rei ad intellectũ à quo non dependet. Vtrũq; autẽ horũ simul probatur sic: Verum & falsum opponuntur: ergo vbi primo est veritas, ibi primo fal

c 94

creata esset æterna, ergo in solo intellectu diuino veritas æternitatem habet: ergo nulla veritas creata est æterna. Antecedens quòd ad primã partem probatur, enuntiabile in voce est verum significatiuè tantũm, sicut vtina est falsa. In mente autem est per seipsum, id est, formaliter verũ: ergo. Quòd ad secundam verò ex dictis assumitur. prima cõsequentia relinquitur nota per se: eò q; nõ datur alia veritas præter tres has, scilicet in re, in signo, & in intellectu. Secũda probatur, quia solus intellectus diuinus est æternus. tertia autem: quia veritas in intellectu diuino est ipse Deus, vt in arti. 5. dictum est. Creata autem veritas est aliud à Deo.

¶ Aduerte hic duo: primo, q; conclusio principalis nõ ponitur formaliter in litera, sed virtualiter in illa vniuersalitate propositione. Nihil aliud, quã Deo est æternum quia veritas Dei est.

¶ Secũdò, quòd ex hoc loco apertissimè habes, quòd nullũ secundariò obiectum diuini intellectus ponẽdum est quod sit aliud à Deo: quoniã si propositiones cognitæ à nobis de creatis veritates, quod idem est, in intellectu diuino sunt Deus, quãto magis lapis, &c. quicquid aliud incõplexè significatur: & hoc est bene notãdum, ad cõfirmandam notitiam de intelligere diuino traditam.

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum octauum*

Titulus clarus:

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito negatiuè. Nulla veritas creata est æterna. Probatur, Veritas enuntiabilium, & rerum, nihil aliud est quã veritas intellectus: ergo, si nullus intellectus esset æternus, nulla veritas creata

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd aliquid esse semper & vbique, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia habet in se vnde se extendat ad omne tempus & ad omnem locum, sicut Deo cõpetit esse vbique & semper. Alio modo, quia nõ habet in se quo determinetur ad aliquem locũ vel tempus, sicut materia prima dicitur esse vna, non quia habet vnã formã, sicut homo est vnus ab vnitate vnius formæ, sed per remotionem omnium formarum distinguentium. Et per hunc modum quodlibet vniuersale dicitur esse vbique & semper, inquantum vniuersalia abstrahuntur ab hic & nunc: sed ex hoc non sequitur ea esse æterna nisi in intellectu, si quis sit æternus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod nũc est, ex eo futurũ fuit, antequam esset: quia in causa sua erat, vt fieret. Vnde subtracta causa non esset futurũ illud fieri. sola autem causa prima est æterna. Vnde ex hoc non sequitur, q; ea, quæ sunt semper, fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, vt essent futura. Quæ quidem causa solus Deus est.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd quia intellectus noster non est æternus, nec veritas enuntiabilium, quæ a nobis formãtur, est æterna. sed quandoque incœpit. Et antequam huiusmodi veritas esset, nõ erat verum dicere veritatem talem non esse, nisi ab intellectu diuino, in quo solum veritas est æterna: sed nunc verum est dicere veritatem tunc non fuisse. Quod quidem non est verum, nisi veritate, quæ nunc est in intellectu nostro, non autem per aliquam veritatem ex parte rei: quia ista est veritas de non ente. Non ens autem non habet ex se vt sit verum, sed solummodo ex intellectu apprehendente ipsum. Vnde in tantum est verum dicere veritatem nõ fuisse, inquantum apprehendimus non esse ipsius vt præcedens esse eius.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Verum veritas sit immutabilis.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd veritas sit immutabilis. Dicit enim Augustin. in lib. de lib. arbit. * quòd veritas non est æqualis menti: quia esset mutabilis sicut & mens.

¶ 2 Præterea, Id, quod remanet post omnẽ mutationem, est immutabile, sicut prima materia est ingenita & incorruptibilis: quia remanet post omnem generationẽ & corruptionẽ. Sed veritas remanet post omnẽ mutationem. quia post omnem mutationem verum est dicere esse vel non esse. Ergo veritas est immutabilis.

¶ 3 Præterea, Si veritas enũtiationis mutatur maximè mutatur ad mutationem rei. Sed sic non mutatur. Veritas enim secũdũ Anselm. est rectitudo quædã, in quantũ aliquid implet id, quod est de ipso in mente diuina. Hæc autẽ propositio, Sortes sedet accipit a mente diuina, vt significet Sortẽ sedere, qd significat etiã eo nõ sedẽte. Ergo veritas ꝓpositionis nullo modo mutatur

¶ 4 Præterea, Vbi est eadẽ causa, & idem effectus, ibi eadẽ res est causa veritatis harum trium propositionũ, Sortes sedet, sedebit, & sedit. Ergo eadem est harum veritas. Sed oportet quòd alterum horũ sit verum. Ergo veritas harum propositionũ immutabiliter manet. Et eadem ratione cuiuslibet alterius propositionis.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur in Psalm. Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum est * veritas proprie est in solo intellectu, res autem dicuntur veræ à veritate, quæ est in aliquo intellectu. Vnde mutabilitas veritatis considerãda est circa intellectũ. Cuius quidem veritas in hoc consistit, q; habeat conformitatẽ ad res intellectas. Quæ quidẽ conformitas variari potest dupliciter, sicut & quælibet alia similitudo ex mutatione alterius extremi. Vnde vno modo variatur veritas ex parte intellectus ex eo q; de re eodẽ modo se habẽte aliquis aliã opinionem accipit. Alio modo si opinione eadẽ manente res mutetur. Et vtroq; modo fit mutatio de vero in falsum. Si ergo sit aliquis intellectus, in quo non possit esse alternatio opinionũ, vel cuius acceptionẽ non potest subterfugere res aliqua, in eo est immutabilis veritas. Talis autem est in tellectus diuinus, vt ex superioribus patet. * Vnde veritas diuini intellectus est immutabilis, veritas autẽ intellectus nostri mutabilis est, Non q; ipsa sit subiectũ mutationis. * sed inquantum intellectus noster mutatur de veritate in falsitatem: sic enim formæ mutabiles dici possunt. Veritas autẽ intellectus diuinus est, secundum quam res naturales dicuntur veræ, quæ est omnino immutabilis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augu. loquitur de veritate diuina.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verũ & ens sunt conuertibilia. Vnde sicut ens nõ generatur, neque corrumpitur per se, sed per accidens, inquãtum hoc vel illud ens corrumpitur vel generatur, vt dicitur in 1. Physic. * ita veritas mutatur, non quòd nulla veritas remaneat, sed quia non remanet illa veritas quæ prius erat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd propositio nõ solum habet veritatẽ, sicut res aliæ veritatẽ habere dicuntur, inquantũ implent id, quod de eis est ordinatũ ab intellectu diuino, sed dicitur habere veritatẽ quodam speciali modo, inquantum significat veritatem intellectus. Quæ quidem cõsistit in cõformitate intellectus & rei. Qua quidem subtracta mutatur veritas opinionis: & p cõsequẽs veritas propositionis. * Sic igitur hæc propositio, Sortes sedet, eo sedẽte vera est, & veritate rei, inquantũ est quædam vox significatiua, & veritate significationis, inquantũ significat opinionẽ veram: Sorte verò surgente remanet prima veritas, sed mutatur secunda.

¶ Ad quartum dicẽdũ, quod sessio Sortis, quæ est causa veritatis huius propositionis, Sortes sedet, nõ eodẽ modo se habet dum Sortes sedet, & postquã sederit, & antequã sederet. Vnde & veritas ab hoc causata diuersimode se habet, & diuersimode significatur propositionibus de præsenti, præterito, & futuro. Vnde non sequitur quòd, licet alterum trium propositionum sit vera, eadem veritas inuariabilis maneat.

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA de Falsitate, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE quæritur de falsitate. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrũ falsitas sit in rebus. 107
¶ Secundò, vtrũ sit in sensu. ¶ Tertiò, vtrum sit in intellectu. ¶ Quarto, de oppositione veri & falsi. Supra. q. 16. art. 1. & 2. & 1. di. 9. q. 5. artic. 1. &

ARTICVLVS I.

¶ *Verum falsitas sit in rebus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd falsitas non sit in rebus. Dicit enim Aug. in lib. Soliloq. * Si verum est id quod est, falsum non esse vsquam concludetur, quouis repugnante. 1. contra ca. 60. & Ver. q. 1. art. 10. &

¶ 2 Præterea, Falsum dicitur à fallẽdo. Sed res nõ perihellunt, vt dicit Aug. in lib. de vera Relig. * quia non ostendũt lect. 3. aliud quam suã speciem. Ergo falsum in rebus non inuenitur. * libr. 2. cap. 8.

¶ 3 Præterea, Verum dicitur in rebus per comparationem ad intellectum diuinum, vt supra dictum est. * sed quælibet res, * cap. 33. inquantum est, imitatur Deum. Ergo quælibet res vera est * qõ. 16. ab isque falsitate. Et sic nulla res est falsa. art. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitas: ergo falsitas est in intellectu & non in rebus, nisi in ordine ad intellectum: ergo falsitas simpliciter rerum consistit in difformitate ad intellectum, quę per se respicit: ergo ad intellectum, à quo dependet: ergo falsitas secundum quid rei consistit in difformitate ad intellectū per accidens: ergo à quo non dependet. prima consequentia probatur: quia opposita sūt circa idē: necesse est. vt vbi prius quæratur falsitas, vbi primò veritas inuenitur, hoc est in intellectu. * In rebus autem neque veritas neque falsitas est nisi per ordinē ad intellectum. Et quia vnumquodque secundum id, quod conuenit ei per se simpliciter nominatur: secundum autem id, quod conuenit ei per accidens non nominatur nisi secundum quid: res quidem simpliciter falsa dici posset per comparationem ad intellectum, à quo dependet, cui comparatur per se, in ordine autem ad alium intellectum, cui comparatur per accidēs, non posset dici falsa nisi secundum quid. Dependent autem ab intellectu humano res artificiales, sicut ab intellectu diuino res naturales, sicut igitur res artificiales falsæ simpliciter & secundū se, inquantū deficiūt à forma artis. Vnde dicitur aliquis artifex opus falsum facere, quādo deficit ab operatione artis. Sic autem in rebus dependentibus à Deo falsitas inueniri non potest per comparationē ad intellectum diuinum, cùm quicquid in rebus accidit, ex ordinatione diuinii intellectus procedat: Nisi forte in voluntariis agentibus tantū, in quorum potestate est, subducere se ab ordinatione diuini intellectus: in quo malū culpæ consistit, secundum quòd ipsa peccata falsitates & mendacia dicuntur in Scripturis, secundū illud Psal, Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Sicut per oppositū operatio virtuosa veritas vitæ nominatur, inquantū subditur ordini diuini intellectus, * sicut dicitur Ioā.3. Qui facit veritatem, venit ad lucē. Sed per ordinem ad intellectū nostrū, ad quem comparantur res naturales per accidens, possunt dici falsæ non simpliciter, sed secūdum quid. Et hoc dupliciter. Vno modo secundū rationem significati, vt dicatur illud esse falsum in re b*, quod significatur vel repræsentatur oratione vel intellectu falso. secūdum quē modum quælibet res potest dici esse falsa quantum ad id, quod ei nō inest. Sicut si dicamus diametrū esse falsum cōmensurabile, vt dicit Philosophus in 5. Met. * & sicut dicit Aug. in lib. Soliloquiorū, * q̄ tragœdus est falsus Hector. Sicut ecōtrario potest vnūquodq; dici verum secūdum id, quod cōpetit ei. Alio modo per modū causæ. Et sic dicitur res esse falsa, quę nata est facere de se opinionem falsam. Et quia innatum est nobis. per ea quæ exterius apparēt de rebus iudicare, eo q̄ nostra cognitio à sensu ortum habet, qui primò & per se est exteriorū accidentium: ideo ea quæ in exterioribus accidentibus habēt similitudinē aliarum rerū. dicuntur esse falsa secūdum illas res, sicut fel est fallum mel, & stannū est falsum argentum. Et secundū hoc dicit Aug. in lib. Soliloquiorum, * q̄ eas res esse falsas nominamus quæ veri similia apprehēdimus. Et Philosophus dicit in 5. Meta. * quòd falsa dicuntur quæ cunq; apta nata sunt apparere aut qualia non sunt, aut quæ nō sunt. Et per hunc modū etiā dicitur homo falsus, inquantum est amatiuus falsarū opinionū vel locutionū, nō autem ex hoc q̄ potest eas cōfingere: quia sic etiā sapientes & scientes falsi dicerentur, vt dicitur in quinto Metaphysicorum. *

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ res comparata ad intellectū secundum id quod est, dicitur vera: secundū id quod nō est dicitur falsa. Vnde verus tragœdus est falsus Hector, vt dicitur in secundo Soliloquiorū. * Sicut igitur in his, quæ sunt, inuenitur quoddam nō esse, ita in his quę sunt inuenitur quædam ratio falsitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd res per se non fallūt, sed per accidens. Dant enim occasionem falsitatis, eò quòd similitudinem eorum gerunt, quorum non habent existentiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per cōparationem ad intellectum diuinum nō dicuntur res falsæ, quod esset eas esse falsas simpliciter, sed per cōparationem ad intellectum nostrum: quod est eas esse falsas secundum quid. Ad quartum, quod in oppositum obiicitur, dicēdum, quòd similitudo vel repræsentatio deficiens nō inducit rationem falsitatis, nisi inquantū præstat occasionem falsæ opinionis. Vnde nō vbicunque est similitudo, dicitur res falsa, sed vbicunque est talis similitudo, quæ nata est facere opinionem falsam, non cuicunque, sed vt in pluribus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in sensu sit falsitas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ in sensu non sit falsitas. Dicit enim Aug. in lib. de vera Relig. * Si omnes corporis sensus ita nuntiant vt afficiuntur, quid ab eis ampli⁹ exigere debemus, ignoro. Et sic videtur quòd ex sensibus nō fallamur: & sic falsitas in sensu non est.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in 4. Metaphy. * quòd falsitas nō est propria sensui, sed phantasiæ.

¶ 3 Præterea, In incōplexis non est verum nec falsum, sed solū in cōplexis. Sed componere & diuidere non pertinet ad sensum. Ergo in sensu non est falsitas.

¶ SED CONTRA est quod dicit Aug. in lib. Soliloq. * Apparet nos in omnibus sensibus similitudine lenocinante falli.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd falsitas non est quærenda in sensu, nisi sicuti ibi est veritas. Veritas autem non sic est in sensu, vt sensus cognoscat veritatē, sed inquantum veram apprehensionem habet de sensibilibus, vt supra dictū est. * Quod quidem contingit eo quòd apprehendit res, vt sunt. Vnde contingit falsitatem esse in sensu ex hoc quòd apprehēdit vel iudicat res aliter quàm sint. Sic autem se habet ad cognoscēdum res inquātum similitudo rerum est in sensu. Similitudo autē alicuius rei est in sensu tripliciter. Vno modo primò & per se sicut in visu est similitudo colorum, & aliorum propriorum sensibilium. Et alio modo per se, sed non primò. sicut in visu est similitudo figuræ, vel magnitudinis, & aliorū communium sensibilium omnium. Tertio modo nec primò nec per se, sed per accidens. Sicut in visu est similitudo hominis, nō in quantū est homo, sed inquantum huic colorato accidit esse hominem. Et circa propria sensibilia sensus non habet falsam cognitionē, nisi per accidens, * & in paucioribus: ex eo scilicet, quòd propter indispositionem organi, non conuenienter recipit formam sensibilem, sicut & alia passiua propter suam indispositionem dicitur recipiunt impressionem agentium. Et indè est, q̄ propter corruptionem linguæ humanæ & tamen non infert: ergo in naturali bus: sed vniuersalissime ergo in rebus dependē tibus à Deo, &c. facit ea tem hoc: quia idem iu dicium est de omnibus & de naturalib⁹: omnia enim quatenus ab ipso pendent, statutum in eo habent quid eis conue niat: cui cōformia opor tet esse, excepto volun tatis. Secūdō est quòd omnia alia à Deo, post fiunt comparari ad in tellectū diuinum dupli citer. Vno modo vt co gnita ad cognoscentem, Alio modo vt mēsura ta ad mensuram, seu re gulata ad regulam. Si primo modo cōparen tur, nulla est differentia inter alia & voluntaria quò ad subdistinctionem ab ordine respectu in tellectus diuini, quoniā omnia æquè nuda & a perta sunt cōsideranti eo. Si cōparentur secūdo modo, sic est differentia posita in litera quoniā in rebus aliis nihil acci dit nisi ex aliquo ordine regulato à diuino intel lectu, licet ille ordo nō cognitus hic, vt patet in monstris. In volun tariis autem accidit de formitas moralis nō ex ordine aliquo à deo sta tuto. Nullum enim re rum ordinem statuit ex quo culpa fieret, nulla que regula in Deo est. Sed ex potentia peccā di liberi arbitrii, quæ vt cidēs est à Deo, vt patet. Tertiū est, quod in litera dicitur. Nisi for te in voluntariis: non quia dubii est: sed quia nō est necesse in volū tariis inueniri huiusmo di falsitatem. Vel quia adhuc de voluntariis non est determinatum.

¶ Secūda verò conclu sio, scilicet falsitas sit cō dum quid est in rebus, dupliciter declaratur, res naturales relatæ ad intellectū nostrum, sunt & significantur, & causæ, & significantur quādo que secundum id quod non inest, & natæ sunt quædā facere de se falsam opinionem; ergo vtroq; modo in eis po test dici falsitas secun dum quid. Antecēden pater quo ad omnes par tes inductiuæ: cōsequē tia autem probatur ex ratione falsi, & confir matur vtrumque inten bruin autoritatibus Au gustini & Aristotelis, vt pater in litera: Omnia clara sunt.

¶ Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum secundum.

TItulus ex principio corporis est clarus.

¶ In corpore duo sunt: primò declarat timili sem. secundò respondet quæsito tibi. Sic autem.

¶ Quo

¶ Quo est primum dicit, quòd sensus quæstionis est, vtrū sensus sit falsus, id est habeus falsam apprehensionem, id est apprehendat rem aliter quàm est: & non vtrum sit falsus, id est cognoscat vel dicat falsum, probantque hoc ex veritate sensus: quia eodem modo in eo inuenitur veritas: scilicet vt consistit in apprehensione rei sicut est. Et sic etiam patet quid significat falsitas sensus, scilicet apprehendere rem aliter quam est.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua quæstio est: Sensus respectu proprij obiecti non est falsus nisi per accidens, sed respectu sensibilis communis, & per accidens est falsus. Probatur Sensus sic cognoscit res, vt assimilatur eis: ergo quædam per se primò, quædam per se non primò, & quædam per accidens cognoscit. ergo respectu sensibilis proprij nō nisi per accidens fallitur Respectu verò aliorum falli potest. Antecedens patet. cōsequentia autem prima probatur: quia tripliciter similitudo in sensu inuenitur, scilicet per se primò, &c. Secunda autem consequentia in litera non probatur, nisi ex hoc, quòd ad per se primò sensibile directè sensus refertur. Ad alia verò ex cōsequenti, vel per accidens. In articulo tamen sequenti ratio assignabitur. Quo ad exceptionem tamen, id est nisi per accidens, manifestatur: & de quali accidēte intelligatur, quia de indispositione organi. Et probatur qa hoc est commune omnibus passiuis, scilicet in dispositionem eius impedire receptionem formæ. Et confirmatur experientia in sensu gustus.

¶ In responsione ad primum nota distinctionem sensus ex quæstione. Sēsus dupliciter. Vno modo vt cognoscitiuus, secundo, vt offert superiori potentiæ: & hoc dupliciter scilicet vt res quædam, & vt indicatiuum rerum. Primo modo sensus tractatus est hic, & dictum est, quòd est verus respectu proprij sensibilis, &c. Secundo autem modo, scilicet vt res offertes se in actu secundo superiori, est semper simpliciter ver⁹, sicut & cætera res iuxta determinationem in articulo præcedenti. Et hoc modo accepit sensum Augustin. in autoritate inducta. Tertio autem modo, scilicet vt nuntius rerum, est falsus quandoque causaliter: quia natus est pluries facere falsam æstimationem de re. Semper ergo sensus verā æstimationem de dispositione propria, sed non de dispositione rerum sensatarum, & hoc intendit responsio literæ huius distinguens iudicium ex sensibus duplex scilicet de ipso sensu in actu, & de re sensata. Et quo ad primum non fallimur per sensum, sed quo ad secundum.

¶ Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò in quo intellectu est, aut non est falsitas. Secundò ibi, Hæc tamen differentia, quomodo in illo intellectu, in quo est, vt inueniatur falsitas in intellectu, in quo non est.

¶ Quo ad primum est hæc conclusio, Falsitas non est in intellectu quod quid est, sed componente & diuidente. Et cōclusio probatur ratione, & manifestatur simul in se & in sua probatione, ex proportionali similitudine intellect⁹ & sensus. Ratio igitur est hæc: Res naturalis non deficit ab esse, quod sibi conuenit secundum suam formam, sed deficere potest ab accidentibus vel consequentibus: ergo virtus cognoscitiua nō deficit à cognitione illius, cuius similitudine informatur, sed accidentiū eius vel consequentium ergo intellectus circa quod quid est non decipitur, sed in componendo vel diuidendo. Antecedēs probat⁹ inductiuè in homine cōsequentia verò probatur. Sicut res se habet ad esse per formā ita virtus cognoscitiua ad cognoscere per similitudinē rei cognitæ: ergo si res non potest deficere, &c. Secunda verò consequentia quo ad primam partē probatur: quia intellectus in formatur similitudine quidditatis. quo ad secundā verò, quia componendo attribuitur quidditati aliquid, vel non consequens, vel oppositum. Similitudo autem proportionalis est, sicut sensus visus se habet ad sensibile proprium, ita intellectus ad quod quid est. Et sicut ille informatur directè similitudine proprij sensibilis, ita hic similitudine quidditatis: & propterea in neutro vi. sic est falsitas. Sicut quoque ille se habet ad sensibilia communia & per accidens, ita hic ad iudicandā de consequentibus, vel accidentibus quidditati: quod fit cōponendo vel diuidēdo. Et propterea in vtroq; potest esse falsitas. * artic. præced.

¶ Circa antecedens aduertē quòd potest bene & male interpretari. Malè quidē, si intelligatur quod esse rei naturalis non potest deficere hoc enim nō est verum nisi in rebus incorruptibilis bus. Bene autem si intelligatur, quòd esse rei naturalis non potest deficere, ipsa re naturali salua: & sic intendit litera: vnde non dicit, q̄ nulla res naturalis potest deficere, sed dicit quod non potest deficere ab esse quod sibi cōpetit secundum suā formam, tanquam si diceret, q̄ nulla res habens aliquam formam, dum habet illam, potest deficere ab esse, quod conuenit secundum illam. Et est propositio per se nota, quia esse est de ratione formæ, vt patet. Metaphysis. * artic. præcēd.

¶ Circa probationem consequentiæ, illam sci licet proportionalem, Sicut res habet esse per propriam formam, ita virtus cognoscitiua cognoscere per similitudinem rei cognitæ, quòd cognoscere est ipsum esse speciei cognoscibilis: quando est vere actu in genere cognoscibilis: sicut dixim⁹, q̄ intelligere est ipsum esse speciei intelligibilis actu in genere intelligibili, & nō medio modo existentis: ita q̄ hoc est commune omni cognoscitiuæ virtuti, sicut sentiri sine intellectiui

infirmis dulcia amara esse videtur. De sensibilibus verò communibus & per accidens potest esse falsum iudicium etiam in sensu rectè dispositio: quia sensus non directè refertur ad illa, sed per accidens, vel ex consequenti inquantum refertur ad alia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensum affici est ipsum eius sentire. Vnde per hoc, quòd sensus ita nuntiant, sicut afficiuntur, sequitur quòd non decipiamur in iudicio, quo iudicamus nos sentire aliquid: sed ex eo, quòd sensus aliter afficitur interdum quàm res sit, sequitur quòd nuntiet nobis aliquando rem aliter quàm sit. Et ex hoc fallimur per sensum circa rem, non circa ipsum sentire.

¶ Ad secundum dicendum, quòd falsitas dicitur non esse propria sensui: quia non decipitur circa proprium obiectiuum. Vnde in alia tranſlatione planius dicitur, quod sensus proprij sensibilis falsus non est. Phantasiæ autem attribuitur falsitas: quia repr̄sentat similitudinem rei etiam absentis. Vnde quando aliquis conuertitur ad similitudinem rei tanquam ad remipsam, prouenit ex tali apprehensione falsitas. Vnde etiam Philosophus in quinto Metaphys. * dicit quòd vmbræ & picturæ & somnia dicuntur falsa, inquantum non subsunt res, quarum habent similitudinem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit, quòd falsitas non sit in sensu, sicut in cognoscente verum & falsum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum falsitas sit in intellectu.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd falsitas non sit in intellectu. Dicit enim Augustinus in libro octogintatrium Quæstionum, * Omnis qui fallitur, id in quo fallitur, non intelligit. Sed falsum dicitur esse in aliqua cognitione secundum quod per eam fallimur. Ergo in intellectu non est falsitas.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in tertio de Anima, * quod intellectus semper est rectus. Non ergo in intellectu est falsitas.

SED CONTRA est quod dicitur in tertio de Anima, quòd vbi compositio intellectuum est, ibi verum & falsum est. Sed compositio intellectuum est in intellectu. Ergo verum & falsum est in intellectu.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut res habet esse per propriam formam, ita virtus cognoscitiua habet cognoscere per similitudinem rei cognitæ. Vnde, sicut res naturalis non deficit ab esse, q̄ sibi competit secundum suam formam, potest autem deficere ab aliquibus accidentalibus, vel consequentibus: sicut homo ab hoc, quod est habere duos pedes, non autem ab hoc, quod est esse hominē: ita virtus cognoscitiua non deficit in cognoscendo respectu illius rei, cuius similitudine informatur, potest autē deficere circa aliquid consequens ad ipsam vel accidens ei, sicut est dictum, * quod visus non decipitur circa sensibile proprium, sed circa sensibilia communia, quę consequenter se habent ad ea, & circa sensibilia per accidens. Sicut autem sensus informatur directè similitudine proprior um sensibilium, ita intellectus informatur similitudine quidditatis rei. Vnde circa quod quid est intellectus non decipitur, sicut neque sensus circa sensibilia propria. * In componendo vero vel diuidendo potest decipi, dum attribuit rei, cuius quidditatē intelligit, aliquid, quod eam non consequitur, vel quod ei opponitur. Sic enim se habet intellectus ad iudicandum de huiusmodi, sicut sensus ad iudicandum de sensibilibus communib⁹, vel per accidens.

¶ Hac tamen differentia seruata, quæ suprà circa veritatem dicta est, * quòd falsitas intellectu esse potest, non solum quia cognitio intellect⁹ falsa est, sed quia intellectus eam cognoscit sicut & veritatem. In sensu autem falsitas non est vt cognita, vt dictum est. * Quia verò falsitas intellectus per se solùm, circa compositionem intellectus est, per accidens etiam in operatione intellectus, qua cognoscit quod quid est, potest esse falsitas, inquantum ibi compositio intellectus admiscetur. Quod potest esse dupliciter. Vno modo secundum quòd intellectus diffinitionem vnius attribuit alteri. * Vt si diffinitionem circuli attribuat homini. Vnde diffinitio vnius rei est falsa de altera. Alio modo secundum q̄ partes diffinitionis componit adinuicem, quæ simul sociari non possunt. Sic enim diffinitio non est solùm falsa respectu alicuius rei, sed falsa in se: vt si formet talem diffinitionem, animal rationale quadrupes, falsus est intellect⁹ sic diffiniendo: propterea quòd falsus est in formando hanc compositionem, aliordinis, scilicet, quòd cognoscere est esse speciei, quæ cognoscit sumendo illā speciem (quicquid illa sit) in actu in genere cognoscibili, quicquid sit de esse eius actu in genere entium. Et hoc est valde notandum pro notitia partis sentiuæ & intellectus.

¶ Quo ad secundum est hæc conclusio, Falsitas est in intellectu componente dupliciter, scilicet formaliter & obiectiue, probatur & manifestatur. Probatur quidem: quia veritas est in eodem intellectu eisdem modis manifestatur verò ex differentia ad sensum, vt patet.

¶ Quo ad tertium ponitur conclusio vna cum suo corollario, conclusio est: Falsitas est in intellectu quod quid est per accidens, probatur & manifestatur, probatur quidem sic: Falsitas per se est in compositione intellectuum tantùm: ergo in intellectu quod quid est habet locum ratione compositionis admistæ. ergo inuenitur in eo per accidens, omnes consequentiæ sunt notæ: prima enim datur super hoc quòd ex primo tali cætera oportet dici talia, inquantum participant illud, vt patet primo posteriorum. Secunda super hoc, quòd non est de tatione quod quid est esse compositum, quod etiam patet. Manifestatur autē conclusio distinguēdo duos modos, quib⁹ compositio admiscetur intellectui circa quod quid est. primus cōsistit in cōiunctione diffinitionis cū diffinito, secūdus in cōiunctione partium diffinitionis, vt patet in litera & differit in hoc ḡi mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, q̃ error in secundo constituit quod quid est in se falsum, primus autem falsum nullo.

¶ Corollarium est, quòd in cognoscendo quidditates simplices intellectus non potest esse falsus, sed aut verus aut nullus.

¶ Circa primum modum falsitatis & hoc corollarium occurrit dubium tum quia communitio diffinitionis cum diffinito est extra intellectum quod quid est intellectus enim quod quid est lineæ non dicitur, linea est longitudo cuius extrema sunt duo puncta: sed dicit tantum, longitudo cuius extrema sunt duo puncta. hæc enim est diffinitio quam solam cõstat ad primam operationẽ intellectus spectare. Illud autem totum, linea est longitudo, &c. ab intellectu componente dicitur sicut etiam dicitur: linea est curua vel recta: cur ergo magis falsitas illius coniunctionis quàm huius primæ, imponitur operationi. Tum quia iste modus falsitatis ita habet locum in simplicibus, sicut in compositis potest enim simplicissimè conceptus iungi, cui non conuenit quidditatiue. Et sic in simplicibus potest etiam esse error per accidens: cuius oppositum litera sonat in corollario.

¶ Ad euidentiam horum sciito, q̃ sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci: & propterea quantum differt coniunctio diffinitionis ad diffinitum à coniunctione cum cæteris, tantum interest vt exigatur cognitio illius coniunctionis ad quod quid est: & non coniunctionis cum aliis. Coniunctio enim diffinitionis cum diffinito dat diffinitioni quòd sit quod quid est. Nulla enim ratio est quidditas nisi inquantum est alicuius entis quidditas. Et propterea cognoscere quod quid est, non contingit nisi cognoscatur coniunctio diffinitionis cum diffinito. Si enim cognosceretur diffinitio nesciendo cuius rei sit, non scitetur quidditas aliqua, sed quid significat nomen: sic enim se haberet huiusmodi diffinitionem apprehendens, sicut modo se habet formans conceptum montis aurei vel cuiuscunque alterius figmenti ex non impossibilibus. non sic autem se habet ad quod quid est coniunctio cum passionibus & aliis, quoniam absque illis quidditatis ratio saluatur. Quia ergo quod quid est essentialiter exigit in essendo id cuius est, quamuis nõ hoc vel illud, oportet vt etiam in cognosci illud exigat, ac per hoc illa coniunctio ad primam spectat operationem intellectus sicut & coniunctio partium diffinitionis: quamuis hæc vltima magis. Et quoniam coniunctio diffinitionis cum diffinito, si secundum se iudicetur, consurgit ex compositione diffiniti, nisi enim esset compositum, locum in eo non haberet abstractio diffinitionis ab eo, quamuis est ex se: cum nihil abstrahat secundum se ab omnino seipso. Propterea si aliqua quidditas inuenitur ita simplex, vt sci licet sit tei simplicis quidditas, circa illam nullus ex parte sua error esse potest, sicut nulla est compositio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ In responsione ad primam edutur, quod ideo quidditas dicitur proprium obiectum intellectus, quia intellectus in communi, se habet ad quidditatem, sicut visus ad colorem, ita quòd per se primo cognoscit quod quid est, & ab ipso tantùm perficitur, & mouetur per se primo. Huius autem ratio assignatur. Tum quia species intelligibilis primò est quidditatis, vt in corpore articuli dicitur. Tum quia in quod quid est claudit or cognitio omnis complectionis, siue conuenientis, siue disconuenientis: adeo quòd si quis perfectè penetraret quidditates rerum, perfectè intelligeret in eis omnes propositiones de earum accidentibus, vt inferius in tractatu de Angelis patebit. Tum quia quod quid est, cognoscibile est ex se, complexio autem non nisi ex quod quid est. In cuius signum principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus, vt dicitur primo Posteri. Et omnes dubitationes resoluendo in quod quid est iudicamus.

¶ *Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum quartum.*

TItulus ly contraria sumitur proprie, vt contrarietas distinguitur contra alias oppositionum species.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Verum & falsum quod animal rationale est quadrupes. Et propter hoc in cognoscendo quidditates simplices non potest esse intellectus falsus: sed vel est verus, vel totaliter nihil intelligit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃, quia quidditas rei est proprium obiectum intellectus*: propter hoc tunc propriè dicimur aliquid intelligere, quando reducentes illud in quod quid est, sic de eo iudicamus: sicut accidit in demonstrationibus, in quibus non est falsitas. Et hoc modo intelligitur verbum August. quòd omnis, qui fallitur non intelligit: id in quo fallitur: non autem, ita quòd in nulla operatione intellectus aliquis fallatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ intellectus semper est rectus, secundum quod intellectus est principiorum, circa quæ non decipitur circa quod quid est. Nam principia per se nota sunt illa, quæ statim intellectis terminis cognoscuntur, ex eo, quod prædicatum ponitur in diffinitione subiecti.

ARTICVLVS IIII.

¶ Verum verum & falsum sint contraria.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ verum & falsum non sint contraria. Verum enim & falsum opponũtur, sicut quod est, & quod nõ est. nam verum est id quod est, vt dicit August. * Sed quod est & quod non est, non opponuntur contrarie. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶ 2 Præterea, Vnum contrariorum non est in alio. Sed falsum est in vero. Quia sicut dicit August. in li. Soliloq. * Tragœdy non esset falsus Hector, si non esset verus Tragœdus. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶ 3 Præterea, In Deo non est contrarietas aliqua: nihil enim diuinæ subsistentiæ est contrarium, vt dicit August. 12. de ciuita. Dei* Sed Deo opponitur falsitas. nam idolum in Scriptura mendacium nominatur Ierem. 8. Apprehenderunt mendacium. glos. id est idola. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶ SED CONTRA est quod dicit Philosophus in secundo Periher. * Ponit enim falsam opinionem veræ contrariam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd verum & falsum opponuntur, vt contraria, & non sicut affirmatio & negatio, vt quidam dixerunt.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, q̃ negatio neque ponit aliquid neque determinat sibi aliquod subiectum. Et propter hoc potest dici tam de ente, quàm de non ente. sicut non videmus non sedens, priuatio autem non ponit aliquid, sed determinat sibi subiectum.* Est enim negatio in subiecto vt dicitur quarto Metaphysicorum.* Cæcum enim non dicitur nisi de eo, quod est natum videre. Contrarium verò & aliquid ponit & subiectum determinat. Nigrum enim est aliqua species coloris. Falsum autem aliquid ponit. Est enim falsum (vt dicit Philosophus quarto Metaphysicorum*) ex eo quòd dicitur vel videtur aliquid esse, quod non est, vel non esse, quod est. Sicut enim verum ponit acceptionem adæquatam rei ita falsum acceptionem rei non adæquatam. Vnde manifestum est, quòd verum & falsum sunt contraria.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd id, quòd est in rebus, est veritas rei, sed id quod est vt apprehensum, est verum intellectus, in quo primò est veritas. Vnde & falsum est id, quod non est, vt apprehensum. Apprehendere autem esse & non esse, contrarietatem habet, sicut probat Philosoph* in secundo Periher.* quod huic opinioni, Bonum est bonum, contraria est, Bonum non est bonum.

¶ Ad secundum dicendum quòd falsum non fundatur in vero sibi contrario, sicut sunt contraria. Probatur sic, falsum est dici, vel videri ens non esse, aut non ens esse: ergo falsum significat acceptionem inadæquatam rei: ergo falsum ponit aliquid & determinat sibi subiectum: ergo nec contradictorie nec priuatiuè, sed contrariè opponitur vero. Antecedens probatur ex quarto Metaphysicorum, textu vigesimoseptimo. Prima consequentia patet, & ex significatione veri, quia scilicet ponit acceptionem adæquatam rei, confirmatur. secundo autem est ex formis est aliquid vltima autem probatur ex differentia inter opposita contradictorie, priuatiue & contrariè: quia scilicet in illa alterum est puta negatio absque subiecto. In secunda negatio in subiecto. In tertia positio in subiecto.

¶ Aduerte hic, quòd littera supponit verum & falsum opponi tanquã per se notum, & solum modum oppositionis venatur ac determinat. Et ideo consequentia tertia nulla patitur cauillam. Confirmatio quoque primæ consequentiæ ex significatione veri valde efficax est, si quarto Metaphysicorum creditur: quoniam ibidem nulla disparitas, quo ad significare positum ponitur: & tamen vtrunque distinguit. Aristo. est ens esse, & non esse: falsum autem, ens non esse, & non ens esse. Vnde quia scilicet ponit acceptionem adæquatam rei, confirmatur. secundo autem est ex formis est aliquid vltima autem probatur ex differentia inter oppositas

Universidad de Deusto
Biblioteca

prie pro substantia, cuius natura conuenit motere se & minus proprie pro operatione vitali: ergo viuere proprie nihil aliud est quã esse in tali natura: ergo vita significat hoc ipsum: ergo viuum, non est prædicamm accidentale, sed substantiale: ergo de primo ad vltimũ vita proprie est esse substantia le, minus proprie est operatio. Prima consequentia secundum duo causa in cõsequẽte, scilicet exteriora & quidditas: ex duobus in antecedente clausis, scilicet intellectu & sensu probatur. primum est, quia intellectus* est cognitiuus quidditatis rei, secundũ vero est quia accidentia exteriora sunt propria sensus. Secunda consequentia probatur: quia sicut cognoscimus, sic nominamus. Tertia declaratur in hoc nomine corpus respectu substãtiæ & quantitatis. Quãra probatur, quia vitæ nomen sumitur ex exterius apparente, scilicet mouere se, &c. Quinta per se nota relinquitur. Sexta probatur: quia vita non differt à viuere nisi penes modum significãdi, scilicet in abstracto: & declaratur exemplo cursus. Septima est per se nota. Et cõfirmatur nihilominus secunda pars cõclusionis auctoritate 9. Ethicorum.

*q. prec. artic. 3.

*q. 13 artic. 1.

b 66 107

b 60

b 275

a ¶ *Super Questionis decimaoctauæ Articulum tertium.*

*cap. 9.

IN titulo cõuenit, in telligitur formaliter* nam virtualiter Deo vitæ perfectionem conuenire, in quæstio quarta, probatum est.

¶ In corpore vna conclusio respõdua quæsito: Vita maxime propriè in Deo est. vbi antequam probetur, nota quòd Autor aliud quærit, & aliud respondet: Quærit enim simplicẽ quæstionẽ an est de vita Dei. Respõdet autem de eminentissimo modo viuendi, fecit autem hoc: quoniam Deum viuere, ex supradictis satis cõstabat, cum declaratũ iam sit ipsum esse intellectualis naturæ. Sed quò viuat, ex propriis ostendendum erat. probatur ergo sic: Viuere dicitur aliqua inquãtum operãtur ex seipsis, nõ quasi ab aliis mota: ergo quantò perfectius hoc conuenit alicui, tãtò perfectius in eo inuenitur vita: ergo mouentia se quo ad formam & executionẽ perfectius viuunt quàm mouentia se quo ad formam & executionẽ tantum: & hæc quàm mouentia se tantum quo ad executionem: ergo illud, cuius natura est ipsum esse & intelligere, & id quod naturaliter habet, non determinatur sibi ab alio, obtinet summum vitæ gradum: ergo in Deo maxime est vita.

*loco citato.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut ex dictis patet*) intellectus nobiler, qui propriè est cognoscitiuus quidditatis rei vt propriũ obiecti, accipit à sensu: [e] cuius propria obiecta sunt accidentia exteriora. Et inde est, quòd ex his, quæ exterius apparent de re, deuenimus ad cognoscendam essentiam rei. Et quia sic nominamus aliquid sicut cognoscimus illud (vt ex supradictis patet*) inde est quòd plerunque à proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad significandas essentias rerum. Vnde huiusmodi nomina quandoque accipiuntur propriè pro ipsis essentiis rerum, ad quas significandas principaliter sunt impositæ: [e] aliquando autẽ sumuntur pro proprietatibus, à quibus imponuntur. Et hoc minus propriè. Sicut patet quòd hoc nomen corpus impositum est ad significandum quoddam genus substantiarum, ex eo quòd in eis inueniuntur tres dimensiones. Et ideo aliquando ponitur hoc nomen corpus ad significandas tres dimensiones, secundum quod corpus ponitur species quantitatis. Sic ergo dicendum est & de vita. Nam vitæ nomen sumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod est mouere seipsum: non tamen est impositum hoc nomen ad hoc significandum, sed ad significandum substantiam, cui conuenit secundum suam naturam mouere seipsam, vel agere se quocunque modo ad operationem. Et secundum hoc viuere nihil aliud est quam esse in tali natura, & vita significat hoc ipsum, sed in abstracto. sicut hoc nomen Cursus significat ipsũ currere in abstracto. [e] Vnde viuum non est prædicatum accidentale, sed substantiale. Quandoque tamen vita sumitur minus propriè pro operationibus vitæ, à quibus nomen vitæ assumitur: sicut dicit Philosophus nono Ethicorũ,* quòd viuere principaliter est sentire, vel intelligere.

*cap. 9.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus ibi accipit viuere pro operatione vitæ. Vel dicendum est melius, quod sentire & intelligere & huiusmodi quandoque sumuntur pro quibusdam operationibus, quandoque autem pro ipso esse sic operantium. Dicitur enim nono Ethic. * q viuere est sentire vel intelligere, id est habere naturam ad sentiẽdum, vel intelligendum. Et hoc modo distinguit Philosophus viuere per illa quatuor. Nam in istis inferioribus quatuor sunt genera viuentium. Quorum quædam habent naturam solùm ad vtendum alimento, & ad consequentia, quæ sunt augmentum & generatio. Quædam vlterius ad sentiendum, vt patet in animalibus immobilib[9], sicut sunt ostrea. Quædam verò cum his vlteri[9] ad mouendum se secundum locum, sicut animalia perfecta, vt quadrupedia & volatilia & huiusmodi. Quædam verò vlterius ad intelligendum sicut homines.

* q. 13 artic. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quod opera vitæ dicuntur quorum principia sunt in operantibus, vt seipsos inducant in tales operationes. Contingit autem aliquorum operum inesse hominibus non solùm principia naturalia (vt sunt potentiæ naturales) sed etiam quædam superaddita, vt sunt habitus inclinantes ad quædam operationum genera quasi permodum naturæ, & facientes illas operationes esse delectabiles. Et ex hoc dicitur quasi per quandam similitudinem, quòd illa operatio quæ est homini delectabilis, & ad quam inclinatur, & in qua conuersatur, & ordinat vitam suam ad ipsam, dicitur vita hominis. Vnde quidam dicuntur agere vitam luxuriosam, quidam vitam honestam. Et per hunc modum vita contemplatiua ab actiua distinguitur. Et per hunc etiam modum cognoscere Deum dicitur vita æterna.

¶ Vnde patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Deo conueniat vita.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deo nõ conueniat vita. Viuere enim dicuntur aliqua secundum quod mouent seipsa, vt dictum est. [9] Sed Deo non competit mouere: Ergo neque viuere.

¶ 2 Præterea, In omnibus, quæ viuunt est accipere aliquod viuendi principium. Vnde dicitur in 2. de Anima, [9] quòd anima, est viuentis corporis causa & principium. Sed Deus non habet aliquod principium. Ergo sibi non competit viuere.

¶ 3 Præterea, principium vitæ in rebus viuentibus, quæ apud nos sunt, est anima vegetabilis, quæ non est nisi in rebus corporalibus. Ergo rebus incorporalibus non competit viuere.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psalm. Cor meum & caro mea exultauerunt. vi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vita maximè propriè in Deo est.

¶ Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd, cum viuere dicantur aliqua secundum, quod operantur ex seipsis, & non quasi ab aliis mota, [e] quantò perfectius competit hoc alicui, tantò perfectius in eo inuenitur vita. In conuenientib[9] autem & motis tria per ordinem inueniuntur. Nam primò finis mouet agentem. Agens verò principale est, quod per suam formam agit. Et hoc interdum agit per aliquod instrumentum: quod non agit ex virtute suæ formæ, sed ex virtute principalis agentis. Cui instrumẽto competit sola executio actionis. Inueniuntur igitur quædam, quæ mouent seipsa, non habito respectu ad formam, vel finem, quæ ineſt eis à natura: sed solùm quantum ad executionem motus: sed forma, per quam agunt, & finis propter quem agunt, determinantur eis à natura: Et huiusmodi sunt plantæ, quæ secundum formam inditam eis à natura mouent seipsas secũdum augmentum & decrementum. [e] Quædam verò vlterius mouent seipsa, non solum habito respectu ad executionem motus, sed etiam quantum ad formam, quæ est principium motus, quam perse acquirunt. Et huiusmodi sunt animalia, quorum motus principium est forma, non à natura indita, sed per sensum accepta. Vnde quantò perfectiorem sensum habent, tantò perfectius mouent seipsa. Nam ea, quæ non habent nisi sensum tactus, mouentur solùm infra seipsa motu dilationis & constrictionis, vt ostrea parum excedentia motum plantæ. Quæ verò habent virtutem sensitiuam perfectã, non solùm ad cognoscendum coniuncta & tangentia, sed etiam ad cognoscendum distantia, mouent seipsa in remotum motum motu processiuo. Sed quamuis huiusmodi animalia formam, quę est principiũ motus, per sensum accipiant, non tamẽ per seipsa præstituũt sibi finẽ suæ operationis, vel sui motus, sed est eis inditus à natura, cui[9] instinctu ad aliquid agendũ mouẽtur per formã sensu apprehensã. Vnde supra talia animalia sunt illa, quę mouẽt seipsa, [e] etiã habito respectu ad finem, quę sibi præstituũt. Quod quidẽ nõ fit nisi per rõnẽ & intellectũ cuius est cognoscere proportionẽ finis, & eius quod est ad finem, [e] & vnum ordinare in alterum. Vnde perfectior modus viuendi est eorũ, quæ habẽt intellectum. Hæc enim perfectius mouent seipsa. Et huius est signum, quod in vno & eodem homine virtus intellectiua mouet potentias sensitiuas, & potentiæ sensitiuę per suum imperiũ mouẽt organa, quæ exequuntur motum. Sicut etiam in artib[9] videmus, quod ars, ad quam pertinet vsus nauis, scilicet ars gubernatoria, præcipit ei, quæ inducit formam nauis: & hęc præcipit illi, quę habet executionem tantum in disponendo materiam. Sed quamuis intellectus noster ad aliqua se agat, tamẽ aliqua sunt ei præstituta à natura, sicut sunt prima principia, circa quę nõ potest aliter se habere, & vltimus finis, quem nõ potest non velle. [e] Vnde licet quantum ad aliquid moueat se, tamẽ oportet q[9] quantum ad aliqua ab alio moueatur. Illud igitur, cuius sua natura est ipsum eius intelligere, & cui id, quod naturaliter habet non determinatur ab alio, hoc est quod obtinet summũ gradũ vitæ. Tale autem est Deus. Vnde in Deo maximè est vita. Vnde Philosophus in 12. Meta. * ostenso, q[9] Deus sit intelligens, concludit quod habeat vitam perfectissimam & sempiternam: quia intellect[9] eius est perfectissimus & semper in actu.

[9] 124 47

[9] 14. l. 2. com. 2. Met. 12. com. 51. fin.

[e] text. 51.

[e] text. 16.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum q[9] sicut dicitur in 9. Metaph. * duplex est actio. Vna quę transiuit in exteriorem materiã, vt calefacere & secare. Alia quæ manet in agẽte, vt intelligere, sentire & velle. [e] Quarum hæc est differentia. Qua prima actio non est perfectio agentis quod mouet, sed ipsius moti: secunda autem actio est perfectio agentis. Vnde quia motus est actus mobilis, secunda actio inquantũ est actus operantis, dicitur motus eius ex hac similitudine, quòd sicut motus est actus mobilis, ita huiusmodi actio est actus agentis licet mot[9] sit actus imperfecti: scilicet existentis in potentia. huiusmodi autem actio est actus perfecti, id est existentis in actu vt dicitur in tertio de Anima. * Hoc igitur modo quo intelligere est motus, id quod se intelligit, dicitur se mouere. Et per hunc modum etiam Plato posuit q[9] Deus mouet seipsum, non eo modo quo motus est actus imperfecti.

* 457 276 283

* 321

[e] text. 16.

¶ Ad secundum dicendum q[9] sicut Deus est ipsum suum esse & suum intelligere, ita & suum viuere. Et propter hoc sic viuit quòd non habet viuendi principium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vita in istis inferioribus recipitur in natura corruptibili, quæ indiget & generatione ad cõseruationem speciei, & alimento ad conseruationem individui. Et propter hoc in istis inferioribus non inuenitur vita sine anima vegetabili. Sed hoc non habet locum in rebus incorruptibilibus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum omnia sint vita in Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia sint vita in Deo. Dicitur enim actuum. 17. In ipso viui. mo. & su. sed non omnia in Deo sunt: motus: ergo non omnia in ipso sunt vita.

¶ 2 Præterea, Omnia sunt in Deo sicut in primo exemplari. Sed exemplata debent conformari exemplari. Cùm igitur non omnia viuant in seipsis, videtur quòd non omnia in Deo sint vita.

¶ 3 Præterea, Sicut Augu. dicit in li. de vera Reli. * substãtia viuęs est melior qualiber substantia non viuẽte. Si igitur ea quæ in seipsis non viuunt, in Deo sunt vita, videtur q[9] verius sint res in Deo q[9] in seipsis. Quod tamẽ videtur esse falsum, cùm in se ipsis sint in actu, in Deo verò in potentia.

¶ 2 Præterea, Sicut sciũtur à Deo bona & ea quæ fiunt secundum aliquod tempus, ita mala, & ea quæ Deus potest facere, sed nunquam fiunt. Si ergo omnia sunt vita in Deo, inquantum sunt scita ab ipso, videtur quòd etiam mala, quæ nũquam fiunt, sunt vita in Deo: inquantum sunt scita ab eo. Quod videtur inconueniens.

¶ SED CONTRA, est quod dicitur Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat. Sed omnia præter Deum facta sunt. ergo omnia in Deo sunt vita.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est*) viuere Dei est eius intelligere. in Deo autem est idem intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius. [e] Vnde quicquid est in Deo vt intellectum, est ipsum viuere vel vita eius. Vnde cum omnia, quæ facta sunt à Deo, sint in ipso vt intellecta, sequitur quòd omnia in ipso sunt ipsa vita diuina.

* artic. præced.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q[9] creaturæ in Deo esse dicuntur dupliciter. Vno modo, inquantum continẽtur & conseruantur virtute diuina, sicut dicimus ea esse in nobis, quę sunt in nostra potestate. Et sic creaturæ dicuntur esse in Deo etiã prout sunt in propriis naturis, & hoc modo Intelligendum est verbum Apostoli dicentis, in ipso viuimus, mouemur & sumus: quia etiam nostrũ viuere & nostrum esse, & nostrum moueri cauſantur à Deo. Alio modo dicuntur res esse in Deo sicut in cognoscente. Et sic sunt in Deo per propias rationes, quæ non sunt aliud in Deo ab essentia diuina. Vnde res prout sic in Deo sunt, sunt essentia diuina. Et quia essentia diuina est vita, non autem motus, inde est, quòd res hoc modo loquendi in Deo non sunt motus, sed vita.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd exemplata oportet conformari exemplari secundum rationem formæ, non autem secundum modum essendi nam alterius modi esse habet forma quandoque in exemplari, & in exemplato. Sicut forma domus in mente artificis habet esse immateriale, & intelligibile, in domo autem, quæ est extra animam, habet esse materiale & sensibile. Vnde rationes rerum, quæ in seipsis nõ viuunt, in mẽte diuina sunt vita: quia in mente diuina habent esse diuinum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, si de ratione rerum naturalium non esset materia, sed tantum forma, omnibus modis verius modo essent res naturales in mẽte diuina per suas ideas quam in seipsis. Propter quod & Plato posuit, quòd homo separatus erat verus homo, homo autem materialis est homo per participationem. Sed quia de ratione rerum naturalium est materia[2], dicendum quòd res naturales verius esse habent simplicier in mente diuina quam in seipsis quia in mente diuina habent esse increatum, in seipsis autem esse creatum. Sed esse hoc vtpote homo vel equus, verius habẽt in propria natura quam in mente diuina: quia ad veritatem hominis pertinet esse materiale, quod non habent in mente diuina. Sicut domus nobilius esse habet in mente artificis quam in materia: sed tamen verius dicitur domus, quæ est in materia, quam quæ in mente: quia hæc est domus in actu, illa autem domus in potentia.

[2] 363

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet mala sint in Dei scientia, inquantum sub Dei scientia comprehenduntur, [e] non tamen sunt in Deo sicut creata à Deo, vel conseruata ab ipso: neque sicut habentia rationem in Deo. Cognoscuntur enim à Deo per rationes bonorum. Vnde non potest dici, quòd mala, sint vita in Deo. Ea verò, quæ secundum nullum tempus sunt, possunt dici esse vita in Deo, secundum quod viuere nominat intelligere tantum, inquantum intelliguntur a Deo: [e] non autem secundum quòd viuere importat principium operationis.

a 89

97

QVAES

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentiæ. Reliqua autem facilibilia non viuunt hoc modo: quoniam nunquam mouent se ad hoc quòd sint in seipsis. Et intendit litera in calce huius responsionis quod clarius expressum fuerant in q.de Ver.q.4.articulo vltimo.

¶ *Super Quæstionis decimænonæ Articulum primum.*

IN titulo voluntas sumitur dupliciter. Primo pro actu volendi: secundò pro principio seu potentia elicitiua actus volendi. Nec refert in proposito, quo quis modo accipiat: quia vbi vnum, ibi reliquum, & econuerso.

¶ In corpore tria. Primo proponitur conclusio respōsiua quæsito cū suo medio termino. Secundò probatur medium: manifestatur vis eius, deducitúrque conclusio quo ad primam partem. Tertiò idem probatur quo ad secundam partem in calce.

¶ Quo ad primum conclusio est: In Deo est voluntas sic, quòd suum velle est suum esse, medium autem & voluntas sequitur intellectū. in Deo autem est intellectus.ergo.

¶ Aduerte hic duo. Primò, quòd licet secunda conclusionis pars non expressè ponatur in litera, sed concludatur tantùm in calce implicitè tamen proposita intelligitur in ly, sicut, quam proponitur voluntatem esse in Deo sicut intellectum. Secundò, quòd quia medium est proprium subiectum voluntatis. Intellectiuū enim est per se primò volitiuum. Idem etiè probatum quòd intellectum sequitur voluntas: & probare à priori voluntatem esse, & quid est voluntas & propter quid est voluntas: quamuis voluntatem esse in communi, probatione non egeat, quia experimur eam esse in nobis. Et propterea valde notanda sunt quæ sequuntur, vtpote arduum arcanū indicatura.

¶ Quo ad secundum proceditur sic: Intellectus intelligens actu est per suam formam intelligibilem, sicut res naturalis est per suam formam. ergo natura intellectualis bonum apprehensum per formam intelligibilem, quum non habet, quærit: quum habet, quiescit in illo: ergo in quolibet, habente intellectum est voluntas: ergo in Deo est voluntas. Prima consequentia probatur ex vi proportionalis similitudinis inter formam naturalem & intelligibilem in antecedente assumptæ: quia quælibet res naturalis habet hæc duo. primum est, habitudo talis ad formam seu perfectionem naturalem vt in habita quiescat, in non habitam verò inclinetur. Secundum est, quòd talis habitudo in carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis. Secunda verò probatur ex eadem radice dupliciter: primò, quia vtrunque illorum spectat ad voluntatem: secundò ex proportionali: quia ex eadem causa, in quolibet habente sensum est appetitus animalis. Tertia autem consequentia probatur: quia in Deo est intellectus.

¶ Circa primam consequentiam dubium est: quia expressè declinat proportionalis similitudo à forma intelligibili ad bonum apprehensum per illam. Exigebat enim processus iste, vt illatum esset, ergo natura intellectualis ita se habet ad formam intelligibilem, quòd in habita quiescit, & in non habitam inclinatur quia forma intelligibilis est sicut forma naturalis. Et tamen in litera declinatum est ad bonum apprehensum per formam intelligibilem. Malus ergo videtur hic processus, vtpote sine fundamento. Et augetur dubitatio: quia forma intelligibilis est intus, bonum apprehensum est extra: vt patet in sexto Metaphysicorum.

¶ Circa secundam quoque consequentiam dubium est: quia ex tali processu nihil habetur, nisi quòd in natura intellectuali est appetitus formæ intelligibilis vel etiam rei apprehensę: sed non habetur ex hoc, quòd ille appetitus sit actus elicitus (quod tamen probandum erat) probatio siquidem illius consequentiæ scilicet quia istud appetere spectat ad voluntatem, præsupponit voluntatem, quam quærimus.

¶ Ad euidentiam horum prænotanda est differētia inter appetitum naturalem & animalem, prout diuiditur in rationale & sensitiuum, &c. Differunt namque primò: quia animalis est speciale genus potentiæ animæ, vt patet secundo de Anima: naturalis verò communis est omnibus. Secundò, quia naturali comitquitur rationem formalem rei absolutæ, animali; verò sequitur naturam illi quantum apprehensiua est. Tertiò, quia naturalis est actu ex ipsa natura, animalis verò non potest exire in actum, nisi ex apprehensione. Quarto quia appetitus naturalis ter non est actus elicitus, sed ipsa inclinatio huius ad hoc, appetere autem animalitèr, est operatio, quæ est actus secundus. Quintò, quia appetitus naturalis est ad vnum, animalis verò ad multa, iuxta multitudinem apprehensorum bonorum. Sextò, quia naturalis est rei, quia conuenientia illi particulari potentiæ appetenti. Animalis verò est rei, quia conuenientis toti seu supposito. Septimò, quia naturalis in actu inest rei ab alio. animalis verò ex se, quia bonum mouet inquantum apprehensum à seipso appetente, & non ab alio. Ex his autem patet, quod mouet intelligens, scilicet quòd quicquid appetitur non quatenus apprehensum, naturaliter appetitu appetitur. Quicquid autem appetitur, quia apprehensum elicito actu appetitus sensitiui aut intellectiui appetitur. vnde apprehensio ipsa duplicitèr potest appeti. Primò naturali appetitu, & sic inquantum intellectus naturaliter inclinatur in hanc perfectionem suam, quæ est apprehendere res. Secundò rationali appetitu, & sic à volutate appetatur. Cùm consideremus primo quàm excellam deo optimè sit videre Deum aut intelligere naturas corporū cœlestium, &c. optantus illam habere cognitionem & gustemus. hos enim actus voluntaris, non naturæ opera esse experimur in nobis ipsis. Habetur autem ex hac veritate manifestè, quòd appetere actu elicito sequitur apprehensionem, sicut appetere naturaliter, sequitur naturam aliquam etiam imperfectissimam, puta materiam primam. Et si contingat templatus fuerit, quòd cognoscere est cognoscentem esse actu cognitum, & quòd quia omne esse est secundum aliquam formam: quod hoc esse quod significat cognoscere, est secundum formam cognoscibilem actu in genere cognoscibili: videbis duo. Primò, quòd formam intelligibilem constituere intellectum in actu est cōstituere ipsum in esse rem apprehensam vt sic. Et consequenter in processu literæ à forma intelligibili ad rem apprehensam in prima consequentia, nullum fuit vitium, nulla obliquitas, sed artificiosa expressio: quòd de forma intelligibili loquebatur, non in genere entium, sed in genere intelligibilium: non qualitercunque, sed inquantum constituit intellectum esse ipsum cognitum apprehensibiliter. Secundo, quòd quia omne esse consequitur appetitus, & proportionaliter quale esse, talis appetitus, merito, quia constituit tantum sunt genera essendi: primum secundum quod res est aliquid cognitum naturale esse: secundum verò, secundum quod res est aliquid apprehensibiliter. oporter duplicem appetitum ponere, & proportionaliter, vt scilicet quia primum genus essendi consistit in esse per modum actus primi, secundum autem consistit in esse per actum secundum: qui est apprehendere: ideo appetere appetitu sequente esse naturale, non est actus secundus, sed inclinatio, vt dictum est. Appetere verò appetitu sequente esse quod in cognitione consistit, est actus secundus elicitus à virtute appetitiua consequente naturam, inquantum apprehensiua est. Et hoc est verè fundamentum in litera assumptum. hæc est proportionalis similitudo formæ naturalis & intelligibilis. Vnde manifestè incipit ex hoc, quòd sicut forma naturalis constituit ens, ita forma intelligibilis constituit cognoscens, id est ens tali modo: vt hic & ex præcedentibus patet. Ac per hoc patet solutio ad vtrunque dubium. Neque enim probatio secundæ consequentiæ præsupponit voluntatem, sed conclusio ex prima cōsequentia, intellectione in apprehensum non habitum & quiescere in habitu in natura intellectuali vt sit finis, quod esse actus elicitos, optimè illatum est, ergo volitas ibi est: quia actus hi ad voluntatem spectant, vt experientia testatur, & ratio conuincit.

¶ Quo ad tertium probatur secunda pars conclusionis sic: Intelligere Dei est suum esse: ergo velle Dei est suum esse. consequentia probatur ex similitudine proportionaliter per ly sicut. Cum enim vtrunque sit actus secundus & immanēs, &c. oportet si alterum identificatur esse diuino, quòd etiam reliquum.

¶ *Super Quæstionis decimænonæ Articulum secundum.*

116 TItulus clarus.

1.dist.45. artic.2. Et.1.cō tra capi. 74.75.& 84.& ve. 1.quæst. 33.art.4. 3.tex.54.

¶ In corpore articuli duo. primò respondet quæsito, quòd sic est, secundo ostendit quomodo est in calce, ibi. Sed & vt finem.

¶ Quo ad primum conclusio responsiua est: Deus vult se & alia. pro cuius euidentia notandum: Res naturales, in quantum perfectæ sunt, naturaliter inclinantur ad communicandum suum bonum aliis, ergo ad rationem voluntatis pertinet, vt bonum, quod quis habet, aliis communicet: ergo hoc præcipuè pertinet ad voluntatem diuinam: ergo Deus vult se & alia. Antecedens declaratur & probatur. Declaratur quidem distinguendo duplicem inclinationem naturæ, scilicet ad bonum proprium, & aliorum, probatur verò ab effectu: quia omne agens perfectum agit sibi simile. Prima consequētia probatur ex proportionali similitudine inter naturalem inclinationem & rationalem, quæ est voluntas. Secunda autem probatur quia à diuina voluntate deriuatur omnis perfectio tanquam illi similis, vt domus in lignis, est similis domini volitæ ab artifice. Tertia autem probatione non eget.

115 3.q6.18. ar.1.cor. Et distī. 45.art.1. Et 1. cō tra.capi. 72.& 73. 2. & li. 4.ca.19. col.2. Et veri. q.23. artic.1.Et opusc.3. capit.32. & 35. *tex.54. *tex.49.

118 b

Circa hunc processum dubium est. processus iste videtur fundari in hoc, quòd quicquid perfectionis est in inferiori, ponendum est in superiori proportionaliter in superiori. Super hoc enim videtur fundari tam prima quam secunda consequentia. Prima quidem, quoniā ex quo inclinatio naturæ inquantum perfecta tendit in bonum alterius, fatendum est quod inclinatio apprehensiua tēdat etiam in bonū alterius. Secundo quoque: quia si hoc inuenitur in aliqua volūtate, præcipuè in diuina, vtpote perfectissima, & quæ magis facit sibi simile, quàm quæcunque alia voluntas, & quodcunque agens perfectum, quoniam ab ea omnis deriuatur perfectio. In hoc autē processu sic fundato, licet hæc propositio falsa, scilicet Deum velle alia, est perfectio quædam fuæ voluntatis, ergo processus malus. Quòd enim ista propositio in hoc claudatur processu, patet: q.a si inclinatio in bonū alterius, perfectio non supponeretur, non valeret processus, ergo ponenda est in voluntate: & ergo in diuina, præsertim, quòd omnia, quæ Deo & creaturis communia sunt, vt voluntas & intellectus, &c. ad ipsum omni imperfectione sublata transferri inueniuntur, quo ad id, quod perfectionis est. Quòd autem illa propositio sit falsa patet, quia si Deus nullum aliud à se vellet, esset æquè perfectus sicut modò est. Velle igitur alia, nullam ei perfectionem addit.

¶ Ad hoc potest dupliciter respondere, iuxta duos sensus, quibus potest intelligi Deum velle alia. Primò velle actualiter alia esse. Secundò velle potētialiter alia, id est esse volitiuum aliorum, siue velit alia, siue non. Et si quidem intelligatur conclusio ista secundo modo, nulla est assumptitas: quoniam esse volitiuum aliorum est perfectio in Deo, sicut esse factiuum aliorum est perfectio naturæ. Nec potest Deus non esse volitiuus aliorū, quamuis potuit nō velle alia. Si verò intelligatur conclusio etiam primo modo, difficile est soluere. dicendū aut nihil videtur, quòd de voluntate in communi loquendo, consequentia est optima quoniam ad perfectionem actus voluntatis spectat amor amicitiæ, & libera liras, & quibus aliorum bona volumus: deesset enim huiusmodi perfectio actibus voluntatis in cuius signum claritas voluntati infunditur. gratia enim non mutat naturam subiecti, sed perficit illud per modum ipsius. De volūtate autem diuina loquendo, consequentia bona est. Sed proportionalitas valde ponderanda, & inclinationi bonum aliorum est perfectio naturę per modum naturæ

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum Deus velit alia à se.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non velit alia à se. Velle enim diuinum est eius esse: sed Deus non est aliud à se. ergo non vult aliud à se.

¶ 2 Præterea, Volitum mouet volentem, sicut appetibile appetitum, vt dicitur in 3.de Anima.* Si igitur Deus velit aliquid à se, mouebitur eius voluntas ab aliquo alio: quod est impossibile.

¶ 3 Præterea, Cuicunque voluntati sufficit aliquod volitum, nihil quærit extra illud. Sed Deo sufficit sua bonitas, & voluntas eius ex ea fatiatur. Ergo De* non vult aliquid aliud à se.

¶ 4 Præterea, Actus voluntatis multiplicatur secundum volita. Si igitur Deus velit se & alia à se, sequitur quòd actus voluntatis eius sit multiplex, & per consequens eius esse: quod est eius velle. Hoc autem est impossibile. Non ergo vult alia à se.

¶ SED CONTRA est quòd Apostolus dicit 1.Thessa. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus non solùm se vult, sed etiam alia a se. Quod apparet à simili prius introducto. c Res enim naturalis non solum habet naturalem inclinationem respectu proprij boni, vt acquirat ipsum, cùm non habet, vel vt quiescat in illo cùm habet, sed etiam vt proprium bonum in alia diffundat c secundum quòd possibile est. Vnde videmus, quòd omne agens, inquantum est actu perfectum, facit sibi simile. Vnde & hoc pertinet ad rationem voluntatis, & bonum quod quis habet, aliis communicet secundum quòd possibile est. Et hoc præcipuè pertinet ad voluntatem diuinam à qua per quandam similitudinem deriuatur omnis perfectio: Vnde si res naturales, inquantum perfectæ sunt, suum bonum aliis communicāt, multo magis pertinet ad voluntatem diuinam, vt bonum suum aliis per similitudinem cōmunicet, secundum quòd possibile est. Si cigitur vult & se esse, & alia. Sed se vt finem: alia verò vt ad finem, inquantum condecet diuinam bonitatem, etiam alia ipsam participare.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet diuinum velle sit eius esse secundum rem, tamen differt ratione secundum diuersum modum intelligendi & significandi, vt ex superioribus patet. * In hoc enim quòd dico, Deum esse, non importatur habitudo ad aliquid, sicut in hoc quod dico, Deum velle. Et ideo licet non sit aliquid aliud à se, vult tamen aliquid aliud à se.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in his, quæ volumus propter finem, tota ratio mouendi est finis & hoc est quod mouet voluntatem. Ex hoc maximè apparet in his, quæ volumus tantùm propter finem. Qui enim vult sumere potionē amaram, nihil in ea vult nisi sanitatem: & hoc solum est, quod mouet eius voluntatem. Secus autem est in eo, qui sumit potionem dulcem, quam non solùm propter sanitatem, sed etiam propter se aliquis velle potest. Vnde cùm Deus, alia a se non velit, nisi propter finem, qui est sua bonitas, vt dictum est: * non sequitur quod aliquid aliud moueat voluntatem eius: nisi bonitas sua. Et sic sicut alia à se intelligit, intelligendo essentiam suam, ita alia a se vult volendo bonitatem suam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc, q̄ voluntati diuinæ sufficit sua bonitas, non sequitur, q̄ nihil aliud velit, sed q̄ nihil aliud vult, nisi ratione suæ bonitatis. Sicut etiam intellectus diuinus, licet sit perfectus ex hoc ipso quod essentiam diuinam cognoscit, tamē in ea cognoscit alia.

¶ Ad quartum dicendum, q̄, sicut intelligere diuinum est vnum, quia multa non videt nisi in vno, ita velle diuinum est vnum & simplex: quia multa non vult, nisi per vnum, quod est bonitas sua.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum quicquid Deus vult, ex necessitate velit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd quicquid Deus vult, ex necessitate velit. Omne enim æternum est necessarium: sed quicquid Deus vult, ab æterno vult, alias voluntas eius esset, nihil aliud rationabiliter dici hinc potest quàm quòd in ratione dicitur, q̄ scilicet ad eam spectat alia velle secundum quòd possibile est, sumendo possibile à potentia ordinata, & non à potentia simpliciter. Nam hoc tantundem est, ac si diceretur, secundum quòd ipsa diuina voluntas vult.

¶ Quo ad secundum distinguitur duplex modus, quo aliquid est volitū, scilicet vt finis, & vt ad finem, & dicitur q̄ Deus vult se vt finē, alia vt ad finē. Et patet seu manifestatur quomodo vtrunque horū sit, quum dicitur inquantū condecet diuinā bonitatē etiam alia ipsam participare. Expetimur siquidē in nobis, quod quum nosipsos perfecte amamus, non solum volumus nos esse, viuere, &c. sed etiam volumus nobis quod nos decet. & ex hoc volumus beneficī esse no principaliter, vt aliis bona velimus, sed quia volumus quod nos decet, sequitur alio rū bonū. Cū autem decerat diuinā bonitatē participari, Deus alia vult bona: q̄ decet se, seu bonitatē suam. & cōsequenter se vult vt finē, & alia à se vt ad finem, quia propter se modo dicto. Nec hoc est minuere liberalitatem aut amorē Dei erga nos adeo cōmendatum. sed est aperire quā immēsē amabilitatis sit diuina bonitas ofiēdere; creaturā nō esse talis modi amabilitatis capace. Nihil enim minus habet, quod eo quo non potest modo amari, à Deo non amatur: quūmò amor liberalissimus verſus non manifestatur, quā videtur q̄ diuinā bonitatē sic participari decet, q̄ oppositū nō dedecet, sic decet q̄ nihil sibi sed nobis tantum conferre. Hinc enim patet, q̄ Deū velle libere hāc decentiā est nostrū eligere bonum, quia est velle ita fuā bonitatē, vt etiā nos fumus, potest enim absque vllo dāno suo velle etiā sic eam, q̄ nihil eā participaret, vt in sequēti patet articulo.

¶ *Super Quæstionis decimanonæ Articulum tertium.*

TItulus in corpore declaratur.

¶ In corpore duo. Primò declaratur ly necessariò in titulo positum quot modis sumitur, & distinguitur necessarium absolutè, & ex propositione vel ex

* q.13.artic.4

* articu præced.

117 1.dist.43. q6 2.per totum & dist.47. articu.1. Et 1. con tra cap. 80.81.82. 83.& 89. fin. Et lib. 2. capit.25. & 27. fi. Et li.3.c. 97.col.3. Et veri. q.23. art. 4. Et po. q.3.art.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt clare patet. Secundo ponitur conclusio responsiua quæsito, scilicet Deus necessitate absoluta velit aliquid, non omnia, nisi ex suppositione. Hæc conclusio habet tres partes. Et primo probatur quo ad primam sic: Voluntas sicut & quælibet potentia necessitatem habet habitudinem ad proprium principale obiectum: ergo Deus ex necessitate vult bonitatem suam esse: ergo Deus vult necessario aliquid. Antecedens probatur duplicitер, scilicet inductione & ratione: inductio fit in voluntate nostra, & in usu. Ratio assertur quia de ratione potentiæ est vt in illud, scilicet proprium & primum obiectum tendat. Consequentia autem probatur: nam bonitas diuina est proprium & adæquatum obiectum voluntatis diuinæ. Deinde probatur quo ad secundam partem sic. Ea quæ sunt ad finem, non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sunt talia sine quibus finis esse non potest. Sed alia à se vult Deus, inquantum ordinantur ad diuinam bonitatem vt finem, & sine ea potest diuina bonitas esse, ergo alia à se Deus non ex necessitate vult. nō ergo omnia ex necessitate absoluta vult. Maior probatur, manifestatúrque inductione in tribus exemplis quorum prima duo spectant ad exceptionem, & tertium directe ad præiacentem. Minor vero probatur: quia bonitas Dei ex se sola sic est perfecta, quòd ex aliis nihil ei perfectionis accrescit. Demum probatur cōclusio quo ad tertiam partem sic: Voluntas Dei non potest mutari. ergo suppositio quòd velit, non potest non velle. ergo necessitate suppositionis vult alia à se: quod erat probandum, & sic probata est tota conclusio propositа.

¶ Circa probationem primæ partis conclusionis aduerte, quòd illa maxima, Omnis potentia habet habitudinem necessariam ad proprium obiectum, non intelligitur quo ad exercitium actus, sed quo ad specificationem eius, id est, non sonat quòd omnia potentia necessariò exerceatur circa obiectum, cum experiamur potentias quandoque otiosas esse: sed quod si exercentur, oportet quod circa proprium obiectum exerceantur. Hoc enim idem est ac si diceretur, quòd exercitus actus necessariam habet habitudinem ad proprium potentiæ obiectum: hoc autem est quod per illam maximam intendit, & optime proposito deseruit, in quo non quæritur de exercitio actus, sed de specifitione exercitii actus.

Non enim est quæstium an Deus velit, sed an quicquid vult, necessariò velit. Vbi manifestè patet, quòd de exercito actu infinuato in ly quicquid vult (specificationem quærit, an scilicet necessariam aut non necessariam habitudinem ad volitum habeat. De veritate autem inductionis non est præsentis speculationis, an scilicet visus sic se habeat ad colorem, & voluntas nostra ad beatitudinem. Nihil enim ad propositum hoc referri quoniam si sic non se habens ad ista, habent se tamen sic ad propria obiecta, mutabilis. Ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶ 2 Præterea Deus vult aliqua à se, inquantum vult bonitatē suam. Sed Deus bonitatem suam ex necessitate vult. ergo alia à se ex necessitate vult.

¶ 3 Præterea. Quicquid est Deo naturale, est necessariū: quia Deus est per se necesse esse, & principium omnis necessitatis, vt supra ostēsum est: sed naturale est ei velle quicquid vult, quia in Deo nihil potest esse præter naturam, vt dicitur in 5. Meta. ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶ 4 præterea, Nō necesse esse & possibile nō esse æquipollent. Si igitur non necesse est Deū velle aliquid eorū quæ vult, possibile est etiam eum non velle illud, & possibile est eum velle illud, quod non vult. Ergo voluntas diuina est contingens ad vtrumlibet. Et sic imperfecta: quia omne contingens est imperfectum & mutabile.

¶ 5 Præterea, Ab eo, quod est ad vtrūlibet, non sequitur aliqua actio, nisi ab aliquo alio inclinetur ad vnum, vt dicit Comen. in 2. Phy. * Si ergo voluntas Dei in aliquibus se habet ad vtrumlibet, sequitur quòd aliquo alio determinetur ad effectum. & sic habet aliquam causam priorem.

¶ 6 Præterea, Quicquid De⁹ scit, ex necessitate scit. sed sicut scientia diuina est eius essentia, ita voluntas diuina. Ergo quicquid Deus vult, ex necessitate vult.

¶ SED CONTRA, est quod dicit Apōsto. Ephes. 1. Qui operantur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Quod autem operamur ex consilio voluntatis, non ex necessitate volumus. non ergo quicquid Deus vult ex necessitate vult.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necessarium dicitur aliquid dupliciter, scilicet absolutè, & ex suppositione. [c] Necessarium absolutè indicatur aliquid ex habitudine terminorum, vtpote quia prædicatum est in diffinitione subiecti, sicut necessarium est hominem esse animal, vel quia subiectum est de ratione prædicati, sicut hoc est necessarium, numerum esse parem vel imparem. sic autem non est necessarium Sortem sedere. Vnde non est necessarium absolutè, sed potest dici necessarium ex suppositione. Supposito enim quòd sedeat, necesse est eum sedere dum sedet. [c]

¶ Circa diuina igitur volita hoc considerandum est, quòd aliquid Deum velle est necessarium absolutè, non tamen hoc est verū de omnibus, quæ vult. Volūtas enim diuina necessariam habitudinē habet ad bonitatem suam, quæ est proprium eius obiectum. Vnde bonitatē suam esse Deus ex necessitate vult, sicut & voluntas nostra ex necessitate vult beatitudinē. [c] Sicut & quælibet alia potentia necessariam habitudinem habet ad proprium & principale obiectum, vt visus ad colorē, quia de sui ratione est vt in illud tendat. Alia autem a se Deus vult inquantum ordinātur ad suam bonitatem, vt in finem. Ea autem, quæ sunt ad finem, non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sint talia, sine quibus finis esse non potest. [c] sicut volumus cibum, volentes conservationem vitæ. & nauem, volentes transfretare. Non sic autem ex necessitate volumus ea, sine quibus finis esse potest, sicut equum ad ambulandum, quia sine hoc possumus ire: & eadē ratio est in aliis. Vnde, cùm bonitas Dei sit perfecta, & esse possit sine aliis cùm nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur quòd alia à se eum velle non sit necessarium absolutè, & tamen necessarium est ex suppositione. Supposito enim, quòd velit, non potest non velle: quia non potest voluntas eius mutari.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc, quòd Deus vult ab æterno quicquid vult, non sequitur quòd necesse est eum illud velle nisi ex suppositione.

¶ Ad secundum dicendum, q⁹, licet Deus ex necessitate velit bonitatem suam, non tamen ex necessitate vult ea, quæ vult propter bonitatem suam: quia bonitas eius potest esse sine aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est naturale Deo velle aliquid aliorum, quæ non ex necessitate vult: neque tamen innaturale, contra naturam, sed est voluntarium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliquando aliqua causa necessaria habet non necessariam habitudinem ad aliquem effectum quod est propter defectum effectus, & non propter defectum causæ. Sicut virtus Solis habet non necessariam habitudinem ad aliquid eorum, quæ contingenter hic eueniunt non propter defectum virtutis solaris, sed propter defectum effectus non necessarij ex causa prouenientis. Et similiter, quòd Deus non ex necessitate velit aliquid eorum quæ vult, non accidit ex defectu voluntatis diuinæ, sed ex defectu, qui competit volito secūdum suam rationem: quia scilicet est tale, vt sine eo esse possit perfecta bonitas Dei. Quiquidem defectus consequitur omne bonum creatum.

¶ Ad quintum ergo dicendum, quòd causa, quæ est ex se contingens, oportet quòd determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. Sed voluntas diuina, quæ ex se necessitatem habet, determinat seipsam ad volitum, ad quòd habet habitudinem non necessariam.

¶ Ad sextum dicendum, q⁹, sicut diuinum esse in se est necessarium, ita & diuinum velle & diuinum scire. Sed diuinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non autem diuinum velle ad volita: quod ideo est, quia scientia habetur de rebus secundū quòd sunt in sciente, volūtas autem comparatur ad res secundum q⁹ sunt in seipsis. [c] Quia igitur oia alia habent necessariū esse secundum quòd sunt in Deo, non autem secūdum quòd sunt in seipsis, habent necessitatem absolutam, ita quod sint per seipsa necessaria, ꝓpter hoc Deus quæcunque scit, ex necessitate scit: non autē quęcunque vult, ex necessitate vult.

quæcunque sint illa. Exemplo enim ponimus vt discentes intelligant.

Circa probationem secundæ partis dubium occurrit. Falsum namque videtur quòd nihil perfectionis accrescat diuinæ bonitati ex aliorum volitione. Nam & in articulo præcedente, & in primo contra Gen. cap. 75. expressius habetur, quòd ex hoc quòd Deus vult sibi perfectionem, vult alia. Igitur ex volitione alio rum pendet perfectè esse volitum, essentiam diuinam. Et si sic est, cùm oporteat essentiam esse perfectissimè volitam à Deo sequitur, ergo necessariò alia sunt volita à Deo cuius oppositum hic & ibi determinatur: ergo potest dici ad hoc, quòd præsens littera non dicit, quòd ex volitione aliorum nihil perfectio nis diuinæ bonitati accrescit, sed ex ipsis aliis nihil perfectionis ei accrescit. hoc enim puerile est. Tū quia sic processus litteræ de volitione inquiritur alio rum nullus esset. Tum quia obiectio militat contra ipsam volitionem essentiæ, scilicet quòd volitio nemetiam sit nunquam esset hæc littera. Nec potest rursus dici, quòd diuinam bonitatem per fectè amari non pendet ex volitione aliorum, sed potius econtrario, scilicet quòd volitio aliorum pendet ex hoc quòd diuina bonitas est perfectè volita. Quoniam licet hoc sit verum, vtrobidem dicitur, non euadituur tamen à re enim hoc adhuc difficultate obiectus: sequitur alia necessariò esse volita à Deo: quoniam diuina bonitas necessaria est ab eo nō solum volita, sed perfectè volita: hoc autem necessariò concomitatur aliorum volitio, vt dictum est, ergo.

¶ Ad hoc est dicendum, quòd modus, qui est volita, est duplex: quidam intrinsecus, qui dam extrinsecus. Et quod inter hos tantum differt, quòd primus gradus perfectionem amoris. secundus autem nō: sed extenditipsum. Est quandoque inuenitur scriptum quòd secundus pertinet ad perfectionem, intelligendum est de perfectione extensiua, & non simpliciter. Vnde in propositio diuina bonitas necessariò est perfectissimè volita, à Deo perfectione intentiua: quia est infinitè amabilis: sed non necessariò est perfectè volita perfectione extensiua, sed sic, scilicet secundum condecentiam ad extra seu vt diffundantur, participentur, & multiplicentur secundum illam similitudinem, non ad quas quorundam scibilium non est necessaria. Non autē omne amabile habet esse, aut forte necessario. Et bene notato sanèque intelligito verba litteræ in redditione causæ præfatæ, quoniam non intendit necessitatem simpliciter ab vniuerso excludere: quam in secundo contra Genti. cap. 30. probat, sed necessitatem essendi: quoniam nullam rem esse est simpliciter necessarium, nisi Deum: & hoc infinuant illa verba, ita quòd sint per seipsa necessaria, & simpliciter intendit, quòd necesse est omnia vel omnia scibilia habere esse in Deo.

¶ *Super Quæstionis decimenonæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. primo proponit conclusionem, secundo probat conclusionem tripliciter.

no contra Gent. ca. 81. de contingentia ad vtrumlibet dupliciter inuēta, scilicet quandoque ex parte causæ, & quandoque ex parte eius, ad quod dicitur. Et plenè intelligetur ea, quæ hic dicuntur breuissimè. Ex his autem, quæ hic dicuntur & ibi explanantur: habes quàm rudis & nouus sermo sit Scoti in 1. dist. 39. voluntatem diuinam primam causam contingentē appellantis. Fas quippe non est in diuina voluntate contingentiam dicere. Sed vt in litera dicitur, est in se necessaria non necessariam habens habitudinem ad secundariò volita, si necessariam oporteat essentiam diuinam esse perfectissimè volitam à Deo formaliter, & libertas media est inter necessitatem & contingentiam. Illa enim impossibilitatem aliter se habendi, hæc possibilitatem, aliter se habendi successiuè, id est, mutabiliter ponit: libertas autem absque mutabilitate aliter se haberi posse significat.

¶ In responsione ad 5ex um aduerte, quod illa propositio, Quæcunq; Deus scit, de necessitate scit, si intelligatur de scientia simplicis intelligentiæ quæ, scilicet naturaliter præcedit actū voluntatis, verissima est. nec est in ea dubium. Et sic videtur intendere litera quæ de scientia aliorum vt distinguitur contra voluntatem eorum tractat in hoc argumento. de his enim verum est, q⁹ habēt esse in Deo ex necessitate. Si quis autem dictum hoc accipit de scitis à Deo omnibus qualitercūq; animaduertat, q⁹ complexiones cōtingentes puta me nunc scribere, nō sunt vere necessariò sed liberè: & cōsequenter liberè in Deo habēt esse, & non est necessitate. Ac per hoc prædictas responsio in his nō habet locum. Est tamen quidam necessitatis modus etiam in horum scientia apud Deum, qui non est in eorum volitione: quoniam omne scibile quam primū est scibile, oportet scirum esse à Deo nō autem omne volibile quàm primum est volibile, oportet esse à Deo volitum, vt pater. Et ratio diuersitatis est quia omne scibile oportet esse in Deo, & consequenter cognitum, quia cognitum secundum quòd in cognoscente est cognoscitur. omne autem bonum non oportet esse aut fore in seipso, & consequenter non oportet esse volitum à Deo. Ex hoc autem patet differentia supradicta inter diuersa scita à Deo: quia illa, quæ ex se sunt scibilia absoluta necessitate cognoscuntur à Deo: illa verò, quæ fortuntur veritatem & consequentèr scibilitatem ex voluntate diuina, suppositа eorum veritate, necessariò sciuntur. nihil autē aliud à Deo, quantūcunq; supponatur bonum, necessariò est ab eo volitum, vt patet. Vnde de scibilibus & amabilibus, formaliter loquēdo possunt verba literæ vniuersaliter intelligi, vt scilicet omne scibile sit necessariò scitum à Deo, non autem omne amabile est necessariò volitum, quia omne scibile habet necessariò esse in Deo: quam ob rem quorundam scibilium scibilitas non sit necessaria. Non autē omne amabile habet esse, aut forte necessario. Et bene notato sanèque intelligito verba litteræ in redditione causæ præfatæ, quoniam non intendit necessitatem simpliciter ab vniuerso excludere: quam in secundo contra Genti. cap. 30. probat, sed necessitatem essendi: quoniam nullam rem esse est simpliciter necessarium, nisi Deum: & hoc infinuant illa verba, ita quòd sint per seipsa necessaria, & simpliciter intendit, quòd necesse est omnia vel omnia scibilia habere esse in Deo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum voluntas Dei sit causa rerum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd, volūtas Dei nō sit causa rerum. Dicit enim Dionysius. c. 4. de Diui. no. Sicut noster Sol nō ratiocinās, aut præeligēs, sed per ipsum esse illuminat omnia participare lumē ipsius volentia: ita & bonū diuinū per ipsam essentiam omnibus existentib⁹ immittit bonitatis diuinæ radios. Sed omne quod agit per voluntatē agit: vt ratiocinans & præeligens. Ergo Deus non agit per voluntatem. Ergo voluntas Dei non est causa rerum.

¶ 2 Præterea, Id quod est per essentiam, est primū in quolibet ordine. Sicut in ordine ignitorum est primum, quod est ignis per essentiam. Sed Deus est primum agens. Ergo est agens per essentiam suam, quæ est natura eius: Agit igitur per naturam, & non per voluntatē. Voluntas igitur diuina non est causa rerum.

¶ 3 Præterea, Quicquid est causa alicuius per hoc quod est tale, est causa per naturā & non per voluntatem [c]. Ignis enim causa est calefactionis, quia est calidus: sed artifex est causa domus, quia vult eam, facere Sed Augustinus dicit in primo de doct. Christia. * quòd quia Deus bonus est sumus. Ergo Deus per suam naturam est causa rerum, & non per voluntatem.

¶ 4 Præterea, Vnius rei vna est causa. Sed rerum creatarum est causa scientina Dei, vt supra dictum est. * Ergo voluntas Dei non debet poni causa rerum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sap. 11. Quomodo posset aliquid per manere nisi tu voluisses?

¶ RESPONDEO dicendum, quod necesse est dicere volūtatem Dei esse causam rerum, & Deū agere per voluntatem non per necessitatem naturæ, vt quidam existimauerūt [c]. Quod quidē apparere potest tripliciter. Primo quidē ex ipso ordine causārū agentium. Cùm enim propter finem agat intellectus & natura (vt probatur in 2. Physico*.) necesse est vt ageti per naturam prædeterminetur finis & media necessaria ad finem ab aliquo superiori in tellectu [c]. Sicut sagittę prædeterminatur finis & certus modus à sagittāte. Vnde ne cesse, quòd agēs per intellectum & volūtatem sit prius agente per naturam. Vnde cùm primū in ordine agentiū sit Deus, [c] necesse est quòd per intellectum & voluntatem agat. Secundo, ex ratione naturalis agētis, ad quod pertinet vt vnū effectum producat: quia natura vno & eodē modo operatur [c], nisi impediatur. Et hoc ideo, quia secundū quod est tale, agit. vnde quā diu est tale non facit nisi tale. Omne enim agens per naturam habet esse determinatum: Cùm igitur esse diuinum non sit determinatum, sed cōtineat in se totam perfectionem essendi [c]. Non potest esse quòd agat p necessitatē naturæ, nisi forte causaret aliquid indeterminatum & infinitū in essendo: quod est impossibile, vt ex superioribus patet*. Non igitur agit per necessitatem naturæ, sed effectus determinati ab infinita ipsius perfectione procedunt secundum determinationem volūtatis & intellectus ipsius. Tertiò ex habitudine effectuū ad causam. Secundum hoc enim effectus procedūt à causa agente, secundum quòd prę existunt in ea: quia omne agens agit sibi simile. Præexistunt autem effectus in causa secundum modū causæ. Vnde cùm esse diuinum sit ipsum eius intelligere [c], præexistunt in eo effectus eius secundum modū intelligibilem & per modum intelligibilem procedunt ab eo, & sic per consequens per modum voluntatis. Nam inclinatio eius ad agendum quod intellectu cōceptum est pertinet ad voluntatē. Voluntas igitur Dei est causa rerum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Dion. per verba illa non intendit excludere electionem à Deo simpliciter, sed secūdum quid, inquantum scilicet nō quibusdam solùm bonitatē suam communicat, sed omnibus [c]: prout scilicet electio discretionem quandam importat.

¶ Ad secundum dicendū, quòd, quia essentia Dei est eius intelligere & velle, ex hoc ipso quòd per essentiam suā agit, sequitur quòd agat per modum intellectus & voluntatis.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd bonum est obiectum voluntatis. Pro tanto ergo dicitur, quia Deus bonus est, sumus, inquantū sua bonitas est ei ratio volendi omnia alia, vt supradictum est*.

¶ Ad quartū dicendū, quòd vnius & eiusdem effectus etiam in nobis est causa scientiavt dirigēs, qua concipitur forma operis & voluntas vt imperans: quia forma vt est in intellectu tātum, non determinat ad hoc quòd sit vel non sit in effectu, nisi per volūtatē [c]. Vnde intellectus speculatiuus nihil dicit de operādo. Sed potētia est causa vt exequens, quia nominat immediatū tatem agat. Secundo, ex ratione naturalis agētis, ad quod pertinet vt vnū effectum producat: quia natura vno & eodē modo operatur [c], nisi impediatur. Et hoc ideo, quia secundū quod est tale, agit. vnde quā diu est tale non facit nisi tale. Omne enim agens per naturam habet esse determinatum: Cùm igitur esse diuinum non sit determinatum. sed cōtineat in se totam perfectionem essendi [c]. Non potest esse quòd agat p necessitatē naturæ, nisi forte causaret aliquid indeterminatum & infinitū in essendo: quod est impossibile. ergo agens per intellectū est prius agente per naturam. ergo Deus est agens per intellectum & voluntatem. antecedens probatur ex secundò Physicor. prima cōsequentia manifestatur exemplo sagittæ. secunda relinquitur per se nota. tertia verò probatur quia Deus est primum agens. Nec remouetur quòd secunda consequentia sic leuiter tacta est: quia communis animi conceptio est, quòd agete propter finem exigit finem cognosci, vel ab ipso tendente in finem vel aliquo dirigente, vt in sagitta contingit. Et quia constat naturam vt sic non cognoscere, ideo liquet, quòd oportet à cognoscente dirigi. Inter agere quoque per intellectum & per voluntatem nulla differentia est in proposito: quoniam nec intellectus agit absque voluntate, quæ est appetitus intellectiuus: nec voluntas absque intellectu: quia bonum intellectum mouet eam. Et ideo nullum vitium committitur, ex vno aliud deducendo.

¶ Secundo probatur ex ratione naturalis agentis sic, Agens per naturam agit quia est tale, ergo operatur vno modo. ergo vnum effectum: ergo habet esse de ratione illius bonitatem ergo Deus nō potest agere per naturam: ergo determinati effectus ab infinita illius bonitate procedunt secundū determinationem intellectus & voluntatis. Antecedens probatur ab effectu: quia quandiu est tale, nō facit nisi tale. prima cōsequentia cū secunda & tertia relinquitur nota: & prima quidem cum secunda procedit à priori, tertia, propter quam antecedens cum prioribus est indubitū, à posteriori infert prius, vt patet. quarta verò primo probatur: quia esse diuinum non est determinatum. quod ex eo patet, quod cōtinet in se totum essendi perfectionē. secundò manifestatur vis probationis ducendo ad impossibile. sensibile, si esse infinitum causaret naturaliter, causaret aliquid infinitū in essendo: hoc est impossibile: ergo. Quinta autem cōsequentia ex vi distinctionis agentiū hoc est impossibile: ergo. Quinta autem cōsequentia ex vi distinctionis agentiū

¶ Quòd ad primum tria dicit. Primò, conclusionem responsiuam quæsito affirmatiue, scilicet, voluntas Dei est causa rerum. Secundò quid hoc importat, scilicet, Deum agere per voluntatem & non per naturæ necessitatem. Tertio quòd qui dam existimarunt Deum agere per naturæ necessitatem.

¶ Vbi aduerte, quod agere per necessitatem naturæ, dupliciter potest intelligi. Primo, vt idem sonat, quòd agere naturaliter eo modo, quo agentia naturalia. secūdo Phy. tex. 49. & 9. Meta. tex. 3. & 10. distinguuntur contra agentia à proposito. Et sic agere naturaliter est agere, non quia agens vult hoc, da to etiam quod velit illud. Sed est agens, quia est tale, vt pater in generatione hominis, quā uis enim Sortes velit generare, non tamen generat quia vult, sed q⁹ est talis dispositiōis naturalis, &c. Secundò sumi potest vt idem sonat quod agere non liberē, eo modo quod dicimus quod non libere, sed necessitate naturali Deus vult se, & nos volumus bonum. Et quāuis vtrunque de Deo existimatum sit, & quod agat nō quia vult quāuis volens, sed quia est talis natura, vt in secūdo contra Gent. cap. 22. dicitur. Et quod agat quia intelligit & vult, naturali tamen necessitate tale intelligere & velle habens vt ibidem in cap. 26. & 27. tangitur. In præsenti tamen littera primo modo sumitur agere per necessitatē naturæ. Ita quod intentio præsens est ostendere, q⁹ Deus agit quia vult, & non quia est. Ex conjunctione autem conclusionis præcedentis articuli cū hac sufficienter habetur solutio secūdæ quæstionis: quia si agit quia vult, vt hic ostēditur, & se tantum vult naturaliter, & cætera liberè, vt ostensum est: ergo agit alia, quia illa vult liberè.

¶ Quòd ad sęcundum probatur tripliciter intēta conclusio. Primo ex ordine agentium sic, Tam natura quàm intellect⁹ agit propter finem: ergo agenti per naturam prædeterminetur finis & medium ab aliquo intellectu. ergo agens per intellectū est prius agente per naturam. ergo Deus est agens per intellectum & voluntatem. antecedens probatur ex secundò Physicor. prima cōsequentia manifestatur exemplo sagittæ. secunda relinquitur per se nota. tertia verò probatur quia Deus est primum agens. Nec remouetur quòd secunda consequentia sic leuiter tacta est: quia communis animi conceptio est, quòd agete propter finem exigit finem cognosci, vel ab ipso tendente in finem vel aliquo dirigente, vt in sagitta contingit. Et quia constat naturam vt sic non cognoscere, ideo liquet, quòd oportet à cognoscente dirigi. Inter agere quoque per intellectum & per voluntatem nulla differentia est in proposito: quoniam nec intellectus agit absque voluntate, quæ est appetitus intellectiuus: nec voluntas absque intellectu: quia bonum intellectum mouet eam. Et ideo nullum vitium committitur, ex vno aliud deducendo.

¶ Secundo probatur ex ratione naturalis agentis sic, Agens per naturam agit quia est tale, ergo operatur vno modo. ergo vnum effectum: ergo habet esse de ratione illius bonitatem ergo Deus nō potest agere per naturam: ergo determinati effectus ab infinita illius bonitate procedunt secundū determinationem intellectus & voluntatis. Antecedens probatur ab effectu: quia quandiu est tale, nō facit nisi tale. prima cōsequentia cū secunda & tertia relinquitur nota: & prima quidem cum secunda procedit à priori, tertia, propter quam antecedens cum prioribus est indubitū, à posteriori infert prius, vt patet. quarta verò primo probatur: quia esse diuinum non est determinatum. quod ex eo patet, quod cōtinet in se totum essendi perfectionē. secundò manifestatur vis probationis ducendo ad impossibile. sensibile, si esse infinitum causaret naturaliter, causaret aliquid infinitū in essendo: hoc est impossibile: ergo. Quinta autem cōsequentia ex vi distinctionis agentiū hoc est impossibile: ergo. Quinta autem cōsequentia ex vi distinctionis agentiū

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet. Et amplius, quòd ista ratio concludit, quòd Deus non potest naturaliter facere aliquem vnum effectum per seipsum solum. Siquis autem poneret Deum solum, nullam tamen integraliter causare, sed cōcausantibus aliis causis ipsum dare esse effectibus, diceret quòd proprius effectus diuini esse infiniti est esse indeterminatè secundū se, sed determinatè tamē semper inuentū ꝓpter secundas causas. Sed hoc à seipso discordat quoniam si esse diuinum est infinitum, oportet ab ipso præexistasse esse omnium illarum causarum concausantium: quoniā omnē effendi modum ab infinito esse oportet prouenire: & si ita est, ergo cōcedere oportet quòd Deus aliquem effectum per se ipsum solū integraliter producere posset. ergo non est necessitatem naturæ nisi dare ꝓ posse effectus infinitos esse, vt in littera dicitur: stat ergo ratio

911 1.dist. 41.artic. 3. co. Et 1. con. cap. 86. & li. 2. c. 28. & 29. & lib. 3. cap. 97. * quæst. 46. to. 4.

* articu. præced.

principiū operationis. Sed hæc omnia in Deo vnum sunt.

ARTICVLVS V.

¶ Virum voluntatis diuina sit assignare aliquam causam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntatis diuinæ etiam sit assignare aliquam causam. Dicit enim Augustinus lib. 83. Quæst*. Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Sed agenti voluntario, quod est ratio operandi, est etiam causa volendi Ergo voluntas Dei habet aliquam, causam.

¶ 2 Præterea, In iis quæ fiunt à volēte, qui propter nullam causam aliquid vult, non oportet aliā causam assignare nisi voluntatē volentis. sed voluntas Dei est causa omnium rerum, vt ostensum est*. Si igitur voluntatis eius non sit aliqua causa, non oportebit in omnibus rebus naturalibus aliam causam quærere, nisi solam voluntatem diuinā. Et sic omnes scientiæ essent superuacuæ quæ causas aliquorum effectuum assignare nituntur, quòd videtur inconueniēs. Est igitur assignare aliquam causam voluntatis diuinæ.

¶ 3 Præterea, Quod fit à volente, non propter aliquā causam, dependet ex simplici voluntate eius. si igitur voluntas Dei non habeat aliquam causam, sequitur quòd omnia quæ fiunt dependeant ex simplici voluntate, & non habent aliquam causam aliam: quod est inconueniens.

¶ SED CONTRA est quòd dicit Aug. in li. 83. q.* Omnis causa efficiēs maior est eo qđ efficitur: nihil tamē maius est volūtate Dei. Nō ergo causa eius quærēda est.

¶ RESPONDEO dicendū quòd nullo modo voluntas Dei causam habet.

¶ Ad cuius euidentiam considerādum est quòd, cùm voluntas cōsequatur intellectum*: eodem modo cōtingit esse causam alicuius volētis vt velit, & alicuius intelligētis vt intelligat. In intellectu autē sic est quòd, si ſeorsum intelligat principium, & ſeorsum conclusionem, intelligentia principij est causa sciētiæ cōclusionis. Sed si in tellectus in ipso principio inſpiceret conclusionē, vno intuitu apprehendens vtrūque, in eo scientia conclusionis nō causaretur ab intellectu principiorū: quia idem non est causa suiipſius, ſed tamen intelligeret principio esse causas conclusionis. Similiter est ex parte voluntatis, circa quā ſic ſe habet finis ad ea, quæ sunt ad finem, ſicut in intellectu principia ad cōclusiones*. Vnde ſi aliquis vno actu velit finem, & alio actu ea, quæ sunt ad finem, velle ſinem erit ei causa volendi ea, quæ sunt ad finem: ſed ſi vno actu velit finem, & ea quę sunt ad finē, hoc esse non poterit: quia idē non est causa suiipſius. Et tamen erit verum dicere, quòd velit ordinare ea, quæ sunt ad finem, in finem. Deus autem sicut vno actu omnia in essentia ſua intelligit*, ita vno actu vult omnia in ſua bonitate*. Vnde sicut in Deo intelligere causam, non est causa intelligēdi effectus, ſed ipſe intelligit effectus in causa*, ita velle finem, nō est ei causa volendi ea quæ sunt ad finem. Sed tamen vult ea, quæ sunt ad finem ordinari in finē*. Vult ergo hoc esse, propter hoc, ſed nō propter hoc vult hoc.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd voluntas Dei rationalis est, non quod aliquid sit Deo causa volendi, ſed inquantū vult vnum esse propter aliud.

¶ Ad ſecundum, dicendū, quod cum velit Deus effectus sit esse, vt ex causis certis ꝓueniat, ad hoc, ꝙ seruetur ordo in rebus non est ſuperuacuum etiā cum voluntate Dei alias causas quærere. Esset tamē ſuperuacuū, ſi aliæ causę quærerētur vt primæ, & non dependētes à diuina voluntate. Et sic loquitur Aug. in 3. de Tri*. Placuit vanitati Philoſophorum etiam aliis causis esse ēctus contingentes tribuere: cùm omnino videre non possent ſuperiorem cæteris omnibus causam, id est, voluntatem Dei.

¶ Ad tertium dicendum quòd, cùm Deus velit effectus esse propter causas, quicunque effectus præſupponunt aliquem alium effectum, non dependent ex ſolā Dei voluntate, ſed ex aliquo alio, ſed primi effectus ex ſola diuina voluntate dependent, vtpote, ſi dicamus, quòd Deus voluit hominem habere manus vt deſeruirent intellectui operando diuersa opera:

115 Circa propoſitionē aſſumptam in probatione ſecūdæ conſequentię dubium occurrit. Quia aut est falſa, aut diſſonat à ſua probatione, vtrūque est in conueniens: ergo propoſitio enim literæ eſt iſta, effectus procedunt à causa ſecundum quod præexiſtunt in ea: & probatio ſubditur, quia omne agens agit ſibi ſimile. Tunc ſic, Aut propoſito: intendit de modo effectus procedentis, aut de modo procedendi, ſi intendit quod effectus procedens à causa habet modum eſſendi ſimilem modo, quo præexiſtit in causa, probatio quidem est conūna, vt patet: ſed ipſa est falſiſſima, quoniam domus procedens ab artifice non aſſimilatur domui in mente in modo eſſendi, nec ſequitur ex illa maxima, quæ intelligitur quantum ad formam qua agit. Si autem intendit de modo procedendi, ſcilicet, quod effectus à causa procedit illo vel ſimili modo, quo præexiſtit in ea, tunc probatio non est ad propoſitum: quia vt diximus intelligitur quo ad formam quia agens agit & non quo ad modū, quo forma est in eo: & nihilominus habet multas inſtantias, quoniā domus habet esse intelligibile in agente, procedit tamē ab eo ſenſibiliter: & calor habet esse incorruptibile & vniuerſale in luce ſolis, procedit tamen corruptibiliter & particulariter. Vndique igitur ambiguitas est.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ illa maxima. Omne agens agit ſibi ſimile, quamuis vniuerſaliter non verificetur, niſi quo ad formam, non tamen eſt arctanda ad formā, ſed est intelligenda cū ly quantū potest. Videmus enim ꝙ ſi fuerit actiuū vniuocū vehementis virtutis, ꝙ facit ſibi ſimile, nō ſolū quo ad formā, ſed quo ad indiuiduales conditiones. Mas enim fortis generat marē, & iracūdus iracundum, vt in 7o. dicitur Ethi. In modo igitur quo effectus procedit à causa, cōſiderandi sunt duo. Primo modus proceſſionis tenens ſe ex parte cauſæ. Et ſecundo modus eiuſdem tenens ſe ex parte effectus. Si enim attendimus ad modū procedēdi ex parte cauſæ, vniuerſaliter verificatur quòd proceſſio est ſimilis modo exiſtendi in causa, quia est illius modus prius effectus in genere cause efficientis ita quod sicut forma procedens est à forma in causa, & propterea ſimilis illiūs modus procedendi ex parte cauſæ, est à modo præexiſtendi in causa & conſequenter ſi tollis illiūs ita omne agens agit ſibi ſimile. & ſic patet quomodo illa proportio aſſumpta est vera, de modo procedēdi: & optimè probatur per illam maximam. ¶ Sed ſi attendamus modum procedendi ex parte effectus, ſic propoſitio aſſumpta, vt dictū est, nō vniuerſaliter verificatur. nec ad hoc est inducta ſua probatio neque ipſa, quoniam modus iſte, proprie loquēdo, magis est modus participan

di ſecundum, quòd ſit actus cauſetur, & meritō: quia cauſare & cauſari diuerſitatem exigunt. Et ꝓterea vnitas actionis attingentis tot passa cauſalitatē à ſe excludit multiplicitatem autē passionū iuxta numerū passorū cauſalitatē vnī* ab alterā nō excludit. Quo ad propoſitiones verē dicendū videtur, ꝙ nō ſolū primę dicę, ſed etiā tertia bene ſonat, quoniā nō ponit dependētiā volitionis ex parte actī*, ſed ex parte voliti: & expreſſe in loco allegato dicitur ꝙ vnū voliti à Deo eſt cauſa alteri, ꝙ cadat ſub ordine voliti tis diuinæ. Quarta autē, quoniā dependentiā ſignificat ex parte actus, cōcedenda ſeu in vſum deducēda nō eſt ſed ſed pie exponenda, & ex parte voliti interpretanda, ſi alicubi inuenitur. Hinc quoq; habes differētiā inter ſecūdum argumētū & tertium in littera ſe cūdā enim loquitur de cauſis rerū volitarū absolutè. Tertium verò de cauſis rerū in ordine ad volitatē diuinā ex parte tamē voliti, verbi gratia, primū intēdit ꝙ nō ſit querendū, quare homo habet manus: ſecundum verò, ꝙ nō ſit quærendum quare Deus voluit hominē habere manus & illud quidem ſpectat ad primam propoſitionem, hoc ad tertiā ꝓprie loquendo: & ſic intelliges reſponſiones

234 1.dist. 47. art. 1. & 2. 120 1.dist. 41. art. 1. & 2. 1.con. cap. 86. 163 1.dist. 41. art. 1. & 2. 1.con. cap. 86. 135 1.dist. 41. art. 1. & 2. 1.con. cap. 86. 146 1.dist. 41. art. 1. & 2. 1.con. cap. 86. 149 1.dist. 41. art. 1. & 2. 1.con. cap. 86.

¶ *Super Quæſtionis decimænonæ Articulū ſextum.*

IN titulo nota duo. Primē, ꝙ voluntas ſumitur hic non pro velleita te, ſed pro velle ſimpliciter. Secundo ꝙ aliud eſt quærere virtum omne quid fit, De⁹ velit: & aliud, vtrum omne quid fit, hic non quæritur primū, ſed ſecundum: quoniam hoc ſolum importat titulus de primo autem in arti culo nono erit ſermo. ¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſti affirmatiuè: Neceſſe eſt volūtatem Dei ſemper impleri. Probatur ſic. In formis ſic eſt, ꝙ à forma vniuerſali nihil poteſt deficere: quāuis aliquid poſſit deficere ab aliqua forma particulari, ergo hoc idē oporter eſſe in cauſis agentibus: quod extra or dinem agentis ſimpliciter vniuerſalis, ſub quo omnes cauſæ particulares comprehenduntur, nihil fieri poteſt, quamuis extra ordiné alicui⁹ agentis particularis ali quid fiat. Ergo impoſſibile eſt ꝙ diuina voluntas ſuum effectū nō conſequatur, Oportet igitur ipſam ſemper impleri: Antecedens declaratur in prædictis eſſentialiter ordinatis, quoniam ibi manifeſta eſt vniuerſalitas formarū, prima verò conſequentia probatur: quia effectus conformatur agenti ſecundum ſuam formam, ſecunda verò attingēdo vel ſequētia probatur: quia volitas Dei eſt vniuerſalis cauſa omnium rerum. Præter has autem probationes primū cōſequens, quòd eſt propriū fundamentū huius concluſionis, confir

& voluit eum habere intellectum ad hoc quòd eſſet homo: & voluit eum eſſe hominem vt frueretur ipſo*, vel ad complementum vniuerſi. Quæ quidem non eſt reducere ad alios fines creatos vlteriores. Vnde huiuſmodi dependēt ex ſimplici voluntate Dei, alia vero ex ordine etiam aliarum cauſarum.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum voluntas Dei ſemper impleatur.

AD SEXTVM ſic ꝓceditur Videtur ꝙ voluntas Dei non ſemp impleatur. Dicit enim Apoſtolus primæ ad Timot. 2. quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Sed hoc non ita euenit. Ergo voluntas Dei non ſemper impletur.

¶ 2 Præterea, Sicut ſe habet ſciētia ad verum, ita voluntas ad bonum, ſed Deus ſcit omne verū. ergo vult omne bonū. Sed nō omne bonum fit. multa enim bona poſſunt fieri quæ non fiunt. Non ergo voluntas Dei ſemper impletur.

¶ 3 Præterea, Voluntas Dei cùm ſit cauſa prima, non excludit cauſas medias, vt dictum eſt*. Sed effectus cauſę primę potest impediri per defectum cauſæ ſecundæ. Sicut effectus virtutis motiuæ impeditur propter debilitatem tibiæ. Ergo & effectus diuinæ voluntatis pōt impediri propter defectū ſecundarum cauſarum. Non ergo voluntas Dei ſemper impletur.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſal. Omnia quæcunq; voluit Deus fecit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd neceſſe eſt voluntatē Dei ſemper impleri.

¶ Ad cuius euidentiā conſiderandū eſt, ꝙ cùm effectus cōformetur agenti ſecundū ſuā formā, & eadē ratio eſt in cauſis agentibus, quæ eſt in cauſis formalibus. In formis autē ſic eſt, ꝙ licet aliquid poſſit deficere ab aliqua forma particulari, tamen à forma vniuerſali nihil deficere poteſt. Poteſt enim eſſe aliquid, quod non eſt homo, vel viſum, non autem poteſt eſſe aliquid quod non ſit ens. Vnde hoc idē in cauſis agentibus cōtingere oportet. Poteſt enim aliquid fieri extra ordinē alicuius cauſæ particularis agentis, nō autē extra ordinē alicuius cauſæ vniuerſalis, ſub qua omnes cauſæ particulares comprehenduntur*; quia ſi aliqua cauſa particularis deficiat à ſuo effectū, hoc eſt propter aliquā aliam cauſam particularē impedientē, quæ continetur ſub ordine cauſæ vniuerſalis. Vnde effectus ordinē cauſæ vniuerſalis nullo modo poteſt exire. Et hoc etiā patet in corporalibus. Poteſt enim impediri, quod aliqua ſtella nō inducat ſuū effectū. Sed tamen quicunq; effectus ex cauſa corporea impediente in rebus corporalibus conſequatur, oportet quod reducatur per aliquas cauſas medias in vniuerſalem virtutem primi cæli. Cùm igitur voluntas Dei ſit vniuerſalis cauſa omnium rerū impoſſibile eſt, quòd diuina voluntas ſuū effectum non conſequatur. Vnde quod recedere videtur à diuina volūtate ſecundum vnum ordinē, relabitur in ipſam ſecundū alium. Sicut peccator, qui quantum eſt in ſe: recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinē diuinæ voluntatis, dum per iuſtitiam punitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud verbum Apoſtoli, quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, &c. poteſt tripliciter intelligi. Vno modo vt ſit accōmoda diſtributio ſecundū hunc ſenſum, Deus vult ſaluos fieri omnes homines, qui ſaluantur: non quia nullus homo ſit quē ſaluū fieri nō velit: ſed quia nullus ſaluus fitquē non velit ſaluum fieri. vt dicit Auguſtin*. Secundo poteſt intelligi, vt ſiat diſtributio pro generibus ſingulorū, & non pro ſingulis generū, ſecundū hunc ſenſum: Deus vult de quolibet ſtatu homines ſaluos fieri mares & fœminas, Iudęos, & Gētiles paruos & magnos nō tamē oēs de ſingulis ſtatibus. Tertiò ſecundū Damaſce.* intelligitur de voluntate antecedente, non de voluntate cōſequente. Quę quidem diſtinctio non accipitur ex parte ipſius voluntatis diuinæ, in qua nihil eſt prius vel poſterius, ſed ex parte volitorū.

¶ Ad cuius intellectū conſiderandum eſt, quòd vnūquodq; ſecundū quod bonum eſt, ſic eſt volitū a Deo. Aliquid autem potest eſſe in prima ſui cōſideratione, ſecundum quòd abſolutè cōſideratur bonū vel malum, quod tamen prout cū aliquo adiuncto cōſideratur, quæ eſt cōſequens cōſideratio eius. ecōtrario ſe habet. Sicut hominem viuere eſt bonum: & hominem occidi est malū ſecūdū abſolutā cōſiderationē. Sed ſi addatur circa aliquē hominē, ꝙ ſit homicida vel viuens in periculō multitudinis, ſic bonū eſt eum occidi, & malum eſt, eum viuere. Vnde poteſt dici ꝙ iudex iuſtus antecedenter vult omnē hominem viuere, ſed conſequenter vult homicidam ſuſpendi, Similiter Deus antecedēter vult omnem hominem ſaluari: ſed cōſequenter vult quoſdam damnari ſecundum exigentiam ſuæ iuſtitiæ. Neq; tamen id quod antecedēter volumus, ſimpliciter volumus, ſed ſecundū quid: quia voluntas cōparatur ad res ſecundū quòd in ſeipſis ſunt: in ſeipſis autē ſunt in particulari. Vnde ſimpliciter volumus aliquid, ſecundū ꝙ volumus illud, cōſideratis omnibus circunſtantiis particularibus: quod eſt cōſequenter velle. Vnde poteſt dici, ꝙ iudex iuſtus ſimpliciter vult homicidā ſuſpendi, ſed ſecundū quid vellet eū viuere, ſcilicet inquātum eſt homo. Vnde magis poteſt dici vel leitas, quam abſoluta volūtas. Et ſic patet quòd quicquid Deus ſimpliciter vult, fit, licet illud quod antecedēter vult, nō fiat.

¶ Ad ſecundū dicendū, quod actus cognoſcitiuæ virtutis eſt ſecundū ꝙ cognitū eſt in cognoſcente: actus autē virtutis appetitiuę eſt ordinatus ad res ſecūdū quod in ſeipſis ſunt*. Quicquid autē pōt habere rationem entis & veri, totū eſt virtualiter in Deo, ſed nō totum exiſtit in rebus creatis. Et ideo Deus cognoſcit omne verū, nō tamen vult omne bonū: niſi inquantū vult ſe, in quo virtualiter omne bonum exiſtit.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd cauſa prima tunc poteſt impediri à ſuo effectu per defectum cauſæ ſecundæ, quado no eſt vniuerſaliter prima, ſub ſe omnes cauſas cōprehendēs, quia ſic effectus nullo modo poſſet ſuum ordinem euadere. Et ſic eſt de voluntate Dei, vt dictum eſt*.

ARTICVLVS VII.

¶ Virum voluntas Dei ſit mutabilis.

AD SEPTIMVM ſic procedi tur. Videtur ꝙ volūtas Dei ſit mutabilis: dicit enim Dominus Gen. 6 Pœnitet me feciſſe hominē. Sed quemcunq; pœ-

matur, & manifeſtatur. Confirmatur quidem ex ratione deficiendi ab intento effectu: quia ſcilicet eſt cōcurſus alterius cauſæ non cōtentæ vt ſic ſub illia, Ma nifeſtatur autem effectibus ſtellarum, & primi Cæli. Secundum quoque conſequens, quod eſt ipſa concluſio, manifeſtatur ex peccatore: in quo videtur non impleri diuinam voluntatem. & omnia clara ſunt in litera.

¶ Circa hūc proceſſum nota quatuor. Primo, quod effectus, de quo eſt ſermo in litera. non ſumitur hic negatiuè, ſed contrarie: quoniam in vtroque genere cauſæ poteſt defectus negatiue ab vniuerſaliſſima cauſa inueniri. Cæcitas enim non eſt ens, nec tamen eſt enti con traria ſed tali enti, puta viſui; & peccator peccando deficit à diuina voluntate negatiuè. nō enim agit quod Deus vult, non tamen contrarię, vt patebit. Secundo, quod eadem ratio eſt quo ad cauſas agentes & formales quo ad hoc exprteſſum, id eſt, vniuerſalem extentionem: & non oportet quo ad cætera: hoc enim ſequitur ex illa maxima, Effectus conformatur agenti ſecundum formam formam: manifeſtē nanque hinc ſequitur, quòd extenſio formæ & agentis proportionaliter ſe habet. Tertiò, quòd notanter in littera dicitur: peccator recedere videtur à diuina voluntate, quoniam ſimpliciter non agit peccans contra voluntatem Dei conſequentem, vt patet ex eo quod Deus vult permittere hunc nunc fic, &c. peccare ſed agit pro tanto contra diuinam volūtatem, quia contra antecedentem eius voluntatem agit, & quia non volitum Deo voluntate conſequente agit: quia & cōtra præcepta ac prohibitiones eius, quod dicitur in litera, agere cōtra vnum ordinem voluntatis eius facit: & quia digna odio voluntatis diuinæ perpetrat. Quærō, quod ea, quæ hic dicuntur de impedimento cauſarum agētium, intelligenda ſunt formaliter, infrā ordinem cauſarum eſſentialium, vt ſic, quoniam ſi conſideraretur impedimenta materiæ vt ſic, aliter forte dicerētur. Sed de his inferius rit ſermo diffuſius cū, de gubernatione rerum lo quemur. Nunc hæc ſat ſunt quoniam voluntas diuina adeo vniuerſalis eſt cauſa, vt etiam omnis materiæ conditiones eiſdem iubānt.

* Enchi. cap. 103. & lib. 4. contra Iulia. cap. 8.
* 8ćii. 2. ortoth. cap. 29.
87
99
117
* in cor. articu. 121
1. dist. 39. cor. & ad 3. m. & 4. m. Et 1. contra cap. 82. Et li. 2 c. 23. fi. & lib. 3. c. 91 & 78. fi. & pot. q. 3 art. 15. 7.

¶ *Super Quæſtionis decimænonæ Articulum ſeptimum.*

TItulus eſt clarus. ¶ In corpore eſt vnica concluſio reſponſiua quæſtio affirmatiuè: Voluntas Dei eſt omnino immutabilis. Probatur. Voluntas eſt boni. ergo dupliciter tantum poteſt incipere re velle, ſcilicet quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

incipit vel esse vel cognosci sibi bonum. ergo non potest incipere velle absque præsuppositamutatione intellectus, vel dispositionis substātiæ propriæ. ergo non est mutabilis absque aliqua horum mutationum, ergo voluntas Dei est immutabilis omnino. Prima consequentia aliter nō probatur: ipsum tamen cōsequens declaratur quo ad vtranque partem, ex calefieri & consilio. Secunda est per se nota. Tertia autem ex differentia inter mutare voluntatem, & velle mutationem, manifestatur. Quarta demum probatur: quia tam substantia quam scientia Dei est omninò immutabilis.

¶ Circa has consequentias duo nota. Primò, quod antecedens tanquam vulgata propositio est diminute scriptum: subintelligi enim oportet ly intellecti. Et hūc manifeste patet primam consequentiā nō egere probatione, quoniam si velle est tantum respectu boni intellecti oportet quod nona volitio sit aut ex nouitate boni, aut ex nouitate intellectionis. Secūdo, quod tertia consequentia in litera non habetur in se, sed in sua tantum probatione: sed ad clarioratem maioré expressimus illam.

Circa primum cōsequentiam dubium occurrit propter ly sibi in consequēte positum videtur enim quòd illa particula falsificet consequens & non consequatur ex antecedente: Falsum quidem reddat consequens, quia potest aliquis incipere velle, quia incipit esse vel cognosci bonum alteri, vt manifesto patet in amore amicitiæ. Quod non sequatur verò ex antecedente, clare liquet: quoniam bonū alterius sub bono claudit intellecto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd vt patet 8. Ethic. Amabile quidem bonū, vnicuique autem proprium: & propterea voluntas primo est boni proprij secundò autem est bonitatis alieni. vnde & ibidē dicitur, quod amicabilia quæ sunt ad altos, vt nerunt ex amicabilibus quæ sunt ad se. Propter quod consequentia ista si de bono per se primo volito seu volibili intelligatur, est optima formaliter. Si autem de bono vniuersaliter intelligitur, vt antecedens sonat, consequentia tenet etiam formaliter: & fundatur super hoc quod mutabilitas seu nouitas volitionis circa aliena, oritur, ex mutabilitate amoris proprij, & immutabilitas circa aliena ex immutabilitate circa propria. Et hoc rationabiliter: quia amor aliorum oritur ex proprio. Ex hoc enim patet, quod in consequente, alienus amor esti non formaliter, virtualiter tamen est inclusus: & consequenter incipere velle, quia incipit esse vel cognosci bonum alteri, non est alia ratio seu alius modus incipiendi velle ab eis, qui in consequente sunt expressi. Et sic cessat obiectio falsitatis: quia illi alij modi non ponuntur in numerum cum istis, nec ex eluduntur, sed claudūtur in his virtualiter. Et obiectio consequentiæ, quia vt dictum est inferitur nouitas volitionis respectu boni vniuersaliter, quāuis diffomiter: quia respectu proprij formalis, respectu alieni virtualiter. Fecit autem hoc Autor non tantum brauitatis gratia sed ea potius ratione motus: quia de voluntate diuina loquebatur, de qua per spicuum ex dictis erat, quòd alia non vult nisi bonitatem propriam volendo ita quod ipsa sola est ei volendi causa. Et sic in materia, de qua est quæstio sat fuit vniuersalem maiorem de proprio bono assumere, veruntamen formaliter, minor enim iam probata est, scilicet, Deus quic quid vult bonitatē propriam volendo vult.

¶ In responsione ad quartum diligenter aduerte, quod intentio eius est negare in Dei voluntate potentiam ad oppositaquoniam in ea nulla omnino est potentia, sed est velle eius aut necessarium simplicitet, vt velle se aut necessarium immutabiliter, vt velle alia, & huc tendunt manifestè verba litteræ in responsione ex negatione necessarij absolutè, eligendo necessarium immutabiliter: quasi dixisset, quod ex negatione necessarij absolutè nō sequitur potentia seu possibile secundum aliquā potentiā, sed stat quod ponatur necessariū immutabiliter. Non enim cùm dicitur, Deus potest velle hoc, aut oppositum, ly potest, denotat possibile secundū aliquam potentiam, sed possibile ex habitudine terminorum, vt expressè habes in primo contra Gentiles, cap. 83. Et propterea imaginatio Scotica in primo, distinct. 39. quæst. 1. de potentia priore naturaliter actu absq; mutabilitate, quā in voluntate diuina tangit, voluntaria est: omnis enim potentia contradictionis est cū mutabilitate aliqua, vt 9. Metaphysic. habetur & argumentum hoc in litera factum conuincit.

¶ *Super Quæstionis decimanone Articulō octauum.*

IN titulo nota duo. Primo, quod hic est sermo de necessitate absoluta, qua quædam partes vniuersi dicuntur necessariæ, vt corpora cælestia, & intelligentiæ: quidam verò cōtingentia, vt fortuita, & casualia & libera. Secundò, quod aliud est quærere, vtrum omnia sint necessaria: & aliud est quærere vtrum omnia sint necessaria: & aliud est quærere vtrum omnia sint necessaria: & aliud est quærere

Universidad de Deusto
Biblioteca

faret, falsa tamen efficaciæ suæ virtute hoc vniuersum quale nunc est, adhuc contingentia saluaretur. Tum quia essent causæ defectibiles. Tum quia essent agentia libera, puta homines. Et hoc euidentius apparet, si fingamus mundum non esse à Deo sed quasi ex se: tunc enim manifestè apparet, quòd ex hoc ipso, quòd non omnis effectus haberper se causam, aliquid contingenter euenit vt patet 6. Metaphys.

¶ Ad primam autem rationem Scoti multipliciter responderi potest.

¶ Primo distinguendo ly mota, seu ly mouetur Dupliciter enim contingit secundam causam moueri à prima. 238
Vno modo motione præuia propriæ actioni, sicut baculus mouet lapidem motus à manu. Alio modo motione cooperatiua intrinsecè propriæ actioni. & quic quid sit de maiore in primo sensu, in secundo tamen est falsa: in quo tantùm verificatur minor non enim oportet cùm aliquis vult aliquid, seu cùm sol illuminat primã causam præuia motione cooperari, sed sufficit & exigitur eam intrinsecè cooperari talì electioni vel illuminationi. & hoc quia cooperatio in vnoquoque est secundũ naturam vniuscuiusque, sic enim disponit omnia suauiter. Vnde suæ necessario siue liberè cooperetur Deus, nihilminus creata voluntas liberè vitur illa cooperatione. 117

¶ Secundo, distinguendo ly inquantum mota quoniam potest denotare causam præcisam, & post denotate concausam. ꝛ Et si quidem denoter causam præcisam, minor est falsa. nõ enim causa secũda mouetur ob hoc precisè, quia mouetur sed etiam ex virtute propria. Si autem denoter cõcausam, maior est falsa: quoniã sic fiat causam secundam necessariò moueri à prima, & cum hoc ipsum moueri modificari ex natura causæ secundæ, & sic mouere causæ secundæ prouenit non ex moueri tantum, sed ex moueri & modo proprio ipsius causæ secundæ. Ex tali autem modo consurgere potest, quod nõ necessariò moueat, vt patet in causis defectibilibus. illa autem propositio ad iunctã, scilicet causa secunda nihil agit nisi in virtute primæ, non iuuat: quoniam non est sensus quòd causa secunda nullã virtutem habeat nisi primæ, sed quòd ipsa secunda nullum effectum producit nisi virtute primæ concurrentis, & coniungitur vtitutem secũdæ suo effectui: quoniam prima omnia attingit immediate immediatione virtutis, vt in quæstione 8. declaratum est. Ad secundam verò rationem dicitur, quod prima consequentia nihil valet: quoniam prima causa non attingit effectum secundæ causæ in seipsa, sed modificata cooperatione sua iusta modum ipsius causæ secundæ, & propterea effectus secundæ causæ in illo priori haberet necessitatem habitudinem ad primam, sed solum ex se contingenter fieri habitudinem haberet. Illa enim propositio assumpta non est sic intelligenda, quasi sit aliqua duratio naturæ, in cuius primo instanti causa quibusdam effectibus aptauit causas necessarias, quæ deficere nõ possunt ex quibus effectus de necessitate proueniunt quibusdam autem aptauit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingenter eueniant [c]. Non igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt cõtingenter, quia causæ proximæ sunt cõtingẽtes, sed propterea, quia Deus voluit eos cõtingenter euenire contingẽtes causas ad eos præparauit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum. quòd per illum verbũ Augu. intelligenda est necessitas in rebus volitis à Deo, nõ absoluta, sed conditionalis [c]. Necesse est enim hanc conditionalem veram esse, si Deus hoc vult, necesse est hoc esse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd nihil voluntati diuinæ resistit, sequitur quod non solùm fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quòd fiant contingenter vel necessario, quæ sic fieri vult.

¶ Ad tertium, dicendum, quod posteriora habent necessitatem à prioribus secundũ modum priorum. Vnde & ea, quæ fiunt a voluntate diuina, talem necessitatem habent, qualem Deus vult ea habere, scilicet vel absolutam, vel conditionalem tantùm. Et sic non omnia sunt necessaria absolutè.

ARTICVLVS. IX.

¶ Vtrum voluntas Dei sit malorum.

123 1. distin. 49. articu. 4. Et 1. cõtra. c. 95. fin. Et lib. 2. cap. 25. fin. & pot. q. 1. art. 6. & quo. q. 3. artic. 2. * c. 96. cap. 10. & 11.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd volũtas Dei sit malorum. Omne enim bonũ, quod fit, Deus vult, Sed mala fieri bonũ est, dicit enim Augustin Enchi*. Quãuis ea, quæ mala sunt, inquantum mala sunt, non sint bona: tamen vt nõ solum sint bona, sed etiã vt sint mala, bonũ est fieri. Ergo Deus vult mala.

¶ 2 Præterea, dicit Dion. 3. caput de Dino. Erit malum ad omnis, id est, vniuersi perfectionem conferens. Et Aug. dicit in Enchi.* Ex omnibus cõstitit vniuersitatis admirabilis pulchritudo: in qua etiã illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius commodat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis. Sed Deus vult omne illud, quod pertinet ad perfectionem & decorem vniuersi [c], quia hoc est quod Deus maximè vult in creaturis, Ergo Deus vult mala.

¶ 3 Præterea, Mala fieri, & non fieri sunt contradictorie opposita: sed Deus non vult mala non fieri, quia, cùm mala quædam fiant, non semper voluntas Dei impleretur. Ergo Deus vult mala fieri.

¶ SED CONTRA est quod, dicit Aug. in lib. 83. Quæst*. Nullo sapiente homine autore, fit homo deterior. Et autem Deus omni sapiente homine præstantior. multo igitur minus Deo autore fit aliquis deterior. illo autẽ autore fit aliquid quod fit, illo volente. Non ergo volẽte Deo fit homo deterior. Constat autem quòd quolibet malo fit aliquis deterior. Ergo Deus non vult mala.

* quæst. 2. 10. 4

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm ratio boni sit ratio appetibilis (vt supra dictum est*.) malum autẽ opponatur bono, impossibile est, quòd aliquod malũ, inquantũ huiusmodi, appetatur nec appetitu naturali nec animali nec intellectuali, qui est volũtas. Tamẽ aliquod malũ appetitur per accidens [c] inquantum consequitur ad aliquod bonũ. Et hoc apparet in quolibet appetitu. Nõ enim agẽs naturale intendit priuationẽ vel corruptionẽ, sed formam, cui coniungitur priuatio alterius formæ. & generationem vnius, quæ est corruptio alterius. Leo enim occidens ceruum intendit cibum, cui coniungitur occisiõ animalis. Similiter fornicator intendit delectationem, cui cõiungitur deformitas culpæ. Malum autem, quod coniungitur alicui bono, est priuatio alterius boni. Nunquã igitur appeteretur malum, nec per accidens nisi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur, quam bonum quod priuatur per malũ. Nullum autem bonum Deus magis vult, quam suam bonitatem: Vult tamen aliquod bonum magis quam aliud quoddã bonum. Vnde malũ culpæ, quod priuat ordinem ad bonum diuinũ, Deus nullo modo vult sed malum naturalis defectus, vel malum pœnæ vult, volendo aliquod bonum, cui coniungitur tale malum. Sicut volẽdo iustitiam, vult pœnam, & volendo ordinem naturæ seruari, vult quãdam naturaliter corrumpi [c].

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quod quidã dixerunt, quod, licet Deus non velit mala, vult tamẽ mala esse vel fieri, quia, licet mala non sint bona, bonũ tamen est mala esse, vel fieri. Quod ideo dicebant quia eã, quæ in se mala sunt, ordinantur ad aliquod bonum. Quem quidẽ ordinem importari credebãt in hoc, quod dicitur mala esse vel fieri. Sed hoc non rectè dicitur, quia malum non ordinatur ad bonum per se sed per accidẽs. Præter intentionẽ enim peccãtis est, quòd ex hoc sequatur aliquod bonum. Sicut præter intẽtionem tyranno rum fuit, quod ex eorum persecutionibus claresceret patiẽtia martyrum. Et ideo nõ potest dici, quòd talis ordo ad bonum importetur per hoc, quod dicitur, quòd malum esse vel fieri sit bonum, quia nihil iudicatur secundum illud, quod competit ei per accidens, sed secundũm illud, quod competit ei per se.

¶ Ad secundum dicendum, quod malum non operatur ad perfectionem & decorem vniuersi, nisi per accidens, vt dictum est*. Vnde & hoc quod dicit Dion. quòd malum est ad vniuersi perfectionem conferens, concludit inducendo quasi ad inconueniens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet mala fieri & mala nõ fieri, cõtradictorie opponantur: tamen velle mala fieri & velle mala non fieri, non opponuntur contradictorie cum vtrunque sit affirmatiuum. Deus igitur neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri. Et hoc est bonum.

¶ Super Quæstionis decimænonæ Articulum bonum. 9. 5. 2ª 1.

IN titulo aduerte duo.

ꝛ Primò, quòd volũtas hic non sumitur vt se extendit ad velle & nõ velle, eo modo quo videre se extẽdit ad videre & nõ videre: dum visũ percipimus tenebras. Constat enim bonum & malum opponi 26
dare per velle aut non velle. Nec rursus sumitur velle vt se extendit ad velle & nolle: quoniam constat Deũ multa mala nolle, quæcunque suos electos incurre rise tenebras. Constat enim bonum & malum opponi & ad volũtatem spectãt ex hoc quod malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, nõ sequitur quòd non possit esse volitum à Deo per accidens, & scilicet de ipso sequitur: ergo & de quo libet alio malo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod malum culpæ in hoc differt à cæteris malis, quod ipsum quãtum est ex se, est priuatiud boni diuini secundum seipsum, si esset 412
414
412
117
* arti. 3. huius. quæst.
* qu. 13. artic. 3.
125 2. di. 45. artic. vl. & vers. qu. 2. artic. 3.
a dc 14 70 73 3 a 7 a 2 a

ꝛ Secundo, quod autoritati Augustini arguendo additur nihil in litera respondetur, & nisi sit defectus codicis, omissus non videtur: quia ex dictis hic apparet glossa illorũ verborum Augustini, scilicet quod in telligenda sunt per accidens. Malum verò pœnæ præter hoc includit rationem inuoluntarij. culpæ autẽ voluntarij. hic autem quæritur de malo in communi. respondebitur autẽ distinctè.

¶ In corpore vna est cõclusio responsiua quæsito, habens tamen plures partes: Deus nullo modo vult malum culpæ: vult tamen per accidens malum naturalis defectus, & malum pœnæ. ꝛ Probatur: Malum bono oppositum: ergo impossibile est malum apperi, nisi coniunctum bono magis appetito quam alterum bonum priuatum per malũ: ergo impossibile est malũ culpæ esse volitum à Deo possibile tamen est extare lum tam naturalis defectus, quam pœnæ esse a Deo volitum. Prima consequentia probatur, quia ratio boni est ratio appetibilis: & quo ad primam partem declaratur, arguendo ad primam partem probatur, quia nihil est magis volitum à Deo quam bonum suum, cui malum culpæ opponitur. quo ad secundam manifestatur: quia Deus vult vnũ bonũ magis alio, & in pœnalibus quidem magis vult iustitiam quam bonum pœnæ priuatum: in naturalibus quoque magis vult ordinem naturæ, quam vitam huius agni comesti à lupo.

¶ Circa probationem secundæ consequentiæ aduerte, quod in litera non dicitur, quòd malũ culpæ priuat bono diuino, sed quod priuat ordine ad ipsum. ꝛ Et propter hoc dubiũ oritur quia nihil videtur valere illa ratio: omne malum priuat aliquo ordine ad bonitatẽ diuinam: quoniã omnis ordo ad eam est: sicut ad vltimum finem, & primum fontem, &c. ergo ex hoc quod malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, nõ sequitur quòd non possit esse volitum à Deo per accidens, & scilicet de ipso sequitur: ergo & de quo libet alio malo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod malum culpæ in hoc differt à cæteris malis, quod ipsum quãtum est ex se, est priuatiud boni diuini secundum seipsum, si esset priuabile: quemadmodum amor amicitiæ ergã Deum est positiuum boni diuini secundum se, si esset ponibile: cætera autem mala respiciunt bonitatem diuinam in aliquo particulari effectu. ꝛ Et propterea cauẽ in litera vtrunq; infinuatum est scilicet & quod priuaret bono diuino secundum se, in hoc quòd dicit, quod Deus nihil magis vult quam bonitatem suam: & quòd de facto non priuat ipso sed ordine ad ipsum. quod intellige, secundũ seipsum, vt hinc habeas differentiam à cæteris malis. Et per hoc patet responsio ad dubium. Non enim est eadem ratio de ordine ad diuinam bonitatem secundum seipsam, & de ordine ad eam secundum aliquam certam participationem ipsius.

¶ In responsione ad primum aduerte duo. ꝛ Primò, quod in litera iudicium de malo culpæ secundum se fit ex intentione peccantis, propterea, quia malum culpæ non est effectus respectibilis in causas superiores, sed pro propria causa habet ipsum peccantem vt sic. Iudicium autẽ de vnaquaq; re secundum propriam eius causam agendum est. ꝛ Secundo, quod autoritati Augustini arguendo additur nihil in litera respondetur, & nisi sit defectus codicis, omissus non videtur: quia ex dictis hic apparet glossa illorũ verborum Augustini, scilicet quod intelligenda sunt per accidens. Malum verò pœnæ præter hoc includit rationem inuoluntarij. culpæ autẽ voluntarij. hic autem quæritur de malo in communi. respondebitur autẽ distinctè.

¶ In corpore vna est cõclusio responsiua quæsito, habens tamen plures partes: Deus nullo modo vult malum culpæ: vult tamen per accidens malum naturalis defectus, & malum pœnæ. ꝛ Probatur: Malum bono oppositum: ergo impossibile est malum apperi, nisi coniunctum bono magis appetito quam alterum bonum priuatum per malũ: ergo impossibile est malũ culpæ esse volitum à Deo possibile tamen est extare lum tam naturalis defectus, quam pœnæ esse a Deo volitum. Prima consequentia probatur, quia ratio boni est ratio appetibilis: & quo ad primam partem declaratur, arguendo ad primam partem probatur, quia nihil est magis volitum à Deo quam bonum suum, cui malum culpæ opponitur. quo ad secundam manifestatur: quia Deus vult vnũ bonũ magis alio, & in pœnalibus quidem magis vult iustitiam quam bonum pœnæ priuatum: in naturalibus quoque magis vult ordinem naturæ, quam vitam huius agni comesti à lupo.

¶ Circa

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum deus habeat liberum arbitrium.

124 1. distin. 25. q. 1. artic. 1. & 2. con. 38. & Vers. qu. 23. artic. 3. & mot. quæst. 16. artic. 1. & 2. vol. ¶ Et epi. ad Dam. * artic. 1. præced. lib. 2. capitu. 3.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non habeat liberũ arbitriũ. Dicit enim Hieronymus in Homilia de filio prodigo*, Solus Deus est in quẽ peccatum nõ cadit, nec cadere potest: cætera cùm sint liberi arbitrij, in vtranque partem flecti possunt.

¶ 2 Præterea, Liberum arbitriũ est facultas rationis & volũtatis, qua bonum & malũ eligitur: sed Deus non vult malũ, vt dictũ est*. Ergo liberum arbitriũ non est in Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicit Ambrosius in lib. de fide*. Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult, id est libero volũtatis arbitrio nõ necessitatis obsequio.

¶ RESPONDEO dicendum, quod liberum arb. habemus respectu eorũ, quæ nõ necessario volumus, vel naturali instinctu. Non enim ad li. ar. pertinet quòd volumus esse felices, sed ad naturalem instinctũ [c]. Vnde & alia animalia quæ naturali instinctu mouentur ad aliquid, nõ dicuntur libero arbitrio moueri [c] Cùm igitur Deus ex necessitate suam bonitatem velit, alia verò non est necessitate (vt suprà ostensum est*) respectu illorum, quæ non ex necessitate vult, lib. ar. habet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod Hierony. videtur excludere à Deo lib. arbitrium nõ simpliciter, sed solum quantũ ad hoc, quod est deflectiin peccatum.

¶ Ad secundum dicẽdum, quod, cùm malum culpæ dicatur per auersionem à bonitate diuina: per quam Deus omnia vult (vt suprà ostensum est*) manifestum est quod impossibile est eum malum culpæ velle. Et tamen ad opposita se habet, inquantum velle potest hoc esse, vel non esse. Sicut & nos non peccando possumus velle sedere, & non velle sedere.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum sit distinguenda in Deo voluntas signi.

125 2. dist. 45. artic. vl. & vers. qu. 2. artic. 3.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit distinguẽda in Deo voluntas signi. Sicut enim volũtas Dei est causa rerum, ita & sciẽtia, sed nõ assignãtur aliqua signa ex parte diuinæ scientiæ: Ergo neque debẽt assignari aliqua signa ex parte diuinę voluntatis.

¶ 1 Præterea, Omne signum, quod non concordat ei, cuius est signum, est falsum. Si igitur signa, quæ assignantur circa voluntatem diuinam, non concordant diuinæ voluntati, sunt falsa: si autem concordant, superfluè assignantur. Non igitur sunt alia signa circa voluntatem diuinam assignanda.

¶ SED CONTRA est, quòd voluntas Dei est vna, cùm ipsa sit Dei essentia: quando autem pluraliter significatur, vt cùm dicitur, Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. Ergo oportet, quòd aliquando signum voluntatis pro voluntate accipiatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quod in Deo quædam dicuntur propriè, & quædam secundum metaphoram, vt ex suprà dictis patet*. Cùm autẽ aliquæ passiones humanæ in diuinam prædicationem metaphoricè assumũtur, hoc fit secundum similitudinem effectus vnde illud, quod est signum talis passionis in nobis, in Deo nomine illius passionis metaphoricè significatur. Sicut apud nos irati punire consueuerũt. Vnde ipsa punitio est signum iræ. & propter hoc ipsa punitio nomine Iræ significatur, cum Deo attribuitur. Similiter id, quod solet esse in nobis signum volũtatis, quandoque metaphoricè in Deo voluntas dicitur. Sicut cũ aliquis præcipit aliquid, signum est, quòd velit illud fieri. Vnde præceptum diuinum quãdoque metaphoricè voluntas Dei dicitur, secundum illud Mathæi 6. Fiat volũtas tua: sicut in cœlo & in terra. Sed hoc distat inter volũtatẽ & irã quia ira de Deo nunquam propriè dicitur cùm in suo principali intellectu includat passionem: voluntas autem propriè de Deo dicitur. Et ideò in Deo Distinguitur volũtas propriè, & metaphoricè dicta. Volũtas enim propriè dicta vocatur volũtas beneplaciti. Volũtas autem metaphoricè dicta est voluntas signi, eo quòd ipsum signum voluntatis voluntas dicitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd scientia nõ est causa eorum, quę fiunt, nisi per voluntatẽ [c]. Non enim quę scimus facimus, nisi velimus. Et ideo signum non attribuitur scientię, sicut attribuitur voluntati.

¶ Ad secundum dicendum, quod signa voluntatis dicuntur voluntates diuinæ, non quia sint signa quod Deus velit, sed quia ea, quæ in nobis solent esse signa volendi, in Deo diuinæ voluntates dicuntur. Sicut punitio non est signum quòd in Deo sit ira, sed punitio ex eo ipso quod in nobis est signum iræ, in Deo dicitur ira.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque signa.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter circa diuinam voluntatẽ ponãtur quinque signa scilicet prohibitio, præceptum, consiliũ, operatio, & permissio. Nam eadẽ quæ nobis præcipit Deus, vel consulit, in nobis quandoq; operatur: & eadem quæ prohibet, quandoque permittit. Ergo non debent ex opposito diuidi.

¶ 2 Præterea, Nihil Deus operatur, nisi volens vt dicitur Sapientiæ 11. Sed voluntas signi distinguitur à voluntate beneplaciti. Ergo operatio sub voluntate signi comprehendi non debet.

¶ 3 Præterea, Operatio & permissio communiter ad omnes creaturas pertinent, quia in omnibus Deus operatur, & in omnibus aliquid fieri permittit. Sed præceptum, consilium, & prohibitio pertinent ad solam rationalem creaturam. Ergo non veniunt cõuenienter in vnam diuisionem, cum non sint vnius ordinis.

¶ 4 Præterea, Malũ pluribus modis cõtingit quã bonum: quia bonũ contingit vno modo, sed malũ omnifariam, vt patet per Philosophũ in 2. Ethi.* & per Diony. in 4. c. de diu. no. Inconuenienter igitur respectu mali assignatur vnũ signũ tantum, scilicet prohibitio: respectu verò boni duo signa, scilicet consiliũm & præceptum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ huiusmodi signa voluntatis dicuntur ea, quibus consueuimus demonstrare nos aliquid velle. potest autẽ aliquis declarare se velle aliquid, vel per se ipsum, vel per aliũ: per se ipsum quidem, inquantum facit aliquid vel directè rel indirectè, & per accidens: Directè quidẽ, cũ per se, aliquid operatur: & quantũ ad hoc, dicitur esse signum operatio: Indirectè autem, inquantũ non impedit

Titulus in corpore & ex vsu clarus est quo ad quid nominis quod hic sufficit.

¶ In corpore vna conclusio responsiua, Deus habet liberum arbitrium. Probatur: Deus vult non ex necessitate alia à se. ergo respectu illorum habet liberum arbitrium. probatur consequentia: quia liberum arbitrium est eorum, quæ non necessario, vel naturali instinctu vult vel vltra: quæ manifestatur: & in nobis respectu felicitatis: & in aliis animalibus, respectu eorũ, quæ naturali instinctu appetunt.

¶ Super Quæstionis decimænonæ Articulum vndecimum. 84

Titulus in corpore declarabitur, quo ad illum terminum, volũtas signi. Iy verò distinguenda, signat non participationem ipsius volũtatis signi in plures, sed distinctionem ipsius à voluntate beneplaciti, de qua hactenus habitus est sermo. Ita quod sensus quæstionis est, vtrum distinguenda sit volũtas signi in Deo à voluntate simpliciter seu beneplaciti.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, In Deo distinguitur voluntas signi à voluntate simpliciter. ꝛ Manifestatur, In Deo signum voluntatis dicitur voluntas: ergo voluntas dicitur in Deo metaphoricè: ergo distinguenda est voluntas signi à voluntate beneplaciti. Antecedens declaratur autoritate Mathæi 6. consequentia verò prima manifestatur ex proportionalitate signi alicuius passionis & signi volũtatis: vt patet in ira & punitione, &c. secunda autẽ confirmatur ex differentia inter iram & voluntatẽ, in hoc quod illud inuenitur etiam propriè in Deo: & ex terminis quia voluntas signi nihil aliud est quàm voluntas metaphoricè dicta: voluntas verò beneplaciti, est volũtas propriè dicta. Vnde patet quòd distinctio voluntatis diuinæ in voluntatem beneplaciti & signi non est distinctio eri, sed vocis in suas significationes.

126 1. di. 45. artic. 4. & veri. qu. 23. artic. 3.

¶ Super Quæstionis decimænonæ Articulum duodecimum.

Titulus in primo argumento explanatur, dum explicantur ipsa quinque signa in versu contenta, Præcipit, ac phibet, permittit, consulit, implet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore vnica est cõclusio respõsiua affirmatiuè: Ista quinq; signa cõuenienter ponuntur circa diuinam voluntatem. ¶ Manifestatur primo ex parte volentis, ex eo quòd his quinq; modis declaramus nos aliquid velle. Secundo ex parte voliti ex eo quod dicta quinque ponunt penes præsens, vel futurũ malum & bonum necessariũ & superabundans, interferuntq; ita sit de facto, scilicet q; hæc quinq; dicãtur diuinæ voluntates autoritate Matth. 6. & Augustini.

¶ *Super quæstionis vigesimæ Articulum primũ.*

Tertius clarus est quæ fit enim de inesse formaliter ita enim manifestum est omnia in Deo esse virtualiter.

¶ In corpore vnica est cõclusio resp: ptiua quæsito affirmatiue. In Deo est amor. ¶ Probatur: Motus voluntatis & cuiuslibet appetitiuæ virtutis tendit in bonũ per se, in malũ autẽ p aliud: ergo primus voluntatis motus & cuiuslibet appetitiuæ virtutis est in bonũ in cõi: ergo prim⁹ actus volũtatis & appetitus est amor: ergo in quocũq; est volũtas vel appetitus oportet esse amor: ergo in Deo necesse est ponere amorẽ. Antecedens declaratur quia malum non cadit sub appetitu: nisi inquãtum opponitur bono. ¶ Cõsequentia vero prima quo ad primã partẽ scilicet q; primus actus tendat in bonũ. Probatur ex eo q; id quod est per se, prius est eo q; est per aliud. Q; ao ad secundã vero scilicet, in cõi, quia cõmunius naturaliter est prius: cuius signũ ad propositũ est, q; intellectu, prius respicit verũ cõe, quã vera particularia. ¶ Secũda autẽ cõsequtia probatur ex differẽtia obiecti amoris ad obiecta aliorũ actuũ voluntatis & appetitus quia amor est respectu boni in cõi: delectatio autẽ spes & delectatio respectu boni specialis, puta præsentis vel futuri. Et cõfirmatur ex hoc q; pes alij motus appetitiui nascũtur ex amore: quid manifestatur inductiuè in actibus desiderij, gaudij, odij tristitiæ, &c. ¶ Tertiã autẽ cõsequẽtia probatur: quia remoto primo remouentur alia. Quarta autẽ probatur: quia in Deo est volũtas.

¶ Circa prædicta duo occurrunt notanda. ¶ Primo, q; cũm in litera dicitur, q; amor respicit bonũ in cõmuni, ly in cõmuni, non significat idẽ quod vniuersale, sed significat idem quod absolutè. Amor enim omnis est boni absque alia limitatione, delectatio autem est boni coniuncti, &c. Dixit autẽ hoc quia litera visque ad vltimam consequentiam loquitur tam de amore qui est in appetitu sensitiuo, quem constat nõ attingere bonũ secundum sensum vniuersale hoc absolutè. Nec tamẽ efficacię illius probationis quod est cõmunius naturaliter est prius, per hoc aliquid admittitur: quoniam bonum absolutè, ad bonũ cum certa conditione se habet vt gaudium amor, & huiusmodi, & habitus moralium virtutum vt iustitia, fortitudo, & hu usmodi. Vnde primo considerabimus de amore Dei. Secundo de iustitia Dei & misericordia eius.

¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primo vtrum in Deo sit amor. ¶ Secundò, vtrum amet omnia. ¶ Tertio, vtrum magis amet vnum quam aliud. ¶ Quartò, vtrum meliora magis amet.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum amor sit in Deo.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; amor non sit in Deo. Nulla enim passio est in Deo. Amor est passio. Ergo amor non est in Deo. 127

¶ 2 Præterea, Amor, ira, tristitia, & huiusmodi contra se diuiduntur. Sed tristitia, & ira non dicuntur de Deo nisi metaphoricè: Ergo nec amor.

¶ 3 Præterea, Dionysius dicit 4. cap. de Diui. nomi. Amor est vis vnitiua & concretiua: Hoc autem in Deo locum habere non potest cum sit simplex. Ergo in Deo non est amor.

¶ SED CONTRA est quod dicitur primæ Ioan. 4. Deus charitas est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere amorẽ in Deo. Primus enim motus volũtatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis est amor. Cũ enim actus volũtatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis tẽdat in bonum & malũ, sicut in propria obiecta: bonum autẽ principalius & per se est obiectum voluntatis & appetitus: malum autem secũdariò & per aliud, inquantum scilicet opponitur bono: oportet naturaliter esse priores actus voluntatis & appetitus, qui respiciũt bonũ his qui respiciũt malum vt gaudium quam tristitia & amor quam odium. Semper enim quod est per se, prius est eo quod est per aliud. Rursus quod est cõmunius, naturaliter est prius. Vnde & intellectus per prius habet ordinẽ ad verũ cõmune, quam ad particularia quædam vera. Sunt autem quidã actus voluntatis & appetitus respicientes bonum sub aliqua speciali conditione: sicut gaudium delectatio est de bono præsenti & habito, desiderium autem & spes de bono nondũ adepto. Amor autem respicit bonum in communi siue sit habitũ siue nõ habitũ. Vnde amor naturaliter est primus actus volũtatis & appetitus. Et propter hoc omnes alij motus appetitiui præsuppõnt amorẽ, quasi primã radicẽ. Nullus enim desiderat aliquid nisi bonum amatũ: neque aliquis gaudet nisi de bono amato. Odium etiã non est nisi de eo, quod contrariatur rei amatæ. Et similiter tristitiam & cætera huiusmodi, manifestum est in amorem referri sicut in primum principiũ. Vnde in quocunq; est voluntas vel appetitus, oportet esse amorẽ. Remoto enim primo remouentur alia. Ostensum est autem *in Deo esse voluntatem. Vnde necesse est in eo ponere amorem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vis cognitiua non mouet nisi mediante appetitiua: & sicut in nobis ratio vniuersalis mouet mediãte ratione particulari, vt dicitur in tertio de Anima, *ita appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, mouet in nobis mediante appetitu sensitiuo. Vnde proximũ motiuum corporis in nobis est appetitus sensitiuus. Vnde semper actum appetitus sensitiui concomitatur aliqua transmutatio corporis, & maximè circa cor, quod est primũ principium motus in animali. Si igitur actus appetitus sensitiui, inquantũ habent trãsmutationẽ corporalem annexam, passiones dicuntur, non autẽ actus voluntatis. Amor igitur & gaudium & delectatio secundũ q; significãt actus appetitus sensitiui, passiones sunt non autẽ secundũ quod significãt actus appetitus intellectiui. Et sic ponuntur in Deo. Vnde dicit Philos. in 7. Eth. * quod Deus vna & simplici operatione gaudet. Et eadem ratione sine passione amat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in passionibus sensitiui appetitus est considerare aliquid quasi materiale, scilicet corporalem transmutationẽ: & aliquid quasi formale, q; est ex parte appetitus. Sicut in ira (vt dicitur in primo de Anima) materiale est * accensio sanguinis circa cor vel aliquid huiusmodi, formale vero appetitus vindictæ. Sed rursus ex parte eius, q; est formale in quibusdam horum designatur aliqua imperfectio. Sicut in desiderio, quod est boni non habiti, & in tristitia, quæ est mali habiti. Et eadem ratio est de ira, quæ tristitiam supponit. Quædam verò nullam imperfectionem designãt, vt amor & gaudium. Cùm igitur nihil horum Deo conueniat secundum illud, quod est materiale * in eis (vt dictum est *) illa, quæ imperfectionem important, etiam formaliter attribuuntur Deo conueniunt non possunt, nisi metaphoricè propter similitudinem effectus, vt supra dictum est. * Quæ autem imperfectionem non important, de Deo propriè dicuntur, vt amor & gaudium: tamen sine passione vt dictum est *.

¶ AD TER

¶ Ad tertium dicendũ, quod actus amoris semper tẽdit in duo, scilicet in bonum quod quis vult alicui, & in eum, cui vult bonũ. Hoc enim est propriè amare aliquẽ velle ei bonũ. Vnde in eo, q; aliquis amat se, vult bonũ sibi. Et sic illud bonum quærit sibi vnire, inquantũ potest. Et pro tãto dicitur amor vis vnitiua etiã in Deo, sed absq; cõpositione: quia illud bonũ, quod vult sibi, non est aliud quàm ipse, qui est pro suam essentiam bonus, vt suprà ostensum est *. In hoc vero, quòd aliquis amat aliũ, vult bonum illi. Et sic vitur eo tanquã seipso, referens bonũ ad illum, sicut ad seipsum. Et pro tãto dicitur amor vis cõcretiua, quæ aliũ aggregat sibi, habẽs se ad eũ sicut ad seipsum. Et sic etiã amor diuinus est vis concretiua absque compositione. quæ sit in Deo, inquantũ aliis bona vult.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum Deus omnia amet.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Deus nõ omnia amet. Quia secundũ Dio. 4. c. Diuin. nom. amor autẽ amãtem extra se ponit, & eum quodammodo in amatum trãsfert. Inconueniens autem est dicere, quod Deus extra se positus, in alia transferatur. Ergo in cõueniens est dicere, quòd Deus alia à se amet.

¶ 2 Præterea, Amor Dei æternus est. Sed ea, quæ sunt alia à Deo, non sunt ab æterno nisi in Deo. Ergo Deus non amat ea nisi in seipso. sed secundum quòd sunt in eo, non sunt aliud ab eo. Ergo Deus nõ amat alia à seipso.

¶ 3 Præterea, Duplex est amor, scilicet cõcupiscentiæ & amicitiæ. sed Deus creaturas irrationales nõ amat amore cõcupiscentię: q; a nullius extra se eget. Nec etiã amore amicitiæ: quia nõ potest ad res irrationales haberi, vt patet per Philosophum in 8. Ethicorũ *. Ergo Deus non omnia amat.

¶ 4 Præterea, In Psal. dicitur, Odisti omnes qui operãtur iniquitatem. Nihil autem simul odio habetur & amatur. Ergo Deus non omnia amat.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus omnia existẽtia amat. Nã omnia existentia, inquãtũ sunt, bona sunt. Ipsum enim esse cuiuslibet rei quoddam bonũ est, & similiter quælibet perfectio ipsius. Ostẽsum est autem suprà *, q; voluntas Dei est causa omnium rerũ. Et sic oportet, quòd intantũ habeat aliquid esse, aut quodcunque bonum, inquantũ est volitum à Deo. Cuilibet igitur existẽti, Deus vult aliquod bonũ. Vnde, cùm amare nil aliud sit, quam velle bonũ alicui *, manifestum est, quòd Deus omnia quæ sunt, amat. Non tamẽ eo modo, sicut nos. Quia enim voluntas nostra nõ est causa bonitatis rerũ *, sed ab ea mouetur sicut ab obiecto: amor noster, quo bonũ alicui volumus, nõ est causa bonitatis ipsius, sed econuerso bonitas eius vel vera vel æstimata prouocat amorem, quo ei volumus & bonũ cõseruari, quod habet, & addi, quod non habet: & ad hoc operamur. Sed amor Dei est infundens & creans bonitatem in rebus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd amans sic sit extra se in amatum translatũ inquantum vult amato bonũ, & operatur per se suam prouidentiã, sicut & sibi. Vnde dicit Dion. 4. c. de Diui. nom. Audendũ est autem & hoc pro veritate dicere quòd & ipse omniũ causa per abundantiã amatiuæ bonitatis, extra seipsum fit ad omnia existentia prouidentiis.

¶ Ad secundũ dicẽdum, quòd licet creaturæ ab æterno nõ fuerint nisi in Deo *, tamen per hoc quòd ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno Deus cognouit res in propriis naturis. Et eadẽ ratione amauit. Sicut & nos per similitudines rerum, quæ in nobis sunt cognoscimus res, in seipsis existentes.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd amicitia non potest haberi nisi ad rationales creaturas, inquibus contingit esse redamationem & communicationẽ in operibus vitæ: & quibus cõtingit bene euenire, vel male secũdum fortunam & fœlicitatem: sicut & ad eas propriè benevolentia est. Creaturæ autẽ irrationales non possunt pertingere ad amandum Deum, neque ad cõmunicationẽ intellectualis & beatæ vitæ, qua Deus viuit. Sic igitur, Deus, propriè loquendo, nõ amat creaturas irrationales amore amicitię, sed amore cõcupiscentiæ, inquantum ordinat eas ad rationales creaturas: & etiam ad seipsum, nõ quasi eis indigeat, sed propter suam bonitatem & nostrã vtilitatem. Cõcupiscimus enim aliquid & nobis & aliis.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd nihil prohibet vnum & idem secundum aliquid amari, & secundũ aliquid odio haberi. Deus autem peccatores inquantum sunt naturæ quædam amat. Sic enim & sunt & ab ipso sunt. Inquantũ verò peccatores sunt, non sunt, sed ab esse deficiunt. Et hoc in eis à Deo non est. Vnde secundum hoc ab ipso odio habentur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus æqualiter diligat oía. Dicitur enim Sapi. 6. æqualiter est ei cura de omnibus. Sed prouidẽtia Dei, quã habet de rebus, est ex amore, quo amat res. Ergo æqualiter amat omnia.

¶ 2 Præterea, Amor Dei est eius essentia. Sed essentia Dei magis & minus non recipit. Ergo nec amor eius. Non igitur quędam aliis magis amat.

¶ 3 Præterea, Sicut amor Dei se extendit ad res creatas, ita & scientia & voluntas. Sed Deus non dicitur scire quædam magis quam alia, neque magis velle. Ergo nec magis quædã aliis diligit.

¶ SED CONTRA est quod dicit Augu. super Io. * Omnia diligit Deus quæ fecit, & interea magis diligit creaturas rationales: & illis eas amplius, quæ sunt membra vnigeniti sui: & multo magis ipsum vnigenitum suum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum amare sit velle bonum alicui, duplici ratione potest aliquid magis vel minus amari. Vno modo ex parte ipsius actus voluntatis, quiest magis vel minus intensus. Et sic Deus nõ magis quædã aliis amat quia omnia amat vno & simplici actu volũtatis *, & semper eodem modo se habente. Alio modo ex parte ipsius boni, quod aliquis vult amato. Et sic dicimur aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonũ: quamuis nõ magis intẽsa volũtate. Et hoc modo necesse est dicere, quòd Deus quædã aliis magis amat. Cùm enim amor Dei sit causa bonitatis rerum, (vt dictum est *) non esset aliquid alio melius, si Deus non vellet vni maius bonum quam alteri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicitur Deo æqualiter esse cura de omnibus, non quia æqualia bona sua cura omnibus dispenset, sed quia ex æquali sapientia & bonitate omnia administrat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de intensione amoris ex parte actus voluntatis, qui est diuina essentia Bonum autem, quod Deus creaturæ vult nõ est diuina essentia. Vnde nihil prohibet illud intendi vel remitti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intelligere & velle significant solũm actus, non autem in sua significatione includunt aliqua obiecta, ex quorum diuersitate possit dici Deus magis vel minus scire aut velle, sicut circa amorem dictum est *.

ARTICVLVS IIII.

An Deus semper magis diligat meliora.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q; Deus non semper diligat meliora. Manifestum est enim q; Christus est melior toto genere humano cum sit Deus & homo. Sed Deus magis dilexit genus humanũ, quã Christũ: quia dicitur Ro. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ 2 Præterea, Angelus est melior hoie. Vnde in Psal. dicitur de hoie. Minuisti eũ paulominus ab Angelis. Sed Deus plus dilexit

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quę sito affirmatiuè Deus magis diligit meliora, probatur: Voluntas Dei est causa bonitatis in re bus: ergo Deũ magis diligere aliq d, nihil aliud est quã velle illi maius bonũ, ergo ex hoc aliqua sunt meliora quod Deus magis bonũ vult. ergo meliora plus amat.

Tertius clarus est.

¶ In corpore vnica cõclusio est: Deus amat omnia existẽtia, nõ tamẽ eo modo sicut nos. Hæc conclusio quo ad primam partem sic probatur. Omnia existẽtia quantum sunt, bona sunt, & sic quod hoc habent inquantũ sunt volita à Deo: ergo cuilibet existenti Deus vult aliquod bonum: ergo Deus omnia quę sunt, amat. Antecedens quo ad primam partem probatur quia ipsum esse & quælibet rei perfectio bonitas quædã est. quo ad secundam verò quia voluntas Dei est causa rerum: cõsequentia vero prima probatione non eget. secũda autem probatur ex eo, q; amare nihil aliud est quam velle alicui bonũ Quo ad secundam autẽ partẽ manifestatur conclusio, quia amamus motũ à bonitate rei amatæ, Deus autẽ amat creãdo & infundendo bonitatẽ quam amat.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum tertium.*

Tertius clarus est.

¶ In corpore duo facit. ¶ Primo distinguit quod inæqualiter amatẽ contingit dupliciter & probat distinctionẽ ex eo, q; amare est velle bonũ alicui. ¶ Secũdo respondet quæsito dubio conclusionibus iuxta prædicta membra distinctionis. ¶ Prima conclusio est: Deus ex parte actus amandi est æqualiter amat. probatur. Amat vno simplici & semper eodem modo se habente actu volũtatis: ergo æqualiter. Secunda conclusio est: Deus ex parte boni volũti amato, quædã amat magis aliis. probatur. Si Deus non vellet vni maius bonum quam alteri: non esset aliquid melius. hoc est manifestè falsum: ergo cõsequẽtia probatur: quia amor Dei est causa bonitatis rerum.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum quartum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In responsione ad quintum dubiū ingerūt verba in calce posita scilicet q̄ peccator prædestinatus secūdū aliquod tempus non est nec bonus neque malus. Videtur enim sententia hæc & falsa & cōtra Autoris doctrinam: quoniā tam angelus quam homo secūdū ipsum fuit creatus in gratia: & quilibet homo contrahit peccatū originale. Et dato quod non essent creati in gratia vno tantū instanti, & nō per aliquod tempus fuissent neq; boni neq; mali: omnino igitur apparent hæc verba falsa.

*Tract. vlti.

Ad hoc tripliciter dicitur.

*Super Esai. c.3.

¶ Primo, quod hæc verba sunt vera de possibili: quicquid sit de facto: & nomine temporis intelligitur omnis mensura durationis etiam instantanea. Tam angelus enim quam homo quādoq;, scilicet in primo instanti potuit esse neque bonus neq; malus immortaliter,

¶ Secundò, quod verificantur de bonitate & malitia morali personali, id est per propriū actum. Infans enim quāuis sit malus peccato naturæ ex proprio tamen opere neque bonus neque malus est.

*art. 2. & 3. præc.

¶ Tertiò, quòd ista sunt simpliciter vera & absolutè intelligenda absq; restrictione aliqua & licet peccator prædestinatus postquam habuit esse, semper fuerit bonus aut malus: quandoquidem tamen, scilicet per infinitum tempus quo non fuit neque bonus neque malus fuit.

¶ Et hæc expositio magis formalis est & proposito consona, & absq; quæstione. Intendit enim litera docere non esse mirum peccatorem prædestinatū esse p aliquo tempore peiorē & minus amatum, ex eo q̄ pro aliquo tempore nō erat aliquo modo amatus, quando scilicet non erat: quoniam tunc neq; bonus neq; malus erat, vniuersaliter loquendo de bono & malo vt patet.

*Articu. præced.

¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum primum.*

129

TItulus vt iam patet ex dictis quærit, vtrum iustitia sit formaliter in Deo.

Cōmēt. 536

¶ In corpore duo facit. ¶ Primo enim distinguit iustitiam in duas species, scilicet communitatiuam, & distributiuā. ¶ Secūdo respondet quæsito duabus conclusionibus, iuxta numerum specierum iustitiæ. ¶ Prima conclusio est negativa, In Deo nō est iustitia communitatiua, probatur autoritate Apostoli. Quis prior, &c. ¶ Secunda est affirmativa, In Deo est iustitia distributiua: & probatur. Iustitia distributiua est,

* Loco citato in arg.

xit hominē quam Angelum. Dicitur enim Heb.2. Nusquā Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehēdit. ergo Deus nō semper magis diligit meliora.

¶ 3 Præterea, Petrus fuit melior Ioanne: quia plus Christū diligebat. Vnde Dominus sciens hoc esse verū, interrogauit Petrū dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? Sed tamē Christus plus dilexit Ioannem quā Petrū. Vt enim dicit Augu. super illud Io.20.* Simō Ioannis diligis me? hoc ipso signo Ioannes à cæteris discipulis discernitur: nō q̄ solum eum, sed quòd plus eum cæteris diligebat. Non ergo semper magis diligit meliora.

¶ 4 Præterea, Melior est innocēs pœnitēte cùm pœnitentia sit secunda tabula post naufragiū, vt dicit* Hier. Sed Deus plus diligit pœnitentē quā innocentē, q̄ plus de eo gaudet. Dicitur enim Luc.15. Dico vobis q̄ maius gaudiū erit in cœlo super vno peccatore pœnitētiam agente, quam super nonagintanouē iustis, qui non indigent pœnitentia. Ergo Deus nō semper magis diligit meliorem.

¶ 5 Præterea, Melior est iustus ꝑscitus quā peccator prædestinatus. Sed Deus plus diligit peccatorē prædestinatum, quia vult ei maius bonū, scilicet vitam æternā. Ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ SED CONTRA Vnumquodq; diligit sibi simile, vt patet p illud, quod habetur Eccl.13. Omne animal diligit sibi simile. Sed intantum aliquid est melius, inquantū est Deo similius. Ergo meliora magis diliguntur à Deo.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ necesse est dicere secundū prædicta* q̄ Deus magis diligat meliora. Dictū est enim, quod Deū diligere magis aliquid, nihil aliud est quam ei maius bonū velle. Volūtas enim Dei est causa bonitatis in rebus. Et sic ex hoc sunt aliqua meliora, quod Deus eis maius bonum vult. Vnde sequitur quòd meliora plus amet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus Christum diligit, non solùm plus quam totum humanum genus, sed etiam magis quā totam vniuersitatē creaturarum: quia scilicet ei maius bonum voluit, quia dedit ei nomē, quod est super omne nomen, vt verus Deus esset. Nec eius excellētiæ deperiit ex hoc, q̄ Deus dedit eū in mortē pro salute humani generis: quinimo ex hoc factus est victor gloriosus. Factus enim est principatus super humerum eius, vt dicitur Esa.9.

¶ Ad secundum dicendū, q̄ naturam humanam assumptā à Dei verbo in persona Christi (secundum prædicta*) Deus plus amat quam omnes Angelos, & melior est maximè ratione vnionis. Sed loquēdo de humana natura cōmuniter, eam Angelice comparando secundū ordinē ad gratiā & gloriam, equalitas inuenitur[c]: cum eadem sit mensura hominis & Angeli, vt dicitur Apo.10. ita tamen q̄ quidā Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines quibusdā Angelis, quantum ad hoc potiores inueniuntur. Sed quantum ad conditionem naturæ Angelus est melior homine. Nec ideo naturam humanam assumpsit Deus quia hominem absolutè plus diligeret, sed quia plus indigebat. Sicut bonus paterfamilias aliquid pretiosius dat seruo ægrotanti, quod non dat filio sano.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc dubitatio de Petro & Ioanne multipliciter soluitur. Aug.* namque refert hoc ad mysterium dicens, q̄ vita actiua, quæ significatur per Petrū, plus diligit Deum quam vita contemplatiua, quæ significatur per Ioannem, quia magis sentit præsentis vitę angustias, & æstuātius ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplatiua verò vitam Deus plus diligit: quia magis eā conseruat. Non enim finitur simul cum vita corporis, sicut vita actiua.

¶ Quidam verò dicunt, q̄ Petrus plus dilexit Christum in membris. Et sic etiam à Christo plus fuit dilect⁹. Vnde ei Ecclesiā cōmēdauit. Ioannes verò pl⁹ dilexit Christum in seipso. Et sic etiā plus ab eo fuit dilectus. Vnde ei cōmendauit matrem. Alii verò dicūt, quòd incertum est, quis horū plus Christū dilexerit amore qualitatis, & similiter quē Deus plus dilexerit in ordine ad maiorem gloriā vitæ æternæ. Sed Petrus dicitur plus dilexisse, quantum ad quandā promptitudinē, vel feruorē. Ioannes verò plus dilectus quantū ad quędam familiaritatis indicia quæ Christus ei magis demonstrabat propter eius iuuentutē & puritatem. Alii verò dicunt, q̄ Christus plus dilexit Petrū, quantum ad excellentius donū charitatis: Ioannem verò plus, quantum ad donū intellectus. Vnde simpliciter Petrus fuit melior & magis dilectus: Sed Ioannes secūdum quid. Præsumptuosum tamen videtur hoc diiudicare, quia dicitur Prouerb.16. Spiritū q̄ pondera tor est Dominus & non alius[e].

¶ Ad quartum dicendum, q̄ pœnitentes & innocentes se habent sicut excedētia & excessa. Nā siue sint innocentes, siue pœnitētes, illi sunt meliores & magis dilecti, q̄ plus habent de gratia. Cæteris tamē paribus innocētia dignior est & magis dilecta. Dicitur tamē Deus plus gaudere de pœnitente quàm de innocente: quia plerunque pœnitētes cautiores, humiliores, & feruētiores resurgunt. Vnde Greg.* dicit ibidē, quòd dux in prælio eum militē plus diligit, qui post fugā cōuersus fortiter hostē premit, quā qui nunquā fugit, nec vnquā fortiter fecit. Vel alia ratione, quia æquale donū gratiæ plus est, comparatum pœnitenti, qui meruit pœnam, quàm innocēti, qui nō meruit. Sicut centū marchæ maius donum est, si dentur pauperi, quam si dentur regi.

¶ Ad quintū dicendū, quod cùm voluntas Dei sit causa bonitatis in rebus, secūdū illud tēpus pēsanda est bonitas eius, q̄ amatur à Deo, secundū quod dandū est ei ex bonitate diuina aliquod bonū. Secūdū ergo illud tēpus quo prædestinato peccato ri dandū est ex diuina volūtate maius bonū, melior est, licet secūdū aliquod aliud tempus sit peior: quia & secundū aliquod tempus non est nec bonus, neque malus.

QVAESTIO VIGESIMA prima de Iustitia & Misericordia Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST cōsiderationē diuini amoris de iustitia & misericordia eius agēdum est. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrū in Deo sit iustitia. ¶ Secundò, vtrū iustitia eius veritas dici possit.

¶ Tertiò, vtrum in Deo sit misericordia.

¶ Quartò, vtrū in omni opere Dei sit iustitia & misericordia.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in Deo sit iustitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ in Deo nō sit iustitia. Iustitia enim cōtra tēperātia diuiditur. Tēperatia autē nō est in Deo. Ergo nec iustitia.

¶ 2 Præterea, Quicunq; facit omnia pro libito suę voluntatis. nō secundū iustitiam operatur. Sed Deus operatur omnia secundū consilium suæ voluntatis. Non ergo ei iustitia debet attribui.

¶ 3 Præterea, Actus iustitiæ, est reddere debitū: sed Deus nulli est debitor: ergo Deo non competit iustitia.

¶ 4 Præterea, Quicquid est in Deo, est eius essentia: sed hoc nō competit iustitiæ. dicit enim Boē. in lib. de Heb. quod bonum essentiam, iustum verò actū respicit. Ergo iustitia non competit Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est species iustitiæ. Vna quæ cōsistit in mutua datione & acceptione: vt puta quæ cōsistit in emptione & venditione, & aliis huiusmodi cōmunicationibus, vel cōmutationibus. Et hæc dicitur à Philosopho in 5. Ethi.* Iustitia commutatiua, vel directiua cōmutationum, siue communicationum: & hæc non competit Deo, quia vt dicit Apost. Ro. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Alia, quæ consistit distribuendo, & dicitur distributiua iustitia, secundum quod aliquis gubernator, vel dispensator dat vnicuique secundum suam dignitatem. Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cuiuscunq; multitudinis gubernatæ demōstrat huiusmodi iustitiam in gubernāte: ita ordo vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quam in rebus voluntariis demonstrat Dei iustitiam. Vnde dicit Dio.* cap. de Diui no. Oportet videre in hoc veram Dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria secundum vniuscuiusque existentium dignitatem: & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine & virtute.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd virtutum moralium quædam sunt circa passiones: sicut tēperantia circa concupiscentias: fortitudo circa timores & audacias: mānsuetudo circa irā. Et huiusmodi virtutes Deo attribui non possunt nisi secundum metaphoram: quia in Deo neque passiones sunt (vel supra dictū est*) neq; appetitus sensitiuus, in quo sunt huiusmodi virtutes, sicut in subiecto, vt dicit Philosophus in 3. Eth.* Quędā verò virtutes morales sunt circa operationes: vt puta circa dationes & sumptus, vt iustitia & liberalitas & magnificētia, quæ etiā non sunt in parte sensitiua, sed in voluntate. Vnde nihil prohibet huiusmodi virtutes in Deo ponere: nō tamen circa actiones ciuiles, sed circa actiones Deo conuenientes. Ridiculum est enim secūdum virtutes politicas Deū laudare, vt dicit Philosophus in 10. Ethi.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum bonum intellectum sit obiectum voluntatis, impossibile est Deum velle nisi quòd rationi suæ sapientiæ habet. Quæ quidem est sicut lex iustitiæ, secundum quam eius voluntas recta & iusta est. Vnde quod secundum suam voluntatem facit, iustè facit, sicut & nos quod secundum legem facimus iustè facimus. Sed nos quidem secundum legem alicuius superioris, Deus autem sibiipsi est lex.

¶ Ad tertium dicendum, quod vnicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicuius, quod ipsum ordinatur Sicut seruus est domini, & nō econuerso. Nam liberū est quòd sui causa est. In nomine ergo debiti, importatur quidam ordo exigētiæ vel necessitatis alicuius ad quod ordinatur. est autē duplex ordo cōsiderandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatū ordinatur ad aliud creatū. Sicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad substantias, & vnaquæque res ad suum finē. Alius ordo quo omnia creata ordinantur in Deum. Sic igitur & debitū attendi potest dupliciter in operatione diuina. Aut secundum quod aliquid debetur Deo. Aut secundū quod aliquid debetur rei creatę. Et vtroque modo Deus debitum reddit. Debitum enim est a Deo, vt impleatur in rebus id, quod eius sapientia & voluntas habet, & quod suam bonitatem manifestat. Et secundum hoc iustitia Dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiam est alicui rei creatæ, q̄ habeat id, quod ad ipsam ordinatur[e]. Sicut homini q̄ habeat manus, & q̄ ei alia animalia seruiant. Et sic etiam Deus operatur iustitiam, quando dat vnicuique quod ei debetur secundū rationem suæ naturæ & cōditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc vnicuique debetur, quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det, nō tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia nō ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo de iustitia quandoque dicitur in Deo condecentia suæ bonitatis: quandoque verò retributio pro meritis. Et vtrunque modum tangit Anselmus dicens: Cùm punis malos, iustum est: quia illorum meritis conuenit: Cùm verò parcis malis, iustum est: quia bonitati tuæ condecens est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet iustitia respiciat actum, non tamen per hoc excluditur quin sit essentia Dei: quia etiā id, quod est de essentia rei, potest esse principium actionis. Sed bonum non semper respicit actum, quia aliquid dicitur esse bonum non solùm, secundum quod agit, sed etiam secundum quòd in sua essentia perfectum est. Et propter hoc ibidem dicitur, quòd bonum comparatur ad iustum, sicut generale ad speciale.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum iustitia Dei sit veritas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod iustitia Dei non sit veritas. Iustitia enim est in voluntate. Est enim rectitudo voluntatis, vt dicit Anselmus.* veritas autem est in intellectu secundum Philosophum. in 6. Metap.* & in 6. Ethi.* Ergo iustitia non pertinet ad veritatem.

¶ 2 Præterea, Veritas secundū Philosophū in 4. Ethi.* est quædā alia virtus à iustitia, Non ergo veritas pertinet ad rationem iustitiæ.

¶ SED CONTRA est quod in Psal. dicitur, Misericordia & veritas obuiauerūt sibi & ponitur ibi veritas pro iustitia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd veritas cōsistit in adęquatione intellectus & rei sicut suprà dictū est*. Intellectus autem, qui est causa rei, cōparatur ad ipsam sicut regula & mensura. Ecōuerso autem est de intellectu qui accipit scīētiam à rebus[c]. Quādo igitur res sunt mēsura, & regula intellectus, veritas consistit in hoc q̄ intellectus adæquatur rei vt in nobis accidit. Ex eo enim, quòd res est vel nō est opinio nostra & oratio vera vel falsa est. Sed quādo intellectus est regula vel mensura rerum, veritas consistit in hoc, q̄ res adæquātur intellectui. Sicut dicitur artifex facere verū opus, quādo cōcordat arti. Sicut autem se habent artificiata ad artē, ita se habent opera iusta ad legem, cui cōcordant. Iustitia igitur Dei, quæ cōstituit ordinem in rebus conformē rationi sapientiæ suæ, quæ est lex eius[c], cōueniēter veritas nominatur. Et sic etiam dicitur in nobis veritas iustitiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd iustitia, quantum ad legem regulantē, est in ratione vel intellectu. Sed quantum ad imperiū, quo opera regulantur secundum legem, est in voluntate.

¶ Ad secundū dicēdum, quòd veritas illa, de qua loquitur Philosophus ibi est quædam virtus, per quam aliquis demonstrat se talē in dictis vel factis qualis est[c]. Et sic cōsistit in conformitate signi ad significatum non autem in conformitate effectus ad causam & regulam, sicut de veritate iustitiæ dictum est*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum misericordia competat Deo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ misericordia Deo non cōpetat. Misericordia enim est species tristitiæ, vt dicit Damas.* Sed tristitia non est in Deo. Ergo nec misericordia.

¶ 2 Præterea, Misericordia est relaxatio iustitiæ. Sed Deus non pōt pretermittere id quod ad iustitiam sua pertinet. Dicitur enim 2. ad Tim. 2. Si nō credimus, ille fidelis manet, seipsū negare non pōt. Negaret autē seipsū, vt dicit. gl. ibidē, si dicta sua negaret. Ergo misericordia Deo nō cōpetit.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Miserator & misericors Dominus.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ Misericordia est Deo maximè attribuēda, tamē secundū effectū nō secundū passionis affectū[c]. ad cuius euidētia cōsiderandū est, q̄ misericors dicitur aliquis, quasi habēs miserū cor: quia, f. afficitur ex miseria alterius p tristitia, ac si esset eius propria miseria. Et ex hoc sequitur q̄ operetur ad depellēdā miseriā alterius, sicut miseriā propriā. & hic est misericordię effect⁹. Tristari ergo de miseria alterius nō cōpetit Deo: sed repellere miseriā alterius hoc maximè ei cōpetit, vt p miseriā quemcunq; defectū intelligamus. Defectus autē nō tolluntur, nisi per alicuius bonitatis perfectionē. Primū autem hæc intelliges. videndum quod hoc potius est iustum condecentię in ordine ad Deū, quā simpliciter iustum. 132

4. dist. 4. q. 1. art. 1.

¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum secundum,*

2. & 3. *In Dion. de Veri. cap. 13. rect. 8. cap. 2. ap. 7.

TItulus ex dictis est clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè: Iustitia Dei conuenienter veritas nominatur. ¶ Probatur veritas intellectus regulantis, & mensurantis res consistit in adæquatione rerum ad intellectum: iustitia autem consistit in conformitate operum ad legem, cui concordat. ergo iustitia Dei conuenienter veritas nominatur. Antecedens pro prima parte probatur ex cōuenientia, & differentia veritatis intellectu accipiente à rebus, & causante res: Cōuenientia quidem quia veritas consistit semper in adæquatione intellectus, & rei. Differentia autem, quia in intellectu causato est adæquatio intellectus ad rem: in causante autem est adæquatio rerum ad intellectum, pro secunda vero parte: quia sicut se habent artificiata ad artem, ita se habent opera iusta ad legem. consequentia autem probatur. quoniā iustitia Dei facit ordinem in rebus conformem sapientiæ suæ quæ est omnū lex. Et cōsimiliter tota manifestatio ex eo quod etiam in nobis sic inuenitur veritas iustitiæ. 100 a b 131 102

¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum tertium.*

*In cor.

TItulus iam patet ex visu. 133

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito. Secundo clarificat ar. 1. im. responsionem, Conclusio responsiua est. Misericordia est maximè in Deo non secūdum passionis affectum sed secundum effectum. Probatur. Tristari de miseria aliena non conuenit Deo, sed repellere ea hoc maximè ei cōuenit. ergo misericordia nō quādo ad affectū sed quantū ad effectum maximè Deo cōuenit. Antecedens explanatur quo ad 1y misericordia vt sibi licet sonet defectū quēcunq;, & probatur quo ad secundam partem sic. Defectus non tollitur nisi per alicuius bonitatis perfectionem. ergo hoc maximè pertinet ad Deum, quia ipse est prima bonitatis origo. Consequentia autē probatur: quia effectus misericordiæ est tristitia, effectus vero est depulso eiusmodi tristitiæ. Clarificatio autem consistit in differēti habitudine diffusiua a Deo 2. 2. q. 30. art. 1. im. & 4 dist. 46. q. 2. art. 1. q. 1. cō. ca. 91. fin. & Psal. 24. co. 6. *Libr. 2. orthod. cap. 14. a 127

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Deo perfectionis ad
*q.6.arc. cius bonitatem iustitiã,
4. liberalitatem,& misericordiam: & satis clare
etiã littera.

¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum quarum.*

Titulus est clarus.

*q.6.ar. 2.& 4. ¶In corpore vnica est cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue, scilicet in quolibet opere
Dei misericordiã & iustitiã oportet inueniri.
* artic.1. huius q. c 128 ¶Circa quam tria facit: Primò misericordiæ nomen extendit, extendẽdo nomen misericordiæ ad omnem defectum,& rationem excessionis assignat: quia cum miseria opponatur felicitati,in sola rationali creatura, quæ felicitatis est capax miseria proprièinueniri potest.

¶ Secundo probat conclusionem quo ad iustitiam sic. Debitum ex diuina iustitia contingit dupliciter, scilicet Deo vel creaturæ & neutrã potest in aliquo opere Dei prætermitti: ergo in omni opere Dei oportet esse iusticiã: Antecedens quo ad primã partẽ habetur ex dictis in primo articulo ad tertium: quo ad secundã vero manifestatur, quia non potest facere Deus aliquid, quod non congruat sapientiæ & bonitati ipsius: & similiter quicquid in reb⁹ creatis facit, cõuenienti ordine & proportiõe disponit.

¶ Aduertẽdum hic, quòd illa propositio in litera posita. Neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti, nõ est intensa ab amore proprio. Sonat. quoniam in opere creationis propriæ nulla potest inueniri ratio debiti respectu alicuius creaturę, sed solum respectu sapientiæ & voluntatis diuinæ, vt in responsione ad quartum hic habẽsi ad est interpretãda quo ad opera prouidentię & gubernationis: ad quod insinuãdum cum illa manifestatur in litera, notanter dicit, Quicquid in rebus creatis facit Deus, quasi diceret, q̃ quicquid facit, facit creationẽ supposita.

328 ¶ Probatur deinde conclusio quo ad misericordiam sic, Opus diuinæ iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur: ergo in quolibet opere Dei apparet misericordia, quantũ ad primum eius radicẽ. Antecedẽs probatur: quia reducitur debitum in aliquid ex sola diuina bonitate collatum, quod probatur: quia aliter procederetur in infinitum, & declaratur exemplariter.

¶ Tertiò, quia ex hac probatione videbatur quod misericordia concurreret ad opera Dei quasi remota causa: ideo declarat, q̃ concurrenit eminentius quam iustitia, & hoc dupliciter.

ma autẽ origo bonitatis Deus est, vt suprà ostensum est*. Sed considerandũ est quod elargiri pfectiones rebus, pertinet quidẽ & ad bonitatem diuinam & ad iustitiã, & ad liberalitatem & misericordiam: tamen secundũ aliã & aliam rationem. Communicatio enim perfectionũ absolutè considerata pertinet ad bonitatẽ, vt suprà ostẽsum est*. Sed inquantũ perfectiones rebus à Deo dantur secundum earũ proportionem, pertinet ad iustitiam, vt dictũ est suprà*. Inquãtũ verò nõ attribuit rebus pfectiones propter vtilitatem suam, sed solùm propter suã bonitatẽ⁶, pertinet ad liberalitatem. Inquantũ verò perfectiones datæ rebus à Deo omnem defectũ expellunt, pertinet ad misericordiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de misericordia quãtum ad passionis affectum.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd Deus misericorditer agit, nõ quidẽ contra iustitiam suã faciendo, sed aliquid supra iustitiam operãdo, sicut si aliqui, cui debẽtur centũ denarii, aliquis ducentos det de suo, tamẽ nõ contra iustitiã facit, sed liberaliter vel misericorditer operatur. Et similiter si aliquis offensam in se commissam remittat. Quienim aliquid remittit, quodammodo donat illud. Vnde Apostolus remissionem donationẽ vocat Ephes. 5. Donate inuicẽ, sicut & Christus vobis donauit. Ex quo patet q̃ misericordia nõ tollit iustitiã, sed est quædã iustitię plenitudo. Vnde dicitur Iacobi 2. quod misericordia superexaltat iudicium.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum in omnibus operibus Dei sit misericordia & iustitia.

134 4.dist.64. q.2.ar.2. q.1. Et 2. contra c. 28 & veri.qõ.2. art.1.8. & pet.q. 5.ar.4.6. & post. 24.col.6. & ad Rom.15. col.4.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non in omnibus Dei operibus sit misericordia & iustitia. Quædam enim opera Dei attribuũtur misericordię, vt iustificatio impii. Quædam verò iustitiæ, vt damnatio impiorũ. Vnde dicitur Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nõ fecerit misericordiã. Nõ ergo in omni opere Dei apparet misericordia & iustitia.

¶ 2 Præterea, Apostolus ad Ro. 15. cõuersionem Iudæorũ attribuit iustitiæ & veritati, conuersionem autẽ Gentiũ misericordiæ. Ergo nõ in quolibet opere Dei est iustitia & misericordia.

¶ 3 Præterea, Multi iusti in hoc mũdo affligũtur. Hoc autẽ est iniustũ. Nõ ergo in omni opere Dei est iustitia & misericordia.

¶ 4 Præterea, Iustitię est reddere debitum, misericordię autẽ subleuare miseriã. Et sic tam iustitia quã misericordia aliquid præsupponit in suo opere. Sed creatio nihil præsupponit⁶. Ergo in creatione neq; misericordia est, neque iustitia.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Omnes viæ Domini misericordia & veritas.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ necesse est q̃ in quolibet opere Dei misericordia & veritas inueniantur, si tamẽ misericordia pro remotione cuiuscũq; defectus accipiatur, quamuis nõ omnis defectus propriè possit dici miseria, sed solum defectꝰ rationalis naturæ, quam cõtingit esse felicem. Nã miseria felicitati opponitur. Huius autem necessitatis ratio est: Quia cum debitum, quod ex diuina iustitia redditur fit vel debitũ Deo, vel debitũ alicui creaturæ, neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti. Nõ enim potest facere aliq d Deus, quod non sit cõueniens sapiẽtiæ & bonitati ipsius, secundũ quem modum diximus aliquid esse debitũ Deo⁶. Similiter etiã quicquid in rebus creatis facit secundum conuenientẽ ordinẽ & proportionẽ facit, in quo cõsistit ratio iustitiæ. Et Sic oportet in omni opere Dei esse iustitiam.

Opus autẽ diuinæ iustitiæ semper præsupponit op⁹ misericordię, & in eo fundatur. Creaturę enim nõ debetur aliquid nisi ꝓpter aliquid in eo præexistẽs, vel præconsideratũ. Et rursus si illud creaturæ debetur, hoc erit propter aliquid prius. Et cum non sit procedere in infinitũ, oportet deuenire ad aliq d, q̃ ex sola bonitate diuinæ volũtatis dependeat, quæ est vltimus finis. Vtpote si dicamus quod habere manus debitum est homini propter animã rationalem⁶: animam verò rationalem habere, ad hoc quòd sit homo hominẽ verò esse propter diuinam bonitatẽ. Et sic in quolibet opere Dei apparet misericordia, quantũ ad primam radicẽ eius. Cuius virtus saluatur in omnibus cõsequentibus, & etiã vehementius in eis operatur, sicut causa prima vehemẽtius influit quã causa secũda. Et propter hoc etiã ea, quæ alicui creaturæ debẽtur, Deus ex abundantia suæ bonitatis largius dispensat quam exigat proportio rei. Minus enim est quod sufficeret ad conseruandũ ordinem iustitiæ, quam quod diuina bonitas cõfert, quæ omnem proportionem creaturæ excedit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quædã opera attribuũtur iustitiæ, & quædam misericordiæ: quia in quibusdã vehementius apparet iustitia, in quibusdã misericordia: Et tamẽ in damnatione reproborum apparet misericordia: nõ quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dũ punit citra cõdignũ. Et in iustificatione impii apparet iustitia, dũ culpas relaxat propter dilectionẽ, quam tamen ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Luc. 7. c. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ iustitia & misericordia Dei apparet in cõuersione Iudæorũ, & Gentiũ. Sed aliqua ratio iustitiæ apparet in cõuersione Iudæorũ, quæ nõ apparet in cõuersione Gentiũ, sicut q̃ saluati sunt ꝓpter ꝓmissiones Patrũ⁹ factas.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in hoc etiam q̃ iusti puniuntur in hoc mũdo apparet iustitia & misericordia, inquantũ per huiusmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgãtur & ab effectu terrenorũ in Deũ magis eriguntur, secũdũ illud Greg.* Mala, quæ in hoc mundo nos premunt, ad Deũ nos ire compellunt.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ licet creationi non præsupponatur aliquid in rerũ natura, ꝓsupponitur tamen aliquid in Dei cognitione. Et secundum hoc etiam saluatur ibi ratio iustitiæ: inquantum res in esse producitur, secundũ quod cõuenit diuinæ sapiẽtiæ, & bonitati. Et saluatur quodammodo ratio misericordiæ, inquantum res de non esse in esse mutatur.

QVÆSTIO VIGESIMASECUNDA de Prouidentia Dei, in quatuor articulos diuisa.

CONSIDERATIS autẽ his quæ ad volũtatẽ absolutè pertinẽt, procedẽdũ est ad ea quæ respiciunt simul intellectum & volũtatẽ. Huiusmodi autẽ est prouidẽtia quidẽ respectu omniũ prædestinatio verò & reprobatio, quæ ad hæc cõsequũtur, respectu hominũ specialiter in ordine ad ætẽrna saluté. Nã & post morales virtutes in scientia morali cõsideratur de prudentia, ad quam prouidentia pertinere videtur.

¶ Circa prouidentiam autẽ Dei quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrum Deo conueniat prouidentia. ¶ Secundo, vtrũ oia diuinæ prouidentiæ subsint. ¶ Tertiò, vtrũ diuina prouidentia immediatè sit de omnibus. ¶ Quartò, vtrum prouidentia diuina imponat necessitatem rebus prouisis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prouidentia Deo conueniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd prouidentia Deo non conueniat. Prouidẽtia enim (secundum Tullij⁶) est pars prudentiæ. Prudẽtia autem, cum sit bene cõsiliatiua secundum Philosophum 6. Ethi.⁶ Deo cõpetere nõ potest: qui nullum dubium habet, vnde eum consiliari oporteat. Ergo prouidentia Deo non competit.

¶ 2 Præterea, Quicquid est in Deo, est æternum. Sed prouidentia non est aliquid æternum est enim circa existentia, quæ &c non sunt æterna secundum Dam. Ergo prouidentia non est in Deo. ¶ 3 Præterea, Nullum compositum est in Deo. Sed prouidentia videtur este aliquid compositum: quia includit in se voluntatem & intellectum. Ergo prouidentia nõ est in Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 14. Tu autẽ pater gubernas omnia prouidentia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere prouidẽtiam in Deo. Omne enim bonũ, q̃ est in rebus, à Deo creatum est, vt suprà ostẽsum est*. In rebus autem inuenitur bonum non solùm quantũ ad substãtiam rerum, sed etiam quantum ad ordinem earũ in finẽ, & præcipuè in finẽ vltimum, qui est bonitas diuina, vt suprà habitum est* Hoc igitur bonũ ordinis in rebus creatis existens à Deo creatũ est. Cùm autem Deus sit causa rerũ per suum intellectũ, & sic cuiuslibet sui effectus oportet rationem in ipso præexistere (vt ex superioribus patet*) necesse est q̃ ratio ordinis rerũ in finẽ in mente diuina præexistat. ratio autẽ ordinandorum in finem propriè prouidẽtia est. Est enim principalis pars prudẽtiæ, ad quam aliæ duæ partes ordinãtur, scilicet memoria præteritorum & intelligentia præsentium: prout ex præteritis memoratis & ꝑsentibus intellectis coniectamur de futuris prouidẽdis. Prudentiæ autem proprium est secundũ Philosophum in sexto Ethi.* ordinare alia in finẽ, siue respectu suiipsius, sicut dicitur homo prudẽs, q̃ bene ordinat actus suos ad finẽ vitę suæ: siue respectu aliorum sibi subiectorũ in familia, vel ciuitate vel regno. secundũ quem modum dicitur Matt. 24. Fidelis seruus & prudens, quem cõstituit dominus super familiam suã. Secundum quem modum prudentia, vel prouidentia Deo conuenire potest. Nam in ipso Deo nihil est in finem ordinabile, cũ ipse sit finis vltimus. Ipsa igitur ratio ordinis rerũ in finẽ prouidentia in Deo nominatur. Vnde Boë. 4. de Consola.* dicit q̃ prouidẽtia est ipsa diuina ratio in summo omniũ principe constituta, quę cuncta disponit. Dispositio autẽ potest dici tam ratio ordinis rerum in finẽ, quàm ratio ordinis partium in toto.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd secundũ Philos. 6. Eth.* Prudentia propriè est præceptiua eorũ, de quibus eubulia recte cõsiliatur: & synesis recte iudicat. Vnde licet cõsiliari nõ competat Deo secundum q̃ consiliũ est inquisitio de rebus dubiis, tamen præcipere de ordinandis in finem quorũ rectã rationem habet cõpetit Deo, secundũ illud Psal. Præceptũ posuit, & non præteribit. Et secundũ hoc cõpetit Deo ratio prudẽtiæ, & prouidẽtiæ. Quamuis etiã dici possit, q̃ ipsa ratio rerum agendarum cõsilium in Deo dicitur, non propter inquisitionẽ sed propter certitudinem cognitionis, ad quam consiliãtes inquirendo perueniunt. Vnde dicitur Ephes. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad curã duo pertinent⁶, scilicet ratio ordinis, qua dicitur prouidẽtia, & dispositio & executio ordinis, quæ dicitur gubernatio. Quorum primũ est æternũ, secundũ tẽporale.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd prouidentia est in intellectu, sed præsupponit voluntatem finis. Nullus enim precipit de agẽdis propter finẽ, nisi velit finẽ. Vnde præsupponit & prudentia virtutes morales, per quas appetit⁹ se habet ad bonũ, vt dicitur in 6. Eth.* Et tamẽ si prouidẽtia ex æquali respiceret voluntatẽ & intellectum diuinum, hoc esset absque detrimento diuinæ simplicitatis, cũ volũtas & intellectus in Deo sint idem, vt suprà dictum est*.

¶ Primò, quia causa gãmatia vehementius influit quam secunda: & sic vis misericordiæ & saluatur, & vehementius operatur in omnibus consequentibus.

¶ Secũdo ab effectu quia debita alicui creaturæ largius Deus dispensat, quam proportio rei exigat: & hoc ex abundantia bonitatis suæ. Patet autem sic esse, quia minus eo quod de facto fit ordinans res ipsi subiectas in suos fines. Et confirmatur hæc diffinitio autoritate Boë. &c. & ex differentia inter prouidentiam & dispositionem.

¶ Circa diffinitionẽ prouidentiæ dubiũ difficile occurrit: an quum dicitur ordinis rerũ in finem intelligatur & ipse ordo in finẽ, & pereõtio ad finẽ: & an ordo tantum. Et autẽ ratio dubitandi: quia expressè in quæstionibus de veritate, q. 6. ar. 1. dicitur q̃ prouidentia diuina est ratio ordinis in finem & non ipsius finis, in sequentibus autem pluries habetur in oppositum, & in sequenti arti. in respõsione ad primum: & in arti. 4. apertissimè: & in art. 6. sequentis quæstio est ita vt non sit locus inficiationi. Ad hoc breuiter iudicio meo dicẽdum est, quod Autor mutauit sentẽtiã in melius, & id de mente sua tenẽdum est. quod hinc & ex tertio cõtra Gentes c. 94. habetur, scilicet quod prouidentia est ratio ordinis in finẽ quo ad vltimum, scilicet ordinationis, & consecutionis. Et hoc rationabilius est: quoniam prouidentia ad voluntatem Dei consequentem spectat: & ad omnia quomodolibet entia, vt infrà sequentibus patebit, se extendit vt causa per se cum his enim non stat prouidentiam ordinem tãtũ respicere. sic enim multa præter ipsã eueniunt, sicut de facto præter rerum ordinem eueniunt, sed nõ præter ordinem & cuentum.

136 Infrà q. 103. ar. 5. & 1. dist. 39. qõ. 2. arti. 2 & 3. cõtr. c. 164. 94. & 311. & Ver. q. 5. arti. 2. & 4. & op. 3. ca. 124. 131. & 133. & opus. 15. ca. 13. 14. & 15.

¶ *Super Quæstionis vigesimæsecundæ Articulum secundum.*

Titulus nulla eget ex positione. qui enim dicit sola, nihil excludit.

¶ In corpore duo facit. Primo refert tres opiniones circa quæstum Prima est Democrici & Epicuri, dicentiũ nihil esse subiectum diuinæ prouidentiæ, Secũda est Auerroys in 12. Metaph. commen. 52. & 54. dicentis res incorruptibiles solas subdi diuinæ prouidentię. Tertia est Rabbi Moysi, dicentis nõ solũ incorruptibilia, sed etiã singularia humanæ tamen speciei tantum diuinæ subiecta prouidentiæ: rationes autem ex quibus emanarũt opiniones in litera arguẽdo adducuntur. Secundo respõdet quæsito secũdũ veritatẽ vnica cõclusione, quam duplicẽr probat. Est ergo cõclusio respõsiua: Omnia diuinæ prouidentię subiacent, non tantum in vniuersali, sed etiam in singulari. & probatur primo sic: Omne agens agit propter finẽ: ergo omnia subiecta causalitati primi agentis sunt etiam subiecta ordinationi eiusdem in finem. ergo omnia quę habent quocunque modo esse, sunt ordinata à Deo in finem. ergo omnia inquantum habent quomodolibet esse, in tantum diuinæ subiacent prouidentiæ. Prima cõsequentia manifestatur ab oppositio: q̃ scilicet propterea in operibus alicuius agentis ali quid interuenit, nõ sub ditum illius ordini, quoniam effectus ille non subiacitur causalitati illius causæ, sed ex aliqua alia causa ꝑter intentionem ipsius prouenit Secunda vero cõsequentia probatur ex eo, q̃ causalitas Dei extendit se vsque ad omnia etiã individualia, &c. Et cõfirmatur eius cõsequens autoritate apostoli. Tertia autem consequentia probatur ex ipsa diffinitione prouidentiæ: quia scilicet est ratio ordinis rerum in finem.

¶ Circa hanc cõclusionem nota tria Primum est, q̃ prima consequentia ꝑ ptem est à posteriori, quoniã per ea via antecedenti reciꝓcum enim dico, Omne agens agit ꝓpter finem, causalitatis

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ nõ omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ. Nullum enim prouisum est fortuitum: Si ergo omnia sunt prouisa à Deo, nihil erit fortuitum. Et sic perit casus, & fortuna. Quod est contra communẽ opinionem.

¶ 2 Præterea, Omnis sapiẽs prouisor excludit defectum & malum, quantũ potest ab his, quorum curam gerit. Videmus autem multa mala in rebus esse. Aut igitur Deus non potest ea impedire (& sic nõ est omnipotens) aut nõ de omnibus curam habet.

¶ 3 Præterea, Quæ ex necessitate eueniũt, prouidentiam, seu prudentiam nõ requirunt. Vnde Philosophũ in sexto Ethi.* Prudentia est recta ratio contingẽtiũ de quibus est consiliũ, & electio. Cùm igitur multa in rebus ex necessitate eueniant non omnia prouidentiæ subdũtur.

¶ 4 Præterea, Quicunq; dimittitur sibi, nõ subest prouidentiæ alicuius gubernantis. Sed homines suiipsis dimittuntur à Deo, secundũ illud Eccle. 15. Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Et specialiter mali secundũ illud, Dimisit illos secundum desideria cordis eorum. Non igitur omnia diuinæ prouidentiæ subsunt.

¶ 5 Præterea, Apostolus 1. Corint. 9. dicit quod non est Deo cura de bobus. Et eadẽ ratione de aliis creaturis irrationabilibus, Non igitur omnia subsunt diuinæ ꝓuidentiæ.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 8. de diuina sapientia, quod attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam totaliter prouidentiã negauerũt, sicut Democrit⁹ & Epicurei, ponẽtes mũdum factum esse casu⁶. Quida verò posuerunt incorruptibilia tantum prouidẽtiæ subiacere, corruptibilia verò nõ secundũ indiuidua, sed secundum species: sic enim incorruptibilia sunt. Ex quorũ persona dicitur Iob. 22. Nubes latibulum eius & circa cardines cœli perambulat, neq; nostra cõsiderat. A corruptibilium autẽ genera litate excepit Rabbi Moyses homines propter splẽdorẽ intellectus, quo participãt. In aliis autem indiuiduis corruptibilibus aliorum opinionẽ est secutus. Sed necesse est dicere omnia diuinæ prouidentiæ subiacere, non in vniuersali tantùm, sed etiã in singulari. Quod sic patet. Cũ enim omne agens agat propter finem, tãtum se extendit ordinatio effectuum in finẽ, quantum se extendit causalitas primi agentis. Ex hoc enim cõtingit in operibus alicuius agentis aliquid prouenire nõ ad finẽ ordinatum, quia effectus ille cõsequitur ex aliqua alia causa ꝑter intentionẽ agentis. Causalitas autem Dei, qui est primum agens, se extẽdit vsque ad omnia entia nõ solum quantum ad principia speciei, sed etiã quantũm ad indiuidualia principia⁶, nonsolũ incorruptibilium, sed etiam corruptibilium. Vnde necesse est oia, quæ habent quocũque modo esse, ordinata esse à Deo in finem, secundum illud Apostoli ad Roma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Cùm ergo nihil aliud sit Dei prouidentia quam ratio ordinis rerũ in finem, vt dictũ est*. necesse est omnia in quantũ participant esse, in tantũ subdi diuinæ prouidentiæ. Similiter etiam supra ostẽsum est* q̃ Deus oia cognoscit, & vniuersalia & particularia. Et cũ cognitio eius comparetur ad res, sicut cognitio artis ad artificiata

Infrà q. 103. ar. 5. & 1. dist. 39. qõ. 2. arti. 2 & 3. cõtr. c. 164. 94. & 311. & Ver. q. 5. arti. 2. & 4. & op. 3. ca. 124. 131. & 133. & opus. 15. ca. 13. 14. & 15.

*Articul. præced. 88 85

Universidad de Deusto
Biblioteca

litatem agentis significo, in hoc quod dico, agit ordinationem verò effectus in finẽ significat ly propter finẽ. Causalitas ergo amplior non est ordinatione, nisi agat nõ propter finem: & propter ea optime sequitur, & sine alio modo, quod ñ actio est propter finem tanũ se extẽdit ordinatio in finẽ, quantũ causalitas: quia quo ad præsens negotiũ

* qõ. 14. Articul. 6. & 11. d. 472. d. 237.

120

ponderandũ est, & satis ꝓprie accipiendũ: quoniam non sumitur pro quocũq; modo aliquid facere, sed ꝓ facere aliquid: sic quod per ipsum actionẽ fiam faciat id q; effectus dicitur per se ipsum: ita quod illud verè illam cõditionem, quæ facta est ab illa causalitate, habeat, in cuius signũ in litera effectus ꝓ accidens aliciuius causæ dicitur esse per causalitatẽ alterius causæ, & nõ illius causæ, cuius dicitur effectus per accidens, sic aurẽ intellecta causalitas nihil aliud est quàm causalitas per se. Nec tamen oportuit in litera exprimi ly per se: quoniam in sermonibus scientificis omnia intelligenda sunt per se. ¶ Tertium est, q; quum dicitur hic, quod causalitas Dei extẽdit se vsq; ad omnia, &c. intelligẽdum est prout dictũ, & expositũ fuit in quæstione octaua, scilicet, ꝓ essentiam, & potentiam: alias ꝓcessus iste nihil valeret, vt facilè patere potest consideranti.

¶ Secunda ratio ad conclusionem est Deus omnia cognoscit etiam in particulari, vt artifex eorum, ergo necesse est q; omnia supponantur suo ordini. & probatur sequela: quia omnia artificiata subduntur ordini artis.

¶ Aduerte hic q; nõ est intentio literæ ponere identitatẽ artis, & prouidẽtiæ: quoniã earum differẽtia est manifesta. dum ars respicit ipsam substantiã artificiatorũ prouidentia autem ordinem in finem: sed intendit proportionaliter se habere artem & prouidentiam, & ꝓpterea &c. In cuius signum litera in probatione consequentiæ vtitur ly sicut, quòd est nota non identitatis, sed similitudinis proculdubio proportionalis hic.

123

¶ In responsione ad primum aduertẽ quòd tam fortuitũ quam casuale relatiuũ est: & ꝓpterea non oportet q; id quod in se, & simpliciter est fortuitum, esset fortuitum respectu omnis agentis. Hæc est enim differentia inter absolutũ, & respectiuũ, quod quando est aliquid in se simpliciter tale secundum aliquod prædicatum absolutum, non desinit esse aut dici tale ex comparatione ad quodcunque quando verò aliquid est tale in se, & simpliciter secundum aliquod prædicatum respectiuum: non solum nõ habet tale prædicatum in ordine ad quodcunque, sed ad correlatiuum tantum verum etiam oppositum prædicatum respectiuum, in ordine tamen ad aliud correlatiuum, fortiti potest: vt patet de albo, quod quum absolutè sit alteri albo simile, ad nigrum tamen comparatum est dissimile. Sic igitur quia res dicuntur fortuitæ vel casuales in ordine ad naturam, & intentionem creatam, non inconuenit, quòd in ordine diuinam intentionem non fortuite, sed per se intenta sint, & dicantur: ita tamen quod secundum se sumptæ simpliciter casuales, seu fortuitæ, & sint & dicantur, ex ratione, quia vnaquæque res est, & iudicatur secũdum proprias & proximas causas. Et per hoc patet non contradicere doctrinam hanc de prouidentia diuina doctrinæ traditæ in Philosophia naturali, & 6. Metaph. quoniam vt obijque res examinata iudicatæ quæ sunt secundum quod pendent ex proximis vel saltem particularibus causis: quales sunt omnes causæ creatæ, quarum nec intentionibus nec causalitatibus subest modus, quo effectus causatur, scilicet necessario, vel contingenter. hoc enim proprium est primæ causæ, quæ respicit ens in eo quod ens.

(vt supra dictũ est*) necesse est quod omnia supponantur suo ordini, sicut omnia artificiata subduntur ordini artis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliter est de causa vniuersali, & de causa particulari. Ordinẽ enim causæ particularis aliquid potest exire, nõ autẽ ordinem causæ vniuersalis[e]. Non enim subducitur aliquid ab ordine causæ particularis nisi per aliquã aliã causam particularẽ impedientem. Sicut lignum impeditur à cõbustione per actionem aquæ. Vnde, cùm oẽs causæ particulares concludantur sub vniuersali causa, impossibile est aliquem effectum ordinem causę vniuersalis effugere. Inquantum igitur aliquis effectus ordinẽ alicuius causę particularis effugit, dicitur esse casuale, vel fortuitum respectu causæ particularis: sed respectu causæ vniuersalis, à cuius ordine subtrahi nõ potest, dicitur esse prouisum. Sicut & cõcursus duorum seruorũ, licet sit casualis, inquantum ad eos, est tamẽ prouisus a domino, qui eos scienter sic ad vnum locum mittit, vt vnus de alio nesciat

¶ Ad secundum dicendum, q; aliter de eo est, qui habet curã alicuius particularis, & de prouisore vniuersali, quia prouisor particularis excludit effectũ ab eo, quòd eius curę subditur, quantũ potest: sed prouisor vniuersalis permittit aliquẽ defectũ in aliquo particulari accidere, ne impedia tur bonũ totius[c]. Vnde corruptiones, & defectus in rebus naturalib[a] dicũtur esse contra naturam particularem, sed tamen sunt de intentione naturæ vniuersalis, inquantum defectus vnius cedit in bonũ alterius, vel etiam totius vniuersi. Nã corruptio vnius est generatio alterius, per quã species cõseruatur. cũ igitur Deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius ꝓuidentiam pertinet, vt permittat quosdã defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonũ vniuersi ꝓfectum[e]. Si enim omnia mala impedirẽtur, multa bona deessent vniuerso, nõ enim esset vita leonis, si nõ esset occisio animaliũ: nec esset ꝓtientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorũ. Vnde dicit Aug. in Ench. Deus omnipotẽs nullo modo sineret malum aliquod esse in operib. suis nisi vique adeo esset omnipotẽs, & bonus, vt beneiaceret etiã de malo. Ex duabus autem rationib. quas nũc soluimus, videtur motũ fuisse, qui diuinę prouidẽtiæ subtraxerunt corruptibilia, in quibus inueniũtur casualia & mala.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q; homo nõ est institutor naturæ, sed vtitur in operib. artis & virtutis ad suũ vlum rebus naturalib[b]. Vnde providentia humana nõ se extendit ad necessaria, quæ ex natura proueniunt, ad quæ tamẽ se extendit prouidẽtia Dei, qui est autor naturæ. Et ex hac ratione videntur motifuisse, qui cursum rerũ naturaliũ subtraxerunt diuinę prouidẽtię, attribuẽtes ipsum necessitati materiæ, vt Democritus & alij Naturales antiqui.

¶ Ad quartum dicendum, q; in hoc, quod dicitur Deum hominem sibi reliquisse, nõ excluditur homo à diuina prouidẽtia, sed ostenditur, quòd non præfigitur ei virtus operatiua determinata ad vnum sicut rebus naturalibus[c]: quæ agũtur tantũ quasi ab altero directæ in finem, non autem se ipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, vt creaturæ rationales per liberum arbitriũ: quo cõsiliantur & eligunt. Vnde signãter dicit. In manu cõsilii sui. Sed q; ipse actus lib. ar. reducitur in Deum sicut in causam necesse est vt ea, quæ ex libe. arbitrio fiũt diuinæ prouidentię subdãtur. Prouidẽtia enim hominis continetur sub prouidẽtia Dei, sicut causa particularis sub causa vniuersali. Hominũ autem iustorum quoda excellentiori modo Deus habet prouidẽtiam, quã impiorum, inquantum nõ permittit contra eos euenire aliquid, quod finaliter impediat saluté eorũ. Nam diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, vt dicitur Rom. 8. Sed ex hoc ipso, q; impios non retrahit à malo culpę, dicitur eos dimittere: non tamen ita, quod totaliter ab eius prouidentia excludantur, aliquin in nihilũ deciderẽt, nisi per eius prouidentiam conseruarentur. Ex hac ratione videtur motus fuisse Tullius, qui res humanas, de quibus consiliamur, diuinæ prouidentiæ subtraxit.

¶ Ad quintum dicendum, q; quia creatura rationalis habet per lib. arbit. dominiũ suiactũs (vt dictum est[b]) speciali quodam modo subditur diuinæ prouidentiæ, vt sci licet ei imputetur aliquid ad culpã vel ad meritum: & reddatur ei aliquid vt pœna vel præmium[e]. Et quatũ ad hoc curã Dei Apostolus à bobus removet, nõ tamẽ ita quod induidua irrationabiliũ creaturarum ad Dei prouidentiã non pertineant, vt Rabbi Moyles existimauit[e].

* cap. 11.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Deus immediatè omnibus prouideat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; Deus nõ immediatè omnibus prouideat. Quicquid enim est dignitatis, Deo est attribuendum. Sed ad dignitatem alicuius magis vt sua vi seipsum agat: & quoniam ad prouidentiam diuinam ꝓtinet, vt sponete omnia inauiter: sapientissimè elegit Deus permissionem malorum cã ꝓpæ. Nec fallaris, cùm legis in litera, mala esse de intentione naturæ vniuersalis: ac perinde mala culpæ esse de intentione primi, & vniuersalissimi agentis. Hęc enim non ita sunt intelligenda, vt ipsa mala sint volita seu intenta siue per ipsa siue per accidens. quoniã hoc esse impossibile de malo culpæ supra manifestatũ est: sed quod ipsa mala non sunt nolita seu exclusa per intentionem seu voluntionem causæ primæ, & quod permissio malorum culpæ est intenta propter integritatem ac perfectionem vniuersi: & secundum permissionem hanc tenet similitudo proportionalis inter intentionem naturæ vniuersalis respectu malorum naturalium, & intentionem Dei glorioſi respectu malorum culpæ.

¶ Super Quæstionis vigesimæ secundæ Articulum tertium.

IN titulo ly immediatè, significat negationem medij prouisoris ad prouidentiæ diuinæ complementum: & sensus est vtrum ad actum prouidendi omnibus, qui Deo conuenit, requiratur, vt etiam concurrat aliquis medius prouisor vel sic.

¶ In corpore tria facit. Primò distinguit actus prouidentię in duo scilicet in ordinare & executionem statuti ordinis, & primus propriè dicitur prouidere secundus

secundus verò gubernare. Secundo respondet quæsito duabus conclusionibus latis hos duos actus. Prima est Deus immediate prouider omnibus quo ad rationẽ ordinis: Secunda verò est: Deus per aliquas media prouidet quantũ ad executionem. Probatur prima: Deus habet in intellectu suo rationem omniũ etiam minorum, & dedit causis quas effectibus præfecit virtutem ad illos effectus produc̃dos: ergo in sua ratione præhabet ordinem illorum effectuum in finem: ergo Deus per seipsum prouidet omni bus quo ad rationẽ ordinis. Secũda verò probatur: quia Deus gubernat inferiora per superiora. & excluditur illa dim tacita obiectio contra eam: dicitur, q; gubernare per media conuenit Deo non propter defectum: virtutis, &c. vt patet in litera:

¶ Ad 2de nouitie, quòd inter prouidere, & gubernare hoc interest, q; prouidere est operatio immanẽs, gubernare vero tũsiens. Et propterea prouidere non per se ipsum, ponit imperfectionem in ipso prouidente quoniam importat ipsum non statuere in mente sua tonũ ordinem in omnem finem, sed partem tantũ: gubernare vero per media non ponit imperfectionem in gubernãte, nisi ex eius defectu procedat, sed ponit actionem eius transeuntem multis quasi in strumẽtis experi: quod non inconuenit re Deo patet.

¶ Tertiũ excludit ex dictis opinio Plat. satis clarè, de qua tamẽ ñ diffusè videtur cupis quomodo impugnetur, lege tertium contra Gen. c. 76. ibi enim aduertes etiam, quod nõ est inten tionis præsentis excludere medios prouisores vt executores diuini ordinis, pertingentis vique ad minima: hoc enim esset etiam tollere prudentiam humanam sed excludere medios prouisores vt prouisores tãtum, id est ita prouisores q; non executores præfati ordinis, sed alteriꝰ, in diuino actu aliter non comprehensi. Et si vis perspicere cõclusiones plenius hic positas, lege tertium contra Gen. c. 94. vbi nunc facta distinctio cum eisdem cõclusionibus diffusius ponitur, & manifestatur in principio solutionis.

* 1. 2. de Ꝑuid. cap. 3

Tex. 51.

Tex. 27.

Tex. 14. Boeti. cap. 6.

b

335

205

¶ Super Quæstionis vigesimæ secundæ Articulum quartum.

TItulus ex dictis in quæstione 19. articu. 8. clarus est. Est enim quæstio, vtrum ex positione diuinæ prouidentiæ modo declarato, sequatur quòd omnia prouisa sunt necessaria.

¶ In corpore duo facit. Primò ponit conclusionem responsiuam, annexa recitatione oppositæ opinionis. Secundò, probat conclusionem ipsam. Conclusio est diuina prouidentia imponit necessitatem quibusdã & non omnibus. Probatur sic. Ad prouidentiam diuinã pertinet ordinare res in finem: ergo ad perfectionem vniuersi ergo omnes gradus entium producere ergo quibusdã effectibus præparate causas necessarias, & quibusdam contingentes: non igitur ad eã spectat omnibus necessitatẽ imponere. prima consequentia probatur: quia per hoc vniuersi esset principale bonum existens in ipso: bonitas enim diuina est longe maius bonum, sed separatum ab vniuerso. & finis eius separatus vt patet 12. Metaph. secunda autem probatur: quia perfectio vniuersi non esset, si non omnes essendi gradus inuenirentur in rebus. tertia verò, quas oportet ad hoc vt necessario vel contingenter eueniant effectus, causas proximas esse huiusmodi Hic non opus est amplius, repetere disputationem de contingentia, sufficiunt siquidem supradicta etiam huic loco.

¶ In responsione ad primum dubitatio occurrit valde ardua, & fortè ab humano intellectu insolubilis. Ad cuius euidẽtiam vt melius percipiatur in quo cõsistit dubitatio, aduertendum est quòd aliud est A cõtingenter euenire, & aliud est A necessario euenire, & aliud est A infallibiliter, seu ineuitabiliter euenire: tã primum enim quàm secundum importat ordinem effectus ad causam in actu positam. Illud quidem quod fua causa habet potentiã ad vtrumlibet, hoc verò, quòd sua non potest deficere ab ipsius causalitate, sed tertium communius est vtroq;

* 1. 2. de Ꝑuid. cap. 3

Tex. 27.

Tex. 51.

Tex. 14. Boeti. cap. 6.

b

335

205

ius Regis pertinet q; habeat ministros, quibus mediãtibus subditis prouideat. Et go multo magis Deus nõ immediatè omnibus prouidet.

¶ Præterea, Ad prouidẽtiã pertinet res in finem ordinare. Finis autem cuiuslibet rei est eius perfectio & bonum. Ad quãlibet autem causam pertinet effectum suũ perducere ad bonũ. Quælibet igitur causa agẽs est causa effectus prouidẽtię. Si igitur Deus ónibus immediatè preuidet, subtra huntur omnes causæ secundæ.

¶ Præterea, Aug. dicit in Ench*. q; melius est quædam nescire quam scire, vt vilia, Et idem dicit Philosophus in 12. Meta*. Sed ő ne, quod est melius, Deo est attribuẽdum. Ergo Deus non habet immediatè prouidẽtiam quorundam vilium & malorum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iob. 34. Quem cõstituit aliũ super terram? aut quẽ posuit super orbẽ quem fabricatus est? Super quo dicit Greg*. Mundũ ꝓ seipsum regit, quem per seipsum condidit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad prouidentiam duo pertinẽt. scilicet ratio ordinis rerũ prouisarũ in finem. & executio huiꝰ ordinis, quæ gubernatio dicitur[c]. ¶ Quantum igitur ad primum horũ Deus immediatè ónibus prouidet, qui in suo in tellectu habet rationẽ omnium etiam minimorũ[c]. & quæcunque causas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis virtutẽ ad illos effectus producẽdos. Vnde oportet q; ordinem illorum effectuum in sua ratione præhabuerit.

¶ Quantum autem ad secundũ sunt aliqua media diuinæ prouidẽtiæ: q; a inferiora gubernat per superiora, nõ propter defectum suæ virtutis. sed propter abundantiam suæ bonitatis, vt dignitatẽ causalitatis etiam creaturis communicet. Et secundum hoc excluditur opinio Platonis (quã narrat Greg. Nicenus*) triplicẽ prouidentiam ponentis. Quarum primæ est summi Deiꝰ, q; primò & principaliter prouidet rebus ꝓritualibꝰ, & cõsequẽter toti mũdo quatũ ad genera, species & causas vniuersales. Secũda verò ꝓuidẽtia est, qua prouidetur singularibꝰ generabiliũ, & corruptibiliũ. Et hac attribuit diis, qui circumeũt cælos, id est subst̃atiis separatis, quę moũẽt corpora cęlestia circulariter Tertia ve rò pronidentia est rerũh umanarũ: quam attribuebat dæmonibus quos Platonici ponebãt medios inter nos, & Deos, vt nar Aug. 9. de Ciuit. Dei*.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd habere ministros executores suæ prouidẽtiæ pertinet ad dignitatẽ Regis. Sed quòd non habeat rationem eorum, quæ per eos agẽda sunt, est ex defectu ipsius. Omnis enim sciẽtia operatiua tantò perfectior est, quanto magis particularia conſiderat, in quibus est actus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per hoc q; Deus habet immediatè prouidentiã de rebus omnibus, non excludũtur causæ secũdæ, quæ sunt executrices huius ordinis vt ex supradictis patet*.

¶ Ad tertium dicendum, q; nobis melius est non cognoscere mala & vilia, inquãtũ per ea impedimur à cõsideratione aliquorum meliorum: quia non possumus simul multa intelligere: & inquantũ cogitatio malorum præuertit interdum voluntatẽ in malum. Sed hoc nõ habet locũ in Deo, qui simul omnia vno intuitu videt, & cuius voluntas ad malum fieẽti non potest.

* 1. 2. de Ꝑuid. cap. 3

Tex. 27.

Tex. 51.

Tex. 14. Boeti. cap. 6.

b

335

205

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum providentia rebus promissis necessitatem imponat.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur q; diuina ꝓidentia necessitatẽ rebus pro uisis imponat omnis enim effectus qui habet aliquã causam per se quæ iam est vel fuit, ad quam de necessitate sequitur, prouenit ex necessitate, vt philosoph* probat in sexto Meta.* Sed prouidentia Dei (cum sit æterna) præexistit, & ad eam sequitur effectus de necessitate. Non enim potest diuina prouidentia frustrari. Ergo prouidentia diuina necessitatem rebus prouisis imponit.

¶ 2 Præterea, Vnusquisq; prouisor ſtabilit opus suum, quantũ potest, ne deficiat. Sed Deus est summè potens. Ergo necessitatis firmitatem rebus à se prouisis tribuit.

¶ 3 Præterea, Boe. dicit 4. de Conſ.* quod fatũ ab immobilibus prouidentiæ proficiscens exordiis actus fortunasque hominum indissolubili causarum connexione astringit. Videtur ergo quòd prouidentia necessitatem rebus prouisis imponat.

* qõ. 19. d. 929.

138

sup. q. 19. arti. 8. & 10. q. 10. scribendum tunc: attamen potentia ista atq; libertas nõ exibit in actum negationis scribendi, sed affirmationis. sic q. inuitabile est quin affirmatio eueniat. & ſi sic est, cum iam ab æterno diuina prouidẽtia sit in actu determinata respectu omnium & immutabilis & infallibilis &c. sequitur q; de facto omnia ineuitabiliter eueniant, quamuis quędã contingenter, & quædam necessariò. Notanter autem dixi de facto quia de possibili, absolute loquẽdo, pòt Deus non determinare prouidentiam suam ad hoc, vel illã futura. Sed cum iam determinata est, repugnat immutabilitati efficaciæ, vniuersalitati atque certitudini suæ, euitabilitas euentiũ. Et si omnia ineuitabiliter eueniunt de facto vt quid cõsiliamur & conamur ad hæc magis quàm illa profequẽda vel vitanda? Nil enim minus videtur ex hoc desitui pars moralis, omnisque conatus Ecclesiæ, atq; exhortatio ad bonum, quàm ex negatione contingentiæ. Quamuis enim negatio euitabilitatis, & negatio contingentiæ non æquipolleant, vt iam patet ex dictis quo ad propositam tamen incõtingentia æqualiter videtur. Nullus enim cõsiliatur de ineuitabili, nec aliquis conatur, aut hortatur aut orat circa ineuitabilia.

* cap. 1. & 2.

* qõ. 19. d. 929.

sup. q. 19. arti. 8. & 10. q. 10. 1. dist. 39. q. 2. ar. 2. & 2. cõt. c. 69. 70. 71. 91. fi. & 94. & opus. 3. c. 141. & 142. & opus. 15. ca. 15.

* Tex. 7.

† prof. 6.

¶ Ad hanc dubitationem nihil scriptum reperi in S. Thoma: quoniam nullibi eum mouisse hanc recolo, sed semper studuit ad saluandam contingentiam: in aliis quoque Doctoribus nihil hactenus cõperi ad quæſtionem istam, nisi quæ communiter dicuntur de sensu cõposito, & diuiso, de necessitate consequentiæ & consequentis, de libertate electionis diuinæ in æternitate, de q; natura causarum ad vtrumlibet in vniuerso inuentarũ. Sed hæc omnia, vt ex dictis patet, intellectum non quietant: quoniam vt iam dictum est, non de Deo secundum se considerato, sed secundum quòd de facto est. & similiter nõ de ipsis naturis causarum, aut rerum, nec de necessitate, aut contingentia, sed de cõpossibilitate in euitabilium euentuum, cum contingentia & libertate eorundem est quæstio. Non enim satisfit quæsito, dicendo, quòd actus eueniens est euitabilis & ineuitabilis. Euitabilis quidem secundum se, ineuitabilis verò secũdum quòd est prouisus. licet enim hoc sit verum, tamen non soluit. nodum: quoniam actus eueniens de facto est iam prouisus ab æterno: & esse prouisum vincit conditiones ipsius secundũ se. & consequenter actus eueniens est simpliciter, id est omnibus consideratis ineuitabilis, & secundum quid, id est solitarię sumptus euitabilis sicut projectio mercis tempore naufragij est simpliciter volita, quia omnibus cõsideratis est volita, & secundum quid est nolita: quia secundum se projectio ipsa displicet. Nihil quoque ad propositum facit dicere, quòd esse prouisum nihil ponit in actu euententoin hoc enim exemplo manifeste apparet nihil ad rem referre, an ponat vel non ponat. esse nanque volitũ nihil ponit in projecta mercę &c. tamen, &c. Nec etiam euaditur dicendo, quòd quia actus eueniens est prouisus à Deo, & ineuitabilitas eius sequitur esse prouisum vt res respectiu ad Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Deum actus euenies est de facto ineuitabilis respectu Dei, non autē respectu nostri. Hoc enim æquiualet in nihilo: quoniam si de facto ineuitabilis est à Deo, ergo & de facto ineuitabilis est & simpliciter, & à nobis: quoniam impossibile est à quocunq; vitari, quòd à Deo de facto vitari nō potest, propter ipsius summam efficaciam. Oportet igitur, si quæstionis huius veritas quietare debet intellectum nostrū, alterum duorum dicere, aut quòd esse prouisum non sequatur ineuitabilitas, aut quòd ineuitabilitas, euentus prouisi nō deroget euitabilitati eorundē euentuū. Et hoc secundum quidem propter rationem supra adductā nonespio quomodo possit verificari. Liquet enim quòd non nisi secundū quid euitabilitas saluari apparet. Primum autē, quamuis communiter à Doctoribus destruatur, dicētibus q esse prouisum seu volitū seu prædestinatū (propeodē enim quo ad hanc difficultatem omnia accipio) sequitur ineuitabilita. Ego autē non vt opponā me contra tantos terrentē, nec asserēdo, sed stante semper captiuitate intellectus in obsequiū Christi, suspicor, quòd quemadmodū esse prouisum, nec contingentiā, nec necessitatem ponit in euētu prouiso, vt in litera dicitur, eo quia Deus est causa superexcedens eminenter præhabens necessaria & cōtingentia: per hoc enim euadit sanct. Tho. ab illatam ration. 6. Met. hic allata. Intendit enim quòd propositiones Ari. veri-
ficantur in causis, particularibus. quarum aliæ sunt necessariæ, aliæ cōtingētes, aliæ per se, & aliæ per accidens, non autem in causa vniuersalissima excedente necessarias & cōtingentes
¶ Ad tertium dicendum, quod procedere à principio, vt extraneum & diuersum, repugnat rationi primi principij: sed procedere vt intimum & absque diuersitate per modum intelligibilem includitur in ratione primi principij. Cū enim dicimus ædificatorem principiū domus in ratione huius principij, includitur conceptio suæ artis: & includeretur in ratione primi principij, si ædificator esset primum principium. Deus autem qui est primum principium rerum, comparatur ad res creatas, vt artifex ad artificiata.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum aliqua processio in diuinis generatio dici possit.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ processio quæ est in diuinis, non possit dici generatio. Generatio enim est mutatio de nō esse in esse corruptioni opposita, & vtriusq; subiectum est materia. Sed nihil horum competit diuinis. Ergo non potest generatio esse in diuinis.

¶ 2 Præterea, in Deo est processio secundum modum intelligibilē, vt dictum est* sed in nobis talis processio nō dicitur generatio. Ergo neque in Deo.

¶ 3 Præterea, Omne genitū accipit esse à generante. Esse ergo cuiusliber geniti est esse receptum. Sed nullum esse receptum est per se subsistens cū igitur esse diuinum sit esse per se subsistēs (vt suprà probatū est*) sequitur quod nullius geniti esse sit esse diuinum. Non est ergo generatio in diuinis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Ego hodie genui te.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ processio verbi in diuinis dicitur generatio.

¶ Ad cuius euidentiā, sciendum est, quòd nomine Generationis dupliciter vtimur. Vno modo cōmuniter ad omnia generabilia & corruptibilia: & sic generatio nihil aliud est quam mutatio de nō esse ad esse. Alio modo propriè in viuentibus: & sic generatio significat originem alicuius viuentis à principio viuente coniunctо: & hæc propriè dicitur natiuitas*. Nō tamen omne huiusmodi dicitur genitū, sed proprie quod procedit secundum rationem similitudinis. Vnde pilus vel capillus non habet rationem geniti & filij, sed solum ꝙ procedit secundum rationē similitudinis non cuiuscunq;. Nā vermes qui generantur in animalibus, non habent rationem generationis & filiationis, licet sit similitudo secundum genus. sed requiritur ad rationem talis generationis ꝙ procedat secundū rationem similitudinis in natura ipsi de speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo*. In viuentibus autem, quæ de potentia in actū vitæ procedunt, sicut sunt homines & animalia, generatio vtranque generationem includit. Si autē sit aliquod viuens, cuius vita non exeat de potentia in actum, processio (si qua in tali viu ēte inuenitur) excludit omnino primam rationem generationis, sed potest

* 90.7 articu. 1. & qō. 11. articu. 4.

cōparentur primo modo, sic actus est nobilior habitu, seu specie, vt dictum primo Ethic. & ratio est: quia actus est simpliciter actus: illa verò habent esse medium inter actum & potentiam: & hoc nihil aliud est quam dicere, quod & res cognita nobiliori modo adest animæ, quàm adest actu secundo, qui quum adest habitu seu actu prima: & anima nobiliori modo se habet cum actu attingit res, quam cum habitu. Nec actus quo ad modū essendi præditum producitur à specie, sed ab intellectu. Si autem cōparentur secūdo modo, sic respectu eiusdē obiecti loquendo, patis nobilitatis sunt: & sic actus adæquatus speciei manat ab ea quasi effectus à causa vniuoca: habet enim actus ꝙ sit talis à principio formali, quod est species, vt accidit etiam in aliis. Et sic patet solutio rationis Durandi: quæ non solum contra nos, sed & contra ipsum Aristo. militabat.

567.

¶ Circa secundam consequentiā ad conclusionem principalem dubiū occurrit: eo ꝙ falsum est quòd processio secundum actionem ad extra sit propriè infimis creaturis scilicet corporalibus. Manifestum est enim quod ipsæ intellectuales substantiæ procedunt à Deo. secundum actionem ad extra & sic processus literæ falsō videtur inniti sundamento.

464

¶ Ad hāc dubitationem breuiter dicitur, ꝙ procedere secundum actionem ad extra computari videtur in litera inter processiones corporales, non ea ratione, quod ipsæ, in corporalibus tantū inueniantur: sed quia est à Deo communis, vt etiam in corporibus inueniatur, & in ipsis corporalibus manifestius relucet. Valde enim vilem oportet esse processionem quæ rei omni quantuncunque infimæ conuenit propter quod in proposito vbi graduantur processiones inter corporales tāquam infimas meritò computata est & exclusa à proprio processionis modo inuento in substantiis intellectualibus, quæ supremum tenent locum in vniuerso.

¶ In responsione ad tertium caue ne sis præceps, colligendo ex verbis istis in ratione primi principij claudi realem processionem: quam ponit fides absolutè, sed quomodo hoc intelligatur, inferius quæstione 27. artic. 6. patebit.

¶ Super Quæstionis vigesimæ septimæ Articulum secundum.

TItulus de generatione formaliter intendit, & clarior erit in corpore.

¶ In corpore duo facit. Primo distinguit prædicatum quæsiti, id est, generationem. Secundo respondet quæsito affirmatiué.

¶ Quo ad primum distinguit, describit & comparat generationē. Distinctio est generatio dupliciter, scilicet communiter & propriè viuentibus. Descriptio verò membrorum est Generatio communis omnibus, est mutatio de non esse ad esse, vt patet ꝙ. Physi. Generatio propria viuentibus, (quæ natiuitas propriè dicitur,) est origo viuentis, à viuente coniuncto secūdum similitudinem eiusdem naturæ. Comparatio demum est quo ad separationem & conjunctionē vtriusq; cum enim constet, quòd prima separatur à secunda, & cursus, ꝙ in viuentibus quæ apud nos sunt, vtraque simul concurrit: ea ratione, quia exeunt de potentia ad actum, de necessitate sequitur, quod si aliquod viuens nascitur absque exitu de potentia ad actum, quod ibi generatio secunda separatur à prima.

¶ Circa definitionem natiuitatis sila data: coniuncto, obstacula aliqualiter est, eius tamen expositionem prolixam habes quarto contra Gen. cap. 11.

¶ Quo ad secundū conclusio respōsiua est, Processio verbi in diuinis habet rationem generationis, secundo modo. Et probatur, sigillatim probando tali processioni conuenire quatuor cōditiones integrantes rationē natiuitatis. Quod enim sit operatio vitalis, patet ex actione intelligibili. Quod verò à principio cōiuncto patet ex articulo præcedente: & præcipuè in responsione ad secundū. Quod autē sit secundum rationem similitudinis, probatur quia conceptio intellectus similitudo est rei intellectæ. Quod demū sit in eadem natura, probatur: quia in Deo idem est intelligere & esse: & sic non solum infertur conclusio, sed etiam ipsius corollarium, scilicet quod verbum procedens in diuinis est filius.

¶ Circa rationē vltimi dicti in litera scilicet quòd ideo verbū dicendū procedit vt res eiusdem naturæ cū Deo, quia ibi intelligere est esse: Aduerte ꝙ hæc ratio pluries in hoc opere repetita in quarto contra Gentiles ea. n. exponitur: & dicitur, ꝙ tenet ꝺo tanto, quia in cōi loquendo esse cōceptus seu verbi, est intelligi & propterea vbicunq; intelligere, qd idēsificatur ipsi intelligi, est accidēs, ipsū quoque verbū est accidens: vbi autem intelligere est esse subsistantiale ibi quoq; verbū est subsistantia: & quia sic est in diuinis, ideo verbū diuinū est subsistantia diuina. Cōceptus autem omnium creaturarū intellectualium sunt accidentia.

¶ Sed circa hanc rationem dubium occurrit ex duplici capite. Primo ex eo quod intelligi, nihil ponit in re intellecta: & consequenter non potest esse, reale esse ipsius conceptus. Secundo, quia actus intelligendi distinguitur realiter à conceptu: & secundum hanc viam est ipsum esse intellectus in actum perfecto, igitur non potest esse ipsum esse conceptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod quia verbum vt verbum est ipsum intellectum in actu interius, habet tria. Ex eo enim q̃ est intellectū in actu, sequitur, ergo esse eius vt sic est intelligi, vt patet inductiue de viso in actu, & reliquis, Ex eo verò quod est interius intellectū, id est, in quo res intellecta actu intelligendi exprimitur, sequitur, ergo esse eius est sic intelligi, vt scilicet interi⁹ in quo, &c. Sic autem intelligi est aliquod esse reale quoniã est esse expressum actu similitudinẽ obiecti. Et eo verò quod est sic obiectū in actu habet q̃ sit vnū de cõcurrentibus ad perfectionẽ actus intelligẽdi. Et cõsequenter q̃ intellectio, quæ est ipsum esse intellectus in actu, ac per hoc est esse omniũ concurrentiũ ad perfectionem intellectus in actu sit esse ipsius verbi.

*articu. præced.

*q. 3. ar. 4. & q. 14 art. 4.

¶ Vnde ad primã obiectionem dicitur, q̃ licet intelligi nihil ponat in re intellecta: intelligi tamẽ sic, id est, vt propriũ interius intellectũ aliquid reale ponit, nõ in re intellecta vniuersaliter sed in re intellecta sic, id est secundum esse quod habet interius in conceptu.

*in cor.

¶ Ad secundã verò dicitur, quod intellectio est esse, & intellectus & species intelligibilis, & verbi dimensimode tamen quia intellectus & species est esse intelligere: verbi autẽ in intelligi, illorũ quaũ principiorũ ipsius vt termini, illorũ quasi vnius completi subiecti, ipsius vt obiecti. Vnde nullũ inconueniens sequitur, nisi quis putet eadẽ esse nõ posse distincta realiter existere: quid falsum esse patet in materia, forma & composito.

*q. 14. ar. 4.

¶ Circa rationẽ generationis applicatæ ad diuinam processionẽ dubiũ occurrit ex Aureolo apud Capreolũ in 9. distin. primi. Arguit enim sic: Si diuina processio prædicta ratione dicere tur generatio, sequeretur duo impossibilia. Primũ est, q̃ filius nõ esset eo verbũ quo filius: econtra contra Aug. 7. de Trinit. cap. 4. & tenet sequela: quia nec generatio verbi in nobis est generatio subsistãtiæ viuę nec generatio filij apud nos est generatio verbi. Secundum est, q̃ processio Spiritussancti esset generatio. Et probatur sequela, quia sibi competit tota illa definitio. Sed ad hæc facilis est responsio, negando vtrunq; consequentiã: nec consequentia nec primi aliquid valet: quia in nobis filius procedit per actionem transeuntem: & verbum per operationem quæ est accidens in Deo autem nihil horum locum habet. Q uare autẽ proprietas filij exprimatur etiam verbi nomine, in 34. quæst. artic. 2. ad tertium patet. Probatio quoque secundæ consequentiæ falsum assumit: quoniam, vt in artic. q. ex proposito tractabitur, deficit illa conditio per modum similis.

¶ In responsione ad tertium, notato, aurea verba in calce illius, f. in ipsa processione diuini esse continetur & verbum, &c. Percipiuẽ enim apparet hic, quòd nulla est distinctio formalis actu in essen t iam diuinam proprietas personales, & attributæ & reliqua quæ in Deo formaliter saluantur. ipsa enim perfectio dicti ni esse si secundum se (vt sic licet loqui) diffiniretur, hæc omnia in se concluderet & propterea omnem huiusmodi distinctionem in Deo non nisi virtualiter, in intellectu vero secundum rationem ponito.

*Super Quæstionis vigesimæ septimæ Articulum tertium.

INtitulo ly alia significat veram alietatem, & propter ly fit, oportet quod signi ficet alietatem realẽ. nõ enim est vera alietas processionũ realium, nisi sit realisaly in diuinis, sumitur sicut in primo art. declarauimus est: & eodẽ modo est intelligendũ in singulis istius quæstionis articulis: nec oportet idẽ pluries repetere.

¶ In corpore vna est cõclusio responsiua quæsito affirmatiuè. In quibus videtur processionem verbi est alia processio, quæ est processio amoris, Et probatur sic, In natura intellectuali apud nos, præter processionem verbi secundum actionem intelligibilem, est alia processio, f. amoris secundum operationem voluntatis: ergo in diuinis præter processionem verbi est alia processio, &c. Antecedens probatur ex proportionali: quia sicut per conceptionem verbi intellectum est in intelligente: ita per processionem amoris amatum est in amante. Consequentia verò probatur quia in diuinis non est processio nisi secundum actionem immanentem naturæ intellectualis: quam constat esse secundum hanc duplicem intellectus & volũtatis.

¶ Circa hoc occurrit primò dubium simile dubio moto circa processionẽ verbi

d c 106

habere rationẽ generationis quæ est propria viuentium. Sic igitur processio verbi in diuinis habet rationem generationis. procedit enim per modum intelligibilis actionis, quę est operatio vitæ. & à principio coniuncto, vt suprà iam dictum est*: & secundũ rationem similitudinis, quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ: & in eadem natura existens. quia in Deo idem est intelligere & esse, vt suprà ostensum est*. Vnde processio verbi in diuinis dicitur generatio, & ipsum verbum procedens dicitur filius.

* q. 3. ar. 4. & q. 14 art. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de generatione secundum rationem primam, prout importat exitum de potẽtia in actum. Et sic non inuenitur in diuinis, vt suprà dictum est*.

¶ Ad secundũ dicendum, quod intelligere in nobis non est ipsa substantia intellectus Vnde verbũ quod secundũ intelligibilem operationẽ procedit in nobis non est eiusdem naturæ cum eo à quo procedit. Vnde non proprię & completè competit sibi ratio generationis. Sed intelligere diuinũ est ipsa substantia intelligentis, vt suprà ostensum est*. Vnde verbũ procedens procedit vt eiusdẽ naturæ subsistẽs. Et propter hoc ꝓprię dicitur genitũ & filius. Vnde & his quæ pertinent ad generationẽ viuentium vtitur Scriptura ad significãda processionẽ diuinæ sapientię, scilicet cõceptione & partu. Dicitur enim ex persona diuinæ Sapiẽtiæ, Prouerb. 8: Nõdũ erãt abissi, & ego iam concepta eram. Ante colles ego parturiebar. Sed in intellectu nostro vtimur nomine cõceptionis, & secundum quod in verbo nostri intellectus inuenitur similitudo rei intellectæ, licet non inueniatur naturæ identitas.

*q. 14. ar. 4.

¶ Ad tertium dicẽdum, q̃ non omne acceptum est receptũ in aliquo subiecto, alioquin non posset dici, q̃ tota substantia rei creatæ sit accepta a Deo, cũ totius substãtiæ nõ sit aliquod subiectum receptũ. Sic igitur id quod est genitũ in diuinis accipit esse a generante. nõ tanquam illud esse sit receptum in aliqua materia, vel subiecto, quod repugnat subsistentiæ diuinie esse: sed secundũ hoc dicitur esse acceptum. inquãtum procedẽs ab alio habet esse diuinum, non quasi aliud ab esse diuino existens. In ipsa enim pfectione diuini esse continetur & verbũ intelligibiliter procedẽs & principiũ verbi, sicut & quęcũque ad eius perfectionem pertinent. vt suprà dictum est*.

*ARTICVLVS III.

*Virũ sit in diuinis alia processio à generatione verbi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non sit in diuinis alia processio à generatione verbi. Eadem enim ratio erit aliqua alia processio ab illa alia processione: & sic procederetur in finitum, quòd est inconueniens. Standum est igitur in prima, vt sit vna tantum processio in diuinis.

¶ 2 Præterea, in omni natura inuenitur tantum vnus modus communicationis illius naturæ*. Et hoc ideo est: quia operationes secundum terminos habent vnitatẽ & diuersitatẽ. Sed processio in diuinis nõ est nisi secundũ cõmunicationem diuinæ naturæ. Cùm igitur sit vna tantũ natura diuina (vt suprà ostẽsum est*), relinquitur q̃ vna sit tantũ processio in diuinis.

*q. 27. ar. 3 & 4.

¶ 3 præterea, Si sit in diuinis alia processio ab intelligibili, ꝓcessione verbi, nõ erit nisi ꝓcessio amoris: quę est secũdũ volũtatis operationẽ. Sed talis processio nõ põt esse alia à processione intellectus intelligibili, quia voluntas in Deo nõ est aliud ab intellectu, vt suprà ostẽsum est*. Ergo in Deo nõ est alia ꝓcessio præter ꝓcessionẽ verbi.

*q. 19. ar. 1.

¶ SED CONTRA est quod Spũssanctus procedit à Patre: vt dicitur Io. 15 Ipse autẽ est alius à filio, secundũ illud Ioan. 14. Rogabo Patrem meum & alium paracletum dabit vobis, Ergo in diuinis est alia processio præter processionem Verbi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in diuinis sunt duæ processiones. scilicet processio verbi & quædam alia.

¶ Ad cuius euidẽtiam considerãdum est, quod in diuinis non est processio nisi secũdum actionem, quę nõ tẽdit in aliquid ex trinsecum. sed manet in ipso agẽte. Hmòdi autẽ actio in intellectuali natura, est actio intellectus & actio volũtatis. Processio autem Verbi attenditur secundũ actionẽ intelligibilem. Secundum autẽ operationẽ volũtatis inuenitur in nobis quædam alia ni, vt patet de verbo & conceptu. Res verò terminãs in volũtate, quę & est & ꝓcedit rem sit terminus nec modũ tamen nec nomen habet termini, quę & est & ꝓcedit ficatur vt in aliud tendens: consistet autẽ, q̃ in aliud tendere, cõdinio est non termini, sed vię. Et propter hanc rationẽ scripta sunt verba illa in q de Ve. vt patet diligenter toram responsionem conferenti ac penetranti. vnde nihil officiunt propositio, Et ex eadem radice patet responsio ad reliqua obiecta in primo dubio: penuria siquidem vocabulorum amotis, nomen ad eius terminũ extendẽs.

¶ Ad secundã autem dubitationem dicitur q̃ argumenta in duobus peccant. Primò in hoc q̃ non vident tertium modum essendi in. Præter per essentiã & similitudinem, f. per inclinationem seu affectionẽ quomodo esse deorsum est in grauibus, & esse sursum in leui: hic enim vt in 4. cõtra Gent. c. 19. explanatur. Secundò modus & iuxta hunc amatũ est in amante: vt de se patet. Secundo in hoc, q̃ non librando quid sit amatũ esse in amante, putant hanc cõsequentiam valere, amatum sit à volũtate in amãte. ergo amatum trahitur ad amantẽ: cum tamen nihil valeat: quia amatũ nõ aliter fit in amante nisi secundũ affectionem amantis in amatum & cõsequenter ex hoc ipso q̃ fit, trahitur, transformatur impuritur amans in amatum obiectiuè. Et sic in eo est. Paterõ; facile potest amãs ipsa amati ratione. amari enim nõ est trahi, sed trahere amãtem: & cõsequenter fieri vt amatũ non est fieri vt tractum, sed vt trahens, ac per hoc si aliquid sit in volũtate vt amatum, nõ sit vt tractũ ad ipsũ: sed econtrario vt trahens in ipsum. Et hoc modo fatemur similitudinem proportionalem literæ inter intellectum & volũtatẽ currere, scilicet quo ad hoc quod dicit sicut ibi fit res intellecta ita hic res amata: sed diuersimodes vt dictum est, & amplius dicetur inferius.

¶ In responsione ad secundum aduerte, q̃ responsio consistit in hoc quod ea ior illa non tenet in natura infinita identificante sibi omnia: quãuis inconueniens veta in aliis: quia finitæ sunt & propterea ex eis assumpta est velut maxima.

¶ In responsione ad tertium nota duo: Primũ est, q̃ tertiũ argumentũ intendebat cõcludere nõ esse maiorẽ distinctionẽ inter has processiones, quam sit inter intellectũ & volũtatẽ: & consequẽter sicut inter intellectũ & volũtatẽ in Deo no est vera alietas, ita nec inter ꝓcessiones. Responsio autẽ intẽdit ostẽdere, q̃ distinctio inter processiones est maior, imo q̃ inter eas est alietas ifinite ifinitè maior quã inter intellectum & volũtatis: & hoc propter ordinẽ originis inter eas: quæ tamẽ ordo ex

factionibus principiorum, f. intellectus & voluntatis: inter quæ non est talis ordo. Ita quòd est distinctio in principiatis: & non est in principiis, & ex ratione ipsorum principiorum, est ordo originis, non in seipsis, sed in processionibus secundum ipsa: & sic alietas processionum quæsita in corpore articuli: implicite tamen determinata, hic implicitè manifestatur ex ordine, originis.

¶ Secundum aduertendum hic est, quòd in littera dicitur q̃ de ratione amoris est quòd procedat à conceptione intellectus, & consequenter in diuinis quòd procedat à processione. Est enim primò hic dubium an sit de ratione processionis amotis in principio dicendi per se, an in secundo. Et & rursus dubium an de ratione amoris sit procedere à verbo inquantũ verbum, an solum inquantum verbum est res intellecta. Est & tertio dubium, an prefatus ordo originis sit præcise id quo realiter distinguntur ipsæ processiones. Sed quo-cluso ipso non esset realis inter eas distinctio. Sed quomodocunq; in 9. 16. art. 2. discutiendã hæc sunt vbi melius quoque intelligentur post tractatum personarũ diuinarum, idcirco hic pertransfeamus, ¶ Quinquetamen nullo pacto prætereunda censui. Primum est, quòd constat quòd accipiendo conceptũ pro re concepta seu cognita vt sic, processionem amoris oportet esse à conceptu, inquanta enim conceptus ex eo patet, quod in littera dicitur, quòd amor habet ordinẽ originis ad conceptum. Constat enim ordinem originis in proposito ordinem esse secundũ modum efficientiæ, consonũque huic sententiæ illud Auerroisin 12. Metaphcommen. 36. Balneum in anima est agens desiderium, &c.

¶ Tertium est quod quamuis amor oriatur effectiuè à duobus, f. à voluntate & re amabili cognita: sicut & verbum ab intellectu & intelligibili vnà cum intellectu magna tamen differentia percipienda in hoc. Conceptus enim producitur ab vtroque in vi vnius efficientis completi, & in ratione rei. Amor autem producitur à voluntate & re amabili cognita, non vt integrantibus vnum agens, sed vt ediuerso ac diuersis rationibus concurrentibus, à voluntate enim oritur in ratione rei, ab amabili autem in ratione cogniti. Amabile enim vt cognitum amotem parit, voluntas autem vt talis res. Et hæc pro nunc sufficiant pro fundamentis dicendorum de amore & Spiritussancto.

¶ Quartum est quod Sco. in 1. distin. 13. ex primo verbo ordinis intellesi hunc locum de distinctione processionum secundum prius & posterius: & impugnauit tripliciter primo quia ista non est prius distinctio processionum. nam ideo illa prior, hæc posterior: quia illa est talis & ista talis, secunda, quia processiones diuinæ sunt relatiores. Relationes autem non distinguuntur primo per alias relationes. ꝛ Tertio, quia istæ relationes ordinis sunt aliæ à relationibus originis quod probatur, quia sunt inter alia extrema. Nam relatio originis est inter productum & producens. relatio verò ordinis est inter originem & originem malẽ ergo ex prima est literam. sed ad hæc facilis est responsio, ex ipso enim progressu istius tractatus apparet sensus literæ simul cum ratione: quare quę quasi diminute locutus sit hoc in loco Autor: manifestabitur enim inferius, quòd in diuinis non est ordo nisi originis: & quod ille non includit relationes prioris & posterioris. Et propterea distinctio ordinis hic posita male exposita est pro distinctione secundum prius & posterius: quoniam est distinctio ordinis originis. Et si contra hoc dicatur, quòd ista distinctio non est prima, de distinctione reali loquendo, negatur assumptum: nam vt inferius patebit solæ relationes originis realiter distinguũt in diuinis. de formali autem distinctione iam patet responsio ex corpore articuli, & ex articulo sequenti, quòd, scilicet distinguuntur, vna per intellectum, alia per voluntatem. Vnde iste ordo non addit super ipsas origines alias relationes, vt secunda obiectio vult. Nec est verum, quòd alia sint secundum rem extrinseca relationum originis & ordinis: quoniam productum & eius passiua origo in diuinis sunt vnamet relatio, vt dictum est. Vnde quo productum, scilicet Spiritussanctus est à producto, scilicet filio, processio illius est à processione illius, quod est oriri ab illa. Tacuit autẽ Autor hic hæc: quoniã more suo à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia suo loco tractanda procedit: ordinẽ hic, ordinẽ deinde specificabit originis.

¶ Q uintò est, quod argumẽta Scoti ibidẽ cõtra tenẽtes processionis istas distinguit penes principia distincta sed m rõnẽ, puta intellectũ & volũtatẽ, nõ sequitur viam nostram quoniam non militant nisi contra tenentes q̃ distinctio realis processionum pendet ex distinctione rationis principiorum quod alienum est à doctrina S. T. Q uamuis enim (vt in littera dicitur) ex ratione intellectus & volũntatis nascatur harum distinctio, non tamen distinctio harum oritur ex distinctione illorum. Aliud est enim dicere, ex intellectu & voluntate seu ex rationibus eorũ, & aliud est dicere ex distinctione ipsorum, primum enim significat ipsum Deum seu rem realem: secundum verò ens rationis.

¶ *Super quæstionis vigesimæ septimæ Articulum quartum.*

INtitulo aduerte diligenter ly generatio. Cũ enim in præcedenti art. determinatum sit q̃ processio amoris nõ est processio verbi. & in 2. arti. determinatum fuit q̃ processio verbi est ge- * In suo symb. neratio absque quæstio ne liquet quod processio amoris non est illa generatio, quæ est processio verbi & consequenter constat quod processio amoris realiter distinguitur à generatione illa in diuinis, & de his nõ hic est quæstio. Vnde nil aliud hic quæritur, nisi vtrum amoris processioni in diuinis conueniat ratio formalis generationis. Et sic diligẽter perscrutanti apparet quod ficut præcedens titulus quæruit distinctionem realẽ processionis à processione, its hic quæritur formaliter: non secundum quamcunque rationem, sed secundum rationem generationis. Et vere restabat hoc quærendum: quoniam ifabilitis processionibus verbi & amoris in diuinis, & q̃ illa est generatio, & illud filius: oportebat inquirere ac decidere an ista quoq; sit generatio, & consequenter iste quoque filius an non: Et hoc est quod quæritur. 99 194

¶ In corpre duæ sunt conclusiones, prima est directe responsiua quæstioni: processio amoris in diuinis non est generatio, secunda est responsiua intento: Procedemus in diuinis per modum amoris procedit vt spiritus. Antequam tamen probentur conclusiones, aduerte, quòd licet quæritum vnum fuerit, ad perfectionem tamen doctrinæ probatio non solum quæsito simpliciter, sed etiam intentæ differentiæ quasi constitutiuæ ipsius processionis satisfacit, ita quod simul manifestatur ea litera & quæ processio amoris non est generatio, & quæ sit differentia eius constitutiua: quæ differt à generatione, & est ipiratio.

¶ Probatur ergo directè primo prima conclio ex differentia inter intellectum & voluntatem sic: intellectus habet hæc tria ordinare: primò, q̃ sit in actu per similitudinem rei intellectæ: secundo, q̃ ex hoc processio in intellectu sit secundum rationem similitudinis tertio quod hic ex hoc habet rationem generationis quia omne generans generat sibi simile. volũtas autẽ totaliter ex opposito. primò sit in actu: non secundum similitudinem volũti sed secundum inclinationem in illud. secundo, ex hoc processio in volũtate non est secundum rationem similitudinis sed impellentis: tertio ex hoc processio ista non est generatio nec procedens est genitus, aut filius: & tunc subinungitur probatio secundæ conclusionis quia, scilicet procedat vt spiritus per modũ subsequentis consequentia sic. Spiritus importat vitalem quandam motionem cum impulsu non qualemcunq; sed eam qua ex amore dicimur moueri vel impelliseo gr procedens in volũtate per modum impulsus procedit vt spiritus quod erat intendẽdum. Et sic vtraque conclusio simul est probata. Et tandiut processus vis super illa particula posita in diffinitione generationis, scilicet secundũ similitudinẽ. Ita q̃ quia processio aliqua ex propria ratione formali est vel non est, secundũ similitudinem est aut non est generatio. Sane tamen intelligendo quo ad constituam quia intelligitur concurrentibus cæteris particulis, quæ sunt de ratione generationis: ad destructuam enim sufficit illius tantum particulæ negatio, eo quòd rationes formales sunt sicut numeri, vt dicitur 8. metaphyfic.

¶ Circa differentiam primã inter intellectũ & voluntatem assignatã dubiũ occurrit de quo actu inter præcanda sit, an de primo? an de secundo. Et si quidem incurrit de quo actu primo falsa videtur ex parte voluntatis: quoniam fictio videtur præstare de

Universidad de Deusto
Biblioteca

bortſpectu intellectus in actu primo, ſed amor ꝓcedit ſimilis voluntati in actu primo, quia impulſus procedit ab impulſu, ſicut in intellectu ſimilitudo expreſſa à ſimilitudine impreſſa. ergo & falſum eſt, quòd in voluntate nõ ſit proceſſio ſecundum ſimilitudinem: & ex hoc ipſo, quòd voluntas ſit in actu per inclinationem, ſequitur quòd producat inclinationem, & cõſequenter ſibi ſimile agat non minus quàm intellectus proportionaliter ſeruata. Nec refert quo ad propoſitum, vtrum volũtas ſit in actu primo per ſeipſam aut per inclinationem ſuperaddita, ipſa nanque ſecundum ſe eſt inclinatio quædam.

¶ Circa tertiam differentiam, imo potius circa ipſius radicem in litera allatã, ſcilicet quia omne generans generat ſibi ſimile, dubium occurrit quoniã affertur non cauſa vt cauſa: facere enim ſibi ſimile non eſt proprium generanti, ſed commune omni agenti, omne enim agens producit ſibi ſimile ſecundum formam qua agit: & conſequenter, cum voluntas ſit agens, nõ minus iſta cauſa concludet de proceſſione voluntatis quàm de ꝓceſſione intellectus. & ſic non ſolum eſt hic peccatum ſecundum non cauſam differentiæ vt cauſam ſed quod peius eſt infertur oppoſitum intenti.

¶ Circa totũ hunc proceſſum dubium occurrit ad hominem: quoniam contradicere videtur doctrina hæc dictis in quæſtionibus de potentia Dei. q.10.ar.2. ibi nanq; negatur proceſſiones has diſtinguj ſeipſis: hic verò determinatur eas diſtinguj ꝓptiis earum rationibus: hoc autẽ idẽ eſt quod ſeipſis formaliter.

¶ Ad euidentiã horũ prælibanda ſunt duo. Primò, q̃ illa maxima, omne agens agit ſibi ſimile ſecundum formam qua agit. eſt vera, quando forma eſt ratio agendi, ratione rei non oportet autẽ veram eſſe, quando forma eſt quaſi ratio agendi, vt cognita. Et eſt ratio diuerſitatis quia agere vt res, eſt agere quia talis eſt: ac per hoc oportet agere tale quale ipſum eſt: agere verò vt cognitum, non eſt agere quia eſt tale, ſed quia cognoſcitur eſſe tale. Ex hoc autem q̃ aliquid cognoſcitur tale, non oportet ſequi ſimile illi, ſed ſtat, ſequi ſolum inclinationem in illud, vt in nobis experimur. Secundò, q̃ pars appetitiua, quoniam neceſſario mouetur à cognito, hoc habet ſingulare & quod aliquo modo agat in ratione rei, aliquo modo ratione cogniti. Cum enim amor primum locum tenens in appetitu, ab appetitu & apprehibili cognitio neceſſario oriatur ſi conſiderremus amorem vt procedit ab appetitiuo procedit vt à re ſi autem ab appetibili ſic vt à cognito, & ſi vt ab vtroque ſimiliter quaſi ab agente, & quaſi ratione agendi; diuerſa tamen ratione prædiximus ſic meliori vocabulo, mixtum hoc fieri proceditque modum exprimere non occurrit quàm per modũ appetitus vitalis. Et ſecundum hoc facilis eſt reſponſio ad tria dubia primo mota; & vt ordine retrogrado reſpondeatur ſigillatim à radice incipiendo.

¶ Ad tertium dubium dicitur, q̃ licet non ſit proprũ generantis, vt diſtinguitur contra agens, agere ſibi ſimile: eſt tamen proprium ei, vt diſtinguitur contra agẽs per modũ impulſus, ſeu vitalis appetitus intus, vt in litera accipitur: quia hic diſtinguitur cõtra agẽs in ſe tãne cogniti, quale eſt appetitiuũ, & ſic eſt ſibi ꝓprium. & ſic affignata cauſa, & eſt verè cauſa ſeu differentia & inſert inentũ.

¶ Ad ſecundũ autem dicitur, q̃ cõparando amorem ad quaſi partiales cauſas, ſic tiua à nõ ſimili verò pro quanto ab appetibili. Sed cõparando ipſum ad totale ſuum productiuũ, ſ. voluntatem quaſi agentem & volibile cognitum quaſi rationem agendi ſic procedit à non ſimili non enim amor eſt ſimilitudo rei amatæ, ſed inclinatio in illã. & ſic manifeſtè tractatur in litera. Ponit nanque differentiã inter hoc q̃ conceptus eſt ſimilitudo rei intellectæ. Amor autem vt ſic non eſt ſimilitudo eiuſdem rũ res eſt amata, vnde patet reſponſio ad obiecta.

¶ Ad primum autem dubium dicitur q̃ litera poteſt de vtroque actũ intelligi. Et de primo quidem non ſic intelligenda eſt, vt argumentũ fingit ſed q̃ voluntas in actu primo in ſe ſic actu per incitationem, nõ curando vtrum illa inclinatio ſit rei ſuperaddita voluntati an ſit idẽ quod ipſa: vtrunque nanque videtur verũ reſpectu diuerſorum in voluntate noſtra: inclinatur nanque naturaliter volũtas in habitudinem: & inclinatur ruſus affectione ſuperaddita in hæc vel illa bona, quibus afficitur ex conſuetudine, paſſione, aut ratione. De actu vero ſecundo nõ eſt dubiũ. Quo ad illationẽ verò conſequentiã differentiarũ, & litteræ contextũ, de actu ſecundo interpretanda eſt, i.x hoc ciñ ipſo, q̃ terminus intellectus in actu eſt ſimilitudo rei intellectæ, terminus autẽ voluntatis in actu non eſt ſimilitudo rei volitæ: ſed impulſus petit, in illam manifeſtè ſequitur quod tota productiuum conceptus facit ſibi ſimile ſecundum formam quæ eſt ei ratio agendi. Totale vero productiuum amoris non facit ſibi ſimile ſecundum illam formã, quæ eſt ei quaſi ratio agendi, id eſt rem volitam: & ſic ſatis ſit obiectis. ¶ Ad quarti dubij euidentiam ſciendum eſt primo, quod aliud eſt aliqua diſtingui ſeipſis formaliter, & aliud eſt aliqua formaliter diſtingui, ſeipſis primo. Ad primum enim ſufficit, quod per aliquid ſibi eſſentiale ſint diſſinitio, ſiue illud ſit pars diſſinitionis ſiue tota diſſinitio. Ad ſecundũ autẽ nõ ſufficit hoc ſed exgitur q̃ ſint primo diuerſa ita q̃ diſtinguatur nõ per aliud diſtinctiuũ. Secũdò

ſcitò, q̃ quemadmodum diuerſorum ordinum entia ſunt, ita & rationes formales eorum: & propterea oportet quorumdam entium diſſinitiones includere aliquid extra eſſentiam diſſinitam, non propter melius ſed ex neceſſitate abſoluta, vt patet de relationibus propter quod, de huiuſmodi entibus ſermo eſt & dicimus, q̃ ſeipſis diſtinguntur, aut non diſtinguntur aut aliquid aliud habent attendere oportet, q̃ ita bitãter poteſt intelligi. Vno modo vt ly ſeipſis oſtendat proprias eſſentias. Aliomodo vt oſtendat proprias eſſentias cum præciſione: non ſolum eorum quæ ſunt in ſuis diſſinitionibus per additamentum eius, ſed eſt tranſcendentis ordinis ad ſimilia. Actũ quidem hoc ſecundo modo intelligendo, vt plurimũ propriè vocatis ignorantia eſt quoniam huius eſſentiæ intrinſecæ claudit talem ordinem in ſeipſis non ab eo abſtrahi poteſt. primo autẽ modo oppoſitum eſt interpretatio, quoniam vna quæq; res intrinſecum conſtitutiuum, & conſequenter diſtinctiuum oportet q̃ habeat & quomodo huiuſmodi intrinſeca ordinẽ quendam ad extrinſeca habẽt, ideo & à Philoſophis & à S. Tho. frequenter dicuntur hæc conuenire per extrinſeca: puta terminũ obiectum, ſubiectum, &c. Idem enim eſt ſenſus horum cum primo apud ſine intelligentes. Et hic oportet valde notare in materia de potentijs & operationibus motibus & aliis huiuſmodi. Ex his nanq; omnium veritas facile apparet. His prælibatis ad dubiũ dicendũ eſt, q̃ apud S. Th. proceſſiones iſtæ non diſtinguntur ſeipſis quo ad nos, imò exponendo ly ſeipſis cum præciſione ordinis tranſcendentis ad principia, terminos, & cætera huiuſmodi: dicere q̃ diſtinguuntur ſeipſis primò eſt nihil dicere & hic duo intendebat in loco adducto vt ibidem patet quoniam de vltimate diſtinctiuis loquitur: & principia terminõſque examinat. Sed diſtinguitur apud ipſum formaliter illas particulas, ſeu in earum diſſinitionibus clauſus intrinſecè, ſcilicet per modũ ſimilis & per modum impulſus, vt expreſſe patet in litera. Et hunc ſenſum ſetando, poteſt concedi q̃ diſtinguuntur ſeipſis, ſicut etiam poteſt eodem modo concedi de boue & homine: non tamen cõueniunt huiuſmodi ſermone vti, niſi in vltimate diſtinctiuis & diſtinctis ſed non eſt quæſtio facienda de verbis. Hinc autem patet in hoc Sco. 13. di. primo, diſſentire à S. Tho. quoniam tenet iſtas proceſſiones diſtinguj ſeipſis primo ita q̃ in nullo cõueniunt nec tamen aliqua hoc ratione probãt. Et in prõpto erat & eſt contra eum obiectio, quòd iſtæ proceſſiones conueniunt multis prædicatis quidditatiuis, vt puta quòd proceſſio diuinæ perſonæ ſit immaterialis

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſeptimæ Articulum quintum.*

TRiulus ex prædictis eſt clarus.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito, Nulla proceſſio poteſt eſſe in diuinis niſi verbi & amoris. Probatur ſic proceſſiones diuinæ nõ poſſunt accipi niſi ſecundum actiones immanentes, ergo non niſi ſecundum intelligere & velle: ergo non niſi verbi & amoris. Prima conſequentia probatur dupliciter. primò, quia in natura intellectuali non eſt aliud genus actionis immanentis: conſtat enim Deum naturæ eſſe purè intellectualis. Secundò, quia ſequitur, quod tertium eſt genus immanentium, non eſt omnino extra operationes tranſeuntes: pro quanto ſit ab obiecto extrinſeco.

¶ Circa antecedens, quod eſt fundamentum dictorum & dicendorum in materia de Tri. aduerte q̃ dupliciter impugnari poteſt à negantibus productiones in diuinis eſſe ipſas actiones immanẽtes, in hac enim negatiua cõeuenit Sco. & Durand. vt ſuperius allegatum fuit & contra Sco. quidem argumentum eſt, recitata eius opione. Vnde nunc reſtat Durandi dicta refellere. Ipſe nanque in 20. diſt. primi non annuens huic rationi ad ſextam diſtinctionem ſe remittit: in qua & hanc literam impugnauit, & ſuam fundauit opinionẽ. Arguit ergo q̃ proceſſiones ad diuinæ nõ attenduntur penes intelligere & velle: quia hæc ſunt eſſentia alia communia omnibus perſonis, & idem realiter. productiones autem ſunt ſecundum oés actus rationales: nec omnibus cõueniunt & diſtinguntur realiter. Opinatus autem ipſe proceſſiones diuinas attendi ſecundum actus naturæ præcipuè intellectu & voluntate, & omnibus actibus eorum: & in hoc etiam à Sco. diſſentiens ponẽte eas attendi ſecundũ actus intellectus & voluntatis: quamuis illos actus diſtinguat ab intelligere & velle. Fundãque Durandus opinionẽ ſuam hoc communicatio naturæ prouenit ex fœcunditate ipſius naturæ, ergo nõ proueniet ex intellectu & voluntate. Sceluſis igitur his, ſicut remanet natura, ita remanet & fœcunditas & actus cõcitatiuus naturæ, ergo, &c. Antecedẽs & patet inductiuè, & per ſe notũ, & matur autoritate Hilarij. Omnibus creaturis ſubſtantia volantas attulit, &c. cõſequentia vero probatur ex eo q̃ qualis eſt ordo inter aliqua diſtinguntur realiter ſimilis eſt ordo inter illa cũ diſtinguntur ratione patet: antem q̃ nam prior eſt intellectu & voluntate: & ſimile actus naturæ actibus ſuis. Et confirmatur, quia ſi calor eſſet intelligens & volens non caleſaceret inquantum intelligens aut volens, ſed ex natura nũc ſicut per ſe igitur & primò cõmunicare naturam eſt actus naturæ, omni alio ſecluſo: hæc eſt vis poſitionis Dur.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis nota primò, q̃ natura nullũ actũ habere poteſt niſi ille ſit actio immanens, aut tranſiens: impoſſibile nanque eſt tertiũ genus operationis ſeu productionis in natura, etiã ſi fingendi detur licentia: eo quòd oporteat omnem actum ſecundum eſſe perfectionis eſſe agentis aut actũ, & inducendo ſingulas vniuerſi naturas ſufficiens huic propoſitioni teſtimonium perhibetur: etiã ſi adducta ratio deeſſet.

¶ Nota ſecũdo q̃ fœcunditas non eſt cõditionis naturæ, nõ enim omnis natura poteſt cõicare ſeipſam ſecundũ eandẽ rationẽ ſeu vniuocè ſic enim nõ loquimur. Cõſtat nanque ſolem non poſſe generare aliũ ſolem & ſimiliter procul eſt ab intelligẽtijs actus cõicatiuus propriè naturæ cuius ratio redditur inferius. q. 41. art. 5. ad primum.

¶ Nota tertio, q̃ in illa natura, cui cõuenit fœcunditas, eo modo inuenitur cõicare ſe, quo in uenitur agere ad cõmunicationẽ ſui. Quũ autẽ in diffinitione naturæ 2. Phyſ. ponatur primum nõ proximũ principiũ nõ eſt in quacũq; natura requiſitũ q̃ ſit ſecluſa qualibet potẽtia ꝓxima & immediata principiũ operatiõis ſed ſat eſt q̃ ſit primum illius principiũ mediante potẽtia eius naturali, vt in elemẽtis & animalibus patet. Ex his autẽ indubitatè manifeſtis atq; rationi cõſonis deducitur ꝓpoſitũ q̃ ſi qua eſt natura fœcunda cõicabilis p̃ſũ actionẽ tranſeuntẽ, illa nõ inquantũ intelligẽs volẽs aut ſentiẽs: ſed ſe ipſa cõmunibus, his habet ſuis cõicatiuum per tranſiens, ſi qua aũt natura eſt fœcunda, cui repugnet cõicari actionẽ immanentem, qualis eſt omnis natura pure intellectualis illa habet per potentiã vel. potẽtias ſuas actũ cõmunicatiuũ ſui de generatione actionũ immanentium: & cũ huiuſmodi actiones in natura intellectuali non ſint niſi actus intellectus & voluntatis ſolæ, nanque iſtæ ſunt naturales potentiæ proprie nature pure intellectualis: ſequitur quòd ſi qua natura pure intellectualis eſt fœcũda, actus cõmunicatiuus ipſius eſt actus intellectus, aut volũtatis, vel vterque. & hęc eſt ratio literæ huius inchoata iam à primo articulo huius quæſtionis cõtra Arrium, &c.

¶ Ad obiectiones igitur in oppoſitũ dicitur: & primo ad primũ, quòd ex omnibus illis nihil aliud habetur, niſi q̃ proceſſiones ſeu productiones nõ ſũt actio nes immanẽtes præcisè: quòd nos docemus, tẽnentes q̃ ſunt intelligere, exprimendo verbũ, & ſimiliter velle ſpirãdo & ſic de aliis, vt infetius latius patebit. Ad radicẽ autem opinionis concella antecedente propoſitione, negãda eſt conſequela: quoniã ſtat q̃ actus cõmunicatiuus naturæ ſit ex fœcunditate eius & tamẽ nõ præueniat quocunq; ordine actũ intellectus aut voluntatis, eo q̃ naturæ illi repugnat cõmunicari per aliũ actũ quàm intellectus aut volũtatis. Ad probationẽ vero ſequelæ cũ dicitur, Qualis eſt ordo, &c. cõceſſa malore negatur minor quòd ad id q̃ ſupponit, ſ. q̃ naturæ fœcundæ debeatur actus ſui cõicatiuus ſecundũ cæteris. hoc enim eſt falſum, vt declarauimus. Et ſi inſtetur, q̃ intellectus præſupponit actũ naturæ quem ſupponit naturam fœcundã, ergo actus intellectus præſupponit actũ naturæ fœcundæ: negãda eſt cauſalis & ſequela: quãuis præcisè illius cauſalis ſit vera. & ratio negationis eſt quoniã huiuſmodi argumentationes nõ tenent in ſubordinatis, quorũ eadẽ eſt operatio: ita q̃ primũ nõ niſi p̃ ſecundũ operari põt, vt cõtingit in propoſito. Etſi quæratur cauſa quare natura nõ põt ſecluſa potẽtia ope rari, nulla eſt alia ratio, niſi quia eſt natura. debetur enim ſibi ex hoc eſſe primũ nõ proximũ operis principiũ, repugnat autem naturæ cõicari p̃ talẽ priore actũ, vt diximus. Falli autẽ videtur imaginatio ex hoc q̃ imaginatur quòd natura & intellectus ſe habere quaſi duas naturas: cũ tamẽ ad ꝓpoſitũ oporteat imaginari q̃ intellectualitas ſit differẽtia cõſtitutiua naturæ in tali ordine, ſeu genere rerũ, q̃ intellectus ſe habeat quaſi duas naturas: cũ tamẽ ad ꝓpoſitũ oporteat imaginari q̃ intellectualitas ſit differẽtia cõſtitutiua naturæ in tali ordine, ſeu genere rerũ, q̃ aut ſit in fœcunda, aut in ſterilẽ cõcabilis eitis ſit p actus intelligibiles & ſic eſt in rei veritate. Et ex hoc patet, nihil officere propoſito veritatẽ illius cõditionalis: de calore & ſimilibus: quoniã vere ſunt de formis cõmunicabilibus actionẽ ad extra & quas fingimus habere ſe vt ſic ad intellectualitatem vt proprietatem & differentiatiuã differentiã ad modũ cõditionis ſui, vt in propoſito nõ vt determinatiuã differentiã ad modũ cõditionis ſui, vt in propoſito accidit. Vnde proceſſiones diuinæ putandi eſt q̃ omnium proceſſiorum in ſe perfectiones præhabeat eminenter. Et q̃ ſunt ex fœcũditate naturæ, ideo ſunt ipſius cõicatiuæ. Et quia ſunt in natura pure intellectuali, ideo ſunt actus intellectũ & volũtatis. Et qa ſũt perfectæ ſimpliciter, ideo neutra multiplicatur, &c.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæoctauæ Articulum primum.*

IN titulo ly reales, quid ſignificet patet: quare autem addatur, in corpore literæ dicit: quia ſcilicet nõ omnes relationes eũt reales. ly ſint in Deo ſignificat modũ eſſendi in Deo formaliter, Et quoniã in numero plurali quæritur infinita

PERfectum, & vnus amor perfectus. Et in eis perfecta fœcunditas manifeſtatur.

QVÆSTIO VIGESIMA octaua, de relationibus Diuinis, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de relationibus diuinis.

¶ Et circa hoc quæritur quatuor. ¶ Primò, vtrum in Deo ſint aliquæ relationes reales.

¶ Secundò, vtrum illæ relationes ſint ipſa eſſentia diuina, vel ſint extrinſecus affixæ.

¶ Tertiò, vtrum poſſint eſſe in Deo plures relationes realiter diſtinctæ ab inuicem:

¶ Quartò, de numero harum relationum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in Deo ſint aliquæ relationes reales.

167 adiſt. 26. quæſt. 2. art. 1. & diſt. 33. art. 1. cor. & 4. cõ. cla. cap. 14. col. 3. in fin. & 9. q. 5. art. 6. 2. art. 6. cor. & q. 8. arti. 1. & opus. 53. cap. 53. circa medium. * Circa finem. 106 a 2 142 a

ADPRIMVM ſic proceditur Videtur quòd in Deo nõ ſint aliquæ relatiões reales. Dicit enim Boẽ. in li. de Trini. quod cum quis ꝑdicãta in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur in ſubſtantiam, quæ prædicari poſſunt: ad aliquid verò omino non poteſt prędicari. Sed quicquid eſt realiter in Deo, de ipſo prædicari poteſt. ergo relatio non eſt realiter in Deo.

¶ Præterea Dicit Boẽ. in eodẽ lib. * quod ſimilis eſt relatio in Trini. Patris ad Filiũ & vtriuſq; ad ſpiritũ ſanctũ, vt eius quod eſt idẽ. ad id quod eſt idẽ. Sed huiuſmodi relatio eſt rationis tãtùm: quia omnis relatio realis exigit duo extrema realiter. Ergo relationes quæ ponũtur in diuinis, non ſunt reales relationes ſed rationis tãtum.

¶ 3 Præterea, relatio paternitatis eſt relatio principij. Sed cũ dicitur, Deꝰ eſt principiũ creaturarũ, nõ importatur aliqua relatio realis, ſed rationis tãtũ. Ergo nec paternitas in diuinis eſt relatio realis. Et eadẽ ratione nec aliæ relatiões, quæ ponũtur ibi.

¶ 4 Præterea, Gñatio in diuinis eſt ſecũdũ intelligibilis verbi proceſsionem. Sed relationes quæ conſequuntur operationem intellectus ſunt relationes rationis. Ergo paternitas & filiatio quæ dicũtur in diuinis ſecundum generationem, ſunt relationes rationis tantum

¶ SED CONTRA eſt quod pater nõ dicitur niſi à paternitate. & fili' à filiatiõe, ſi igitur paternitas & filiatio nõ ſit in Deo realiter: ſequitur, ꝙ Deus non ſit realiter pater, aut filius ſed ſecũdum rationẽ intelligẽtię tantũ: quod eſt hęreſis Sabelliana[c].

¶ RESPONDEO dicendum quòd, relationes quædã ſunt in diuinis realiter. Ad cuius euidẽtiam cõſiderandũ eſt quòd ſecũ in his quæ dicũtur ad aliquid, inuenitur aliqua ſecũdum rationem tantũ, & nõ ſecũdum rem. Quod nõ eſt in aliis generib' : ga alia genera (vt quãtitas & qualitas) ſecundum propriam rationem ſignificãt a liquid alicui inhęrẽs. Ea verò quæ dicũtur ad aliquid, ſignificãt ſecũdũ propriã ratio nem ſolũ reſpectũ ad aliud. Qui quidẽ reſpectus aliquãdo eſt in ipſa natura rerũ, vt pote quãdo aliquę res ſecundũ ſuã naturã adinuicem ordinatæ ſunt, & inuicẽ inclinatiõnẽ habent[c]. Et huiuſmodi relationes oportet eſſe reales. Sicut in corpore graui eſt inclinatio & ordo ad locũ mediũ. Vnde reſpectꝰ quidã eſt in ipſo graui reſpectu loci medij: & ſimiliter eſt de aliis huiuſmodi. Aliquãdo verò reſpectus ſignificatus p̃ ea quæ dicũtur ad aliquid, eſt tantùm in ipſa apprehenſione rationis cõferentis vnũ alteri: & tũc eſt relatio rationis tãtùm. Sicut cùm cõparat ratio hominẽ animali, vt ſpeciẽ ad genus. Cum autẽ aliquid procedit à principio eiusdẽ naturę neceſſe eſt quòd ambo, ſcilicẽt procedẽs & id à quo procedit, in eodẽ ordine cõueniãt[c], & ſic oportet quod habeãt reales reſpectꝰ adinuicẽ. Cũ igitur ꝓceſſiones in diuinis ſint in idẽ titate naturæ (vt oſtẽſum eſt[b]) neceſſe eſt quod relationes quę ſecũdũ proceſsiones diuinas accipiũtur, ſint relationes reales.

tur quod intenditur in Deo ſint plures relationes reales, & q̃ de relationibus ad intra eſt quæſtio. Relationes enim ad extra & ſuperius tractatæ ſunt, & magis eſſent Dei ad alia inquã ipſo Deo ſecundũ ſeipſum: quoniam de eo loquimur.

¶ In corpore tria facit: primo proponit concluſionem ex reſponſis ex ſecundo tractat illum terminum, reale, tertio probat, concluſionem. Quo ad primũ concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè eſt, Relationes quædam ſunt in diuinis realiter. Quo ad ſecundum, & reddi tur ratio quare apponatur ſupra relationẽ realitas & quis ſit reſpectus realis, & quis ratio nis. Ratio primi eſt differẽtia inter ad aliquid & alia genera quoniam cæterorum generum omnia ſunt ſecundum rem: ad aliquid verò aliqua ſunt ſecundum rationem tantum, & aliqua ſecundum rem. Et naſcitur hæc differentia ex vna alia, ſ. quod cæteta ſecundum propriam rationem ſignificant aliquid alicui in hærẽ, ad aliquid verò ſecundum propriam rationem ſignificat tantum reſpectũ ad aliud. 160

¶ Circa hæc dicta nulla ſunt dubia, primo circa primã differentiam ex parte vtriuſque extremi. Ex parte quidem ad aliquid, vt eſt vnum genus diſtinctum contra alia genera ſecundum propriam rationem ſuam formalem, eſt eius reale, quoniam eſt pars membrum ſeu modus entis realis, diuiſi in decem genera ergo falſum eſt, quòd hoc ſit ſin gulare in genere ad aliquid, quòd aliqua inueniantur ſecundum rationem. Et ſi diceretur, quod hic non eſt ſermo de ad aliquid, vt eſt vnũ genus, ſed vt eſt analogum quoddã ad omnia relatiua: repellitur hæc reſponſio ex litera dicente ſingulare ad aliquid contra illa genera. Conſtat enim diſtinctum contra genera vnum ex generibus eſſe. Ex parte autem reliquorum generum dubitatur. Quoniã in omnibus videtur inueniri aliquid ſecundum rem, aliquid ſecundum rationem. toſi enim intellectꝰ ſubſtantia eſt ſecũdum eandem & ſimiliter triangulus abſtractus, & ſic de aliis. ergo non eſt proprium relationi habere aliquid ſecundum rem, & aliquid ſecundum rationem. In genere quoque quantitatis inueniuntur vtrique modo ſpecies, reales quidem, vt corpus rationẽ, formaliter autem vt tempus, ſaltem apud ſanctum Tho. ergo. 161 163 ¶ q. præc. articu. 2. & 4. 74

¶ Circa ſecũdam differentiam dubium quoque vtrinque occurrit. ex parte quidem ad aliquid ſimile præmiſſo quoniã genus ad aliquid non ſignificat ex propria ratione ſolũ ad, ſed ad reale: aliquin pars entis realis nõ eſſet formaliter. Ex parte verò aliorum generum: quoniam actio ſecundum propriam rationem nõ ſignificat aliquid alicui inhærens, vt etiam ſanctus Tho. teſtatur alibi, id eſt in quæſt. de potentia, quæſt. 8. art. 2. Non ergo omne aliud genus accidẽtis ſecũdum propriam rationem ſignificat aliquid inhærens alicui.

¶ Ad has dubitationes ordine retrogrado reſpondendo, vt à radice inchoemus: dicendum eſt, quod ad aliquid ſeu relatio ſecundum propriam rationem nihil aliud eſt, quàm id quo primo à cæteris diuerſum eſt hoc autẽ neque eſt eſſe ens, neque eſſe accidens, ſeu inhærens, neque eſſe quid re alie quonia hæc omnia cõmunia ſunt ſed eſt ad aliud ſe habere, q̃ dictione ſimplici optimè ſignificatur per ly ad. Et propterea quandocunque de ad aliquid ſeu relatione ſecundũ propriam rationem loquimur de ad eſt ſermo, Et quoniã multæ relationes ſunt reales, multæ rationis tantùm, & quælibet habet ſuum ad eſſe quens eſt ad inquantum ad neq; reale neque rationis ens neceſſariorũ ſit ſed verũq; permiſſibile. Nec inconuenit aliquod ſic abſtrahẽs à reali, eſſe ſecundum quandam ſui partẽ modificatum ad differentiam entis realis, & quoniam in illa parte includitur formaliter ly Ad tanquam proprium diſtinctiuum, ly ens modificatũ, ideirco etiam de relationibus realibus loquendo formaliter, ſecundũ id quod eſt eis proprium quo diſtinguntur à reliquo rerum genere, intelligi poteſt de ad inquantũ ad. Et ſic patet, quod non refert quantocunque loqui de ad aliquid, & de ad aliquid realiter cum ſcilicet loquimur de eis ſecundum eam conditionẽ ſimplicem, quæ eſt eis propriã atq; inter protandum eſt vt robique de ad. hoc enim nõ ſolum eſt foter ſimplicia proprtid, vt de ſe patet. Et per hoc patet reſponſio tam ad primũ quã ad ſecundum dubium ex parte ad aliquid. Et patet ratio quare dicatur, q̃ relationes ſecundũ propriã rationẽ nihil ponũt in relatiuo, & c. hęc enim omnia quæ ſum eſt ex ratione ad, vt ſic vera ſunt; quamuis ex tali ad (puta reali) falſa eſſent

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et propterea cauté loqui oportet: nam aliter loquendũ est de ſpeciebus & vniuerſaliter relationibus neceſſario realibus ex propriis rationibus, vt paternitas & filiatio, & alia huiuſmodi: & aliter de relationibus abſolutè: iſtæ enim ſignificant tantum ad aliquid illæ verò ad aliquid reale. Ad obiectionem verò ex parte aliorum generum ſecundo in dubio dicitur, quod litera non comparat ad aliquid ad cætera omnia genera in ſecunda differentia: ſed ad genera abſoluta, vt ſcilicet quantitatem & qualitatem, quæ tantum in litera exprimũtur. Et hanc eſſe San. Tho. mentẽ teſtantur verba eiuſdẽ in primo diſtinctio. 16. quæſt. 2. articu. primo, expreſſè in hac differentia explicantis oẽs alias formas abſolutas. Et ꝓterea ſi actio eſt forma abſoluta, quicq̃ ſit de modo ſignificãdi de quo loquitur Autor in quæſtio. de potentia, ex parte rei & eſt & habet quod ſignificetur inhærens. Si autem eſt forma reſpectiua, nihil obſtat propoſito. Foſſet tamẽ conceſſa extentionẽ ad alia genera dici, quod per ly inhærens: intelligitur nõ hoc quod ſignificat formaliter hoc vocabulum inhærens: ſed omnis modꝰ eſſendi, ex ſua ratione formali ſignificans eſſe in rerum natura. Et hoc modo claudũtur omnia genera alia ab ad aliquid, etiã ſubſtantia: imo & reliqua entia, ſiue in genere ſiue extra genus. Et hanc eſſe mentẽ literæ, ſumi põt ex 9. nec propria ratio qualitatis, nec quantitatis cõſiſtit in ineſſe, cũ in ineſſe cõmune ſit omnibus generibus accidentis: ſed cõſiſtit in quodã modo ineſſendi, tali tamẽ, ex proprio ſibi ſoli formali ponit aliquid in rerum natura cuius oppoſitũ in relatione intendebat litera oſtẽdere.

¶ Ad primum verò dubium ex parte aliorũ generum dicitur, quòd ꝓcedit ex malo intellectu aſſignatæ differentiæ. Relatio enim eſt (vt ſic loquar) eſſentia quædam, cuius quibuſdam ſubiectiuis partibus repugnat eſſe in rerum natura: & vendicant ſibi eſſe rationis tantùm, quibuſdam autem conuenit eſſe in rerũ natura. Et turſus relatio eſt tale ens, cui additum eſſe in ratione nõ eſt condicio diminuens, ſicut in aliis. roſa enim ſecundum rationẽ eſt roſa, neque Homerus in opinione, eſt Homerus: Relatio autem in ratione eſt vera relatio. Et iterum relatio non ſecundum aliquid nõ eſt ens naturæ, & ſecundum aliquid rationis puta completiuè, ſed ſimpliciter quandoque eſt ens rationis. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. tempus enim & ſimilia completiuè tantum pendet ratione. Nec roſa aut triangulus, ſecundum eſſe rationis eſt vera roſa, aut triangulus verus. Nec diſtinctio roſæ in eſſe naturæ & eſſe rationis eſt diſtinctio diuerſarum quidditatum: quarum vna ſit ens reale, & altera ſit ens rationis, vt in relatione contingere diximus: ſed eſt diſtinctio vnius & eiuſdem ſecundum diuerſos modos eſſendi ſcilicet ſimpliciter vel ſecundum quid.

¶ Quis autem ſit reſpectus realis, & quis rationis explanatur diſtinguẽdo quòd reſpectus quãdoque eſt in ipſis naturis rerum quandoque in apprehenſione rationis tantum: & ille quidem eſt cùm duæ illæ res ſunt ex inclinationem ſeu ordinem adinuicem habent: vt patet de graui & loco deorſum: iſte autem eſt, cùm ratio confert vnum alteri, vt oſtenditur in ſpecie & genere.

¶ Aduerte hic duo. Primum eſt, q̃ litera interpreranda eſt de relationibus realibus mutuis: quæ iam de his intendimus, & de ordine ſeu inclinatione fundamentali, vt 9. 25. expoſitum eſt. Secundum eſt, q̃ nomine rationis conferentis, intelligendus eſt intellectus quouis modo intelligens vnum in comparatione ad alterum, vt vniuerſalis ſit doctrina, quæ autem modis hoc contingat in 1. ſenten. diſt. 16. quæſt. 2. arg. 2. & quæſt. de potentia quæſtio. 7. artic. 11. habet.

Circa hanc partem dubium occurrit ex 45. diſt. 1. primi ipſius Sco. putantis q̃ non omnis relatio rationis ſit ab intellectu, ſed aliqua à voluntate & aliqua ab imaginatiua: probatque hoc tali ratione. Omnis potentia potens habere actum circa obiectum exiſtens, non vt exiſtens, & illud obiectum comparare ad aliud ad quod ex natura ſui non cõparatur, poteſt in obiectũ vt obiectum eſt, cauſare relationem ipſius ad aliud. ſed voluntas eſt huiuſmodi, quoniã poteſt vti Deo ad creaturã & aliis ſimiliter. ergo poteſt cauſare huiuſmodi relationem. Tunc vltra talis relatio conſtat quod non eſt realis: ergo rationis, nõ per opus intellectus.

¶ Ad hoc ex 7. & 6. Metaphy. dicendum eſt, q̃ quum ens non inueniatur diſtinctum ac tractatui niſi in ens per ſe diuiſum in decem genera: & ens per accidens diſcuſſum in 6. Metaphyſica: & ens verum in 5. in choatum & in 6. determinatum: fictio videtur ponere alium modum eſſendi: ipſe nanque Ariſtoteles ens in anima ſufficienter ſe determinaſſe putauit determinando de ente vero. Vnde huiuſmodi relationes, nullum aliud habent actuale eſſe, niſi quoniam propoſitio de ipſis eſt vera. Diſtinguendum tamen eſt q̃ relatio rationis poteſt conſiderati dupliciter. Vno modo ſecundum ſuum eſſe, & ſic non habet eſſe niſi in intelligi. Alio modo ſecundum ſuam quaſi proximam cauſam ſeu fundamentum & ſic cauſatur & à voluntate & ab imaginatiua, imo etiam à viſu exterior viſus nanque attingendo colorem, cauſat in eo relationem viſi ad videntem. Et ſimiliter dextrũ animalis cauſat relationem dexteritatis in columna: & tamen hæ relationes nõ ſunt actu niſi cùm intelligũtur. Vnde cùm voluntas ex ſe diſtincta contra rationem, & ſimiliter quælibet alia potentia ſic cauſent relationem in obiecto: quia non alio modo cauſant quàm ſi eſſent cauſæ naturales in

patiente diſpoſito, &c. efficerent vt reſultaret relatio realis, faciunt enim & hoc modo vt reſultet relatio rationis: quando ens rationis eſſe poteſt. hoc autẽ quã cõſiſtat in intelligi, nunquã eſt actualiter niſi intelligatur: præexiſtentibus nam quæ prædictis fundamentis quaſi habitualiter eſt. Vnde maior Scoti intellecta de cauſalitate & relatione rationis ſecundum eſſe actuale, falſa eſt: vera autem ſecundũ eſſe fundamentale. Et propterea in literam dicitur, q̃ huiuſmodi reſpectus eſt in ſola apprehenſiõe rationis.

¶ Quo ad tertiũ probatur propoſita concluſio ſic, quandocunque aliquid procedit à principio eiuſdẽ naturæ ſimpliciter, ſcilicet generationis abſq; mutatione. Super cõpoſitione: quia, ſcilicet nõ eſt cõpoſitius albũ, ſimile quã albũ, & expreſſe in q. 7. de potentia Dei, art. 8. dicitur, quod relatio nõ cõponit cum eo cuius eſt. Et ſuper minima ſua entitate inter ea tera Trædicamenta, vt dicit Auer. in 12. Meta. commenta. 19. qui hoc enim oportet quod ſit motionis entitatis quam ꝓpius, quod eſt vtcunq; ens ſine anima, vt dicit 4. Phy. Opinio verò diſtinguens quaſdã relationes à fundamẽtis, & quaſdã nõ eſt Scoti in ſecundo di ſtin. 1. q. 6. 7. & in tertio. di. 8. & in quolibetis. quæſt. 3. tenentis has duas vniuerſales: Relatio cuius fundamentũ poteſt remanere ſine termino, diſtinguitur realiter à fundamento. Altera eſt: Relatio, cuius fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, eſt eadem realiter fundamento. Probatque vtranq; propoſitionem ex eadem radice: primã quidem, quia ex quo non implicat contradictionem, fundamentũ remanere ablq; relatione ſequitur q̃d ſunt duæ res, implicat enim vnã & eandẽ rẽ ſimul eſſe & nõ eſſe ſecundũ vero ex oppoſito quia ex quo implicat contradictionem, fundamentũ eſſe ſine relatione ſequitur q̃d ſunt vna res. Opinio verò dicẽs relationẽ oẽm realẽ diſtingui realiter à fundamẽto, eſt ſine dubio S. Tho. quãuis multi Thomiſtę ipſum nõ intellexerint: habeturq; manifeſtè & ex autoritatibus eius, & ſequitur ex propoſitionibus ſuis. Manifeſtè liquidẽ in hac litera ponit differentiã inter relationẽ in creaturis & in diuinis: quod ad hoc, q̃ in creaturis id quod inuenitur ꝓxter contentũ ſub ſignificatione nominis relatiui, eſt alia res in diuinis autẽ eſt eadẽ, cõſtat aũt q̃ fundamentũ non cõtinetur ſub ſignificatione nois relatiui. Habentur quoq; ꝓpoſitiones indubitatæ apud eũdem. Prima eſt q̃ nulla ſubſtantia in genere, poteſt idẽ eſſe realiter quod relatio, vt patet in quæſt. de potentia. quæſt. 8. ad primum. Secunda eſt: Aliqua relatio realis fundatur immediatè in re q̃ę eſt ſubſtãtia, vt patet in art. ꝓxime cedẽte de

quamuis inter ſe diſtinguantur realiter ipſæ relationes.

¶ *Num relatio diſtinguatur realiter à fundamento.*

¶ In reſponſione ad ſecundum, circa illa verba, id quod inuenitur in creatura, ꝓter id quod cõtinetur ſub ſignificatione nominis relatiui, eſt alia res: in Deo autẽ non eſt alia res, &c.) dubium magnũ eſt de relationis diſtinctione à fundamento, & ſimpliciter: & ſecundũ doctrinã S. Tho. Quidam enim etiam Thomiſtæ tenent relationẽ eſſe eandẽ rem cum ſuo fundamento. Quidã autem tenent, quòd diſtinguitur realiter à fundamẽto. Alij autem tenent quaſdã relationes idẽtificari fundamentis, quaſdã verò diſtingui realiter ab eis. Quid autem horũ vetius ſit, aut ſecundum mentem S. Thomæ: rationibus & propoſitionibus ſuis dicere oportet. Opinio ergo prima cõſona videtur S. Tho. ex quatuor propoſitionibus eius. Prima eſt cõmunis omnibus, ſcilicet eſſe ꝓpriũ vniuſcuiuſq; formæ ſimplicis incipit & definit cum illa. Secunda etiam communis eſt quinto Phyſ. Relatio generatur in aliquo nul la mutatione in eo fãda. Tertia propoſitio ſcilicet Tho. Ineſſe cuiuſq; formę accidentis, diſtinguitur realiter eſſentia accidentis, & ab ex eſſe ſubiecti. Quarta etiam propria ſancti. Thom. Ineſſe relationis nõ eſt ad aliud ſe habere. Ex his enim ſequitur, q̃ forte ſolo exiſtẽte albo, ſimilitudo coalbotũ nõ eſt genito autem pluribus exiſtentibus albis ſimilitudo eſt idẽ quod in eſſe albedinis & cõſequenter ſimilitudo eſt idem q̃ albedo ſecundũ rem: aut præterit in eſſe ſimilitudinis abſq; ſimilitudine: qđ eſt cõtra primam propoſitionem. Simpliciter aũtẽ & ad hominẽ fundatur hæc opinio ſuper dicto fundamẽto, ſcilicet generationis abſq; mutatione. Super cõpoſitione: quia, ſcilicet nõ eſt cõpoſitius albũ, ſimile quã albũ, & expreſſe in q. 7. de potentia Dei, art. 8. dicitur, quod relatio nõ cõponit cum eo cuius eſt. Et ſuper minima ſua entitate inter ea tera Trædicamenta, vt dicit Auer. in 12. Meta. commenta. 19. qui hoc enim oportet quod ſit motionis entitatis quam ꝓpius, quod eſt vtcunq; ens ſine anima, vt dicit 4. Phy. Opinio verò diſtinguens quaſdã relationes à fundamẽtis, & quaſdã nõ eſt Scoti in ſecundo di ſtin. 1. q. 6. 7. & in tertio. di. 8. & in quolibetis. quæſt. 3. tenentis has duas vniuerſales: Relatio cuius fundamentũ poteſt remanere ſine termino, diſtinguitur realiter à fundamento. Altera eſt: Relatio, cuius fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, eſt eadem realiter fundamento. Probatque vtranq; propoſitionem ex eadem radice: primã quidem, quia ex quo non implicat contradictionem, fundamentũ remanere ablq; relatione ſequitur q̃d ſunt duæ res, implicat enim vnã & eandẽ rẽ ſimul eſſe & nõ eſſe ſecundũ vero ex oppoſito quia ex quo implicat contradictionem, fundamentũ eſſe ſine relatione ſequitur q̃d ſunt vna res. Opinio verò dicẽs relationẽ oẽm realẽ diſtingui realiter à fundamẽto, eſt ſine dubio S. Tho. quãuis multi Thomiſtę ipſum nõ intellexerint: habeturq; manifeſtè & ex autoritatibus eius, & ſequitur ex propoſitionibus ſuis. Manifeſtè liquidẽ in hac litera ponit differentiã inter relationẽ in creaturis & in diuinis: quod ad hoc, q̃ in creaturis id quod inuenitur ꝓxter contentũ ſub ſignificatione nominis relatiui, eſt alia res: in diuinis autẽ eſt eadẽ, cõſtat aũt q̃ fundamentũ non cõtinetur ſub ſignificatione nois relatiui. Habentur quoq; ꝓpoſitiones indubitatæ apud eũdem. Prima eſt q̃ nulla ſubſtantia in genere, poteſt idẽ eſſe realiter quod relatio, vt patet in quæſt. de potentia. quæſt. 8. ad primum. Secunda eſt: Aliqua relatio realis fundatur immediatè in re q̃ę eſt ſubſtãtia, vt patet in art. ꝓxime cedẽte de

diuntur. Ergo relatio non eſt diuina eſſentia.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit 7. de tri*. Omnis res quæ relatiuè dicitur eſt, etiam aliquid excepto relatiuo: ſicut homo dominus, & homo ſeruus. Si igitur relationes aliquæ ſunt in Deo, oportet eſſe in Deo aliquid aliud ꝓter relationes. Sed hoc aliud nõ poteſt eſſe niſi eſſentia. Ergo eſſentia eſt aliud à relationibus.

¶ 3 Præterea, Eſſe relatiui eſt ad aliud ſe habere, vt dicitur in Prædicamentis*. Si igitur relatio ſit ipſa diuina eſſentia, ſequitur quòd, eſſe diuinæ eſſentiæ ſit ad aliud ſe habere. Quod repugnat perfectioni diuini eſſe: q̃ eſt maximè abſolutum & per ſe ſubſiſtens, vt ſuprà oſtẽſum eſt*. Nõ igitur relatio eſt ipſa eſſentia diuina.

¶ SED CONTRA Omnis res quę nõ eſt diuina eſsẽtia, eſt creatura. Sed relatio realiter competit Deo. Si ergo nõ eſt diuina eſſentia, erit creatura. Et ita ei non erit adoratio latriæ exhibenda. Cõtra quod in prefatione cãtatur. Vtin perſonis propriè tas. & in maieſtate adoretur æqualitas.

¶ RESPONDEO dicẽdum quòd circa hoc dicitur Gilbertus Porretan* erraſſe, ſed errorem ſuum poſtmodũ in Remẽſi Cõcilio reuocaſſe. Dixit enim quòd relationes in diuinis ſunt abſiſtentes, ſiue extrinſecus affixæ.

¶ Ad cuius euidentiã conſiderandum eſt q̃ in quolibet nouẽ generũ accidentis eſt duo cõſiderare. Quorũ vnũ eſt eſſe quod competit vnicuique ipſorum ſecũdum q̃ eſt accidẽs: & communiter in omnibus eſt ineſſe. ſubiecto: Accidentis enim eſſe eſt ineſſe. Aliud quod põt cõſiderari in vnoquoque, eſt propria ratio vniuſcuiuſq; illorum generũ. Et in aliis quidem generibus à relatione vt pote quantitate & qualitate, etiã propria ratio generis accipitur ſecundum comparationem ad ſubiectum. Nam quantitas dicitur meſura ſubſtantię qualitas verò diſpoſitio ſubſtãtiæ. Sed ratio ꝓpria relationis non accipitur ſecũdũ comparationẽ ad illud, in quo eſt. ſed ſecũdum comparationẽ ad aliquid extrà. Si igitur conſideremus, etiã in rebus creatis relationes ſecundũ id q̃ relationes ſunt, ſic inueniũtur eſſe aſsiſtentes nõ intrinſecus affixæ. quaſi ſignificãtes reſpectũ quodam modo contingentem ipſam rem relatam, prout ab ea tẽdit in alterum: Si vero conſideretur relatio ſecundũ q̃ eſt accidẽs ſic eſt in hærens ſubiecto & hãbens eſſe accidentale in ipſo. Sed Gilbertus Porretanus conſiderauit relationem primo modo tantũ. Quicquid autẽ in rebus creatis habet eſſe accidentale ſecũdum quòd träſfertur in Deum habet eſſe ſubſtãtiale: nihil enim eſt in Deo vt accidẽs in ſubiecto: ſed quicquid eſt in Deo, eſt ei* eſsẽtia. Sic igitur ex

relationibus ſimilitudinis ſeu identitatis ſpecificæ, ita q̃ inficiari nõ poteſt. Patet quoque ex relatione creationis paſſiuæ, de qua in ſuo loco erit ſermo, cõſtat enim ea ſuprà ſubſtantiã fundari. Tertia autem, quæ ex iſtis manifeſtè ſequitur q̃ in realibus relationibꝰ creaturarũ relationes ſunt in ſubſtãtiis & cõpoſitionẽ faciunt accidentis ad ſubiectum, vt patet in primo Sententiarũ diſt. 31. q̃. 1. art. 1. in calce corporis. Ex his enim manifeſtè ſequitur q̃ omnis relatio realis fundata immediatè in ſubſtãtia, diſtinguitur realiter à fundamẽto apud S. Tho. Ex his autẽ & radice primæ ꝓpoſitiõis deducitur alia vniuerſalis ſimpliciter, ſ. q̃ oĩs relatio realis in creaturis diſtinguitur realiter à fundamento. Habetur enim ex his q̃ relatio realis fundata in ſubſtãtia habet propriũ eſſe in ſe, & ꝓpriũ eſſe ad: & quũ cõſtet q̃ eſſe in eſt eiꝰ actualis exiſtẽtia: ſequitur q̃ genꝰ generaliſſimũ relationis eſt forma habẽs ꝓpriã exiſtẽtiã. Sed nõ ꝓcedit ſi tres eoi debeatur inęſſe, quoniã ly accidẽs eſſentialiter prædicatur de eo: cõſequens eſt q̃ cuilibet ſuo inferiori hoc cõueniat. Et cõfirmatur q̃ alioqn nõ prædicaretur accidẽs in primo modo dicẽdi ꝓſe de qualibet relatione cõcreta ſub gñre ad aliquid & teneꝛ ſequelaꝛquia nõ ex ſeipſa formaliter eſſet res ex qua fluereꝛ in eſſe ſed ex forma ſuperaddita tanũ. Radix aũt primę propoſitionis eſt quia eſt diuiniꝛa ad vniuerſalem gen*, & ꝓpter quęs excludiꝛur ab alio genere vt ibi dicitur, hæc enim nõ ſi bona eſt ac ſufficiẽs, infert diſtinctionẽ quoq; realẽ relationis à quãtitate & æqualitate. oporteꝛ enim maiorem ſeu antecedẽs ſic formare, Res diſtincta ad vnũ genus realiter exeuntes ab alio gñe: ſed ſubſtantia creata, &c. & ſimiliter æque vera eſt ſubſumptio: Sed qualitas eſt diſtincta ad vnũ genꝰ ergo. Eſt igitur mens S. Tho. q̃ oĩs relatio realis prædicamẽti ad aliquid diſtinguit realiter à fundamẽto. Quod aũt poſitio hæc magis cõſonet veritati, ex Doctrina Ariſt. 11. Meta. ponẽtis alia eſſe principia relatiõis & alia qualitatis, & aliorũ generũ, percipi põt: & ex ratione adducte, ſcilicet q̃ relatio eſt eſſentialiter accidẽs: & cõſequẽter habet propriũ in quæſt. 4. vt pote, ſecundũ ꝓpriã artic. 2. eſſentiã, & ex ſolutione obiectionũ ad oppoſitũ. Ad rõnẽ igitur Sco. dicitur q̃ falſo innititur fundamento, multa enim ſunt diſtincta realiter, quorum vnum implicat contradictionem eſſe ſine altero: vt patet apud ipſum de partibus eſſentialibus ſimul ſumptis, & tertia entitate, & vniuerſaliter de illis, inter quæ eſt eſſentialis dependentia. Nec prodeſt dicere, q̃ ipſemet Sco. fecit hanc exceptionem: ſatis eſt enim propoſito, q̃ non poſſe eſſe ſine altero, nõ infert indiſtinctionem realem. Et ſicut ſu de eſſentiali dependentia excipis, ita & aliis licebit excipere de neceſſaria connexione, &c. Nec etiã eſt verum vniuerſaliter q̃ remanens diſtinguitur realiter à corrupto vt manifeſtè patet in colore remiſſo nõ enim diſtinguitur realiter à ſeipſo prius intenſo. Vnde radix illa ſic abſoluẽte indiſtinctionem realem nõ probat vniuerſaliter quãuis ſuadeat. Quod aũt vtatur illa Ariſt. in Topi. & vti illa poſſumus, alterius eſt negotij. hæc enim ſufficiũt propoſito. Ad rõnes verò primæ opinionis dicitur: & primo ad primam quæ maximam vim habet q̃ in eſſe ſimiliturdinis Sortes tantum exiſtente albo neque omnino eſt, neque omnino non eſt, ſed quodammodo eſt, & quodammodo non eſt: eſt enim incompletè, non eſt autem compierè: & quoniam eſſe actualiter ſonat eſſe completè, ideo iſta negatiua eſt vera, ineſſe relationis non eſt cum qua tamen ſtat veritas affirmatiuę conditione ſecundum quid, ſcilicet ineſſe relationis eſt quodammodo, id eſt, incompletè, & propter debilitatem ſui eſſe ex ſola expoſitione terminꝰ completur, reſultante ſiquidem ad, reſultat & complementum ipſius in, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam non ex defectu fundamenti similitudo completa esse habeat, sed ex defectu termini, & propterea consequens est, q̃ posito termino cui deficiebat compleat fundamentum quasi prolem aut fructum effectum suũ. Cuius exẽplum simile. & Ad hoc propositũ affert S. T. in q. 7. de potẽtia Dei ar. 9. ad 7. de esse actionis subiecti acto nõque calefactibili si esset calor calefactiuus, calefactio actiua nõ esset actualiter, nec inesset agenti vt accidẽs in subiecto: & tam è opposito calefactibili statim esset & inesset actio in agente, propter eãdem causam: quia scilicet talis relatio quã actio tollitur actu subtracto extrinseco termino, vel passo, & remanet radicaliter seu causaliter. Et ex hoc vt ibidem dicitur, soluitur ratio de mutatione: quod enim sic remanet, nõ oportet noua mutatione generari: quoniã ex parte causarum sufficiẽtia iã est in actu, sed quasi impeditur ex subtractione ex trinseci. Et similiter in corruptione nõ ꝓprie est mutatio: ex quo remanet actus illa causarũ sufficientia: mutatio enim proprie dicta termin⁹ est alteratiõis: hic aũt intercurrẽt tantũ naturalis quædã resolutio aut illius defectio. Cõponere aũt relationẽ cum fundamento, cõpositũ que esse albũ simile, q̃ albũ, nõ solũ nõ incõpenit, imo est necessariũ: q̃a similitudo realis est essẽtialiter accidẽs. sed fallitur imaginatio quã dam: quoniã relationũ nomina nõ explicitẽ ferũt suã significatione inesse. Nec obstãt Auctoris verba in loco obiecto: quoniã causa ibidẽ ostendit q̃ de relatione formaliter, id est de ad, loquitur. dũ dicit quia nõ significat aliquid in subiecto, &c. vt expresse in sequẽti ar. ad 5ũ primũ aperuit. Minimæ dẽ mũ entitatis relatio inter cæteta præsentia, & est & dicitur: quia ex ꝓprio sibi id est, ad nõ habet q̃ sit reale, imo quãtũ est ex hoc, potest in responsione solũ intuerĩ: & ideo quidã putauerũt esse de secundis intellectis. Tẽpus autem & reliqua oportet (vt dictum) esse entia realia aliquo modo.

¶Circa prædicta aduerte, q̃ licet quibusdam relationibus essentia Sco. S. Th. q̃ distinguatur realiter à fundamentis: vt patet ex dictis: non tamen cõueniunt in hoc, q̃ inesse relationis distinguatur realiter ab eius essẽtia: sicut nec vniuersaliter q̃ esse & essentia distinguantur in creaturis realiter. Nec tamẽ intelligas inesse relationis distingui ab ipsa ficut alia relatio aut sicut res oĩa absoluta. vtiũque enim horũ est falsum: esse nãq; relationis in genere est relationis reductiuè tamen vt eius actualitas: sicut esse substãtiæ, &, in genere substãtiæ, &, esse qualitatis in genere qualitatis, &c. Scot. autem non potest vitare vnum impossibile, s. q̃ idem relatiuum dicatur bis, id est, ad terminos ex duabus partibus. Si enim verbi gratia similitudo realiter referatur ad terminum & fundamentũ seipsa manifestũ est q̃ simile bis dicitur sed actualis inhærẽtia similitudinis in fundamento apud Sco. est ipsa relatio similitudinis: q̃a ipsa relatio similitudinis quasi fundãs relationem inhærẽtionis nõ potest absq; contradictione esse sine fundamento vt ipsemet dicit: ergo similitudo bis dicitur.

¶In responsione ad tertiũ dubiũ occurrit circa illa verba, Sequeretur q̃ eius esse esset imperfectũ, vtpote ad aliquid aliud se habens. Ex hoc enim videtur q̃ relatio dicat imperfectionẽ q̃, tamen cõstat esse falsum, quia nec perfectionẽ dicit aliquin vel imperfectio esset in Deo, vel vna persona haberet aliquã perfectionẽ, quã non haberet alia. Quod aũt hoc sequatur ex his verbis manifestatur sic: Si esse ad aliquid nõ diceret imperfectionẽ ex hoc ꝙ alicui⁹ esse esset ad aliud se habere nõ sequeretur q̃ esset imperfectũ, vt patet: sed secundũ litẽrã sequitur illud esse esset imperfectũ ergo esse ad aliquid dicit imperfectionẽ. Ad hoc dicitur ꝙ litera nõ assumpsit pro antecedẽte esse aliqd sed esse solũ ad aliquid, excludẽdo omne absolutũ: nõ tamẽ formaliter, sed relater, vt patet ex illo verbo, In litera: Ex hoc aũt antecedente liquido sequitur, ergo esset imperfectũ, quia oẽ quod nihil aliud est secũdũ rem in tertio ordine, quam relatio: aut est eius rationis, aut accidens quorum vtrũque est imperfectum. Non obstat ergo verba litẽ veritati illi quod relatio formaliter nec imperfectionẽ nec perfectionẽ dicit.

*circa finem.

*artic. 1. huius. q.

*text. 21.

Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum Tertium.

IN titulo lr relationes indefinite non vniuersaliter tenẽtur: quonĩam non est præsentis intentionis discutere, an omnes relationes diuinæ distinguãtur realiter ab inuicẽ, vt pater de paternitate & spiratione actiua: sed an sint aliquæ in Deo relationes reales, quæ distinguantur realiter abinuicem.

¶In corpore vna est cõclusio responsiua quæstio affirmatiue, In Deo est realis distinctio secundũ rẽ, nõ absoluta, sed relatiua. Probatur sic, In Deo est realiter relatio, ergo in eo est respectꝰ relatiuè oppositus alteri. ergo relatiua oppositio, ergo realis distinctio: ergo nõ secundum rem absolutã, q̃a in ea est summa vnitas & simplicitas ergo secundũ rem relatiuã. Prima cõsequentia cũ cæteris gratis datur ex illa maxima: Quando aliquid attribuitur alicui oportet attribui etiam omnia quæ sunt de ratione illius, hæc enim patet inductiuè in homine & reliquis subsumendo sub ista quod respectus oppositus est de ratione relationis, & oppositio de ratione respectus huiusmodi: & distinctio de ratione oppositionis, &c. vt clarè patet in litera.

*text. 21.

¶Circa prædicta duplex occurrere poterit quæstio dubium. Primò circa illam maximã, quia non videtur vera quoniam multa attribuuntur Deo absq; his quæ sunt de diffinitione eorum, vt patet de sapientia & iustitia, & aliis huiusmodi. Secundo circa illam cõsequentiã, ergo in eo est oppositio relatiua: quoniam non valet, in Sorte non est respectus realis similitudinis relatiuæ similitudinis, ergo in eo est oppositio relatiua: sed ergo in eo est alterum extremũ oppositionis relatiuæ: & cõsequenter non valet vltrius illa. 3ª ratio literæ, ergo in eo est cõp. distinctio relatiua: sed artic. in eo est vnum extremum distinctionis relatiuæ: & sic fuit cotra processus literæ.

¶Ad primum horũ dicitur, quod quia secundũ veritatem Autor tenet nullã relationẽ reale in Deo cõsequi quantitatem, tam secũdum rem quãm secundum modũ: & inferius tractaturum se promittit in respõsione ad quartũ de huiusmodi relationibus esse quãtibus quantitate secundum modũ: puta æqualitate & similitudine: ideo hic summariè pertransiuit contentus ratione de quantitate secundum rem. Et sic infertur, ergo ex hoc art. nõ sufficienter cõcluditur intentum. respondetur quod sufficienter quantum præsentis loci erat quoniam ab hoc loco illæ relationes relegantur inferius tractandæ: quarum non sufficienter absolutè, si omnia hic fuissent pertractata, propter quod ne limitatus hic tractatus erranti occasio alicui foret, protestatur in respõsione ad quartum se inferius hoc completurũ in loco proprio. vbi de conditionibus relationibus diuinis personis agetur: sic enim instituto ordo exigebat.

¶Ad secundum verò dubium dicitur, quod quia hic est sermo de realibus relationibus inter res existẽtes ordinis: imò eiusdẽ naturæ seu saltẽ mutuis. Relatiua autem tertij modi, vt ibidẽ patet, in hoc differunt ab alijs, quia non sunt mutua: ideo nulla cõmissa est in allegando falsitas, est enim vera illa vniuersalis in realibus relationibus mutuis: de quibus est sermo.

Super Quæstionis vigesimam & Articulum primum.

IN titulo aduerte, quod cùm vna quæq; ars terminis vtatur, prout in illa arte cõsueuerunt accipi, q̃ ex eo licet, quia significatio nominũ est ad placitũ, & tanto magis ratiatio ex vna significatione in aliã cum inquã sic fit, rationabile est vt princeps omnia scientiam sacra Theologia propriis quoq; gaudeat vocabulis. Et propterea nõ quæritur hic de persone nomine vtrũque, sed vt est in vsu Theologorũ. conflat enim aliter personã accipi apud Canonistas, & aliter apud alios. Et propterea Laurentius Valla in eruditè Boëtiũ arguit malæ diffinitionis personæ, est enim ea optima, vt in hoc patebit art. si de persona hoc modo intelligatur, vt etiam ipse intendebat.

¶In corpore tria facit. Primo ostenditur dignitas indiuidui substãtiæ: secundo dignitas indiuidui rationalis naturæ: tertio respondetur quæstio. Quo ad primũ intendit, quod indiuiduum substãtiæ cõuenit quidẽ cum indiuiduis omniũ generum in hoc, quod vnumquodque est particulare seu indiuiduum, differt tamen ab alijs quo ad id quod est: quo ad cæteros autem indiuiduos substãtiæ speciale quoddam habẽs. Secundo ibi, Et propter hoc multa accidunt sophismata in his, quæ aliquo modo videntur & aliquo modo non: & sic est in proposito vt ex præcedenti patet articulo.

Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum quartum.

TItulus clarus.

¶In corpore vnica est cõclusio responsiua quæstio affirmatiuè: In Deo sunt tã quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio & spiratio & processio. Probatur sic, In Deo sunt relationes reales, & nõ cõsequẽtes quatuor relationẽ ad extra, ergo sunt cõsequentes actiones ad intra, ergo in eo sunt tãtũ relationes consequẽtes duas processiones ad intra, ergo sunt quatuor tãtũ relationes reales, ergo sunt istæ paternitas, filiatio, spiratio & processio. Antecedens quoad quantitatẽ ꝓbatur quia in eo nõ est quãtitas, vt pater ex Aug. quo ad actionẽ ꝓbatur extra probatur ex supradictis in qõ. 13. Prima verò cõsequentia ꝓbatur sequẽdo Me. quia scilicet relatio oĩs fundatur super quantitatẽ aut actionẽ & passionẽ. Secunda aũt ꝓbatur ex dictis qa scilicet in actiones immanẽtes duæ tantũ sunt, scilicet intellectiua & altera sed in intellectiũ & altera sed in voluntatẽ: illia verbi, hęc amoris. Tertia aũt, quia sed in qualibet processionẽ oportet duas oppositas relationes esse, puta principij & à quo procedit. Quarta demũ probatur: quo ad nomina primarij duarũ processiõũ sibi dicitur generatio secũdũ propriam rationẽ, nativitatis verò dicitur filiatio, & relatio principij huius nativitatis dicitur paternitas. nati verò dicitur filius, ergo: quo ad duas verò reliquas manifestatur sic processio amoris cæter. nomina

propriè: ergo & relationes secundam ipsam. Et rursus vocatur processio seu spiratio: idco conuenienter relatio principij hic vocatur spiratio. Relatio verò spirati vocatur vsurpato nomine processio. & sic patet totum.

¶Circa propositionẽ illam ex 5. Met. iterum aduerte ex quæst. de poten. Dei, q. 7. art. 9. quod intelligitur secundum modum, non secundum rem, id est, omnis relatio realis fundatur super quantitatem, &c. id est super te. nec est quãtitatis, aut alia re quę in duit rationem quantitatis vnde vnũ in substantia facit idem, & vnum in qualitate facit similes. vnũ enim ad quantitatẽ pertinet modaliter.

*text. 21.

¶Sed nunc duplex occurrit hic dubiũ: primò quantũ valeat ratio literæ procedẽs ex eo, q̃ in Deo non est quãtitas secundum rem, vt patet ex 1. Met. ex inducta autoritate Aug. 2. quia falsò adducĩ videtur autoritas ex 5. Met. quoniã ibi ponitur tertius modus relationum vt etiam ibi S. Thom. exponit, scilicet mensuræ & mensurabili, non quantitatiuæ.

*lib. 1. de Trin. c. 1.

*lib. 6. Aug. 7.

*q. 13. art. 7.

¶Ad primum horũ dicitur, quod quia secundũ veritatem Autor tenet nullã relationẽ reale in Deo cõsequi quantitatem, tam secũdum rem quãm secundum modũ: & inferius tractaturum se promittit in respõsione ad quartũ de huiusmodi relationibus esse quãtibus quantitate secundum modũ: puta æqualitate & similitudine: ideo hic summariè pertransiuit contentus ratione de quantitate secundum rem. Et sic infertur, ergo ex hoc art. nõ sufficienter cõcluditur intentum. respondetur quod sufficienter quantum præsentis loci erat quoniam ab hoc loco illæ relationes relegantur inferius tractandæ: quarum non sufficienter absolutè, si omnia hic fuissent pertractata, propter quod ne limitatus hic tractatus erranti occasio alicui foret, protestatur in respõsione ad quartum se inferius hoc completurũ in loco proprio. vbi de conditionibus relationibus diuinis personis agetur: sic enim instituto ordo exigebat.

*q. 27. art. 3.

¶Ad secundum verò dubium dicitur, quod quia scilicet est sermo de realibus relationibus inter res existẽtes ordinis: imò eiusdẽ naturæ seu saltẽ mutuis. Relatiua autem tertij modi, vt ibidẽ patet, in hoc differunt ab alijs, quia non sunt mutua: ideo nulla cõmissa est in allegando falsitas, est enim vera illa vniuersalis in realibus relationibus mutuis: de quibus est sermo.

Super Quæstionis vigesimam nonam & Articulum primum.

IN titulo aduerte, quod cùm vna quæq; ars terminis vtatur, prout in illa arte cõsueuerunt accipi, q̃ ex eo licet, quia significatio nominũ est ad placitũ, & tanto magis ratiatio ex vna significatione in aliã cum inquã sic fit, rationabile est vt princeps omnia scientiam sacra Theologia propriis quoq; gaudeat vocabulis. Et propterea nõ quæritur hic de persone nomine vtrũque, sed vt est in vsu Theologorũ. conflat enim aliter personã accipi apud Canonistas, & aliter apud alios. Et propterea Laurentius Valla in eruditè Boëtiũ arguit malæ diffinitionis personæ, est enim ea optima, vt in hoc patebit art. si de persona hoc modo intelligatur, vt etiam ipse intendebat.

¶In corpore tria facit. Primo ostenditur dignitas indiuidui substãtiæ: secundo dignitas indiuidui rationalis naturæ: tertio respondetur quæstio. Quo ad primũ intendit, quod indiuiduum substãtiæ cõuenit quidẽ cum indiuiduis omniũ generum in hoc, quod vnumquodque est particulare seu indiuiduum, differt tamen ab alijs quo ad id quod est: quo ad cæteros autem indiuiduos substãtiæ speciale quoddam habẽs. Secundo ibi, Et propter hoc multa accidunt sophismata in his, quæ aliquo modo videntur & aliquo modo non: & sic est in proposito vt ex præcedenti patet articulo.

Super Quæstionis vigesimam primam Articulum primum.

IN titulo aduertendum est, quod cùm vna quæq; ars terminis vtatur, prout in illa arte cõsueuerunt accipi, q̃ ex eo licet, quia significatio nominũ est ad placitũ, & tanto magis ratiatio ex vna significatione in aliã cum inquã sic fit, rationabile est vt princeps omnia scientiam sacra Theologia propriis quoq; gaudeat vocabulis. Et propterea nõ quæritur hic de persone nomine vtrũque, sed vt est in vsu Theologorũ. conflat enim aliter personã accipi apud Canonistas, & aliter apud alios. Et propterea Laurentius Valla in eruditè Boëtiũ arguit malæ diffinitionis personæ, est enim ea optima, vt in hoc patebit art. si de persona hoc modo intelligatur, vt etiam ipse intendebat.

¶In corpore tria facit. Primo ostenditur dignitas indiuidui substãtiæ: secundo dignitas indiuidui rationalis naturæ: tertio respondetur quæstio. Quo ad primũ intendit, quod indiuiduum substãtiæ cõuenit quidẽ cum indiuiduis omniũ generum in hoc, quod vnumquodque est particulare seu indiuiduum, differt tamen ab alijs quo ad id quod est: quo ad cæteros autem indiuiduos substãtiæ speciale quoddam habẽs. Secundo ibi, Et propter hoc multa accidunt sophismata in his, quæ aliquo modo videntur & aliquo modo non: & sic est in proposito vt ex præcedenti patet articulo.

cantur, quia alio actu intelligit homo lapidem, & alio actu intelligit se intelligere lapidem, & alio etiã intelligit hoc intelligere. & sic in infinitũ multiplicãtur actus in intelligẽdi, & per cõsequens relationes intellectæ. Sed hoc in Deo nõ habet locum, quia vno actu tantum omnia intelligit.

¶Ad tertiũ dicendum, q̃ respectus ideales sunt intellecti à Deo. Vnde ex eorum pluralitate non sequitur, q̃ sunt plures relationes in Deo: sed quod Deus cognoscat plures relationes.

¶Ad quartum dicendũ, q̃ æqualitas & similitudo in Deo non sunt relationes reales, sed rationis tantũ: vt infra patebit.

*q. 42. arti. 4. ad 3 m.

¶Ad quintum dicendum, q̃ via est eadem ab vno termino ad alterum, & econuerso, sed tamẽ respectus sunt diuersi. Vnde ex hoc non potest cõcludi, quod eadẽ sit relatio patris ad filiũ, & econuerso. Sed posset hoc concludi de aliquo absoluto, si esset medium inter ea.

QVÆSTIO VIGESIMA nona de personis diuinis in quatuor articulos diuisa.

PRAEMISSIS autem his quæ de ꝓcessionibus & relationibus præcognoscẽda videbantur necessariũ est aggredi de personis.

¶Et primò secundum considerationẽ absolutam, & deinde secundũ comparatiuã considerationem. Oportet autẽ absolutè de personis, primò quidẽ in communi cõsiderare, deinde de singulis personis.

¶Ad communem autem considerationẽ personarũ quatuor pertinere videtur, primò quidẽ significatio huius nominis ꝓsona. Secundò vero numerus personarũ. Tertiò, ea quæ consequunturur numerũ personarũ, vel ei opponuntur, vt diuersitas & similitudo & huiusmodi. Quartò verò, ea quæ pertinent ad notitiam personarum.

¶Circa primũ quæruntur quatuor. ¶Primò, de diffinitione personæ. ¶Secũdò, de comparatione personæ ad essentiã, subsistentiam, & hypostasim. ¶Tertiò, vtrũ nomen personæ cõpetat in diuinis. ¶Quartò, quid ibi significet.

ARTICVLVS I.

¶De diffinitione personæ.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur q̃ incõpetẽs sit diffinitio ꝓsonę, quã Boëtius assignat in lib. de duabus nat. quæ talis est, Persona est rationalis naturæ indiuidua substãtia. Nullũ enim singulare diffinitur. Sed ꝓsona significat quodda singulare. Ergo persona incouenienter diffinitur.

¶2 Præterea, substãtia (put ponit in diffinitione accidẽtis) est de prædicamẽto primæ substãtiæ, quæ nõ dicitur de subiecto nec est in subiecto. Sed secundæ substãtiæ nõ inuenitur in generibus accidentium.

¶Circa hæc dicta multiplex occurrit dubiũ. Primo ex parte substãtiæ, quomodo sit verum in doctrina S. Th. quod substãtia individuatur per seipsam, cum apud ipsum distinctio numeralis primò conueniat quantitati, & per illam substantialis materialibus aliorum. & sic de ratione individui sui substantiæ, cũ sic distinctio ab aliis, sequitur q̃ in substãtia individuãtur quo ad intrinsecũ distinctũ per quantitatẽ, & nõ ꝓ seipsam, vt in litera dicitur.

b 438

¶Secundò dubiũ est ex parte accidentium: quoniam quantitas per seipsam individuatur, vt patet ex diffinitione 5. Met. Quantum est quod diuiditur in ea quæ insunt, quorũ singuli nati sunt esse hoc: & in mathematicis abstractionibus manifestè patet de ratione lineæ, &c. nullo imaginato subiecto. Dubium quoq; nõnullum parit litera in eo, quod eximit subiectũ individuãtis accidẽs esse substãtiã, cùm manifestè pateat, hanc cõditionalem esse veram, si albedo esset in hac quantitate, sine substãtia esset hæc & consequenter illa categorica est falsa.

o 97

*q. 6. 42. arti. 4. ad 3 m.

197 a c

¶Tertio dubium est ex parte quoq; accidentis, quomodo intelligitur, quia individuantur per subiectũ, an scilicet intrinsecè, an extrinsecè. id est an quum dicitur hæc albedo, in ly hæc claudat intrinsecè subiectũ, an extrinsecè, eo modo quo nasus cadit in significatione simitas vel simi: Si enim claudatur extrinsecè tãtum, sequitur q̃ accidẽs indiuiduatur per seipsum in trinsecè: si autẽ claudatur intrinsecè, sequitur q̃ hæc albedo non est ens, nec vnum per se, & cõsequẽter in nullo genere. ac per hoc male diĉitur in litera, quod in qualibet genere inuenitur vniuersale & particulare.

¶Ad primũ horũ quantum sic: Aũt ad hanc literam, facile dici põt, q̃ hic nõ est sermo de substãtia tali puta materiali, sed de substãtia absolute: ac per hoc de vniuersis substãtiæ individuis: non quatenus individua sunt talia, vel talis substãtiæ, sed quatenus individua sunt substãtiæ. Tum quia sic tantũ est sermo formalis. Tum quia sic ꝓprie interpretatur intenta differentia inter individuum substãtiæ & individuum accidentis, hæc enim differunt, primò inquantum individuum substãtiæ & inquantũ individuum accidentis: per communia omnibus, substãtiæ individuis ex vna parte, & per communia omnibus accidentibus individuis ex alia parte. Talia enim sunt quæ conueniunt his, inquantum huiusmodi sunt individua. Et per hoc patet responsio ad reliqua dubia: quoniã instantias afferunt de individuis accidentium non quatenus accidentium sunt individua, sed quatenus sunt talũ accidentium individua, puta quantitatis vel qualitatis mediate affectionis substãtiæ: vt albedo est, quæ exempli causa in litera est adducta, vt additi sentiens intelligant, stat ergo literæ veritas in concessa, q̃ individuũ substãtiæ vt sic, per seipsum est individuũ, quoniã cõstat vt sic nullã individuũ substãtiæ vt sic, per seipsum est individuũ accidentis, vt si quoniam à nullo alio oportet dependere subiectũ, nisi substãtia per substãtiam subiectam individuãtur.

¶Ad vltimum autem dubium dicendum est propter rationẽ in obiiciendo tactam, q̃ hoc accidens non includit subiectum intrinsecè, sed per additamentum: ita quod ficut in diffinitione accidentis claudit subiectum, vt non essentiæ intrinsecum, sed per additamentum: ita in diffinitione huius accidentis, si diffiniretur, claudaretur hoc subiectum per additamentum & non intrinsecè. Nec hoc repugnat litęræ indifferentia assignata: quoniam sicut accidens nõ potest

169 3. q. 2. ar. 2 cor. & 1. dist. 25. arti. 2. & pot. q. arti. 2. & de vnio. arti. 1. *text. pag. à princip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligi absq; dependẽtia à subiecto, ita nec hoc absq; depẽdentia ab hoc subiecto: hæc autẽ substãtia vt sit nullis ineludir depẽdentiã ad aliquid extrinsecũ, & ideo per seipsam substantia indiuiduatur: accidens autem per substantiam.

¶ Dò substantia autẽ materiali & de talibus accidentibus quomodo indiuiduẽtur, plenius negotij est: erit q; de hoc quæstio specialis. Nunc autẽ scito, q; apud me substãtia materialis indiuiduatur per materiã sub certis dimensionibus tantũmodo tantũ, non solum constituitur, sed distinguitur: chimerica est enim hoc actus separare secundum rem. Per materiã autem sub certis dimensionibus non intelligo (vt olim exposui in Commentariis de ente & essentia) materiã cum potentia ad quãtitatem quoniam potentia illa (vt pater in 12. Me. in tractatu de principiis Prædicamẽtoꝝ) est in genere quãtitatis & sic Sortes non esset vnus per se, sed intelligo materiam distinctã numero: non vt subiectum quantitatis, sed vt prima natura ipsius fundamentum, radix & causa, ita quod ipsa materia in se est vtẽ sic distincta quã quãta: vt sic effectus ꝓportionetur causæ. Distinctio enim numeralis qua Sor. distinguitur à Platone inquãtũ sunt isti homines, non est distinctio quãtitatiua, sed fundamentũ quantitatiuæ distinctionis. Et similiter ꝓncipiũ distinctiuũ huius hominis ab illo: vt sic est radix & fundamentũ quantitatis, & cõsequenter distinctionis sequentis ipsam. Hoc autẽ est materia, quæ est altera pars compositi primò terminantis generationẽ substantialem in rerum natura in primo instãti na turæ ante adhæsionem accidentium: oportet enim pro tunc esse singulare distinctum ab vniuersali, & per se ens, ac vnũ: quod absq; constituitur in esse hoc intelligi nequit: per idem autem vnumquodque est hoc, & à cæteris distinguitur. Nec ꝓpterea nego illam maximam ex sensibus Arist. ac S. Tho. habitam, scilicet quod distinctio numeralis materialis primo conuenit quantitati & cõsequenter per illam cæteris secundum doctrinam Porphyrij: quoniã participare natũrã eius, cui primo cõuenit aliquid, pluribus modis contingit. Nec oportet illa forte malirer sãuari in omnibus ipsam participantibus: vt in Primo Posteriorum ostendimus. Materia autem, quæ radix fundamẽ inquæ est quãtitatis, non est etiam in illo priori extra partici pantia quantitatis natũ tami imo, vt melius loquamur, est quædam prædicamẽtalis quãtitatis naturam. Et quoniam, magis est præhabere quam participare, si participantia naturam aliquam, quoquo modo possunt in effectum illius: quanto magis præhabentia naturam illam, hoc poterunt: oportet enim omnem effectum primo alicui conuenientem ab illo in se vel suis participantibus aut à præhabentibus fieri, vt inductiue patet etiã in effectibus formalibus inveget ativo & sentitiuo & similibus: quãuis distinctio de qua loquimur, non sit formalis effectus quantitatis: nec materia huiusmodi sic continear quantitatem. Sed hæc dicta sunt, vt legentes intelligant: reliqua autẽ

* In præ. cap. de substant.

nitione personæ) aut sumitur ꝓ substãtia prima, aut pro substãtia secũda: si pro substãtia prima, superfluẽ additur indiuidua, q̃ substãtia prima est substãtia indiuidua si verò stat pro substãtia secũda, falsò addi tur & est oppositio in adiecto. Nã secũdæ substantiæ dicũtur genera vel species. Ergo diffinitio est malè assignata.

¶ 3 Præterea, Nomẽ intentionis nõ debet poni in diffinitione rei. Nõ em̃ esset bona assignatio, si quis diceret, homo est species animalis. Homo enim est nomẽ rei, & species est nomẽ intentionis. cũ igitur persona sit nomẽ rei: significat enim substãtiã quandã rationalis naturæ. Ergo inconuenienter indiuidũ, quod est nomen intentionis, in eius diffinitione ponitur.

¶ 4 Præterea, Natura est principium motus & quietis in eo in quo est per se, & nõ per accidens, vt dicitur in secundo Phy.* Sed persona est in rebus immobilibus, sicut in Deo & in Angelis. Non ergo in diffinitione personæ debuit poni natura, sed magis essentia.

¶ 5 Præterea, Anima separata est rationalis naturæ indiuidua substantia: nõ autem est persona. Inconuenienter ergo persona sic diffinitur.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ licet vniuersale & Particulare inueniantur in omnibus generibus, tamen speciali quodam modo indiuiduũ inueniturin genere substantiæ. Substantia enim indiuiduatur per se ipsam, sed accidẽtia indiuiduantur per subiectum ꝙ est substantia. Dicitur enim hæc albedo, inquantũ est in hoc subiecto. Vnde etiã cõueniẽter indiuidua substãtiæ habent aliquod speciale nomen præ aliis. Dicũtur enim hypostases, vel primæ substãtiæ. Sed adhuc quodã speciãliori & modo inuenitur particulare & indiuiduũ in substãtijs rationalibus, quę habent dominium sui actus: & nõ solum aguntur sicut alia, sed perse agunt, actiones autẽ in singularibus sunt. Et ideo etiã inter cæteras substantias, etiam quod dã speciale nomẽ habẽt singularia rationalis naturæ: & hoc nomẽ est persona. Et ideo in prædicta diffinitione personę ponitur substãtia indiui dua, inquantũ significat singulare in genere substantiæ: additur autem rationalis naturæ inquantum significat singulare in rationalibus substantijs.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ q̃ licet hoc singulare vel illud diffiniri non possit tamen id, quod pertinet ad communẽ rationem singularitatis, diffiniri potest. Et sic Philosophus* diffinit substantiã primã & hoc modo diffinit Boẽtius personam.

¶ Ad secũdum dicendũ, q̃ secundũ quosdam substãtia in diffinitione personæ ponitur pro substãtia prima, quę est hypostasis: neque tamen superfluẽ additur q̃ a nomine. Hypostasis vel substãtiæ primæ, excluditur ratio vniuersalis & partis. Nõ enim dicimus quod homo cõmunis sit hypostasis: neque etiam manus, cum sit pars. Sed per hoc quod additur, indiuiduũ, excluditur à persona ratio assumptibilis. Humana enim natura in Christo nõ est ꝑsona, quia est assumpta à digniori, scilicet a verbo Dei: sed melius, dicendum est quod

huius materiæ ibidem tractata sunt.

¶ Quòd ad secundum ostenditur dignitas indiuidũorum rationalis naturæ super omnia indiuidua substãtiæ similiter quo ad duo. Primo quo ad modum essendi principium operationum: quia scilicet indiuiduum rationalis naturę habet dominiũ sui actus: & quod hoc spectat ad dignitatẽ indiuidui, probatur littera

substantia accipitur cõmuniter, prout diuiditur per primã & secũdam: & per hoc ꝙ additur indiuidua, trahitur ad standum pro substantia prima.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ quia substantiales differentiæ non sunt nobis notæ vel ẽ nominatæ nõ sunt: oportet interdũ vti differentiis accidentalibus loco substãtialiũ, puta si q̃s diceret, ignis est corpus simplex calidũ & siccum. Accidẽtia enim propria sunt effectus formarũ substantialiũ, & manifestant eas. Et similiter noĩa intentionũ possunt accipi ad diffiniendũ res secundũ quod accipiũtur ꝙ aliquibus nominibus rerũ quæ non sunt posita. Et sic hoc nomẽ indiuiduũ ponitur in diffinitione ꝑsonæ ad designandũ modum subsistendi, qui cõpetit substantiis particularibus.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ secundũ Philo. in 5. Meta.* nomẽ naturæ primo impositũ est ad significãdũ generationẽ viuẽtiũ, quę dicitur natiuitas*. Et q̃a huiusmodi generatio est a principio intrinseco, extẽsum est hoc nomẽ ad significãdũ principiũ intrinsecũ cuiuscunq; notus. Et sic diffinitur natũrai 2. Phy.* Et q̃a huiusmodi principiũ est formale vel materiale, cõiter tam materia quã forma dicitur natura. Et quia ꝙ forma cõpletur essentia vniuscuiusq; rei, cõiter essentia vniuscuiusq; rei (quã significat eius diffinitio) vocatur natura. Et sic accipitur hic natura. Vnde Boẽ. i eodẽli.* dicit, quod natura est vnumquodq; informãs specifica differẽtia. Specifica em̃ differentia est quę cõplet diffinitionẽ, & sumitur a ꝓpria forma rei. Et ideo cõueniẽtius fuit, ꝙ in diffinitione ꝑsonæ, quæ est singulare alicuius generis determinati, vteretur noie naturæ, quam essentiæ, quę sumitur ab esse quod est communissimum.

¶ Ad quintũ dicendũ, ꝙ aia est pars humanæ ꝑsciei. Et ideo licet sit separata, q̃a tamẽ retinet naturã vnibilitatis, nõ põt dici substãtia indiuidua, quæ est hypostasis, vel substantia prima, sicut nec manus, nec quæcũq; alia partiũ hois*. Et sic nõ cõpetit ei neq; diffinitio ꝑsonæ, neque nomẽ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum persona sit idem quod hypostasis substantia & essentia.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ ꝑsona sit idẽ ꝙ hypostasis, subsistentia & essentia. dicit enim Boe. in lib. de dua bus nat.* q̃d Græci naturæ rationalis indiuiduã substantia hypostaseos nomine vocauerũt. Sed hoc etia apud nos significat nomen personę. Ergo persona omnino idẽ est quod hypostasis.

¶ 2 Præterea, Sicut in diuinis dicimus tres personas, ita in diuinis dicimus tres subsistentias. Quod non esset nisi persona & subsistentia idẽ significarent. Ergo idem si gnificant persona & subsistentia.

¶ 3 Præterea, Boe. dicit in cõ. Prædicamentorũ, q̃d vsia (quod est idẽ quod essentia) significat cõpositũ ex materia & forma. Id autẽ q̃d est cõpositũ ex materia & forma, est indiuiduum substantiæ: quod & hypostasis & persona dicitur. Ergo omnia prędicta nomina idem significare videntur.

¶ SED contra est q̃d Boet. dicit in libr. de

tum aduerte quòd hinc habes, quod ex hac Boẽtij diffinitione non sequitur, matam esse personam, vt Sco. in primo dist. 23. voluit, non penetrans quid importat substantia prima, quæ hic dicitur indiuidua.

Super Quæstionem nonam Articulum secundum.

IN titulo ly sit, ostendit quod de vera identitate est quæstio.

¶ In corpore vna est cõclusio respõsiua: Persona significat in genere rõnabili substantiarũ, ꝙ hæc ꝑsona nota, s. subsistẽtia, ter naturæ & subsistãtia, seu hypostasis, significat

* Pag. tertia à principi.
¶ Contra hanc rationē Greg. de Arimino. in 26. dist. primi instat. intendés eam soluere, dicés, quòd propter hæreticorú instantiā non oportet proprietates has distinguere. Quia Aug. docuit respõdere in sermone de fide & symbolo: Credimus Trinitatē personis distinctis, substantia vnitā. Et Hiero. in expositione fidei catholicæ. Substantia vnū sunt, sed personis ac nominibus distinguntur. ergo absque proprietatibus habemus responsiuum, quo sunt vnum, & quo plures.

¶ Ad hoc triplicitér dicitur. Primò, q̃ Gregorius male immiscetur videtur hāc litere huius rationē tractatui de rebus absolutè: quē videtur ipse ibidē intendere. vt enim patet ex titulo totius quæstionis, hic tractatur de cognitione diuinarū personarū, & nō de esse earundē. Secundò dicitur, q̃ malè ponderauit verba litere dicentis, quòd oportet habere responsiuū ad interrogatiuū quo nō respectu huius termini qui est trinitas, sed respectu etiá huius termini Persona: quod constat ex neutra illarū autoritatū haberi. Tertiò, q̃ litera iuxta morā suū loquitur formaliter, & cõsistit vis eius in hoc, quòd interrogatiuo quo oportet reddi responsiuū, quod ex proprio modo significandi significatur quo, alioquin non quiesceret instantia quæstionum. Constat autem, q̃ persona non significat vt quo, cum sit concretú nomen. Oportet igitur vt habeamus propriū responsiuū quo, non respectu huius, aut illius termini, sed simpliciter respectu cõcretorū diuinorū proprietates in abstracto admittere in diuinis: & hoc dicēte intēdit litera.

¶ Secunda verò ratio primo ponitur, deinde à prædicto rō soluatur. Tertiò excluditur solutio dupliciter. Est ergo secunda ratio, Persona Patris vna refertur ad duas personas, scilicet Filij & Spiritussancti, non vna relatione. ergo oportet in Patre distinguere rationes. Antecedés quo ad secundam partem probatur dupliciter: Primò sic: Si pater vna relatione referret Filium & Spiritum sanctum. Filius & Spiritussanctus, vna quoque relatione respicerent Patrem: & ſ. sic, ergo Filius & Spiritussanctus essent vnus & non essent duæ personæ. Et probatur hæc vltima sequela: quia sola relatio multiplicitat Trinitatē. Præpositius autē secúdam partem antecedentis negans consequentiam quoque primam ducentem ad impossibile negabat: asserebāque instantiam. Ex eo quod Deus vnica relatione se habet ad creaturas, & tamen creatura pluribus relationibus referuntur ad ipsum, sic qui proportionaliter cẽsebat de Filio & Spiritusancto ad Patrem.

¶ Cõtra hāc autē responsiõné dupliciter in litera arguitur. Primò sic, Ratio ſpecifica relatiui constituti in hoc q̃ est ad aliud se habere. ergo vni relationi secundū speciē nō possunt ex opposito correspõdere duæ diuersæ secúdā speciē: ergo relationibus filij & Spi. sanc. nō pót tradere vna relatio Patris: quibus oibus relationibus creaturarū possit rñdere vna relatio ex parte Dei. Prima cõsequētia declaratur in parte & duo respectu filij & ſeruū. Secúda autē quia relationes Spi. sanc. & Filij sunt diuersarū rationum, creaturarū autem ad Deum vnius sunt rationis. Secundò peccat inſtātia: quia sermo peccāns est de relationibus realibus tuit esse aliqua nomina abstracta, quibus respõderi posśit ꝓnas distingui & huiusmodi sunt ꝓprietates vel notiones in abstracto significātes, vt paternitas & filiatio. Et ideo essentia significatur in diuinis vt quid, ꝓlona verò vt quis, ꝓprietas autē vt quo. Secúdò quia vna ꝓsona inuenitur in diuinis referri ad duas personas, ſ. personas Patris ad personā Filij & personam Spi. sanct. Non autē vna relatione, quia sic sequeretur, q̃ etiá Filius & Spiritussanctꝰ vna & eadem relatione referrētur ad Patrē. Et sic cú sola relatio in diuinis multipliciter Trinitatē, sequeretur q̃ Filius & Spiritussanct. nō essent duę personæ. Neq; tamē pōt dici, (vt præpositiuus dicebat) q̃ ſicut Deꝰ vno modo se habet ad creaturas, cū tamen creaturæ diuersimodē se habeāt ad ipsum, sic Pater vna relatione referrtur ad filiū & Spi. sanct. cū tamē illi duo duabus relationibꝰ referātus ad patrē. Quia cùm ratio ſpecifica relatiui cõsistat in hoc q̃ ad aliud se habet: necesse est dicere q̃ duæ relationes nó sunt diuersa secundum ſpeciē, si ex opposito vna relatio eis correspõdeat. Oportet enim aliá speciē relationis esse Domini & patris secundū diuersitatē filiationis & seruitutis. Omnes autē creaturæ sub vna specie relationis referūtur ad Deū, vt sunt creaturæ ipsius. Filius aūt & Spirit. sanct. nō secundū relationes vnius ronis referūtur ad Patrē: vnde non est simile. Et iterū in Deo nō requiritur relatio realis ad creaturā, vt sup. dictū est.* Relationes aūt rationis in Deo multiplicare nō est incōueniens. Sed in Patre oportet esse relationē realē, qua refertur ad Filiū & Spi. sanct. Vnde secundū duas relationes Filij & Spi. sanc. q̃bus referūtur ad Patrē, oportet intelligi duas relationes in patre quibus referatur ad filiū & Spi. san. Vnde, cū nō sit nisi vna patris ꝓsona, necesse fuit seorsum significari relationes in abstracto, quæ dicūtur ꝓprietates & notiões.

* qõ. 28. arti. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ licet de notionibꝰ nō fiat mētio in sacra scriptura, fit tamē mētio de ꝓsonis, in q̃bus ſtelligūtur notiões, ſicut abstractū in cõcreto.

¶ Ad secundū dicendū, q̃ notiones significātur in diuinis, nō vt res, sed vt rationes, quædā, quibus cognoscūtur personę, licet ipſæ notiones vel relationes realiter sint in Deo, vt ſupra dictū est. Et ideo eaq̃æ habent ordinē aliquē ad actum aliquē essentialē vel personalē, non possunt dici de notionibus: quia hoc repugnat modo ſignificādi ipſarū. Vnde non possumus dicere q̃ paternitas generet, vel creet, sicut ſapientia vel intellectus. Essentialia verò, quæ nó habent ordinē ad aliquē actū, sed remouet cōditiones creaturæ à Deo, possunt prædicari, de notionibus: possumus enim dicere quòd paternitas est æterna, velimmensa, vel quodcunq; huiusmodi. Et ſimiliter propter identitatē rei possunt ſubstātiua personalia & essentialia prædicari de notionibus: possumus enim dicere q̃ paternitas est Deus, & deitas est pater.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd licet personæ ſint ſimplices, tamē abique ꝓiudicio ſimplicitatis possunt ꝓprie rationes personarū in abſtracto ſignificari, vt dictū est.*

¶ Dubium secundo est circa propositionem illam assumptam contra Præpositum, scilicet vni relationi secundum speciem non possunt correspondere duæ secúdum speciem. Manifestè enim tenemus oppositum: quoniam vni filiationi Sortis respondent diuersarum ſpecierum relationes, ſcilicet paternitas & maternitas patentum ipſius, vt in tertia parte qõ. 35. artic. 2. expressè habetur.

¶ Ad primum dubium dicendā est, quòd hic sunt duo ſcilicet pluralitas relationis, & modus pluralitatis. De pluralitate quidem asserit littera patē assumptum, volēs quòd paternitas & ſpiratio sunt duæ relationes reales: quia distinguūtur differētiis relationis. De modo autē quo sunt duæ, ſupra negata fuit distinctio realis: quia non opponūtur adinuicem relatiuè: & ſic nō ſunt duæ realiter, quia nō distinguuntur differentijs rei. Affirmate verò quòd sunt duæ formaliter secundum rationē tantum, non quietat multorū intellectum, quia esse duo ſecundum rationē, nō est esse duo, sed intelligi duo ſicut esse quantū ſecundum rationem, non est esse quantū, sed intelligi quantū. Vnde cum nulla ſit actualis distinctio præter realē aut rationis, restat quòd sint duæ virtualiter, id est prout habent ac ſi essent duæ & hoc conſonat excellentiæ diuinæ rei. Et eſt in rerum natura absque omni opere intellectus: ſufficitque propositio, reliquisq; distinctatibus ſoluendis nā ſpecifica diuersitas duarum relationum infert ſpecificam diuersitatē relationum ſibi correſpondentium formaliter vel virtualiter, id est quòd illæ relationes correſpondentes habeant ſpecificā diſtinctionē ex certa natura actualiter, vel petinde ſe habeant ac ſi haberet illam diſtinctionē actualiter. Et ſic quoniam perſona Patris habet relationes duas, ſic quòd vna quasque vendicat ſibi propria, ac eſſent ſeorſum actualiter duæ in re: ideo oportet duas relationes in abſtracto tanquam duas patris notiones ponere. Alioquin reſpoderi non poſſet quærenti, quo Pater, & quo Spiratorium conſtet Patrem ad Filium, Spiratorem verò ad Spiritum ſanctum eſſe: veruntamen propoſito ſatis cere videtur affirmare, quod diſtinguntur formaliter: quoniam tractatus ille non eſt de rebus abſolutè, ſed vt intellectis & ſignificatis, vt patet ex litera.

¶ Ad ſecúdū verò dubiū dicitur, q̃ cùm radix propoſitionis: S. Tho. ibi poſito Arſto. 7. Metaph. c. de ad aliquid, ſ. nullum relatiuum dicitur bis propter eádem rationē: quia ad aliquid hōe ipſum quod eſt, ſui primo termini eſt, quam patet eſſe vnū iuxta limitationem illius fundamenti limitanda ſunt conſequentia. Relatiuū igitur nō dicibus, poteſt dupliciter intelligi. Primò nō dicitur bis, id eſt ad duo correlatiua ſolo numero diſtincta. & ſic creditmus hoc eſſe falſum: quia Sortes albus eadē ſimilitudine ſimilis eſt omnibus albis. Secundò dicitur bis, id eſt ad duo correlatiua diuerſarū rationū. & ſic poteſt intelligi duplicitér, ſcilicet vel diuerſarū rationū patri aliū. Et ſic ceſſā nō eſt verū, vt ex litera articuli Tertiæ partis patet. Vel nō partialiū, & ſic eſt verū. Vnde nomen S. Thomæ ibidē in vltimo argumento ex hoc codē fundamēto nō infert. Rego impoſſibile eſt vnū relatiuū dici ad duoſied. Ergo impoſſibile eſt. q̃ vna relatio terminetur ad extrema omnino diuerſa: per ly omnino, nō partialia intenſa. Voco autem relatiua partialia in propoſito, illa, quorū fundamenta partialiter cõcurrunt ad vnum numero effectum, vt patet de patre & matre reſpectu filij. Et ſecundum veritati gloſſa hæc oſtenditur, ex eo q̃ proprie loquendo, relatiuum nō dicitur bis, quando plura ex eadem parte reſpicit, quaſi partes adæquate exercent, ſed quando vnum ex vna, & alterum ex altera parte reſpiceret, bis diceretur, vt ſpecies ad genus, & ad individuū. & ſcientia dicereteur ad ſcibile & ſciẽtem, &c. S. Tho. ergo hic contra Præpoſitiuum intendit impoſſibile eſſe, quod vna relatio ſecundū ſpeciem habeat extrema diuerſarum rationum non partialiū: proceſſio nanque & filiatio non habent partialia fundamenta, ſed diuerſarum omnino rationum ſecundum ſe perfectarū: quoniam filius perfectè terminat proceſſum intellectus, & ſimiliter Spiritus ſanctus perfectus eſt terminus proceſſionis voluntatis. In tertia autem parte extrema diuerſarum rationum partialia reddidit filiationi, vt patet.

183 1. dist. 26 q. 1. ar. 3. & dist. 27. q. 2. ar. 1. & qõ. 9 arti. 9. 21. & 27. & qõ. 10. arti. 5. 12. & opu. 3. c. 57. 58. 59. 60. & 61. * qõ. 28. art. 4.

¶ *Quidnam sit ſignificari vt res & vt ratio.*

¶ In reſponſione ad ſecúdū dubium occurrit: quid ſit ſignificari vt res, & quid ſignificari vt ratio. Si enim hoc idem eſt quod ſignificari in concreto & in abſtracto: litera contradicit ſibi, quia ſapiētia abſtractum nomen eſt: & tamen de Deo dicitur q̃ diſponit omnia ſuauiter, &c. Non obſtāte ſibi tali modo ſignificandi. Si autē intenditur diſſerētia inter rem realē & rationis, manifeſtē falſum dicitur, quoniā paternitas rem realē ſignificat, ſicut & ſapientia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ly vt, aliquam cõditionem importat, & conditio rei eſt exiſtere vel ſubſiſtere: nulla ſignificē res vt res eſt niſi ſuę & ſimiliter nulla res vt res ſignificatur, niſi vt ens ſeu exiſtēs ſignificetur. Ratio, autē quia innotescendi gratia. 6. Topico, dicitur inuētā, principiāmque notitiæ & actus & forma, ex no mo. Meta. conditio rationis eſt, vt ſit formalis ter notificatiua: & proportionaliter vt ſignificetur vt rationale principiū in cognoſcendo. ſic enim modus ſignificandi correſpõdet cõdi cionis rationis vt ratio eſt. Et quia hæc exercēt abſtractū & concretū, ideo cõceditur quòd ſignificant vtrę, coincidit cum concreto, & vt ratio cum abſtracto.

¶ Et ad obiectionem in oppoſiti dicitur, quòd licet omnibus abſtractis ex modo ſignificandi commune ſit non congruere operationibus, inter abſtracta tamen eſt magna latitudo, ex parte ipſius rationis formalis ſignificatæ. Quorundam enim ratio formalis ſecundum ſe nullum habet ordinem ad opus, vt patet in relationibus, quorūdam autem ſecundum ſe habet ordinem ad opus: vt ſapientia ad ordinare, iuſtitia ad reddere vnicuique ius, &c. illa abſtracta, quæ ex re formaliter ſignificata opus reſpiciunt, congruum propoſitionem admittunt, vt in litera de ſapientia & intellectu dicitur. Reliqua autem vt paternitatis & reliquæ notiones, quia nec ex modo ſignificandi, nec ex propria ratione formali operis principia ſunt congruæ enuntiationes habere non poſſunt circa operationes, vt in litera dicitur, vnde nulla eſt contradictio.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ ſecundæ Articulum tertium.*

TRIplius intendit de numero quinario adæquatè: ita quod neque plures neque pauciores ſint notiones quàm quinque.

¶ In corpore duo facit. Primò reſpondet quæſito. Secundo ponit differentiam inter notiones, relationes, ꝓprietates & notiones personales, quo ad numerū.

¶ Quò ad primum concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè eſt. Notiones ſunt quinque, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, communis ſpiratio, filiatio, & processio. Et probatur ſic: Notio eſt propria ratio cognoſcendi diuinam personam: ergo attendītur ſecúdum originem: ergo ſecundū hæc duo, ſcilicet à quo alius, & qui ab alio: ergo ſunt quinque. Antecedens eſt deſcripcio notionis ſuperius expoſita. Prima conſequentia probatur: quia diuinæ perſonæ multiplicantur ſecundum originem. Secunda autem, quia hæc duo ſpectant ad originem, & ſecundum ea innotescunt diuinæ perſonæ. Tertia vero manifeſtatur ſigillatim ad ſingulas applicando perſonas vtrunque modum originis. Et quo ad perſonam quidem patris, ex illo modo qui ab alio non poſitiue ſicet negatiuè habetur innaſcibilitas. Ex illo verò à quo alius Paternitas & Spiratio, quo ad perſonam verò filij, ex ly qui ab alio, habetur Filiatio: ex ly verò à quo alius, habetur eadē Spiratio. Q uo ad perſonam verò Spiritus ſancti, ex ly qui ab alio, habetur proceſſio. Ex ly verò à quo alius nec poſitiuè, nec negatiuè aliqua ponitur, propter

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſint quinque notiones.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur quòd non ſint quinque notiones. Propriè enim notiones perſonarum ſunt relationes quibꝰ diſtinguuntur. Sed relationes in diuinis nō ſunt niſi quatuor, vt ſupra dictum eſt*. Ergo & notiones ſunt tantum quatuor.

¶ 2 Præterea, Propter hoc quòd in diuinis eſt vna eſſentia, dicitur Deus vnus. propter hoc autem quòd ſunt tres perſonæ dicitur Deus trinus. Si ergo in diuinis ſunt quinque notiones, dicetur quinus. quod eſt inconueniens.

¶ 3 Præterea, Si tribus perſonis exiſtentibus in diuinis ſunt quinque notiones, oportet q̃ in aliqua perſonarū ſint aliquæ notiones duæ vel plures, ſicut in perſona Patris ponitur innaſcibilitas, & paternitas & cõmunis ſpiratio. Aut igitur iſtę tres notiones differūt re, aut nō. ſi differūt re, ſequitur q̃ perſona patris ſit compoſita' ex pluribus rebus. Si autem differūt ratione tantum, ſequitur q̃ vna earum poſsit de alia prædicari, vt dicamus, quòd ſicut bonitas diuina eſt eius ſapientia propter indifferentiam rei: ita communis ſpiratio ſit paternitas. quod non conceditur. Igitur non ſunt quinque notiones.

¶ SED CONTRA Videtur quòd ſint plures. Quia ſicut paterà nullo eſt, & ſecundum hoc accipitur notio, quæ dicitur innaſcibilitas: ita à Spiritu ſancto non eſt alia perſona. Et ſecundum hæc oportebit accipere ſex notiones.

¶ 4 Præterea, Sicut Patri & Filio commune eſt quòd ab eis procedat Spiritusſanctus: ita commune eſt Filio & Spirituiſancto quòd procedat à Patre. Ergo ſicut vna notio ponitur communis Patri & Filio: ita debet poni vna notio cõmunis Filio & Spirituiſancto.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ notio dicitur id quod eſt propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam. Diuinæ autem perſonæ multiplicantur ſecundum originem. Ad originē aūt pertinet à quo alius, & qui ab alio: & ſecundum hos duos modos poteſt innotescere perſona. Igitur perſona Patris nō poteſt innotescere per hoc quòd eſt ab alio. ſed per hoc quòd a nullo eſt. Et ſic ex hac parte eius notio eſt innaſcibilitas*. Sed inquantū aliquis eſt ab eo, innotescit dupliciter. Quia inquātū filius eſt ab eo, innotescit notione paternitatis: inquantum autē Spiritusſanctus eſt ab eo innotescit notione cõmunis ſpirationis. Filius autē poteſt innotescere per hoc, q̃ eſt ab alio nascendo, & ſic innotescit per filiationē. Et per hoc q̃ eſt alius ab eo, ſcilicet ſpirituſſanctus, & per hoc innotescit eodem modo ſicut & Pater, ſcilicet communi ſpiratione. Spirituſſanctus autē innotescere poteſt per hoc quòd eſt ab alio vel ab aliis, & ſic innotescit proceſsione. Non autem per hoc q̃ alius ſit ab eo: quia nulla diuina perſona procedit ab eo. Sunt igitur quinq; notiones in diuinis, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, cõmunis ſpiratio & proceſsio. Harū autē tantū quatuor ſunt relationes. Nā innaſcibilitas nõ eſt relatio niſi per reductionem, vt infrà dicetur*. Quatuor autem tantū proprietates ſunt. Nam communis ſpiratio non eſt proprietas: quia conuenit duabus perſonis. Tres autem ſunt notiones perſonales, id eſt conſtituentes perſonas, ſcilicet paternitas, filiatio & proceſsio. Nam communis ſpiratio & innaſcibilitas dicūtur notiones perſonarum, nó autem perſonales, vt infrà magis patebit*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd præter quatuor relationes oportet ponere aliam notionem, vt dictum eſt*.

¶ Ad ſecundū dicendum, quòd eſſentia in diuinis ſignificatur vt res quædā, & ſimiliter perſonæ ſignificantur vt res quædā, ſed notiones ſignificātur vt rationes ſignificātes perſonas. Et ideo licet dicatur Deꝰ vnus propter vnitatem eſſentiæ, & trinus propter trinitatē perſonarum: non tamen dicitur quinus propter quinq; notiones.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cùm ſola oppoſitio relatiua faciat pluralitatem realem in diuinis, plures proprietates vnius perſonæ, cùm non opponantur adinuicē relatiuè non differunt realiter. Nec tamē de inuicem prædicantur: quia ſignificantur vt diuerſæ rationes perſonarum. Sicut etiam non dicimus quòd attributum potentiæ ſit attributum ſcientiæ: licet dicamus quòd ſcientia ſit potentia*.

¶ Ad quartū dicendum, quòd cùm perſona importet dignitatem, vt ſupra dictū* denda notio. Videtur autem mihi quòd ſufficienter habetur ratio, quare inſpirabilitas non eſt ponenda inter notiones.

¶ Ad cuius euidētiam ſciēdum, quòd cum notio innotescēdi gratia ponenda ſit (vt eius nomen oſtendit) & priuatio per habitum negatioque per affirmationē naturaliter cognoſcatur, & non econuerſo: conſequens eſt quòd negationes modorum originis inter notiones computari regulariter non deberent, in cuius ſignum perſona Spiritus ſancti vnam tantum notionem habet, & tamen ſibi conuenit negatio natiuitatis Filio conuenientis. Et quoniā inſpirabilitas negatio quædam eſt, ideo inter notiones locum habere non debet. Quod autē innaſcibilitas notio poſita ſit negatiua, præter regulariter eſt propter tres ſingulares rationes locū non habentes in aliis negationibus. Prima eſt quia perſona Patris ſola ſe habet in Trinitate in ratione primi principij. ſolus enim Pater ibi eſt principium, non de principio. Et propteres tum quia ratio primi optimè per negationem notificatur. Tum ad commendandam hāc tantam Patris autoritatem propter quam ſecundum Hilarium maior dicitur Filio. & Filius in Euangelio ſolitus eſt omnia referre ad Patrem: & Eccleſia omnes fere orationes ad Patrem dirigit: meritò huiuſmodi negatio notio poſita eſt. Et hoc ratio tangitur in litera in reſponſione ad quartum in cõclu ſione, & in primo Sententiarum vbi ſupra. Secunda ratio eſt propter variam cõnexionem iſtorum terminorum in communi, ſcilicet Pater & ingenitus. hæc enim duo ſeparata inuenirentur apud nos: omnis enim Pater eſt genitus, id eſt ab alio, vel etiam genitus proprie, ex cepto Adam, qui fuit Pater & ingenitus. Ex propriis tamen rationibus coniungi poſſunt. & in patre na perſona iuncta ſunt, non ſic autem eſt de Filio & inſpirabili: hæc enim vbique connexa ſunt: & ideo merito negatio illa inter notiones numerata eſt. Et ſimiliter hæc ratio ex Aug. ſ. de Trin. cap. 8. Tertia ratio ex Hilario in libro de Synodis ad commendandam vnitatem diuinæ naturæ ponendo ſiquidem innaſcibilem vnam perſonam, ponitur vnū principium & caput in natura diuina. Inquit enim Hilarius, quòd ponere duos innaſcibiles, eſt ponere plures deos. & plures naturas diuinas. ex per hoc ponere vnū innaſcibilem commendat vnitatem diuinæ naturæ: propter quòd facti Doctores

Universidad de Deusto
Biblioteca

res non qualitercunq; ponunt innascibilitatē esse notionem, sed vt propria est Patrinita quōd nec elientiæ, nec Spiritui sancto conuenit. Accesit forte ad hæc quōd nominibus propriis processionis Spiritussancti caremus. Quia igitur rationem habemus quare singulari priuilegio innascibilitas est notio: & regulariter negationes à notionibus excludantur, rationabiliter à sacris Doctoribus inspirabilitas omissa est.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quōd significari vt res quædam, est significari vt res singularis in rerum natura: & quoniam nominibus Personarū in actu exercito, (vt Pater & Filius & Spiritussanctus) & nomine similiter Essentiæ (vt Deus) significantur personæ & natura in diuinis vt res singulares: notionum autem proprietatum & relationum vt sic nominibus, id est abstractis, rationes potius rerum significantur: ideo ex horum numero non dicitur Deus quinus vel quatrinus, &c.

184 1. dist. 33. artic. 5. * cap. 3.

¶ In responsione ad tertium dubium est propter obiectionem Scot. in quolibet. 5. in calce articuli secundi: Si distinctio, inquit, rationis inter paternitatem & spirationē sufficeret ad impediendam prædicationem in abstracto, impediretur etiam ista, Sapiētia est bonitas: quoniam distinguntur formaliter. Consequens autem est, falsum apud te hic: ergo. Exemplū quo que quod de attributo adducitur, non est ad propositum, sed potius ad oppositū. Extra propositum quidem, quia attributum est nomen intentionis, quæstio autem est de nominibus primæ intentionis. Ad oppositum verò, quia ex illo exemplo habetur, quōd sicut attributum potentiæ non est attributum scientiæ, & tamē potentia est scientia: ita notio paternitatis non est notio spirationis, & tamen paternitas est spiratio: quod est oppositum intentæ conclusionis.

¶ Ad hoc dicitur, quōd obiectio procedit ex malo intellectu literæ, imō ex diminuta inspectione eius. Non enim dicitur in litera, quōd ideo non prædicantur de inuicem, quia distinguuntur ratione: sed quia significantur vt diuersæ rationes personarum, id est, vt diuersæ rationes relatiuæ. Personæ enim diuinæ relationes sunt subsistentes: vt prædictum fuit. Et intendit de diuersitate enim respōsio hæc super doctrina in 5. Metaphysic. cap. de vno, scilicet quōd sub illo aliqua proprie multiplicantur, cuius differentiis distinguntur, ita quod intendit quōd quia paternitas & spiratio sub diuersis differentiis diuinæ relationis sunt. Illa enim est ad filium, hæc ad Spiritum sanctum, ideo actu exercito, paternitas & spiratio, ex hoc quōd significantur vt diuersæ rationes personarum, id est relatiuorum personalium: ideo non prædicantur de se inuicem. Vnde ab obiectionem negandum, est antecedens. Et de exemplo dicendum est, quōd est valde ad propositum si sane intelligatur: non enim adductum est nisi ad manifestandum fundamentum illud ex 5. Metaphy. scilicet quōd sub illo retinent aliquam pluralitatem, sub cuius pluribus differentiis comprehenduntur. Et quia sub attributi intentione & non rei, scientia & potentia Dei distinguntur, ideo plura attributa dicuntur, nec vnum dicitur aliud, licet vna sit alia, quia non distinguuntur rei differentia. Ita quoque dicitur in proposito, non solum respectu intentionis importatæ per ly notio, sed etiam respectu rationis formalis subtractæ, id est relationis diuinæ. sicut enim attributum numeratur in potentia & scientia, ita relationis ratio, & non solum notionis intentio numeratur in paternitate & spiratione. Et præterea sicut hoc attributum non est illud, & ita hæc notio non est illa (quod in litera tacetur) & paternitas non est spiratio: sunt enim relationis nomina. Et quod hæc sit S. Tho. intentio, percipi potest ex primo Sent. distinct. 27. quæst. 1. art. 1. in corpore, & ad tertium.

¶ Contra hanc quoq; responsionē inquantum dicit quōd paternitas & spiratio sunt idem, realiter argumenta extant Durandi apud Capreolum 15. dist. 7. arti. 2. contra primam conclusionem. Sed non sunt mihi visa recitatione digna.

¶ *Super Quæstionis trigesimæsecundæ Articulum quartum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primò docet in communi, in qua fidei materia liceat vel non liceat contrariè opinari. Secundò respondet quæstio.

quæ prius non reputabātur propter hoc, quōd nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur. Sic igitur dicendū est, quōd circa notiones aliqui absq; periculo hæresis contrariè sunt opinati, non intendētes sustinere aliquid contrarium fidei. Sed siquis falsum opinaretur circa notiones, considerans quod ex hoc sequatur aliquid contrarium fidei, in hæresim laberetur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO TRIGESIMATERTIA, *De persona Patris, in quatuor articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de personis in speciali. Et primò circa personā Patris. ¶ Circa quā quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum Patri competat esse principiū. ¶ Secundò, vtrum persona Patris propriè significetur hoc nomine pater. ¶ Tertiò, vtrum per prius dicatur in diuinis Pater, secundum quod sumitur personaliter, quàm secundum quod sumitur essentialiter. ¶ Quartò, vtrum sit proprium Patri esse ingenitum.

ARTICVLVS. I.

¶ Vtrum competat Patri esse principium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; pater nō possit dici principiū Filij, vel Spiritussancti. Principiū enim & causa idē sunt secundū Philosophum*. Sed nō dicimus Patrem esse causam Filij. Ergo non debet dici quōd sit eius principium.

¶ 2 Præterea, Principium dicitur respectu principiati. Si igitur Pater est principium Filij, sequitur Filium esse principiatum: & per consequens esse creatum. Quod videtur esse erroneum.

¶ 3 Præterea, Nomen principij à prioritate sumitur. Sed in diuinis non est prius & posterius vt Athana*. dicit. Ergo in diuinis non debemus vti nomine principij.

¶ SED CONTRA est quod dicit August. 4. de Trinit. *Pater est principium totius Deitatis.

¶ RESPONDEO dicendum, q; hoc nomē principiū nihil aliud significat quā id à quo aliquid procedit. Omne enim a quo aliquid procedit quocunque modo dicimus esse principium, & econuerso. Cùm ergo Pater sit à quo procedit alius, sequitur quod pater est principium.

AD PRIMVM ergo dicendū, quōd Græci vtuntur in diuinis indifferēter nomine Causæ, sicut & nomine Principij. Sed Latini doctores nō vtuntur nomine Causæ sed solū nomine Principij. Cuius ratio est: quia principiū cōmunius est quā causa: sicut causa cōmunius quàm elemētū. Primus enim terminus, vel etiā prima pars rei dicitur principiū, sed non causa. Quantò autē aliquod nomen est communius, tantò cōueniētius assumitur in diuinis vt suprà dictū est. *Quia nomina quāto magis specialia sunt, tātò magis determinant modū cōuenientē creaturæ. Vnde hoc nomē Causa videtur importare diuersitatē substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen Principij. In omnibus enim causæ generibus semper inuenitur distantia inter causam, & id cuius est causa, secūdū aliquam perfectionē, aut virtutē. Sed nomine Principij vtimur etiā in his quæ nullam huiusmodi differentiā habent, sed solùm secundum quēdā ordinem. Sicut cùm dicimus pūctum esse principiū lineæ, vel etiā cùm dicimus frontē lineæ esse principiū lineę.

¶ Ad secundū dicēdum, quōd apud Græcos inuenitur de Filio vel Spiritu sancto dici quōd principientur. Sed hoc non est in vsu Doctorū nostrorum. Quia licet attribuamus Patri aliquid autoritatis rōne principij: nihil tamen ad subiectionem vel minorationē quocunque modo pertinēs attribuimus Filio vel Spiritui sancto, vt vitetur omnis erroris occasio. Secundum quem modū Hila. dicit 9. de Trini. *Donātis autoritate Pater maior est, sed minor non est Filius, cui vnum esse donatur. °

¶ Ad tertium dicendum, quōd licet hoc nomen Principiū, quantū ad id à quo imponitur ad significandū, videatur à prioritate sumptū: non tamen significat prioritatem, sed originem. Non enim idem est quod significat nomen, & à quo nomen imponitur, vt suprà dictum est. *

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum hoc nomen pater sit nomen propriè diuinæ personæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q; hoc nomen pater nō sit propriè nomen diuinæ personæ. Hoc enim nomen pater significat relationem. Persona autem est subsistantia individua. Non ergo hoc nomen pater est propriè nomen significatiuum personæ.

¶ 2 Præterea, Generās cōmunius est quā pater. Nā omnis pater est generās, sed non econuerso. Sed nomen cōmunius magis propriè dicitur in diuinis, vt dictū est. *Ergo magis proprium nomen est personæ diuinæ generans & genitor, quàm pater.

¶ 3 Præterea, Nihil quod secundum metaphorā dicitur, potest esse nomen propriū alicuius. Sed verbum metaphoricè apud nos dicitur genitum vel proles. Et per cōsequens ille cuius est verbum, metaphoricè dicitur pater. Non ergo principium verbi in diuinis potest propriè dici pater.

¶ 4 Præterea, Omne quod dicitur in diuinis, per prius dicitur de Deo quā de creaturis, sed generatio per prius videtur dici de creaturis quā de Deo: Verior enim ibi videtur esse generatio, vbi aliquid procedit ab alio distinctū, non secundū relationem tantùm, sed etiam secūdum essentiā. Ergo nomē Patris quod à generatione sumitur, non videtur esse proprium alicuius diuinæ personæ.

¶ SED CONTRA est, q̄ dicitur in Psal. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ nomē propriū cuiuslibet personæ significat id per quod illa persona distinguitur ab omnibus aliis. Sicut enim de ratione hominis est anima & corpus, ita est de intellectu huius hominis est hæc ānima & hoc corpus. vt dicitur in 7. metaph. * His autē hic homo ab omnibus aliis distinguitur. Id autem per quod distinguitur persona Patris ab omnib' aliis, est paternitas. Vnde propriū nomē personæ Patris est hoc nomen Pater, quod significat paternitatē.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ apud nos relatio nō est subsistēs p̄sona. Et ideo hoc nomen Pater apud nos nō significat personā, sed relationē personæ °: nō autē est ita in diuinis, vt quidā falsò opinatisūt. Nam relatio quā significat hoc nomē Pater, est subsistēs persona. Vnde suprà dictū est. *q̄ hoc nomē p̄sona in diuinis significat relationē vt subsistētē: i diuina natura.

¶ Ad secundum dicendū, quōd secundum Philo. in 2. de anima * denominatio rei maximè debet fieri à perfectiōe & fine. Generatio autē significat vt in fieri. Sed paternitas significat cōplementum generationis: & ideo potius est nomē diuinæ personæ Pater, quam generans vel genitor.

¶ Ad tertiū dicendū, quōd verbū non est quid subsistēs in natura humana. Vnde nō propriè potest dici genitum vel filius. Sed verbū diuinum est aliquid subsistēs in natura diuina. ° Vnde propriè nō metaphoricè dicitur filius, & eius principiū pater.

¶ Ad quartū dicendum quōd nomen generationis & paternitatis, sicut & alia nomina, quæ propriè dicūtur in diuinis, per prius dicūtur de Deo, quàm de creaturis, quantum ad rem significatam, licet non quantum ad modū significandi °. Vnde & Aposto. dicit ad Ephe 3. Flecto genua mea ad patrē Domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Quod sic apparet. Manifestū est enim quōd generatio accipit speciē à termino qui est forma generati. Et quāto hic fuerit propinquior formæ generātis, tāto verior & perfectior est generatio. Sicut generatio vniuoca est perfectior quā nō vniuoca. Nām de ratione generātis est, quōd generet sibi simile secundū formam. Vnde hoc ipsum quōd in generatione diuina est eadem numero forma generātis & geniti, in rebus autem creatis non est eadem numero, sed specie tantū °: ostendit quōd generatio, & per cōsequens paternitas per prius sit in Deo quàm in creaturis. Vnde hoc ipso, quōd in diuinis est distinctio geniti à generante, secundum relationem tantùm ad veritatem diuinæ generationis & paternitatis pertinet

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hoc nomen pater, dicatur in diuinis per prius secundum quod personaliter sumitur.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur q; hoc nomē pater nō dicatur in diuinis per prius, secūdum quod personaliter sumitur. Commune enim secundum intellectum est prius proprio: sed hoc nomē pater secundum quōd personaliter sumitur, est propriū Personæ Patris, secundū verò quōd sumitur essentialiter est commune toti Trinitati. Nam toti trinitati dicimus, Pater noster. Ergo per prius dicitur pater essentialiter sumptū, quàm personaliter.

¶ 2 Præterea, In his quæ sunt eiusdē rationis, nō est p̄dicatio per prius & posterius. Sed paternitas & filiatio secūdū vnā rōnē

prium. Si verò sumitur de significatione in potentia vana est maior, vanúsque est totus processus corporis quoniā expressè loquuntur de significare actualiter; alioquin homo esset nomen proprium huius hominis, nec oportuisset hæc adducere.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quōd hic est sermo de significare actualiter. Et ad obiectionē ad oppositum respōdetur, quōd ly Pater dupliciter sumi potest. Primò vt est nomen analogū ad omnem quomodolibet Patrē, & sic proculdubio falsa esset minor: sic enim significat commune quid proportionaliter omni patri. Alio modo est vt primum & caput huius analogiæ, & sic significat constitutiuum distinctiuū ij, personale primæ personæ Trinitatis diuinæ: vt enim q. 13. declaratū est, alia est formalis ratio reddenda quærendi quid est prima persona diuina quatenus pater, & quid est Sortes quatenus pater: sicut f alijs analogis communibus Deo & creaturæ. Ipsa autem alietas rationis consurgit ex eleuatione relationis paternitatis ad subsistentiā, personalitatem, &c. Et propterea ly pater, sic sumptum ex propria sua ratione significat filium personaliter eadem, propter quod absque additione tradidit dominus baptizandum esse in nomine Patris, &c. Dubium autem remanens circa minorē: an scilicet paternitas sit personale distinctiuum Patris, in q. 4. art. 2. tractabitur.

¶ In responsione ad quartum nota, quōd de ratione generationis sunt duo, scilicet distinctio suppositorum, & vnitas formæ quæ communicatur. Et quoniam generans ve sic assimilat sibi genitum, similitudo autem species est vnitatis, quanto stante distinctione suppositali maior est vnitas formæ, tantò generatio est perfectior.

¶ Super Quæstionis trigesimætertiæ Articulum tertium.

IN titulo aduertitur, Primò ly pater secundū, quod personaliter. Pater enim dupliciter de Deo dicitur, scilicet personaliter, quum dicitur, Pater dominū nostri Iesu Christi: & essentialiter, quum dicitur, Pater misericordiarum. Et ideo non immeritò additur ly secundū q̄ personaliter. Secundò ly dicitur. Non enim quæritur an in diuinis prius sit esse Patrem ad intra, an esse Patrem ad extra: sed an ratio formalis Patris nomine significata, per prius dicatur de Deo, vt est Pater intra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

intra, quàm de Deo, vt est Pater extrà. Tertiò ly prius: quamuis enim ex ratione in oppositū facta in litera prioritatem indistincte significare videatur, directè tamen in proposito stat proprietate secundum naturæ ordiné, qui inter intentiones vnius nominis inueniti est solitus, vt patet i toto quinto Metaphys. Ita quòd sensus est, an ratio Patris nomine significata, personaliter dicta, sit naturæ ordine prior intentio talis nominis, quàm ratio eiusdē essen tialiter dicta.

¶ In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæsito affirmatiuè: Pater per prius dicitur in diuinis personaliter quā essentialiter. Probatur sic: Omnis imperfecta sumuntur à perfectis: ergo omne nomē prius dicitur de illo in quo saluatur tota eius ratio perfectè quàm de illo in quo saluatur secundum aliquid, ergo paternitas prius dicitur in diuinis secundum quod importat respectū personæ ad personam, quā secundum quod dicit respectum Dei ad creaturas: ergo, Prima consequentia probatur. primò, quia de eo de quo nomen dicitur secundū aliquid, dicitur quasi per similitudinem ad id in quo perfectè saluatur manifestatur deinde in Leonis nomine. Secunda autem probatur, quia in Deo patre & Deo filio inuenitur perfecta ratio paternitatis & filiationis, in Deo autem & creatura nō, sed secundum aliqualem similitudinem. Et probatur prima pars huius assumpti, quia diuinarum personarum vna est natura ac gloria. Secunda verò pars quo ad negationem, quia creatura non eiusdem naturę est cum Deo. Quò ad affirmationē verò manifestatur graduando latitudinem filialis assimilationis creaturæ ad Deū iuxta quatuor modos similicudinis, scilicet vestigij, imaginis, gratiæ, & gloriæ. Cōfirmatur: ista autoritatibus satis clarè in litera.

¶ In responsione ad primum diligenter notato tria scilicet distinctionem, comparationes, & rationes earum. Distinctio est hæc, Communium, id est essentialiū, quædam dicuntur absolutè vt bonus, sapiens, &c. quædam respectiuè ad extrà, vt dominus, &c. Cōparationes sunt duæ, prima est: Communia absoluta sunt priora secundū intellectum personalibus. Alia est, Communia respectiua ad extrà sunt posteriora personalibus. Ratio primæ comparationis est quoniam communia absoluta claudūtur in personalibus, & non

* homi. de fide, quæst. 15.

* qō. 27. arti 2. & quæ. 28. art. 4.

videntur dici secundū quòd persona diuina est pater filij, & secundū quod tota Trinitas est Pater noster vel creaturæ, cū secū dū Basiliū * accipere sit cōmune creaturę, & filio. Ergo nō per prius dicitur Pater in diuinis secundū quā sumitur essentialiter, quam secūdū quod sumitur personaliter.

¶ 3 Præterea, Inter ea quæ non dicuntur secundum rationem vnam, nō potest esse comparatio. Sed Filius cōparatur creaturæ in ratione filiationis, vel generationis, secundum illud Col. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Ergo non per prius dicitur in diuinis paternitas personaliter sumpta, quam essentialiter, sed secundum rationem eandem.

¶ SED CONTRA est quod æternū prius est temporali. Ab æterno autem Deus est pater filij, ex tempore autem pater est creaturæ. Ergo per prius dicitur paternitas in Deo respectu filij, quam respectu creaturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ per prius dicitur nomē de illo in quo saluatur tota ratio nominis perfectè, quā de illo in quo saluatur secundum aliquid. De hoc enim dicitur quasi per similitudiuē ad id in quo perfectè saluatur: quia omnia imperfecta sumūtur à pfectis. Et inde est q̄ hoc nomē leo per prius dicitur de animali, in quo tota ratio leonis saluatur, quod propriè dicitur leo, quā de aliquo homine in quo iuenituraliquid de ratione leonis, vt puta audacia, vel fortitudo, vel aliquid huiusmodi. De hoc enim per similitu dinē dicitur. Manifestum est autē ex præmissis *, q̄ perfecta ratio paternitatis & filiationis inuenitur in Deo patre & Deo filio, quia patris & filij vna est natura & gloria. Sed in creatura filiatio inuenitur respectu Dei, non secundū perfectā rationem, cum non sit vna natura creatoris & creaturæ, sed secundum aliqualē similitudinem. Quę quantò perfectior fuerit, tāto propinquius acceditur ad verā filationis rationē. Dicitur enim Deus alicuius creaturæ pater propter similitudinē vestigij tātum vt pote irrationalium creaturarū: secundum illud Iob 38. Quis est pluuię pater? aut quis genuit stillas roris? Alicuius verò creaturæ, scilicet rationalis secundū similitudinē imaginis: secūdū illud Deut. 32. Nónne ipse est pater tuus qui possedit & fecit & creauit te? Aliquorum verò est pater secundū similitudinem gratiæ. Qui etiam dicūtur filij adoptiui, secundum q̄ ordinantur ad hæreditatē æternæ gloriæ per munus gratiæ acceptū: secundū illud Rom. 8. Ipse spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, q̄ sumus filij Dei: Si autē filij, & hæredes. Aliquorū verò secundū similitudinē gloriæ, prout iam gloriæ hereditatē possidēt, secundū illud Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorū Dei. Sic igitur patet, q̄ per prius paternitas dicitur in diuinis, secūdū q̄ importatur respectus per sonæ ad personam, quam secundum quòd importatur respectus Dei ad creaturam.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ cōmunia absolutè dicta secundū ordinē intellectus nostri, sunt priora, quā propria, quia includūtur in intellectu proprioru, sed non econuerso. Intellectus enim personæ patris intelligitur Deus, sed nō cōuertitur. Sed cōmunia quæ importāt respectū ad creaturā per posterius dicuntur, quam propria, quæ importāt respectus personales: quia persona procedēs in diuinis, procedit vt principiū productionis creaturarū. Sicut enim verbū conceptū in mente artificis per prius intelligitur, precedere ab artifice, quā artificiatū quod producitur ad similitudinē verbi conceptū in mēte:

ita per prius procedit filius à Patre, quàm creatura, de qua nomē filiationis dicitur, secūdū quod aliquid participat de similitudine filij vel patris: vt patet per illud q̄ dicitur Rom. 8. Quos præscīuit & prædestinauit fieri cōformes imaginis Filij eius.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ accipere dicitur esse cōmune creaturæ & filio, non secūdū vniuocationē, sed secundum similitudinē quandā remotā: ratione cuius dicitur primogenitus creaturæ. Vnde in autoritate inducta subditur, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: postquā dixerat conformes fieri aliquos imaginis filij Dei. Sed filius Dei naturaliter habet quoddam singulare præ aliis, scilicet habere per naturam id quod accipit: vt idem Basilius * dicit. Et secundum hoc dicitur vnigenitus: vt patet Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse nobis enarrauit. Et per hoc patet solutio ad tertium.

* qō. 27. art. 2. & quæ. 28. art. 4.

* cap. 7.

ARTICVLVS, IIII.

¶ Virum esse ingenitum, sit Patri proprium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ esse ingenitum, non sit Patri proprium. Omnis enim proprietas ponit aliquid in eo cuius est proprietas. Sed ingenitus nihil ponit in Patre, sed remouet tantum. Ergo non significat proprietatem Patris.

¶ 2 Præterea, Ingenitū aut dicitur priuatiuè, aut negatiuè. Si negatiuè, tūc q̄ equid nō est genitū, pōt dici ingenitū. Sed Spiritussanct. nō est genitus, neq; etiā essentia diuina. Ergo ingenitū etiā eis cōuenit. Et sic nō est ꝓpriū patri. Si autē priuatiuè sumatur, cū omnis priuatio significet imperfectionē in priuato, sequitur q̄ persona patris sit imperfecta. Quod est impossibile.

¶ 3 Præterea, Ingenitus in diuinis nō signi ficat relationē, q̄a nō dicitur relatiuè: significat ergo substātiā: igenit⁹ igitur & genitus secūdū substātiā differūt. Filius autē q̄ est genit⁹, nō differt à patre secūdū substātiā. Pater ergo nō debet dici ingenitus.

¶ 4 Præterea, propriū est quod vni soli cōuenit. Sed cū sint plures ab alio procedētes in diuinis, nihil videtur ꝓhibere quin etiā sint plures ab alio non existentes. Nō igitur est proprium patri esse ingenitum.

¶ Sed contra, Sicut pater est principiū personæ genitæ, ita pſona procedentis. Si ergo propter oppositionem quam habet ad personam genitam, ꝓprium patris ponitur esse quòd sit ingenitus: etiam ꝓprium eius debet poni quòd sit improcessibilis.

¶ SED CONTRA est q̄ dicit Hilar. 4. de Trin. * Est vnus aō vno, scilicet ab ingenito genitus proprietate videlicet in vnoquoque & innascibilitatis & originis:

¶ RESPONDEO dicēdum, q̄ sicut in creaturis inuenitur principiū primum, & principiū secundum: ita in personis diuinis, in quibus nō est prius & posterius, inuenitur principiū nō de principio, quod est pater, & principium a principio quod est filius. In rebus aūt creatis aliquod principium primū innotescit dupliciter. Vno quidem modo inquantū est principiū primū, per hoc quòd habet relationem ad ea quæ ab ipso sunt. Alio modo inquantū est primū principiū, per hoc q̄ nō est ab alio. Sic igitur, & pater innotescit quidē paternitate & cōmuni spiratione ꝓ respectū ad personas ab eo procedētes. Inquantū autem est principium nō de principio, innotescit per hoc quòd non est ab alio. Quod pertinet ad proprietatē innascibilitatis [6], quam significat hoc nomen Ingenitus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quidam dicunt, quòd innascibilitas, quam significat hoc nomen Ingenitus, secundum quod est proprietas patris,

* libr. 1. trin. c. 9.

* dissinit. 26.

declaratur quia in pſonis diuinis non est pri⁹ & posterius, vt inferius patebit. Cōsequentia vero prima probatur, quia principiū primū in creaturis dupliciter innotescit, scilicet relatiōe ad ea q̄ sunt à se, & negatione sui ab alio. Sed a verò cōsequētis ꝓbatur quia nō esse ab alio spectat ad innascibilitatē q̄ significat ingeniti nōie.

¶ In rñsione ad secūdū aduerte, q̄ ingenitum quandoq; sumitur negatiuè tantūm. Et secūdum hoc Hie. dicit Spiritumsanctū esse ingenitum, id est, non genitū. Alio modo potest dici ingenitū aliquo modo priuatiuè, non tamen aliquam imperfectionē importat. Multipliciter enim dicitur priuatio. Vno modo, quādo aliquid non habet quod natum est haberi ab alio, etiam si ipsum non sit natum habere illud: sicut filapis dicatur res mortua: q̄a caret vita quā quædam res natæ sunt habere. Alio modo dicitur priuatio quando aliquid non habet quod natū est haberi ab aliquo sui generis, sicut si talpa dicatur cæca. Tertio modo quando ipsum non habet quod natum est habere. Et hoc modo priuatio importat. Sic autem ingenitum non dicitur priuatiuè de Patre sed secundo modo, prout scilicet, aliquod supꝓ positum diuinæ naturæ nō est genitū, cui tamen naturæ aliquod suppositum est genitum. Sed secundum hanc rationem etiā de Spiritusancto poterit dici ingenitū. Unde ad hoc q̄ sit propriū soli Patri, oportet vlterius in nomine Ingeniti intelligere quod conueniat alicui personæ diuinæ, quæ sit principiū alterius personæ, vt sic intelligatur importare negationem in genere principij personaliter dicti in diuinis. Vel vt intelligatur in nomine Ingeniti, q̄ omnino non sit ab alio, & non solùm q̄ nō sit ab alio per generationē. Sic enim nec Spiritusancto cōuenit esse ingenitū, qui est ab alio per processionem, vt persona subsistens: nec etiam diuinæ essentiæ, de qua potest dici quòd est in filio vel in Spiritusancto ab alio, scilicet à Patre.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum Damasce. * Ingenitum vno modo significat idem quod increatum, & sic secundū substantiam dicitur, per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id quod non est genitum. Et sic relatiuè dicitur eo mō quo negatio reducitur ad genus affirmationis [c]: sicut non homo ad genus substantiæ, & non album ad genus qualitatis. Vnde, cùm genitum in diuinis relationē importet, ingenitum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur quòd Pater ingenitus distinguatur à Filio genito secundum substantiam, sed solùm secundum relationem, inquantū scilicet relatio Filij negatur de Patre.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ sicut in quolibet genere oportet ponere vnū primū, ita in diuina natura oportet ponere principiū quod nō sit ab alio, quod ingenitū dicim⁹. Ponere igitur duos innascibiles est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas. Vnde Hila. dicit in li. de Synodis, * Cū vnus Deꝰ sit, duo innascibiles esse nō posſūt. Et hoc præcipuè q̄a si essent duo innascibiles vn⁹ eorū non esset ab alio. & sic nō distinguerentur oppositiōe relatiua. Oporteret igitur q̄ distingūerentur diuersitate naturę.

¶ Ad quintum dicēdum q̄ proprietas Patris, prout non est ab alio, potius significatur per remotionē natiuitatis Filij, quam per remotionē ꝓcessionis Spiritusſanctī. Tū quia processio Spiritussanctī nō habet nomē speciale, vt supra dictū est * tum q̄a etiā ordine naturæ ꝓsupponit generationē Filij. Vñ remoto a Patre q̄ non sit genitus, cū tamē sit principiū generationis: sequitur q̄ non sit procedens processione Spiritusſācti: q̄a Spiritusſāctus nō est generationis principiū, sed à genito ꝓcedēs.

* cap. 1.

* lib. 9. cap. 10.

* cap. 31. & 33. & 34.

* in monolog. cap. 6.

QVÆSTIO TRIGESIMAQUARTA, De persona Filij in tres articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de persona Filij. Attribuuntur autē tria nomina Filio, s. filius, verbum & imago. Sed ratio Filij ex ratione Patris consideratur. Vnde restat considerandum de verbo & imagine.

¶ Circa Verbum quæruntur tria. ¶ Primo, vtrum Verbum dicatur essentialiter in diuinis, vel personaliter. ¶ Secundò, vtrum sit proprium nomen Filij. ¶ Tertiò, vtrum in nomine Verbi importetur respectus ad creaturas.

ARTICVLVS I.

¶ Virum verbum in diuinis sit nomen personale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ Verbum in diuinis non sit nomen personale. Nomina enim personalia propriè dicuntur in diuinis, vt pater & Filius. Sed Verbum metaphoricè dicitur in diuinis, vt Origen. dicit super Ioā. * Ergo Verbum non est personale in diuinis.

¶ 2 Præterea, Secundum * Auguſt. libr. de Trini. * Verbum est notitia cum amore. Et secundum Anselm. in Monol. * dicere sum spiritu nihil aliud est, quàm cogitādo intueri. Sed notitia & cogitatio & intuitus in diuinis essentialiter dicūtur. Ergo Verbum non dicitur personaliter in diuinis.

¶ 3 Præterea, De ratione Verbi est quòd dicatur. Sed secundum Anſel. * sicut Pater est intelligens, & Filius est intelligens, & Spiritusſanctus est intelligens: ita Pater est dicēs, Filius est dicēs, & Spiritusſanctꝰ est dicens, & similiter quilibet eorum dicitur. Ergo nomen Verbi essentialiter dicitur in diuinis. & non personaliter.

¶ 4 Præterea, Nulla persona diuina est facta. Sed verbum Dei est aliquid factum. Dicitur enim in Psal. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt Verbum eius. Ergo verbum non est nomen personale in diuinis.

¶ SED CONTRA est quod dicit Aug. in 7. de Trin. * Sicut Filius refertur ad patrem ita & verbum ad eum cuius est verbum. Sed Filius est nomen personale, quia relatiuè dicitur: Ergo & Verbum.

¶In abstractione verò quæ attenditur secundum formā à materia, vtrunque manet in intellectu. Abstrahēdo enim formā circuli ab ære remanet seorsum in intellectu nostro & intellectus circuli & intellectus æris. Quamuis autē in diuinis nō fit vniuersale neq; particulare, nec forma & materia secundum rem: tamen secundum modū significandi inuenitur aliqua similitudo horū in diuinis, secundū quem modum Dam.* dicit q. cōmuneest substātia, particulare verò hypostasis. Si igiturloquamur de abstractione quæ fit secundū vniuersale & particulare, remotis propriatib^c, remanet in intellectu essentia cōis, non autē hypostasis patris, quæ est quasi particulare. Si verò loquamur secundum modum abstractionis formę a materia, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostaseō & personarū. Sicut remoto per intellectū patre q. sit ingenitus, vel spirans, remanet hypostasis, vel persona patris. Sed remota proprietate personali per intellectū, tollitur intellectus hypostasis. Non enim proprietates p̄sonales sic intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis, sicut forma subiecto præexistenti, sed ferunt secum sua suppositа inquantū sunt ipsæ personæ subsistentes. Sicut paternitas est ipse pater. Hypostasis enim significat aliq̄d distinctū in diuinis, cum hypostasis sit substantia indiuidua. Cū igitur relatio sit quę distinguit hypostases & cōstituit (vt dictu est*) relinquitur q^d relationibus p̄sonalibus remotis per intellectum, nō remanēat hypostases.

* libro. 7. cap. 6.

* artic. præced.

¶Ad hæc dicitur, quod per esse personas, nō intelligit Autor tantummodo idem, sed identitatem ex ratione ipsius proprietatis, seu relationis. In hoc enim vt suprà dictū est, differt ab origine, q. ipsa ex sua ratione inest loco cuius in diuinis est idem illi cuius est, origo autē secundū propriam rationem non inest: & consequenter nō identificatur ei cui attribuitur. Ly autē inquantū, non tenetur reduplicatiuè, sed specificatiuè, determinat enim conditionē secundū quam cōuenit relationi cōstituere, & non origini sicut cum dicitur, homo est ctis⁊pus in diuinis persona cōstituere ipsam. Et quia nō cōstituit ipsam vt pars, nec distinguit vt adiuentitium: ideo dixit q. cōstituit ipsam inquantū est ipsa. Itaq; sensus est, q. quia relatio est propria ratione nō pars nec aduentiens aliquid, licet ipsa persona adeo & cōstituat & distinguat, subintelligēdo semper fermonem de propriis personarū. Et ad manifestandū quod relatio sit ipsa persona, & nō pars vel aliquid additū est, quod ibi abstractū est idem quod concretū, hoc enim nō est verum in his quæ se habent vt totū & pars. Vnde patet responsio ab obiecta omnia, istorum enim sententia occasio fuit obiectionum. Hæc autem intelligas de his inquantum huic rationi deferuntur. Sed quomodo absolute vera sit, apud Autorem hæc propositio, Relatio constituit inquantum est persona ipsa, in articulo sequenti dicetur.

¶Circa dicta in his rationibus aduerte duo. Primum est in prima ratione, quod omnis distinctio oportet quod sit per aliquid intrinsecum formā scilicet vel materiā, hoc enim oportet habere pro fundamēto, in materia de principio indiuiduationis, vt non ponatur quantitas intrinsecum distinctiuū Sortis à Platone. Secundò est in secunda ratione, quod distinguere etiā personā contingit constituendo & non cōstituendo. Et hoc oportet habere præ oculis in quęstione de Spiritu sancto Filij & Spiritussancti, vt in quæst. 36. diffusè dicimus.

¶Quo ad quartum conclusio respōsiua est, Hypostases diuinæ melius dicitur distinguere inquantum relationibus, quam per originem. Et quoniā melius supponit vtrunque bonum declarando conclusionem, primo dicit quod vtunque est

verum. Secundo, quod hoc est melius quia secundum modum intelligēdi, prius & principalius distinguntur per relationes. Et demum deducit corollarium consistens in differentia inter patris & genitoris nomen, quia pater non est solum proprietatis, sed personæ nomē, genitor autem proprietatis tantum. Et patet ex quela: quia relatio constituit, origo autem non. Ad fundamentum autē efficacis opinionis, scilicet origo est prior relatione, vtpote cōsequēte ipsam respondebitur in quarto articulo, vbi distinguitur relatio.

¶In responsione ad primum aduerte, quod de personis diuinis possumus loqui dupliciter, scilicet secundum res & sic verū est quod distinguuntur seipsis: vt Præpositiuus & Gregor. de Arimino tenet. Et hoc expresse cōcedit Sanct. Thom. in primo sententiarum dist. 29. quæstiōe cūda articulo primo ad quintum. Si autem considerentur vt nomē & significatæ nobis, sic quū non distinguātur à relationibus nisi in modo significandi, constituun tur & distinguuntur relationibus, sicut Deus cōstituitur & distinguitur deitate & reliquis.

¶In responsione ad tertium aduerte, quod distinctio relatiua ponitur prima inter distinctas realer. Tū quia secundū veritatem ipsa sola est simpliciter & omnino necessaria rei⁊ quas enim, nō implicat contra dictionem, non esse: quoniā extra Deū sunt. Tum quia primū in perfectionis ponit aut præsupponit. Et propterea ordine perfectionis est prima, & hoc intellige ordinādo distinctiones in ordine entium simpliciter: secus enim esset in ordine distinctionū vt sic, vt in postprædicamentis diffusè diximus.

¶In responsione ad quartum habes tria. Primò, quòd relatio subsistens facit distinctionem sui positalem: & de hoc inferius etiā termo. Secundo quod ly aliud, positum in diffinitione ad aliquid seu relatiui, stat pro correlatiuo. Et ex præced. hoc habes quā conformiter dixerimus in quæstio. 13. de termino relatiui. Tertiò, quod ly aliud, non præsupponitur à relatiuo, sed est simul cum eo. Et hinc habes quam bene quoque dictum fit, quod vnū relatiuum diffinit reliquum, non vt prius, sed vt simul natura & intellectu.

¶Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.

IN titulo ly abstractis, quod distinguendū erat in principio corporis distinguitur: per proprietates autem intelligit notiones, siue personales, siue non.

¶In corpore tria facit. Primò distinguit abstractionem in titulo positam. Secundò respondet quæsito. Tertiò tractat quandam oppositam opinionem.

¶Quo ad primum distinguit abstractionē & applicat eam ad diuina. Distinguit quidem in abstractionem totalem formalē, id est, qua totum vniuersale abstrahit à partibus subiectiuis: & qua forma abstrahit à materia, quoniam inter casu vnicam differentiam, scilicet q. in totali, abstracti tantum conceptus remanet: in formali verò vtriusque scilicet abstracti & eius à quo abstrahitur, vt patet in exemplis literæ. Et si vis diffusè has abstractiones videre, lege Commentaria nostra in De ente & essentia, in prima quæstione: applicat verò ad diuina non secundum rem, sed secundum modum significandi, antetitste vtens Damasceni.

¶Quo ad secundum respondet quæsito tribus conclusionibus. Prima iuxta abstractionem totalem: Abstractis proprietatibus, non remanēt persona, sed solus essentia. Et probatur, quia persona ie habēt vt particularis, essentia, vt vniuersale, id est remanet Deus, & non remanet Pater & filius & Spiritussanctus: habet enim se Deus ad personas vt vniuersale ad particularia, vt Damascenus dixit. Secunda conclusio iuxta abstractionem formalem est: abstractis proprietatibus non personalibus, remanent personæ. & declaratur in ambobus, scilicet innascibilitate & spiratione.

¶Circa hāc cōclusionē dubiū occurrit. Quoniā cōtra dicere videtur doctrine tra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dita in quæstione trigesima sexta, vbi dictum est ꝙ abstracta spiratione à filio, non distinguerentur persona aliter à Spiritusancto: si enim abstracta spiratione, filius remanet persona, vt hic dicitur, ergo remanet hypostasis distincta à persona quæ esse possunt in natura diuina: & cõsequenter nõ distinguitur persona aliter à Spiritusancto per spiratæ. Et econuerso, si distinguitur personaliter per spiratæ, ergo nõ remanet hypostasis distincta, abstracta spiratione: cuius oppositum hic dicitur.

* Loco proxime citato.

¶ Ad hoc breuiter ex fundamento supra posito dicitur, ꝙ vtrũq; sane intellectũ est verum: abstracta siquidẽ spiratione, remanet hypostasis filij, vt hic dicitur: & tamẽ abstracta spiratione, non remanet distinctio illius hypostasis à Spiritusancto, vt ibi dicitur. Hæc autem nõ cõtradicũt, & ratio est, qa hypostasis illa est relatiua, & cui nõ remaneret relatiua ab illa nõ remanetet distincta. Falsum enim est quod persona diuina & vniuersaliter res relatiua p vnũ & idem constituatur & distinguatur relatiuè à cæteris, etiam in eadem natura, vt supra ostensum est.

* Loco eodem.

¶ Tertia vero conclusio est iuxta eãdem abstractionem formalem, ab stractis proprietatibus personalibus, nõ remanẽt hypostases. Et probatur ex vtroq; actu ꝓprietatis personalis. scilicet cõstituere & distinguere. Ex constituere quidẽ proprietates personales nõ aduenirãt præexistẽtibus hypostatibus sed fecerunt secũ sua supposita, in quantum sunt ipsa: ergo ipsis abstractis non remanẽt supposita. Ex distinguere vero hypostasis est substantia individua, ergo est aliquid distinctũ in diuinis: ergo remota relatione personali, nõ remanet hypostasis, & remanet hæc victima sequela quia sola relatio ibi distinguit.

* Lib. de duabus natur. in princip.

¶ Circa hãc partem aduerte, quod illa propositio pluries repetita, scilicet proprietates cõstituũt personas, seu ferũt secum supposita, inquãtum sunt ipsæ personæ: nõ est singularis, sed in omnib⁹ puris & simplicibus communis. Deitas enim constituit Deum, inquãtum est ipse Deus & gabrielitas Gabrielẽ, inquantum est Gabriel, si sunt omnino idem. Et significant hæ propositiones ſpecialem modũ constituendi: duplicitẽr enim cum cõtingat cõstituere, primò, sicut forma constituit compositum: secundò, sicut

0 188

213 1. dist. 27. q. 1. ar. 2. & pot. q. 10. art. 3. & op. 3. 62. 63. & 64.

simplex, constituit simplex, cum de primo modo cõstituendi loquimur, quoniã realis est cõstitutio: simpliciter dicimus quod anima rationalis cõstituit hominem, &c. Et sic constituens non est constitutum. Quum autem de secundo constituit inquantum est ipsum constitutum, nihil aliud intendẽdo per hoc, nisi ꝙ se, constituit, qua ly se monstrat constitutum, & hoc significat ly inquantũ est ipsum. Itaque paternitas ponendo se constituit patrem, qua ipsa est pater. Et sic ly inquantum, tenetur reduplicatiuè: modumque constituendi reduplicat in suppliciibus. Vnde ex hoc habes facilem viam respondendi obiicientibus cõtra huiusmodi propositiones.

¶ Quo ad rertium, referẽt & consentat opinionẽ quandam dicentem, quod abstractis relationibus remanent hypostases, sed non personæ. Et ratio primi est, quia remanẽt origines distinguentes. Ratio vero secundi: quia relationes pertinent ad dignitatem quæ est de ratione personæ, non autẽ hypostatis. Confutatur autem dupliciter. Primo, ratio primi dicti, qua relationes probatũ est essa prima distinctiua. Secũdo, ratio secũdi dicti: quia dignitas qua differt persona ab hypostasi tenet se ex parte naturæ. Persona enim addit supra hypostasim ex parte naturæ intellectualitatẽ. Ex parte autem ipsius individui nihil penitus addit, vt patet ex diffinitione Boẽtij. Vnde quia relationes se tenẽt ex parte individuationis talium est quòd relationes sint proprietates personæ & nõ hypostasium: quia ex parte naturæ dignioris, persona sit quid magis determinatum.

¶ In responsione ad secundum aduerte, ꝙ, vt dicitur 5. Met. nõ in eo quod secundũ dici ad aliũ specifica, quæ nõ dicuntur ad illud secundũ nomina generica. Et præterea non inconuenit similiter accidere in proposito, scilicet ꝙ Pater, Patris nomine & re referatur ad filiũ, persona autẽ re quidem, sed nõ nomine referatur ad eundẽ. Accidit enim hoc quia ly vt in litera dicitur) paternitate Pater est pater, & persona sed persona significat esse illam per modum abstracti. Dixi autẽ hoc propter argumenta Aureoli & Scoti: quæ tacenda censui. Et hoc enim sufficiẽ soluuntur.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ primæ articulum quartum.*

TRitulus satis ex præcedẽtibus est clarus ¶ In corpore duo facit. Primò respondet secundum opinionem superius minus probatã, Secundo respondet iuxta viam quam sequimur.

¶ Quo ad primum. conclusio secundi illius est vnica: & relationes oppositæ secundũ modum quo quuntur actus notionales: & manifestatur, qa apud eos nõ distinguunt nec constituunt hypostases, &c.

¶ Quo ad secundum primo distinguit originem in actiuam & passiuam manifestando eas exemplariter. Secundo ponit conclusionem vnam de origine passiua. Origo passiue præcedit personas personarum etiam precedentium etiam personalium. Probatur, quia significatur vt via ad personam proprietate constituta. Similiter & origo actiue significata prior est secundũ intellectũ, quã relatio personæ originantis, quæ non est personalis. Sicut actus notionalis spirationis, secundũ intellectũ præcedit proprietatem relatiuã innominatã, cõmunẽ Patri & filio, sed proprietas personalis Patris potest cõsiderari dupliciter. Vno modo vt est relatio & sic iterũ secundũ intellectũ præsupponit actũ notionalẽ. Quia relatio, inquantũ huiusmodi, fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiua personæ & sic oportet quod præsupponatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod cum Magister dicit, ꝙ quia generat est pater: accipitur nomẽ Patris secundũ quod designat relationem tantùm, non autẽ secundũ quod significat personam subsistẽtem. Sic enim oporteret econuerso dicere, quod quia pater est generat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de paternitate secũdũ quod sequitur generationem, vt vero constitutiua personæ præcedit generationem. Et declarat primam partem, quia relatio fundatur super actum: secundum verò, quia actio præsupponit personam agentem.

¶ Circa vltima dicta dubium occurrit. Primò, quia videntur hæc cõtrariari, scilicet non differunt: Aut secundum rationem: &c. cum itaque earum sit multiplex, quoniã potest sumi origo, vt origo & vt constitutiua personæ, licet multiplex. Et nec relatio vt relatio, nec origo vt origo cõstituunt: distinguendũ erat de origine, sicut de relatione distinctum est: aut affirmandum erat, quòd relatio magis quam origo constituit & distinguit.

¶ Circa eandem quoque partem dubium occurrit maius. Quoniam paternitas verbi gratia, aut est forma constitutiua sub expressa ratione paternitatis: aut sub alia ratione: si sub ratione paternitatis, ergo inquantum talis distinctio nulla. Si sub alia ratione, ruunt suprà dicta rationibus contatus est Autor ostendere, quod constituere & distinguere personam sit actus relationis, vt distinguit.

stinguitur cõtra essentiã, & contra originẽ, vt patet in arti. 1. & 2. Et confirmatur arg. augetur dubiũ quoniã à S. Tho. quatuor prædicata habemus realia, ratione quorũ attribuitur relationi cõstituere personã. Primũ est essentia diuina. inquit enim in Quæstionibus de Potẽtia. q. 8. ar. 1. in responsione ad septimũ quòd relationes cõstituunt hypostases inquantũ sunt essentia diuina. Secundũ est ly diuinã. inquit enim in 1. sententi. di. 26. ar. 2. ad primũ, ꝙ relatio in quantũ diuina distinguit hypostasem. Tertium est ly subsistens. dixit enim in 2. art. huius quæstionis in responsione ad quartũ ꝙ relatio si sit subsistẽs, ferat secũ distinctionẽ suppositalẽ. Quartũ est ly ipsa persona. dixit enim in prædicto articulo, ꝙ relationes constituũt: & distinguunt hypostases, inquantũ sunt ipsæ personæ subsistentes. Ex quibus omnibus cõstanter ambiguitas, an de mente S. Tho. relatio sit cõstitutiua personæ, fũdo infra latitudinẽ relationis: & cõditionũ eius, an vt includit essentiã, seu aliquod essentiale. Vndique enim arguũtur. Si enim infra latitudinẽ relatiũ cõstituit, tunc allegata ex locis prædictis. Si autẽ, vt est idẽ alicui absoluto, constituit, sequitur ꝙ personalitas & diuinitas est formaliter absoluta, cuius oppositum cõstat sumus. Accedunt quoque argumẽta Aur. apud Capre. in 26. distin. primi speciali re contra illud dictum sumptũ ex quæstionib⁹ de potentia Dei. Et rursus contra tertiũ dictum sumptũ ex secũdo articulo huius quæstionis, scilicet relatio vt subsistẽs cõstituit quærendo quid importat ly vt sub fictũ: & breuiter inferẽdo, qb hoc nihil aliud est nisi quòd idem constituat se, vel quòd constituens vt constitutum constituat.

¶ Ad euidentiã horum scito, ꝙ licet non desint Thomistæ tenentes oppositũ propter illa adducta ex Quæstionibus disputatis, & illis aliudentia in primo Sententiarũ: quæ dicimus personales, & illæ quas dicimus personales, expresse enim in primis actus cõstituẽdi personaliter in secũdo articulo attribuit⁹ esse relationi, vt distinguitur cõtra essentiã, & etiã originẽ: ergo nõ inquantũ est essentia, cõstituit personã. Deinde in ar. 2. expresse dictũ est ꝙ relationes personales ferũt secũ suã suppositalẽ: ergo secũ ferũt nõ inquantũ sunt essentia suppositãr, quoniã cõstat ꝙ nõ ferũt secũ essentiã. Postmodũ etiã ibidem in corpore ad secundũ explicitè dictũ est, ꝙ Pater est paternitate nõ solũ pater, sed nõ cõuenit ei inquantũ est eadẽ essentiæ, sed vt potius distinguitur ab ea. Vt cũ quid, quia est eadẽ essentiæ: & aliud est relationẽ habere aliquid, vt est essentia. Primũ enim significat relationẽ habere illud ab essentia radicaliter secũdũ aũr, formaliter. Exẽplũ primi relatio est realis: exẽplũ secũdi relatio' est creatrix. Vñ ꝙ de numero essentialiũ est, est realis, vt suprà dictũ est cõtra Portretanos: & sic ea esse subsistẽtia naturæ subsistẽtia hypostatica, cõuenit illi relationi, pura personalitas & diuinitas. Et ita videtur quod generatio actiua significetur per modum actionis, & ita quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur oppositū de facto est, idcirco optimè relatio præfirmata ac distincta est.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum primum.*

Titulus ex prædictis patet, sunt ergo actus notionales, generare, spirare, dicere, &c. ¶ In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæstiōi affirmatiuè: Actus notionales attribuendi sunt personis, & probatur sic: In diuinis personis est distinctio secundū originis: ergo necesse fuit actibus notionalibus attribuere personis, & probatur sequela: q̄ huiusmodi ordo nō posset cōuenienter designari, nisi cum his actibus. ¶ In respōsione ad secūdum aduertendum, quòd duo dicit scilicet q̄ actiones istæ sunt idem realiter quod relationes, & q̄ differunt tōne ab eis. Et primum probatur, quia actio subtracto motu non est nisi relatio, &c. Secundò vero, quia de diuinis sensibiliū more, intelligimus & loquimur, &c. Et hic est locus quo vtuntur dicētes actionē esse subiectā uē in passo. Sed facilè ad hoc respondetur, q̄ hic est sermo de actione vt actio est, & non vt accidens est, vel subsūtia: & ideo nihil iuuat.

215 3. dist. 6. art. 1. 2. & 3. & po. q. 2. ar. 3. * diffinit. 15.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum secundum.*

Titulus intelligendus est ita ample vt vt sonat: in corpore nāque distinguetur.

¶ In corpore vnica est distinctio bimembris, cū singulis conclusionibus iuxta ipsa membra. Distinctio est, Aliquid esse, vel fieri volūtate cōtingit dupliciter, scilicet cōcomitanter, vel causaliter, seu principaliter. exēplū primi: Sortes est homo sua voluntate. exēplū secundi, Sortes ædificat domū sua voluntate. Cōclusio primi iuxta primū membrū patet. Pater genuit Filium voluntate cōcomitante. Et manifestatur, quia etiā pater est Deus voluntate cōcomitante: ergo à fortiori, &c. Secunda vero cōclusio iuxta secundū membrū est: Pater genuit Filiū natura, nō volūtate principiāte. *Sed* hic *p.* duxit creaturā. Hæc cōclusio quo ad oēs sui partes primò probatur autoritate Hil. Secundo ratione: Tertiò ab opposita hæresi Arriana. Et autoritas quidem Hilarij plana est in litera. Ratio verò sumitur ex quadruplici differentia naturæ & voluntatis in causando sic: Vnius rei vna tantùm est forma naturalis qua est: voluntatis autem non vna est forma per quam agit, sed plures, secundū quòd sunt plures rationes intellectæ: ergo natura est determinata ad vnū, voluntas verò non. ergo naturale agēs, quale ipsum est, tale agit: voluntarium autem quale vult & intelligit, & non quale ipsum est, agit. ergo natura est principium eorum quæ non possunt nisi sic esse: voluntas autem eorum quæ possunt fieri, vel aliter esse. ergo natura non voluntas est principium diuinæ personæ, creaturæ autem voluntas. Prima cōsequentia manifestatur in litera: quia effectus assimilatur formæ agētis per quam agit. Vltima autem, quia persona diuina, vt pote diuinæ naturæ, procul est à sic & aliter se habere, quia Deus est per se necesse esse quod ad creaturam verò, quia est ex nihilo. Reliqua, vt nota, relinquuntur. Testimonia autem ab Arrij errore afferuntur: quod ētiā patet in litera, cum ipsius confutatione ex Hil. autoritate vulgata.

¶ Circa hæc dicta aduerte, quòd cōmunia sunt productioni Filij & Spiritussancti, vt patet, & ex titulo de actibus notionalibus vniuersaliter quærente, & ex tertio argumento. Expressiùs autem in conclusionibus auctor generationem Filij tanquam priorem secundum intellectum, vt in actu exercito actus notionales sub illius nomine patefaceret, quomodo se habeant ad voluntatem.

¶ Circa primā conclusionē & distinctionē simul aduerte, q̄ voluntas concomitās vocatur volūtas cōparata ad illud, vt ad obiectū præcisè. Volūtas autē principiās vocatur volūtas cōparata ad illud, vt causa seu principiū ad effectum. Et propterea voluntas concomitās potest inuenīri dupliciter, scilicet antecedenter, sicut cum desiderio pluuiam futurā: & consequenter, sicut cum pluit pluuia quæ est aut fuit. Verum autē conclusio prima ver ificetur de voluntate concomitāte, & prius posi secundū intellectū, an non, in litera nō exprimitur. Scot. tamen in primo dist. 6. tenuit partem affirmatiuā, quam credo, confoūam S. Tho. Tamen quoniā apud ipsum imperfectiōis q. 33. art. 2. ad primum, docuit, q̄ absoluta cōmunia toti Trinitati sunt priora notionalibus, constat autē quod velle generationem Filij, sicut etiā velle essentiā diuinam, est absolutū cōmuneq; toti Trinitati:

ergo prius pater vult generationē Filij quā generet. Tum quoniam per videtur ratio de processione Spiritussancti, quam constat prius amari secundū rationē, quàm oriri: quoniā Pater amando se & Filiū & Spiritumsanctū, & eadē ratione spirationē ipsam, spirat Spiritumsanctū. Nec obstāt dicta in q. de Potētia Dei. q. 2. art. 4. quoniā ibi per voluntatē præcedentē & voluntatē priorē tempore, naturā, siue intellectu, intelligit voluntatē, vt patet discipium, vt patet diligēter cōsideranti.

¶ Circa rationem adductā pro secunda cōclusione aduerte, q̄ tres ibi differentiæ inter volūtatē & naturam in causando ponūtur. Et quarta in essendo. Aliorum ordine eas numerauimus quam in litera ponuntur, vt vis illationis à priori fieret. Differētia ergo in essendo in antecedente assumpta est. reliquæ autē tres in tribus cōsequentibus successiuè ponūtur. Est autē sensus primæ differentiæ, quòd vnius rei naturalis in actu vnica est forma. Et quamuis ad propositum spectar, nil refert, verū vna tres naturalis habeat plures formas subordinatas, vt putant tenentes plures literarem formarū in eodem, an sic stāt vna forma substantialis. Tū quis omnes quo ad propositum sumūtur, vt ha bent vim vnius. Tum quia quælibet vna tantum est. Voluntas autē vna & eadem plures vt plures, id est non vnius sortitur: vt pater quum habentis formas omnino disparatas valet & nulla sua forma dat vnum velle, sed oppositum, vt dicitur 6. Metaphy. potentia ra tionalis oppositorum est. Differt igitur volūtas à natura, quia natura constituitur in esse per vnicam formā, voluntas autem constituitur in suo esse, quod est velle, per multas formas, id est obiecta volita. Tum voluntas multa per multa. Tum voluntas multa do posita per vnam. Vltima autem differentia ex parte productorum se tenens, intelligenda est non absolutè, sed vt stant sub ratione causis. Hoc siquidē dā plici modo intelligi potest. Vno modo, vt absolutus designet concomitantiā tantùm: sicut possum dicere q̄ ego sum homo mea volūtate, quia scilicet volo me esse hominē. Et hoc modo potest dici quòd Pater genuit Filium voluntate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deū, & vult se generare filiū. Alio modo sic, q̄ ablatiuus importet habitudinē principij. Sicut dicitur q̄ artifex operatur voluntate, quia volūtas est principiū operis. Et secundum hunc modū dicendū est, q̄ Deus Pater nō genuit filiū voluntate, sed volūtate q̄ duxit creaturā. Vnde in lib. de Syno.* dicitur q̄ si quis voluntate Dei tāquam vnum aliquid de creaturis Filium factū dicat, anathema sit. Et huius ratio est: quia voluntas & natura secundū hoc differūt in causando, quia natura determinata est ad vnū °: sed voluntas nō est determinata ad vnū. Cuius ratio est: quia effectus assimilatur formæ agētis per quā agit. Manifestum est autem, q̄ vnius rei non est nisi vna forma naturalis per quā res habet esse *. Vnde quale ipsum est, tale facit. Sed forma per quā voluntas agit, non est vna tantum sed sunt plures, secundum quod sunt plures rationes intellectæ. Vnde quod voluntate agitur, nō est tale quale est agens, sed quale vult, & illud intelligit esse agēs. Eorum igitur voluntas principiū est, quę possūt sic, vel aliter esse. Eorū aūt quę nō possunt nisi sic esse, principiū natura est. Quod autē pōt sic vel aliter esse, longe est à natura diuina, sed hoc pertinet ad rationē creaturæ, quia Deus est per se necesse esse, creatura autem est facta ex nihilo. Et ideo Arianivolentes ad hoc deducere q̄ Filius sit creatura, dixerunt, quòd pater genuit Filium voluntate, secundū quod voluntas designat principium. Nobis autem dicēdum est quod Pater genuit Filium nō voluntate sed natura. Vnde Hilar. dicit in lib. de Syno.* Omnibus creaturis subsūtiam Dei volūtas attulit sed naturam dedit filio ex impalsibili, ac nō data subsūtia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata sunt qualia Deus esse voluit: filius autem natus ex Deo talis subsistit qualis & Deus est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ autoritas illa inducitur cōtra illos q̄ a generatione Filij etiam cōcomitantia paternæ voluntatis remouebāt dicētes, sic eum natura genuisse Filium, vt tamē voluntas generandi ei non adesset, sicut & nos multa naturali necessitate cōtra voluntatem

¶ Verum actus notionales sine voluntarij

SED SECVNDVM sic procedit. Videtur q̄ actus notionales sint voluntarij. Dicit enim Hila. 1. lib. de Syno. * Non naturali necessitate ductus Pater genuit Filiū. ¶ 2 Præterea, Apo. Colos. 1. Trāstulit nos in regnū filij dilectiōis suę. Dilectio aūt volūtatis est. Ergo filij genit° est à pfe volūtate. ¶ 3 Præterea, Nihil magis est volūtarium quā amor: sed Spiritussanc. p̄cedit à patre & filio vt amor. Ergo procedit volūtarie. ¶ 4 Præterea, Filij p̄cedit per modū intellectus vt verbū, sed omne verbū procedit à dicēte per voluntatē. Ergo Filius p̄cedit à Patre per voluntatē, & non per naturā. ¶ 5 Præterea, Quod nō est voluntarium, est necessariū. si igitur pater genuit filiū non volūtate, videtur seq̄ q̄ necessitate genuerit. Quod est cōtra Aug. in li. ad Orosiū. *

¶SED CONTRA est q̄ Augu. dicit in eodem libro, * quòd neque voluntate genuit Pater Filium, neque necessitate.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ cum dicitur aliquid esse vel fieri volūtate, dupliciter pōt intelligi. Vno modo, vt ablatiuus designet concomitantiā tantùm: sicut possum dicere q̄ ego sum homo mea volūtate, quia scilicet volo me esse hominē. Et hoc modo potest dici quòd Pater genuit Filium voluntate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deū, & vult se generare filiū. Alio modo sic, q̄ ablatiuus importet habitudinē principij. Sicut dicitur q̄ artifex operatur voluntate, quia volūtas est principiū operis. Et secundum hunc modū dicendū est, q̄ Deus Pater nō genuit filiū voluntate, sed volūtate q̄ duxit creaturā. Vnde in lib. de Syno.* dicitur q̄ si quis voluntate Dei tāquam vnum aliquid de creaturis Filium factū dicat, anathema sit. Et huius ratio est: quia voluntas & natura secundū hoc differūt in causando, quia natura determinata est ad vnū °: sed voluntas nō est determinata ad vnū. Cuius ratio est: quia effectus assimilatur formæ agētis per quā agit. Manifestum est autem, q̄ vnius rei non est nisi vna forma naturalis per quā res habet esse *. Vnde quale ipsum est, tale facit. Sed forma per quā voluntas agit, non est vna tantum sed sunt plures, secundum quod sunt plures rationes intellectæ. Vnde quod voluntate agitur, nō est tale quale est agens, sed quale vult, & illud intelligit esse agēs. Eorum igitur voluntas principiū est, quę possūt sic, vel aliter esse. Eorū aūt quę nō possunt nisi sic esse, principiū natura est. Quod autē pōt sic vel aliter esse, longe est à natura diuina, sed hoc pertinet ad rationē creaturæ, quia Deus est per se necesse esse, creatura autem est facta ex nihilo. Et ideo Arianivolentes ad hoc deducere q̄ Filius sit creatura, dixerunt, quòd pater genuit Filium voluntate, secundū quod voluntas designat principium. Nobis autem dicēdum est quod Pater genuit Filium nō voluntate sed natura. Vnde Hilar. dicit in lib. de Syno.* Omnibus creaturis subsūtiam Dei volūtas attulit sed naturam dedit filio ex impalsibili, ac nō data subsūtia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata sunt qualia Deus esse voluit: filius autem natus ex Deo talis subsistit qualis & Deus est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ autoritas illa inducitur cōtra illos q̄ a generatione Filij etiam cōcomitantia paternæ voluntatis remouebāt dicētes, sic eum natura genuisse Filium, vt tamē voluntas generandi ei non adesset, sicut & nos multa naturali necessitate cōtra voluntatem

& est modus per se alicuius, qui modificat eam infra propriam latitudinē. Modus enim per se docendi infra doctrinæ latitudinē est, & sic de aliis. Inter naturale autem & voluntarium agens, hoc interest, quòd naturale agit quia est. voluntarium verò quia vultur per hoc forma naturalis est ratio agendi quia est: forma verò voluntaria est ratio agendi quia volita. Et propterea modus per se formæ naturalis est sic vel non sic esse: nam sic esse ad latitudinem essendi spectat. Modus verò per se formæ voluntariæ est sic vel sic velle, & non sic esse, nam sic volitum spectat ad latitudinem volibilis: sic autem esse distinguitur contra illud. Ex his autem vlterius sequuntur duo. Primò quòd forma voluntaria habet duplicem essendi modum, vnum in quantum est vnum cuiùs in mundo: & hic est esse immateriale iter in mente. Et alterum inquantum est ratio agendi, & hic est esse fic., vel sic volitum. forma autem naturalis eundem essendi modū habet, inquantum est ens, & inquantum est ratio agendi, & ratio est quā diximus: quia illa est, quia volita: vel enim est aliud ab esse. Secundò, q̄ agens naturale assimilat sibi in forma, & modo formæ quātum potest effectum absque distinctione aliqua: & propterea Filius assimilatur Patri, etiāin individualibus conditionibus, si virtus generatiua sit fortis. Et inde prouenit etiam quòd rantūm subsūtiales compositæ possunt immediatè producere substantias materiales apud Petipateticos. Agens verò voluntarium assimilat effectum formæ qua agit, & modo eius inquantum ratio agendi, non autem modo eius inquantum ens. Et hinc patet solutio ad obiecta: quia scilicet malè subsumitur quòd modus essendi formæ voluntariæ, sit modus formæ de quo est sermo in illa maxima: nam in ea est sermo de modo per se formæ, inquantum est ratio agendi: & est vniuet saliter vera. Agens enim voluntarium conatur quātum potest vt faciat quod vult, sicut quando, vbi & quomodo vult, vt patet. Et sic vides quām perspicuè ex illa maxima Autor tertiam differentiam intuleti, quòd scilicet naturale agit quale ipsum est: voluntarium verò quale vult non quale est & hæc bene notato & applicato quando oportet.

¶ Circa has differētias aliud occurrit dubiū ex parte voluntatis, an scilicet verificentur de ea vt productiua ad extrà tantùm, an etiam vt productiua ad intrà. Nam si ad extrà tantum, vanus est hic labor vbi de productionibus ad intrà est quæstio. Si verò etiā ad intrà, sequitur quòd nihil erit productū à voluntate intus, nisi in actu reflexo. & tenet sequela, quia ex prædictis omne voluntariè productū, est productum volitum. nihil est enim in voluntate volitū nisi reflexè, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd aliquid esse in voluntate volitum cōtingit dupliciter: vno modo vt rem quandam, & sic reflexè est volitum. Alio modo vt tēdentiam in obiectum amatum, & sic est directè volitum, eadem volitione qua volitum. Potest quoque & aliter volitum distingui in volitum vt rationem vendi, & vt obiectum volitum. Et iuxta vtranque distinctionem intus & extra saluatur id quod de voluntate hic dicitur. Est enim intus productum: quia volitum actu recto, vel vt actio volendi, vel vt tendentia in aliud. Et hoc sufficit. sic enim voluntarium est ipsum velle, & liber ipse amor.

¶ In responsione ad tertium nota distinctionem & responsionem. Distinctio est de voluntate in communi, quòd potest considerari dupliciter, scilicet vt natura quædam, & vt se habet ad vtrunque, & quòd primo modo naturaliter vult, secundo autem modo, liberè. Et declaratur primus modus in voluntate Dei respectu sui, & nostra respectu beatitudinis. Secūdus verò in voluntate Dei respectu aliorum à se. Responsio autem cōsistit in applicatione primi membri, quòd scilicet Spiritussanctus procedit naturaliter, per modum tamen voluntatis.

¶ Circa distinctionem voluntatis dubium occurrit. Scot. enim in primo distinctione secunda in quæstione de numero productionum diuinarum, & distinctione decima eiusdem, & in quolibetis, quæstione decimasexta, tenens Spiritumsanctum procedere liberè, conatur infringere hanc distinctionem: & ostendere quòd voluntas nullum actum habet merè naturaliter. Arguit ergo primò sic: voluntas & natura habet oppositos modos principiāda, ita quòd nec ambo reducuntur in tertium, nec alter in alterum, & neuter dicit imperfectionē. ergo voluntas non potest naturaliter operari, nec natura liberè. Antecedens quo ad primam partem manifestatur, quia natura est de se determinata ad agendū: voluntas autem non, ex se naturaliter inclinatur, sed seipsam determinat ad exercitium operis. Quo ad illam verò partem, quòd vnus non reducitur in alterum, probatur: quia tunc alterum secundum totum genus suum esset imperfectum. Quo ad reliquas breuitatis gratia pertranseo. Et confirmatur: quia oppositi modi agendi primò distinguentes potentiam actiuam, non sunt eiusdem potentiæ actiuæ, sed liberè & naturaliter operati sunt huiusmodi: ergo. Probatur minor ex Arist. & in Physicis, & in Metaphy. ponente primas differentias actiui principij, naturale & liberum, sub diuersis tamen nominibus. Nam in secūdo Physic. vocatur à proposito & in 9. Metaphy. vocatur potentia rationalis, &c. Et cōfirmatur, quia voluntas tendit in ea quæ sunt ad finem, vt potentia liberа: ergo sub ratione etiam potentiæ liberæ vult ipsum finem. Et tenet sequela quia eadem est potentia circa vtrumque.

¶ Præterea, Conditio intrinseca potētiæ absolutæ vel in ordine ad actum perfectum, non repugnat perfectioni in operando sed libertas est huiusmodi. ergo potest stare cum conditione perfecta possibili in operando. Talis conditio est necessitas. ergo libertas stat cum necessitate. Et confirmatur: firmitas operationis perficit sed necessitas importat firmitatem: ergo perficit operationem liberam. Et confirmatur vltimò: quia non est eadem diuisio in principium actuum tam, & contingens, & in naturale & liberū, sicut igitur aliquid naturale potest contingenter agere, quia potest impediri ita aliquod liberum potest necessario agere. Affert quoque ad hoc autoritatem Aug. Et voluntas non est, aut libera dicenda est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solū non velimus, sed nequaquam velle possimus. Ex quibus omnibus duo intendit, scilicet quòd omnis actus voluntatis est liber. & quod cum libertate actus stat necessitas simpliciter eiusdem: & dicit Spiritum procedere libere & necessariò.

¶ Circa eandem distinctionem applicaram, & Spiritum sanctum dubium occurrit ad hominem. Spiritussanctus est à voluntate vt principio. ergo Spiritussanctus potest sic & aliter se habere. Antecedens probatur: quia voluntas paterna est principium Spiritussanctus sicut intellectus paternus est principium. Verbi: consequentia autem tenet ex dictis in corpore huius articu. Vbi dictū est, quòd est à voluntate vt principio, potest aliter se habere. Et si dicatur, quòd esse à voluntate vt principio distinctè contra naturā, dat sic & ly se habere, esse autem à voluntate vt natura, non. Contra: Spiritussanctus est à voluntate, vt voluntas est distincta contra naturam: ergo. Antecedens probatur tripliciter: quia aliter numerus processionum diuinarum maior est quàm vt potentia merè naturalis, ita determinata ad vnum, vt non possit aliter operari. Et propterea oportet quòd oriatur ab ipso, & fundetur in ipso, atque ipsius effectus: vt infertur in q. 60. art. 2. & 82. art. 1. manifestatur. Et cū probatur oppositū quia sequeretur q̄ liberū secundū toti genus suū esset imperfectū, accipiendo imperfectū priuatiuè & propriè negatur cōsequētia. Joquādo de naturali & libero ex parte p̄ducētis. Si aūt est sermo ex parte etiā producti, dico q̄ productio libera dicit imperfectionē in realiter, p̄ducto libere: quoniā dicit illud in se possibile & aliter se habere, vt in corpore art. deducitū est. Dico autē realiter producto, propter libe rā volitionē qua Deus vult bonū creaturis, ipsis etiā nō sibi productā realiter, & propterea nō potest in se sic & aliter se habere, aut habuisset quòd is potuit aliter habuisse habitudinē rationis ad creaturas, p̄ter imperfectionē remanēt. Et sic tuit fundamentū Sco. ex hoc art. 5. hac propositione: Productio libera vt distinguitur cōtra naturalē, dicit imperfectionē in realiter producto, & propterea ponuntur non pōt in diuinis ad intrà. Et hic est alius defectus sui fundamēti. Vnde ad cōfirmationē primā dicitur, q̄ quia differētiæ posteriores nō variāt suū prius & na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turale & liberū, sunt differētiæ modi agendi ideo nō variāt differentias actionū quibus distinguūt potētias. Cōcedo ergo q̄ naturale & liberū sunt distincti modi agendi, nō tamē q̄ sint oppositi modi distinctiui potentiarū: sed propriè loquendo sunt distinctiui modorū possendi. Et hoc intēdit Arist. in locis adductis: non enim intēdit excludere à proposito & rationali natura identicè & causaliter, sed vt sic formaliter: vt etiā Autor i hoc articulo distinxit voluntatē contra naturam. Et tamē nō sequitur, ergo est alia potētia, vel alia ratio eiusdē potentiæ. Posset tamē hæc materia vnico verbo absolui, dicēdo, quòd vocātas distinguitur cōtra naturā præcisè & non contra naturam intrancā voluntati, quæ est simul natura & voluntas. Ad aliā verò cōfirmationē dicitur, q̄ eadem quidē est potētia attingens finē & tendēs in finē, sed non eodē modo. Sicut etiā idē est intellectus principiorū & cōclusionū, nō tamen eodē modo. Ita enim se habent liberū & naturale in volūtate, sicut discurrere & naturalis notitia in intellectu. Ad aliā verò rationē distinguēdū est de necessitate aut simpliciter aut immutabilitatis: & dicendū, q̄ actui libero vt sic, repugnat necessitas simpliciter, de qua est sermo: qua Spiritussanctus necessariò procedit, ita q̄ eius oppositū implicat contradictionē secundū se. Necessitas autem immutabilitatis est firmitas quæ stat cum libertate, & perficit operationē liberam. Et per hoc patet responsio ad cōfirmationes: supponūt enim libertatē esse cōpossibilem necessitati simpliciter alicuius actus vt sic: quod vt ex nono Metaphysi. patet falsum est, oportet enim libertatem esse respectu alicuius oppositionis.

¶ Ad secundā dubitationē, quæ est ad hominē, dicitur, q̄ labor est in æquiuoco, nā Spiritussanctus procedit à voluntate vt principio, & à voluntate vt voluntas: sumendo Voluntatis nomen pro potentia volitiua: & hoc concludunt omnes obiectiones. Sic enim voluntatem accipiendo, verū est q̄ productiuo Spiritussancti est à voluntate vt principio, & vt distincta contra naturā, id est subsistēs volentis: nō autem cōtra naturam, id est ratione naturæ in se quasi participata, id est cōtra modū operādi naturæ, & q̄ penes intellectū & voluntatē sumitur numerus processionū diuinarū, & q̄ Spiritussanctus procedit per modū voluntatis. Ex hoc enim q̄ procedit per operationē volitiuæ potētiæ, habet illas tres cōditiones, in quibus differt modus volitatis à modo naturæ: quas vide in quæstionibus disputatis de potentia Dei q. 10. art. 2. ad 11. Cū his omnibus tamē stat, quòd cōueniant in hoc vnico mō, scilicet naturaliter, in quantū est liberalis: sic negatur, quòd processio Spiritussancti sit à voluntate: & dicitur quòd est à voluntate, non inquantum voluntas, sed inquantum natura, & similia. Vnde hic oportet aduertere quomodo vtatur quis vocabulis.

¶ Restat vnum dubium, an voluntas æquiuoce sumatur in prima & secūda cōclusione, quæ tamē sunt cōmunes omnibus Theologis, & determinatæ in primo Sententiarum dist. 6. Si enim sumitur vniuocè, sequitur quòd Pater voluntate concomitāte ad vtrumlibet, velit generationem Filij, de hac enim est sermo in secunda. Si autem æquiuocè, satis leuis videtur disputatio & differentia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sumitur vniuocè vtrobique, scilicet pro potētia volitiua, seu actu volendi absolutè & indistinctè. Et in prima ostenditur, quòd actus volendi non curando qualis respicit generationem Filij, siue processionem Spiritussancti, vt obiectum in secunda verò determinatur, quòd velle etiam non curando quale, non habet rationem principij ad verumlibet respectu actuum notionalium. Verūm habere rationem principij ad verumlibet significatur per actum procedendi & ablatiuum voluntatis, vtputa genuit voluntate: & sic non est æquiuocatio.

non lōge à fine.

q. 41. ar. 3.

7. de Trinita. cap. 7.

cap. 1.

q. 20. 27. arti. 2. & q. 33. art. 3. & 3.

Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum tertium.

TItulus quærit de actibus notionalib⁹, &c. in actu exercito, an scilicet Pater genuerit Filium de sua substantia, an de nihilo. *q. 41. articul. 1.

¶ In corpore vnica est conclusio respōsiua quæsito, Filius est genitus nō de nihilo, sed de substantia Patris. Probatur primò quod ad partem negatiuam ducendo ad impossibile: Si filius procederetur de nihilo, ergo esset factus: ergo non esset verè & propriè filius. Prima cō sequentia probatur ex proportione materiæ ad artificem, & nihil ad Deū. Secunda autem est ex differentia inter factionem & natiuitatem. Destructio autem consequentis manifestatur autoritate Ioan. Apost. Deinde respondet obiectioni tacitæ scilicet quòd in Scriptura filius Dei verificatur de aliquo, qui est nihilo, dicens quòd hoc non verificatur de vero Filio, sed de filio per assimilationem, allatis ad hæc autoritatibus. Infertur postmodò secunda pars cōclusionis per locum à diuisione, & subiungitur quam differenter in telligatur hæc secunda pars, de substantia patris humani, & de substantia patris diuini: quia ibi de patre, hic de toto. *q. 41. arti. 2.

¶ In responsione ad primum, in quo negatur, essentiam diuinam habere rationem materiæ & secundum, in quo dicitur, quòd habet rationem formæ subsistētis, argumenta occurrunt Henrici & Durandi, apud Capreolum in 3. distinct. primi, ad probandum quòd Filius est genitus de substantia Patris vt materia, quo ad conditiones materiæ non importātes imperfectionem. Afferuntur autem quatuor conditiones fic: esse intrinsecum genito, non accipiens esse, & præexistere ac inexistere, & manere idem in tota generatione, & esse de quo genitum generatur, vt ly de quo distinguitur contra ly ex quo. Et ideo sequentia filij, & ponere potentiam generandi: ergo necesse est Patri attribuere potentiam generandi. Prima consequentia probatur: quia potēdia generandi significat id quo generat. Secunda verò probatur: quia Pater est generatiōis principium. Et similiter potentes formare rationem de spiritate & potentia spiratiua: idem enim est iudicium.

¶ Circa hanc aduerte, quòd quamuis multipliciter Aureolus apud Capreolum in 7. distin. primi, contra rationem & conclusionem arguat: duo tamen asserēda censui. Alterum contra rationem & conclusionem similiter. Alterum contra conclusionem. Arguitur ergo primò sic: Aut potentia ponitur in Deo respectu actuum notionalium secundum rem: & hoc non, quia non est secundū rem principium elicitiuum actus notionalis, vt patet: quoniam actus est idem cum ipsa potentia. Aut secundum rationem tātum: & hoc non, quia sic etiam intellectus haberet rationem potentiæ, quoniam secundum rationem est principiū intelligendi. nullo igitur modo valet ratio illa: tertia fundata super hoc, quòd potentia est principium actus. Secundò arguitur sic, ex oppositō, Negatio potentiæ generandi non est negatio potentiæ: ergo affirmatio potentiæ generandi non est affirmatio potentiæ. Antecedens est Augustinus cōsequentia verò patet ex primo Periherm. Affirmatio & negatio de eodem sunt. *q. 25. arti. 1. ad 3. & 4.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd potentia ponitur in diuinis respectu actuum notionalium secundum rem. Sed aduertendum est, quòd aliquis actus potest inferre potentiam sui principium, ex duplici conditione. Prima est esse elicitum. Secunda est terminus eius realiter per ipsum productus. Ita quòd quodlibet horum per seipsum separatim infert potentiam principium illius secundum se. Quando verò actus non est elicitus, sed tantùm effectus, seu terminus realiter productus, infert potentiam principium illius, non secundum se, sed secundum suum effectum, seu terminum. Et quoniam generatio non est actus elicitus à Patre, sed ipse Pater, habet tamen quasi effectum Filium realiter distinctū: Ideo in Patre est potentia generandi, quæ est principium secundum rem generationis, non secundum se, sed secundum quod ponit genitum. Vnde ratio litteræ ex actu sumpta valida est, cum distinctione tamen prædicta intelligenda, scilicet de actu vel secundum se, vel secundum suum terminum realiter emanante. Et ad hoc insinuandum, in litera expressè dicitur, quòd ficut pronūcie ibi actus, ita potentia, vt significando per ly ficut, & ly ita, quòd iuxta modum actus est modus potentiæ. Et hoc quia pluribus modis actus vendicare potest sibi potentiam, vt diximus, & in litera respondendo ad tertium, exprimitur. Ad secundum verò cōceditur totum: quoniā potentia generandi nō affirmat potentiam, sed potentiam sic, id est potentiam respectu talis actus, scilicet notionalis, quæ tamen aliud in hoc articulo concluditur. Vnde & Augustinus optimè dixit, quòd filius non genuit: non quia non potuit, hoc enim esset negatio potentiæ absolutæ, quam constat communem esse toti Trinitati: cum quo tamen stat, quòd in solo Patre, vt infra dicetur est potentia generandi.

q. 41. ar. 1. 2. & 3. di. 11. arti. 1. ad 1m.

ARTICVLVS III.

¶ Verum actus notionales sint de aliquo.

AD TERTIVM sic proceditur: Videtur q̄ actus notionales nō sint de aliquo. Quia si Pater generat Filiū de aliquo, aut de seipso aut de aliquo alio. Si de aliquo alio, cū id de quo aliquid generatur, sit in eo q̄ generatur, sequitur q̄ aliquid alienū à Patre sit in Filio. Quod est contra Hilar. 7. de Trin. * vbi dicit, Nihil in his diuersum est vel alienū. Si autē Filium generat Pater de seipso. id autē de quo aliquid generatur, si sit permanēs, recipit eius prædicationē & generatur sicut dicimus, q̄ homo est albus quia homo permanet, cum de non albo sit albus. Sequitur igitur quòd Pater vel non permaneat genito Filio, vel quòd pater sit filius, quod est falsum. Non ergo pater generat filium de aliquo, sed de nihilo.

¶ 2 Præterea, Id de quo aliq̄d generatur, est principiū eius q̄ generatur: sic ergo pater generat filiū de essentia vel natura sua, sequitur q̄ essentia vel natura patris sit principiū Filij. Sed nō principiū materiale q̄a materia locū in diuinis nō habet. Ergo est principiū quasi actiuū, sicut generans est principiū geniti. Et ita sequitur, q̄ essentia generet. Quod suprà iprobatū est.

¶ 3 Præterea, Aug. * dicit, quòd tres personæ non sunt ex eadem essentia: quia nō est aliud essentia & persona. Sed persona Filij non est aliud ab essentia. Ergo filius non est de essentia Patris.

¶ 4 Præterea, omnis creatura est ex nihilo: sed filius in Scripturis dicitur creatura. Dicitur enim Eccle. 24. ex ore Sapiētiæ genitæ: Ego ex ore Altissimi prodij primo genita ante omnē creaturam. Et postea ex ore eiusdem Sapiētiæ dicitur, Ab initio & ante secula creata sum. Ergo filius non est genit⁹ ex aliquo, sed ex nihilo. Et similiter pōt obiici de Spiritusancto ꝓpter hoc q̄ dicitur Zach. 12. Dixit domin⁹ extēdēs cœlū, & fundās terrā, & creans spiritū hominis in eo. Et Amos 4. secūdū aliam literam Ego formans montes: & creans Spiritum.

¶ SED CONTRA est q̄ Augu. dicit in li. de fi. ad Pe. * Pater De⁹ solus est de sua natura, sine initio genuit filiū sibi æqualē.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ filius non est genitus de nihilo, sed de substātia Patris: Ostēsum est enim suprà, * q̄ paternitas, & filiatio, & natiuitas vere & propriè est in diuinis. Hoc autē interest inter generationē verā per quam aliquis procedit vt filius: & factionem qua faciens facit aliquid de exteriori materia: sicut scamnū facit artifex de ligno: homo aūt generat filium de seipso. Sicut aūt artifex creatus facit aliquid ex materia: ita Deus facit ex nihilo (vt infrà ostendetur *) non q̄ nihilum cedat in substantiam rei, sed quia ab ipso tota substantia rei producitur, nullo alio ꝓsuppposito. Si ergo filius procederet à patre, de nihilo existēs, hoc modo se haberet ad patrem, vt artificiatū ad artificē: quod manifestū est nomen filiationis propriè habere non posse, sed solū secundum aliquā similitudinē. Vnde relinquitur, q̄ si filius Dei procederet a patre, quasi existēs ex nihilo, nō esset verè & ꝓpriè filius. Cuius contrariū dicitur. 1. Io. Vt simus in vero filio ei⁹ Iesu Christo. Filius igitur Dei verus nō est ex nihilo, nec factus, sed tantum genitus. Si qui autem ex nihilo à Deo facti, filij Dei dicātur, hoc erit metaphoricè secundum aliqualem assimilationē ad eum qui verè filius est. Vnde inquantū solus est verus & naturalis Dei filⁱ⁹, dicitur vnigenitus, secundum illud Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. In quantum verò per assimilationē adiqsum alij dicūtur filij adoptiui, quasi metaphoricè dicitur esse primogenitus, secundum illud Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Relinquitur ergo q̄ Dei filius sit genitus de substātia Patris, aliter tamē quā filius hominis. Pars enim substātiæ hominis generātis trāsit in substantiā geniti. Sed diuina natura impatibilis est. Vnde necesse est q̄ Pater generando Filiū, non partē naturæ in ipsum trāsfuderit, sed totam naturā ei cōmunicauerit, remanēte distinctione solùm secundū originē, vt ex dictis patet. *

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ cū filius dicitur natus de Patre, hæc præpositio de, significat principium generās cōsubstantiale, non autem principiū materiale. Quod enim producitur de materia, fit per trāsmutationem illius de quo producitur in aliquā formā. Diuina autem essentia, non est transmutabilis, neque alterius formæ susceptiua. c

¶ Ad secundū dicendum, quòd cum dicitur filius genitus de essentia Patris, secundū expositionē Magi. 5. di. 1. Sentētiarū, designat habitudinem principij quasi actiui. Vbi sic exponit, Filiⁿ qui est genitus de essentia patris, id est de patre essentia: ꝓpter hoc q̄ Aug. 15. li. de Tri. * dicit: Tale est q̄ dico de patre essentia: ac si expresiⁿ diceret de patris essentia. Sed hoc non videtur sufficere ad sensum huiusmodi locutionis. Possumⁿ em dicere, q̄ creatura est ex Deo essentia: nō tamē quòd sit ex essentia Dei. Vnde aliter dicendum potest, q̄ hæc præpositio de, semper denotat consubstantialitatem. contra de nihilo, conueniunt essentiæ diuinæ respectu generationis filij: & sunt propriæ conditiones materiæ, ergo de essentia vt materia, vel quasi materia generatur Filius. Assumptum quo ad omnia manifestatur inductiue. Et quo ad vltimum probatur, ex differentia inter creationem & generationem: quod illa de nullo subiecto, hæc de præexistenti subiecto est. Adducuntur & confirmationes, si Pater, de parte, aut de aliena substantia generaret Filium, procul dubio substantia illa haberet rationem materiæ. ergo si de tota & propria generat, eandem habet rationem. Totum enim & pars, proprium & alienum, non variant propositum. Et confirmatur rursus, quia essentia recipit proprietatem constituiuam geniti, & est quasi potentia passiua in generatione, alioquin nō omnipotentia actiux naturali respondet passiuæ ergo habet rationem materiæ. ¶ Ad hæc breuiter dicitur: q̄ quāuis secundū quid colerari possit diuinā essentiam habere aliquā cōditionem materiæ in generatione, vt in dist. 7. primi. q. 1. art. 1 fusiniuit Autor: simpliciter tamē, cū litera huius articuli negandū est Filium genitū de Patris substātia vt materia, & affirmādū vt forma. Nec aliqua propria cōditio materiæ saluatur in diuina essentia. Esse enim de quo, vt distinguitur cōtra de nihilo, nō est proprū materiæ, sed præexistētis intrinseci: quod est cōmune formæ & materiæ, vt patet: fingamus ex præexistente Sortis anima, & nunc noua materia fieri à Deo Sortem. tunc enim non crearetur: quia ex præexistente

Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum quartum.

INtimo, potentia, vt patet quinto & nono Metaphy. dupliciter sumitur. Primò pro potētia logica, quæ consistit in non repugnātia terminorum, & de hac nō est sermo. Secundò pro principio operationis, & sic sumitur hic. vnde in diuinis esse potentiā significat esse potentiæ rationem formalem respectu notionalium: sicut etiam cùm quæritur vtrū in Deo sit scientia, nihil aliud quæritur nisi an scientia dicatur de Deo formaliter.

sola.

¶ In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæsito, Necesse est ponere in diuinis potentiam respectu actuū notionaliū. Hæc cōclusio primò ad probandum sic exponitur: In diuinis ponuntur actus notionales, ergo necesse est ibi ponere potentiam horum. Et probatur sequela: quia potentia nihil aliud significat, quàm principium actus. Secūdò explanatur vis rationis huius in speciali sic: Omne generans generat aliquo: ergo in omni generāte oportet ponere potentiam generandi: ergo necesse est Patri attribuere potentiam generandi. Prima consequentia probatur: quia potēdia generandi significat id quo generat. Secunda verò probatur: quia Pater est generatiōis principium. Et similiter potentes formare rationem de spiritate & potentia spiratiua: idem enim est iudicium.

q. 96. 25. artic. 1.

artic. Forced.

¶ Circa hanc aduerte, quòd quamuis multipliciter Aureolus apud Capreolum in 7. distin. primi, contra rationem & conclusionem arguat: duo tamen asserēda censui. Alterum contra rationem & conclusionem similiter. Alterum con-

existente aliquo fieret, & tamen non fieret ex aliquo subiecto. Sed error in hac & in aliis cōditionibus accidit, quia vt plurimū ista consueuimus per subiectū, seu materiam declarare, vt etiam in hoc articulo fit, vbi de nihilo, per propositionē, ad de subiecto artificialium declarātur: eum tamen opponatur Ad de aliquo siue vt subiecto, siue vt forma præexistente. Et similiter reliquæ tres cōditiones communes sunt præexistēti intrinseco.

Ad confirmationē autē de patre & alieno negādum est assumptum: & quo ad alienū quidem patet in natura angelica, quo ad partē, verò in Fictione propositi exempli de Sorte. Ad ea autē quæ in vltima cōfirmatione adducuntur, negandum est essentiam recipere proprietatem, quoniam comparantur vt idem, & non vt recipiens & receptum. Potentia quoque passiua, procul est à productione omnino simplicium, de quorum numero cōstat esse diuinam personam. Nec aliquod inconueniens est huiusmodi potentiis actiuis non respondere passiuas: sufficit enim respōdere terminos, vt potentia creatiua (quæ tamē est) inferior testatur.

Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum quartum.

INtimo, potentia, vt patet quinto & nono Metaphy. dupliciter sumitur. Primò pro potētia logica, quæ consistit in non repugnātia terminorum, & de hac nō est sermo. Secundò pro principio operationis, & sic sumitur hic. vnde in diuinis esse potentiā significat esse potentiæ rationem formalem respectu notionalium: sicut etiam cùm quæritur vtrū in Deo sit scientia, nihil aliud quæritur nisi an scientia dicatur de Deo formaliter.

sola.

¶ In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæsito, Necesse est ponere in diuinis potentiam respectu actuū notionaliū. Hæc cōclusio primò ad probandum sic exponitur: In diuinis ponuntur actus notionales, ergo necesse est ibi ponere potentiam horum. Et probatur sequela: quia potentia nihil aliud significat, quàm principium actus. Secūdò explanatur vis rationis huius in speciali sic: Omne generans generat aliquo: ergo in omni generāte oportet ponere potentiam generandi: ergo necesse est Patri attribuere potentiam generandi. Prima consequentia probatur: quia potēdia generandi significat id quo generat. Secunda verò probatur: quia Pater est generatiōis principium. Et similiter potentes formare rationem de spiritate & potentia spiratiua: idem enim est iudicium.

q. 96. 25. artic. 1.

artic. Forced.

Vnde non dicimus q̄ domus sit de ædificatore, cū non sit causa consubstantialis. Possumus autē dicere quòd aliquid sit de aliquo, quocunq; modo illud significetur vt principiū consubstantiale, siue illud sit principiū actiuū, sicut filius dicitur esse de patre, siue sit principium materiale: sicut cultellⁿ dicitur esse de ferro, siue sit principiū formale in his dūtaxat, in q̄bus ipsæ formæ sunt subsistentes, & nō aduenientes alteri: possumus em̄ dicere, q̄ Angelus aliquis est de natura intellectuali. Et per hūc modū dicimⁿ, q̄ Filius est genitus de essentia Patris, inquātū essentia patris filio per generationē communicata, in eo subsistit.

¶ Ad tertiū dicendū, q̄ cùm dicitur, Filius est genitus de essentia Patris additur aliquid, respectu cuiⁿ pōt saluari distinctio. Sed cū dicitur: quòd tres personæ sunt de essentia diuina, nō ponitur aliq̄d respectu cuiⁿ posit importari distinctio per ꝓpositionem significata. Et ideo nō est simile.

¶ Ad quartū dicendū, q̄ cū dicitur, Sapiētia est creata, potest intelligi, nō de sapiētia, quæ est Filius Dei, sed de sapiētia creata, quā Deus indidit creaturis. Dicitur em̄ Eccle. 1. Ipse creauit eam, scilicet sapientiā Spiritusancto, & effundit illā super omnia opera sua. Neq; est inconueniens quòd in vno cōtextu locutionis loquatur Scriptura de sapiētia genita & creata, quia sapiētia creata est participatio quædā sapiētiæ increatæ. Vel pōt referri ad naturā creatā assumptam à Filio, vt sit sensus, Ab initio & ante sæcula creata sum, id est præuisa sum creaturæ vniri. Vel per hoc, q̄ sapiētia creata & genita nūcupatur, modus diuinæ generationis nobis innuatur. In generatione enim quod generatur, accipit naturā generantis, quòd perfectionis est. In creatione verò creās non mutatur, sed creatū non recipit naturā creantis. Dicitur ergo filius simul creatus & genitus: vt ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, & ex generatione vnitas naturæ in patre & filio. Et sic exponitur intellectus huius Scripturæ ab Hil. li. de Syno. * Autoritates aūt inductæ nō loquuntur de Spiritusancto, sed de spiritu creato, qui quādoque dicitur vētus, quandoq; aër, quādoque flatus hominis, quandoque etiam anima vel quæcunque substantia inuisibilis.

ARTICVLVS. IIII.

¶ Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum notionalium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in diuinis non sit potentia respectu actuum notionalium. Omnis enim potentia est vel actiua, vel passiua. Sed neutra hic competere potest. Potentia enim passiua in Deo non est, vt suprà ostensum est *. Potentia verò actiua nō competit vni personæ respectu alterius: cùm personæ diuinæ non sint factæ, & ostensum est. * Ergo in diuinis non est potentia ad actus notionales.

¶ Præterea, Potentia dicitur ad posse bile. Sed diuinæ personæ non sunt de numero posse bilium, sed de numero necessariorū: ergo respectu actuum notionalium, quibus diuinæ personæ procedunt, non debet poni potentia in diuinis.

¶ 3 Præterea, Filiⁿ procedit vt verbū quod est cōceptio intellectus: Spiritⁿ autē sanctus, p̄cedit vt amor, qui pertinet ad volūtatē. Sed potētia in Deo dicitur per cōparationē ad effectus, nō aūt per cōparationem ad intelligere & velle, vt suprà * habitū est. Ergo in diuinis nō debet dici potētia per cōparationē ad actus notionales.

¶ SED CONTRA est quod dicit Aug. contra Maxi. hæreticū *. Si Deus pater nō potuit generare Filiū sibi æqualē, vbi est omnipotentia Dei patris: Est ergo in diuinis potentia respectu actuū notionalium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ponuntur actus notionales in diuinis, ita necesse est ibi ponere potentiā respectu huiusmodi actuū, cū potentia nihil aliud significet quàm principium alicuius actus. Vnde cum patrem intelligamus vt principium generationis, & Patrem & Filium vt principium spirationis, necesse est quòd patri attribuamus potentiam generandi, & Patri & Filio potentiam spirādi. Quia potentia generādi significat id quo generans generat: omne autem generans generat aliquo. Vnde in omni generante oportet ponere potentiam generandi, & in spirante potentiam spirandi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut secūdum actus notionales nō procedit aliqua persona, vt facta, ita neque potentia ad actus notionales dicitur in diuinis per respectum ad aliquam personam factam, sed solùm per respectum ad procedentem personam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd posse bile secundum quòd necessario opponitur, sequitur potentiam passiuam, quæ non est in diuinis. Vnde neque in diuinis est aliquid posse bile per modum istum, sed solùm secundum quod posse bile continetur sub necessario. Sic autem dici potest, quòd sicut Deum esse est posse bile, sic Filium generari est posse bile.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd potentia significat principium c. Principiū autem distinctionē importat ab eo cuius est principium. Cōsideratur autem duplex distinctio in his quæ dicūtur de Deo. Vna secūdum rem, alia secundū rationem tantum. secūdum rem quidem Deus distinguitur per essentiā à rebus, quarum est per creationem principium: sicut vna persona distinguitur ab alia cuius est principium, secundum actum notionalem. Sed actio ab agente non distinguitur in Deo nisi secūdum rationem tātum, alioquin actio esset accidens in Deo. Et ideo respectu illarum actionum, secundum quas aliquæ res procedunt distinctæ à Deo, vel essentialiter, vel personaliter, pōt Deo attribui potētia secundum propriam rationē principij. Et ideo sicut potentiam ponimus creandi in Deo, ita possumus ponere potentiā generandi vel spirandi. Sed intelligere & velle non sunt tales actus, qui designēt processionem alicuius rei à Deo distinctæ, vel essentialiter, vel personaliter c. Vnde respectu horum actuū non potest saluari ratio potentiæ in Deo, nisi secundū modū intelligendi & significandi tantū, prout diuersimode significatur in Deo intellect⁹ & intelligere, cùm tamē ipsum intelligere Dei sit eius essentia non habens principium.

q. 25. arti. 1. ad 3. & 4.

libr. 3. cap. 11.

cap. 10.

d. 494.

130 c

b 49

n d. 493.

b 189

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimaprimæ Articulum quintum.*

TItulus clarus est ex præcedentibus. Tantũ hoc aduertat nouitius, quòd potentia sumitur hic, non pro respectu principij, sed pro re cui conuenit ille respectus, vtrunque namque claudit ur in ratione potentiæ: sed de illa re dubitatur hic, an sit essentia, vel paternitas, &c.

¶ In corpore quatuor facit. Primò refert opinionem quandam. Secundò, reprehendit illã. Tertiò reprehendit quã dam aliam opinionem ibi, Nec etiam essentiã, &c. Quartò respondet quæsito.

218 3. dist. 7. q. 1. ar. 2. & pot. q. 2. artic. 2.

¶ Quòd ad primum, recitata opinio est, quòd potentia generandi significat relationẽ tantum. Quo ad secundum reprehenditur hæc opinio, ostendendo quòd significat diuinã essentiam principaliter sic: Potentia in vnoquoq; agente id est quo agens agit uergo est forma cui sit assimilatio: ergo potentia generatiua est in quo genitum assimilatur generanti: ergo natura diuina in patre est potentia generandi: ergo potentia generandi principaliter significat diuinam essentiam, & non relationem tantũ. Prima consequẽtia probatur: quia omne producens producit sibi simile quantum ad formam qua agit: quod manifestatur in generatione hominis. Tertia autẽ probatur, quia filius Dei assimilatur patri in natura diuina. Et cõfirmatur autoritate Hilarij. Quartò verò cõsequens quo ad primam partem confirmatur autoritate Magistri in 7. di. primi.

¶ Quo ad tertium repre hendenda opinio est, q. potentia generandi significat essentiam inquantum est idem relationi: ita quòd ex æquo significat vtrunque, reprehenditur autem hic, forma individualis in rebus creatis constituit personam generantem, & non est quo generãs generat: ergo in diuinis paternitas est constituens personã patris generantis, & non est quo pater generat. Antecedent probatur quo ad secundam partem: quia alioquin Sortes generaret Sortem. Consequentia verò probatur: quia paternitas licet sit forma est tamen forma individualis: & applicatur probatio secundæ partis antecedentis secundæ patri consequentis, ducendo ad impossibile, scilicet quòd pater generaret patrem, sicut ibi Sortes Sortem gigneret.

¶ Quo ad quartum concluso responsiua quæstio est: potentia generandi significat diuinam naturam in recto, & paternitatem in obliquo. Et infertur ex supradictis fic: Quo pater generat, est diuina natura, quia in ea fibi assimilatur filius: & generatio apud Damas. opus est naturæ, non vt quod, sed vt quo. ergo.

¶ Et aduerte quòd pro constanti cum cæteris Theologis supponit Autor, potẽtiam generandi claudere in se relationem: & ideo non fuit solicitus vt probaret ipsam includi, sed sat fuit probare quòd non sola, & quòd non sic, scilicet ex æquo includitur. Et scito, quòd secunda opinio reprehensa in litera, est ea, quã Autor sequitur fuerat in 7. dist. primi. q. 1. art. 2. ac per hoc est hic retractata.

¶ Circa primum assumptum, scilicet potentia in vnoquoque agente est id quo agens agit, dubium occurrit, an hoc sit verum de omni quo agens agit, aut solum de quo primo aut solum de quo proxime. Non potest dici, quòd omne quo agens agit, sit potentia: quia tunc sequeretur quòd in Sorte essent plures potentiæ generatiuæ: quoniam generat humanitatem, & generat potentia generatiua, quæ est vis partis vegetatiuæ. Nec potest dici quòd verificatur solum de quo primò quoniam sequeretur quòd calor in igne non esset potentia calefactiua, sed eius substantia, quæ est primum principium calefactionis. Nec potest dici, quòd verificatur tantum de quo proxime: quia sic falsum dictum esset in litera, quòd natura humana est potentia generatiua hominis. Et similiter male inferretur concluso principalis: quoniam natura diuina non nisi mediante intellectu & voluntate est principium generationis & spirationis, vt ex supra dictis patet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd assumptum est verum de omni quo agens agit, duabus conditionibus seruatis, scilicet quòd illud sit aliqua forma agẽtis, & hoc ad differentiã instrumentorũ: & quòd sit per se principium illius actionis, siue elicitum, siue principale, & hoc ad differentiam concomitantis. Nec propterea sequitur esse plures potentias eiusdem rationis in eodem: quia secũdum se potẽtiæ in eodem sunt diuersorum ordinum, dum altera prima, altera proxima est, vt patet de natura humana & potẽtia generatiua: in ordine verò ad actum vnitatem habent: sunt enim vnius & eiusdem generationis prin cipium: & ideo vt sic, computantur quasi vnum principium & vna potentia, constans ex proximo & primo concurrentibus.

¶ Circa positionem quã renus affirmat potentiã generatiuam esse diuinam naturã, ex duplici capite dubiũ occurrit. Primò ex diuina natura, vt distinguitur cõtra perfectiones attributales, puta intellectum & volũtatem: & contra hoc afferuntur argumẽta à Sco. Secundò ex eadem vt distinguitur cõtra relationẽ. Et contra hoc afferuntur argumẽta Bonauẽturæ, Gaetani, Henr. & Duran. Verum quia Autor non sumit hic diuinam naturam vt distinguitur cõtra intellectũ & voluntatem, nisi forte secundum quid: quoniã aquã ipsum, est natura diuina quo generationis non tamen sola, sed ipsa est vt primum quo, intellectus autem est vt principium quo, vt ex tractatis de processione Filij & Spiritussancti manifestè patet. Vnde diuina natura hic sumitur non solùm vt ipsa, sed cõprehendẽs quo dcung; absolutũ vt principiũ quo cõcretiues ad inuisuoti actus notionales. Et præterea nihil refert quid ad propositũ spectat, loqui de diuina natura, & de quocunque alio absoluto essentiali. Propter quod Scotica argumenta omittenda sunt, aliorum verò qui essentiam, vt distinguitur cõtra relationes impugnant rationes ex essentiæ ratione, ex forma personali, ex actu notionali atque autoritate procedunt. Ex essentia quidem primò sic, fecũdo aliquius actionis, dicitur illa actio, etiam si sit separata à subiecto, vt patet de albedine separata respectu differentiationis: sed dicitur vt intelligitur separata à Patre, non deberur ista actio, pura generatione: ergo ipsa nõ est ratio generandi. Præterea Deitas est vnius simplicissimæ rationis, ergo non est ratio tantum duarum actionum, scilicet generationis & spirationis, sed aut vnius aut infinitarum. Præterea Deitas est communis tribus personis, ergo non est propria ratio actus proprij vnius personæ. Ex forma verò constitutiua Patris paternitate, quia idem est principium essendi & operandi, imperfectionis enim est vt forma det actum primum & non secundum. Ex actu verò, quia sicut actus essentialis à forma essentiali, ita personalis à personali. autoritas autem S. Aug. 5. de Trin. cap. 6. Eo Pater quo est ei Filius, ergo non diuinitate, sed paternitate est eius Filius, & tenet sequela: quia paternitate est pater.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd in hoc videntur opponẽtes decipi: quia nõ discernunt quantum intersit inter diuinam naturam & diuinã naturam in hoc puta in patre. Non intendit Autor quòd diuina natura sit potentia generatiua, sed quòd natura diuina in principio non de principio est potentia generatiua. Et ad hoc insinuandum, in litera immediatè ante autoritatem Hilarij dicitur, vnde diuina natura in patre est potentia generatiua in ipsoybi his personã nominatur, semel ex parte naturæ, & semel ex parte potentiæ generandi, vt ostendetur quòd neutrũ sumitur pure absolutè. Diuina iquidem natura communis est tribus, cum omnibus suis proprietatibus. Diuina autẽ natura non solũ vt Pater, sed vt in Patre, solius est patris: ipsa enim vt sic, id est vt in Patre, seu vt Patris, potentia est generãdi. Et propterea in litera dicitur, q. potẽtia generãdi includit paternitatẽ, nõ in recto, sed in obliquo: Deitas enim nõ vt pater nitas, sed vt potentia est generandi, & Patri propria. Et per hoc facile respondetur obiectionibus: vnde primæ rationis licet posset negari maior, quoniã albedo separata à quãtitate nõ dis tegarer: distinguatur tamen quòd ad* attribuitur duplici alicui formæ, vno modo absolute, ac per se positiuè. Et sic dato quòd maior esset vera, minor est falsa: quoniã generatio non attribuitur diuinæ naturæ absolutè, nec per se positiuè, quo nil, cõueniret ei in quocunq; inueniuntur quali permistiue, eo modo quo particularia cõueniunt vniuersalibus, sic enim cõpetit tantùm personæ ad essentiam, vt in q. 40. dictũ est. Alio modo attribuitur actus formæ vt in hoc & sic maior est falsa, & minor vera. Et per hoc patet responsio ad tertium. Commune enim vt commune, nõ est propria ratio proprij, sed bene commune vt proprij, id est personæ, est propria ratio actus proprij ipsi personæ.

¶ Ad secundũ verò potest, per idẽ respõderi: q. licet deitas secundũ se nõ magis resp iceret duo quã mille, tamen vt in hoc, id est vt in principio nõ de principio & vt in eo, & principio de principio simul, duos tantũ inchoat actus. Potest tamen ratio hæc pluribus aliis modis solui, scilicet deitas cum intellectu vnius & eõ volũtate alterius est principiũ, nec plurium: quia præter actũ intellectus & voluntatis, non datur tertius in natura intellectuali. Ex parte quoque certi ordinis ipsarũ productionũ inter se dici pũt, q. nõ inquãtum cõuenit ab vno ordinatẽ oriri. Ad rationẽ vero ex parte formæ falsum est assumptũ secundũ cõmunem Philosophiæ vsũ, tenẽtem, non omnẽ formã esse actuã, & specialiter relationẽ. Posset tñ dici q. quo dãmodo paternitas cõstituẽdo Patrẽ, dat generare, q. quãto, dat ei cõcurrere actiuè ad generationẽ vt quod, nec plus sibi debetur: Ad illud vero de actu neganda est proportionalis similitudo, cum actus essentialis infra latitudinẽ purè essentialiũ inuenit quod & quo: actus verò personalis infrà latitudinem purè personaliũ reputatur, q. inueniat quo: personalitas non põt esse ratio faciendi sibi similẽ, nisi idẽ posset generare se: quòd non est ingreligibile. Ad autoritatẽ demũ Aug. dicendũ est, q. labor est in æquiuoco: quoniã loquitur de quo formaliter. Deitas autẽ Patris est quo cauſaliter pater generat, & ei est Filius.

¶ In cõtrarium ad primũ aduertẽdum, q. ter generãs & genitum inueniũtur esse, scilicet cõuenientia & distinctio. Et distinctio quæ cõditio est, assimilatio autem ratio est. generans enim non generat vt distinguat, sed vt affimilet distinctum. Et propterea quãtò maior est conuenientia, tantò perfectior est generatio, salua distinctione hypostatica. Et quantò minor est huiusmodi suppositalis distinctio, tantò perfectior est generatio. Vnde in diuinis distinctio est minima: quia relatiua & conueniẽtia est summa: quia sunt eadem res numero simplicissima & omnino indiuisa est, &c.

¶ *Super Quæstionis quadragesimaprimæ Articulum sextum.*

IN titulo aduerte, quòd non quæritur hic, an personæ diuinæ possint esse plures res tribus: hoc enim in q. 40. discussum est: sed hic tantùm quæritur an ratio formalis aroma alicuius personæ, possit pluificari: ita, scilicet quod non sit tãtùm vnus Filius, aut vnus Spiritussanctus, vt sic ista quæstio differat ab illa, q. ibi de pluralitate personarum simpliciter: hic autem de pluralitate personarum essentialiter: & eiusdem rationis formalis quæstio est. Dupliciter autem imaginari possumus talem pluralitatem. Primò, vt sint plures filij, quorum neuter sit Pater, aut Spiritus. Secundò, vt sint plures Filij, vt etiam Spiritussanctus sit Filius alia filiatione. Et similiter potest distingui de duobus Spiritibus sanctis, scilicet aut vt neuter sit Filius, aut vt ertã Filius sit Spiritussanctus alia numero spiratione passiua. Vtroque enim modo essent plures Filij & plures Spiritussancti, & vno modo plures personæ quam tres. Alio verò modo non, propter quod si subtiliter consideretur quæstio ista, stat cum Trinitate personarum, & ideo posita est post determinatum numerum personarum. Nec ad eam spectat discutere nisi pluralitatem purè numeralem, seu indiuidualem.

¶ In corpore vnica est cõclusio ex Athanasij syn. bolo, in diuinis est tantũ vnus Pater, vnus Filius, vnus Spiritussanctus. Et probatur quadrupliciter, & rõnes quidẽ in litera satis formatæ sunt: qa tamẽ impugnãtur, figillatim examinabũtur, nisi secundũ materiã, multos habeat aduersarios, scilicet Sco. Aureol, Adã, &c. Quorũ instantiæ cõsistunt in hoc, q. inuenitur multiplicatio formæ accidentalis in eadẽ materia, & afferunt lumen, specie in medio, seu oculo & relationẽ. In eadem siquidẽ parte diaphani videmus multa lumina secũdũ multitudinem illuminantiũ: vt opposita multitudo vmbrarum & illuminationum testatur in eodẽ quoque medio species est vtriusque partietis eiusdẽ quãtitatis, coloris figuræ, &c. ita vt nõ sit aliqua ratio diuersitatis specificæ. Vnũquodque albũ multas habet similitudines ad reliqua alba. Et similiter vnus pater pluribus paternitatibus refertur ad plures filios: alioquin relatio remaneret, corrupto termino. Assertur & alia cõtra hãc rõnẽ: quæ vide, si vis apud Capreolũ in septima dist. 4. Secũda dicendis quòd soluetur omnis ambiguitas. Arguit quoq; Sco. in quol. 9. secũda directè multipliciter, q. immaterialitas formæ, non est ratio, q. ipsa sit ex se hæc, seu multiplicabilis numero. primò sic, Quo primò aliquid est in actu extra causam & intellectũ, eo est hoc primò: sed quælibet entitas absoluta seipsa primò est extra causam & intellectum: ergo. probatur maior: quia esse extra causam & intellectum, nõ conuenit nisi huic. Et confirmatur, res non est hoc per illud, quod non est per se causa eius: sed materia non est causa formæ, secũdum Auicen. ergo forma nõ est hæc per materiam. Præterea, sequeretur q. Gabriel esset ex se hic. & consequentiet absque contradictione nõ posset poni vniuersalis prædicabilis de pluribus, &c. Præterea, cõtra hanc propositionẽ sunt articuli Parisiis dãnati, si formæ non recipiunt diuisionẽ nisi secundum materiam: ergo, &c. Et tandẽ infert, non esse sanam doctrinã. conclusionem adeo certam & necessariam tenere per ppositiones generales nimis & cõtrastitias.

¶ Ad horum euidẽtiam nota primò, q. Materiæ nomine hoc in loco in telligitur omne receptiuum. Nam cõstat quòd charitas forma est vnius speciei multiplicata ad multitudinẽ beatorum angelorũ & hominum, & tamen nulla est in voluntate materia, quæ est pars cõpositi: sed receptiua tantũ potentia. Vnde sensus propositionis est, q. forma specifica nõ multiplicatur nisi secundũ receptiuũ: & intellit. q. si est forma receptibilis, pluificatur ad plutificationẽ, receptiuorũ actu vel potentia: quod dico propter animas intellectiuas: si autẽ est irreceptibilis, eo ipso est implurificabilis. Aduerto secundò, q. (vt patet quinto Metaphy. vbi fundamenta omnis scientiæ traduntur dum omniũ seminũ rationes habeamus) vnũ numero sunt quorũ materia est vna: identitas igitur numeralis penes vnitatẽ attenditur materiæ: nec cum vnitate materiæ stat pluralitas numeralis formæ eiusdẽ speciei. Et propterea Aristotelem sequentes, negamus omnia in instantiis assumpta. Quoniam stat formam esse vnam in essendo, & multiplicem in dependendo, vel repræsentando, vel respiciendo, vel aliis huiusmodi. Et sic similitudo albi ad omnia alba, vna est relatio in essendo, & multiplex in respiciendo. De defectu autem ad defectum terminũ, distingue, quòd deficit ad defectum terminũ adæquati, non autem inadæquati, cuiusmodi sunt singula respectu ab vno sin gulum enim inadæquatur extensiuè. Et ideo altero remanẽte, nõ sufficit ad hoc vt desit relatio quæ erat ad ipsum, sed ad hoc vt desit relatio quæ erat ad ipsum, sed ad hoc vt desit relatio quæ erat ad ipsum, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie significat. Tum quia potētia receptiua ex parte materiæ se tenet: & facilè propterea erat ex hac illa intelligere. Et sic patet prima ratio sumpta ex cōmunibus omnibus omnino immaterialibus formis subsistentibus. Nec inconuenit eam adduxisse ad proprietates personales: imò necesse fuit, quoniam ipsæ de talium numero sunt, & nō cognoscimus eas secundū seipsas, sed ex creaturis vt prius diximus, ad eas ascendamus, vt teneamus cōclusionem certam & necessariam, ex propositione certissima communi omnibus Philosophis, imò communi animi conceptioni similis.

Secūda ratio sumitur ex modo specificante processiones, scilicet p modū verbi & amoris: & fundatur super vnitate actus intelligendi, ac vnitate actus amādi in diuinis. Contra quā rationē instant quidam sic, Si vnitas actus intelligendi infert vnitatem Filij, aut intendit de vnitate reali, aut secundum rationem. Si reali, ergo vnitas realis actus intellectus & voluntatis in Deo inferret vnitatem personæ produc-
220 tæ: si secundum rationem, ergo distinctio secundū rationē inferret distinctionem personarum. sicut enim vnitas ad vnitatem, sic distinctio ad distinctionem se habet.

3.q6.58. ar.3.& 1. di.19. q. 3. arti. 1. & 4.con. cap.9.

¶ Scotus autē in Quolibetis, vbi suprà cōtra hāc rationē, dicit, q. nō est valida: quia subitur super hac propositione, Vbi non potest esse nisi vnicus actus intelligēdi non pōsse vnicū dicere & vnicū verbum: hæc autē propositio est vera in nobis gratia materiæ, quia in nobis omne intelligere est expressum per actum dicēdi: non sic autē est in diuinis, &c. Et breuiter, inquit, ex vnitate formæ absolutæ eiusdem rationis non potest inferri vnitas productionis & termini vniuersaliter, & in omni materia: ergo ex vnitate intellectionis non sequitur gratia formæ, vnitas dictionis & verbi.

*q.39.ar tic.2.

*tex.20.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd hic est sermo de vnitate numerali q̄ supponit vnitatē formalē, vt patet q. Dicit. c. De vno: quoniam de multiplicatione numerali tantùm personalium est quæstio, ita quòd ratio consistit in hoc, intellectio Dei est vna numero, ergo verbum est vnum numero, & sic sunt intellectiones Dei plures secundum numerum, essent plura verba secundū numerum. Ad argumentū ergo dicitur, quòd intendit de vnitate numerali formali, id est, qui infert vnitatem formalem, non autem de vnitate numerali idētica, qualis est inter actum intellectus & voluntatis diuinæ, & propterea negatur sequela. Quomodo autem ex distinctione formali secundum rationem inter intellectum & voluntatem inferatur distinctio personarum, in q. 27. declaratum fuit, & dictum quòd hoc non sequitur immediatè, sed mediante ordine originis. Ad obiectionem verò Scoti dicitur, quòd ratio literæ non fundatur super illa propositione, sed super hoc, quòd vbi est vnum tantùm intelligere & dicere adæquatum illi, ibi potest esse nisi vnum dicere & vnum verbum, quod patet esse verum: superflueret namque aliud dicere. Et similiter ex vnitate formæ absolutæ oprime inferetur vnitas formæ respectiuæ, seu actionis adæquatæ. Et ad hanc adæquationem insistendam dicitur in litera quòd Deus omnia simplici actu intelligit ac per hoc dicit.

¶ Tertia ratio sumitur ex cōmuni modo procedendi, qui verè est modus, quòd scilicet procedunt naturaliter, distinguitur contra liberè. Et fundatur super hoc quòd natura determinatur ad vnum.

¶ Contra quā etiā rationē instāt quidā, Aut intendis, q. natura determinatur ad vnū numero: & hoc est falsum, cùm in naturis limitatis, & ad vnū modū productibilibus hoc est fallum in natura finita. Neutro igitur modo ratio aliquid valet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur q. intēdit tertio modo, scilicet q. natura determinatur ad vnū formaliter: sub hac enim substernitur & recte de natura eadē pluribus modis cōmunicabili, quòd secundū vnumquenq; modum est determinata ad vnum formaliter illius modi, & consequenter q. hęc natura secundum hunc modum est determinata ad hoc vnum & sic concluditur vnitas numeralis producti vno modo. Et inducta est hæc ratio ad ostendendā differentiā inter naturale & voluntarium agens, in largiendo vnitatem numeralem effectui vnico simul actione agendo: ab agente enim voluntario possunt simul plura produci, vt inquit Auerrois, comment. 4. 12. Metaphy. à naturali autem non nisi vnum ab vno. Et ex his patet responsio ad obiectionem Scoti, vbi suprà in fine, quia natura non determinatur quoque suā creationem, sed ad vnum numero.

¶ Quarta verò ratio ex perfectione diuinæ fœcunditatis. Et fundatur super hoc, quòd omnis res diuina habet quicquid inuenitur potestāliter in facultatibus illius rationis formalis. Ex hoc enim manifestè sequitur, quòd non competit fœcunditas ipsi patrinomen, d. 10. d. 479 & cōsequenter nec pluralitatem. & 556

¶ Sed cōtra hanc quartā rationē instatur quòd nihil valet: quia sic frequenter quæritur q. esset vnum vinire & probatur sequendo, quia productiua in diuinis, quia productiua est res diuina, ac per hoc habens quicquid infra latitudinē producti inueniri potest, & sic excludit multiplicationem sui: quòd si hic non valet, ergo nec in ratione rei.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd fundamentum illud intelligendum est de re diuina, quæ est vna per modum speciei specialissimæ, & non de re diuina, quæ est vna per modū generis: quoniā sub specie non nisi magis particulare restat differentias sub genere autē latent multa, & sic directè deficit. Filius autē specificatur, & ideo de filiatione tenet ratio, de productione autē non. Et ad ea quæ istāc rationē: quoniā concludit vniuersaliter nullum prædicatū specificē, siue absolutū, siue respectiuum in Deo plurificari. Vnde patet, quòd nulla sit instantia contra hanc rationem: quia filius est perfectus Deus, & tamen nō habet deitatem omni modo habendi: ergo potest esse perfecta, & tamen habeti alia ab alio. Similitudo enim nulla est, vt patet: quia est à modo habendi ad diuersitatem numeralē: imò quia filius est perfectus Deus, sequitur, ergo habet quicquid est infra latitudinem deitatis, & consequenter est multiplicabilis secundum deitatem.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulum primum.*

TItulus satis clarus est, hita enim indeterminatè vt sonat, interpretādus est: discutiendum est enim & an sit & quomodo sit, &c.

¶ In corpore vnica est conclusio directè responsiua quæstio, necesse est ponere æqualitatē in diuinis personis. Et probatur sic: In diuinis personis nō possumus ponere maius & minus: ergo necesse est ponere æqualitatē. Consequētia probatur, ex 10. Meta. quia æquale dicitur quasi per negationem maioris & minoris. Antecedens verò probatur dupliciter, primò autoritate Boētij: secundò ratione, si esset inæqualitas in diuinis personis, nō esset in eis vna numero quātitas, ergo nec vna essentia: ergo res personæ nō essent vnus Deus: quod est impossibile, prima consequentia probatur: quia inæqualitū nō potest esse vna numero quantitas. Secunda autē, quia quantitas in diuinis nihil aliud est quam essentia.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd licet ex negatione inæqualitatis non sequatur simpliciter affirmatio æqualitatis, vt patet de punctis respectu lineæ & propter hoc in litera dixit Autor, quòd æquale dicitur quasi per negationem, Supposita tamen quantitate in distinctis extremis sequitur ex negatione inæqualitatis, affirmatio æqualitatis. Virum autem sequatur æqualitas quæ sit realis vel rationis realis, aut non inferius patebit.

¶ In responsione ad primum aduerte Thomistā, quòd apud S. Tho. hic, intensio & remissio formæ est ipsum essentiæ formæ, & non solum ipsius esse: hoc in alio modo quantitatis virtualis habes.

¶ In responsione ad secundū habes solutionē omnium argumentorum Aureoli apud Capreolū in dist. 19. primi, æqualitas est fundata in substātia distinguitur

à similitudine & identitate secundum modum. sicut etiam fundamenta sic distinguuntur, vt in litera manifestatur de æqualitate & similitudine albarum vt sic: alium enim vt habet rationem albi non excedentis nec excessi in perfectione ab alio albo, dicitur simile & æquale eadem relatione, & idem est iudicium de substantia per modum quantitatis sumpta, semper namque æqualitas includit priorem relationem, & addit modum fundamenti.

¶ In responsione ad quartum aduerte opinionē Doctoris & eius fundamenta. Opinio est, quòd æqualitas diuinarū personarum non est relatio realis: & quòd quum dicitur, Pater & Filius sunt æquales, ly æquales, ibi includit scilicet vnitatem essentiæ, distinctionem realem relationem subsistentium, id est personarum, & relatiuam appellationem, qua formaliter denominantur æquales: & quòd secundum illa duo, æqualitas ponit aliquid reale in diuinis secundum tertium autem, relationem tantùm rationis ponit, quod & autoritate Magistri confirmatur in trigesimaprima distinctio. primi. Fundamen tuas autem positionis sunt duo, secundum duas conditiones requisitas ad mutuam relationem realem, scilicet. Alicui est distinctio realis fundamentorum, altera est fundatio non super alia relatione.

¶ Verum contra hæc arguitur à tenentibus oppositum, de quorum numero est Scotus in trigesimaprima distinct. primi. & in quodl. q. 6. vbi contra hæc obiicit. Arguitur igitur primò contra illam conditionē de realī distinctione fundamentorum. Æqualitas fundatur super vna quantitate distinctorum extremorum: ergo super simpliciter vna quantitate distinctorum vtrior est æqualitas, quàm super quantitate vna secundum quid: ergo super quātitate vna numero verissima fundatur æqualitas. Secundò, quia ad relationes reales sufficiunt tres conditiones, scilicet distinctio realis extremorum realium, fundamentum reale, & q. insint extremis absque omni opere intellectus: ergo. Tertiò, quia sic relationes originis non possent distingui realiter: quoniam si essentia est fundamentum, ipsa est indistincta: si relatio, obstat secunda conditio. Et confirmatur: quia si vna alba sit in duabus superficiebus, illæ essent similes. Deinde arguitur contra conclusionem sic: Æqualitas est in Filio ex vi productionis: & est prima æqualitas parata Augusti. sexto de Trinit. cap. vlt. & est perfectio simpliciter apud eundem de quantitate Animæ, cap. septimo, ergo est relatio realis. Et confirmatur: quia Deus omni intellectu, Filius est realiter æqualis Patri, ergo aliqua æqualitate æqualis: ergo non æqualitate, quæ est relatio rationis.

¶ Præterea, Inquit Scotus, si esset inæqualitas inter Patrem & Filium, esset relatio realis: ergo æqualitas est realis. Et confirmatur: Inuenitur inæqualitas perfectionis in re: ergo & æqualitas, sed nulla potest esse nisi in diuinis personis quoniam omnis alia quantitas est imperfecta. ergo.

¶ Ad tertiam horum aduerte, quòd defectus primæ cōditionis ponitur in litera, licet ei non est distinctio realis fundamentorum, infert quòd impossibile est illud esse extremorum esse enim æquale primò conuenit quanto, & cuicunque distincto extremorum esse enim æquale primò conuenit quanto, & cuicunque distincto vel coniuncto non concurrit nisi ratione quanti. Secunda autem con-

tic. Vnde quælibet duo correlatiua realibus relationibus oppositionis opponūtur ad inuicem, fed sunt filiamer correlatiua: ipsa enim paternitas opponitur relatiue filiationi. Et propterea si prima condītio non deficeret, æqualitas filij ad Patrem esset ipsa filiatio, & Patris ad Filium esset paternitas. Vnde ad rationem primam dicitur, q. antecedēs est sanè intelligendum. Potest enim dupliciter intelligi. Primo vt sonant verba, scilicet quòd vnitas quantitatis faciat æquale. Alio modo, q. vnitas id est indistinctio quantitatis ab alia secundum magis & minus faciat æquale. Rursus æquale pōt dupliciter sumi. Vno modo vt significat relationem æqualitatis realis: alio mō vt significat æqualitatem indistinctæ fœcundum rem, siue non. Si primo modo sumatur, antecedens verum est de æquali secundo modo, id est consuetè sumpto, & nō de æqualitate, id est reali relatione, & ideo ratio nihil valet. Si secundo modo, antecedēs verum est de æqualitate reali, & est radix positionis nostræ. Et ex his patet, q. secunda rationis male inter præstat cōditiones relationum realium, debent enim extrema realiter distingui secūdum fundamenta. Si relatiōes sunt præexigētes fundamenta. Ad tertium autē dicitur dupliciter, primò, q. relationes originis fundāntur super actibus notionalibus. Et cū dicitur, illi sunt res respectiuæ, respondetur, q. ex hoc bene sequitur, ergo relationes originis non sunt aliæ relationes ab illis, & nō sequitur ergo nō sunt relationes reales. Secundò dicitur & melius, q. illa cōditio intelligitur de relationibus inexigentibus fundamentū. Sunt enim relatiōes duplicis ordinis. Quedā feruntur secundum solum fundamētum, sed etiam suppositū. Et hæ sunt relatiōes originis, quas diximus* cōsistere hypostasi, &c.

Quædā verò nō fuerūt, sed supponunt fundamēta & hypostasi, & tales sunt æqualitas & similitudo, & ideo illę reales, illę nō. Et per hoc patet solutio rationū Scoti in Quodl. procedunt enim ex hoc, q. essentia est fundamentū relationum originis, quod non est verum proprie loquendo. Ad confirmationem verò de albedine negatur quòd sibi esse similitudo pro relatione realī, nisi forte ratione diuersorum partium ipsius albedinis existentia, quod est extra propositum.

¶ Ad ea verò quæ primò contra conclusionem obiiciuntur vnica est responsio, quòd Filius est exclusō omni intellectu verè & realiter æqualis Patri, quo ad vnitatem essentiæ, & distinctionem personarum, & quo ad relatiuā appellationē fundamentaliter: hæc enim habet ex vi generationis. Et sic est prima æqualitas & non per realitatem additæ relationis. Sic ut etiam Filius est idem subsistēs realissimè exclusō omni intellectu, & hoc habet à Patre, &c. tamē non sequitur, ergo relatio identitatis sibi est realis. est enim idem sibi identitate fundamentaliter, & ita Filius æqualis æqualitate fundamentaliter sumpta. Hæc enim instantia manifestat vitium obiectionū. Nec est verū q. æqualitas formaliter sumpta sit perfectio simpliciter. Nec Aug. hoc dicit, quamuis dicat, q. æqualitatem inæqualitati iure proponis. Album enim nigro iure præponet, & tamen neutra est perfectio simpliciter. Scito tamen veritatē, q. æquale nō quo ad relationem, sed quo ad fundamētum præponitur inæquali: quia vnū præponitur multo, & sic ut vnum præponitur melio, vnum autem perfectionem simpliciter non dicit, nisi ens de omni ratū vnū sit perfectio simpliciter, & propterea æquale agentere perfectionem simpliciter est valde remotū. Nec realitas inæqualitatis, si esset in diuinis infert realitatem æqualitatis, qm̄ illa habet duas quantitates numero distinctas, maiorē, & minorē. Hæc aut vna tantū de facto habet. De perfectione autē æqualitatis dupliciter cōtingit loqui, fabolutè & vt relata relatio. Et vtro-que modo cōcedo q. inuenitur in re, perfecta qualitate, sed primo modo sumpta in diuinis, secūdo aut mō in aliis rebus. Falsum est enim, imo impossibile q. secūdo modo inueniatur in diuinis: quia est forma imperfectionem oslig̃ens, f. distinctionē numeralem absolutorum. Et bene in re hæc aduertas, & concedas in diuinis verā æqualitatē & perfectam & primam formā, &c. vt in corpore articuli probatum est, fed nō inquantū est relatio realis, vt in responsione ad quartum dicitur. Nec fallaris dīgrediendo ab æqualitate vno mō ad eam alio modo,

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulum secundum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue: Necesse

221 4. contra cap. 11. Et po. q. 2. art. 3. co. & q. 3. ar. 13. Et op. 3. cap. 4.

non refert

Universidad de Deusto
Biblioteca

est filium esse coæternũ patri. Probatur sic, Omne ex principio existẽs posteri⁹ illo, aut procedit ab illo voluntarie, aut à naturali coalitum perfecta, aut actione successiua: sed Pater non generat Filium voluntate, sed natura ab æterno perfecta, & absq; actione successiua: ergo habet Filiũ coæternum. Et similiter est de Spiritusancto. Maior declaratur distinguẽdo causam posteriorita-
tis ex parte agentis, vel actionis, &c. vt pater in litera. Minor verò quo ad vltimam partem declaratur ducendo ad impossibile. & scilicet q̃ Filius esset successiuè natus & cum materia & motu. Nec fundatur hic illario materiæ super hoc q̃ vbicunque est successio, ibi sit materia: sed q̃ vbicunque est generatio successiua subſtantiæ, ibi est materia.

*in symbolo.

¶ *Super Quæſtionis quadragesimæ ſecundæ Articulum tertium.*

IN titulo lv naturæ, non est obliquus determinatus per lv ordo: sed econtra determinãs ipsum ordinem. Ita q̃ non est sensus, vtrum sit ordo naturæ tanquam rei ordinatæ sed vtrum sit ordo naturæ, id est naturalis: vt naturaliter distinguitur contra voluntarium.

*q. 41. arti. 2.

¶ In corpore vna est cõclusio: In personis diuinis est ordo naturæ. Probatur: Ordo semper est per comparationem ad aliquod principium: ergo est multiplex iuxta multiplicitatem principij: ergo est in diuinis secundum originẽ absque prioritate: ergo est ordo naturæ. prima cõsequentia explanatur in situ, intellectu & singulis cauſis. Secunda autem probatur, quia principium in diuinis est secundum originem absque prioritate, ex quæstione trigesimatertia, arti. 1. Tertia autem manifestatur auctoritate Auguſt. qui & hoc vocabulum induxit.

146

*q. præced. artic. 2.

36

46

¶ Circa hanc partem, pro quarto ponatur ordo absque prioritate, dubium insurgit apud multos putantes de ratione ordinis esse prioritatem & posterioritatem: & sicut ibi ponitur ordo originis, ponendum est quòd ibi sit prioritas & posterioritas originij. Verum, quia non est Theologorum contentionibus de seruire, & in re hac nulla dissensio est nisi in verbis: dicit co breuiter & scitè, quòd cùm ordo originis nihil aliud sit nisi hoc esse ab hoc, & in eo secundum rem inuenitur à quo alius, & qui ab alio, & rursus à quo alius est quãdoque à se producens, vt pater de primo producente: & in his nulla sit dissonantia: consequẽs est quòd in-

*Serm. 38.

d. 170.

¶ 1 Præterea, Omne quod est ex altero, habet principium, sed nullum æternum habet principium, Ergo Filius non est æternus. neque Spiritussanctus.

¶ 2 Præterea, Omne quod corrumpitur desinit esse. Ergo Omne quod generatur, incipit esse. Ad hoc enim generatur, vt sit. Sed filius est genitus à patre, Ergo incipit esse, & non est coæternus Patri.

¶ 4 Præterea, Si Filius genitus est à patre, aut semp generatur, aut est dare aliquod instans suæ generationis Si semper generatur (dum autẽ aliquid est in generari, est imperfectũ sicut patet in successiuis, quæ sunt semper in fieri, vt tempus & motus) sequitur q̃ filius semper sit imperfectus. quod est inconueniens. Est ergo dare aliquod instans generationis filij. Ante illud ergo instans filius non erat.

¶ SED CONTRA est quod Athanasius * dicit, q̃ totæ tres personæ coæternæ sibi sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere filiũ esse coæternũ patri.

¶ Ad cuius euidentiam cõsiderandum est quòd aliquid ex principio existens posterius esse suo principio, potest contingere ex duobus. Vno modo ex parte agentis: alio modo ex parte actionis. Ex parte agẽtis quidem, aliter in agentibus voluntariis aliter in agentibus naturalibus. In agentibus quidem voluntariis propter electionem temporis. Sicut enim in agentis voluntarij potestate est eligere formam quã effectui conferat, vt supra dictum est: * ita in ei⁹ potestate est eligere tempus in quo effectum producat. In agentibus autem naturalibus hoc cõtingit. quia agens aliquod non à principio habet perfectionẽ virtutis naturalis ad agendum sed ei aduenit post aliquod tempus, sicut homo non à principio generare potest. Ex parte actionis impeditur ne id quod est à principio simul sit cum suo principio, propter hoc quòd actio est successiua. Vnde dato q̃ aliquod genus talis actione agere inciperet statim cùm est, non statim codẽ instãti esset effectus, sed in instanti ad quod terminatur actio. Manifestum est autem secundum præmissa *. quòd pater non generat filium voluntate, sed natura. Et iterum quòd natura patris ab æterno perfecta fuit c. Et iterum quòd actio. qua pater producit filium, non est successiua c: quia sic filius Dei successiuè generatus esset, & eius generatio materialis & cum motu esset, quod est impossibile. Relinquitur ergo quod filius quandocunque fuit pater. Et sic filius est coæternus patri, & similiter Spiritussanct. vtrique.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in li. de Verbis Domini, * nullus modus processionis alicui creaturę perfectè representat diuinam generationẽ. Vnde oportet ex multis modis colligere similitudinem: vt quod deest ex vno, aliqualiter suppleatur ex altero. Et propter hoc dicitur in synodo Ephesina, Coexistere semper coæternum patri filiũ, splendor tibi denuntiet. Impassibilitatem natiuitatis ostendat verbum, consubstantialitatem filij nomen infinuet. Inter omnia tamen expressius repræsentat processio verbi ab intellectu. Quod quidem non est posterius eo à quo procedit: nisi sit talis intellectus qui exeat de potentia in actum. Quod in Deo dici non potest.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd æternitas excludit principium durationis, sed non principium originis.

¶ Ad tertium dicẽdũ, q̃ omnis corruptio est mutatio quædam. Et ideo omne quod corrũpitur, incipit non esse, & definit esse. Sed generatio diuina non est trãsmutatio, vt dictum est supra *. Vnde filius semper generatur, & pater semper generat.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ in tempore aliud est quõd est inuisibile, scilicet instans: & aliud est quod est durãs, scilicet tẽpus. Sed in æternitate ipsum nunc indiuisibile est & semper stans, vt supra dictum est *. Generatio vero filij non est in nunc temporis: aut in tempore, sed in æternitate. Et ideo ad significandum præsentialitatẽ & permanentiam æternitatis, potest dici q̃ semper nascitur, vt Origenes * dixit. Sed (vt Greg. & * Auguſt. dicunt) melius est q̃ dicatur semper natus: vt ly semper, designet permanentiam æternitatis: & ly natus, perfectionem geniti. Sic ergo filius non imperfectus est, neque erat quando non erat, vt Arrius dixit.

*q. 41. arti. 1.

*q. 42. arti. 1.

*Hom. in Ioã. 1.

*Mor. li. 19. c. 1. in fine.

ARTICVLVS III.

¶ Virum in diuinis personis sit ordo naturæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in diuinis personis non sit ordo naturę. Quicq̃ enim in diuinis est, vel est essentia, vel persona, vel notio. Sed ordo naturæ non significat essentiam, neque est aliqua personarum, aut notionum. ergo ordo naturæ non est in diuinis.

¶ 2 Præterea, In quibuscũq; est ordo naturæ, vnum est prius altero, saltem secundum naturam & intellectum, sed in diuinis personis nihil est prius & posterius, vt Athan. dicit. Ergo in diuinis personis non est ordo naturæ.

¶ 3 Præterea, Quicquid ordinatur distinguitur: sed natura in diuinis non distinguitur. Ergo non ordinatur. Ergo non est ibi ordo naturæ.

¶ 4 Præterea. Natura diuina est eius essentia. Sed non dicitur in diuinis ordo essentiæ. Ergo neque ordo naturæ.

¶ SED CONTRA, Vbicunque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio. sed in diuinis personis non est confusio, vt Athan. * dicit. Ergo est ibi ordo.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ ordo semper dicitur per comparationẽ ad aliquod principium. Vnde sicut dicitur principium, multipliciter, scilicet secundum situm, vt punctus, secundum intellectum, vt principium demonstrationis, & secundum causas singulas: ita etiam dicitur ordo. In diuinis autem dicitur principium secundum originem absque prioritate, vt supra dictum est. * Vnde oportet ibi esse ordinem secundum originem absque prioritate. Et hic vocatur ordo naturæ secundum Aug. non quo alter sit prius altero, sed quo alter est ex altero.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ordo naturæ significat notionem originis in communi, non autem in speciali c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in rebus creatis etiam cùm id quod est à principio, sit suo principio coæuum secũdum durationem: tamẽ principium est prius secundum naturam & intellectum, si considerẽtur id quod est principium. Sed si considerentur ipsæ relationes causæ & causati, & principij & principiati manifestum est q̃ relatiua sunt simul natura & intellectu, inquantum vnum est in diffinitione alterius. Sed in diuinis ipsæ relatiões sunt subsistentes personæ in vna natura. Vnde neque ex parte naturæ, neque ex parte relationum, vna persona potest esse prior alia, neque etiam secundum naturam & intellectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ordo naturę dicitur, non quòd ipsa natura ordinetur, sed quòd ordo in diuinis personis attenditur secundum naturalem originem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ natura quodammodo importat rationem principij, non autem essentiæ c. Et ideo ordo originis melius nominatur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ.

ARTIC

simul natura & intellectu ergo. A liomõ cõtingit loqui de eis sub aliquo partiali cõceptu seu modo cõcipiẽdi. & sic loquutus est superius. Et merito q̃a tũc⁹ articulus erat de præintellectione ꝓprietatũ respectu actuũ, & ecõuerso. Et sic PF similiter & paternitas, cõcept⁹ & hypostasis, præcedat secũdũ intellectũ generatio nẽ & Filiationẽ nulla est in dictis cõtradictio. Imò & hoc loco manifestè apparet

223

1. di. 9. q. 1. ar. 2. Et 4. cõtra. 1. ratio in. & 2. col. 70. q. 2. ar. 3. & 4. cor. 1. Et 3. arti. 4.

ꝓ Sco. ita in loco allegato, & in Qodlibetis. q. 4. impositis S. T. motiuũ ad faciẽdã illã distinctionẽ de pnitate, vt cõstitutiuus &cvt relatio, vt sal nater Patre & prioré Filio neq; enũ hoc sonãt Autor vnũ, sed hic docuit oppositũ, dicens ipsas relationes subsistẽtes, quæ sunt PF & Filius oportere esse o̲no simul secunda, quæstio. secundã & alibi. Vnde in hu-iusmodi propter Sanctorum Doctorum teneritiam qui his vocabulis vsi non sunt, & adtollendas erroris occasiones sententiam tenetur, sed linguam cohibetur, parium: quoque huiusmodi loquiones ob-scuritatem in rebus ma-nifestis, vt pater quum sit quæstio de identitate vel diuersitate signi ori-ginis, quo vel quibus Pater & Filius spirant: cum tamen res clara sit, quòd Pater à se, & Filius à Patre, vnico simul actu spirant, vt vnicum principium, vt dictum est.

*in fine dist.

*Hom. in Ioã. 1.

*q. 33. ar. 2. ad 3.

222

1. dist. 22. q. 1. ar. 1. & 2. di. 12. q. 1. ar. 2. & 3. cor.

c

223

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit, non præteritum à Sco. in vigesimoquarto suæ distin. primi, quæstio. vltima, quòd hoc dictum repugnat dictis in quæstiõe quadragesima, articulo vltimo. Hic namque dicitur: Pater natus est prior Filio: ita quòd nec secũdum naturam, nec secundum intellectum: ibi autem exponitur dictum est quòd hypostasis Patris est prior secundum intellectum actu notionali, qui ab generatio actiua, & consequenter prior Filio, qui sequitur generationem passiuam vt ibidẽ dicitur: non ergo stant hæc duo simul.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, & simplicẽ solutionẽ, & ad hominem Doctoris, quòd de Patre & filio in diuinis contingit loqui dupliciter. Vno modo secundum rem pure, & sic loquitur hic Autor, negans omnẽ prioritatem & posterioritatem: & probat hoc efficacissima ratione, scilicet quòd in eis non est nisi relatio & essentia, in essentia nulla accidit in humanis, q̃ filius nõ sit æquatur patri. Et cõfirmatur totum auctoritate Hilarij.

¶ *Super Quæſtionis quadragesimæ ſecundæ Articulum quintum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est cõclusio. Necesse est Filiũ esse æqualẽ Patri f magnitudine ab æterno. Et probatur primo quo ad primã partẽ sic: De tõne secundum intellectum paternitatis & filiatiõis est, q̃ filius accipiat perfectionem nãx, sicut pr. Ergo filij⁹ in diuinis habẽt perfectionẽ naturæ paternæ: ergo est æqualis Patri in magnitudine. Antecedẽs declaratur f creaturis. Primaverò cõ sequentia, probatur q̃ in diuinis est verè & ꝓprie Filiatio & filiatio. Secũdus ratio quia magnitudo nihil aliud significat q̃ perfectionem nãx. Quo ad secundã verò partẽ, ſ. ab æterno, ꝓbat. Virtus Dei patris nõ est defecti bilis, sed perfectissima: ergo ab æterno genuit filiũ Dei successiuè, sed ab æterno: ergo ab æterno & declaratur sensus quia ex hoc oppositis accidit in humanis, q̃ filius nõ statim æquatur patri. Et cõfirmatur totum auctoritate Hilarij.

224

1. di. 9. q. 1. ar. 2. Et 4. cõtra. cap. 9. fin. & 65. Et 10. 10. l. 6. co. 2 li. & c. 16 l. 7. col. 2. * tex. 23.

¶ *Super Quæſtionis quadragesimæ ſecundæ Articulum quintum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est cõclusio habẽs tres partes: Pf est in Filio & econuerso secundum essentiam, & relationẽ & originẽ. Quo ad primã partẽ probatur sic, Essentia Patris est in filio: ergo Pater est in Filio. antecedens manifestatur: quia Pater cõmunicat essentiã Filio absq; aliqua trãsmutatione: consequẽtia verò ꝓbatur quia Pater est sua essentia: & similiter ecõuerso, essentia Filij est in patre: ergo Filius est in Patre: q̃a Filius est sua essẽtia. Et cõfirmatur auctoritate Hilarij.

¶ Circa hanc partẽ aduerte duo. Primũ est q̃ Patrẽ esse in Filio rõne essentiæ, posset intelligi dupliciter. Vno modo q̃ ipsa essentia secũdũ se, sit tatio essendi in Filio: q̃ad modũ dicimus, q̃ Pf intelligit ratione essẽtiæ. Et hic sensus alien⁹ est à mẽte Autoris: sic enim optimè sequeretur, ergo Filius est in Filio, sicut se̲q̃tur ergo Filius intelligit. Alio modo, q̃ essentia vel vna in pluribus sit tatio vni, q̃ sit alio: quãdmodũ etiã dicimus q̃ essentia, vt in principio est ratio generandi. Et hic verificat in proposito. Esse enim in alio quũ duo exigat, cõiunctionẽ & distinctionẽ extremorũ, dupliciter cõtingit vel secũdũ rationẽ quo a distinctus, vt Deitas in Deo, & vniuersaliter forma i ſuppoſito a quo nõ distinguitur realiter: vel secũdũ rẽ, in ꝓposito intelligitur secũdũ rẽ a adesse ininuicẽ diuinarũ personarũ cõcurrit, & realis alietas, & realis coniunctio. Est enim pater in filio, vt cõsubſtantialis in alio consubſtantiali: ratione vnius essentiæ in vtroq; ex hoc autem scitur secũdò, q̃ esse in persona, vt mõ loquimur, est de numero notionalium mixtorum, sicut potentia generandi, quoniam cluditur in se distinctionem personarum, & vnitatẽ essentiæ. Et propterea sicut in aliis huiusmodi mediis inter essentialia & notionalia non valet argumentum ad essentialia purè sumpta, ita nec hic. Vñ sicut essentia non generat, & tamẽ in Patre est ratio generandi, ita ipsa non est in aliqua persona eo modo quo persona vna est in alia: & ipsa tamen in pluribus est ratio essendi in invicẽ. Et ex his patet primo elicitacta tatio nis litteræ, quæ non ex identitate partis, aut Filij cum essentia, vt quidã intellexisse videntur, sed ex vnitate essentiæ vtcunque procedit. Et optimè hic intimatur in ipsis Patris & Filij ac essentiæ nominibus. Patet secundo solutio totius aliatarũ in 15. di. primi apud Capreo. Ambe namque conditiones simul iunctè reddunt proceſſum validum.

*circa finem.

¶ Vnde tamen restat dubiũ, an ista ratio valeat ex vnitate essẽtiæ vtcunque, ita q̃ pater fuerit diuina essentia, essentia Patris est in Filio: ergo, &c. & essẽtia Patris est filij⁹: ergo, &c. id est, an ad vim processus exigatur ille modus in, vt licet in litera, scilicet essentia patris est in filio, ergo, &c. Et cõ dubij est, quia ly in, nõ nisi relationẽ rationis dicit. Pater autem in Filio secundum rem. Et rursus essentia alio modo est in Filio quàm Pater in Filio; quia illa vt forma in ſuppoſito, hic vt ſuppoſitum ſubſiſtentiale in alio ſuppoſito.

¶ Ad hoc

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum Filius sit æqualis Patri secundum magnitudinem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ Filius nõ sit æqualis Patri in magnitudine. Dicit enim ipse Io. 14. Pater maior me est. Et Apost. 1. Cor. 15. Ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia.

¶ 2 Præterea, Paternitas pertinet ad dignitatem Patris, sed paternitas non cõuenit filio. ergo non quicquid dignitatis habet Pater, habet Filius. Ergo non est æqualis Patri in magnitudine.

¶ 3 Præterea, Vbicũq; est totũ & pars, plures partes sunt aliquid maius quã vna tãtũ vel paucõres, sicut tres homines sunt aliquid maius quã duo vel vnus: Sed in diuinis videtur pr esse totũ vniuersale & pars. Nãsub relatione vel notiõe plures notiones continentur, cùm igitur in Patre sint tres notiones, in Filio autem tãtùm duæ, videtur quòd Filius non sit æqualis Patri.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Phys. 2. Non rapiam arbitratus est esse æqualem Deo.

RESPONDEO dicendũ, q̃ necesse est dicere Filiũ esse æqualẽ Patri in magnitudine. Magnitudo enim Dei non est aliud quã pfectio naturæ ipsius. Hoc autẽ est de ratiõe paternitatis, & filiationis, q̃ Filius per generationẽ pertingat ad habẽdã perfectionem naturę, quę est in Patre, sicut & Pater. Sed q̃a in hominibus generatio est trãsmutatio quædam exeuntis de potẽtia in actũ, nõ statim à principio homo Filius est æqualis Patri generãti, sed per debitũ incrementũ ad æqualitatẽ perducitur, nisi aliter eueniat ꝓpter defectum principij generationis. Manifestũ est autẽ ex dictis, q̃ in diuinis est proprie & verè paternitas & filiatio. Nec põt dici, q̃ virtus Dei patris fuerit defectiua in generãdo, neque q̃ Dei filius successiuè & per trãsmutationẽ ad perfectionẽ peruenerit c. Vñ necesse est dicere q̃ ab æterno fuerit Patri æqualis in magnitudine. Vnde & Hila. dicit in li. de Synodis. * Tolle corporũ infirmitates, tolle conceptus initiũ, tolle dolores & omnẽ humanã necessitatẽ, omnis filius secundum naturalem natiuitatẽ æqualitas Patris est, quia est & similitudo naturæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ verba illa intelliguntur dicta de Christo secundũ humanã naturam, in qua minor est Patre, & ei subiectus. Sed secũdũ naturã diuinã æqualis est Patri: & hoc est q̃ Atha. * dicit q̃ Aequalis Patri secũdũ diuinitatẽ, minor Patre secũdũ humanitatẽ. Sed secundum Hila. in 9 lib. de Trinit. * donantis autoritate Pater maior est, sed minor non est cui vnũ esse donatur. Et in li. de Syno. * dicit q̃ subiectio filij naturæ pietas est, id est cognitio autoritatis paternæ. Subiectio autẽ cæterorũ, creationis infirmitas.

¶ Ad secũdum dicendum, q̃ æqualitas attenditur secundum magnitudinem. Magnitudo autẽ in diuinis significat perfectionem naturæ (vt dictum est * & ad essentiã pertinet. Et ideo æqualitas in diuinis & similitudo secundum essentialia attenditur: nec potest secundum distinctionem relationum inæqualitas * vel dissimilitudo dici. Vnde Aug. dicit contra Maximinũ, * Originis quæstio est quid de quo fit, æqualis autẽ qualitatis aut quãtus fit. Paternitas igitur est dignitas Patris, sicut & essentia Patris. Nã dignitas est abso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad hoc dicitur, q̃ quia ad veritatem propositiõũ modus significandi tantum spectat q̃ quãdoq; variat veritatem, idcirco licet processus iste quo ad tẽ super vnitate essentiæ in pluribus fundetur (hic enim cõsubstãtiales personas reddit, & vnã substantialiter in alis ponit secundum rem) tamen quo ad manifestãdum q̃ proprie verificatur hęc loquutio, Pater est in Filio, & ecõuerso: fundatur etiã supra ly in. Ex hoc

160 ealm q̃ vna est essentia plurium, cõgrue admittit ly in respectu singularum personarũ: optime sequitur, ergo quælibet

*in cor. persona rõne illius essentiæ potest quoq; dici esse in alia. Nec obstat diuersitas modi, imõ de necessitate oportet diuersum esse modũ ratio-

225 nis essendi & entis, vt patet inductiue. nec officit q̃ relatione significat tationis: qm rõnis quoqi relatio est, quum dicitur

1. dist. 10. art. 2. Pater est in Filio, licet quum dicitur æqualis Filio: nulla siquidem in di-

vinis est realis relatio præter illas quatuor relationes originis. Vnde sicut de æqualitate & similitudine personarum distinctõ est quo ad sum dimensum & extrema, &c. ita de esse in inuicẽ proportionaliter dicendum est, nempe quia in vnitate essentię, & distinctione personarũ, sicut ille, vt ex dictis patet.

¶Quo ad secundum verò partẽ probatur, Vnũ correlatiuum est in alio secundum intellectum: ergo vna persona diuina est in alia secundum relationem.

¶Circa hanc rationem arguũt Aureolus & Durandus apud Capr. vbi supra. Primò, quia vnũ relatiuum non est in alio, sed ad aliud, & distinguitur ac opponitur. Se-

*li. 3. c. 7. cundo, quia nic Spiritus-sanctus non esset in Patre & Filio: quia non referrent ad eos, sed in spiratore ad quẽ referrtur. Sed hęc & similia facilli-

*q. 41. ar. 6. ad 1. me apparet nihil obstãre: nam (vt dictum est) relatiuum esse, Neq; enim vult Autor Patrem esse in Filio secundum rem quo ad relationem: quo niam loquer, Patrem vt sic, ad Filium esse, nõ in Filio, sed sic dum intellectum, seu distinctiuum rationem: sic quẽntissimo nanq; vsu dicimus, vnum correlatiuũ in ratione alterius esse, vt Porphyr. in Prædicabilib. dicit. Et eũ in litera explicite, ponatur ly secundũ intellectum, mirum est quomodo illi arguant contra hoc. Rursus quũ vnicuiq; nõ sit satis propria habere infra suam rationẽ formalẽ, nulla inconuenięns est cõcedere, q̃ Spũssanctus nõ est secundum intellectũ quo ad relationẽ in Patre & Filio, nisi vt sunt spirantes ipsum. Non cũ

*art. 1. & 4. huius quæst. à quolibet modo exigẽdi est quicquid ex omnibus simul modis habetur: vt arguens somniat fuisse de intentione Autoris. Vnde si ex hoc inferretur, ergo Spũssanct. nõ est in Patre & Filio: vel, ergo non est in Patre & Filio, nisi vt spirantibus: sophisma est à secundum quid ad simpliciter. Est nãq; in eis

*fol. 1. post medium. a 219 tale filius: non tamen sequitur q̃ posit generare, sed mutatur quid in ad aliquid. Nã generatio significat relationem in diuinis. Habet ergo filius eãdem potentiam quam pater, sed cum alia relatione. Quia pater habet eam, vt dãs. Et hoc significatur cùm dicitur, quòd potest generare. Filius autem habet eam vt accipiẽs. Et hoc significatur, cum dicitur quod potest generari.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA TERTIA. De Mißione diuinarum personarum, in octo Articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum de missiõe diuinarũ personarũ. ¶Circa hoc quærũtur octo. ¶Primò, vtrum aliqui diuinę personæ conueniat mitti. ¶Secundò, vtrum missio sit æterna vel temporalis tantum. ¶Tertiò, secundum quid diuina p̃sona inuisibiliter mittatur. ¶Quarto, vtrum cuilibet personæ cõueniat mitti. ¶Quinto vtrum inuisibiliter mittatur tam filius quam Spiritus-sanctus. ¶Sextò, ad quos fiat missio inuisibilis. ¶Septimò, de missione visibili. ¶Octauò, vtrum aliqua persona mittat seipsam visibiliter, aut inuisibiliter.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum aliqui personæ diuinæ conueniat mitti.

AD PRIMVM sic proceditur Videtur quòd personæ diuinæ nõ cõueniat mitti. Missus enim minor est mittente. Sed vna persona diuina non est minor alia. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶2 Præterea, Omne quod mittitur separatur à mittente. Vnde Hiero. dicit super Ezech. Quod coniunctum est, & in corpore vno copulatum, mitti non potest. Sed in diuinis personis nihil est separabile, vt Hila.* dicit. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶3 Præterea, Quicunque mittitur, ab aliquo loco discedit, & ad aliquem locum de nouo vadit. Hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cùm vbique sit. Ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 8. Non sum ego solus, sed ego & qui misit me, Pater.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in ratiõe missionis duo importãtur. Quorum vnũ est habitudo missi ad eum à quo mittitur. Aliud est habitudo missi ad terminũ ad quẽ mittitur. Per hoc autẽ, quod aliquis mittitur, ostẽditur processio quædam missi à mittente vel secundum imperium, sicut Dominus mittit seruũ, vel secundum consiliũ, vt si consiliarius mittere dicatur regem ad bellandum, vel secundum originẽ, vt si dicatur quòd flos emittitur ab arbore. Ostenditur etiã habitudo ad terminum ad quem mittitur vt aliquo modo ibi esse incipiat: vel quia prius ibi omnino nõ erat, quo mittitur: vel q̃ a inci pit ibi aliquo mõ esse, quo prius nõ erat*. Missio igitur diuinæ p̃onæ cõuenire põt secundũ quod importat ex vna parte processionem originis à mittente, & secundũ quod importat ex alia parte nouũ modũ existẽdi in alio. Sicut Filij* dicitur esse missus à patre in mundum secundum quod

secundũ impetũ vel secundũ consilium, vel secundũ originẽ, & habitudinẽ ad id quo mittitur inceptionis essendi simpliciter, vel nouo modo: ergo per sonę diuinæ potest competere missio, vt importat habitudinẽ processionis secundũ originem, & habitudinẽ inceptionis nouimodi essendi in alio. & cõsimiliter cõsequens: quia de facto Filius est missus à Patre, vt nouo modo esset in mũdo, scilicet per assumptã carnẽ.

¶Aduerte hic, q̃ simul litera tradidit & quid sit missio, & quo in ludat, & quomodo proficiat dicatur & ab q̃ bus illo medio intulit conclusionẽ: quoniã ẽsse alicui personæ diuinę conuenit secundũ originẽ, & nouum modũ essendi in aliquo, vt de Filio expla natur. Dubiũ aũt quod circa rationẽ missionis est, in vltimo huius q̃nis arti. tractabitur: quoniã ibi ex ꝓposito accidit.

¶Super Quæstionis quadragesimæ tertiæ Articulum secundum.

Titulus ly ratum, positum est propter processionẽ quæ distinguitur in æternam & tẽporalem, 14. dist. primi Sen tẽtiarum. Ita q̃ quæstio est an missio diuinæ personę distinguenda sit in æternã & temporalem, an inueniatur tantum missio temporalis & nulla sit missio æterna.

¶In corpore ponit vna distinctio trimẽbris, cũ tribus cõclusionibus in tra singula mẽbra. Distinctio est: Nominum significãtium originẽ diuinarũ personarũ quædã significãt solum habitudinẽ ad principiũ, vt processio: Quædã cũ habitudine ad principium processionis terminum æternũ, vt generatio & spiratio: Quædã cum habitudine ad principium processionis terminũ tẽporalem, vt missio & datio. Quod probatur: quia mittitur aliquid ad hoc q̃ in aliquo sit simpliciter vel nouo modo. Datur verò ad hoc vt habeat, vtroq; aũt horũ est tẽporale. Cõclusionẽ autem sunt, q̃ nomina tertij ordinis dicunt tẽporaliter tantũ: secundi verò æternaliter tantũ: primi aũt vtroq; modo. Et sic patet resp̃sio satis clara.

¶In rõsione ad tertiũ ad nere diligenter, q̃ duæ rõnes ibi datæ nõ differũt in numero significatorũ, quoniã secundi versus: missio importat processionẽ à principio, & terminũ seu effectum tẽporalẽ, sed in qualitate seu specie processionis. Non prima rẽsio intendit quod missio importat processionem in communi in termitum temporalem. Secunda autem intendit quod missio includit processionem æternam & effectum temporalem. Et hanc rẽsponsionem secundam præfert Autor primæ ex hoc, quia habitudo diuinæ personæ ad suum principium est vna tantum illa scilicet quæ æternaliter procedit ab ea: secundũ autem primam rẽsponsionem persona missa, puta Filius, præter generationis respectum, refertur ad Patrem vt mittentem ipsum in terminum temporalem, puta assumptam carnẽ. Et ad hoc confirmandum exponitur distinctio quæ fit de gemina processione, scilicet & gẽrua, quòd ibi non generatur respectus ad principium, sed ad terminum: quoniam alter est æternus, alter temporalis. Et hanc secundam rẽsponsionem sectatur Autor communiter.

¶In corpore vrtica est cõclusio rẽspõsiua affirmatiuè: Aliqui personæ diuinæ potest competere mitti. Probatur sic. Missio includit duo, scilicet habitudinem processionis à mittente vel secundum

tãtum secundum gratiam gratum facientem, quę filios Dei constituit: an etiam secundum alia dona communia bonis & malis: puta secundum scięntiam, fidem, prophetiam, &c. Et dicitur gratia gratum faciens, ad differentiam gratiæ gratis datæ, vt sunt illæ de quibus Apostolus ad Cor.

¶In corpore tria intendit probare. Primum est, q̃ persona diuina mittitur inuisibiliter secundum solam gratiã gratum facientem: & hæc est conclusio directè respõsiua quæsito. Secundum est, quòd persona diuina datur etiam secundum solam gratiam. Tertium est, quod persona diuina in ipso gratię dono simul datur & mittitur ibi, sed tamẽ in ipso dono. Probat autem hęc, adunando duo principia sic, Diuinæ p̃sonę missio quidem exigit existentiam nouo modo in aliquo, datio autem exigit q̃ habeatur ab aliquo: ergo vtrũque exigit gratiam gratum facientem. Et probatur sequela: quia neutrum horum est nisi secundum perfectam gratiam quod in litera sigil laniã probatur, & primò de nouo modo existẽndi sic. Modi existendi Dei in creaturis sunt duo communis, scilicet & specialis. Primus attenditur secundum participationem causæ ab effectibus, & distinguitur per essentiam, præsentiam, & potentiã, de quibus in q. 8. diffuse tractatum est. Secundus vero specialis attenditur secundum esse obiectiuum respectu solius creaturę rationalis. Et quia secundum hũc modum Deus ipse attingitur vt amas* & cognitus, ideo sic existit nouo modo in creatura rationali vt in templo suo. & consequenter secundum solam gratiã nouo modo existit.

¶Circa hanc deductionem dubium occurrit, de intento & de vi processus. De intento quidem an intendat nouum modum existendi tãquam diffarantia ab illis quatuor enumeratis, scilicet per essentiam, præsentiam, potẽtiam, & vt cognitum, ac amatum: mitta quòd de cur quinto modus proprius gratiæ, secundum quem persona diuina existit cum mittitur: aut intendit nouum modum existendi tanquam nouam speciem alicuius istorum quatuor modorum. Si primum intendit, ergo falsum dicit, quòd secundum illum modum quo amatum est in amante, Deus habitat in creatura rationali, vt in templo. Si verò intendit secundum, pari & forte meliori ratione nouus hic modus poterit poni noua alicuius illorum trium priorũm modorum species, puta esse per essentiam: quoniam gratia est in essentia animæ à Deo immediatione virtutis & suppositi.

¶De vi autem processus dubium est primò quoniam causa redditur in litera unis est causa. In litera enim dicitur, quia cognoscendo & amando creatura rationalis attingit operatione sua ad ipsum Deum: ideo secundum istum modum Deus habitat in ea vt in tẽplo. Q̃ quod enim hoc non sit causa manifestè probat: quia cum posita causa ponatur effectus, sequeretur quòd in omni creatura rationalis cognoscente & amante Deum habitaret vt in templo suo, quod patet esse falsum in Gentilibus Philosophis, &c.

¶Dubiũ est secundo, quia concesso, quòd assignata causa sit efficax, ambiguum tamen restat vnde sequatur exclusiua, scilicet quod secundum solam gratiã sit nouus modus. Quamuis enim Deus vt cognitus & amatus nouo modo sit per gratiam, non tamen per solam: quia per fidem & prophetiam etiam est vt cognitus & amatus nouo modo, vt patet in Christianis exilij, rebus in mortali peccato

1 dist. 14. q. 2. ar. 1.

*cap. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccato: & multa opera bona amore Dei facientibus. Et quicquid sit de re dato q̃ ita verũ q̃ per solã gram sit nouus mod⁹, vñ hoc pbatur in literã: & ch cũ nota illation. subdit. Sic igitur nullus alĩ⁹ effectus põt esse ratio q̃ diuina persona assistat nisi gratia gratum faciẽs. &c. Nulla enim alia causa huius illationis in littera apparet, nisi supradicta, quæ aut solã exponentem affirmatiuam, aut nullam infert, volunt utiq; igitur exclusiua illata est. &c.

¶ Ad primũ dubiũ dicitur, quòd istud dit. nõ de dispãsato. mõ, sed de specie noua quarti modi. & q̃ quartus mod⁹ sit magis habilis, ad hoc in litera duplex ratio insinuatur secũdũ duas differẽtias inter ipsum & alios positas. Prima est, q̃ iste est specialis, i. ppius ratio nali creaturæ, reliqui vero cõmunes sunt oĩbus. Secũda est, q̃ ipsũ Dei ipsi attigitur a creatura per illos effectus eius etũ. Oportet enĩ ex excellentem missionẽ vtpote diuinæ personæ ad rõnalia, aut ẽdi secũdũ proprium & suprẽmũ rationalis creaturæ. Hoc aũt ẽdstat non esse actũ aliquẽ primũ, qñ est sicut dormiẽs, nec quẽlibet actũ secundã, sed ẽt quo cognoscitur ac amat⁹ ipse Deus optimus vti Deus vt p gratiæ habitũ in anima existens. ignobiliori mõ existit, quam ipse in eadem per gratiæ actus, s. cognitionem & amorẽ. igitur aĩ⁹ præstat habituũ & rangere secũdum se præstat actui p aliud, sol⁹ igitur quartus modus est, secundũ quẽ nouus inquirendus est modus existẽdi Dei in creatura rationali.

¶ Ad secũdũ vero & tertium dubiũ simul dicitur, q̃ litera potest dupliciter exponi. Primò, vt reddat causam quasi ꝓprij generis. scil. o, vt reddat causam qua proprie formæ. Põt siquidem intelligi de amore & cognitione Dei absolute, & potest ẽt intelligi de amore & cognitione Dei in se, vt est ex charitate diligendus. Si de amore Dei absolute intelligamus, sic redditur ratio ꝓprij & per se generis illi⁹ noui modi qui ẽ̃ritur. Ex eo enĩ, iste modus quar⁹ est specialis creaturæ rationali, & secundũ eũ Deus ipse attingitur operatione creaturæ, sequitur q̃ excellẽs ille mod⁹ ẽsitus infra latitudinem istius cõtinetur: & hic sensus aperte ẽtenditur in lra. Et sic patet nihil obstare obiectionẽ secũdi dubij: quonia stat, q̃ sit vera causa assignans ꝓprium genus, & tamẽ nõ valet, ergo vbi est illa cã, ibi est illa species: sed ergo ibi est illud genus: licet enim aĩal sit ꝓprium leonis gen⁹ inuenitur tamẽ extra leonẽ. Et qñ omnis species cõstituitur differentia p se sui generis, & nõ differẽtia p accidẽs vt patet 7. Meta. ideo ex hoc q̃ quartus ille modus est ꝓprium genus illius noui oportet q̃ iste nou⁹ modus cõsistat in differẽtia Dei, vt amati & cogniti. Et quũ Deus vt amatus & cognitus, ꝓpter cum mune modũ non sit nisi vno modo, simpliciter

Ergo persona diuina non solùm datur secundum gratiam gratum facientem.

SED CONTRA est quod Augu. dicit 2. de Tri.* q̃ Spiritussan. ꝓcedit tẽporali ter ad sanctificãdã creaturã. Missio aũt est tẽporalis ꝓcessio. Cũ igitur sanctificatio creaturæ non sit nisi per gratiã gratum faciẽtẽ, sequitur q̃ missio diuinæ personæ non sit nisi per gratiam gratum facientẽ.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ diuinæ personæ cõuenit mitti, secundum q̃ nouo modo existit in aliquo: dari aũt secundum quod habetur ab aliquo: neutrum aũt horum est nisi secundum gratiã gratum faciẽtẽ. Est enim cõmunis modus quo Deꝰ est in omnibus rebus per essentiã potẽtiã, & præsentiã. sicut causa in effectib⁹ participãtibus bonitatem ipsius. Super istũ modum autẽ cõmunẽ est vnus ꝑcialis, qui cõuenit naturæ notionali: in qua Deꝰ dicitur esse sicut cognitũ in cognoscente, & amatum in amante*. Et quia cognoscẽdo & amando creatura rationalis sua operatione attingitur ad ipsum Deum, secundũ istum ꝑcialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiã habitare in ea sicut in tẽplo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio q̃ diuina persona sit nouo modo in rationali creatura nisi gratia gratũ faciẽs. Vnde secundum solam gratiam gratum faciẽtem mittitur & procedit tẽporaliter p̃sona diuina. Similiter illud solũ habere dicimur, quo liberè possumus vti vel frui*. Habere autem potestatem fruẽdi diuina persona est solum secundum gratiam gratum faciẽtem. Sed tamẽ in ipso dono gratiæ gratum facientis Spiritussanctus habetur, & inhabitat hominem. Vnde ipsemet Spiritussanctus datur & mittitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ per donum gratiæ gratum facientis perficitur creatura rationalis, ad hoc q̃ liberè non solum ipso dono creato vtatur, sed vtipsa diuina persona fruatur. Et ideo missio inuisibilis fit secundum donum gratiæ gratum facientis, & tamen ipsa persona diuina datur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ gratia gratũ faciens disponit animã ad habẽdam diuinam personã, & significatur hoc cùm dicitur, quòd Spiritussanctus datur secundũ donum gratiæ. Sed tamen ipsum donum gratiæ est a Spiritusancto. Et hoc significatur cùm dicitur q̃ charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritumsanctum.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod licet per aliquos effectus filius cognosci possit a nobis non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habentur a nobis.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ operatio miraculorum est manifestatiua gratiæ gratũ facientis, sicut & donum prophetiæ: & quelibet gratia gratis data. Vnde 1. Cor. 12. Gratia gratis data nominatur manifestatio Spiritus. Sic igitur Apostolis dicitur datus Spiritussanctus, ad operationem miraculorum quia data est eis gratia gratum faciens cum signo manifestante. Sed aliam daretur solùm signum gratiæ gratum facientis sine gratia, non diceretur dari simpliciter Spiritussanctus: nisi forte cum aliqua determinatione, secundum quòd dicitur quod alicui datur Spiritus prophetiæ vel miraculorum, in quantum a Spiritusancto, habet virtutem prophetandi, vel miracula faciendi.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum Patri conueniat mitti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ Patri etiam conueniat mitti. Mitti enĩ diuinã ꝑsonam est ipsam dari. sed Pater dat seipsum (cũ haberi non possit nisi seipso donante) ergo potest dici quòd pater mittat seipsum.

¶ 2 Præterea, Persona diuina mittitur secundum inhabitationem gratiæ. Sed per gratiam tota Trinitas inhabitat in nobis, secundum illud Io. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ergo quælibet diuinarum personarũ mittitur.

¶ 3 Præterea, Quicquid conuenit alicui personæ, cõuenit omnibus præter notiones & personas. Sed missio non significat aliquam personam neque etiam notionẽ, cùm sint tantum quinque notiones, vt supra dictum est.* ergo cuilibet personæ diuinæ conuenit mitti.

¶ SED CONTRA est quod August. dicit in 2. lib de Trinit. * quod solus Pater nunquam legitur missus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd missio in sui ratione importat processionem ab alio. & in diuinis secundum originem, vt supra dictum est.* Vnde cùm Pater non sit ab alio, nullo modo conuenit sibi mitti, sed solùm filio & Spiritui-sancto quibus conuenit esse ab alio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ si dare importat liberalẽ cõunicationẽ alicuius, sic Pater dat seipsum inquantũ se liberaliter cõicat creaturæ ad fruẽdũ. Si verò importat autoritatẽ dãtis respectu ei⁹ quod datur, sic nõ cõuenit dari in diuinis, nisi personæ q̃ est ab alio, sicut nec mitti.

¶ Ad secundum dicendum, quod licet effectus gratiæ sit etiã a Patre qui inhabitat p gratiã, sicut & fili⁹ & Spiritussanctus: quia tamẽ non est ab alio, non dicitur mitti. Et hoc est quod dicit Augu. 4. de Trinit.* q̃ Pater cum in tempore à quoquam cognoscitur, non dicitur missus. Non enim habet de quo sit, aut ex quo procedat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ missio inquantũ importat processionem a mittente includit in sui significatione notionem non quidem in speciali, sed in generali, ꝓprout esse ab alio est cõmune duabus notionib⁹.

ARTICVLVS V.

¶ Virum filio conueniat inuisibiliter mitti.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ filio non conueniat inuisibiliter mitti. Missio enim inuisibilis diuinæ personæ attenditur secundum dona gratiæ sed omnia dona gratiæ pertinẽt ad Spũmsanctũ, secundum illud 1. Corin. 12. Omnia operatur vnus atque idem Spiritus. ergo inuisibiliter non mittitur nisi Spiritussanctus.

¶ 2 Præterea, Missio diuinæ ꝑsonæ fit secũdum gratiam gratum faciẽtem. Sed dona quæ pertinent ad perfectionẽ intellectus nõ sunt dona gratia gratũ facientis, cùm sine charitate possint haberi, secũdũ illud 1. ad Cor. 13. Si habuero prophetiam, & nouerim o. & omnẽ scientiam, & habuero omnem fidẽ ita & mon. transf. charitatem autem non habeã, nihil sum. Cum ergo Filius procedat vt verbum intellectus, videtur q̃ non conueniat sibi inuisibiliter mitti.

¶ 3 Præterea, Missio diuinæ personæ est quædam ꝓcessio, vt dictum est.* Sed alia est processio Filij alia Spiritussancti. Ergo & alia missio, si vterque mittitur. Et sic altera earum superflueret, cum vna sit sufficiens ad sanctificandam creaturam.

loquẽdo, s. per charitatẽ, seu gram sanctificantẽ tempũ fuit, consequẽs est. q. ex illa causa habeatur etiã exclusiua, de qua est tertiũ dubium. Ad si dicitur, q. in illa causa habeatur etiã exclusiua, de qua est tertiũ dubium. Ad si dicitur, q. in illa nõ habetur, q. Deꝰ nõ est ꝓpter cõmune modũ amatus, nisi ab his quos inhabitat. &c. fateor. Sed memento q. Autor hic supponit proprietates gratiæ & charitatis. Et ꝓpterea tacitis his, cucurrit ad cõclusionẽ. Ipsa quoq; exercitatio ecclesiastica nobis hoc instruat. Deũ enim a nullo amari (nisi caminiteri cõcelim* existẽti) spes caro mortali, seu extra gratiã quare hoc quæro. 1. Ioan. 4. Qui non diligit manet in morte. Et ꝓpterea charitate diligit, interpretemur, breuiter est vita, de amore Dei, quo ex subintellectũ est. Si vero & Ex eo nanque q. amando & cognoscendo creatura rõnalis ad tantã celsitudinẽ cõscendit, q. Deus ipsum, i. secũdũ quod in se est ex charitate diligẽs dus, attigit is equitur istatim, & q. secundum hoc celsitudine tantũ diuina persona nõ solũ existat sed inhabitet, vel ẽplo quo actibus cognitiõis & amoris cohortur, quonã extra hanc celsitudi cundum quod in se est, prout ex charitate diligitur. Et quoniam hæc celsitudo & hoc templũ fola gratia fit, ideo opti mẽ infertur, ergo sola gratia gratũ faciens est ratio vt Deus nouo modo quasi do sit in creatura rationali. Et sic patet solutio vtriusque dubij.

¶ Deinde probatur in littera assumptum de haberi personam diuinam ab aliquo, habitat solũ quo libere quis potest vti vel frui. ergo ꝑsona diuina, sola gratia habetur. Probatur sequela, quia per solã gratiã potest quis ꝑsona diuina frui. Tertium autem, scilicet; ipsa ꝑsona diuina licet; ipsa ꝑsona diuina na simul datur & mittur, probatur: quia ipso gratiæ dono Spiritussanctus inhabitat creaturã.

¶ Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articulum quartum.

Titulus clarus.

T In corpore vna conclusio respõsiua. sito: Patri non cõuenit mitti sed Filio & Spiritui sancto. Probatur: Missio importat processionem ab alio, & in diuinis secundũ originẽ. ergo nõ Patri, sed Filio & Spiritui-sancto cõuenit mitti. Cõsequentia pater: quia Pater nullo modo est ab alio, sed filius & Spiritussanctus.

¶ Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articulum quintum.

Titulus ex præcedentibus patet.

¶ In corpore vna conclusio: Tam Filio quàm Spiritui-sancto cõuenit Spiritussanctus inuisibiliter mitti. Probatur. Mitti inuisibiliter potest nam diuinum significat originem eius ab alio, & inhabitationẽ illius qui gratiã, sed vtrumque horũ ergo vtrique conuenit mitti. Maior & manifestatur ab oppõsito ad 5. to. & ex tota Trinitate & ex Patre quoniã est cõmuenit alteri tanũ, sufficeret inhabitare per gratiã.

¶ Super

¶ SED CONTRA est quod Sap. 9 dicitur de diuina Sapiẽtia. Mitte illã de Cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuę.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ per gratiam gratum faciẽtẽ tota Trinitas inhabitat mentem, secundum illud Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Mitti aũt personam diuinam ad aliquem per inuisibilẽ gratiã, significat nouum modum inhabitandi illius personæ, & originẽ eius ab alia. Vnde cùm tã filio quã Spiritui-sancto conueniat, & inhabitare per gratiã, & ab alio esse, vtrique conuenit inuisibiliter mitti. Patri aũt licet cõueniat inhabitare per gratiam, non tamen sibi conuenit ab alio esse, & per consequens nec mitti*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ licet omnia dona inquantũ dona sunt, attribuantur Spiritui-sancto (quia habet rationẽ primi doni secũdum quod est amor, vt supra dictũ est*) aliqua tamen dona secundũ ꝓprias rationes attribuuntur p quandam appropriationẽ Filio, scilicet illa quæ pertinent ad intellectum. Et secundum illa dona attẽditur missio Filij. Vnde Aug. dicit 4. de Trinita.* quod tunc inuisibiliter Filius cuiquam mittitur, cum à quodam cognoscitur atque percipitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ anima per gratiam cõformatur Deo. Vnde ad hoc, q̃ aliqua persona diuina mittatur ad aliquẽ per gratiã oportet quod fiat assimilatio illius ad diuinã ploniã, quæ mittitur per aliquod gratiæ donũ. Et quia Spiritussanctus est amor, ꝓ donũ charitatis anima Spiritui-sancto assimilatur. Vnde secundum modũ charitatis attenditur missio Spirituissancti. Filius aũt est verbum, non qualecũque, sed spirãs amorẽ. Vnde Augu. dicit in 9. lib. de Trinit.* Verbũ aũt quod insinuare intendimus, cum amore notitia est*. Nõ igitur secũdum quamlibet perfectionẽ intellectus mittitur Filius: sed secundũ talẽ institutionem vel instructionem intellectus, qua prorumpit in affectũ amoris, vt dicitur Ioã. 8. Omnis qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me. Et in Psal. In medi. meæ exardescet igni. Et ideo signãter dicit August.* q̃ Filius mittitur cùm a quoquam cognoscitur atque percipitur. Perceptio autem experimentalem quandam notitiam significat. Et hæc ꝓprie dicitur sapientia quasi sapida scientia, secundum illud Eccles. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ cum missio importet originem personæ missæ, & inhabitationem per gratiam (vt supra dictum est*) si quæramus de missione quantum ad originem, sic missio Filij distinguitur a missione Spiritussancti, sicut & generatio a processione. Si autem quantum ad affectum gratiæ, sic communicat duæ missiones in radice gratiæ sed distinguuntur in effectibus gratiæ: qui sunt illuminatio intellectus & inflammatio affectus. Et sic manifestum est, quòd vna non potest esse sine alia, quia neutra est sine gratia gratum faciente, nec vna ꝑsona ꝑaratur ab alia.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum missio inuisibilis fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ missio inuisibilis non fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ. Patres enim veteris Testamenti, gratiæ participes fuerunt. Sed ad illos non videtur fuisse facta missio inuisibilis. Dicitur enim Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes qui sunt participes gratiæ.

¶ 2 Præterea, Profect⁹ in virtute nõ est nisi per gratiã. Sed missio inuisibilis non videtur attendi secundũ profectũ virtutis: quia profectus virtutis videtur esse cõtinuus, cum charitas semper aut proficiat, aut deficiat. Et sic missio esset continua. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes participes gratiæ.

¶ 3 Præterea, Christus & Beati plenissimè habẽt gratiam. Sed ad eos non videtur fieri missio. Quia missio fit ad aliquid dicẽs. Christus autem secundum quod homo, & omnes Beati perfectè sunt vniti Deo. Non ergo ad omnes participes gratiæ fit missio inuisibilis.

¶ 4 Præterea, Sacramenta nouæ Legis continent gratiam, nec tamen ad ea dicitur fieri missio inuisibilis. Non ergo ad omnia quæ habent gratiam, fit missio inuisibilis.

SED CONTRA est quod secundum Aug.* missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam. Omnis autem creatura habens gratiam sanctificatur. Ergo ad omnem creaturam huiusmodi fit missio inuisibilis.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ (sicut suprà dictum est*) missio de sui ratione importat, quòd ille qui mittitur vel incipiat esse vbi prius nõ fuit (sicut accidit in rebus creatis) vel incipiat esse vbi prius fuit, sed quodam modo nouo, secũdum quod missio attribuitur diuinis ꝑsonis. Sic ergo in eo ad quẽ fit missio, oportet duo considerare, scilicet inhabitationẽ gratiæ & innouationem quandam per gratiã. Ad omnes ergo fit missio inuisibilis, in quibus hæc duo inueniuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ q̃ missio inuisibilis est facta ad Patres vete. Testamenti. Vnde dicit Aug. 2. de Trinita.* q̃ secundũ quod Filij* mittitur inuisibiliter, sit in hominibus, aut cũ hominibus. Hoc aũt ante ea factum est in Patribus & Prophetis. Cum ergo dicitur, nõdũ erat data Spiritus, intelligimus de illa datione cũ signo visibili, q̃ facta est in die Pentecostes.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ etiam secundũ profectũ virtutis, aut augmentũ gratiæ fit missio inuisibilis. Vñ Aug. dicit 4. de Tri.* quod tunc cuiquã mittitur Filius, cum à quoquã cognoscitur, atq; percipitur quãtum cognosci & percipi potest pro captu, vel proficiẽtis animæ in Deũ, vel perfectæ animæ rationalis in Deo. Sed tamẽ secundũ illud augmentũ gratiæ præcipuè missio inuisibilis attenditur, quãdo aliquis ꝓficit in aliquẽ nouũ actum vel nouum statũ gratiæ: vt puta cum aliquis proficit in gratiam miraculorũ, aut prophetiæ, vel in hoc quòd ex feruore charitatis exponit se martyrio, aut abrenuntiat his quæ possidet, aut quodcũq; op⁹ arduũ aggreditur.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ ad Beatos est facta missio inuisibilis in ipso pricipio beatitudinis. Postmodũ autem ad eos fit missio inuisibilis: non secundũ intẽtionẽ gratiæ. sed secũdũ quod aliqua mysteria eis reuelantur de nouo. Quod erit vsque ad diẽ iudicij. Quod quidẽ augmẽtũ attẽditur secũdum extentionẽ gratiæ ad plura se extendẽtis. Ad Christũ aũt ẽ fuit facta inuisibilis missio in principio suæ conceptionis*: nõ aũt postea, cùm à principio suæ cõceptionis fuerit plenus omni sapientia & gratia.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ gratia est in sacramẽtis nouæ Legis instrumẽtaliter, sicut forma artificiati est in instrumẽtis artis, secundum quendã discursum ab agẽte in patiens. Missio autem non dicitur fieri nisi respectu termini. Vnde missio diuinæ personæ non fit ad sacramenta, sed ad eos qui per sacramenta gratiam suscipiunt.

ARTICVLVS VII.

¶ Virum Spiritui sancto conueniat visibiliter mitti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod Spiritui-sancto non cõueniat visibiliter mitti. Filius enim secundum quod visibiliter missus est in mũdo, dicitur esse minor Patre sed nunquam legitur Spiritussanctus minor Patre. Ergo Spiritui-sancto non conuenit visibiliter mitti.

¶ 2 Præterea, Missio visibilis attenditur secundum aliquam creaturam visibilem assumptam, sicut missio Filij secundum carnem. Sed Spiritussanctus non assumpsit aliquam creaturam visibilem. Vnde non potest dici q̃ in aliquibus creaturis visibilibus sit alio modo quam in aliis nisi fortè sicut in signo: sicut est etiam in sacramentis, & in omnibus figuris legalibus. Nõ ergo Spiritussanctus visibiliter mittitur: vel oportet dicere, q̃ secundum omnia huiusmodi, eius missio visibilis attenditur.

¶ 3 Præterea, Quælibet creatura visibilis est effectus demonstrãs totã trinitatem. Non ergo ꝑ illas creaturas visibiles magis mittitur Spiritussanctus, quam alia persona.

¶ 4 Præterea, Filius visibiliter est missus secundum dignissimam visibilium creaturarum scilicet secundum naturam humanam. Si igitur Spiritussanctus visibiliter mittitur, debuit mitti secundum aliquas creaturas rationales.

¶ 5 Præterea, Quæ visibiliter fiunt diuinitus, dispensantur per ministerium Angelorũ, vt Aug. dicit 3. de Tri.* Si ergo aliquæ* species visibiles apparuerunt, hoc factum fuit per angelos. Et sic ipsi angeli mittuntur, & non Spiritussanctus.

¶ 6 Præter

¶ Super Quæstionis quadragesimaquartæ Articulum primum.

Titulus clarus vsq;

T In corpore vna est conclusio sp̃licite respõsiua quoũcto affirmative. Missio inuisibilis fit ad omnes participes gratiæ. Probat⁹ missio importat inceptionẽ essendi vel simpliciter, vel nouo mõ. ergo in eo ad quẽ fit missio inuisibilis, oportet ponere gratiã & eius nouitatẽ. ergo missio in uisibilis fit ad oẽs in quibus sunt hæc duo: ergo ad oẽs participes gratiæ. ¶ Aduerte hic, q̃ nouitas gratiæ non est à gratia distincta, tanquam gratia possit esse non noua, sed ad oẽs dẽdũ tẽpus qñ fit inuisibilis missio, ad hoc enĩ nõ sufficit ola inhabitatio gratiæ vt patet in his qui sunt in gratia pro illo tẽpore quo eorũ gra nõ sugetur. Et si quidem tũc inhabitãs gratia quia deest innouatio alicuius, ideo tunc eis nõ fit missio Et ꝓpter ea puto Autorẽ subtilissimè cõclusionẽ vltimò illatã, quasi intulisset q̃ missio inuisibilis fit ad oẽs participes gratiæ cũ aliqua nouitate: nõ ad excludẽdũ quoslibẽ partiel pes, sed quoddã tempo⁹, vt dictũ est, & diffusè patet ex ꝓcessionibus aliquantorũ, in quibus ea quæ dicũtur de sacramẽtis & Christo, loco proprio dẽcuti enda sunt.

¶ Super Quæstionis quadragesimaquintæ Articulum septimum.

Titul⁹ ex præcedenti bus est notus & de solo quærit Spũmsanctus qñ de Filio constat de missione visibili missi⁹ est cũ Verbũ caro factũ est.

¶ In corpore duo facit. Primò tãder manifestãdo ueritatẽ quã mentio fuit, i. nõ solũ de spũsancto sed Filio. secũdò ponit differentiam inter modũ visibilẽ missionis.

* Quoad primũ cõclusio est: Conuenit Filio & Spũsancto visibiliter mitti: probatur. Modus cõnaturalis hominis est, vt per visibilia ad inuisibilia manuducatur ergo inuisibilia Deo portuit homini ꝑ visibilia manifestari. ergo sicut sepiũs & æternas ꝓcessiones ꝑ visibilia Deꝰ hominib⁹ quodammodo demõstrauisti conueniens fuit, vt inuisibiles missiones personarũ, secundũ aliquas visibiles creaturas manifestarent, hoc aũt est ipsas visibiliter mitti. prima cõsequẽtia ꝓbat. qa Deus quidem est ibus secũdũ naturalẽ inquisitionẽ modũ: reliqua sunt satis rationabilia.

Locus supra. artic. 6. inducẽdus.

* cap. 20.

* cap. 20.

* cap. 4. 5. & 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quo ad secundū differentia est, quia est Filius missus visibiliter tanq̄ sanctificationis auctor, vt pater in processu sacræ Scripturæ, Spūs aūt sanct⁹ tāquā sanctificationis indicū, vt in baptismo Christi apparet. Rō aūt hui⁹ differētiæ satis accōmoda reddit ex cōditionibus notionalibus: qa, scilicet Filius est principiū Spūs sancti, ipse aūt Spūs. est donum, in quātū procedit vt amor: vt ex supradictis patet.

¶ *Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum octauum,*

* q.12. ar.12.

TRIplex est in corpore tria facit. Primō refert duas opiniones: secundō salvat vtrāq; tertiō excludit obiectionem, ibi, Nō aūt probatur hoc homo, & quoniā omnia ordinate sunt in litera aclarē, non opus est mora. Ad euidentiā tū huiⁿ qōnis, scito, q, optima via oēs difficultates soluendi, est dicere, q, missio est nomē multiplex habens multas intētiones, quē admodū nomina tractāta in 5. Metap. & q, intēciones eⁱ⁹ sunt hæ quæ narrantur in litera, s. processio missi à mittēte secundū se, & secūdū nouū modū essendi. Et rursus permissio missi secundū se ab aliquo, & secundū nouum modū essendi à mittente. & secūdā intentio reducitur ad primā, tanq̄ ad potiorē. Et ppterea in 1. art. huius qōnis Author dixit, q, de rōne missionis est processio missi à mittente: loquebatur enim de primaria intentione missionis, hic aūt non oblitus distinguit, vt secundam intentionē eiusdē abiiceret, præsertim ob reuerentiam Aug. Sanctoni & Magistri in 1. dist. 16. vbi q. 1. art. 1. dissuæ rationē seqūtiōrs inuenies.

¶ 6 Præterea, Si Spiritussanct⁹ visibiliter mittatur, hoc non est nisi ad manifestandum inuisibilem missionem quia inuisibilia per visibilia manifestātur. Ergo ad quē missio inuisibilis facta non fuit, nec missio visibilis fieri debuit: & ad omnes ad quos fit missio inuisibilis, siue in nouo, siue in veteri Testamento, missio visibilis fieri debet. Quod patet esse falsum. Non ergo Spiritussanctus visibiliter mittitur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Mat. 3. q, Spiritussanctus descendit super Dominum baptizatū in specie columbæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus prouidet omnibus secūdū vniuscuiusque modum. Est aūt modus cōnaturalis hominis vt p visibilia ad inuisibilia manu ducatur, (vt ex supradictis patet.*) Et ideo inuisibilia Dei oportuit homini p visibilia mānifestari. Sicut igitur seipsum Deº & processiones æternas personarum per creaturas visibiles secundū aliqua indicia hominibus quodāmodo demōstrauit: ita cōueniens fuit vt etiā inuisibiles missiones diuinarū personarū secūdum aliquas visibiles creaturas manifestarētur. Aliter tamē Filius & Spiritussanctus. Nam Spiritussan. inquantū procedit vt amor, competit esse sanctificationis donum: Filio aūtem inquantum est Spiritussancti principium, competit esse sanctificationis huius autorē. Et ideo Filius visibiliter missus est tanquam sanctificationis autor: sed Spiritussā. tanquam sanctificationis indicium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q, Filius creaturam visibilem in qua apparuit, in vnitatē personæ assumpsit: sic, vt q, de illa creatura dicitur, de filio Dei dici possit. Et sic ratione naturæ assumptę Filiⁱ dicitur minor Patre. Sed Spiritussanct. nō assumpsit creaturā visibilem, in qua apparuit in vnitatē personæ, vt quodilli conuenit, de illo prædicetur. Vnde non potest dici minor Patre, propter inuisibilem creaturā.

¶ Ad secundum dicendum, quòd missio visibilis Spiritussancti non attenditur secundum visionem imaginariam, quæ est visio prophetica: quia, vt Aug. dicit 2. de Trin. * visio prophetica non est exhibita corporeis oculis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales corporum imagines. Columbam verò illam & ignem oculis viderunt quicunque viderunt. Neque iterū sic se habuit Spiritussanctus ad huiusmodi species, sicut, Filius ad petram: quia dicitur, Petra erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & peractionis modum nuncupata est nomine Christi, quam significabat. Sed illa columba & ignis ad hæc tantū significanda repente extiterunt. Sed videntur esse similia flammæ illi, quæ in rubo apparuit Moysi, & illi columbæ quā populus in eremo sequebatur, & fulguribus ac tonitruis, quę fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarū corporalis extitit species, vt aliquid significaret atque prædiceret. Si igitur apparet, quòd missio visibilis neque attēditur secundum visiones prophetic as, quæ fuerunt imaginariæ & non corporales, neque secundū signa sacramentalia veteris & noui Testa. in quibus quædam res præexistentes assumuntur ad aliquid significandum. Sed Spiritussanctus visibiliter dicitur esse missus, inquantum fuit monstratus in quibusdam creaturis, sicut in signis ad hoc specialiter factis.

¶ Ad tertium dicendū, q, licet illas creaturas visibiles tota Trinitas operata sit, tamē factæ sunt ad demonstrādū specialiter hāc vel illā personā. Sicut enim diuersis nominibus significatur Pater & Filius & Spiritussan. ita etiā diuersis rebus significari potuerūt: q, uis iter eos nulla sit separatio, aut diuersitas.

* in cor.

¶ Ad quartū dicendū, q, personam Filij declarari oportuit vt sanctificationis autorē (vt dictū est.*) Et ideo oportuit quod missio visibilis Filij fieret secūdū naturā rationalē, cuius est agere, & cui potest competere sanctificari. Indiciū aūt sanctificationis esse potuit quæcūq; alia creatura. Neque oportuit q, creatura visibilis ad hoc formata esset assumpta à Spiritu-sancto in vnitatē personæ, cùm no assumeretur ad aliquid agēdū, sed ad indicandum tantū. Et propter hoc etiam non oportuit quod duraret, nisi quandiu perageret officium suum.

¶ Ad quintum dicendum quòd illę creaturæ visibiles formatę sunt ministerio angelorum: non tamen ad significandum personam angeli, sed ad significandam personam Spiritussancti. Quia igitur Spiritussanctus erat in illis creaturis visibilibus, sicut signatum in signo, propter hoc secundum eas Spiritussanctus visibiliter mitti dicitur & non angelus.

¶ Ad sextum dicendū q, non est de necessitate inuisibilis missionis, vt semper manifestetur per aliquod signum visibile exteriorius: sed, sicut dicitur 1. Cor. 12. manifestatio Spiritus datur alicui advtilitatem sanctæ Eccleśiæ. Quæ quidem vtilitas est, vt per huiusmodi visibilia signa fides cōfirmetur & propagetur. Quod quidem principaliter factum est per Christū & per Apostolos, secundum illud Hebr. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominū ab eis qui audiuerunt, in nos confirmata est. Et ideo specialiter debuit fieri missio visibilis Spiritussancti ad Christū, ad Apostolos, & ad aliquos primitiuos Sanctos, in quibus quodammodo Ecclesia fundabatur, ita tamen q, visibilis missio facta ad Christum, demōstraret missionem inuisibilem: non tunc, sed in principio suæ conceptionis ad eum factam*. Facta autem est missio visibilis ad Christum in baptismo quidem sub specie columbę, quod est animal fœcundum, ad ostendendum, in Christo autoritatem donandi gratiam per specialem regenerationem vnde vox Patris intonuit, Hic est filius meus dilectus) vt ad similitudinem vnigeniti alii regenerarētur. In transfiguratione vero sub specie nubis ludice ad ostendendum exuberantiam doctrinæ. Vnde dictū est, Ipsum audite. Ad Apostolos autem sub specie flatus, ad ostendendum potestatem ministerij in dispensatione sacramentorum. Vnde dictum est eis, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sed sub linguis igneis ad ostendendum officium doctrinæ. Vnde dicitur q, cæperunt loqui variis linguis. Ad Patres autem veteris Testamenti missio visibilis Spūsan. fieri non debuit, quia prius debuit perfici missio visibilis Filij, quam Spiritussancti, cum Spiritussanctus manifestet Filium, sicut filius Patrem. Fuerūt autem factæ visibiles apparitiones diuinarum personarum patribus veteris Testamēti. Quæ quidem missiones visibiles dici non possunt: quia non fuerunt factæ, secúdum August.* ad designandum inhabitationem diuinæ personæ per gratiā, sed ad aliquid aliud manifestandum.

* ibid. c. 10. de trin. c. 2.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum aliqua persona diuina mittatur, nisi ab ea à qua procedit æternaliter.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q, nulla persona diuina mittatur, nisi ab ea à qua procedit æternaliter. Quia sicut dicit Augustin. de Trin. * Pater à nullo mittitur, quia à nullo est. Si ergo aliqua persona diuina mittitur ab alia, oportet quòd sit ab illa.

* 4. de trin. c. 20.

¶ 2 Præterea, Mittens habet autoritatem respectu missi, sed respectu diuinæ personæ non potest haberi autoritas, nisi secundum originem. Ergo oportet quòd diuina persona quæ mittitur, sit a persona mittente.

¶ 3 Præterea, Si persona diuina potest mitti ab eo à quo non est, nihil prohibebit dicere quòd Spiritussanctus detur ab homine quamuis non sit ab eo. Quod est contra Aug. 4. de Trinit. * Ergo diuina persona non mittitur nisi ab ea à qua est.

* ibid. cap. 20.

¶ SED CONTRA est quod filius mittitur à Spiritussancto, secundum illud Isa. 48. Nunc misit me Dominus Deus & Spiritus eius, Filius autem non est à Spiritussancto. Ergo persona diuina mittitur ab ea à qua non est.

¶ RESPONDEO dicendum, q, circa hoc inueniuntur aliqui diuersimode locuti esse. Secundum quosdam enim persona diuina non mittitur nisi ab eo à quo est æternaliter. Et secundum hoc cùm dicitur filius Dei missus à Spiritussancto, referendum est hoc ad humanam naturam, secúdum quam missus est ad prædicandum à Spiritusancto. Augustin. autē dicit 2. de Trintt.* q, Filius mittitur & à se & à Spiritusancto: & Spiritussanctus etiā mittitur & à se & à Filio, vt sic mitti in diuinis non cōueniat cuilibet personæ, sed solùm personæ ab alio existenti: mittere autem conuenit cuilibet personæ. Vtrunq; autem habet aliquo modo veritatē, quia cùm dicitur aliqua persona mitti, designatur & ipsa persona ab alio existēs, & esse actus visibilis, aut inuisibilis, secundum quem missio diuinæ psonæ attenditur. Si igitur mittens designetur vt principium personæ qui mittitur, sic non quælibet persona mittit, sed solùm illa cui conuenit esse principium illius personæ. Et sic filius mittitur tantùm à Patre, Spiritussanctus autem à Patre & filio. Si vero persona mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam. Non autem propter hoc homo dat Spiritumsanctum, quianec effectum gratiæ potest causare. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

* c. 27.

QVÆST.

Super Quæstionis quadragesimæ quartæ articulum primum.

IN titulo omne ens, non stat pro omni re alia à Deo, alioquin superfluereter se quę articulus, sed stat pro omni re, quæ propriè dicitur ens, vt sunt apud nos composita: & in superioribus, quæ subsistunt, ly creatum non propriè sumitur: quoniam in toto decursu huius articu. nulla fit difficultas de causalitatis modo significato p creationem: sed significatiue. hoc enim intēdit discutere. Vnde hic idē tituli in distinctione artículorū huius quæstionis apponitur in litera primo, sic, Vtrū Deº sit causa efficiēs omniū entiū: magis manifestè pater quod diximus: & idem etiam ostendit litera in cōclusione responsiua. Vtrū est aūt Autor non easu ly causa efficiēs & ly creatū, sed ex ratione vt ostenderet q, gratia materiæ hæc duo coincidunt, omne ens est creatū & omne ens est factum à Deo, &c.

¶ In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæ sito affirmatiuè. Necesse est omne quod quocunq; modo est à Deo esse & p, batur sic, Omne imētum in aliquo per participationem causatur, ab eo cui inest per essentiam. Sed esse inuenitur in omnib⁹ aliis à Deo per participationē & in Deo per essentiam ergo omnia alia entia à causa sunt ab ipso Deo. Maior manifestatur in 2. & 3. de trin. ferro ignito & igne. Minor vero quo ad Deum, probatur ex quæstione tertia, in qua probatum est quod Deus est ipsū esse subsistens, non est nisi vnum ergo omnia alia à Deo nō sunt suum esse: ergo participāt esse. Antecedens & probatū dicunt, quæst. septima articulo primo ad tertiū. & clari* articulo secūdo eiusdē quæstionis: & manifestatur exēplo, sicut si albedo esset subsistēs &c. & additur ratio, q, multiplicatio est secundum recipientia. Et confirmatur ratio autoritatibus Platonis & Arist. ¶ Circa hanc rationem multa sunt aduertenda, & circa literā & circa rē. Circa literā quidem aduertite primo, q, quum in cōclusione dicitur, omne quod quocūq; modo est significatur omnis modus entis: cōstituitur is cuiuscūq; generis, & nō communis. sed transcendens modus, quo eas distinguitur per actum & potentia. Secundo aduertite quod sensus est omne quod est quid, quale, vel quantum, &c. Et non est sensus, omne quod est actu, vel potentia, dico autem hoc propter materiam primam, quę sequenti referuntur articulo: & propter ipsum actum essendi, de quo verificari non potest quod nō est ipsum esse, quod tamē in minore subsumitur de omni alio à Deo. Aduertite secundo, quod pro eodem reputat litera, quod omnia alia à Deo non sunt suum esse, & participāt esse. Quo ad rem vero scito, quòd illa ratio in terminis communibus communis est sapientibus fere omnibus: dissensio autem est in expositione terminorum & probatiopibus. Ad euidentiam igitur maioris, scito quod illa communis est Platonicis & Peripatecis, si illud per essentiam inuenitur, & est propositio secundum se immediata: quo ad nos autem manifestatur: quia imperfecta à perfectis, & per aliud à se per naturaliter dependentia. Vocatur autem res per essentiam, quando habet tres conditiones. Primò, quod est ipsa natura, puta bonitas vel albedo. Secundo, quod non est contracta quouis modo: quòd dico propter animam intellectiuam & imaginarias positiones, si albedo vt quatuor sepatetur, & sic subsistens: quod dico propter modum significandi nominis abstracti: res enim albedinis nomine significata, non est albedo per essentiam nisi secundum modum significandi. Res autem per participationem constituitur ex contractione latitudinis alicuius rationis formalis quouis modo contingat siue subsistāt siue gradualiter, siue quouis alio modo.

¶ Circa minorem nota quod omnes cōcedunt solum Deum esse ens per essentiam: diuersimodè tamē exponunt. Scot. enim in primo

QVÆSTIO QVADRAGESIMA QUARTA, de processione creaturarum à Deo, & de omniumentium prima causa, in quatuor articulos diuisa.

POST cōsiderationem diuinarum personarū cōsiderandum restat de processione creaturarum à Deo. Erit autem hæc cōsideratio tripartita, vt primo cōsideretur de productione creaturarū. Secundo, de earum distinctione. Tertio, de cōseruatione & gubernatione. Circa primū tria sunt considerāda, primo quidē, quæ sit prima causa entium. Secundo, de modo procedēdi creaturarū à prima causa. Tertiò verò, de principio durationis rerum.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum Deus sit causa efficiens omnium entium.

¶ Secúdo, vtrum materia prima sit creata à Deo, vel sit principium ex æquo coordinatum ei. ¶ Tertio, vtrum Deus sit causa exemplaris rerum, vel sint alia exemplaria præter ipsum. ¶ Quartò, vtrum ipse sit causa finalis rerum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum sit necessarium omne ens esse creatum à Deo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit necessarium omne ens esse creatum à Deo. Nihil enim prohibet inueniri rē fine eo quod non est de ratione rei: sicut hominem sine albedine. Sed habitudo causati ad causam non videtur esse de ratione entium, quia sine hac possunt aliqua entia intelligi. Ergo sine hac possunt esse. Ergo nihil prohibet esse aliqua entia non creata à Deo.

¶ 2 Præterea, Ad hoc aliquid indiget causa efficiēte vt sit. Ergo quod non potest non esse, non indiget causa efficiente, Sed nullum necessarium potest non esse: quia quod necesse est esse, non potest non esse. Cùm igitur multa sint necessaria in rebus, videtur quòd non omnia entia sint à Deo.

¶ 3 Præterea, Quoruncunque est aliqua causa, in his potest fieri demonstratio per causam illam, Sed in mathematicis non fit demonstratio per causam agentem, vt per Philosophum patet in tertio Metaphysicorum*. Non igitur omnia entia sunt à Deo sicut à causa agente.

* text. 4.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Romanorum vndecimo capite. Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

¶ RESPONDEO dicendum quod necesse est dicere omnē ens quod quocūque modo est, à Deo esse. Si enim aliquid inuenitur in aliquo p participationem necesse est quod causetur in ipso ab eo cui est sētialiter cōuenit: sicut ferrū fit ignitū ab igne. Ostēsum est autem suprà*, cùm de diuina simplicitate ageretur, quod Deus est ipsū esse per se subsistens. Et iterū ostēsum est*, quod esse subsistēs non posset esse nisi vnū: sicut si albedo esset subsistēs, nō posset esse nisi vna, cū albedines multiplicētur secūdum recipiētia. Relinquitur ergo quod omnia alia a Deo non sint suum esse, sed participāt esse. Necesse est igitur, quòd omnia quæ diuersificātur secundū diuersam participationē essendi, vt sint perfectius, vel minùs perfecte, causari ab vno primo ente, quòd Perfectissimè est*. Vnde & Plato dixit, quòd necesse est ante omnē multitudinem ponere vnitatem. Et Arist. dicit in secúdo Metaphysicorum*, quòd id quod est maximè ens & maximè verum est causa omnis entis & omnis veri, sicut id quod maximè calidū est, est causa omnis caliditatis.

* q.3. articu. 4.
* qō. 11. articu. 3. & 4.
* 31. 33
* text. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd licet habitudo ad causam nō intret diffinitionem entis, quod est causatum, tamen sequitur ad ea quæ sunt de eius ratiōe, quia ex hoc quod aliquid per participationem est ens, sequitur quod sit causatū ab alio. Vnde huiusmodi ens non potest esse quin sit causatū, sicut nec homo, quin sit risibile. Sed quia esse causatū non est de ratione entis simpliciter, propter hoc inuenitur aliquod ens non causatum.

¶ Ad secundum dicendum, quod ex hac ratione quidam moti fuerunt ad ponēdum, quod id quod est necessarium, non habeat causam, vt dicitur in 8. Phy sic. Sed hoc manifestè falsum apparet in scientiis demonstratiuis, in quib⁹ principia necessaria sunt causæ conclusionum necessariarū. Et ideo dicit Arist. in 5. Met*. quod sunt quædā necessaria, quæ habēt causā suæ necessitatis. Nō ergo propter hoc solum requiritur causa agēs quia effectus potest nō esse, sed q, a effectus nō esset, si causa nō esset. Hęcenim cōditionalis est vera, siue antecedes & cōsequens sint possibilia, siue impossibilia.

* text. 6.

¶ Ad tertium dicendū, quòd mathematica accipiūtur, vt abstracta secundū rationē*, cum tamen nō sint abstracta secundū esse. Vnicuique autem cōpetit habere causam agentē, secúdum quod habet esse. Licet igitur ea quæ sunt mathematica, habeāt causam agentem: non tamen secundū habitudinem quam habent ad causam agentem, cadunt sub consideratione mathematici. Et ideo in scientiis mathematicis non demonstratur aliquid per causam agentem.

* 27 d

eiusdem rationis sit solùm penes recipientia. Alterum ab verum sit quod omnia alia à Deo non sunt suum esse quod in Commentariis de ente & essentia capiquinto requiritur ibidem quòque multa pertinentia ad vnitatem ipsius esse p essentiam ex eius irreceptione reperies: vnde & hic pertranseo.

¶ Circa vim huius rationis aduerte duo. Primò quod licet nō cōcludat explicitē nisi ergo omne ens est à Deo, omittendo quod effectiuè, pro cōstanti tamē relictum est, quod effectiuè: quoniā cum naturalissimum sit vnicuique agere sibi simile, & impossibile sit aliquid aliud perfectius sui similitudinem efficere quam id quod est tale per essentiam: consequens est necessario, quòd ipsum sit primum faciens talia per participationem, nisi forte inueniatur aliquid eminę tius prædictis illud: quod in proposito non habet locū, cum nihil possit esse tius prædictis illud: quod in proposito non habet locū, cum nihil possit esse cogitari eminentius ipso esse per essentiam. Secundo, quòd Autor tractans de creatione hic subtilissima arte vtitur est processus: nam quæ ex veté propriis Creatione hic subtilissima arte vtitur est processus: nam quæ ex veté propriis Creare enim, cum nihil aliud sit quàm facere q, res sint & non includat quod sint tales vel tales, idem est quæ tere creatorem entium omnium, & causam essendi omnium inquantum entia, vt etiam inferius clarius patebit. Non potest autem magis propria causa entium inquantum entia sunt, assignari, quàm esse per essentiam, vt sic sicut viuentium (inquantum viuentia) vita per essentiam, & verorum (inquantum vera) veritas per essentiam: iuxta autoritatem secundi Met. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

propositionem 18. lib. de causis subintellecta proprietate causæ effectiuæ, quæ est facere sibi simile.

¶ In responsione ad primū esset dubiū an relatio creationis passiuè distinguatur realiter à re creata sed de hoc erit sermo, art. 1. quæst. quadragesimæ quintæ.

¶ In responsione ad secūdum aduerte, q̄ responsio formalis consistit in negatione illius matoris. q̄ nō potest non esse nō indiget causa efficiente seu nō indiget causa. dātur simplicēs cōtingit ex duobus vel ex eo quod pōt esse & nō esse, vel ex eo q̄d non esset si causa in quātum causa nō esset, id est si ab alio nō haberet illud esse. hāc enim sensum Causæ nomē insinuat. Et hāc interpretationē diligenter nota to per eā enim soluitur dubitatio minus pene- trātiū hāc litera, & instā capi. 69. tiū q̄ nō valet: hoc nō est 98. 229 fectū illud nō esset: ergo & 230. & illud est causa huius, vt rom. 11. patet in correlatiuis & lec. 5 & etiā in hoc & trisibili. phy. 8. homo enim non esset, si & lec. 2. trisibile nō est causa *tex. 62. hoīs. Cessāt enim hæc *cap. 7. ōia, si per speciem fuerit quod litera de causa in quantū cā, & non de re, quæ est causa, absolutè loquitur. Valet enim A non esse, si causa illius nō esset, id est si nō causa- fuerit. ergo A eget cā. Illi autē interpretabantur de re quæ est causa materialiter.

¶ Circa eandē respōsio nē diligēter aduerte, q̄ Autor explicitè cōcedit plura entia necessaria: q̄ etiā probat in secūdo contra Gēt. cap. tertio. Et scito, q̄ sic m̄ rē nulla forte est dissensio Scoti ab Autore: sed tātūm6 in vocabulis quoniā Scotus & alij sequaces eius nolē Necessarij simpliciter intelligunt id quod nulla potentia potest non esse: & sic solum Deū dicunt necessariū simpliciter. S. Tho. aūt Peripatheticis sermonibus assuetus, iuxta intentiones quinti Meta. necessārium simpliciter vocat id quod nō pōt nō esse p porētiam in se. Et propterea cōcedit & ꝓbat multa entia necessaria simpliciter. Et reuera: q̄ iudicii de rebus debet dari & dici scīm ꝓpria ipsarū rerum, & nō secundū extranea rationābiliter est nominatio Autoris, quoniā multa entia sunt quæ in se nullā habent potentiā ad nō esse. & sic verū est simpliciter, q̄ nō possunt nō esse & cōsequenter q̄ sunt entia necessaria, quāuis secundū potentiā logicam, & potentiā in alio. C Deo omnia alia à Deo possunt nō esse. Et hinc habes quam pueriliter me dicā ignoranter) præsumpserunt quidā dicere, quòd verba S. Tho. in hac materia male sonāt. Attendāt naturis rerum, sermoni formali ac proprio, & intentionibus metaphysicis, & deprehendent cæcitatem propriam.

¶ Circa eadem aduertēdū nota, q̄ quidā autorizātes allatas in litera ex quinto Met. tex. 6. & 8. Phy. tex. 11. dicūt nō esse ad propositū: quia Arist. loquitur de cōplexis & nō de incomplexis. Sed rudis valde interpretatio hæc est. Tum quia 8. Phys. hoc dicit tractādo de principio motus æterni cōtra Democritū volens q̄ rei æternæ quæreda sit causa: & ad hoc manifestādū inducit de trisgulo habentes tres angulos. Tum quia 7. Met. postquam de cōplexis tractauit, subdit: duplex esse necessariū, scilicet ex se & ab alio & vult quòd necessariū ex se sit omnino simplex, & loquitur de Deo. Tum quia causa complexorum in essendo est causa in rerum natura illius esse quod sub affirmatione vel negatione subiacet, quod constat esse incomplexum: omnis namque complexio in sola est anima.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ quartæ Articulum secundum,*

IN titulo creatum non accipitur propriè, vt distinguitur contra increatum, scilicet increatum effectiuè.

¶ In corpore duo facit. Primò ponit tres ordines causarum efficientium, paulatim à Philosophis inuentos. Secundo ibi, hoc igitur, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, quatuor dicit. Primo primum ordinem causarum transmutationum accidentalium. Secundo, secundū ordinem causarū transmutationum substantialium: Tertio ibi: Sed cōsiderandum est, conuenientia inter hos ordines inter se, & consistit in hoc q̄ vtrobique Philosophi causas agentes particulares rebus assignauerunt, quod probatur quia vtroque modo cōsiderauerunt ens particulare particulariter, scilicet inquantū est tale ens: vel inquantum est hoc ens, quod probatur quia sicut subiectū per formā accidentalem contrahitur ad determinatum modum essendi, ita materia prima per formam substantialem ad determinatā speciē. Quarto tertiū ordinē ponit causarū & in eo est causa entiū inquantū sunt entia: & inuestigata dicitur hæc causa ex cōsideratione entiū, nō solū secundū od sunt hęc vel illa, vt in priorib. sed secundū q̄ sunt entia. Tres enim hic ponūtur rerū cōditiones, s. esse accidētale, esse substātiale & esse absolutè, quæ inter se non vnifomiter distinguntur. Nā inter esse substātiale & accidentale manifesta est disparatio. Esse autem absolutè nō est tertia res fed se habet ad illa, qua sicut animal ad eale est tale animal. Et propterea, quamuis sensper quem sit aliquod esse siue substantiale, siue accidentale fiat esse, sicut quum sit homo fit animal: & quum album fit coloratum. Non tamen semper esse, fit per se sed quandoque per accidens & quando q̄ se q̄ se p accidens, ab omni tia. Et propterea in litera dicitur q̄ cōsiderandū est q̄ materia per formā contrahitur ad determinatā speciē, & sicut substātia alicui⁹ spēi per accidēs ei aduenientes contrahitur ad determinatum modum essendi, vt homo contrahitur per albū. Vtrique igitur cōsideranda erunt ens particulare quadam consideratione: vel in quantum est vel quantum est tale ens. & sic rebus causas agētes particulares assignauerunt. Et vlterius aliqui cerexerunt se ad considerandū ens, inquantū est ens: & considerauerunt causam rerum non solum secundū quod sunt hæc vel talia, sed secundū quod sunt entia. Hoc igitur quod est causa rerū inquātum sunt entia, oportet esse causam rerum, nō solum secundum quod sunt talia per fomas accidentales, nec secundum quod sunt hæc, per formas substantiales, sed etiam secundum omne illud quod pertinet ad esse illorum quocunque modo. Et sic oportet ponere etiam materiam primam creatam ab vniuersali causa entium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd Philo. in 1. Phy. loquitur de fieri particulari quod est de forma in formā siue accidētalem, siue substantialem: nunc autē loquimur de rebus secundum emanationem earum ab vniuersali principio essendi. A qua quidē emanatiōe nec materia excluditur, licet à primo modo factionis excludatur:

¶ Ad secundū dicendū q̄ passio & effectus actionis. Vnde & rationabile est q̄ primū principiū passionū sit effectus primi principij actiui. Nam omne imperfectū causatur a perfecto. Oportet enim primū principiū esse pfectissimū, vt dicit Ari. in 12. Met.

¶ Ad tertium dicēdum q̄ ratio prima non ostendit. quod materia non sit creata, sed q̄nō sit creata sine forma. Licet enim omne creatum sit in actu, nō tamen est actus, purus. Vnde oportet q̄ etiam illud quod se habet ex parte potētiæ, sit creatū, si totū quod ad esse ipsius pertinet, creatum est.

¶ Circa conueniētiam inter primos ordines & differētiam eorum à tertio, dubiū occurit quia tum valet ratio reddita in litera: dum dicitur quod quia materia contrahitur per formam sicut substantia, &c. Ideo vtrobique considerate particulares, & propter- ea restat considerandū ens fecūdum q̄ ens & falsitas. Hæc satis ambigua sunt & ꝓpter auctoritatem & propter- tatem quidem: quia vt patet 12. Meta. tex. 18. causæ entis inquantum ens sunt causæ factiones subſtātiā ex pura potētia. Et 5. Physic. text. 3. dicitur, quod in generatione subſtantiali sit ens simpliciter ex nō ente simpliciter: ergo sit ens secundum quod ens & idem millies habetur in Philosophia Arī. Propter rationem autem quia fieri ens in quantum ens, & inquantum ens actu, idem est: quoniā potentia est conditio diminuens, vt dicitur 4. Met. com. 35. sed ens in actu sit per se ex ente in potentia pura: ergo per transmutationē subſtantialem fit ens inquantum ens. Et sic differentia assignata in litera nulla est, & ratio eius ruit: quia materia etsi contrahatur, non tamen contrahitur quasi fecundum se sit, sed quia ex contractione accipit esse in actu simpliciter quoniam secundum se neque quid nec quale, neque aliquid est aliorum generum, vt dicitur 7. Metaphy. text. 8.

¶ Circa ipsum tertiū ordinē, dubiū occurrit falsū supponis q̄ ens inquātū ens habeat cām effectiuā. Si enim ens inquātū ens haberet cām effectiuā omne ens haberet cām effectiuā: secundū quod est ens & sic Deus vt ens esset causatus, &c & valet sequela: & si ly inquantū teneatur ꝓ specificatiuè, vt patet quod dicitur ens in quantū ens, est subiectū Metaphy. ergo omne ens, sc̄m q̄ est subiectum Meta.

¶ Antequam ad hoc respondeatur secunda pars corporis articuli tradanda est, vt simul omnia pateant quæ conexa sunt. Respōdet igitur Autor quæstio affirmatiuè, & oportet materia primā esse creatā ab vniuersali entiū causa q̄ Deus est. Probatur: causa entiū, inquantū entia est causa entium sc̄m omne illud quod pertinet ad esse ipsorū quocunq; modo: ergo oportet materiā primam esse ab vniuersali entium causa: consequentia patet & aūs infertur in litera ex præmissa differentia inter causam entiū inquantū entia & causas trāsmutationum, s. q̄ istæ sunt causæ entiū, inquantum hæc, vel talia illa, inquantum sunt entia.

¶ Circa aūs huius rationis dubium occurrit: quantum valeat, A est causa entium inquantum entia: ergo est causa omnis eius quod pertinet ad esse eorum. Quū nō valeat, A est causa hominis inquantū homo: ergo est causa omnis eius q̄ pertinet ad esse hominis & similiter de causa bouis, & cæterorū. Ergo non valet, pares, si fingāmus ideas Platonicas esse per se causas sensibilū: cōstat enim q̄ idea hominis esset causa hominum, vt sic: & tamen non causaret materiam quæ tamen est pars hominis: & idem iudicium de quocunq; trāsmutante est.

¶ Ad euidentiam harum difficultatum, prælibandum est quando ens fit per se. Iuxta doctrinam igitur primi Physi. text. 76. dupliciter in communi loquendo contingit fieri aliquid, s. per se & per accidens. Et vt ibi dicitur, illud fit per se cuius ratio ipsimediate ante hoc non fuit. Illud vero fit per accidens cuius ratio antequam fieret, erat ex emplum primi quando coloratum fit ex non colorato: exemplum secundi quando ex nigro fit coloratum, quia fit album. In ergo non præerat coloratū: & ratio huius differentiæ assignatur ibidem optime, scilicet quia nullum agens per se intendit facere id quod est fed quod non est, vt fit. Et lumitur ly ex in ꝓposito nō vt denotat habitudinē subiecti fed ordinē durationis ad terminū à quo, ita quod significat idem quod post, vt patet ibidē.

Ens igitur dupliciter contingit fieri, s. per accidens & per se. Per accidens quidē fit qñ factio inuenit ens seu quando fit ex ente, sicut quando coloratum fit ex nigro. Per se aūt, qñ fit ex non ente, sicut quum coloratum fit ex non colorato propter eandem cām. Et quoniā omne transmutans aliquod ens in actu inuenit, ex quo facit aliud ens in actu: ideo nullū transmutans facit per se ens, sed per accidens tantum. Ex quo enim inuenit ēs licet nō illud quod intendit generare, non ideo agit ꝓ se vt faciat ēs: sed accidit vt intendēdo facere tale ens, faciat etiā ens. Vnde si non intenderet facere nisi ēs, nō ageret, quia iam ante actionē suam est. Si itaque Peripatetica hæc doctrina, & optime fundata su p continua experiētia & ratiōe vera est, oportet dicere q̄ sicut ad hoc ꝙ coloratum fiat per se, oportet q̄ nō præfuerit colorati, ita ad hoc q̄ ēs fiat per se, oportet quod nō præfuerit ens, hoc aūt est nihil præsse, & tonē fieri nō ex aliquo. Et sic oportet q̄ fi ens fit per se, q̄ fiat post nihil ipsius entis. Et ex his patet ratio dictorū in litera, ex eo nanq; q̄ trāsmutās of inuentum subiectū determinat, ma tiisse, patet sequela q̄ nō facit per se ēs sed de terminat ad hoc, vel illud. Materia est prima est secūdū se nō sit qd, vel quale, est tamen tali pacto ens qd vnūquodque ex se ꝓducibile sepsa ponit extra nihil. est. Et aliquid omniū. Et propterea meritō impedit cātionē entis in eo ꝙ ens, & ab agēte per se ens, oportet ꝓduci effectiuè vt in litera dicitur.

¶ Ad primū ergo dubiū dicitur, q̄ de causis intrinsecis loquēdo, exdē quibus nō eodē modo, sunt causæ entiū in eo q̄ entia: & trāsmutabilium vt sic, s. materia & forma, vt patet primo Phy. & 7. Meta. Trāsmutabilis est entia inquātum entia ex materia & forma cōstant separata autem à materia ex sola forma. De principiis quoq; extrinsecis loquendo, principia trāsmutabilium & entium vt sic, materialiter coincidunt, quoniam Deus gloriosus est, & primus motor, & supremus finis, & primū essendi principiū & propterea indistinctè quandoq; inuenitur de causis entiū in eo ꝙ entia, & causis trāsmutationū. Oportet tamē diligenter lectorē discernere quādo formaliter & qñ materialiter sermo verificatur, Nos enim hic quia formaliter loquimur, ideo causas entiū in eo ꝙ entia à causis trāsmutationis separamus. Id vero q̄ additur ex 5. Phys. & similibus, nō obstat: quoniā aliud est fieri ens simpliciter, & aliud est fieri ens sc̄m q̄ ens. Illud enim importat fieri ens ex pura potentia, vt subiectō, hoc aūt fieri ens post nō ens simpliciter. Ad cōfē aūt cōcessō q̄ idē fit fieri per se ens & ens in actu, negādū est q̄ ens in actu fit per se q̄ fit ex pura potentia nunquā est per se fit nisi q̄ fit post non ens in actu: hoc aūt nunquā pōt per trāsmutationē cōtingere, vt patet ex dictis. Et eaue ne fallaris nesciens distinguere inter has propositiones, ens in actu fit ex ente in potētia per se & ens in actu fit per se. In prima enim notatur habitudo termini ad subiectū, & est vera: quia ēs ens in actu habet subiectū, eius subiectū per se est ens in potentia: & in hoc sensu ponitur in 12. Met. tex. 8. In secūda aūt notatur habitudo termini ad fieri absolutè. & propterea nunquā verificatur, q̄ ratio termini præerat.

¶ Ad secundū dubiū dicitur, q̄ à specificatiua ad vniuersalē, nec valet cōsequentia simpliciter nec cū nota specificationis formaliter loquēdo. Non enim valet, sortes est crispus secūdū quo capillatus: ergo os capillatus vt sic, est crispus, &c. vnde cā in ista, ens inquantū ens habet causas, teneatur ly inquantū specificati, nō, qñ fensus est, q̄ ens habet cās nō solū secundū speciales rationes essendi, puta humanū equinū, &c. sed etiā secūdū ipsam entis rationē, quāuis nō in quolibet quia nō in Deo. nō solū enim Sortes dependet q̄ est homo, vel animal: sed etiā quia est, &c. De instantia verò allata, nihil nocet: quia tenet gratia materiæ.

¶ Ad tertium verò dubiū dicitur, q̄ formaliter loquendo, in omni materia patet, A est causa effectiua per se B. inquantum B. ergo causa est omnis eius quod pertinet ad esse B, vt sic, alioquin non esset sufficiens & per se propria causa B. & sic propria causa hominis inquantū homo, est causa omnis eius quod pertinet ad hominis esse, vt sic, & similiter causa entis inquantū ens, est causa omnis eius q̄ pertinet ad ens, vt sic: & in hoc nō est differentia. Sed disparitas est in vltiori consequentia, gratia materiæ. Q uum enim inter ens, & reliqua specialia, puta homineum, animā &c. tantum distet, q̄ in aliis aliud est materia absolutè, & aliud materia vt est ens, quoniā materia absolutè est ingenerabilis & incorruptibilis: vt autem est propria hominis, est ab agente hominem. In ente verò, idem est materia, & materia vt entia: quoniam materia absolutè nō nisi entis esse potest: ideo in terminis specialibus non valet sequela, A est causa per hominis, ergo est cā omnis eius quod pertinet ad hominē. sed oportet addere vt sic, & postmodū nō valet vlterior sequela, ergo est cā omnis eius quod pertinet ad esse hominis &, ergo est cā materiæ quæ est pars hois: sed in termino vniuersalissimo, s. ens valet primo, A est cā omnis vt ens, ergo est cā omnis ei⁹ quod pertinet ad ens vt sic & valet: vlterius, ergo est cā omnis ei⁹ quod pertinet ad ens: & ergo est causa materiæ, quę est pars entis. vt in litera infertur.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulum tertium.*

IN titulo causa exemplaris sit aliquid præter Deum. Exemplatū enim habet similitudinem exēplaris: sed creaturæ longè sunt à diuina similitudine, Nō ergo Deus est causa exemplaris earum.

¶ 2 Præterea, Omne qđ est p participationē, reducitur ad aliquid per se existens, vt ignitū ad ignem sicut iam dictū est*. Sed quęcunq; sunt in sensibilib⁹ reb⁹ sunt sola p participionē alicui⁹ spēi. Quod ex hoc patet q̄ in nullo sensibiliū inuenitur solū id quod ad ratione speciei pertinet, sed ad iungūtur principiis speciei principia indiuiduantia. Oportet ergo ponere ipsas species per se existentes, vt per se hominē & p se equū, & hmōi. Et hæc dūr exemplaria. Sūt igitur exēplaria res quædā extra Deū.

¶ 3 Præterea. Sciētiæ & diffinitiōes sunt de ipsis speciebus, nō secundū q̄ sunt in partic ularib⁹: q̄a particulariū nō est sciētia, nec diffinitio. Ergo sunt quędā ētia quę sūt entia vel species nō in singularibus. Et hęc dicūtur exemplaria. Ergo idem quod prius.

¶ 4 Præterea, Hoc idē videtur p Dion. qui dicit 5. cap. de Diui. no. quod ipsum secundū se esse, prius est eo quod est, per se vitā esse & eo quod est, per se sapientiam esse.

¶ SED CONTRA est, q̄ exemplar est idem quod idea. Sed ideæ (secūdum quod Au. lib. 83. q. dicit*) sunt formę principales, quæ diuina intelligentia continētur. Ergo exemplaria rerum non sunt extra Deum.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ Deus est prima causa exēplaris omniumrerū. Ad cuius euidentiam considerandū est q̄ ad productionē alicuius rei ideo necessariū est ex emplar, vt effectus determinatā formā cōsequatur. Artifex enim ꝓducit determinatā formā in materia propter exēplar ad q̄ inspicit, siue illud sit exemplar ad quod ex tra intuetur, siue sit exēplar interius mente cōceptum. Manifestum autem quòd ea quæ naturaliter fiūt determinatas formas consequuntur. Hæc autem formarum determinatio oportet q̄ reducatur, sicut in primum principium, in diuinam sapientiam quæ ordinem vniuersi excogitauit, qui in rerum distinctione consistit. Et ideo oportet quòd in diuina sapientia sint rationes omnium rerū: quas suprà* diximus ideas, id est formas exemplares in mente diuina existentes. Quę quidem licet multiplicentur secundum respectum ad res, tamen non sunt realiter aliud à diuina essentia, prout eius similitudo à diuersis participari potest diuersimode. Sic igitur ipse Deus est primū exemplar omniū. Possunt etiam in creatis quædā aliorum exēplaria dici lecundū quod quędā sunt ad similitudinem aliorū, vel secundum eandem speciem, vel secundum analogiā alicuius imitationis.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum q̄ licet creaturæ non pertingāt ad hoc q̄ sint similes Deo secundum suam naturam similitudine speciei, vt homo genitus homini generanti, & attingūt tamē ad eius similitudinē secundum repræsentationē naturalis intellectæ à Deo, vt domus quæ est in materia domui quæ est in mente artificis.

¶ Ad secundum dicendū, quòd de ratione hominis est quod sit in materia. Et sic non potest inueniri homo sine materia. Licet igitur hic homo sit p participationē speciei, non tamen potest reduci ad aliquid existēs per se in eadem specie sed ad speciem superexcedentem, sicut sunt subſtātiæ separatæ. Et eadē rō est de aliis sensibilibus.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ licet quælibet scientia, & diffinitio sit solum entium, non tamen oportet q̄ res eundē modum habeāt in essendo, quem intellectus habet in intelligendo. Nos enim per virtutē intellect⁹ agentis abstrahimus species vniuersales à particularib⁹ cōditionibus: nō tamē oportet quòd vniuersalia præter particularia subſistant vt particularium exemplaria.

¶ Ad quartū dicendū, quòd sicut dicit Dio 11. c. de Diui. no. ꝓ se vitā, & per se sapientia quandoq; nominat ipsum Deū, quandoq; virtutes ipsis rebus datas: nō autem quasi

¶ *Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulum primum.*

IN titulo causa exemplaris sit quintū genus causę: sed coordinatur in quinto Metap. inter cās formales: est enim cā formalis rei, separata tamē. Nec vocatur exēplar ars factiua rei, sed id ad cui⁹ imitationē ars facit effectū: sīue illud sit res extra animā, siue int⁹, siue sit idē quod ipsa ars, siue non, formaliter enim loquimur. Posset Deū auté dicitur directe cōtra positionē Pla. attributā, de exēplaris. sensibiliū &c.

¶ In corpore est vna cōclusio responsiua ꝙsito Deus est primū exēplar omniū rerū: hæc cōclusio primò probatur: secūdo ibi, Possunt etiā in rebus creatis, manifestatur illa particula primū. Probatur: Determinatio formæ effectus est à cā exēplari, & res naturales determinatas formas cōsequuntur, ergo determinatio formarū naturaliū reducitur sicut in primū principiū in diuinā sapientiam, quæ ordinē vniuersi excogitauit: ergo in diuina sapientia sunt exemplares formæ omnium rerum. ergo ipse Deus est primū exemplar omnium rerum. Antecedēs pro prima parte declaratur in artificialib, de exemplari tam intus quam extra. Quo ad secundam verò partem manifestum est: consequentia vero probatur, quia ordo vniuersi in rerū distinctione consistit. Consequentia aūt tertia probatur excludendo simul obiectionē quandam, Probatio est: quia illæ exemplares rationes non sunt aliud realiter à diuina substantia. Obiectio verò est, quia huiusmodi formæ sunt multæ, substantia verò Dei vna. Exclusio aūt obiectionis est, quod multitudo ista non multiplicat diuinam rem, sed respectum ad creatas seu creabiles res, vt in 15. quæst. patuit. Deinde declaratur cur dixerit in conclusione ly primum, dicens quia possunt dari secundaria exemplaria perfectiora fiquidem entia exemplaria dici possunt inferiorum, vt Philosophi dicunt.

¶ Circa necessitatem exemplaris causæ, scito quod determinationem formæ effectus esse proprium effectum causæ exēplaris, vt in litera dicitur, inductiua experientia manifestat. Videmus enim artifices formas artificialibus determinare secundū quod proponunt petentes huiusmodi artificialia: ipsum autem proponere, quod tale quid sit tantum, &c. volo, est exemplar dare: ex quo certa datur forma effectus. Veruntamen est quod huiusmodi operationem nō habet exemplar per se ipsum, sed per agens diuersimode tamen, quia per agens à proposito immediate: per agens verò naturale, mediatè: mediante scilicet datore naturæ. Et sic pro quanto opus naturæ est opus intelligētiæ: exemplaris causa ad determinandum omnibus effectibus formas, necessaria est. Et exemplaris causa sufficientiam agentis siue naturalis, siue à proposito non tollit. Nec ipsa superfluit, sed in suo ordine idem facit quòd agens alio causandi genere facit.

¶ Circa radicem cōclusionis rursus aduerte quod quia Autor supra determinationē formarum naturaliū, quā manifestē videmus, fundat processum suum ad ponendum Deum esse causam exemplarem: & Aristo. confutat Pla. credentem exemplaria esse præter particularia agentia, ve res certas formas sortiantur, ne errare hīc cōtingat dupliciter potest ex determinatione formarū inferri q̄ sunt exemplatia. Vno modo sic, quod ex determinatis formis cōcludamus determinata exēplatia tanquam proximas rerum causas. Et sic falsum est, quoniā perirret principaliter actio agentis qua sunt apud nos: dos enim non generaret bouem. Alio modo sic, vt ex determinatis formis, inquantū ex eis consurgit ordo Vniuersi, concludamus earū exemplaria in prima causa: quæ ordinē excogitauit Vniuersi, tanquā partes ideæ ipsius ordinis. Et hoc est tationabile, eo quod exemplaralicuius totius perfectè non habetur, nisi propria partium exemplaria habeantur. & sic manifestè hoc procedit: vnde non auferrur causalitas proximarum causarum, sed cūm opus naturæ sit opus intelligentiæ, primæ rationes naturalium operum assignantur. Et sic habes vim primæ consequentiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In responsione ad secūdum habes glossam illius propositionis: Omne tale per participationem reducitur ad tale per essentiā, glossatur enim vel ad aliquid eminentius continens illud.

Super Quæstionis quadragesimaquarta Articulum quartum.

VN titulo ly omnium, distribuit pro omnibus rebus aliis à Deo: quoniam tractatus iste de causalitate Dei ad extra est.

237 In 1.q.65. arti. 2.& 1.q.103. arti. 3.& 2. dist. 1. quæst. 2. articu. 2. co. & 3. con. cap. 17. & 18. & tex. 70.

¶ In corpore vnica est conclusio, Diuina bonitas est finis rerum omnium. Probatur sic, Primum agens intendit solùm cōmunicare suam bonitatem, & vnaquæq; creatura intendit consequi illius similitudinē: ergo diuina bonitas est finis omniū rerum. Antecedens quo ad primā partē declaratur, ex differentia inter primum agens & reliqua agētia imperfecta, s. quod illa etiā agēdo intendūt aliquid acquirere, quia similiter agunt & patiuntur. hic verò nō propter acquisitionem, sed propter cōmunicationem tantum finis agit: Quo ad secundā verò partem probatur: quia idem est finis agentis & patiētis vt sic, quāuis diuerissimo de. Consequentia verò probatur quo ad primū agens, ex duabus propositionibus. Prima est, q̄ omne agens agit propter finē: quod probatur, quia alioquin ex actione agentis nō magis sequeretur hoc q̄ illud: in fit cui. secunda est, I de est finis agentis & patiētis: Quo ad creaturas verò, ex ante dicta appositione, scilicet idē est finis agētis & patientis.

¶ Circa prædicta pro quanto ponūt quod omnium rerum, cōprehendendo etiam primum agens, diuina bonitas est finis, aduerte quod Deꝰ potest dupliciter sumi. Primo modo absolutè, & sic eius nullus est finis. Alio modo vt primum agens & tunc dupliciter. Vno modo quantum ad rem, quæ est actio qua dicitur agens. Et sic rursus nullum habet finem, quia actio Dei est eius substantia: & sic consueuit dici, quod Deus agit propter finem non sui, sed aliorum, vt in quæstio. 19. artic. 1. ad primum tactum est. Alio modo formaliter secundum rationem actionis, & sic habet suam bonitatem finem suæ actionis: quia omne agens, vt in litera dicitur, agit propter finem. Et confirmatur, quia finis est causa causarum, id est causalitatis cæterarum causarum, ergo est causa causalitatis agentis, quod est esse causam suæ actionis. si igitur finis propter quem agit Deus est sua bonitas, ipsa erit causa quare Deus agit. Et hoc expresse conatur litera docere in corpore, & in responsione ad primum, distinguendo de agente propter finem consequendum vel communicandum, & in responsione ad quartum, docendo quòd non inconuenit in Deo secundum rationem distinguere bonitatem suam vt priorem causam à seipso vt agente. Et sic responsio amplior quodammodo est quàm quæstio. Dicit autem quodammodo quia non est extensa causalitas diuinæ bonitatis, vt finis ad plures res quàm sint omnes creaturæ: sed ad aliquam rationem in ipso creatore: vt sic vt patet vt dictis.

¶ Circa differentiam inter alia agentia & primum, scito quòd agentia imperfecta quæ agunt & patiuntur, sunt duplicia. Quædam quæ agunt & patiuntur ab his in quæ agunt per actionem. Et ista sunt quæ communicant in materia, vt dicitur in secundo de generatione. Quædam verò sunt quæ agunt & patiuntur, id est agunt mota ab alio. Et ista conditio est omninum secundorum agentium. Et dicuntur imperfecta eodem imperfectionis modo quo etiam omnia entia citra primum dicuntur imperfecta: quia deficiunt à primi nobilitate, & de his loquitur directè litera condistinguens contra ea primum agens sex eo nanque quod agunt quasi acta consequens est vt in agendo tendant quasi patientia in acquirendum seu conferendum (non enim refert quid horum dicatur in proposito: quoniam agere ad conferendum extra acquisitionis ordinem non est) aliquam propriam perfectionem & vt inquit Auer. 12. Meta. com. 36. saltem assimilationem ad primum causam in faciendo entia. Et hæc est summa perfectio, quoniam vt Dionysi inquit omnium diuinissimum, est Dei cooperatorem fieri.

¶ In responsione ad secundū nota tria, Primum est quòd innuitur quædam distinctio, cuius alterum tantum membrum exprimitur, scilicet forma geniti dupliciter, vno modo vt similis formæ generationis, alio modo tacetur. Innuitur

dā subsistēte res res. sicut antiqui posuerunt

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum Deus sit causa finalis omnium.

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur quòd Deus non sit causa finalis omnium. Agere enim propter finem, videtur esse alicuius indigentis fine. Sed Deus nullo est indigens. Ergo non competit sibi agere propter finem.

¶ 2 Præterea, Finis generationis, & forma generati, & agens non incidunt in idem numero. (vt dicitur in secundo Physic⁹.) Quia finis generationis est forma generati. Sed Deus est primum agens omnium: Non ergo est causa finalis omnium.

¶ 3 Præterea, Finē omnia appetūt. Sed Deū nō nomina appetūt: quia neq; omnia ipsū cognoscunt. Deus ergo nō est omniū finis.

¶ 4 Præterea, finalis causa est prima causarum. Si igitur Deus sit causa agēs & causa finalis, sequitur quod in eo sit prius & posterius. Quod est impossibile.

¶ SED CONTRA est, q̄ dicitur Prouerb. 6. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

¶ RESPONDEO dicendum quod omne agēs agit propter finem, Alioquin ex actione agentis nō magis sequeretur hoc quam illud nisi à casu[c]. Est autē idem finis agentis & patientis, inquantū huiusmodi, sed aliter & aliter. Vnum enim & idem est quod agens intēdit imprimere, & quod patiens intendit recipere. Sunt autē quædā quæ simul agūt & patiūtur, quæ sunt agētia imperfecta: & his conuenit quod etiam in agēdo intendant aliquid acquirere, Sed primo agenti, qui est agens tātum, non cōuenit agere propter acquisitionē alicuius finis, sed intendit solum communicare suā perfectionē quæ est eius bonitas. Et vnaquæque creatura intendit consequi suā perfectionē, quæ est similitudo perfectionis & bonitatis diuinæ[x], Sicergo diuina bonitas est finis rerum omnium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd agere propter indigentiam non est nisi agētis imperfecti, quod natum est agere & pati: Sed hoc Deo non competit. Et ideo, ipse solus est maximè liberalis: quia non agit propter suam vtilitatem, sed solùm propter suam bonitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quod forma generati nō est finis generationis, nisi inquātum est similitudo formę generātis[c], quod suā similitudinem cōmunicari intendit. Alias forma generati esset nobilior generante, cū finis sit nobilioris quæ sunt ad finē.

¶ Ad tertium dicēdum, quod omnia appetunt Deum[c] vt finē appetendo quodcūq; bonū, siue appetitu intelligibili, siue sēfibili, siue naturali, q̄ est fine cognitiōe. Quia nihil habet ratione boni & appetibilis, nisi secundū quod participat Dei similitudinē.

¶ Ad quartum dicendū q̄ cū Deus sit causa efficiens, exemplaris & finalis omniū rerū, & materia prima sit ab ipso: sequitur q̄ principium omniū rerum sit vnū secundū rē. Nihil tamen prohibet in eo considerari multa secundū rationē, quorum quædam prius cadāt in intellectu nostro, quam alia.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA QUINTA de Modo emanationis rerum à primo principio, in octo articulos diuisa.

DEINDE quæritur de modo emanatiōis rerū à primo principio qui dicitur creatio. De qua quærūtur octo. ¶ Primo, q̄d sit creatio, Secundò, vtrū Deus posit aliquid creare. ¶ Tertiò, vtrū creatio sit aliquod ens in rerum natura.

¶ Quartò, cui cōpetit creari. Quintò, vtrū solius Dei sit creare. ¶ Sexto, vtrū cōe sit toti Trinit., aut proprium alicuius psonæ. ¶ Septimo, vtrū vestigiū aliq̄d Trinitatis sit in creatis. ¶ Octauò, vtrū opꝰ creationis

nam. Absolute tamen & non de his vel illis agentibus loquendo, & comparando ea ad affectus, vt in hoc argumento fit, dicendum est quòd omnibus agentibus commune est agere propter se quamuis diuersimode. Quod sic manifestatur omne agens intendit facere sibi simile: ergo intēdit seipsum diffundere extendere, & ampliare, ob hoc nanque generans generat, vt perfeueret semper, eo quo potest modo, vt Philosophus dixit ibidem. In hoc autem q̄ dico ipsum diffundere seu cōmunicare duo clauduntur, s. diffundere, & ly seipsum, & quòd cōsequitur q. nullū agens seipsum intendat propter diffundere seu cōicare vt sic, sed vt diffundere intendat propter seipsum vt finē: & sic ipsum & cōmunicatio nis finis, & non econuerso. Differunt aūt agentia cætera à primo quo ad hoc q̄ reliqua cōjcationis ordinant ad se, id est ad suam vtilitatem. Quamuis hoc aliquo modo causa eius. Ergo creare non est ex nihilo aliquid facere.

¶ SED CONTRA est q̄ sup illud Ge. 1. In princip. creauit Deus cælu, &c. dicit glos. q̄ creare est aliquid ex nihilo facere.

¶ RESPONDEO dicendū q̄ (sicut supra dictū est*) nō solū oportet considerare emanationē alicuius entis particularis ab aliquo particulari agente, sed etiā emanationem totius entis à causa vniuersali, quæ est Deus, & hācquidē emanationem designamus nomine creationis. Quod autem procedit secundū emanationem particularem, nō præsupponitur emanationi. Sicut si generatur homo, nō fuit prius homo, sed homo fit ex nō homine, & album ex non albo. Vnde si cōsidaretur emanatio totius entis vniuersalis à primo principio, impossibile est q̄ aliquod ens præsupponatur huic emanationi. Idē autē est nihil, quod nullū ens. Sicut igitur generatio hominis est ex non ente, quod est non homo, ita creatio quæ est emanatio totius esse, est ex non ente: quod est nihil[c].

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd Aug. æquiuocè vtitur nomine creationis, secundū quòd creari dicuntur ea, quæ in melius reformātur, vt cùm dicitur aliquis creari in Episcopū. Sic autē non loquimur hic de creatione, sed sicut dictum est*.

¶ Ad secundū dicendū q̄ mutationes accipiunt specię & dignitatē non à termino à quo, sed à termino ad quē. Tāto ergo perfectior & prior est aliqua mutatio, quanto terminꝰ ad quem illius mutationis est nobilior & prior: licet terminꝰ à quo qui opponitur termino ad quē, sit imperfectior. Sicut generatio simpliciter est nobilior & prior quàm alteratio, ꝓpter hoc q̄ forma substantialis est nobilior, quam forma accidētalis: tñ priuatio substantialis formæ, quæ est terminus à quo in generatiōe, est imperfectior quā contrarius, qđ est terminus à quo in alteratione. Et similiter creatio est perfectior & prior quam generatio & alteratio, quia terminus ad quē est tota substantia rei. Id autē quod intelligitur vt terminus à quo est simpliciter non ens.

¶ Ad tertiū dicendū, quod cū dicitur aliquid ex nihilo fieri, hæc propositio ex, nō designat causam materiale, sed ordiné tantum, sicut cū dicitur, ex mane fit meridies, id est post mane fit meridies. Sed intelligēdum est quod hęc propositio, ex, potest includere negationē importatam in hoc q̄ dico nihil, vel includi ab ea. Si primo modo, tūc ordo remanet affirmatus: & ostenditur ordo eius qđ est ad nō esse præcedēs. Si verò negatio includat præpositionē, tūc ordo negatur & est sensus, id est ex nihilo.id est non fit ex aliquo[c]: sicut si dicatur, iste loquitur de nihilo, quia nō loquitur de ali

ênis est aliud ab agente oportet finem esse nobiliorem agente.

¶ Super Quæstionis quadragesimaquinta Articulum primum.

238 2. dist. 1. q. 1. artic. 2. Ferr. q. 1. artī. 1. & sup. 24.

TItulus in principio corporis manifesta bitur.

¶ In corpore duo facit. primo dicit quid nois creationis, secundo ridet quæsito,

¶ Quo ad primū duo dicit primo, quòd creatio significat emanationē totius entis à cā vniuersali. secundo quod signi ficatū inuenitur, q̄ probat quia, non solū oportet in reb⁹ inspicere emanationem particularem, sed vniuersalē, vt iam patet ex dictis.

¶ Quo ad secundum oē elusio rāsua est: Creatio est ex nihilo. Et pba tur sic: Quod p̄cedit se cundum emanationem particularem, non præsupponitur, ergo quod ens procedit emanatione vniuersali, impossibile est aliqđ ens præsupponi, ergo quod creatur fit ex non ente, q̄ est nihil: antecedens patet in dictiue. Quū fit homo, & album, &c. consequentia aūt manifesta relinquitur ex cōmuni ratione factionū proportionaliter appli cata. Secunda aūt sequela manifestatur & quo ad terminos (quia nihil idē est q̄ nullum ens: & creatio & emanatio totiꝰ entis) & quo ad similitudinē proportionis in generatiōe hominis ¶ Circa prædicta aduer te duo. Primū, est q̄ antecedēs cum suis inductionibus & consequentibus nō loquitur de fie ri ex non homine, aut non albo, & vniuersaliter ex nontali vt subiecto, quoniam sic intelligēdo, nihil concluderet. Posset enim dici, q̄ fit quū ens ex nō ente: q̄ est ens i potētia sic ut homo ex nō hoīe quia est homo in potētia, & albū ex nō albo: q̄ tñ est albū in potentia. Sed intēdit. Et, id est post. O portet enim hoīem fieri prius non hoīem, & albū prius nō albū, si p̄ sic. Nihil enim aliud hic intēdit, nisi supradictum fundamentū in primo Phys. tex. 76. Vnde & verba sua hic manifestē insinuāt hunc sensum, quā dicit, sicut ſ genera tur homo, nō fuit prius homo, cōtra ex nō hoīe distinguēs prius hoīem infinuarit, q̄ ly ex signifi cat post. Secūdo, quod nomine totius entis in positio nihil refert vnū intelligas totū vniuersum, aut aliquod particulare ens totū synca tegorematicè semper eoportet q̄ creatur, ex nihilo sui fieri, i. post nihil sui. Et ex hoc habes solutionē dubitatio nis quomodo anima in intellectiua creatur, & tamē fit semp in subiecto, scilicet post nihil sui. Et p hoc patet quod de nulla alia forma in materia verificatur.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ sextæ Articulum secundum.

TItulus patet.

¶ In corpore vnica est conclusio: Non solū est possibile, sed etiam necessarium omnia esse creata à Deo. Et probatur sic. Si Deus nō ageret nisi ex aliquo præsupposito, sequeretur q̄ illud præsuppositū non esset causatū ab ipso: sed nihil est in entibus in causatū ab ipso. ergo ne cesse est q̄ Deus ex nullo præsupposito res in esse produxerit: hoc autem est creare. Cōditionalis assumpta probatur ex illa categorica vniuersali. Omne faciēs aliquid, ex aliquo nō facit sed præsupponit illud ex quo facit: quæ manifestatur inductiuè primò in artificialib⁹, secū dò in naturalibus. Destructio autē cōsequētis probatur ex quæst. præcedente, vbi ostensum, est quòd Deus est causa vniuersalis totius esse.

*in cor. 239 2. dist. 1. q. 1. artic. 1. & 3. & dist. 3. q. 1. ar. 2. & 2. con. ca. 6. 15. & 16. & pot. q. 3. a tic. 16. cor. tex. 34.

* lib. 3. physic. tex 6.

Ad primū ergo dicendum q̄ antiqui Philosophi, sicut supra dictum est*, non considerauerunt, nisi emanationem effectuum particularium à causis particularibus, quas necesse est præsupponere aliquid in sua actione. Et secundum hoc erat eorum comunis opinio, ex nihilo nihil fieri. Sed tamen hoc locū non habet in prima emanatione abvniuersali rerum principio.

*q. præ. articulo 1. & 2.

*q. præ. articu. 3.

¶ Ad secundū dicendū, quod creatio nō est mutatio nisi secūdum modum intelligendi tantum. Nā de ratione mutationis est, q̄ aliquid idem se habeat aliter nunc, & prius. Nam quando que est idē ens actualiter, se habens nunc & prius sicut in motibus secundum quantitatē & qualitatem. Quādoque vero est idem ens in potentia tantum, sicut immutatione secūdum substātia, cuius est subiectū materia: sed in creatione (per quā producitur tota substantia rerum) non potest accipi aliquid idem aliter se habens nunc & prius, nisi secundū intellectum tantū: sicut si intelligatur aliqua res prius non fuisse totaliter, & postea esse. Sed cum actio & passio conueniant in substantia motus, & differant solum secundum habitudines diuersas, vt dicitur in 3. Phy.* oportet quòd subtracto motu, non remaneant nisi diuersæ habitudines, in creante & creato. Sed quia modus significandi sequitur modum intelligendi vt dictum est, creatio significatur per modum mutationis. Et propter hoc dicitur, q̄ creare est ex nihilo aliquid facere, quamuis facere & fieri magis in hoc conueniunt quam mutare & mutari: quia facere & fieri important habitudinem causæ ad effectum & effectus ad causam, sed mutationem ex cōsequenti.

D 34. * tex. 20. & 21.

274

¶ Ad tertium dicēdū q̄ in his quæ fiunt sine motu similiter est fieri & factum esse, siue talis factio sit terminus motus, sicut illuminatio (nam simul aliquid illuminatur & illaminatum est*,) siue non terminus motus, sicut simul formatur verbum in corde & formatum est. Et in his quod fit, est cum dicitur fieri. Sed significatur ab alio esse prius nō fuisse, Vnde cum creatio sit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimæquinte Articulum tertium.*

Nihilo creatio sumitur pro creatione passiua, qua scilicet aliquid significatur creari. Et ly aliquid sumitur pro ente reali, vt patet ex propositione articulorum in principio quæstionis.

¶ In corpore vnica est conclusio, Creatio ponit in creato relationẽ tantum. Et probatur sic: Productio totius esse à causa vniuersali, non est ex aliquo præexistente: ergo Deus creando producit res sine motu & mutatione: ergo creatio in creatura nõ est nisi relatio quædam Creatoris principium sui esse. Antecedens probatur ex differentia inter productiones particulares, & productionẽ totius esse, seu vniuersalem. Prima vero consequentia probatur: quia omne q̃ fit per motum vel mutationem, fit ex aliquo præexistente. Secunda autem quia subtracto motu ab actione & passione nihil remanet nisi relatio. Et confirmatur quia sicut in passione, quæ est cũ motu importatur relatio ad principium motus, ita in creatione passiua, importatur relatio ad principium essendi.

¶ In responsione ad 1ᵉᵐ manifestè habes confirmando eam argumento q̃ relatio creationis est accidens, & nõ est relatio transcendens: quod etiam manifestè in quæstionibus de potentia. q. tertia. art. 3. ad tertium, explicatur. Et quoniã accidens distinguitur realiter à substantia, oportet vt creatio distinguatur realiter à substantia creata qua cunq; secundum doctrinam quam sequimur.

¶ Circa hoc dubium est Sco. enim in secũdo dist. 1. quæstionibus 4. & 5. tenens creationẽ passiuè sumptã esse relationem transcendentẽ: & eandem realiter fundamento, triplicitèr nititur hoc probare. Primo, Illud quod proprie inest alicui, & sine quo illud nõ potest esse absq; cõtradictione, est ide sibi realiter: sed relatio lapidis ad Deũ est huiusmodi respectu lapidis. Maior manifesta est, contradictio secundũ esse non esse dicta de aliquibus, infert distinctionẽ realem illorũ: ergo impossibilitas recipiendi talia contradictoria, infert identitatẽ illorum. Et hoc inquit ipse vbi non est dependentia essentialis. Et declaratur ait: quia impossibilitas, q̃ A fit sine B, aut est propter identitatem illorũ, aut propter simultatẽ in natura eorundẽ, aut propter posteritatẽ ipsius A. sed nihil horũ duorũ vltimorũ conuenit lapidi respectu illius relationis ad Deũ, vt patet, & tamen non potest esse sine illa: ergo est ide illi. Præterea, Quod vniformiter dicitur de omni alio à Deo ad ipsum, nulli accidit sed talis relatio vniformiter cõuenit omnibus creaturæ ad Deũ: ergo nulli accidit, & sic est idem fundamento. Probatur maior quia par ratio est de oibus. Præterea, Substãtia 7. Metaphysicæ est prior accidente, natura & tempore: intelligitur sic q̃ nulla est cõtradictio ex parte subsistentiæ quia possit esse prior duratione omni accidente: ergo nõ est cõtradictio, q̃ lapis esset prior duratione oĩ dependẽtia ad Deũ: & si ellet absq; eo quod dependere à Deo, si dependentia est accidens: hoc autem est absurdum. ergo:

¶ Ad euidentiã huius difficultatis nõ est opus alia iacere fundamẽta sed supèr determinata sequendo dicendũ est, q̃ huiusmodi relatio dependẽtiæ ad Deũ in qualiber creatura est accidẽs distinctũ realiter à substantia, & q̃ vt creatura nõ potest esse sine hmõi dependentia: sicut nec hõ q̃n sit risibilis, vtra q. præcedente art. 2. ad primum. Autor docuit ex ratione, q. d. oĩs creatura est ens per participationẽ Dei: nec ab hoc pòt denudari. Ad primã ergo rationẽ Scoti in oppositũ negatur maior, & ad probationẽ eius dicit q̃ ãs falsum, vniuersaliter loquẽdo: vt supèr quæstione de relatione & fundamento tractauimus & est ostensum. Et ruetur consequentia nihil valet, formaliter loquẽdo vt ipse metipse fatetur ponẽdo exceptionẽ vnã, cuius semihi non licebit aliã cecere ptionem ponere. Ad declarationẽ aũt negatur diuisionẽ illã, q̃a insufficiẽs est etiã apud ipsũ vt patet de partibus simul sũptis respectu totius. Quarũ entitatis, illæ eam nõ pũt esse q̃n tertia entitas fit, & tñ nõ sunt posteriores, nec simul natura nec, &c. illi tertiæ entitati, nec dependent essentialiter ab illa. Vnde ratio nihil valet: dicimꝰ enim q̃ inseparabilitas q̃nq; est ꝑpter necessitatẽ rei connexionẽ, & sic est in proposito propter assignatã cãm. Ad oppositũ vero rõnẽ negatur minor: quoniã, vt hic dicitur in rãtione ad secũm dependẽtia ad Deũ aliter conuenit substantiis creatis & aliter ipsis relationibus dependẽtiæ quoniã substantiæ dependẽt ꝑ relationes: ipsæ aũt relationes dependẽt ꝑ se. sufficit q̃ aliquæ substãtia fit hmõi, talis aũt prima substãtia est ens per veritatẽ & quidditatẽ. Super Quæstionis quadragesimæquinte Articulum quartum.

Nitulo proprium distinguitur contra oĩa immunes: & creati dicitur contra cõcreatũ: sic tertia conclusio. Creatũ ꝓprie sumptũ est quod nõ est creatum, & sic est verũ creatũ sic sumptũ q̃ sensus quæstionis est, tantũ subsistentia fit creata, vel sic sumptũ sunt cõpositũ, sine non.

¶ In corpore vnica est conclusio, Creatũ ꝓprie sumptũ est quod nõ habet causam efficientem, & sic sumptũ est subsistẽs. Et probatur sic: Creatũ ꝓprie sumptũ est quod nõ habet causam efficientem: ergo quod nõ habet causam efficientem, nõ habet causam materialem. Consequentia probatur: quia omne quod habet causam materialem, habet causam efficientem. Antecedens probatur: quia quod habet causam materialem, habet esse in potentia: ergo habet esse ꝓ aliquo alio à se. Et confirmatur: quia quod habet causam materialem, habet esse ꝓ motum vel mutationem. Sed quod habet esse ꝓ motum vel mutationem, habet causam efficientem. Ergo quod habet causam materialem, habet causam efficientem. Et confirmatur: quia quod habet causam materialem, habet esse ꝓ aliquid quod est ens in potentia. Sed quod habet esse ꝓ aliquid quod est ens in potentia, habet causam efficientem. Ergo quod habet causam materialem, habet causam efficientem. Et confirmatur: quia quod habet causam materialem, habet esse ꝓ aliquid quod est ens in potentia. Sed quod habet esse ꝓ aliquid quod est ens in potentia, habet causam efficientem. Ergo quod habet causam materialem, habet causam efficientem.

¶ Circa hanc partẽ multiplex dubium occurrit. Et primo circa primam propositionem assumptam. Arguit enim Sco. in 4. dist. 1. contra eam dicens eam esse falsam quod probat sic: Esse cõpositi est à generante compositũ. ergo nõ est ꝓprius effectus Dei. & tenet sequela, quia compositum, puta bos est ab vniuersalissimo generante, &c.

¶ Dubiũ est secũdò circa probationes illius. Arguit enim ibidẽ cõtra eas. Et primõ cõtra primã: aut ibi est sermo de vniuersalitate causæ & effectus secundũ ꝓdicationẽ, aut secundũ perfectionẽ aut de vniuersalitate effectus secũdũ ꝓdicationẽ, causæ vero secundũ perfectionẽ. Si semper est sermo de vniuersalitate secundum prædicationem, minor etiã est falsa quia Deus non est causa vniuersalissima in prædicando: & vt patet, non concluditur intentum. Si vero sermo est de vniuersalitate secundũ perfectionẽ, minor etiã est falsa: quia esse nõ est perfectissimus effectus, q. probatur, quia quodcunq; includitur in multis nõ potest esse perfectius quocũq; illorũ in quo includitur. Si aũt difformiter accipiatur. ita q̃ ex parte causæ sumatur vniuersalius secundũ perfectionẽ, & ex parte effectus secundũ prædicationẽ, tunc dupliciter peccat ratio, quia primo maior est falsa: Nã effectus vniuersalissimus in prædicatione potest esse à causa imperfectissima, quia saluatur in pluribus effectibus imperfectis. Secundo: quia peccat secundũ sophistica cõsequentia: quoniã ex hoc q̃ effectus vniuersalissimus in prædicatione est à xã vniuersalissima secundũ perfectionẽ & esse est hmõi, sequitur ista conclusio, ergo esse inquantum huiusmodi non potest esse nisi à causa vniuersalissima secundum perfectionẽ sed ex hoc nõ sequitur, ergo esse eius creabile nõ pòt esse nisi à tali cã: patet ergo q̃ in illatione est fallacia cõsequẽtis. Q̃ si distinguat, q̃ in isto producto est cõsidẽrare esse huius & esse simpliciter, hoc non soluit: quia ista nõ sic distinguuntur qũin ab eodẽ sint causa, quã sint idẽ. Deinde cõtra aliã probationẽ inuehitur, q̃ cõcludit oppositũ intenti quia non absolute negat propositiõ illa intelligentia dare esse, imo magis affirmat dum dicit quod nõn competit sibi dare esse nisi inquantũ operatur operatione diuina.

¶ Citra vim illationis rationis factæ dubitatur sic: Aut Autor intendit quod esse ex ꝓprius effectus primæ causæ, q. est à sola prima causa, & tunc misitant obiectiones Sco. Aut quod sic est ꝓprius, q. per se primo est à solo Deo: & tũc illatio nihil videtur valere, nisi in virtute illius categoticæ, Producere esse per se primo est creare. hæc autem est falsa, quoniam producere per se primo esse in bouem non est creare alioquin cum bos generatur, vel esse eius à nullo produci ner per se primò, vel creatio semper admiscetur omni operationi naturæ quod est contra Sanctum Thomam in vltimo articulo huius quæstionis.

¶ Ad euidentiã horũ scito, q̃ magna differẽtia est inter aliquẽ effectũ & ipsũm esse: cum conditione per se primo. Valde enim distant A fit à B, & A per se primo fit à B, in primo enim significatur solũ quod A fit. In secundo quo per se primo fit. Vnde hoc duo, esse fit, & esse per se primo fit, distãt plusquã cœli & terra. In primo nãq; significatur tantũ, quod esse terminat factionẽ in secũdo verò ꝓ termi nat & modus quo terminat. In primo quoq; nõ infert, ergo immediatè ante hoc non erat ens, in secũdo autẽ sic vt patet ex supradictis ex primo Physi. In primo rursus nõ infert agens proprium, in secũdo autẽ infert agens proprium, & per se primo. Secunda verò: quia esse proprie conuenit subsistentibus. Prima cõcessa, sequitur quod in quocunq; fiat ab illo agente fit quoniã oportet vniuersaliter ab illo fieri à quo per se primo fit. Vnde cũ in ꝓsenti rõne nõ fit sermo de effectibus, vt quo libet fiat, sed vt per se primo fiat, vt patet ex verbis literæ dicẽtis, q. vniuersalia res effectus oportet in priores & vniuersaliores causas reducere: tractando enim ꝑ se primo fit, manifestè liquet q. male intellecta est ratio ista à Sco. interprete & per se primo fit, manifestè liquet q. male intellecta est ratio ista à Sco. interprete ratẽ esse fieri effectũ absq; ly per se primo. Vnde ad primũ dubiũ dicitur q. propositio illa est vera simpliciter, sed male intellecta ab Arguente debet enim accipicõ-

cluso vt sequitur ex præmissis ex quibus habetur q. esse est ꝓprius effectus cæ vniuersalissimæ, quæ est Deus, id est esse est per se primo effectus Dei. hoc enim significat ly proprius, & nõ significat idẽ q. solũ, seu tantũ, vt arguen. intellexit imponẽs Autori, q. esse est effectus solius Dei hoc enim nunquã somniauimus. imo omnẽ cãm tenemus dare esse, virtute tñ primæ causæ vt propositio libri de causis addocta insinuat. Vnde frustra nixus est Scotus contra hunc articulum quo ad hoc.

¶ Ad secundum verò dubitabis contra probationes dicitur q. directè loquẽdo maior intelligit dissormiter vniuersale ex parte cæ & effectꝰ quoniã sensus est q̃ effectus vniuersaliores secundum prædicationẽ reducitur in cãm vniuersaliorẽ secundũ causalitatem, seu secundũ perfectionẽ. Et ad primã obiectionẽ in oppositũ dicitur q. ista maior est verissima, vt etiã ipse postmodũ cogitur fateri ibidẽ, Et q. probatio ad oppositum nihil valet. Nã cũ hoc q. effectus vniuersalissimus sit à pluribus, imo ab omnibus causis, stat, q̃ à sola prima causa est per se primo. Non enim diximus q. effectus vniuersaliores sunt tãtum à causis vniuersaliorib. vt Argues intellexit, sed q. reducitur in eas, id est q. sunt per se se primo ab eis. Et mirũ est quomodo in hoc caligauerit, cũm in prõptu erat nosse hanc maiorem ex 2. Physicorum & 5. Metaphysic.

¶ Ad secũdã verò probationem dicitur, consequẽtia est optima, Esse per se primo est causa vniuersalissima: ergo esse huius & illius & cuiuscunq; est per se primo ab eadẽ causa. Et fundatur cõsequentia super illa categorica, Esse in quocunq; sit ab eo oportet fieri à quo p se primo sit quãm constat esse per se nota. Nec huic veritati obstat, q. quia bos esse fiat à boue generãte qũ nõ fit ab eo nisi per se accidens, illo accidentalitatis modo quo coloratũ fit per accidens, cum ex nigro fit albũ. Ad obiectionem verò contra allegatam autoritatem, iam patet responsio: quia non est allata ad probandum, quòd esse est à solo Deo, sed quòd esse per se primo à Deo.

¶ Ad tertiũ autẽ dubiũ dicendũ est, q. ratio literæ potest dupliciter intelligi. Primo, vt ex inhærentia productionis esse per se primo, & creationis inferatur q. creatio est propria actio solius Dei, id est cõueniat soli Deo ex proprijs, seu virtute propria & sic processus pateret ex dictis in præcedente quæstione. Et licet vera diceret, nõ multũ tamen artificiosus videtur. Nec propositiones assumptæ de reductione effectũ in causas multũ videntur ad propositũ. Vnde secundo intelligitur, vt ex identitate per se primo termini actioni primæ causæ & creationis inferatur q. creatio est propria solius Dei actio, & sic artificiosus valde & efficacitèr ex assumptis propositionibus fit processus. Et eo nanq; q. esse est per se primo ratio, q. aliquid fiat à prima causa, & etiã q. aliquid creetur, optime sequitur q. creatio primæ causæ propria est & hãc sensum manifestè insinuat, literam dũ primã propositionẽ, f. q. esse est per se primo ratio, q. aliquid attingabat vniuersalissima causa, probatur ex regula reductionis effectuũ vniuersaliorũ in causas vniuersaliores. Secũdã verò, f. q. esse est ratio q. aliquid creetur ponit dicendo, q. producere esse nõ inquãtũ est hoc, vel tale sed inquãtum esse pertinet ad rationẽ creationis. In his est enim verbis ostẽditur q. esse ratio creatis est & sic subtiliter ex idẽtitate per se primo termini cõclusum est intẽtũ. Et q. a hoc ex dictis satis in prõptu erat, ideo litera dicit quod tñ ita apparet in primo aspectu q. creatio est propria actio solius Dei. Vnde ad obiectionẽ in oppositũ dicitur q. categorica fundãs hunc processum nõ est illa propositio quòd ens sit vera, f. producere per se primo esse est creare, sed q. respicere per se primo esse, est operatio propria primæ causæ, vel creare est respicere per se primo esse. Quã vero dicitur, q. ista est falsa, dare ꝓ se primo esse est creare: q. a in factione bouis, &c. respõdetur q. nullũ inconueniẽs est, imò oportet in factione rerũ naturaliũ esse à nullo fieri per se primo tũc, qñ fit semper vnũquodq; ex alio ente, sed per accidẽs, & vt milles iã dictũ est, nõ fit per se primo, & cõsequẽter à nullo fit per se primo id cuius ratio immediatè ab illud erat esse per se esse ꝓ accidẽs, vt patet ex Primo Phy. Notãter autẽ dixi, tũc ne ex hoc errares aut imponeres mihi aliquẽ effectũ positiuũ per se vnũ in vniuerso à nullo agẽte per se primo quodlibet enim ens q. à natura fit, in productione totius vniuersi, in qua producta tota substãtia secundũ vnã sui partẽ, f. materiã, inchoatiue à prima causa coepit pendere, & postmodũ ex cooperatione primæ causæ in secundis causis, vsumquasi, completè fit ens. Et sic per se primo quodlibet tinquãtũ ens est à prima causa: sed nõ per actionem totaliter nouam, & similiter consentaur ab ipsa. Et sic esse omne reducitur in actionem Dei, vt per se primo causæ, sed non totaliter nouam.

¶ Quo ad secundũ ponit opinionẽ Aue. & magistri satis clare circa cõcitatis actus credũ, q. f. pòr cõicari creaturæ. Et licet eorũ rationes nõ nisi aliquẽ do afferãtur, hic tamẽ ostẽditur q. positio hæc nõ repugnat cõclusioni determinatæ cũ hoc enim q. creatio ꝓpria est Dei actio, stat q. pòt alteri cõuenire nõ ex ꝓprio sed inquãtũ participat Deũ, cuius est illa actio propria, & hoc quantum est ex ratione proprietatis, & hoc ostenditur in litera de actione ignis respectu actio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Aduerte hic q̃ Autor recitando Magistrũ refert quoq; seipsum in prima dist. secundi q.1.art.10.& 5 dist. quarti q.1.art.1. q.2. ad quartũ nõ aspernatũ opinionẽ Magistri, quam hic refellit cum sequacibus, etiam si ipsemet fuit vnus ex illis.

¶ Quo ad tertiã reprehenditur positio prædicta, tali ratione: Causa secunda instrumentalis nõ participat actionem causæ superioris, nisi inquantum per aliquid sibi proprium dispositiuè operatur ad effectum principalis agẽtis: sed nullum agens secundum potest aliquid * mẽ taliter ad hũc effectũ cũ creatio nõ sit ex aliquo præsupposito[c], quod possit dispositiuè operari ad effectum Dei creantis: ergo nulla potest esse causa instrumẽtalis ad creationis actũ. Maior probatur dupliciter ducendo ad inconueniẽs primõ quia si nihil agens est causa instrumentalis sine aliquo præsupponitur, secundo quia nõ oportet esse determinata instrumenta determinatã actionum. Deinde manifestatur inductione ad sensum, quia sic videm[a] in fecuri, &c. Minor quoq; probatur dupliciter. Primo ex termino quia esse absolutè quòd est proprius effectus creantis, omnibus aliis præsupponitur, fecundò ex mõ q̃ creatio nõ est ex aliquo: & sic excludit omne dispositibile.

¶ Circa hãc rationẽ occurrit obiectiones primõ Scoti quia vbi supra dupliciter maiorẽ assumptã impugnat volens cã esse falsam cũ illa particula, dispositiuè, sine illa aũt posse bene & male intelligi. Et quia Autor expresiè poterẽda funt distinctẽ. Vult ergo primo, q̃ causa instrumentalis nõ oportet q̃ habeat actionem propriam, cuius oppositũ in litera dicitur cõcedẽs quoque q̃ cã instrumẽtalis habeat aliquid propriũ per q̃ agit, negat q̃ per illud propriam habeat actionẽ, nisi in virtute principalis agẽtis. Et hoc probat. Quia in quacũque est instrumẽti, sed principale agẽs. Tertiò arguit contra ly dispositiue instrumẽtum põt attingere effectũ principalis agẽtis. ergo nõ oportet vniuersaliter q̃ agat dispositiue. Antecedẽs conceditur, inquit etiam ab ipso, S. Tho. alibi, i. in 4. sen. di. 1. q. 1. artic. 4. Et manifestatur in factione monetæ, & sigillatione, Quæ trahi intentõ: quia sunt instrumẽta ad actionẽ præuiã alteri actioni: fecutis est est instrumentũ ad scissionẽ quæ est præuia formationi scamni: non sic aũt est in oibus causis, instrumẽtalibus, qũ aliqua sunt instrumẽta, vt dictũ est ad solũ supponit vnũ falsum, scilicet quod oĩs cã secunda sit causa instrumentalis respectu Dei. Hoc inquit est falsum quoniã angelus nullo mõ mouetur à Deo quã agit. Et sic ex hac sequetur q̃ oẽm naturalẽ actionẽ sequeretur effectus Dei. Sed o q̃ rõ cidæ sit ex subiecto, hoc inquit, nõ est necessariũ, q̃a nõ minus põt Deus separare ea cẽs à subiecto, dũ sit à naturali agente. q̃ quũ factũ est tunc si separet Deus accĩs à subiecto, dũ à naturali agẽte ergo illud fieri erit nõ ex subiecto. nõ ergo sic oportet cãm sicã agere ex subiecto, q̃n possit oppositũ diuina fieri potẽtia.

¶ Ad euidẽtiam huius difficultatis scitũ q̃ vult loquẽdo dupliciter intelligi potest causam instrumentalẽ exigere actionem, s. propriam & principalis agentis. Vno modo sic vt sint duæ actiones habentes diuersas res p terminis sicut calor animæ & calefacit & generat carnem, & hoc, iudicio meo, nõ est necessariũ. & cõtra hoc tendit Scotus. Alio modo sic, vt vna operatio prout est ex p̃pria instrumenti virtute faciat aliquid p̃quid ordine naturę, ei quod facit prout est ex virtute principalis agentis sicut situalis cõpositio trianguli ex virtute motiua sux ponit tres virgas, ex ratione aũt facit formã triãguli, nulla alia actione adiuncta, & similẽ est in sculpturis. Et hoc est indubitatum & intentum. Certum quidem quia omnis causa instrumentalis propriã aliquam virtutẽ actiuam habet alioquin vt in litera dicitur frustra ad agendũ assumeretur, &c. Omni autem virtuti actiuæ respondet per eam factibile, alioquin esset actiua nihil. Et quum constet q̃ primũ in intentione est vltimũ in generatione. & q̃ concurrentibus id q̃ habet ex causa principali, consequens est q̃ id quod habet effectus ex causa instrumentali est præuiũ ei quod est ex causa principali, siue illa duo sint multæ referti. Intentũ aũtem quia & nomina alludunt & effectæ processus est. Nomine enim dispositionis intelligitur omne pręueniens nomine propriæ actionis inliquet: quoniã si omnis causa instrumẽtalis causat virtute propria aliquid præuium termino formali principalis agentis, & in creatione nihil possit causari talẽ causam cõcurrere. Vnde ad rationes Sco. quæ cõtra primũ sensum tendunt respondere quãuis forte nõ oporteret, dico tamẽ quod causa instrumẽtalis habet actionẽ propriã, cõincidentẽ tamẽ materialiter cũ actione quã habet vt inpriũ causat in virtute principalis agẽtis, potest dupliciter intelligi. Primo sic, in virtute principalis agentis, i. per virtutẽ principaliter existentẽ in principali agẽte, & sic est falsissimũ quoniã per virtutẽ in se, & nõ in principali causat illud propriũ, alioquin, vt deductũ est per illud propriũ nihil propriũ faceret. Alio modo sic, in virtute principalis agentis, i. vt fit sub principali agẽte. Et sic videtur verũ quoniã principale agẽs dupliciter se habet ad causam instrumẽtale, s. vt vtens propria instrumenti virtute, & vt eleuans ipsam ad aliquid alius cãndi in tentũ, cã ipsa principali causa. Et sic instrumentũ ad hoc q̃ sit instrumentum, exigit virtutẽ & actionẽ propriã & participationẽ actionis principalis. Et licet in secunda tantũ dicatur propriè instrumentaliter causare. in prima tamen non

dicitur agens principale, sed causans ex propria virtute. Vnde cõsequentia Scoti, in hac actione nõ causat in virtute principalis agentis, ergo ipsum est agens pricipale, nõ valet, nõ enim oportet q̃ respectũ omnis actiõis causa fit aut principalis, aut instrumẽtalis proprie loquendo: sed datur mediũ. q̃ est cã instrumẽtalis, ex propriis illã causans. Extensis tamẽ vocabulis põt dici, & causa instrumentalis etiã illis[g] priæ actionis p̃ quanto agit applicata ab alio ei cui quia anima vitur calefactione ad generatio nẽ carnis animæ calor põt dici instrumẽtũ animæ etiã in calefactiõe & põt dici principaliter q̃a p̃pria virtute causat. Nec inconuenit, imo oportet oẽm cãm instrumẽtalẽ esse sic principaliter, i. habẽt p̃priã virtutẽ & diuersimode: nec hoc accidit sed p se cõuenit in strumẽto, sicut vnicuique formæ p̃priæ materiæ. Ratio nãq; instrumenti nõ nisi in propria virtute actiua saltem pẽ fi- * cap. 4. & 10. excl. libr. * sec. 4. & seq. carnibus & ossibus.

¶ Ad secũdũ vero negatur cõsequẽtia, pringitur ge ad vltimã formã quã dq; nec ordinẽ nõ dispositiue: disponendo nãq; ex proprijs virtute agentis principalis ad vltimũ ex virtute agentis principalis: tam p̃ dispositionẽ pro dispositione realiter distin cta, vt ibidẽ dat. Autor. Et sic patet ad obiectionẽ. Ad vltimũ dicitur, q̃ doctrina à nobis datis tradẽda est. Et propterea Autor exemplũ de securi induxit: in quo tamẽ declaratur intentũ dicendo q̃ producẽs formã scãni, insimpans per hoc q̃ nihil aliud intẽdebat, nisi q̃d instrumẽta etiã attingẽdo formã intẽtã à principali disponunt, in eo præuiũ aliquid faciunt.

¶ Ad Durãdũ aũt dicitur primo q̃ tõ literæ nõ eget illa propositione, s. ois cã secunda nõ agit, nisi agatur à Deo multiplicitèr, vt diffusè ibidẽ cõstat. Nec inconuenit, imò oportet omnem actionem creaturæ attingere ad effectum Dei: quia semper attingit ad esse, quod nulla causa dat nisi in virtute primæ causæ, vt hic & in tertio contra Gen. capitulis 64. & 65. ostendimus.

¶ Ad obiectionem aliam verò eiusdẽ dicitur quod licet semper possit accidens à subiecto separari in sensu diuiso non tamen compossibile est quod accidens à subiecto separari in sensu diuiso non tamen compossibile est quod accidens separetur à subiecto & fiat ab agente naturali: nisi forte eidem in quo est buatur, vt gerat vicem subiecti: sicut in Sacramento altaris dicimus quod quantitas gerit vicem substantiæ etiam in corruptione. Ratio disparitatis inter possibilitatem separationis accidentis in fieri & facto esse, est, quia esse accidentis non est in esse actualiter, sed aptitudinaliter in subiecto. Et propterea stans quòd separetur, & fit. Fieri autem eius ab agente naturali est actualiter educi de potentia, non enim aliter agens naturale agit nisi educendo de potentia subiecti. Et propterea sicut nõ stat simul quod fit ab agente naturali, & fit separatum à subiecto, est enim manifestã implicatio quam si aduertisset Durandus forte tacuisset.

¶ Quo ad quartum confutatur prædicta opinio specialiter quo ad corpus quia omne corpus agit tangendo, ergo præexigendo aliquid suæ actionis: nullum autem creans præexigit aliquid, ergo, &c.

¶ In responsione ad primum aduerte, q̃ Scotus eam refert vbi supra, per modum rationis contra Auicennam, sic participans naturam aliquam facit sibi similẽ non producendo naturã absoluté, sed applicando, &c. Et contra eã multiplicitèr arguit. Primo quia hic assumantur duo alibi improbata, s. quod homo non est hic nisi per materiam. Et quod angelus est hic per suam formam. Secundo, quia illa maior aut fundatur super hoc, productũ oportet participare naturam. Et sic sequitur, q̃ nec à Deo posset creari angelus. Aut super hoc, q̃ producens angelus participat naturam. Et sic nihil valet: quia angelus producens non habet aliquid præsuppositum ipsi esse: ergo nec in producendo requiritur aliquid præsuppositum ipsi esse: producendum enim oportet esse simile producenti. Tertio contra illam propositionem minorem, Omne ens creatum participat naturam essendi aut esse participatum tanquam actus posterior, essentia autem tanquam idem essentiæ, sed neutro modo conceditur inferendum, ergo,

¶ Ad hæc breuiter dicitur, & ad primum, quòd illa alibi improbata sunt etiam alibi sustenta & verificata. Ad secundum verò dicitur quòd vt in litera apertè monstratur maior ipsa verificatur quia agens participat illã naturam: & probatur in litera maior inducẽdo ad impossibile quia, s. participans aliquam naturam causaret illam absolute & non in hoc sequeretur quod causaret illam in seipso. & tenet sequela quia causa alicuius naturæ absolutè est causa illius vniuersaliter & consequenter in quocunque est participata & consequenter in seipso, ex quo seipsum quoque est de numero participantium illam naturam. Ad obiectionem ergo dicitur, quòd ex hoc antecedente angelus producit alium angelum, sequuntur duo contradictoria, scilicet & quod angelus producendus habet aliquid præsuppositum: & quod non habet. Ex eo verò quòd producendus habet aliquid præsuppositum, sequitur quod producendi aliquod præsuppositum esse similem producenti sequitur quod non habet. Ex eo verò quòd producendus est ens per participationem, sequitur quod producendi aliquod participatum quia eius actio non potest esse nisi factio esse in hoc. Nec est mirum hoc quia antecedens implicat: Vnde argumentum Scoti nihil valet ex, sequela vnius contradictorij inferens non sequelam alterius, dicimus enim quod sequitur vtrunque: & hoc ostendit quod antecedens est omnino impossibile & vtin litera dicitur, ex hoc euidenter patet, quod nulla creatura potest creare.

¶ Ad tertiũ aũt dicitur, q̃ nihil refert ad propositũ, identitas aut diuersitas essentiæ ab esse, satis est q̃ sint entia per participationẽ, aut omnino simplicia. aut inseparabiliter compositia sic q̃ nihil eorũ potest præsupponi ante aliquid aliud eorundẽ, iam enim ostensum est quòd maior cum toto processu solida est, quicquid horũ sit. Quod arguẽs subdit, quod apud nos subiectũ non supponitur propter naturam agentis participatã, sed quia forma quæ est pars naturæ participatæ, est materialis ipsæ rerum a dationes & ratio in litera ad probandũ maiorẽ allata ostẽdunt rude esse.

d.4. q.9. * in solut. 2. arg. præced. ¶ In responsione ad tertium habes responsionem inquirentibus, quare potentia creandi non põt communicari creaturæ quare repugnat, &c, ratio est, quia virtus creatiua est infinita, & sũ nõ ratione facti, tamen ratione modi faciendi. Et per hoc soluas multa argumentorum à Capreolo recitatorum in 2. distin. 1. q. 1. contra hanc conclusionẽ: quæ vide si vis in eo. Veruntamẽ Scotus vbi supra p̃cipat, ex nonem affert: & quãuis male videatur subsumere inferendo distantiam potentiæ ab actu nihilo minus, quia euidẽter ap paret, q̃ hunc literæ p̃ sum reprehendere nititur, recitãda est solutio eius, & confutanda. Dicit ergo, q̃ licet nullius potentiæ ad aliquam potentiã nulla sit proportio: negatur tamẽ seque la ergo vitrus quę potest super hanc, nulla habet proportionẽ ad virtutẽ quæ potest super illam. Et ratio negationis est quia prima extrema, scilicet nulla potẽtia & alia potentia sunt, inter quæ nõ est nata esse pro portio: quia alterũ non est quantũ, alia verò ex trema, f. virtutes, sunt inter quæ nata est esse pro portio, quia ambæ sunt quãtæ. Et datur exẽplũ de puncto & linea, inter quæ nulla est p̃portio, & tamen virtutes poten tes super illis, non sunt improportionales.

d.736 * q.7. art. 2.

243 2. pro. col. 1. fin. & pot. q. 3. art. 5. ad 10.

¶ Ad hanc solutionem confutandam & similitudinem rationis factæ in litera scilicet, quod ratio litera nõ fundatur præcisè supra improportionẽ trium extremorum, vt arguẽs dissimulare videtur, sed fundatur supra illa regula Peripatetica quãdo sunt duo extrema sic se habentia, q̃ quantũ vnũ minuitur reliquũ crescit tantum proportionaliter, & ecõtrario, vt vtrunque numeraliter multiplicatũ ponatur & combinetur, ita q̃ quælibet combinatio cõstet ex vno vnius, & altero alterius extremi, si vnũ ponitur diminui vsque ad nõ gradũ suum combat crescit supra omnẽ gradũ, id est in infinitum, ac per hoc sicut inter minutũ vsque ad nõ gradum, & retinentem gradũ nullã est proportio, ita inter reliqua duo crescentia nulla est proportio. Verbi gratia, & est exemplũ ad propositũ ex quarto Physi. text. 72. velocitas motus & corpulentia spatij sunt duo extrema quæ cæteris patibus ita se habent, quod quantò minuitur corpulentia, tantò motus est velocior vt patet ad sensum. Si multiplicetur vtrunq;, & ponamus duos motus, & duo spatia vnum motum in vno spacio, & reliquum in alio, & corpulentia vnius spacij minuatur vsque ad nonum gradum, id est quòd nullum sit corpus: oportet quòd velocitas motus in illo spacio augeatur in infinitum, & qualis est proportio spatij sine corpore ad spatiũ corpore plenũ, talis sit proportio velocitatis istius ad velocitatem illius. Super hac regula fundatur processus Philosophi ibidem ad probandum, quòd motus in vacuo & pleno sunt improportionales. Super hac regula fundatur p̃cessus literæ vt patet ex ipsa litera expresiè assumẽte in prima proportione duo extrema, scilicet & proportionale augmentum, & decrementum eorum dicens, si nulla potẽtia præexistat. Sic ergo patet q̃ multo maioris virtutis est facere aliq̃d ex nihilo, quam ex contrario.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ virtus faciẽtis nõ solũ consideratur ex subiãtia facti, sed ẽt ex modo faciendi. Maior enim calor nõ solum magis sed ẽt citius calefacit. Quãuis igitur creare aliquẽ effectũ finitũ non demonstret potentiã infinitã, tamẽ creare ipsum ex nihilo demonstrat potẽtiã infinitã. Quod ex prædictis* patet. Si enim tãto maior virtus requiritur in agẽte, quãto potentia est magis remota ab actu oportet q̃ virtus agentis ex nulla præsupposita potẽtia, quale agẽs est creans, sit infinita quia nulla proportio est nullius potẽtiæ ad aliquã potẽtiã, quã præsupponit virtus agẽtis naturalis, sicut nõ entis ad ens. Et quia nulla creatura habet simpliciter potentiã infinitã, sicut neque esse infinitum, vt suprà * probatum est, relinquitur quod nulla creatura possit creare.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum creare sit proprium alicuius personæ.

DSEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ creare sit p̃priũ alicuius personæ. Quod enim est prius, est causa eius q̃ est posterius, & perfectũ imperfecti. Sed processio diuinæ p̃sonæ est prior quã processio creaturæ, & magis perfecta: quia diuina persona p̃cedit in perfecta similitudine sui principij, creatura verò in imperfecta. Ergo processiones diuinarum personarũ sunt causa processionis rerum. Et sic creare est pro prium personæ.

¶ 2 Præterea, Personę diuinæ nõ distinguũtur abinuicẽ nisi p̃ suas p̃cessiones & relationes. Quicquid igitur differẽter attribuitur diuinis personis, hoc cõuenit eis secũdũ processiones p̃sonarũ & relationes. Sed causalitas creaturarũ diuersimode attribuitur diuinis personis. Nã in symbolo fidei patri attribuitur, q̃ sit creator oium inuisibiliũ & visibiliũ. Filio aũté attribuitur, q̃ per ũ oia facta sunt: Sed Spirituũ. q̃ sit dominus & viuificator. Causalitas ergo creaturarũ cõuenit personis secundũ processiones & relationes.

¶ Præterea, Si dicatur q̃ causalitas creaturæ attẽditur secũm aliquod attribuũ essentiale q̃ appropriatur alicui p̃sonæ hoc nõ videtur sufficiẽs, Quia quilibet effectus diuinus causatur à quolibet attributo essentiali, s. potẽtia, bonitate, & sapientia: & sic nõ magis ptinet ad vnũ, quã ad aliud. Nõ debet ergo aliquis determinatus modus causalitatis attribui vni p̃sonæ magis quã alij, nisi distinguerentur in creando secundum relationes & processiones.

¶ SED CONTRA est q̃ dicit Dio. 2. c. de Di. no. q̃ cõmunia totiũs Diuinitatis sunt omnia creabilia.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ creare est p̃priè causare, siue p̃ducere esse rerũ. Cũ aũt oẽ agẽs agat sibi simile, principiũ actionis cõsiderari põt ex actiõis effectu. Ignis enim est q̃ generat ignẽ. Et ideo creare cõuenit Deo secũm suũ est eius essentia, quæ est cõis trib⁹ p̃sonis. Vnde creare nõ est p̃priũ alicui personæ, sed cõe toti Trinitati. Sed tamẽ diuinæ p̃sonæ secũm rõnẽ suæ p̃cessionis habẽt causalitatẽ respectu creationis rerũ. Vt enim suprà * ostensum est, cũ de Dei scientia & volũtate ageretur. Deus est cã rerũ p̃ suũ intellectũ & volũtatẽ, sicut artifex rerũ artificiatarũ. Artifex aũté p̃ verbũ in intellectu cõceptũ, q̃ p amorẽ suæ volũtatis ad aliquid relatũ operatur. Vnde & Deus pater operatus est creaturã per suũ verbũ q̃ est Filius, & p suũ amorẽ, qui est Spiritus sanctus. Et secũdũ hoc p̃cessiones spẽarũ sunt rationes productionis creaturarũ, inquãtũ includũt esse tialia attributa, quæ sunt scia & voluntas.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ p̃cessiones diuinarum personarum sunt causa creationis. sicut dictum est*.

¶ Ad secũdũ dicendũ, q̃ sicut natura diuina, licet sit cõis tribus p̃sonis, ordine tamẽ quodã eis cõuenit, inquãtũ Filius accipit naturã diuinã à patre, & Spiritus. ab vtroque, ita ẽt & virtus creãdi licet sit cõis tribus p̃sonis ordine tñ quodã eis conuenit. Nã Filius habet cãm à patre, & Spiritus. ab vtroq;. Vnde creatorẽ esse, attribuitur patri, vt ei qui nõ habet virtutẽ creãdi ab alio. De Filio aũt dicitur. Per quẽ oia facta sunt, inquãtũ habet eandẽ virtutẽ sed ab alio. Nã hæc præpositio p̃ solet denotare causam mediã, siue principiũ de principio. Sed Spũsanctus, qui habet eandẽ virtutẽ ab vtroq;, attribuitur q̃ dominãdo gubernet, & viuificet quę sunt creata à patre p̃ Filiũ. Põt ẽt huius attributionis cõis rõ accipi ex appropriatione essentialiũ attributorũ. Nã sicut suprà dictũ * est, Patri attribuitur, & appropriatur potẽtia, quæ maximè manifestatur in creatione: & ideo attribuitur patri creatorẽ esse. Filio aũt appropriatur sapiẽtia, p quã agẽs per intellectũ operatur: & ideo dicitur de Filio, p quem oia facta sunt, Spũsanctо aũt appropriatur bonitas, ad quã ptinet gubernatio deducẽs res in debitos fines & viuificatio, nam vita in interiori quodã motu cõsistit. Primum aũté mouens est finis & bonitas.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, q̃ licet effectus Dei p̃cedat ex quolibet attributorũ tamẽ reducitur vnusquisq; effectus ad illud attributũ, cũ quo habet cõuenientiã secundũ propriã rõnẽ. Sicut ordinatio rerũ ad sapiẽtiã, & iustificatio impij ad misericordiã & bonitatẽ ie superabundãter diffundentẽ. Creatio verò, quæ est productio ipsius subsistantiæ rei reducitur ad potentiam.

Quia aliter sequeretur quod virtus potens facere ex aliqua potentia, & virtus potens facere ex nulla potentia, essent æquales: q̃ non est intelligibile, repugnat enim illi per se notæ maiori assumptæ in litera, quam Scotus tanquã eam non viderit, tacuit. Et patet sequela, arguẽdo modo Aristi. sumpta aliqua virtute faciẽte ex nulla potentia & finita faciẽdo eos, puta A, & alia virtute certa, puta B, faciẽte exaliqua potẽtia puta C, & statuta inter eas certa proportione, puta decupla: arguatur sic, ñ sumatur potentia in decuplo elongatior ab actu, quam C, virtus faciens ex istã potentia in decuplo excedet B: ergo crit æqualis ipsi A, q̃ in decuplo tãtum excedit B, ergo virtus agẽs ex aliqua potẽtia est æqualis virtuti agenti ex nulla. Et aduerte q̃ nihil refert vtrũ possit dari in natura potentia in decuplo, aut cẽtuplo remotior: sicut nihil refert vtrũ possit dari cor pus in centuplo, &c. Sub tilius, & motus semper velocior, sufficit enim veritas cõditionalium. Quicquid enim repugnat veritati huiusmodi cõditionaliũ, est impossibile, Et si hoc negas Philosophiam naturalem Aristi. destruis, vt pater in 4. & 7. & 8. Phy. Ad Scotum ergo dicitur, quòd tñ non arguit extremis improportionalibus absolutè, sed ex eis vt terminis progressus augmentationis & diminutionis proportionalis, vt patet: & ideo valet, Exẽplũ vero de puncto & linea, quæ extrema improportionalia absolutè sunt, nil obstat quia ad nullã est proportionẽ. Stat ergo solida demõstratio literæ, q̃ virtus creatiua est infinita, & ideo incõmunicabilis: isti omnia virtus finita est alteri virtuti finitæ improportionalis: vt etiam ipse fatetur: quoniam vtraque quãta est & finita. * qo. 14. ar. 8. & q. 19. art. 4.

¶ *Super quæstionis quadragesimæquintæ Articulum sextum.*

IN titulo proprium distinguitur cõtra cẽt.

¶ In corpore duæ cõclusiones, prima est. Creare nõ est propriũ alicui personæ, sed cõmunitori Trinitati. Probatur, Creare est propriè causare esse rerũ ergo conuenit Deo secundum suum esse: ergo est commune Trinitati. Prima cõsequentia probatur: quia principiũ actionis ex effectu cõsideratur, quia omne agẽs agit sibi simile, sed cuda verò, quia esse Dei est eius essentia, quæ communis est toti trinitati.

¶ Circa antecedens nõ oportet solicitari: quia iam patet ex dictis, q̃ causare per se primo esse & creare, idem sunt & ideo in litera ponitur ly proprium.

¶ Secunda conclusio est. Personæ diuinæ secundum rationem suæ processionis inquantũ includunt essentialia attributa, scientiam & voluntatem, habent causalitatem respectu productionis rerum. Et probatur: Artifex per verbũ & amorem relativum, &c. operatur, ergo Deus pater per filium & Spiritum sanctũ operatus est creaturam, consequentia probatur, quia Deus patet est rerum causa, sicut artifex. Et Filius est verbum, & Spiritus sanctus amor.

¶ Aduerte hic quod argumenta quæ in secundo distinctione prima facit Scotus non faciunt nec militant cõtra positionem istam, sed contra (vt ipsẽ dicit) Henricum, ponentem quod personæ diuinæ ratione propriorũ habent causalitatem, nos enim ratione appropriatorum dicimus: & ideo nihil contra nos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum in creaturis sit necesse inueniri vestigium Trinitatis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod in creaturis non sit necesse inueniri vestigiũ Trinitatis. Per sua enim vestigia vnũquodq; inuestigari potest sed trinitas personarũ nõ potest inuestigari ex creaturis, vt suprà dictum est*. Ergo vestigia Trinitatis non sunt in creatura.

¶2 Præterea, Quicquid in creatura est, creatũ est. Si igitur vestigiũ Trinitatis inuenitur in creatura secũdũ aliquas ꝓprietates suas, & omne creatũ habet vestigiũ Trinitatis, oportet in vnaquaq; illarũ inueniri etiã vestigium Trinitatis. Et sic in infinitũ.

¶3 Præterea. Effectus nõ repræsẽtat nisi suã causam. Sed causalitas creaturarũ ptinet ad naturã cõmunem: non autẽ ad relationes ꝙbus psonæ & distinguũtur & numerãtur. Ergo in creatura nõ inuenitur vestigium Trinitatis, sed solũ vnitatis essentiæ.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit sexto de Trinitate,* quod Trinitatis vestigium in creatura apparet.

¶RESPONDEO dicendum ꝙ omnis effectus aliqualiter repræsentat suã causã, sed diuersimodẽ. nã aliquis effectus repræsentat solã causalitatẽ causæ, nõ autẽ formam eius, sicut fumus repræsentat ignẽ: & talis repræsentatio dicitur esse repræsẽtatio vestigij. Vestigiũ autẽ demonstrat motũ alicuius transeuntis, sed non qualis sit. Aliquis aũt effectus repræsentat cãm, quãtũ ad similitudinẽ formæ eius, sicut ignis generatus, ignẽ generantẽ & statua Mercurij Mercuriũ & hæc est repræsentatio imaginis. Processiones autẽ diuinarũ psonarum attẽduntur secundũ actus intellectus & volũtatis, sicut suprà dictũ est*. Nã Filius procedit vt verbũ intellectus. Spiritussanctus vt amor volũtatis. In creaturis igitur rõnalibus in ꝙbus est intellect⁹ & volũtas inuenitur repræsẽtatio Trinitatis permodũ imaginis, inquantũ inuenitur in eis verbũ conceptũ, & amor procedens*. Sed in creaturis oĩbus inuenitur repræsentatio Trinitatis ꝓ modũ vestigij, inquãtũ in qualibet creatura inuenitur aliqua quæ necesse est reducere in diuinas personas, sicut in causam. Quælibet enim creatura subsistit in suo esse, & habet formã ꝑ quã determinatur ad speciẽ, & habet ordinẽ ad aliquid aliud*. Secundũ igitur ꝙ est quædã substantia creata, repræsentat causam & principiũ: & sic demonstrat ꝓpriũ Patris, qui est principiũ nõ de principio. Secundũ autem ꝙ habet quandã formam & speciem, repræsentat Verbũ, secundũ ꝙ forma artificiati est ex conceptione artificis. Secundũ autẽ, ꝙ habet ordinẽ, repræsentat Spiritumsanctum, inquãtum est amor:* quia ordo effectus ad aliquid, alterum est ex voluntate creantis. Et ideo dicit Aug. in 6. lib. de Tri.* ꝙ vestigiũ Trinitatis inuenitur in vnaquaq; creatura secũdum ꝙ vnum aliquid est, & secundũ ꝙ aliqua specie formatur, & secundũ ꝙ quædã ordinẽ tenet. Et ad hæc etiã reducuntur illa tria, numerus, pondus, & mẽsura, quæ ponuntur Sap. 11. Na mensura, refertur ad substantiã rei limitatã suis principijs, numerus ad speciem, pondus ad ordinem. Et ad hæc tria reducuntur alia tria quæ ponit Aug.* modus ꝑ species, & ordo. Et ea quæ ponit in li. 83. q.* quod constat, ꝙ discernitur, quod congruit. Constat enim aliquid per suam substantiã, discernitur per formã, congruit per ordinem. Et in idem de facili reduci possunt quæcunque sic dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quod repræsentatio vestigij attẽditur secundũ appropriata: per quem modũ ex creaturis in Trinitatẽ diuinarum personarum veniri potest, vt dictum est*.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ creatura est res proprie subsistens, in quã est ꝓdicta tria inuenire, Neq; oportet ꝙ in quolibet eorũ quæ ei insunt, hęc tria inueniãtur, sed secũdum ea vestigiũ rei ꝓ subsistẽti attribuitur.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ etiam processiones personarum sunt causa & ratio creationis aliquo modo, vt dictum est*.

ARTICVLVS VIII.

duo modi subsistendi se habeant ad inuicem, & in ordine ad substantiā. Subsistere igitur in alio, vt animal in homine, & subsistere in seipso, vt homo si subsistere in seipso: ista sunt duo genera subsistentiæ: quæ habent vt imperfectum & perfectum in eodem genere. Perfectius namque longè est in seipso subsistere, quam ab alio subsistentiā mendicare, vt de se patet, & vt prius & posterius, quia id quod est per se in quolibet genere prius est eo q. est per aliud: vt patet secundo Physic. text. 66. Comparantur autem hæc ad substantiam hoc pacto: quod esse subsistantiam, sequitur subsistere, siue in se siue in alio, nisi imperfectio, pura quia est pars substantiæ, magis quam substantia prohibeat. Esse autem subsistentiam perfectibilem formaliter, vel contrahibilem individualiter, sequitur subsistere in alio. Esse verò substantiā sic completam, vt excludat contrahens omne tum formale quam materiale subsistere in seipso. Illi autem stanti bus dicitur, quod quem admodū inantecedente duo continentur, alterū explicite, scilicet si intelligere angeli esset subsistia & alterum implicitè, scilicet si intelligere angeli esset tantæ perfectionis, quod vindicet sibi esse subsistantiam. Ita in cōsequente duo intelligenda sunt, alterū explicitè, scilicet ergo esset subsistens, accipiendo ly subsistēs cōmuniter, alterum implicitè, scilicet ergo in seipso subsisteret, & sicut implicitum sequitur ex explicito: ita implicitum ex implicito. Et quod in antecedente illud continetur, ex dictis patet, & ex eo quod per se notū est, quod ille duæ perfectiones simpliciter, secundum se disparatæ sunt. Nec habent ex propriis rationibus, nec ex eo quod sint perfectiones simpliciter vnde iungantur sed si iungantur, ex magnitudine perfectionis alterius vel vtriusque prouenit. Quod autem ex implicito sit cōsequentia illud, ex duobus patet. Primò quia si intelligere genitur tantæ perfectionis, quod vendicet sibi perfectissimam naturam, qualis est natura subsistantiæ: consequens est quod vendicet quoq; sibi perfectissimum modum illius naturæ, qualis natura est subsistere in seipso. Secundo, quia cum intelligere perfectio simpliciter sit, ac per hoc independens à materia secundum rationem, & secundum esse, si ei m tanta perfectione insta proprium rationem ponitur in rerum natura vt vendicet sibi identitatem, cum tam perfectissima natura & extranea ab ipso secundum se, à fortiori supponitur esse tantæ perfectionis quod excludat à se determinabilitatem formaliter & materialiter quoniā vtrāque imperfectionem importat. Ac per hoc, quod sit de ordine rerum non mediocrium esse ab aliquo contrahente. Et in talibus manifestè patet consequentia: quia si est substantia, nō potest esse nisi substantia sic per fecta quod non expectet esse à contrahente & consequenter oportet q. subsistat in seipso. Accipiendo igitur consequentiam, tam secundum id quod explicitè quam id quod implicitè, continetur. Quoniam prædicatum consequentis non est simplex, sed duo continet, scilicet subsistere in seipso. Prædicatum quoq; antecedentis compositum oportet esse. Et sic categorica eius erit quasi de quolibet subiecto & prædicato: & erit ista. Substantia ex tanta perfectione est tanto subsistendi in seipso.

¶ Ad quartum dubitandi dicitur, quod subsistere accipitur dupliciter, vno modo vt significat tantum affirmationem essendi in tertia natura, & negationem subsistentiationis in alio quocunque. Alio modo subsistere importat quendam naturalem entis modū cui naturaliter annexæ sunt talis negatio & talis affirmatio. In proposito non est sermo de subsistere primo modo, sed secundo. Quoniam de subsistentia naturali ipsius intelligere loquimur quæ subsistialitas est, & perfectionem simpliciter ponit. & non nisi ex perfectione summa ipsius intelligere sibi conuenit. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur. Quod si intelligere naturaliter subsistēs est, esset tanta perfectionis quanta potest sibi habere actus intelligēdi, quoniā nulla limitatione propriæ latitudinis modificaretur, quemadmodū humanitas subsistens apud Platonem tocam hominis perfectionem sibi vendicaret. Et consequenter cum intelligere sit perfectio simpliciter, ac per hoc nata esse infinitæ perfectionis simpliciter, oporteret quod intelligere subsistens esset infinitum. Ac per hoc identificaret sibi omnem aliam perfectionē simplicter. Et sic esset. Deus ipse. Vnde falsum est, quod sit intelligere subsistēs, quod est actus purus, &c. Et hæc distinctio de subsistere cum hac confirmatione vltima est notanda, quoniam ex illa Scoti, ex ista vero Auercoilæ retunditur.

¶ Tertia ratio est ista: Si intelligere angeli esset substantia, non possent esse gradus intelligendo perfectè, & minus perfectè. Probatur consequentia, quia tales gradus attenduntur secundum diuersam participationem ipsius intelligere.

¶ Circa istam rationem primo notandus est sensus consequentis. Nā consequēs

¶ Ad tertium dicendū, q. actio, quæ trāsit in aliquid intrinsecū. est realiter media inter agens & subiectum recipiens actionē. Sed actio quę remanet in agente, nō est realiter medium inter agens & obiectum, sed secundum modum significandi tantū. Realiter verò cōsequitur vnionem obiecti cū agēte. Ex hoc enim quod intellectū fit vnū cū intelligente, cōsequitur intelligere equa si quidam effectus differens ab vtroque.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum intelligere angeli sit eius esse.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod intelligere angeli sit eius esse. Viuere enim viuentibus est esse, vt dicitur in secundo de Anima. Sed intelligere est quoddam viuere, vtin eodē dicitur. Ergo intelligere angeli est eius esse.

¶ 2 Præterea, Sicut se habet causa ad causā ita effectus ad effectū. Sed forma per quam angelus est, est eadem cum forma per quā intelligit ad minus seipsum. Ergo eius intelligere est idem cum suo esse.

¶ SED CONTRA Intelligere angeli est motⁱ eius, vt patet per Dionysium 4. c. de Diui. nomi. Sed esse nō est motus. Ergo esse angeli non est intelligere eius,

¶ RESPONDEO dicendum, quòd actio angeli non est eius esse neq; actio alicuius creaturæ. Duplex enim est actionis genus vt dicitur nono Metaphy. Vna scilicet quæ trāsit in aliquid exterius inferēs ei passionē, sicut vrere & secare. Alia verò actio est quæ non transit in rem exteriorē, sed magis manet in seipso agēte: sicut sentire, intelligere & velle. Per hujusmodi enim actionē non immutatur aliquid extrinsecū, sed totū in ipso agente igitur. De prima ergo actione manifestū est quod nō potest esse ipsum esse agentis. Nā esse agētis significatur intra ipsum: actio aut ē talis est effluxus in actū ab agente. Secunda autem actio de sui ratione habet infinitatē vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter quidem sicut intelligere, cuius obiectum est verū, & velle cuius obiectum est bonum. Quorum vtrunque conuertitur cum ente. Et ita intelligere & velle quantum est de se, habent se ad omnia, & vtrunque recipit speciem ab obiecto. Secundū quid autem non valeat de substantialitate consequētia hæc de se patet: quia substantialitas in omnibus angelis & completis subsistantiis, cū tanta graduum diuersitate secundum magis & minus perfectionum inuenitur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod consequentia est optima formaliter. & q. si substātialitas in actione subsisteret, non esset nisi vna, nec compatereturi gradui diuersitatem. Sed argumentum falsitur, quoniam de substantialitate subsistere æquiuocat: dupliciter enim contingit. Vno modo, quod ex sua perfectione qua dicit præcidendo ab omni mixtione imperfectionis, sic abstracta subsistias & hoc modo vt dictum est, non est nisi vna. Alio modo, vt admixtā habet aliquid imperfectionis ex eius per se difficultis diuisiuis, quales sunt omnes differentiæ in genere substantiæ & hic procedit obiectio. Et ideo non est contra propositū. Habet autem sola ista perfectio simpliciter, scilicet substantialitas, vt vnum q. modo subsistendi possibilem: quia omnes differentiæ & modi per se ultius cō stituunt substantiam aliquam in aliquo esse substantiali, & consequenter subsistente.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli quatuor facit. Primo proponit conclusionem respōsiuam, scilicet quod neque actio angeli, neque actio alicuius creaturæ est eius esse. Secundo distinguit duplex genus actionis, scilicet immanentis & transeūtis. Tertio probat conclusionem propositam, quo ad actionem transeuntem. Quarto, quo ad actionem immanentem. Et medium quidem assumptum ad probandum de actione transeunte est: quia est effluxus ab agente in actum. Esse autem significatur, id est, est res significans intra ipsum agentem: vt clarius significatio ostēditur. nam significatur, ex parte rei se tenet, & non tantum ex parte modi significandi. De actione autem immanente medium est quia actio immanens est infinita simpliciter vel secundum quid, idest in aliquo genere. esse autem cuiusque rei, est finitum & determinatum ad certum genus, & ad certam speciem ter scilicet cuius est: ergo non sunt idem. Maior declaratur distinguendo, duplex genus actionis immanentis: alterum pertinens ad partem intellectiuam, alterū ad partem sensitiuam. Primum enim est infinitum simpliciter, quia obiectū eius ad omnia se extendit. Secundum vero est in finitum secundum quid quia obiectum eius ad quadam tantum species se extendit, & omnia alia sunt in litera.

¶ Circa hanc rationem aduertē, quod operatio immanens dupliciter sumi potest, scilicet in communi, puta intelligere, videre, &c. Et in specialī, seu cōtractē ad tale vel tale subiectum, puta intelligere humanum, videre bouinum, &c. In proposito non est sermo de istis 2. communi, quia sic non esset differētia inter eas & sensitiuam: sed est de eis sermo vt contractæ sunt ad subiecta. Ita quod intendit quod quia esse humanum est certæ speciei, intelligere vero humanum, non, sed est infinitum: ideo non sunt idem. Aduerte secundo q. determinati seu esse in aliqua specie contingit dupliciter, vno modo per accidens, seu intrinsece. Alio modo per se, & intrinsecē. In proposito non est sermo de specificatione extrinseca, seu per accidens: quia hæc ratio nihil valeret, vt patet, dicitur tenis sæpissime. Sed de specificatione intrinseca & essentiali, ita quod intendit, quod quia esse humanum est essentialiter determinatum ad speciē hominis, intelligere verò humanum nō est essentialiter in specie hominis: sed essentialiter potest specificari ab omnibus speciebus entis seu verius: per hoc est infinitū & indeterminatum simpliciter: ideo non sunt idem, & simile est in aliis. Et ex hoc patet quam conformiter S. Tho. dixerimus in præcedenti articulo, non admittendo intelligere esse speciem atomā. Si enim esset per fectio indiuisibilis forma liter iam esset determinatum ad certā speciem essentialiter: super cuius oppositō fundatur hæc ratio.

¶ Circa primam rationem huius rationis dubium est quia duplex credi potest, scilicet vel hoc. Quorunc unque sunt diuersæ essentiales differētiæ specificæ, illa diuersæ sunt res: Vel hoc. Ea quorum alterum est certæ speciei & alterum ab alia species essentialiter determinari potest: sunt diuersæ res. Et si quidem prima propositio fundamentum huius rationis est, concedere oportet omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinctionem formalem & specificam esse realem: q̃ nec à Thomistis tenentibus relationem esse idem fundamento acceptatur. Nec videtur consonum doctrinæ S. Tho. quòd sicut homini distinguitur formaliter ab ente, ita species hominis & differentiæ per se bonitas speciebus & differentiis entis distinguuntur formaliter: & tamen sunt idem realiter. Si verò propositio hæc falsa dicatur & super secunda propositione fundetur processus iste, redit tursus ambiguitas similis, & fortè maior, Tum quia secunda propositio nō differt à prima nisi penes vnū: Quoniam in prima alitas rātum specificarum differentiarum enuntiatur causa distinctionis realis: in secunda vero alietas & pluralitas quia scilicet ex vna parte est vna differentia constituens, ex alia vero parte sunt plures differentiæ specificæ: sic enim se habent esse humanum & intelligere: difficile autem valde videtur vnde exeat pluralitas differētiarum alisrū, quod faciat distinctionem realem à re vnius alius differentiæ ad hoc non sufficit. Quoniā pluralitas ista nihil aliud operatur, nisi qui id cui conuenit, se habeat vt natura generica quemadmodū vnitas differentialis facit q̃ res qui cōueniſt se habet vt natura specifica. Nec apparet ratio aliqua quare res vnius 280
*c.7.& 9. speciei non possit esse de Dini. idem cum re naturæ genericæ alterius ordinis, si potest esse idem cum re naturæ specificæ alterius ordinis. Tum quia nec propositio potest acceptari à prædictis Thomistis, quoniam albedo est vnius certę speciei, relatio autem quæ ponitur identificata illi ad multas indifferens est species quoniam diuiditur in relationem similitudinis & dissimilitudinis, &c. Et cōfirmatur, quia cuicunque non repugnat pluralitas differentiarū specificarum, illi nec repugnant magis tres qui quatuor aut decem differētiæ. Et propterea si vna res esse potest, & tamen esse in duabus speciebus, non minus vna res esse potest, & esse in omnibus speciebus vnius generis.

¶Ad hoc dubium dicitur, quod processus S. Tho. diuisiè & proximè super secunda propositione fundatur absque primæ tamen negatione: ita quod proximum fundamentum est, hæc propositio: Determinatum essentialiter secundum esse specificum non est res determinabilis essentialiter per plura esse specifica. Quæ propositio videtur esse per se notæ, alioquin vnam & res esset essentia completa formaliter vltimo complemento formali: & non esset completa vltimo complemento formali, quod implicat contradictoria simul, & licet non referat an res ponatur determinabilis per vnum esse specificum, aut per plura quemadmodum natura generica per plura specificatur: sequitur tamen plura impossibilia

277 Infrà q. 77. art. 1. cor. & q. 79. art. 1. c.12. cæl. hier.

tam ex secundo, quam ex primo. Quoniam si ponitur quod res specifica vnius ordinis est identica res specifica alterius ordinis, non sequitur nisi hoc, q̃ terminatum essentialiter vltima determinatione formali, est determinabile essentia liter alia determinatione formali. & sic esset determinatum vltimatè, & non determinatum vltimatè. Si verò ponitur quod res specifica vnius ordinis est identicè res generica alterius ordinis præter prædicta inconueniens, sequuntur duo alia, scilicet q̃ determinati formaliter vltima determinatione esset naturs formalis essentialiter multis differentiis. Et q̃ essent duæ naturæ oppositæ, quia esset idem cum duabus differentiis extremis diuidentibus rem illam genericam. Sicut si superficies esset natura coloris, sequeretur quod vna & eadē superficies esset albedo & nigredo. Quia omnis superficies esset identicè color, ac per hoc superficies esset non solum talis color puta albedo: sed esset identicè omnis color, q̃ implicat contradictionē. Sicut si quis poneret colorem significare vnum numero & tamen esse genus. Ex hoc patere potest, q̃ quamuis ambæ propositiones veræ forte sint, ad propositum tamen nō spectant de necessitate. Nisi illæ quę de identitate & distinctione inter rem specificam & rem genericam alterius ordinis loquuntur, quæ habent maiorem euidentiam.

¶ Vnde ad obiectiones in oppositum nihil aliud puto esse dicendum, nisi quod sermo præsens limitandus est duabus vel tribus conditionibus. Prima est quod hic loquitur de differentiis realibus, id est addentibus aliquā rationem realem. Et per hoc excluduntur obiectiones de bono & fibi similes: quoniam non addit rem realem, sed relationem tantum rationis tantum. Secunda est, quod loquimur de identitate per se, quoniam per accidens excluditur ab atte. Et per hoc excluduntur imaginationes eorum qui loquuntur in aëre, fingentes aliqua esse eadem realiter, & eandem rem esse essentialiter determinatam vltima differentia: & determinabilem alia vltima differentia alterius ordinis, hoc enim per se loquēdo nō est intelligibile. Per accidens autem dato quod non implicaret contradictionē, nulla tamen ratione tale per accidens poni videtur, quoniam natura quantum possibile est, horret per accidens, & ad per se semper intendit. Tertia conditio est ab illis apponenda, qui relationem tenent: idem cum fundamento, scilicet q̃ sermo præsens est de absolutis. Sed aduertant qui hanc opponunt tertiam conditionem: quomodo prædicta inconuenientia, & maximè tertium possunt euadere quum prædicta non gratia materiæ absolutæ vel respectiuę, sed ex rationibus vltimæ differentiæ generis & speciei, quæ communia sunt absolutis, & respectiuis deducta sint.

QVÆSTIO QVARTA.

ARTICVLVS III.

¶ *An potentia intellectiua angeli sit eius essentia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ virtus vel potentia intellectiua in angelo non sit aliud quā sua essentia. Mens enim & intellectus nominatur potentia intellectiua. Sed Dio.* in pluribus locis suorū librorum nominat ipsos angelos, intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua.

¶ Præterea, Si potentia intellectiua in angelo est aliquid præter eius essentiā oportet q̃ sit accidens. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius quod est præter eius essentiā. Sed forma simplex subiectū esse nō potest, vt Boët. dicit in lib. de Trinitate*. Ergo angelus non esset forma simplex: qđ est contra præmissa*.

¶ Præterea, Aug. dicit 12. Confes.* q̃ Deus fecit angelicam naturam prope se, materiam autem primā prope nihil. Ex quo videtur quod angelus sit simplicior, quam materia prima, vtpote Deo propinquior. Sed materia prima est sua potentia. Ergo multo magis angelus est sua potentia intellectiua.

¶ SED CONTRA est quod Dionis. dicit 2.* c. Angelicę hierar. quod angeli diuiduntur in substantiā, virtutem & operationem. Ergo aliud est in eis substantia & aliud virtus, & aliud operatio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nec in angelo, nec in aliqua creatura virtus vel potentia operatiua est idem quod sua essentia. Quod sic patet. Cum enim potentia dicatur ad actum oportet quod secundum diuersitatem actuum sit diuersitas potentiarum. Propter quod dicitur, quod proprius actus respondet propriæ potentiæ. In omni autem creato essentia differt à suo esse: & comparatur ad ipsum sicut potentia ad actum, vt ex supradictis* patet. Actus autem ad quem comparatur potentia operatiua est operatio. In angelo autem non est idem intelligere & esse: nec aliqua alia operatio aut in ipso aut in quocunque alio creato. Vnde essentia angeli nō est eius potētia intellectiua*, nec aliquius creati essentia est eius * operatio aut potentia.

vnusquisq; actus proprius respondet propriæ potentiæ: sed operatio & esse sunt actus diuersi, quorum propriæ potentiæ sunt substantia & vis operatiua, ergo substantia & potentia operatiua sunt diuersæ.

¶ Circa rationem prædictam, ex multis capitibus occurrit dubium. Et primo in illa propositione diuersitas actuum exigit diuersitatem potentiarum. Aut enim est sermo de diuersitate absolutè, aut tali. Si absolutè, nihil cōcludit. Quia distinctio in principiatis non infert distinctionem in principiis, nisi forte distinctionem formalem repugnantiæ, quæ non sufficit proposito. Si de tali aut de formali, & sic etiam non infert propositum. Aut de reali, & sic est falsa manifestè, quia cum diuersitate realium actuum stat vnitas potentiæ, vt patet 2. Cœli. Comend. 58. visua, & aliis, imo cum contrarietate reali actuum, vt patet 2. Cœli. Comend. 58. Rursus, aut est sermo de omni actu, aut de talibus de omni, manifestè sequitur processus in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua actus quidam est quod cum accidens ponatur & subiectiuè in anima. Et sic si vnusquisque actus exigit propriam potentiam, præterit alia potentia prior: & cum illa quoque exigat quidam præexigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si verò de actu tali non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quod est sermo de actibus vltimatis, deprehenditur quod hic est fuga quædam, ex eo, quia si actus vltimatus requantum actus vltimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigendi potentiam propriam. Sed hoc est falsum quoniam vt patet in 12. Metaphysic. & secundo de Anima, & tertiò Physi. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quod non omnis actus qui est per se terminus actionis, alius est actus vltimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta ad aliquam operationem ordinatur. Si verò dicitur, quod est sermo de actu talis: est falsum per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti. Thom. hic subsummentis subitis propositionibus, quod esse est talis actus respectu essentiæ. Constat enim quod essentia non expectat esse. Nec aliquid mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiæ: sed eadem generatio ne generantur & corrumpuntur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsummptis, scilicet essentia est propria potētia respectu esse & potētia operatiua respectu operari. Si enim hæ propositiones veræ sunt cum antecedit manifestè sequitur, quod quemadmodum operari & esse distinguuntur realiter ab maliter & realiter: ita etiam semper omnis essentia distingueretur realiter ab omni operatiua potentia, quod implicat contradictionem. Tum quia nulla essentia alicuius formæ accidentalis esset potentia operatiua. Et sic calor nō esset potentia calefactiua. Tum quia nulla potentia operatiua haberet esse: quia non esset essentia.

¶ Circa conclusionem ipsam multæ sunt dubitationes & obiectiones, et primò quod nulla substantia creata est immediatum principium alicuius operationis. Quoniam aut vnaliter intelligit de principio tam actiuo quam passiuo aut de actiuo tantum. Si de vtroque, sequitur quod substantia nullius transmutationis subiectum proximum esse potest, hoc autem est inconuenies. Tum quia oppositum apparet in materia prima. Tum quia hoc saluari non potest nisi

ponendo in omni substantia quædam accidētia potentialia congenita ipsi substantiæ: quibus mediantibus esset trāsmutabilis diuersis trāsmutationibus: hoc autem voluntarium & irrationabile. Quia pluralitas nō est ponenda sine necessitate. Natura enim facit ex paucioribus quantū potest, vt patet primo Physicorum. Si autem est sermo de principio actiuo tantum, sequitur q̃ supponatur hic, omnes potentias partis sensitiuę & intellectiuę esse actiuas, eo q̃ sunt potentiæ operatiuæ. Et tamē in secūdo de Anima manifestè dicitur, sensus esse potētias passiuas, & similiter intellectum possibile in prima illo einsdem. Deinde cōtra hoc sunt obiectiones Sco. in 2. dist. & in 4. dist. 12. Et primo arguit sic: Ordinatū ad finē quāto imaginatius ordinatur ad illum, tanto nobilius ordinatur, substātia creata nobilissimo modo ordinatur ad finem per operationem attingendū: ergo immediatè operabitur. Et confirmatur: quia operari immediatè conuenit formæ ignobiliori, scilicet accidentali, & formæ nobiliori, s. deitati: ergo conuenit etiā formę mediæ, scilicet substanciali creatæ. Et cōfirmatur secundo, quia alioquin subtilitas intellectualis esset beata per accidens quod est inconueniens. probatur cōsequentia: quia esset subiectum beatitudinis per receptiuum mediū, in quo recipitur beatitudo si esset separatum à substantia. ¶ Secundo sic: Substantiam oportet produci à substātia etiam tanquā à principio quo agens agit, ergo substātia est principium actiuum vt quo quod nihil aliud est quam potentia actiua. Et cōfirmatur hoc, quia apud te forma in qua genitū assimilatur generanti, est ratio & principium generandi, ergo potentia generativa in quacunq; substātia, est substantia. Et si dicatur concedendo, quod substantia est principiū actiuū quo operationis & generationis non proximū, sed primum, vt dicitur in diffinitione naturæ, & non potentia operatiua nominat principium proximum: Contra hoc multipliciter obiicitur. Tum quia negati nō potest quin substantia sit immediatum principium talis potentiæ operatiuæ, quam ponis esse accidens: Tū quia negari etiam non potest quin substantia sit immediatū principiū substātialis productionis. Quoniam autem substantialis productio elicitur immediatè à forma substantiali, vel à forma accidentali. Si à substantiali, haberur intentū: ab accidentali aut virtute propria, & hoc nō vt de se patet. Aut virtute substātiæ, quia est eius instrumentum: & hoc esse erit falsum declaratur quadrupliciter. Primo, quia instrumentum apud te nō mouet nisi motū à principali agēte ergo aliqua est operatio substantiæ, quæ mouet accidens ad agendū, quod est principale intentum. Secundo, quia causa principalis & instrumētalis sunt ordinatæ essentia liter sicut superior & inferior. Constat autē, quod causa superior prius natura attingit effectum, quam inferior. Et si est naturalis, quicquid vel quantum potest, prius naturaliter agit qua inferior. In illo ergo priori producta est substātia immediatè à substantia. Et consequētur in secundo signo naturæ, in quo terminatur actio causæ secundariæ, non producitur substātia nisi idē producatur. Tertio quia quo instrumentum non se extendit, illuc oportet principalis agentis actio tatem actuum oportet ua pote esse diuersitatem potentiarum propriarū quia actus diuersi, quorum propriæ potentiæ sunt substantia & vis operatiua, ergo substantia & potentia operatiua sunt diuersæ.

¶ Circa rationem prædictam, ex multis capitibus occurrit dubium. Et primo in illa propositione diuersitas actuum exigit diuersitatem potentiarum. Aut enim est sermo de diuersitate absolutè, aut tali. Si absolutè, nihil cōcludit. Quia distinctio in principiatis non infert distinctionem in principiis, nisi forte distinctionem formalem repugnantiæ, quæ non sufficit proposito. Si de tali aut de formali, & sic etiam non infert propositum. Aut de reali, & sic est falsa manifestè, quia cum diuersitate realium actuum stat vnitas potentiæ, vt patet 2. Cœli. Comend. 58. visua, & aliis, imo cum contrarietate reali actuum, vt patet 2. Cœli. Comend. 58. Rursus, aut est sermo de omni actu, aut de talibus de omni, manifestè sequitur processus in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua actus quidam est quod cum accidens ponatur & subiectiuè in anima. Et sic si vnusquisque actus exigit propriam potentiam, præterit alia potentia prior: & cum illa quoque exigat quidam præexigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si verò de actu tali non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quod est sermo de actibus vltimatis, deprehenditur quod hic est fuga quædam, ex eo, quia si actus vltimatus requantum actus vltimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigendi potentiam propriam. Sed hoc est falsum quoniam vt patet in 12. Metaphysic. & secundo de Anima, & tertiò Physi. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quod non omnis actus qui est per se terminus actionis, alius est actus vltimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta ad aliquam operationem ordinatur. Si verò dicitur, quod est sermo de actu tali: sed est falsum per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti. Thom. hic subsummentis subitis propositionibus, quod esse est talis actus respectu essentiæ. Constat enim quod essentia non expectat esse. Nec aliquid mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiæ: sed eadem generatio ne generantur & corrumpuntur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsummptis, scilicet essentia est propria potētia respectu esse & potētia operatiua respectu operari. Si enim hæ propositiones veræ sunt cum antecedit manifestè sequitur, quod quemadmodum operari & esse distinguuntur realiter ab maliter & realiter: ita etiam semper omnis essentia distingueretur realiter ab omni operatiua potentia, quod implicat contradictionem. Tum quia nulla essentia alicuius formæ accidentalis esset potentia operatiua. Et sic calor nō esset potentia calefactiua. Tum quia nulla potentia operatiua haberet esse: quia non esset essentia.

¶ Circa conclusionem ipsam multæ sunt dubitationes & obiectiones, et primò quod nulla substantia creata est immediatum principium alicuius operationis. Quoniam aut vnaliter intelligit de principio tam actiuo quam passiuo aut de actiuo tantum. Si de vtroque, sequitur quod substantia nullius transmutationis subiectum proximum esse potest, hoc autem est inconuenies. Tum quia oppositum apparet in materia prima. Tum quia hoc saluari non potest nisi

ponendo

¶ AD PRIMVM ergo dicendum q̃ angelus dicitur intellectus & mēs: quia totā eius cognitio est intellectualis. Cognitio autem animæ partim est intellectualis, & partim sensitiua*.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ forma simplex, quæ est actus purus, nulli* accidētis potest esse subiectū: quia subiectū comparatur ad accidēs, vt potētia ad actū. Et huiusmodi est solus Deus. Et de tali forma loquitur ibi Boëtius. Forma autē simplex, q̃ non est suū esse, sed comparatur ad ipsum vt potentia ad actū, potest esse subiectum accidentis*: & præcipuè eius quod consequitur speciem. Huiusmodi autē accidens pertinet ad formam. Accidens verò quod est individui nō cōsequēs totā speciē cōsequitur materiā, quę est individuationis principiū. Et talis forma simplex est angelus.

¶ Ad tertium dicendū, quod potentia materiæ, similiter formalia significata potētiarū animæ ad nihil aliud sūt nisi ad operari. His præsuppositis ad obiectiones cōtra rationem S. Tho. factas respōdetur quod præsens sermo est de diuersitate realium non quacunque, sed formali: nō quorumcunq; actuū, sed adæquatorum, & per se primo intentorum in ratione actus, talis enim diuersitas totalis potēciarū diuersitatē exigit: non à posteriori, sed à priori inferens eam: quoniā actus adæquatus est finis potētiæ: & ex secundo Phy. expresse patet, q̃ ex fine assignare rationē & conditionē eius, quod est ad finē est reddere causam à priori. imo potissimā causam in rebus naturalib*: quia naturalia sunt propter finē. Et propterea argumentū illud, distinctio in principiatis nō arguit distinctionē in principiis, sophisma est accidētis. Quoniā actus potentiarū nō in eo q̃ effectus, sed in eo q̃ fines potentias distinguunt. Ad id vero q̃ obiicitur cōtra propositiones subsumptas, dicitur q̃ vt patet ex verbis S. T. in respōsione ad vltimū argumentū esse hoc nō sumitur vniuersaliter, prout est commune quid ad actū primū substantialē & accidentalē, sed pro esse subsistātiali tantū. Et ratio est: quia hic sumitur vt totaliter distinguitur cōtra esse q̃ datur per operari. Tale autē nō est esse accidētale: quia operari est quoddā accidētale esse habere. Et ideo nō est mirū, si forma accidētalis proximū principiū essendi & operādi est: qa & esse eius & operari einsdē, est quoddā esse accidentale. Nō sic aūt se habēt operari & esse substantiale, vt de se patet: quia illud est substātia, & hoc accidēs.

¶ Ad obiectiones cōtra conclusionē ordinatè dicēdo respondetur, q̃ sermo præsens propriè loquēdo est tantū de potētia operatiua, siue actiuè, siue passiuè operari dicatur: modo ibi vera operatio sit. Et p hoc excluduntur oēs potētiæ puræ receptiuæ, i. quæ nō media aliqua operatione aliquid habēt ad actū, qualis est potētia subiecti respectu propriæ passionis, & vniuersaliter respectu cuiuscunq; p se cōgenita substātiæ rerū. Nec multiplicātur entia sine necessitate. Quoniā vt patet 12. met. in tex. 26. & 28. in quolibet genere est dare aptā potētiā, & aptum actū, quæ sunt vt principia illius generis. Ex hoc enim sequitur manifestè, q̃ oportet alterū duorū dicere, Aut q̃ substātia sit reductiuè in aliis generibus, vt potētia reducitur ad genus actus. Aut q̃ dētur istæ potētiæ cōgenitæ. Et eā primū sit inconueniens, vt ostā ipse Sco. fatetur oportet dicere secūdū. Neq; potest ad illū text. Aristt. respōderi: q̃ loquitur de potētia obiectiua: quoniā expresse loquitur de potētia & actu, vt principia sunt eius q̃, est in genere. Cōstat aut q̃ potentia obiectiua principiū non est rei, imo est res ipsa, vt possibilis est esse. Ad id vero q̃ de potētia materiæ obiicitur, patet respōsio à S. T. intendente q̃ potētia materiæ est ad esse substātiale nulla mediāte operatione, quæ sit vere operatio, ac p hoc accidens inter ipsam materiā & formā substantialē: quenia in instanti generationis, nulla res est in materia, nisi forma substātialis, cum cōsequentibus ad ipsam.

¶ Ad primam aūt rationē Sco. dicitur q̃ esse principiū operationis cōtingit tripliciter, s. vel proximū tantū, vel principale tantū, vel proximū & principale simul, & q̃ elicere operationē vel principiū proximū tantum est imperfectionis: quia oportet esse de genere accidentis. Elicere vero operationē vt proximū & principale simul, est summę perfectionis, quia ponitur in re perfectionē substantiæ & accidentis. Elicere vero vt principale tantū, mediū est & propterea rationabiliter conuenit substantiæ creatæ quæ media est inter Deū & accidentia. Vnde ad primū dicitur q̃ substātia debet ordinari ad finē nobilissimū, modo possibili tamen. Immediatio autē per exclusionē potentiæ mediæ est modus impossibilis substantiæ creatæ. Et per hoc patet ad primam confirmationē, quia rationemiæ perfectionis quam haberet, repugnat substantiæ creatæ, esse proximum principium operationis, quoniam esset proximum & principale simul.

¶ Ad alterā vero cōfirmationem (si non vellimus abuti vocabulis) negatur cōsequentia: quoniā operari mediāte virtute propria, vt quo, nō est operari p accidēs. Et ad probationē negatur q̃ beatitudo cōparetur ad potentiā substantiæ intellectualis & ad ipsam substantiā intellectualem, vt color ad superficiem & substātiā corporeā. Ita q̃ quemadmodum color informaret superficiem si esset separata à corpore, ita beatitudo potentiā si esset separata à substantia. Dico enim q̃ ista cōditionalis est falsa: quoniā beatitudo est essentialiter operatio vitalis, quā non est intelligibile esse nisi viuentis. Tum etiam quia beatitudo nō potest esse nisi in beate. Non potest autem fingi quod potentia separata esset beata: quemadmodum superficies esset colorata. Vnde non solum antecedens & consequēs illius conditionalis sunt impossibilia, sed etiam conditionalis ipsa.

¶ Ad secundā rationē Sco. concēditur, substantiā oportet esse fieri à substantia, ranquā à causa principali nō autē proxima. Et ad primam instantiam de cautatione accidentis à substantia, dicitur q̃ nullū accidēs causatur à substantia immediatè per operationem mediam. Cum hoc tū stat q̃ multa accidentia cōsequuntur substantiam & in genere causæ effectiuę, & materialis per modum naturalis sequelæ. Et hoc modo substantia est causa suarum passionum & potentiarum.

¶ Ad instantiam vero de propria causalitate causæ principalis & superioris dupliciter dici potest. Primo negando, q̃ substantia & sua potentia operatiua sunt propriè loquendo causa principalis & instrumentalis, superior & inferior. Et ad 2. propterea obiectiones non habent locum. Et potest esse ratio negationis quod substantia & potentia operatiua concurrunt non vt duæ causæ, sed vt causa, & quasi conditio causæ. Secundo potest dici admittendo quod se habeant non vt causa superior & inferior, sed quodammodo vt principalis & instrumentalis. Et q̃ instrumentum est duplex coniunctum & separatum. Et rursus inter instrumenta coniuncta datur latitudo: quoniam calor & potentia augmentativa, coniuncta instrumenta animæ dici possunt potentia tamen magis coniunctum instrumentum est. Nec opus est omne coniunctum instrumentum moueri à principali, sed operari principaliter concurrente ad illud operari principali agente, quo modo sic largè accipiendo instrumentum hanc sufficit habere instrumenti cōditionem. Vnde non oportet obiectis aliter respondere supponentibus substantiam & potentiam operatiuam se habere, vt duas causas.

¶ Ad id tamen q̃ tangitur de proximo principio elicitiuo generationis substantialis dicitur q̃ secundum tem generatio substantialis instantanea nō est operatio aliqua, sed est terminus generationis transmutantis materiam vsque ad hoc.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde non oportet quærere aliud illius principium, sed illud idem quod in toto tempore præcedente generabat, in instanti vltimo illius, tempore generat terminando actionem suam.

¶Et quo quæritur quomodo alteratio aut quodcunq; accidens virtute substantiæ, subsistantiâ faciat: quid est illa virtus: breuiter dico dupliciter dici posse. Primo à quibusdã dicitur, quod est res quædã intentionalis eo modo, quo in rentio coloris dicitur esse in aëre: & q̃ licet sit accidês secundũ esse est tamen causaliter subsistentia, non vt principalis causa, sed vt vis quædã modo instrumentalis: q̃ cõstat posse esse imperfectioré effectũ: vt patet de formis seminũ, & approbatur 12. Meta. text. 40. Secũdo dicitur, q̃ accidês ipsum ex hoc ipso quod est coniunctũ subsistantiæ tali, est eius organum coniunctũ: & est ipsius virtus, nec oportet aliã superaddere virtutẽ. Et hoc puto verũ in his quæ non sunt vera instrumẽta: sed ipsum & subsistantia sunt vna causa.

¶Ad tertiã rationẽ dicitur primo q̃ illa propositio absoluta. Realiter distincta sunt separabilia ab inuicẽ, est falsa ẽt in doctrina fidei quoniã partes essentiales simul sumptæ apud ipsum, distinguũtur realiter à toto: & tamẽ nõ posset alterũ sine altero fieri. Deinde dicitur, q̃ cõnexio necessaria inter subsistãtiã & eius potẽtiã, dato q̃ esset ex causalitate actiua, non tamen infert substantiã esse immediatum principiũ alicuius operationis vt patet ex dictis, non infert etiã q̃ Deus possit eas separare, quia potest supplere vicẽ causæ efficientis, quoniã hoc intelligitur de efficiente proprie, scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suæ passionis, vt ex dictis iam patet.

278 2.con. c. 96. ratione. 6. *text. 17.

377 b

*text. 1.3. & 18.

*text. 18.

¶Ad illud quòd obiicitur de essentia angeli, dicitur quod substantia angeli non est elicitiuum principium intellectionis, sed potẽtia. Et quamuis substantia absque media specie intelligibili ad intellectionem concurrat, nõ tamen cõcurrit vt eliciens, sed vt fons intellectus in actu respectu suiipsius infra patebit.

¶Ad vltimum vero de frigefactione aquæ calidæ dupliciter dicitur. Primò, q̃ principium illius frigefactionis est forma mediante frigiditate, quæ in aliquo gradu in ea remansit: quoniam non potest totaliter ab ipsa expoliari. Nec obstat quod frigiditas illa fit minor caliditate introducta, quamuis enim sit minor formaliter est tamen maior radicaliter, seu vtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est virtus & proprietas. Contingere autem potest totum quodãmodo pati à toto propter cõtrarietatem qualitatum actuarũ in toto existentium in continua pugna. Secundo dicitur, & melius, quod frigefit per se à generante & à forma propria per modũ tantum sequelæ: eo modo quo graue granitãdo frangit prohibens ipsum descendere, & deorsum mouetur. Imaginandum est enim, & ita est, quod ad formam grauis geniti extra locum suum, naturaliter sequeretur motus deorsum, nisi aliquid ꝓhiberentia ad formã aquæ sequitur esse frigidũ in tanta perfectione. Et ii impediatur à tanta perfectione, sequitur, remoto prohibente, frigefactionis motus. Et quemadmodũ graue graduitando vincit prohibens quandoquetamen frigidum frigendo vincit calidũ prohibens. Quando calidum illud ab agente, illud fouente destituitur. Et rursus vt diante frigiditate illa, à qua non est denudabilis. Quod autẽ istorũ modorum, qui valde propinqui sunt, fiat, ex hoc patet, quia nisi sic dicatur, oporteret recurrere ad causas extrinsecas, puta ad continens: sed hoc nõ potest rationabiliter dici. Tũ quia aqua efficitur frigidior continente. Tum quia si circumscribetur continens aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigefieret, cuius signum guidens est, quia aqua calida posita in continente nõ calido tepefecit. Vnde continens, & quæcunque alia causa extrinseca, non potest poni nisi causa per accidens, vt remouens prohibens.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus eget recordatione eorũ quæ tradunt ur in tertio de anima vbi ponuntur in anima nostra duæ virtutes ad intelligendũ concurrentes: vna actiua, vocata intellectus agẽs: & altera passiua, vocata intellectus possibilis. Hoc enim est quod vertitur nunc in dubium, de angelis. An scilicet vis intellectiua angelo rum distinguatur in duas potentias, actiuam scilicet & passiuam, an non: hoc enim est quærere, vtrum in eis sit intellectus agens & intellectus possibilis.

¶In corpore articuli, vnica conclusione quinto respondet negatiuè, scilicet in angelis nõ est intellectus agens, neque possibilis, nisi æquiuocè probatur. Ratio necessitatis vtriusque intellectus non habet locũ in angelis: ergo antecedẽs declaratur, primo quoad intellectum possibilẽ, secundo quo ad intellectũ agentẽ. Possibilis enim ponitur propter potentiam ad actum duplicem, scilicet ad actũ primum, & ad actũ secundũ, qui non habet locũ in angelo quo ad naturalia de quibus est sermo. Agẽs vero ponitur propter defectũ intelligibilis: quia scilicet oportet intelligibile in potentia transferri ad ordinem intelligibilium in actu.

terię est ad ipsum esse subsistãtiale[e], & non potentia operativa, sed ad esse accidentale. Vnde non est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ in angelo sit intellectus agens & possibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ in angelo sit intellectus agens & possibilis. Dicit enim Philosophus in 3. de Anima*, quod sicut in omni natura est aliq̃d quo est omnia facere, ita etiam in anima. Sed angelus est natura quædam. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

¶2 Præterea, Recipere est propriũ intellectus possibilis: illuminare aũt est propriũ intellectus agẽtis: vt patet in 3. de anima*. Sed angelus recipit illuminationẽ a superiori, & illuminat inferiorẽ. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

¶SED CONTRA est, quod in nobis intellectus agens & possibilis est per comparationem ad phantasmata. Quæ quidẽ comparantur ad intellectum possibilem, vt colores ad visum: ad intellectum autem agentem: vt colores ad lumen, vt patet ex 3. de Anima*. Sed hoc nõ est in angelo. Ergo in angelo non est intellectus agens & possibilis.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ necessitas ponendi intellectum possibilẽ in nobis fuit propter hoc, quod nos inuenimur quandoque intelligentes in potẽtia & non in actu. Vnde oportet esse quãdam virtutem quæ fit in potentia ad intelligibilia ante ipsum intelligere, sed reducitur in actum eorum, cùm fit sciens & vlterius cũ fit cõsiderans. Et hęc virtus vocatur intellectus possibilis. Necessitas autem ponẽdi intellectum agentem fuit, quia naturæ rerum naturalium, quas nos intelligimus non subsistunt extra animã immateriales & intelligibiles in actu, sed sunt solũ intelligibiles in potentia extra animã existẽtes. Et ideo oportuit esse aliquã virtutẽ, quæ faceret illas naturas intelligibiles actu. Et hæc virtus dicitur intellectus agens[c] in nobis. Vtraq; autẽ necessitas deest in angelis: quia neque sunt quandoq; intelligẽtes in potentia tantũ respectu eorum quæ naturaliter intelligunt: neque intelligibilia eorum sunt intelligibilia in potentia, sed in actu intelligunt enim primo & principaliter res immateriales, vt infrà* patebit. Et ideo nõ potest in eis esse intellectus agens & possibilis, nisi æquiuocè.

279 Infrà q. 79. art. 1. ad 3. Et Mal. 9ũ. 14. artic. 1. ad 14. *cap. 6. *lib. 2. de somno & vigil. cap. 12. *circa princip.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Philosophus intelligit illa duo esse in omni natura in qua contingit esse generari vel fieri, vt ipsa verba demonstrant. In angelo autẽ non generatur scientia, sed naturaliter adest. Vnde non oportet ponere in eis agens & possibile.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ intellectus agẽtis est illuminare, non quidem alium intelligentem, sed intelligibilia in potentia, in quantum per abstractionem facit ea intelligibilia actu. Ad intellectum autẽ possibilem pertinet esse in potentia respectu naturalium cognoscibilium, & quandoque fieri actu. Vnde q̃ angelus illuminat angelum, non pertinet ad rationẽ intellectus agentis neque ad rationẽ intellectus possibilis pertinet q̃ illuminatur de superioribus mysteriis, ad quæ cognoscẽda quandoque est in potentia. Siquis autem velit hæc vocare intellectum agentẽ quod etiam non habet locum in angelis: quia proprium intelligibile eorum est quidditas immaterialis de se intelligibilis vt lumen est de se visibile.

¶Circa rationẽ probantẽ non dari intellectũ possibilem in angelis, obiectiones Scoti occurrunt in 2. dist. 3. q. vlt. dicẽtẽ intendentes confutare eam, sic. In angelis est potẽtia receptiua speciẽi intelligibilis: ergo in eis est intellectus possibilis. Probatur consequentia: quia nihil refert an potentia receptiua præcedat durationẽ actũ recipiẽtis, an natura tantũ in quo tu ponis differre intellectum angeli à nostro possibili. Et confirmatur: quia si Deus destitueret homini species intelligibiles, nihil minus haberet intellectum possibilem, vt patet in Christo.

¶Contra rationẽ adductam de intellectu agente arguit Scot. ibidem ostendẽs fallam esse minorem, & oppositũ concludere. Quoniam primum, id est adæquatum obiectum intellectus angelici, quod dicis esse in intelligibile in actu, aut est aliquas res singularis aut vniuersalis: nõ singularis, q̃ nullũ singulare cõtinet virtualiter omnia cognoscibilia angelo: ergo est aliquod ratio vniuersalis q̃ præ dicationẽ ad omnia cognoscibilia ab angelo, & cum talia sint non solum immaterialia. sed etiã sensibilia, quæ sunt intelligibilia in potẽtia ergo primũ obiectũ intellectus angelici est abstractũ ab intelligibili ex se omnino intelligibile in actu, ergo debet poni intellectus agens in eis.

*Scotus. dist. 3. q. 6. & 7. circa. 37. com. 37

¶Contra conclusionẽ instar etiam ibidem sic: Potentia actiua quæ est perfectio in creatura inferiori, nõ est neganda à creatura superiori. Intellectus agens est huiusmodi, ergo. Præterea, Natura nobilissima debet habere eas virtutes, quibus possit acquirere sibi perfectionẽ suam, si non habet eam: ergo natura angelica debet habere intellectum agentem & possibilem, vt possit sibi acquirere cognitionem: vniuersalium quidem si non haberet inditam, & singulariũ quã nõ habet congenitam.

¶Ad has obiectiones facile est respondere, si natura angelorũ cõsideretur. Vt enim patet ex superioribus quæstionibus natura angeli media est inter actũ purum, & potentiam puram in genere intelligibilium. Tantumque obtinet præterationis vt ex eo quod habet perfectionis ac actualitatis: fluat intellectus non informis: sed formatus naturalis omnium naturaliter cognoscibilium ab angelo vt patet ex supradictis, & à Philosophis tam Peripateticis, quam Platonici ecorditer asseritur. Quamuis ex eo quod habet potentialitatis, comparetur ad intellectum formatum, vt recipiens ad receptum. Quemadmodum in sensibilibus ex actualitate naturæ prouenit, quod ex ea fiuant proprietates. Et ex potentialitate sit vt recipiantur in ea. Et quia natura sicut non deficit in necessãriis: sic nõ abundat dando superflua, propterea nulli tali rei ad quam per modum sequelæ naturalis non impedibilis nata est sequi perfectio propria: oportuit naturã fore licitari ad dandum sibi virtutes, quibus acquireret suam perfectionem. Quum enim talis sic fit instituta, quod eam necessario comitetur sua perfectio superfluè adiunctæ essent virtutes quibus naturaliter acquirere posset perfectionem qua naturaliter carere non potest. Ex hac etiam radice manifesta prouenit & quod intellectus angelicus nullum habet obiectum motiuum eius quo ad actũ primum. Et quod intellectus eius nunquam naturaliter est in statu potentiæ: & consequenter nullo eget actiuo.

*lib. 2. super per hen. propositio, Potentia. 2. cap. 47. & 48. 3. c. 10. & cap. 20. Dion. 776.

¶Ad obiectiones autem in oppositum de Intellectu possibili dicitur, quod nihil valent: quia nõ distinguunt inter per se, & per accidens. Potẽtia enim receptiua duplex est. Quædam per accidens coqua suo actui: & de tali procedunt obiectiones quæ imaginantur intellectum angelicum esse sicut intellectum nostrũ, cui accidere potest q̃ habeat species coquas. Quærẽs vero est per se coqua suæ perfectionẽ quia scilicet est naturaliter inseparabilis ab ea, quemadmodum figura respectu cerei & talis non potest vocari possibilis, quoniam nunquam est in statu potentiæ. Vnde ridiculum esset dicere, quod cæl um est possibile respectu huius figuræ, apud Philosophos, vt patet 9. Metaphysic. text. 17. & talis potentia est in intellectu angeli.

¶Ad obiectiones vero de intellectu agente, dicitur quod peccãt: Primo quia ob iectum illud quod ponitur adæquatum per prædicationem, non est vniuersale abstractum à sensibilibus, neq; totaliter neq; partialiter. Sed ex hoc ipso fatuum quod illius species naturaliter sunt inditæ angelis: & ideo non oportet ponere aliquod agens ob illius abstractiones. Peccant secundo, quia necessitas ponẽdi intellectum agentem non est ex parte obiecti inquantum est vniuersale per modum intellectus: ponitur enim vt cooperetur obiecto ad actuandum intellectum possibilẽ. Patet autẽ ex dictis tale obiectũ, scilicet in ratione motiui nullum esse respectu angeli: nisi forte substantiã proprium aut alicuius alterius superioris intelligentiæ, quas constat esse actus intelligibiles. Peccant tertio, quoniam obiectum per prædicationem adæquatum, commune est omnibus intellectibus, scilicet ens aut verum: ac per hoc nullus intellectus propria venanda sunt. Sed proprium obiectum cuiusque intellectus est ens, & verũ modificatum in per se primo obiecto motiuo, vel quasi motiuo illius. Quemadmodum ad intellectum nostrum se habet quicquid erat esse rei sensibilis, & ad quemlibet angelum se habet substantia propria: & penes talia obiecta distinguuntur inter se intellectus, & propriè eorum condiciones accipiuntur. Vnde posset dici, & bene quod obiectum primo, & per se adæquatum in ratione motiui naturalis intellectus angelici cuiuslibet, est res singularis essentia propria. Et cum obiicitur quod non contineat virtualiter omnia dicendum est quod non est opus obiectum continere virtualiter omnia: sed sat est quod contineat omnia naturaliter cognoscibilia, secundum cõditiones naturaliter cognoscibilia, à tali intellectu repræsentatiue: & hoc conuenit essentiæ angeli, diuersimodè tamen respectu diuersorum quoniam superiora repræsentat quasi vt effectus causam: inferiora vero ut causam inferiorem, quasi vt causa effectum, & vniuersalia liter tam superiorum, quam inferiorum repræsentatiua species virtualiter continet quamuis non eorum naturas: & hoc vltimum sufficit. Quoniam sat est quod primum obiectum continet virtualiter cognitiones omnium, Diuini nempe obiecti proprii est, & cognitiones, & naturas omnium continere.

*Scotus. dist. 36.

¶Ad obiectiones vero contra conclusionem iam patet ex dictis: quoniam falsum est, quod intellectus agens pertineat ad perfectionem simpliciter naturæ humanæ, sed pertinet ad perfectionem eius imperfecta, imo imperfectissima in genere intellectualium quoniam pertinet ad perfectionem acquisitiuam propriæ perfectionis, quæ præsupponit eius naturalem absentiam imperfectionem importat manifestiè. Vnde illa propositio, Potentia actiua, quæ est perfectionis, &c. non est vera, pluciter: quoniam multa pertinent ad perfectionẽ inferiorum, quæ essent imperfectiones in superioribus, patet etiam falsum esse, quod in omni natura ponende sunt virtutes quibus possit acquirere suam perfectionem si careret illa quoniam hoc non habet locum nisi in his quæ naturaliter carere possunt sua perfectione. Alioquin oportet etiam in Deo ponere intellectum agentem & possibilem. De cognitione autem singulatium inferius erit sermo, pro nunc autem negatur intellectum angeli esse in potentia naturali ad quemcunque actum primum, siue sit obiectum vniuersale, siue sit, obiectum singulare.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum quintum.

Titulus clarus est.

¶In corpore articuli vna est conclusio respondens ai: In angelis est sola intellectiua cognitio. Probatur quadrupliciter. Primo ratione tali. In angelis de virtutibus animæ sunt solæ illæ, quæ non sunt actus corporis: ergo in eis est tantum intellectus & voluntas, ergo in eis est sola intellectiua cognitio. Antecedens patet: quia angeli non habent corpora naturaliter vnita, Prima vero consequentia declaratur distinguendo duplex genus potentiarum animæ, s. organicarum, & non organicarum: secunda vero relinquitur per se nota. Secũdo probatur autoritate Aurreolis duodecimo Metaphy. commentario vltesimoseptimo. Tertio probatur ex congruentia ordinis Vniuersi, quia, scilicet infima pars est tota sensibilis: & media partim de genere sensitiuo, & partim de genere intellectiuo: vnde restat, vt suprema sit intellectiua totaliter. Quarto, ex nominibus quia vocantur mentes, & intellectus, idem suadetur.

d. 442

*qo. 57. arti. 2.

*li. 10. de tri. ca. 11.

287

295

280 1. dist. 12. ar. 3. ad 3. Et 3. dist. 14. arti. 1. q. 2. cor. & ad 4.

*text. 11. *text. 15.

¶Circa primam consequentiam dubium occurrit. Quoniam mala videtur ex eo quod in angelis est etiam potentia motiua, quæ non est actus alicuius corporis.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod, vt patet tertio de Anima motiuum secundum locum est pars animę coincidit cum appetitiuo: quamuis ex parte corporis aliquid addat. Vnde cum in angelis non sint corpora, vis motiua eorum cum appetitiua coincidit. Et propterea dixerunt Aristoteles, & Auctoris loco allegato, quod intelligentiæ mouent amando, & desiderando intellectualiter. Et propteresa consequentia fuit optima, vis enim motiua, vt non est virtus organica nõ differt ab intellectu & voluntate. Potest quoque & iutius dici: quod quia excluso non fit à concomitantibus, non est exclusa potentia motiua ex affirmatione intellectus & voluntatis tantum. Comes enim removens non inseparabiliter est.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum primum.

In titulo nota quatuor terminos. Primo ly intelligentiæ enim pro cognitione distinguitur à rerum præditamentis ac conditionibus naturaliter cognoscibilibus ab angelo. Tertio, ly per, denotat habitudinem causæ formalis, eo modo quo ratio intelligendi formaliter ad intellectionem concurrere creditur. Quarto, ly substantiam suam, intelligę cum præcisione id est solam ad excludendũ species intelligibiles & superiores substantias, ita q̃ sensus quæstionis est, vtrũ essentia angeli sola sit sufficiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam.*

Titulus clarus est.

¶In corpore articuli vna est conclusio respondens ai: In angelis est sola intellectiua cognitio. Probatur quadrupliciter. Primo ratione tali. In angelis de virtutibus animæ sunt solæ illæ, quæ non sunt actus corporis: ergo in eis est tantum intellectus & voluntas, ergo in eis est sola intellectiua cognitio. Antecedens patet: quia angeli non habent corpora naturaliter vnita, Prima vero consequentia declaratur distinguendo duplex genus potentiarum animæ, s. organicarum, & non organicarum: secunda vero relinquitur per se nota. Secũdo probatur autoritate Aurreolis duodecimo Metaphy. commentario vltesimoseptimo. Tertio probatur ex congruentia ordinis Vniuersi, quia, scilicet infima pars est tota sensibilis: & media partim de genere sensitiuo, & partim de genere intellectiuo: vnde restat, vt suprema sit intellectiua totaliter. Quarto, ex nominibus quia vocantur mentes, & intellectus, idem suadetur.

¶Circa primam consequentiam dubium occurrit. Quoniam mala videtur ex eo quod in angelis est etiam potentia motiua, quæ non est actus alicuius corporis.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod, vt patet tertio de Anima motiuum secundum locum est pars animę coincidit cum appetitiuo: quamuis ex parte corporis aliquid addat. Vnde cum in angelis non sint corpora, vis motiua eorum cum appetitiua coincidit. Et propterea dixerunt Aristoteles, & Auctoris locoallegato, quod intelligentiæ mouent amando, & desiderando intellectualiter. Et propteresa consequentia fuit optima, vis enim motiua, vt non est virtus organica nõ differt ab intellectu & voluntate. Potest quoque & iutius dici: quod quia excluso non fit à concomitantibus, non est exclusa potentia motiua ex affirmatione intellectus & voluntatis tantum. Comes enim removens non inseparabiliter est.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum primum.

In titulo nota quatuor terminos. Primo ly intelligentiæ enim pro cognitione distinguitur à rerum præditamentis ac conditionibus naturaliter cognoscibilibus ab angelo. Tertio, ly per, denotat habitudinem causæ formalis, eo modo quo ratio intelligendi formaliter ad intellectionem concurrere creditur. Quarto, ly substantiam suam, intelligę cum præcisione id est solam ad excludendũ species intelligibiles & superiores substantias, ita q̃ sensus quæstionis est, vtrũ essentia angeli sola sit sufficiens

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum in angelis sit sola intellectiua cognitio.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod in angelis nõ sit sola intellectiua cognitio. Dicit enim Augustinus octauo de ciuitate Dei*, quod in angelis est vita, quę intelligit & sentit. Ergo in eis est potentia sensitiua.

¶2 Præterea, Isidorus dicit *q̃d angeli multa nouerent per experientiam, quæ fit ex multis memoriis, vt dicitur in primo Metaphy.* Ergo in eis est etiam memoratiua potentia.

¶3 Præterea, Dionysius dicit quarto capitulo, de Diui. nominib. quod in dæmonibus est phantasia proterua. Phantasia autem ad vim imaginatiuam pertinet. Ergo in dæmonibus est vis imaginatiua. Et eadem ratione in angelis, quia sunt eiusdem naturæ.

¶SED CONTRA est quod Gregor. dicit in homilia de Ascensione*, quod homo sentit cum pecoribus, & intelligit cũ angelis.

¶RESPONDEO dicendũ, quod in anima nostra sunt quædam vires, quarum operationes per organa corporea exercẽtur, & huiusmodi vires sunt actus quarũdam partiũ corporis, sicut est visus in oculo, & auditus in aure. Quędam vero vires animę nostræ sunt, quarũ operationes per organa corporea, non exercentur: vt intellectus & voluntas & huiusmodi, non sunt actus aliquarum partium corporis. Angeli autem non habent corpora sibi naturaliter vnita, vt ex suprà* dictis patet. Vnde de viribus animæ non possunt eis competere nisi intellectus & voluntas. Et hoc etiam Commentator dicit duodecimo Metaphysicorum*, quod substantiæ separatæ diuiduntur in intellectũ & volũtatem. Et hoc conuenit ordini Vniuersi, vt suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua, & non secundum partem, vt anima nostra. Et propter hoc etiam angeli vocantur intellectus & mentes, vt suprà* dictum est.

¶Ad ea vero, quæ in contrariũ obiiciuntur, potest dupliciter responderi. Vno modo, quod autoritates illæ loquuntur secũdum opinionem illorũ, qui posuerunt angelos & dęmones habere corpora naturaliter sibi vnita. Qua opinione frequenter Augustinus in libris suis* vtitur, licet eam afferere nõ intẽdat. Vnde dicit vigesimoprimo de Ciuitate Dei, * quod super hac inquisitione non est multum laborandũ. Alio modo potest dici quod autoritates illæ, & consimiles sunt intelligẽdæ per quãdam similitudinem, quia cum sensus certã apprehensionẽ habeat de proprio sensibili, est in vsu loquentium, vt etiam secundũ certam apprehensionẽ intellectus aliquid sentire dicantur. Vnde etiã sententia nostra. Secundo ly omnia: distribuit namque pro omnibus rebus & rerum præditamentis ac conditionibus naturaliter cognoscibilibus ab angelo. Tertio, ly per, denotat habitudinem causæ formalis, eo modo quo ratio intelligendi formaliter ad intellectionem concurrere creditur. Quarto, ly substantiam suam, intelligę cum præcisione id est solam ad excludendũ species intelligibiles & superiores substantias, ita q̃ sensus quæstionis est, vtrũ essentia angeli sola sit sufficiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficiens ratio intelligendi omnia ab angelo naturaliter cognoscibilia tantũ quãtum potest illa cognoscere.

¶In corpore est vna conclusio responsiua quæsito negatiuè, scilicet angelus nõ cognoscit omnia per essentiam suam, sed per similitudines superadditas. Probatur sic, Nulla forma complete perficit aliquam potentiam, nisi contineat omnia ad quæ se extendit potentia illa: sed essentia angeli se habet vt forma respectu suæ intellectiuæ potentiæ: & non cõtinet omnia quæ potest angelus intelligere: ergo non est ei forma adæquata: & consequẽter non omnia per illã intelligit angelus. Maior propositio declaratur à posteriori in forma & materia sensibilium: minor vero quo ad primam partem probatur, quia quo intellectus intelligit, se habet ad ipsum vt forma eius. Quod probatur, quia quo agens agit est forma. Secunda vero pars probatur, quia intellectus angelicus extendit se ad omnia. Quod probatur, quia ens & verum est obiectum intellectus omnis. Essentia autem angeli non continet in se omnia. Quod probatur. Tum quia est determinata ad genus & ad speciem. Tũ quia continere in se omnia est proprium essentiæ diuinæ, quæ est infinita simpliciter. Nota primo quod secunda pars conclusionis per modũ cuiusdam sequelæ à Sancto Thoma apposita est, & non probata, sed quasi per ie nota dimissa, apud supponentes, angelos habere cognitionem de rebus omnibus secundum proprias rationes earum, & concedentes dari species intelligibiles. Vnde dug hic annectuntur quæstiones. Altera, an angeli cognoscant omnia secundum proprias rationes. Altera, an dentur species intelligibiles. Et secunda quidem seorsum tractabitur. Ad primam autem quia directè spectat ad propositum, & expresse hoc sumitur in minore: esset nunc dicendum nisi inferius multis quæstionibus sigillatim discutiendis esset, vnde pro nunc supponatur. Nota secundo, quod in præsenti ratione supponitur, essentiam angeli posse esse ei rationem intelligendi & discutitur, an respectu omnium intelligibilium ab eo sit ratio, an non respectu omnium. Illud autem quod præsupponitur, in sequentis quæstionis artículo primo explanabitur & discutietur: hoc autem tanquam communiter confessum supponitur. Nota tertio, quod continentia, de qua est sermo in maiore & minore, est continentia completa, siue formalis siue virtualis sit: completa autem continentia dicitur quando aliquid continetur secundũ omnes ipsius conditiones formaliter, vt genus in specie, vel virtualiter, creatura sunt in creatoris potentia. Nã nisi de huiusmodi continẽtia sit sermo, forma non adæquatet potentiã quantuncũque esset continens alias. Et sic minor erat est quoniã essentia angeli sola, etiã sit inferiorũ quasi exemplar, & superiorũ quasi effectus, & ex ea fluant species omnium: ita tamen secundum se solam, non æquiualet speciebus ex ea fluentibus: quoniam multa addunt in repræsentando, quæ sola per seipsam repræsentare nequit. Quia ea, quæ repræsentantur, in solo Deo continẽtur, secundum omnes eorum conditiones, quia addunt aliquid positiui, quod in angelorum essentiis non continetur: quia sunt finitæ. Nota quarto, quod quum in littera probatur, quod quo intellectus intelligit, est forma eius, quia quo agens agit, est forma eius, sumitur agens & agere communiter, vt etiam comprehendit actionem immanentem, quæ non est actio, sed qualitas. Vt tamen rationis non infirmatur ex hoc, imo valida magis redditur, quoniam si intelligere est tale agere, quod est esse tale, à fortiori sequitur, ergo quo sic agit, est eius forma, quia est quo intelligens habet tale esse.

gat, idest omnia in omnibus. Ergo angelus omnia in sua substantia cognoscit.

¶SED CONTRA est q̃ Dion. dicit in eodem capite, quòd angeli illuminantur rationibus rerũ, ergo cognoscunt per rationes rerum, & non per propriam substantiam.

¶RESPONDEO dicendum, quod illud quo intellectus intelligit, comparatur ad intellectũ intelligentẽ, vt forma eius, quia forma est quo agẽs agit. Oportet autem ad hoc quod potẽtia perfectè cõpleatur per formam, quo. omnia contineatur sub forma, ad quæ potentia se extendit. Et indeest, quod in rebus corruptibilibus forma non perfectè complet potentiã materiæ: quia potentia materiæ ad plura se extendit, quam sit continentia formæ huius, vel illius. Potentia autẽ intellectiua angeli se extendit ad intelligendũ omnia: quia obiectum intellectus est ens, vel verum commune. Ipsa autem essentia angeli nõ comprehẽdit in se omnia, cum sit essentia determinata ad genus & ad speciem. Hoc autem proprium est essentiæ diuinæ, quæ infinita est, vt in se simpliciter omnia com prehendat perfectè. Et ideo solus Deus cognoscit omnia per suam essentiã: angelus autem per suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed oportet intellectũ eius aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quod cum dicitur angelum secundum suam naturam res cognoscere, ly secundum non determinat medium cognitionis, quod est similitudo cogniti: sed virtutem cognoscitiuam, quæ cõuenit angelo secundum suã naturam.

¶Ad secundum dicendũ, quod sicut sensus in actu, est sensibile in actu, vt dicitur in secundo de anima, non ita quod ipsa vis sensitiua sit ipsa similitudo sensibilis quæ est in sensu, sed quia ex vtroque fit vnum sicut ex actu & potentia ita & intellectus in actu dicitur esse intellectum in actu: non quod substantia intellectus sit ipsa similitudo per quã intelligit, sed quia illa similitudo est forma eius. Idem est autem quod dicitur in iis quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur, ac si diceretur, quòd intellectus in actu est intellectum in actu. Ex hoc enim aliquid est intellectum in actu quod est immateriale.

¶Ad tertium dicẽdum, quod ea quæ sunt infra angelũ, & ea quæ sunt supra ipsum, sunt quodammodo in substantia eius: nõ quidem perfectè, neque secundum propriam rationem, cum angeli essentia finita existens secundum propriam rationem ab aliis distinguatur, sed secundum quandam rationẽ communem. In essentia autem Dei sunt omnia perfectè, & secundũ propriam rationem, sicut in prima & vniuersali virtute operatiua, à qua procedit quicquid est in quacunque re propriũ vel commune. Et ideo Deus per essentiã suam habet propriam cognitionẽ de rebus omnibus: non autem angelus, sed solam communem.

ARTICVLVS II.

¶Virum angeli intelligant per species à rebus acceptas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ angeli intelligant per species à rebus acceptas. Omne enim quod intelligitur per aliquam sui similitudinem, in intelligente intelligitur. Similitudo autem alicuius in altero existens, aut est ibi per modũ exemplaris, ita quod illa similitudo sit causa rei: aut est ibi per modum imaginis, ita quod sit causata à re: oportet igitur quod omnis scientia intelligentis, vel sit causa rei intellectę vel causata à re. Sed scientia angeli non est causa rerum existentium in natura, sed sola diuina scientia. Ergo oportet quod omnes species per quas intelligit intellectus angelicus, sint à rebus acceptæ.

¶Præterea, Lumen angelicum est fortius quam lumẽ intellectus agentis in anima. Sed lumen intellectus agentis abstrahit species intelligibiles à phantasmatibus, ergo lumen intellectus angelici potest abstrahere species etiam ab ipsis rebus sensibilibus. Et ita nihil prohibet dicere quod angelus intelligat per species à rebus acceptas.

¶3 Præterea, Species quæ sunt in intellectu indifferenter se habent ad præsens & distans, nisi quatenus à rebus sensibilibus accipiuntur. Si ergo angelus nõ intelligit per species à rebus acceptas, eius cognitio indifferenter se haberet ad propinqua & distantia. Et ita frustra secundum locũ moueretur.

¶SED CONTRA est q̃ Dion. dicit 7. c. de Di. no. quod angeli nõ congregant diuinam cognitionẽ à rebus diuisibilibus aut à sensibilibus.

¶RESPONDEO dicendũ: q̃ species q̃ quas angeli intelligunt, nõ sunt à rebus acceptæ sed eis connaturales. Sic enim oportet intelligere distinctionẽ spiritualiũ substantiarũ & ordinẽ, sicut est distinctio & ordo corporaliũ. Suprema autem corpora habent potentiã in sui natura totaliter perfectam per formam. In corporibus autem inferioribus potentia materiæ non totaliter perficitur per formã, sed accipit

ab extra, aut non cãsibiles, est petitio principij, quia hoc est quod quærendo vertitur in dubium. Et sanctus Thomas rationabiliter ex hoc, quod natura indicit corporibus cœlestibus perfectiones suas quæ tamẽ in cõmuni sunt de nouo acquisibiles, intulit à fortiori, intelligentias esse tales naturas, quibus cõgenitæ sint propriæ perfectiones, quæ etiam in communi sunt de nouo acquisibiles. Et ex hoc à priori sequitur quod neutræ vt in tali natura sunt, sunt causabiles ab extra, sed ab auctore naturæ tantum. Et ex hoc patet responsio ad secũd. Secũda distinctio est de potẽtia, quia vt dicitur 8. Phy. dupliciter contingit aliquid esse in potentia, scilicet essentiali, id est ad actũ primũ, aut accidẽtali, id est ad actum secundum. Et vt patet in secũdo & tertio de Anima, intellectus tũc dicitur esse in potent. essentiali, quã do est sicut tabula nuda. Tunc autem in potẽtia accidentali, quando est sciens, nõ actu intelligens. In proposito ergo fermo est de potẽtia essentiali, & ad perfectionẽ secundum actũ primum, non aliquam, sed omnem tam substantialem quam accidentalem, naturalem tamen, & naturalem tantum. Sed de primam instantiam dicitur, quod obiectio est satis puerilis: quoniã est aliud arguere ex propositionibus particularibus, & aliud est arguere ex vna conditione particulari alicuius naturæ. Arguimus enim hic ex ista corporali cœlestiũ conditione, quia scilicet sunt naturaliter cõpleta, & tamen facimus propositionem vniuersalẽ de omnibus corporibus primis, vnde proportionalitas illa est particularis quo ad conditionẽ in qua attenditur, & est vniuersalis quo ad prædicationem.

¶Ad secundam vero instantiam dicitur, quod corpora cœlestia quamuis cõparentur ad perfectiones accidentales, vt potentia ad actum, quia se habent vt receptiuum ad receptum: non tamen sunt in potentia essentiali vt accidentali, respectu earum. Vnde non est ad propositum talis potentialitas.

¶Ad tertiam vero instantiam dici potest dupliciter. Primo q̃ proportionalitas inter angelos & corpora cœlestia magis attenditur secundum potentiã essentiæ lem quam accidentalem, quia actus secundus corporum est operatio transiens, angelorũ vero immanens: actus vero primus vtrobiq; est in eo cuius est & quo ad hoc eiusdẽ ordinis. Tum quia actus primus vtrobiq; est naturalis: actus vero secundus nõ sed angelorum est operatio libera, corporũ vero naturalis. Et propterea hæc absque imperfectione nõ essent in potentia accidentali. Illi vero ex libertate, in natura tamen finita, habent potentiam accidentalẽ, Secũdo dici potest, quod quemadmodum in corporibus cœlestibus potest de nouo aliquid acquiri partialiter, vt patet de partibus motus & terminis eius, & similiter de partibus lucis quo ad illuminari: ita in angelis est potentia accidentalis ad aliquam nouam cognitionem, proportionaliter enim se habent corpora nanque cœlestia semper mouentur, & tamen mutant de termino in terminum; & luna semper illuminatur: & tamen semper mutatur. Angeli autem & semper actu intelligunt saltem seipsos, & mutantur de vna intellectione in aliam respectu aliorum cognitorum.

¶Secũda ratio est modus quo res naturaliter perficitur, causatur ex naturali modo essendi eiusdem. Cuius signum est, q̃ in anima nostra, cuius naturalis modus essendi est esse in corpore, naturalis etiã modus quo perficitur, est vt accipiat à corpore alioquin frustra vniretur corpori, cum materia sit propter formam, & non econuerso. Sed angeli subsistunt absque omni coniunctione ad corpus, ergo perficiuntur absque acceptione à corpore per influxum intelligibilem ab auctore naturæ.

¶Circa hanc rationem Scot. vbi suprà dicit quod quamuis ex modo essendi animæ concludatur modus quo perficitur, ex incorporalitate tamen angeli nõ potest concludi, quod non perficiatur ab obiecto corporeo: quoniam independens à corpore vt materia, non infert independentiam à corpore vt obiecto.

¶Ad hoc dicitur, quod processus Sancti Thomæ iuxta doctrinam traditam primo Posteriorum procedit, scilicet si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis: & tenet in causis propriis. Si enim propria causa quare anima accipit perfectionem suam à corpore, est modus essendi eius consequens est quod negatio talis modi essendi, erit causa negationis talis modi perficiẽdi, imo oppositus modus essendi erit causa oppositi modi perficiendi. Quod autẽ modus essendi animæ sit propria causa modi perficiendi patsuè, probatur à Sancto Thomæ, quia aliter vnio animæ intellectiuæ ad corpus, quæ importat talem modum essendi, frustra esset. Et tenet sequela quia talis vnio, aut est primo propter bonum animæ vt propter bonum corporis. Sed hoc non potest dici, quia non est propter materiam. Relinquitur ergo illud, quia materia est propter formam. Constat autem proprium bonum animæ intellectiuæ in perfectione intellectuali consistere. Et ex hoc patet quod independentia naturalis à corpore vt à materia infert independentiam ab eodem vt obiecto.

¶Sed contra hoc tantum instat iterum Scotus in quarto distinctione quadragesimæ quinta dicens dupliciter posse solui hanc rationem, primo dicendo, quod

nunc vnam, nunc aliam formã ab aliquo agente. Similiter & inferiores substãtiæ in tellectiuæ, scilicet animæ humanę habent potentiã intellectiuã nõ completa natura liter, sed cõpletur in eis successiuè, p̃ hoc q̃ accipiunt species intelligibiles à rebus. Potentia verò intellectiua in substãtiis spiritualibus superioribꝰ, id est in angelis, naturaliter cõpleta est per species intelligibiles cõnaturales, inquantũ habẽt species intelligibiles connaturales ad oia intelligẽda, q̃ naturaliter cognoscere possũt. Et hoc ẽt ex ipso modo essendi huiusmodi substantiarum apparet. Substantiæ enim spirituales inferiores, scilicet aiæ, habent esse affine corpori inquantũ sunt corporũ formæ, & ideo ex ipso modo essendi cõpetit eis vtà corporibus, & per corpora suã perfectionẽ intelligibilẽ cõsequatur, q̃ alioquin frustra corporibus vniretur. Substãtię verò superiores, id est angeli sunt à corporibꝰ totaliter absolutæ immaterialiter, & in esse intelligibili subsistentes, & ideo suam perfectionem intelligibilẽ cõsequũtur per intelligibilẽ effluxum, quo à Deo species rerũ cognitarũ acceperunt simul cũ intellectuali natura. Vnde Aug. dicit 2. super Genesim ad literã *, q̃ cætera quæ infra angelos sunt, ita causantur, vt prius fiant in cognitione rationalis creaturę, ac deinde in genere suo.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd in mente angeli sunt similitudines creaturarum non sequitur animam frustra vniri per hanc viam, & per aliam posse perfectio acquiri: sicut non sequitur frustra potionem sumere infirmum, qui etiam per sectionem absque potione posset sanari. Secundo, dicendo quod anima nõ vnitur propter bonũ proprium, nec materiæ, sed totius compositi, & sic vtroque modo negatur quod modus essendi talis sit propria causa talis modi perficiendi.

¶Ad primum horũ dicitur quod in generatione entiũ & perfectorum nõ cõtingit ponere plures modos, vt patet in naturalibus: nõ ergo est rationabile, perfectiones substãtiæ intellectualis pluribus modis posse naturaliter fieri quoniã vnius naturæ vnus est modus naturalis suæ perfectionis. Secũdo, quòd fruſtra fit per plura q̃ fit per pauciora æque bene. Sed sic esset in proposito, imo melius anima perficeretur immediate ab obiecto, quam à vice obiecto, id est phantasmate: igitur aut iste non erit naturalis, aut ille.

¶Ad secundum autẽ dicitur, q̃ quia intellectuale vtique nõ est actus corporis. cõsequenter vt sic non est pars compositi corporis: ergo loquendo de substãtia intellectiua li formaliter, non potest dici quod primò est propter compositũ, nisi assignetur ratio quare vnibilis est corpori. Nec potest dici, quia est talis forma, puta intellectiua simul & sensitiua, quia de hac coniunctione quæritur eodem modo, aut propter bonum sensitiui aut intellectiui. Nõ primum: quia illud est vt materia. Ergo secundum, scilicet vt à sensibus accipiat: & habeatur intentum.

¶In responsione ad secundum, vbi ponuntur duæ viæ respondendi, aduerte q̃ Scotus in locis allegatis impugnat primam responsionem tripliciter. Primo cõtra eius efficaciam arguit sic, esse imaginabile aut ponitur medium inter esse in intelligibile & sensibile ex parte obiecti seu rei cognitæ, aut ex parte intellectus seu potentiæ abstrahentis. Si ex parte rei sequeretur q̃ etiã Deus non posset intelligere lapidem, nisi media imaginatione aut esse imaginabili. Si ex parte intellectus, arg. non concludit, quia stat q̃ aliquid sit medium virtuti inferiori, & tamen non sit medium virtuti superiori, sicut (verbi gratia) gradus calorię vt quatuor, habet rationem medij respectu virtutis calefactiuæ debilis paulatim calefacientis: & non virtutis vehementis subito magnum calorem inducentis.

¶Secundo ad idem arguit sic: Nihil est in phantasmate, per quod sufficiat ad cognoscendum speciem intelligibilẽ in suo ordine, quod nõ eminentius sit in re cuius est phantasma, ergo res sensibilis in seipsa potest communicare speciem, igitur phantasma est medium per accidens, id est pro statu isto. Antecedens probatur quia phantasma per hoc tantum agit, quia est repræsentativum obiecti.

¶Tertiò contra eius veritatem instat, volens falsum esse, quod esse imaginabile sit medium inter esse intelligibile & sensibile: quoniam esse imaginabile cõprehenditur sub hoc extremo quod est esse sensibile: quemadmodum imaginatio sub cognitione sensitiua.

¶Ad has obiectiones dupliciter dici potest. Primo, q̃ Sanctus Tho. ideo addidit secundam responsionem: quia videbat rationem hanc pati calumniam, nec credidit ipsam esse necessariam, sed probabilem. Ego autem puto opinatum esse ipsum cum Auerroe in de sensu & sensato hanc rationem necessario concludere si philosophiæ propositiones vt Philosophos decet admittantur. Addit tamen secundam responsionem vt Theologanibus, & secundum imaginationem loquentibus satisfaciret. Dicendum est ergo quod ratio efficax est, quod medũ hoc est essentiale, non tantum in essendo, sed etiam in causando, & non simpliciter: sed respectu talis causæ, scilicet rei sensibilis. Quod enim esse imaginabile sit medium in essendo, inter esse sensibile exterius & esse intelligibile, per se notum est: quia quod quid erat esse imaginabilis, partim est materiale, & partim spirituale. Quod vero sit medium in causando esse intelligibile non simpliciter, ex eo patet quod effectus iste, scilicet esse intelligibile, potest causari absq; esse imaginabili concurrente: vt patet de speciebus congenitis ipsis angelis. Quod autem sit medium essentiale in causando eundem effectum respectu talis causæ scilicet sensibilis exterioris, scilicet quod si esse intelligibile causari debet à re sensibili exttinseca, causari non potest nisi per tale medium, scilicet esse imaginabile. Et loquimur semper de potentia & ordine naturali. Declaratur ex illa maxima Diony. septimo c. de Diu. no. scilicet quòd ordo Vniuersi hoc habet, vt supremum infimi attingat infimum supremi. Ex hac enim habeo, quod sensibile non nisi in suo supremo, pertingit ad infimum ordinem intelligibilem. Constat autem quod supremũ in ordine sensibilium est esse imaginabile: quia est spiritualissimũ & propinquissimũ intelligibilitati, & q̃ infimũ in ordine intelligibile est cõcurrere ad speciẽ intelligibilẽ educẽdã de potẽtia ad actũ: igitur naturalis ordo terũ exigit, vt res sensibilis secũdũ esse omnino materiale, nõ possit esse immediatũ concurrens virtuti intellectuali producenti esse intelligibile. Sed si cooperari debet, oportet q̃ prius ad summũ gradũ perueniat. Habeo etiã secundo, quod solus intellectus humanus, qui est infimus in ordine intellectualiũ, cõiungitur supremo sensibilium, quod est concurrere cum sensibilibus ad habendum

& col-

* eodem etiam capite.
* q. præc. arti. 5.
288 a 527

Universidad de Deusto
Biblioteca

& colligendum esse intelligibile. Intellectus vero superiores altiori modo illud obtinent. Et ex hoc patet responsio ad obiecta. Nam dicendum est ad primum quod est imaginabile est medium non solum ex parte virtutis intellectiuæ, sed etiam ex parte sensibilis rei cognitæ. Non inquantum habet rationem obiecti seu termini, sed inquantum habet rationem causæ & motiui. Et sic patet instantias non obstare.

¶ Ad secundum vero negatur assumptum: quoniam spiritualitas phantasmatis non per accidens, sed per se cōcurrit ad talem causalitatem, vt ex dictis iā patet. Ad probationem autem dicitur, quod phantasma agere ratione naturæ tantum, potest dupliciter intelligi. Vno modo tāquam ratione agendi, & sic cōceditur. Alio modo tanquā conditione agētis, & sic est falsum. Quoddam enim, bouis nō secundum quodcunq; esse est proximum principium suipsius ineſſe intelligibili, sed secundū esse spiritualissimū proprij ordinis. scilicet sensibilis. Vnde quemadmodum quod quid erat esse bouis est prima ratio agēdi in generatione naturali, quum hos generet bouem: esse autē materialiter & sensibiliter vt bos est, & in rerum natura est cōditio & ratio nis agendi, & agentis. Ita quum phāntasma speciem intelligibilem cā causat (quū phantasma nihil aliud sit quam natura bouina in tali esse spirituali) tatio agendi est ipsa natura, sed conditio rationis agendi & agētis est talis spiritualitas quæ non eminentius contīnetur in obiecto extrinseco, quoniam ipsa est ab anima, non quacūque sed suprema, seu secundū sui supremum, quoniam sensitiuum ex coniunctione ad intellectiuum, obtinet vim cogitatiuę, à qua est tanta spiritualitas. Nam obstat quod phantasma sit quantum quoddam materiale, ac per hoc conueniens in modo essendi cum obiecto extrinseco: quoniam, vt ex dictis patet, modus iste essendi quamuis sit eiusdē generis, est tamen alterius, & nobilioris rationis, adeo vt differat ab illo plusquā genere physico. & sit supremus in tota latitudine modorum essendi sensibilium: vt summa propinquitas eius ad ordinem intelligibilium testatur. Et propterea, vt dictum est quidditas in tali esse, poterit esse naturalis conearū esse intelligibilis. Non autē quidditas in esse omnino materiali.

¶ Ad tertium verò dicitur, quod esse sensibile duobus modis sumi potest. Vno modo communiter: & sic constat quod esse imaginabile est eius species. Alio modo magis stricte & vtitatius pro sensibili exteriori: & sic cōstat imaginabile esse medium: & quia de tali sensibili est sermo, vt per se notum est ideo obiectio est satis friuola.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quod Sco. in 4. dist. 45. q. 2. tenens distantiā localem impedire cognitionem tam angeli quam animæ separatæ, autoritatibus munit se (scilicet Aug. in lib. de cura agenda pro mortuis, & Gregorij in homiliis, dicentid animas separatas nescire quæ fiunt hic, fed ea discere vel ab angelis vel ab animabus hinc euntibus, vt sancti Patres didicerunt à Io. Bapt. descendendo ad inferos. Adducit etiam duas autoritates Arist. Alteram ex 8. Phys. vbi vult intelligentiam mouentem orbem, esse præsentem illi parti vnde incipit, seu vbi est velocissimus motus alteram ex 7. Phys. vbi vult agens & patiens esse simul simultate contactus in corporibus vel simultate maiore, scilicet mutuæ præsentiæ in spiritualibus, apud ipsum ergo requiritur præsentia, nec æqualiter se habet intelligentia ad distans & propinquum.

¶ Ad has obiectiones dicitur, quod peccant primo, quia supponunt angelū seu animam separatam accipere cognitionem à rebus sensibilibus: peccant secundo secundum non causam vt causam: quoniam aliunde prouenit ignorātia eorum quæ fiunt apud nos, & non ex distantia, vt infrà patebit. Vnde autoritates Aug. & Greg. non sunt ad propositum, similiter & autoritates Arist. quia loquuntur de actione & passione: quamuis ex supertius dictis in quæstione de loco angelo rum iam pateat quomodo autoritas intelligenda sit de præsentia ordinis.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ quintæ Articulum tertium.

IN titulo aduertendum est, quod cum vniuersalitas speciei intelligibilis nō sit in prædicando, seu essendo, nec in causando, sed in repræsentādo: intelligere per species vniuersaliores, nihil aliud est quam intelligere per species ad plura se extendentes in repræsentando. Et quoniā hoc contingit dupliciter. Vno modo per repræsentationem rei magis vniuersalis. Alio modo per repræsentationem plurium in actu eo modo quo species repræsentatiua animalitatis, & omnium per se differentiarū eius actualiter vniuersalior species diceretur & esset, quam repræsentatiua animalitatis aut humanitatis tantum, & hoc modo sumitur vniuersalior in proposito, & non primo modo.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua affirmatiue: dupliciter probata scilicet angeli quanto sunt superiores, tanto per species vniuersaliores intelligūt. Probatio prima est ista. Intellectus quanto sunt naturaliter superiores, tanto sunt similiores Deo in perfectione intelligibili & modo eius. Et quanto magis sunt similiores, tanto per pauciores species intelligūt ergo per vniuersaliores consequentia est nota. Alioquin intelligens per pauciores species nō haberet perfectam notitiam de omnibus. Prima autem propositio patet ex eo q̄ naturæ graduantur secundū propinquitatem similitudinis naturalis ad primū.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum superiores angeli intelligant per species magis vniuersales, quam inferiores

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quod superiores angeli non intelligant per species magis vniuersales, quā inferiores. Vniuersale enim esse videtur q̄ a particularibus abstrahitur. Sed angeli non intelligunt per species à rebus abstractas[e]. Ergo nō potest dici q̄ species intellectus angelici sint magis & minus vniuersales.

¶ 2 Præterea, Quod cognoscitur in speciali, perfectius cognoscitur quā q̄ cognoscitur in vniuersali: quia cognoscere aliquid in vniuersali, est quodammodo mediū inter potentiam & actum. Si ergo angeli superiores cognoscunt per formas magis vniuersales, quam inferiores, sequitur q̄ an geli superiores habeant scientiam magis imperfectam, quàm inferiores. Quod est inconueniens.

¶ 3 Præterea, Idē nō potest esse propria ratio multorum. Sed si angelus superior cognoscat per vnā formā vniuersalem diuersa quæ inferior angelus cognoscit per plures formas speciales: sequitur q̄ angelus superior vtutur vna forma vniuersali ad cognoscēda diuersa. Ergo non poterit habere propriam cognitionem de vtroque. Quod videtur inconueniens.

SED CONTRA est q̄ dicit Dio. 12. c. Angelicæ Hier. q̄ superiores angeli participant scientia magis in vniuersali, quā inferiores. Et in lib. de Causis * dicitur, q̄ angeli superiores habent formas magis vniuersales.

¶ RESPONDEO dicendum q̄ ex hoc sunt in rebus aliqua superiora, quòd sunt vni primo. quod est Deꝰ, propinquiora & similiora. In Deo autē tota plenitudo intellectualis cognitionis cōtinetur in vno, scilicet in essentia diuina, per quam Deus omnia cognoscit. Quę quidē intelligibilis plenitudo in intelligibilibus creaturis inferiori modo & minus simpliciter inuenitur. Vnde oportet, quod ea quæ Deus cognoscit per vnū inferiores intellectus cognoscant per multa & tanto amplius per plura, quāto amplius intellectus inferior fuerit. Sic igitur quāto angelus fuerit superior, tāto per pauciores species vniuersitatem intelligibiliū apprehēdere poterit: & ideo oportet quod eius formæ sint vniuersaliores, [e] quasi ad plura extendentes vnaquæque earum. Et de hoc exemplum aliqualiter in nobis perspici potest: sunt enim quidam qui veritatem intelligibilem capere non possunt, nisi eis particulatim per singula explicetur, Et hoc quidem ex debilitate intellectus eorum contingit. Alij verò qui sunt fortioris intellectus ex paucis multa capere possunt.

¶ AD PRIMVM Ergo dicendū, q̄ accidit vniuersali vt à singularibꝰ abstrahatur [e], inquātū intellectus ille cognoscēs à rebus cognitionē accipit. Si verò sit aliqs intellectꝰ à rebus cognitionē nō accipiēs, vniuersale ab eo cognitū nō erit abstractū à rebus, sed quodāmodo ante res præexistēs: vel secundū ordinem causę, sicut vniuersales rerū rationes sunt in verbo Dei: vel saltem ordine naturę: sicut vniuersales rerū rationes sunt in intellectu angelico.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cognoscere aliquid in vniuersali, dicitur dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt scilicet cognoscatur solum vniuersalis natura rei. Et sic cognoscere aliquid in vniuersali est imperfectius. Imperfectè enim cognosceret hominem, qui cognosceret de eo solùm quod est animal. Alio modo ex parte medij cognoscendi. Et sic perfectius est cognoscere aliquid in vniuersali. Perfectior enim est intellectus, qui per vnum vniuersale medium potest singula propria cognoscere, quàm qui nō potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd idem non potest esse pluriū propria ratio adæquata. Sed si sit excellēs potest idem accipi vt propria ratio & similitudo diuersorum [e]. Sicut in homine est vniuersalis prudentia quantū ad omnes actus virtutum, & potest accipi vt propria ratio & similitudo particularis prudentiæ, quæ est in leone ad actus magnanimitatis, & eius quæ est in vulpe, ad actus cautelæ, & sic de aliis. Similiter essentia diuina accipitur propter suii excellentiam, propria ratio singulorum quæ sunt in ea. Vnde sibi singulā similantur secundum proprias rationes. Et eodem modo dicendum est de ratione vniuersali, quæ est in mente angeli, quòd per eam propter eius excellentiam multa cognosci possunt propria cognitione.

QVÆSTIO QVINQVAgesimasexta de cognitione angelorum respectu immaterialium, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de cognitione angelorum ex parte rerum quas cognoscunt. Et primò de cognitione rerum immaterialium. Secundò de cognitione rerum materialium.

¶ Circa primum quærūtur tria. ¶ Primò, vtrum angelus cognoscat seipsum ¶ Secundò, vtrum vnus cognoscat alium. ¶ Tertiò, vtrum angelus per sua naturalia cognoscat Deum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum angelus cognoscat seipsum per suam naturam

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur quod angelus non cognoscat seipsum per suam naturam. Quia, vt dicit Aug. 15. de Trin. c. 6. Mens non nouit se per imaginem, nisi quia se nouit per seipsam. Sed mens dicitur imago, inquantum est capax & particeps Dei per memoriam, intellectum & amorem. Ergo angelus non cognoscit seipsum per suam naturam.

¶ 2 Præterea, Nihil agit nisi secundum quod est actu. Sed nihil est actu secundum suam naturam, sed solum secundum suam formam. Ergo nihil cognoscit seipsum per suam naturam.

¶ 3 Præterea, Cognoscens & cognitum sunt vnum in cognitione. Sed intellectus angeli non est vnum cum eius substantia. Ergo angelus non cognoscit seipsum per suam substantiam.

SED CONTRA est quod dicit Aug. 8. de Trin. c. 3. Quod ad se ipsum cognoscendum, non indiget alterius rei similitudine, sed ipsa sufficit sibi ad se cognoscendum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angelus cognoscit seipsum per suam naturam. Cuius ratio est, quia quando aliquid per se ipsum cognoscitur, non requiritur ad cognitionem eius aliquod medium, quia tunc ipsum cognitum est forma quæ est principium cognitionis. Sicut patet in sensu & intellectu. Quia species sensibilis, quæ est forma sensus, non est sensibile per se, sed species lapidis, vel alterius rei. Et similiter species intelligibilis, quæ est forma intellectus, non est intelligibile per se, sed species rei. Et ideo si intellectus vel sensus reflectatur super seipsum, non cognoscit seipsum nisi per speciem qua informatur. Sed si sit aliquid quod non sit forma, sed quidditas, vel substantia, quæ per se ipsum sit in genere intelligibilium, nihil prohibet quin per se ipsum cognoscatur. Et hoc modo angelus cognoscit seipsum per suam naturam. Quia per hoc quod est immaterialis, habet esse actu separatum à materia & conditionibus materialibus. Et hoc est esse intelligibile actu.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de mente humana, quæ non cognoscit seipsam per essentiam suam, sed per speciem à rebus acceptam. Vel dicendum, quòd mens dicitur imago Dei, inquantum cognoscit seipsam per suam essentiam, non autem inquantum cognoscit seipsam per speciem à rebus acceptam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd forma dupliciter dicitur. Vno modo ipsa quidditas vel substantia, quæ per se ipsum subsistit. Et hoc modo forma est actus. Alio modo dicitur forma, quæ est principium quo substantia vel quidditas cognoscitur. Et hoc modo forma non est actus, sed magis actus est illud cuius forma est principium. Et hoc modo species intelligibilis dicitur forma intellectus, quia per eam intellectus intelligit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus angeli non est vnum cum substantia eius, sed habet esse in alio. Et hoc modo se habent species angelicæ.

¶ Ad obiectionem verò cōtra secundam rationem dicitur, quòd S. Tho. non accipit pro signo ingeniosiores homines ex paucioribus speciebus intelligere, quoniam hoc latet. Sed id quod euidens est, hos scilicet qui ingenio præstāt ex paucioribus principiis, & absq; distincta singulorū propositione apprehendere, hoc enim est signum euidens q̄ in vno multa apprehendere, nec egere singula seorsum proponi, attestatur magnitudini intellectus.

a 415 ¶ Ad obiectiones autem cōtra conclusionem, dicitur quòd vnitatem speciei præsupponere vnitatē obiecti primi & adæquati, dupliciter intelligi potest. Vno modo, q̄ præsupponat vnitatē formalē & realem illius sic in rerum natura existentis. Et hoc modo nō oportet esse verū: vt patet de specie intelligibili in nobis naturæ bouinæ. Talis enim res non est sic in rerū natura. vt adæquatè præsentatur p̄ specie. Et propterea nulla vna res singularis inuenitur in rerum natura adæquatè illi respōdēs. Alio modo, vt præsupponat vnitatem tantum formalem obiecti: quēadmodum si species naturæ leoninæ à Deo alicui intellectui esset impressa. Et hic modo verū est vniuersaliter: q̄ omnis species supponit vnitatem obiecti: quoniam & omnis potentia respicit primò vnam rationem formalē. Et sic dico quòd argumētum decipitur, putans primo modo verificari maiorem, cùm tamen in solo Deo verificetur. In cæteris verò sat est quòd quælibet species respiciat primò vnam rationem formalem: & hoc modo se habent species angelicæ.

¶ Ad secundum verò obiectionem ex parte actus cōceditur quòd angelus quilibet potest habere actum adæquatum cuilibet suæ speciei. Nec nos dicimus oppositum, dicendo quòd non potest simul plura intelligere: quoniam formaliter loquimur, & intendimus quòd nō potest simul plura vt plura intelligere simul. Non est autem plura vt plura intelligere, quando multa intelliguntur per vnā speciem, vel etiam per plures species ordine quodam se habentes, vel in ordine ad vnum.

¶ Contra eandem conclusionem instatur, quia videtur contradicere supradictis, quoniam sequitur ex ea, quòd possit dari aliquis angelus qui omnia intelligeret per essentiam suam solam: & tenet sequela, adiuncta alia propositione tax, scilicet quòd quilibet angelo facto potest Deus facere perfectionem substantialiter, ex hoc enim sequitur, quòd si facto angelo qui omnia intelligat per duas species, scilicet essentiam propriam, & vnam superadditam, fiat alter superior: ille intelliget per pauciores species, & sic per vnam tantùm, quæ proculdubio erit essentia sua.

¶ Ad hoc dicitur breuiter negando consequentiam, quoniam stante illa hypothesi, quicquid de illa sit, dicitur quòd creato superiore angelo, necessariò omnibus inferioribus angelis superadderetur noua species, qua distinctè possent illum intelligere, & sic in illo qui erat supremus, erunt tres species, in isto verò nouiter facto essent duæ tantum, & consequenter pauciores. Et sic eodem modo dicendum est, si procedatur in infinitum, semper superior habebit pauciores species, non per minorationem dualitatis, sed per additionem seu multiplicationem pluralitatis inferioribus.

¶ In responsione ad vltimum argumētum dubium occurrit circa illam propositionem. Species intellectus angelici propter sui excellētiam est ratio seu similitudo multorum distinctè: quemadmodum essentia diuina est ratio omnium. Hoc enim videtur esse falsum & impossibile: quoniam tali excellentia aut est in essendo, aut in repræsentando tantum. Sed nō potest dici, quòd sit in repræsentando tantùm. Tum quia ratio seu proportionalitas ad essentiam diuinā nulla esset, quoniam essentia diuina propter excellentiam in essendo, quia scilicet est prædicans omnem essendi rationem & modum habet excellentiam in repræsentando omnia. Tum quia reddendo rationem quare species angelica vna existens, est multorum distinctè repræsentatiua: quia est excellēs, id est quia excellenter repræsentat, esset idem per idem declarare, & nullam reddere causam nisi secundum verba, quia idem est multa distinctè repræsentare, & singula excellenter seu inadæquatè repræsentare. Nec etiam dici potest, quòd sit propter excellētiam in essendo. Tum quia sequeretur, quòd vna species in mente angeli, esset in essendo excellentior multis subiectantiis sensibilibus specificè distinctis, imò multis subtantiis angelicis: imò forte omnibus subtantiis actu creatis inferioribus supremo angelo: quoniam inferiora intelligunt angeli per huiusmodi species excellentes. Tum quia illa species esset etiam nobilior in essendo quàm essentia sui angeli, quoniam quod est tantæ excellentiæ in essendo, vt habeat in se vnde sibi æmulenter omnia inferiora: secundum propria eorum quidditates nobilius est in essendo quàm id quod non habet. Tum quia hoc repugnat doctrinæ sancti Thomæ & communi: quoniam quemadmodum communicari nequit substantiæ angeli, vt sit tantæ excellentiæ in essendo, quòd sit propria similitudo multorum: ita nec tali speciei, quum vtunque creatura sit, & determinatum ad genus & speciem.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis notandum est primò, quòd duo sunt genera entium. Quædam ad hoc primò instituta vt sint, quamuis fortè secundariò alia repræsentent: & hæc vocamus res. Quædā verò ad hoc primò instituta sunt naturaliter, vt alia repræsentent: & hæc vocamus intentiones rerū, & species sensibiles seu intelligibiles. Necessitas autem ponendi hæc duo rerū genera, est quia oportet cognoscitiuum esse non solū ipsum, sed alia: intellectiuum verò esse ofa, vt patet ex 9. 14. & cōmuni animi Philosophorum cōceptione, conuenientiū in hoc, q̄ simile simili cognoscitur. Nec naturæ rerū secūdū seipsas possunt esse in cognoscitiuo: quia lapis non est in anima. Nec ipsū cognoscitiuū secundū suā substantiā solā & finitā potest esse tantæ excellētiæ, vt habeat in se vnde distinctè sibi assimilētur naturę rerum cognoscibiliū, secundū proprias earum rationes. Vnde restat, vt quum nec esse naturæ cognoscitiui sit ratio cognoscibilium, nec esse naturale cognoscibiliū sit secundū se in cognoscitiuo: vt oportuerit in stitui à natura ens intentionale, quo cognoscitiuū esset cognoscibilia. d. 1077

intelligere, & aliud sic vna operatione intelligere. In proposito tamen exadē est differētia: de similitate & vnitate, & notius est propositum de vnitate. Eadem enim est difficultas, quia totaliter diuersa intelligibilia vt sic absolutè & repugnat simul intelligi & vna operatione intelligi, quēadmodum repugnat dici, vt & in quarto Metaphys. text. 10. dicitur, quòd qui vnum non intelligit, nihil intelligit; & in tertio de Anima, cōtingit multa scire, vnum autē intelligere, Notius autem est, q̄ vni operationi vnū debet obiectū, quàm pluribus eiusdem potentiæ simul quātis & hoc fit verū. Et ideo S. T. virtuque explicauit & probādo à notiori tradidit disciplinā. Et p hæc patet responsio ad primū dubium. Et ad vltimum, quod est contra vltimā conclusionem. fatemur enim q̄ angelus potest simul per plures species intelligibiles ordinem inter se habentes intelligere, quoniā intelligibili ex eis non est totaliter diuertum. Sed quemadmodū species excedit & cōtinet speciem quodāmodo: vt totū partem: ita intelligibile vni⁹ se habet ad intelligibile alterius, & similiter discernere inter intelligibilia disparata vt species, est vnum intelligere: & nō p diuersas species ab hoc intelecta per diuersas species, vt ad vnū relatiuū intelligibile eorū. Nec propterea insufficiēs aut falsus fuit processus quo vnitas intelligibilis ex vnitate speciei adæquatè declarata est: Quoniā quid regulariter exigat vnitas intelligibilis, tractabat & tractari debet. Excepto enim hoc nota est, & ideo simul efficit vniuersali regulæ, q̄ tradit & tradēda est de cognoscibili absolutè. Et similiter de specieb⁹ disparatis absolutè luminis. Respectiua nanque cōstat vtrique exigere extremum. Vñ & in q6. de Verita. q6. 8. art. 14. ad primum, in contrariū dicit S. T. q̄ nihil phibet multa vt vnum simul intelligi, vel per vnam formam.

85 64 427

¶ Ad secundā autē dubitationē dicitur, q̄ aliud est esse intelligibile actu, & aliud esse intelligibile actu huic intellectui. Et q̄ licet res immateriales & materiales in hoc inter se differant, q̄ illæ sunt intelligibiles actu in seipsis ista vero intelligibiles in potētia secundū seipsas. in hoc tamen conueniunt, q̄ huic aut illi intellectui intelligibiles actu non sunt, nisi secundum quod sunt in hoc aut illo intellecti. Supponimus autem suprà dictis, quòd sunt in hoc aut illo, non nisi per similitudinem. Et ideo sequitur, quod esse intelligibile huic intellectui, sit aut vna eaq̄ res per hoc, quod est in illo intellectu, secundum speciem: & hoc modo intelligendus est hic S. Thom.

*li. 1. de summo bono c. 12.

¶ Ad dubium vltimò contra primam & tertiam conclusionem motum respondetur, quòd intelligibilia representata per species, duplicitèr possunt intelligi. Vno modo absolutè. Alio modo vt sunt aliquid intelligentis seu intellecti, pura perfectio. Primo modo non simul intelliguntur, sed secundo. Nec hoc est cōtra determinata. Sed hæc responsio pacitur difficultatem. Quia quum commune sit omni substantiæ separatæ intelligere alia à se per modum substantiæ suæ, nulla intelligentia cognoscit aliquid aliud à se, nisi secundum quod ipsa est illud. Et sic Gabrielem cognoscit de lapide absolutè, est cognoscere lapidem, vt est in Gabriele, aut seipsum Gabrielem secundum quod est lapis, quod idem est. Non enim plus cognoscit de lapide, quàm ipse Gabriel sic intentionaliter. Ad hoc dicitur, quòd responsio est bona, & quòd illæ duæ cognitiones differunt sicut visio partium in toto & visio partium seorsum. Quamuis enim idem videatur vtraq; visione, aliquid tamen impedit visionem partis seorsum, quod non impedit visionem eius in toto. Et rursus acutius videtur pars seorsum, quàm in toto: vt patet quum video totā domum, & quum distinctè applicare volo visionem ad discernendum singulas partes eius. Plus enim omnes partes simul in toto videntur, sed quum distinctè singula per singula, ab aliis partibus visionem lucrento animus ad vnam dedita sibi stabile. Ita proportionaliter contingit in angelo, q̄ quamuis primò omnia simul in se vt est toto quodam videat, si tamen singuli distinctè secundum seipsa absolutè perspicaciter intueri vult, dum vni attendit alterum

d.765.

293 3. con. c. 44 & 91. Et veri. q6. 8. ar. 15. & q6. 24. art. 3.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum angelus cognoscat discurrendo.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd Angelus cognoscat discurrendo. Discursus enim intellectus attenditur secundum hoc quod vnum per aliud cognoscitur. Sed angeli cognoscunt vnum per aliud. Cognoscunt enim creaturas per verbum. Ergo intellectus angeli cognoscit discurrendo.

¶ 2 Præterea, Quicquid potest virtus inferior potest & virtus superior. Sed intellectus humanus potest syllogizare & in effectibus causas cognoscere, secundum quæ discursus attenditur. Ergo intellect⁹ angeli, qui superior est ordine naturæ, multo magis hoc potest.

¶ 3 Præterea, Isidorus * dicit, q̄ dæmones per experientia multa cognoscūt. Sed experimētalis cognitio est discursiua. Ex multis enim memoriis fit vnum experimentū: & ex multis experimentis fit vnū vniuersale: vt dicitur in fine Posteriorum. * Et in principio Metaphysicæ. * Ergo cognitio angelorum est discursiua.

¶ SED CONTRA est quod Dionys. dicit 7. c. de Diui. nomi. quòd angeli non congregant diuinam cognitionem à fermonibus diffusis neque ab aliquo communi adista specialia simul q̄guntur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut sæpius dictum est, * angeli illum gradum tenent in substantiis spiritualibus, quē corpora cœlestia in substātiis corporeis. Nam & cœlestes mentes à Dionys. dicuntur. Est autē hæc differentia inter cœlestia & terrena corpora, q̄ corpora terrena per mutationem & motum adipiscuntur suam vltimam perfectionem, corpora vero cœlestia statim ex ipsa sua natura suam vltimam perfectionem habent. Sic igitur & inferiores intellectus, scilicet hominum, per quendam morum & discursum intellectualis operatiōis perfectionē in cognitione veritatis adipiscuntur: dum scilicet ex vno cognito in aliud cognitū procedunt. Si autem statim in ipsa cognitione principij noti inspicerent quasi notas omnes conclusiones consequentes in eis discursus locum non haberet. Et hoc est in angelis, quia statim in illis quæ primò naturaliter cognoscunt, insp̄iciunt omnia q̄cūque in eis cognosci possunt⁶. Et ideo dicuntur intellectuales, quia etiā apud nos ea quæ statim naturaliter apprehēdūtur, intelligi dicūtur. Vnde intellectus dicitur habitus primorū principiorum. Animæ verò humanæ quæ veritatis notitiam per quendam discursum acquirunt⁵, rationales vocātur. Quod quidem contingit ex debilitate intellectualis luminis in eis. Si enim haberēt plenitudinē intellectualis luminis, sicut angeli, statim in primo aspectu principiorum totā virtutem eorum comprehenderent intuendo quicquid ex eis syllogizari posset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ discursus quendam motū nominat⁶. Omnis autem motus est de vno priori in aliud posterius. Vnde discursiua cognitio attenditur secundū quod ex aliquo prius noto deuenitur in cognitionem alterius posterius noti, quod prius erat ignotum. Si autem vno inspecto simul aliud inspiciatur, sicut in speculo inspicitur simul imago rei & res, non est propter hoc cognitio discursiua. Et hoc modo cognoscunt angeli res in Verbo.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ angelis fyllogizare possunt tanquā fyllogismu cognoscētes. Et in causis effectus vidēt, & in effectib⁹ causas, nō tn̄ ita q̄ cognitionē veritatis ignotæ acquirant fyllogizando ex causis in causata, & ex causatis in causas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd experientia in angelis & dæmonibus dicitur secundum quandam similitudinem, prout scilicet cognoscunt sensibilia præsentia tamen absque omni discursu.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angeli intelligant componendo & diuidendo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli intelligant componendo & diuidendo. Vbi enim est multitudo intellectuū, ibi est compositio intellectuū, vt dicitur in tertio de Anima. * Sed in intellectu angeli est multitudo intellectuū: cùm per diuersas species diuersa intelligat, & non omnia simul. Ergo in intellectu angeli est compositio & diuisio.

¶ 2 Præterea. Plus distat negatio ab affirmatione, q̄ quæcūq; duæ naturæ oppositæ, q̄ a prima distinctio est per affirmationē & negationem. Sed aliquas naturas distātes angelus nō cognoscit per vnum, sed p diuersas species, vt ex dictis patet. * Ergo oportet q̄ affirmationē & negationem cognoscat per diuersa. Et ita videtur q̄ angelus intelligat cōponendo, & diuidēdo.

¶ 3 Præterea, Locutio est signū intellectus. Sed angeli hominibus loquētes proferunt affirmatiuas & negatiuas enūtiationes (q̄ sunt signa compositionis & diuisionis in intellectu) vt ex multis locis sacræ scripturæ apparet. Ergo videtur quòd angelus intelligat componendo & diuidendo.

¶ SED CONTRA est quod Dio. dicit 7. c. de diui. nom. q̄ virtus intellectualis angelorū resplendet perspicaci diuinorū intellectuū simplicitate: sed simplex intelligentia est sine compositione & diuisiōe, vt dicitur in tertio de Anima. * Ergo angelus intelligit sine cōpositione & diuisione.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut in intellectu ratiocinante cōparatur conclusio ad principiū, ita in intellectu cōponente & diuidēte cōparatur prædicatum ad subiectū. Si enim intellect⁹ noster statim in ipso principio videret cōclusionis virtutē, nunquam intelligeret discurrēdo, vel ratiocinādo⁶. Similiter si intellectus statim in apprehēsione q̄ additis subiecti haberet notitiā de omnibus quæ possunt attribui subiecto vel remoueri ab eo, nunquā intelligeret componendo & diuidendo, sed solùm intelligendo quod quid est. Sic igitur patet quòd ex eodē prouenit q̄ intellectus noster intelligit discurrendo & componendo & diuidendo, ex hoc, scilicet q̄ non statim in prima apprehensione alicuius primi apprehensi pōt inspicere quicquid in eo virtute continetur. Quod contingit ex debilitate luminis intellectualis in nobis, sicut dictum est. * Vn de cùm in Angelo sit lumen intellectuale perfectum, cùm sit speculum purū & clarissimum, vt dicit Dionysius quarto capite de Diui. nomi. relinquitur quòd Angelus sicut non intelligit ratiocinando, ita non intelligit componendo & diuidendo. Nihilominus tamen compositionē & diuisionem enuntiationū intelligit, sicut & ratiocinationē syllogismorum. Intelligit enim composita simpliciter, & mobilia immobiliter, & materialia immaterialiter.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ non qualiscunque multitudo intellectuū compositionem causat, sed multitudo illorum intellectuum, quorum vnū attribuitur alteri, vel remouetur ab altero. Angelus aūt intelligēdo quidditatem alicuius rei, simul intelligit quicquid ei attribui potest, vel remoueri ab ea. Vnde intelligēdo quod quid est, intelligit q̄cquid nos intelligere possumus & cōponendo & diuidēdo, per vnum suum simplex intellectum.

¶ Ad secundū dicendum, q̄ diuersæ quidditates intellectui angelico: quum possit quisp̄iam dicere, quod illa imperfectio communis est intellectui nostro & angelico: quoniam constat intellectum angelicum non excludere omnem imperfectionem, & sic quum ista ratio super hac consequentia fundetur, ineffic⁹ videtur.

¶ Ad euidentiam primæ dubitationis sciēdum est primò, quòd aliqua plura simplici & vno intuitu simul videri contingit tripliciter. Primo, vnum aliorum si simul videantur albedo & rubedo, & quæcunque duo vel disparata. Secundo, vnum cum & in alio: vt quodcunque accidens & vniuersaliter præ dictum in subiecto. Tertiò, cum, in & ex alio, vt passio propria, & vniuersaliter effectus quādoque cognoscitur cum causa, in causa, & ex causa. Sciendum est secundo, quòd quamuis quocunque modo simul plura absolutè cognoscere simplici intuitu, attestetur perfectioni cognoscētis: differt tamen primus modus ab aliis in hoc, quòd intelligere intuendo vnum cum alio prouenit ex perfectione intellectus absolutè. Intelligere verò intuendo vnum in alio prouenit non solùm ex perfectione intellectus absolutè: sed ex perfectione intellectus vt attingentis primum obiectum, id est in quo seu ex quo aliud cognoscitur. Tùm quia ex hoc q̄ magis penetrat intellectus causam, aut subiectum cognitum, prouenit simul intueri quæ in eis aut ex eis fiunt & sunt: quia quantò magis aliquid cognoscitur, tantò virtus seu potentia eius magis penetratur. Num ex penetratione potentiæ scimus ea ad quæ se extendit. Ex penetratione verò potentiæ secundum esse existēdi & individuale cum annexis conditionibus, cognoscuntur ad ea quæ se extendunt secundum existentiam, quando tamen sunt. Tùm quia ad perfectiorem cognitionem alicuius obiecti spectat non solùm potentiam, sed etiam omnia ad ipsum quomodolibet pertinentia cognoscere, & consequenter ad perfectiorem cognitionem naturalem alicuius obiecti spectat cognoscere omnia infra latitudinē naturalium quomodolibet pertinentia ad obiectum illud. His stantibus ad obiectiones in oppositum respondetur. Et ad primam dicitur, quòd ratio assignata contra necessitatem compositionis & diuisionis, & discursus est ratio viuersalis & non particularis. Et quum dicitur, quòd non est ex defectu luminis, sed ex natura cognoscibilium patere obiectum & latere cōtingens, vel casualem negatur hoc vniuersaliter de lumine intellectuali loquendo & casualibus aut contingentibus naturalibus. Quoniam ex modicitate luminis intellectualis prouenit, quòd visō Socrate qui actualiter inuenitur à debitore in foro: nō simul videatur inuentio à debitore iam illi coniuncta, sed oporteat componendo propositionem formare, quæ feratur in Socratem, vt inuentum à debitore.

¶ Ad secundā verò obiectionem dicitur, q̄ proportio inter subiectum & prædicatum

subiecto omnes eius passiones, sequitur quòd aut haberi simul infinitas intellectiones specie distinctas, aut vnam æquivalentem infinitis distinctis, quorum vtrumque est impossibile, quia esset infinitum ens: & tenet sequela, de passionibus numeri & figuræ, quæ sunt infinitæ sicut & species numerorū & figurarum. Ad hæc breuiter dicit, & primò quòd ratio Scoti quadrupliciter peccat. Quia

356 d.442. 179

Idem supponit esse iudicia de re cognita in se, & cognita in alio, quū tamen multum interest. Secundò, quia supponit intellectum angelicum & beatum esse passiuum à re visa in alio: quum tamen & hoc sit falsum: & vniuersaliter intellectus angelicus non sit mobilis ab obiecto, extrinseco. Tertiò, quia discursus est effectus se tenens ex parte intellect⁹ magis quàm obiectiue, quoniam de omni simpliciss. intellect⁹ nō-fit discursus, & intellectus sit mobilis ab obiecto, & illud cognoscitur in seipso: non sequitur hic effect⁹ qui est discurrere nisi in intellectu apto discurrere & sic imperfecto, vt statim in quod quid est viso non penetret virtutem eius. Et tamen in argumento quasi tota causa sumitur ex parte obiecti. Quartò, quia ad rationem discursus nō sufficit, q̄ veritas vnius causetur à veritate alterius nec hoc requiritur, vt patet in discursu à posteriori, sed exigitur quòd cognitio vnius causetur ex cognitione alterius in illo intellecto quod locum habere non potest, quando vna & eadem cognitione cognoscitur vtrunque: quoniam idem non est secundū se causa suipsius, & sic est in proposito. ¶ Ad Greg. verò dicitur, quòd S. T. proportionaliter angelorū ad corpora cœlestia super ratione fundatur perfecti & imperfecti luminis: & nihilominus autoritate Dio. eam fulsit, & vt Arist. docuit in 1. Cœli. in huiusmodi rebus tam occultis & arduis, satis dicitur quando rationabile aliquid dicitur. Præterea quòd hæc conclusio communis animi conceptio Philosophorum videtur esse. Ea verò quæ Arguens obijcitur in oppositum, facile soluuntur à recentibus, quòd non inconuenit vnum indiuiduum superioris ordinis æquinumerare infinitis inferioribus, etiam si specie distinguerentur, ardatis tamen ad certum aliquod genus. Et aduertendum quòd si essent infinitæ species coloris lucis nihilominus omnibus illis eminenter præstaret. Nec tamen esset ens infinitum: sicut nec illæ species constituerent ens infinitum, sed finitæ perfectionis in ratione entis, infinitæ verò secundum quid in ratione coloris. Et hoc dico non curando pro nunc, an angelus possit simul intelligere distinctè omnes species figurarum & numerorum.

d.142. 179 294 2. dist. 3. q. 1. ar. 1. fun. & 2. q. 1. ar. 6. & 19. * 1. con. 21. & 22.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæoctauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primò respondet quæsito vna conclusione negatiua. Secundò respondet cuidam tacitæ obiectioni. Cōclusio est talis, Angeli non cognoscunt componendo & diuidendo. Probatur sic: intellectus in prima apprehensione alicuius primi apprehensi obiecti cognoscens statim quæcunque possent illi attribui, intelligit non cōponendo nec diuidendo. Intellectus angelic⁹ est huiusmodi ete go, &c. Maior probatur & declaratur. Declaratur quidē ex proportionali similitudine, inter principium & conclusionem in ordine ad discursum ex vna parte: & subiectum & prædicatum ex altera parte in ordine ad compositionem & diuisionem. vt probatur enim exadem est necessitatis ratio, quia scilicet primo apprehenso nō inspiciatur quod in eius potentia latet. Probatur autem ex inserto in hac proportionalitate medio, scilicet q̄ sublata causa auferetur effectus, iuxta illud primi Posteriorum, si affirmatio est causa affirmationis, sed propria ratio necessitatis ad intelligendum tam componendo quàm discurrendo, est in simplici apprehensione obiecti nō inspicere aliud: igitur intellectus statim in primo apprehēso cętera videns, nec discursus, nec compositione eget. Minor, verò probatur sic. Quod cōuenit intellectui nostro ex defectu intellectualis luminis, non est attribuendū intellectui angelico, in quo est lumē intellectuale perfectū, quod probatur per Dio. sed in primo apprehēso nō inspicere annexa, euenit in nobis ex defectu intellectualis luminis, vt de se patet, ergo. Deide explicat quomodo angelus intelligat enuntiationes. & breuiter dicit, q̄ quia intelligit immobiliter, & cōposita simpliciter, &c. ideo intelligit & componit non componēdo, & discursum non discurrēdo. Quod est dicere, quòd

1. Cor. 13. & 12.

compositio, & diuisio, & similiter discursus in actu exercito, puta, animal rationale est risibile. Socrates est animal rationale, &c. cōparatur ad intellectū angelicum, vt res visa tantùm, & nō vt modus videndi: de nostrū verò, vterq; modo. ¶ Circa maiorem adductæ rationis dubium occurrit, quoniam insufficiens videtur. Ex eo quod causa illa non est vniuersalis causa componendi & diuidendi, sed particularis. Est enim causa quare nō opus sit cōpositione & diuisione cognoscendis his quæ per se insunt vel absunt subiecto. Non autem in his quæ sunt per accidens, & casualibus seu fortuitis. Quod duplicitèr probatur. Primo, q̄ a non ex defectu luminis prouenit, quòd aliquo subiecto cognito, non videantur ea quæ sunt per accidens vel saltem casualia. Quoniam quātumcunque perfectè cognoscatur subiectū aliquod, nunquam ex eo videbitur accidentalis connectio, & maximè fortuita. Tum quia sequendo proportionalitatem Sanct. Thom. illa prædicata cognoscuntur in subiecto visō, quæ se habent ad subiectum, vt conclusio ad principium: hæc autem constat, non omnia, sed illa tantum esse, quæ virtualiter clauduntur in subiecto: quemadmodum conclusio in principiis, qualia non sunt accidentalia & fortuita. Et confirmatur, quia alioquin quilibet effectus habet aliquam per se causam, contra Aristotelē 6. Metaphysic. & 2. Physicorum.

¶ Circa minorem eiusdem ratiōis dubium occurrit quia nō valet cōsequētia hæc imputa componere, & diuidere, seu discurrere cōuenit intellectui nostro ex imperfectione: ergo oppositæ perfectiōi conuenit impossibile. Et ad primam dicitur, quòd ratio assignata contra necessitatem compositionis & diuisionis, & discursus est ratio viuersalis & non particularis. Et quum dicitur, quòd non est ex defectu luminis, sed ex natura cognoscibilium patere obiectum & latere cōtingens, vel casualem negatur hoc vniuersaliter de lumine intellectuali loquendo & casualibus aut contingentibus naturalibus. Quoniam ex modicitate luminis intellectualis prouenit, quòd visō Socrate qui actualiter inuenitur à debitore in foro: nō simul videatur inuentio à debitore iam illi coniuncta, sed oporteat componendo propositionem formare, quæ feratur in Socratem, vt inuentum à debitore.

¶ Ad secundā verò obiectionem dicitur, q̄ proportio inter subiectum & prædicatum

cause

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum,& principium & conclusionem,attendimur in proposito secundū potentiam,non secundum virtualem cōtinentiam. Virtus enim principium actiuum seu operatiuū nominat: Potentia autem cōmune nomē est etiā ad potentiā passiuam ad esse. Ita quod similitudo proportionalis consistit in potentialiter cōtinere per se, vel per accidens,& quomodolibet infra latitudinem tamen (vt dictum est) naturalis. Vel cōsistit q̄ ficut se habet discursus ad continentia virtualem conclusionum in principijs: ita se habet cōpositio & diuisio ad cōtinentiam potentialē prædicatorum in subiecto. Et hoc magis consonat literę virtutis nomē exprimētis i principio. Potentiæ autē in subiecto: sū dicit, Quæcūque possunt attribui subiecto. Quòd autē p̄dicata omnia potentialiter saltem cōtineantur in subiecto, inductiuè patet. Quoniam spectātia ad materiam naturalē actu vel virtute claudūtur in eo, vt essentialia & passiones. Spectantia verò ad materiā remotā, dubiū nō est virtualiter claudi in subiecto. Quoniā negatiōes repugnantiū ex affirmatiōe subiecti necessariò consequūtur. Et per hoc patet q̄ nō oportet causabilibus dare causam per se, ex hoc q̄ ponuntur cognosci cum subiecto, & pertinere ad perfectionem eius cognitionem: sequeretur enim hoc, si poneremus causale antequā esset, pertinere ad perfectiorem cognitionem suæ causæ, non autem postquam est. Quoniam quemadmodū esse eius tam determinatum compositionē facit cum eo in quo est in rerum natura: & illius quoddam esse est, quamuis accidentale, absque hoc quod habeat per se causam: sic & intellectus si perfectē cognoscit subiectum illud, omne eius esse inuenit, quòd actualiter habet, absque perfectate coniunctionis illorum.

¶ Ad dubitationē verò cōtra minorē dicitur, q̄ defectus intellectus est duplex. Quidam communis omni intellectui creato, & quidam specialis & proprius intellectui nostro. Communis quidem est, quòd virtus ipsā intellectiua potentialitatis aliquid habeat admixtum. Et quod modus cognoscēdi sit per speciem superadditā, & per plures actus intelligendi. Proprius verò est intelligere per conuersionem ad phantasmata, esse in potētia, & alia huiusmodi. Nec est dubium q̄ id quod conuenit intellectui nostro ex imperfectione cōmuni, conuenit etiam angelo: sed consequentia illa tenet in his quæ conueniunt intellectui nostro ex imperfectione propria: quoniam perfectiones oppositæ ponuntur in angelis. Quod autem componere & diuidere, & similitet discurrere ex imperfectione p̄pria nostri intellectus prouenit, Sanct. Th. hic supponit: & facilē ex eius etiam dictis declaratur. Existentibus enim duobus modis cognoscendi, scilicet simplici intuitu, & per appositionem quandam: & vtroque conueniente intellectui nostro, vt tam dicurtu quām compositione & diuisione importāte modum cognoscendi per appositionem quandam, quum cōstet perfectiorem modum cognoscendi esse per simplicem intuitum: & quod in nobis hic modus cognoscēdi parum participatur in nostri supremo in prima operatione intellectus: & vtrunque ac similitudinarie in principio secundæ, id est in cognitione principiorum: & iam stabilitum sit à Deo in 7. de Diuno. quòd supremum in simi attingit infimum supremi, euidenter sequitur quod modus cognoscendi componendo & diuidendo ex propria nostri imperfectione intellectus prouenit: cui ex aliquali superiorum participatione communicatur quod deguster expetiendo modum intelligendi per simplicem intuitum.

¶ Super Quæstionis quinquagesimaoctauæ Articulum quintum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli respondet quæsito vnica conclusione, habenti quatuor partes scilicet in intellectu angelico non potest esse fallitas per se, sed per accidens: non quo ad naturalia, sed quo ad supernaturalia. Et probatur conclusio quo ad primam partem: quia intellectus in prima operatione semper est verus, per se loquendo, vt patet in sensu, & ex tertio de Anima. Intellectus autem angelicus semper intelligit per modum primæ operationis. ergo. Maior declaratur, a signando causas vtriusque modi, quo fallitas inuenitur in nobis intelligendo q̄ quid quid est, quod est obiectum primæ operationis: quia scilicet vterque contingit ex cōpositione admixta. Et tursus secundus modus cōtingit, respectu quo rum dā obiectorū tantū, scilicet compositorū nō simplicium, vt patet ex 9. Met. tex. 12. Quo ad secundam verò partem, declaratur assignādo differentiā inter modū, quo per accidens nostræ simplici intelligentiæ admittitur falsum: & modum quo per accidens admittitur angelicę, quia scilicet falsitas apud nos prouenit quod quid est quoniam in via admittitur componendo vel applicando. Inangelis verò falsitas sequitur quod quid est, quoniā in iudicando ex illo cōtingit. Quo ad tertiū verò & quartam partem simul probatur, & declaratur sic: Intellectus in iudicando ex quid est conditionem rei potest iudicare falsa dupliciter. Vno modo ex parte potentiæ ordinis, & non saltem absolutæ. Alio modo ex parte obiecti. Primo quidem modo falli circa supernaturalia, quamuis non circa naturalia: sed intellectus angelicus est huiusmodi. Et in quibuslibet ergo, quæ ad naturalia quia ex cognitione quod quid est, sufficiens habetur ratio naturalis, & ordinis diuinæ sapientiæ, disponentis cursum naturalem. Quoad supernaturalia verò: quia hæc ex reuelatione tātum fieri possunt. Et declaratur exemplariter, de mortuo cohabitante, & de Christo homine & Deo. Minor autem declaratur. Quia angelus quidam sunt boni quidam verò mali, & illi quidem sua fortitudine contrarij iudicantur ad ea quæ sunt eis naturaliter occulta, vt cognitiones cordium, non discurrunt ad ea quæ sunt eis naturaliter occulta, vt cognitiones cordium, non discurrunt consequens est, vt apud ipsum nunquam angelus cognoscat cōponēdo & diuidendo. Idem est apud ipsum indicium in præcedenti artic. de discursu, & de compositione, & diuisione. Nec alia est ratio de vno naturaliter occulto, & de alio. Quod autem rationabile sit, omnem angeli cognitionem absque compositione esse, ex eo colligi potest, quod regulariter apparet, q̄ supernaturales reuelationes modificantur, & suscipiuntur in vnoquoque secundum naturalem modum vt recipiētis: vt in nobis experimur à quibus reuelata nobis modo cognoscimus: vnde sic naturalis modus cognoscendi angelis inditus est per simplicem apprehensionem, consequens est vt reuelata simpliciter etiam apprehendant, & propriæ ratione quæ liber alia naturaliter occulta. Aliter ergo dicendum est, q̄ quum verum & falsum in compositione consistat, quemadmodū compositio duplicitèr admittitur cognitioni, ita & verum & falsum. Potest enim intellectui cōponi aliquid tanquam pars rei, & falsum inuenitur in intellectu cōponente ex parte modi cognoscēdi, vt quum cognoscimus rē cōpositā. Et per oppositum homo & parte rei cognitæ, vt quū cognoscimus rē cōpositā. Et per oppositum simplex apprehēsio, duplicitèr inuenitur, scilicet quo ad modū cognoscēdi, aut quo ad rem cognitā. Nec requiritur ad rationē veri & falsi vtrag; cōpositio, sed alterā quæuis earum sufficit. Patet enim q̄ de re quantumcunque simplicissimā, potest iudicare falsum: & modum quo per accidens admittitur falsum in angelis. Et similiter quācunq; modus cōcipiendi

quis habere cognitionē compositā verā aut falsum: puta formare propositionē, q̄ ipsa est ipsa, aut q̄ ipsa non est ipsa. Et similiter quācunq; modus cōcipiendi sit simplex, potest apprehēdi cōpositū ex partibus disco hæc tibus vel cohærentibus: per hoc verū vel falsum. Et ex hoc patet quo ad secundā operationē intellectus, nō sufficit nec requiritur necessitio cōpositio ex parte modi cognoscēdi. Et vlterius sequitur, q̄ ad primā operationē intellectus non exigit simplicitas rei cognitæ, sed modi cognoscēdi. Sequit etiā vlterius, q̄ in prima operatiōe intellectus est nō possit esse falsitas aut veritas ratione modi cognoscendi potest tamen in ea esse veritas aut falsitas ratione rei cognitæ, quando, sres cognita est cōposita. Et propterea 9. Met. dicitur, q̄ in simplicibus nullo modo est falsitas, quia scilicet nec ex parte rei, nec ex parte modi cognoscendi, si prima operatione cognoscitur; qualem cognoscēdi modum simplicitas exigit. Et si quæratur quō in prima operatione ex parte rei cognitæ, possit inueniri ratio veri aut falsi, quum in prima operatione intellectus nihil affirmet aut neget: facile respondetur, q̄ quū cōcipit quidditatē seu tē compositā, quāuis non formaliter affirmet aut neget: virtualiter tñ est ibi affirmatio & negatio. Dum enim intuetur A B, si hæc cohærent, concipit verum virtualiter, quia concipit sic esse sicut est. Si vero non cohærent, concipit falsum virtualiter quoniā concipit sic esse sicut non est. Dicit autē verū & falsum inueniri per accidēs, in prima operatiōe intellectus. Tū quia cōpositio super qua fundatur ratio veri & falsi accidit primæ operatio ni non solum ex ratione, quia accidit eius obiecto, cum non omni, sed cuidam cōuenit: sed quia obiectum primæ operationis, est incōplexum, est in complexū vt complexū est quod vt sic nulla compositionem dicere patet: & cōsequenter nulla veritatē aut falsitatem. Et propterea sicut accidit incōplexo, compatiēs cōpositionē, ita veritatem & falsitatem. Et propter hoc dicitur & beat. Ge. cut & cōpositio per se nō sit, nec in secunda operatione: cuius obiectum est cōplexū vt cōplexum est. Ex his autē patet responsio ad obiecta, nā quū angelus omnia cognoscat per modum primę operationis, dum cognoscit cō posita, falsum virtualiter incurrere potest ratione compositionis adiunctæ in obiecto. Et hoc est quē intendebat S. T. per tradices quas in articulo enumerauit, falsitatis aut veritatis ex parte rei cognitæ simplicis aut compositæ: cum naturali conditione, aut supernaturali habitudine quacunque. Et hic veritas vel falsitas formaliter semper est in compositione quemadmodū & res. Triplex autē est esse rerū, scilicet in verbo, in ppria natura, & intelligētia angelica, vt Aug. dicit 1. super Gen. ad lite. *Ergo si ponatur cognitio matutina in angelis, & vespertina, ppter esse rerum in verbo, & in propria natura, debet etiam in eis poni tertia cognitio propter esse rerum in intelligentia angelica.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. 4. super Gene. ad lite. * & 11. de Ciui Dei*, distinguit cognitionem angelorum per matutinam & vespertinam.

¶ RESPONDEO dicendum, quod hoc q̄d dicitur de cognitione matutina & vespertina i angelis, introductū est ab Aug.* qui 6. dies, in quib' De' legitur fecisse cūcta Gen. 1. intelligi vult nō hos vsitatos dies, qui solis circuitu peragūtur: cùm sol quarto die factus legatur, sed vnū diē. scilicet cognitionem angelicā sex rerum generibus prælentatam*. Sicut autem in die consueto mane est principium diei, vesperę autē termin*: ita cognitio ipsi* primordialis esse rerū dicitur cognitio matutina. Et hæc est, secūdū quod res sunt in verbo. Cognitio autē ipsius esse rei creatæ, secūdū quod in propria natura cōsistit, dicitur cognitio vespertina*. Nam esse rerū fluit a verbo sicut a quodam primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum quod in propria natura habet.

ferentiæ cognitionis angelicæ ponūtur, & ex mane & vespere, cognitio matutina & vespertina dicta est. Secundo, quia differētiæ istæ metaphoricè dicuntur de cognitione angelica: ostenditur penes quid attenditur similitudo, dicens attendi in hoc quod est esse principii, & esse terminum. Et quòd cognitio illa dicitur matutina, quæ respicit primordiale esse rei, id est esse rei in eius prima causa. illa verò vespertina quæ respicit vltimum esse rei, id est esse rei in seipsa. Et omnia clara sunt in litera.

¶ Super Quæstionis quinquagesimaoctauæ Articulum septimum.

Titulus clarus est. *cap. 23.

¶ In corpore sub distinctōe respōdetur quæsito, examinando diffinitionem vesperting: & duo facit. Primo, examinat rationem cognitionis vespertinæ. Secundo respondet quæsito duplici conclusione.

¶ Quo ad primum: quia cognitio vespertina est cognitio creaturæ in propria natura, secundum quod in ea, triplicem habitudinem denotate potest, tripliciter exponitur cognitio vespertina. Potest enim denotare habitudinem causæ, habitudinem medij, & habitudinem termini. Et quòd denotet habitudinem termini, dubium non est. Sed an cum hoc denotet etiā habitudinem causæ vel habitudinem medij, discutitur. Et sic tria hic dicuntur. Primum, quòd nō denotet habitudinem causæ: quia angelus non accipit cognitionem à re cognita, vt superius iam discussum est. Secundum, quòd potest, denotare habitudinem medij: ita scilicet quòd creatura sit terminus cognitionis, & non causa neque ratio. Sed ratio cognoscendi sit ipsa essentia diuina.

¶ Quo ad secundum primum conclusio est, quod cognitio vespertina habens creaturam pro termino & medio differt essentialiter à cognitione matutina. Secunda est, Cognitio vespertina habens creaturam pro termino tantum, est eadem realiter cum cognitione matutina, differens solum secundum terminos seu cognita, quod ideo est.

¶ Aduerte hic, quod quia oppositorum eadem est disciplina: quum ex præcedenti articulo deciſum sit matutinum & vespertinum in cognitione angelica differre penes esse primordiale & vltimatum, id est esse rei in verbo, & esse in seipsa: & esse rei in verbo vno tantum modo insit atur, scilicet videndo verbum, vt per Augustinum patet: consequens fuit, vt tota latitudo differentiæ inter cognitionem matutinam & vespertinam, ex diuersitate modorum cognoscendi esse rei secundum propriam naturam ostenderetur.

¶ Super Quæstionis quinquagesimanonæ Articulum primum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est cōclusio affirmatiue, scilicet in angelis est voluntas. Et probatur sic: In habitibus intellectiuis est appetitus boni vniuersaliter appre-

ditates rerum minus differunt quantum ad rationem existendi, quàm affirmatio & negatio: tamen quantum ad rationem cognoscendi affirmatio & negatio magis conueniunt: quia statim per hoc quod cognoscitur veritas affirmationis, cognoscitur falsitas negationis oppositæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd angeli loquuntur enuntiationes affirmatiuas & negatiuas, manifestat quòd angeli cognoscunt compositionem & diuisionem, non autem quod cognoscitur componendo & diuidendo, sed simpliciter cognoscendo quod quid est.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas.

295 2. dist. 11. q. 1. ar. 5. & ad 5. & veri. q. 8. art. 14. ad 6. & mal. q. 16. art. 5. cor.

AD QVINTVM sic procedi-tur. Videt q̄ in intellectu angeli possit esse falsitas. Proteruitas em ad falsitatem pertinet. Sed in dæmonibus est p̄hātasia proterua, vt dicit Diony. 4. c. de Diui. nomi. Ergo videtur q̄d in angelorū intellectu possit esse falsitas.

¶ 2 Præterea, Nescietia est causa falsæ æstimationis. Sed in angelis pōtesse nescietia, vt Diony. dicit 6. c. Ecclesia Hierar. Ergo videtur quòd in eis possit esse falsitas.

¶ 3 Præterea, Omne quod cadit à veritate sapientiæ & habet rationem deprauatam, habet falsitatem vel errorem in suo intellectu. Sed hoc Diony. dicit de dæmonibus 7. c. de Diuin. nomi. Ergo videtur quòd in intellectu angelorum possit esse falsitas.

¶ SED CONTRA Philosophus dicit tertio de Anima, * q̄ intellectus semper verus est. Augustinus etiam dicit in lib. 83. quæst. * quòd nihil intelligitur nisi verum. Sed angeli non cognoscūt aliquid nisi intelligendo. Ergo in angeli cognitione non potest esse deceptio & falsitas.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd huius quæstionis veritas aliquatenꝰ ex p̄missa dependet, dictū est* enim q̄ angelus non intelligit componendo & diuidēdo, sed intelligēdo quod quid est. Intellectus aūt circa quòd quid est, semper verꝰ est, sicut & sensus circa propriū obiectum*, vt dicitur in tertio de Anima.* Sed p accidēs in nobis accidit deceptio & falsitas intelligēdo quod quid est, scilicet secūdū rationē alicui* cōpositionis: vel cùm diffinitionē vnius rei accipim* vt diffinitionē alterius, vel cùm partes diffinitionis sibi non cohærēt. Sicut si accipiatur p̄ diffinitione alicui* rei animal quadrupes volatile. Nullū enim animal tale est. Et hoc q̄dē accidit in compositis, quorū diffinitio ex diuersis sumitur quorū vnū est materiale ad aliud. Sed intelligēdo quidditates simplices vt dicitur in nono Mepaph.* nō est falsitas: q̄a vel totaliter nō attinguntur & nihil intelligimus de eis, vel cognoscuntur vt sunt. Sic igitur per se nō potest esse falsitas aut error aut deceptio in intellectu alicuius angeli. Sed per accidens contingit, alio tamē modo quam in nobis. Nam coponendo & diuidendo quādoque ad intellectū q̄ditatis peruenimus, sicut cùm diuidendo & demonstrando diffinitionē inuestigamus. Quod quidē in angelis non cōtingit*: sed per quod quid est rei cognoscūt omnes enuntiationes ad illam rem pertinētes. Manifestum est autē, quòd quidditas rei potest esse principium cognoscendi respectu eorum quæ naturaliter cōueniunt rei, vel ab ea remouentur: non autem eorum quę a supernaturali Dei ordinatiōe dependēt. Angeli igitur boni habentes recta voluntatem per cognitionē quidditatis rei, non iudicant de his quæ supernaturaliter ad rem pertinent, nisi sālua ordinatione diuina. Vnde in eis non potest esse falsitas aut error. Dæmones vero per volūtatem per-

*cap. 8.

*cap. 38.

*cap. 22. & 32.

*c. 7. & 29.

d. 140.

*lib. 4. super Gen. ad lit. c. 2. & 3. & li. 12. & 11. de Ciui. c. 9.

d. 141.

c 311

iunctæ vt in litera dicitur: & in nobis experimur, & ex diffinitione Veri & falsi 4. Meta. text. 17. patet. Sed nulla intellectio angeli respectu tam naturalium quām supernaturalium habet compositionem adiunctam: sue præcedentem, siue subiequentem. ergo nunquam in intellectu eius falsitas esse potest.

¶ Ad hanc dubitationem dici primò potest negando minorem, quòd quamuis angelus naturalia omnia intelligat intuendo quod quid est, tanquam pertinentia ad ipsum naturaliter, sue per se, siue cōtingenter, vt prius dictum fuit: supernaturales tamen conditiones componendo et diuidēdo intelligit. Et quòd hæc sit mens San. Tho. ex tribus suadetur. Primò ex eo quòd ratio excludens compositionem & diuisionē ab angelis, non habet locum nisi in naturalibus quorum visio subiecto ex defectu luminis prouenit quòd non videatur prædicata naturaliter ei competentia: non autē quæ supernaturaliter conuenire possunt, quoniam quum hæc attendantur secundum potentiā Dei, scit in non possunt cōprehensa Dei potentia: quod nulli creaturæ est communicabile. Secundò, quia aliter in hoc eodem articulo contradiceret sibiipsi, vt obiicitū deinde sum est & processus eius ad ostendendum quomodo in iudicio angeli est falsitas per accidens (quemadmodum in nobis quamuis differenter: quia in nobis accidit ignorātis præcedit quod quid est, in eis vero sequitur: & quod in nobis accidit inuestigando, in eis verò comparādo naturale ad supernaturale) nullus effet. Tertiò, quia in calce articuli huius respondendo ad oppōita dicit, intellectum quod quid est habere falsitatem per accidens vt ordinatur ad compositionem: & logitur de intellectu angeli. Sed quoniam expresse S. Th. tenet, quòd etiam demonstrando ad ea quæ sunt eis naturaliter occulta, vt cognitiones cordium, non discurrunt consequens est, vt apud ipsum nunquam angelus cognoscat cōponēdo & diuidendo. Idem est apud ipsum indicium in præcedenti artic. de discursu, & de compositione, & diuisione. Nec alia est ratio de vno naturaliter occulto, & de alio. Quod autem rationabile sit, omnem angeli cognitionem absque compositione esse, ex eo colligi potest, quod regulariter apparet, q̄ supernaturales reuelationes modificantur, & suscipiuntur in vnoquoque secundum naturalem modum vt recipiētis: vt in nobis experimur à quibus reuelata nobis modo cognoscimus: vnde sic naturalis modus cognoscendi angelis inditus est per simplicem apprehensionem, consequens est vt reuelata simpliciter etiam apprehendant, & propriæ ratione quæ liber alia naturaliter occulta. Aliter ergo dicendum est, q̄ quum verum & falsum in compositione consistat, quemadmodū compositio duplicitèr admittitur cognitioni, ita & verum & falsum. Potest enim intellectui cōponi aliquid tanquam pars rei, & falsum inuenitur in intellectu cōponente ex parte modi cognoscēdi, vt quum cognoscimus rē cōpositā. Et per oppositum homo & parte rei cognitæ, vt quū cognoscimus rē cōpositā. Et per oppositum simplex apprehēsio, duplicitèr inuenitur, scilicet quo ad modū cognoscēdi, aut quo ad rem cognitā. Nec requiritur ad rationē veri & falsi vtrag; cōpositio, sed alterā quæuis earum sufficit. Patet enim q̄ de re quantumcunque simplicissimā, potest

296 2. dist. 12. ar. 3. cor. Et. veri. q. 8. art. 16. & 17. & opu. 3. c. 12. & Eph. 3. lect. 3. co. & Heb. 8. lect. 3. & 4. li. 6.

¶ Super Quæstionis quinquagesimaoctauæ Articulum sextum.

Titulus ex dictis in corpore articuli manifestus erit.

¶ In corpore respondendo quæsito affirmatiue duo facit. Primò Autorem & rationem huius distinctionis ostendit. Autorem quidem Aug. Radicem verò, quia cognitio angelica dies vocatur, Gene. 1. ac per hoc rationabiliter partes diei distinguit.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum in angelis sit cognitio matutina & vespertina.

AD SEXTVM sic p̄ceditur. Videtur quòd in angelis nō sit vespertina, neque matutina cognitio. vesperę & mane ad mixtionē tenebrarū habēt. Sed in cognitione angeli non est aliqua tenebrositas: cùm nō sit ibi error vel falsitas. Ergo cognitio angeli nō debet dici matutina vel vespertina.

¶ 2 Præterea. Inter vesperę & mane cadit nox & iter mane & vesperę cadit meridies. Si igitur in angelis cadit cognitio matutina & vespertina, pari ratiōe videt q̄ i eis de beat esse meridiana & nocturna cognitio.

¶ 3 Præterea, Cognitio distinguitur secūdū differentiā cognitorum. Vnde in 1. de Anima * dicit Philosophus q̄ scientiæ secātur quemadmodū & res. Triplex autē est esse rerū, scilicet in verbo, in ppria natura, & intelligētia angelica, vt Aug. dicit 1. super Gen ad lite. *Ergo si ponatur cognitio matutina in angelis, & vespertina, ppter esse rerum in verbo, & in propria natura, debet etiam in eis poni tertia cognitio propter esse rerum in intelligentia angelica.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. 4. super Gene. ad lite. * & 11. de Ciui Dei*, distinguit cognitionem angelorum per matutinam & vespertinam.

¶ RESPONDEO dicendum, quod hoc q̄d dicitur de cognitione matutina & vespertina i angelis, introductū est ab Aug.* qui 6. dies, in quib' De' legitur fecisse cūcta Gen. 1. intelligi vult nō hos vsitatos dies, qui solis circuitu peragūtur: cùm sol quarto die factus legatur, sed vnū diē. scilicet cognitionem angelicā sex rerum generibus prælentatam*. Sicut autem in die consueto mane est principium diei, vesperę autē termin*: ita cognitio ipsi* primordialis esse rerū dicitur cognitio matutina. Et hæc est, secūdū quod res sunt in verbo. Cognitio autē ipsius esse rei creatæ, secūdū quod in propria natura cōsistit, dicitur cognitio vespertina*. Nam esse rerū fluit a verbo sicut a quodam primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum quod in propria natura habet.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrū vna sit cognitio matutina & vespertina.

297 locis supra ar. 6. inductis.

AD SEPTIMVM sic p̄ceditur. Videtur q̄ vna sit cognitio vespertina & matutina, dicitur enim Gene. 1. factū est vespere & mane dies vnꝰ. Sed p diē intelligitur cognitio angelica, vt Aug. dicit. * Ergo vna & eadē est cognitio i angelis, matutina & vespertina.

¶ 2 Præterea, Impossibile est vnā potentiā simul duas operationes habere. Sed angeli semper sūt in actu cognitionis matutinæ, quia semper vident Deū & res in Deo, secundum illud Matth. 18. ca. Angeli eorum semper videtur faciē Patris mei, &c. Ergo si cognitio vespertina esset alia à matutina, nullo modo angelus posset esse in actu cognitionis vespertinæ.

¶ 3 Præterea, Apostol' dicit 1. Cor. 13. Cùm venerit quod perfectū est, euacuabitur q̄d ex parte est. Sed si cognitio vespertina sit aliud à matutina, cōparatur ad ipsā sicut imperfectū ad perfectū. Ergo nō poterit si mul vespertina cognitio esse cū matutina.

¶ IN CONTRARIVM est quod dicit Aug. 4. super Gen. ad lit. * q̄ multū inter est inter cognitionē rei cuiuscūq; i Verbo

*locis citatis in arr. præced. in princip. cor.

*cap. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apprehēſi, angeli ſunt intellectuales. ergo in eis eſt talis appetitus. ergo volitas. Tenet hæc vltima cōſequētia ex quid nominis volūtatis, minor eſt nota: maior verò continet in ſe duo, ſ. q. intellectualibus inſit appetitus boni, & q. inſit talis appetitus, ſcilicet boni vniuerſalis. Et quo ad primū probatur, ex eo q. oia habēt appetitū boni: quia procedūt ex volūtate diuina, quæ non niſi in bonum tendere & ordinare poteſt. Quo ad ſecūdum verò declaratur oſtēdendo triplicem gradum appetitus, iuxta triplicem ordinē naturarum appetentium, id eſt ſine cognitione, cum cognitione particulari, & cum cognitione vniuerſali, vt clarè patet in litera.

*artic. præced.

*q. 55. ar. 2.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimanonæ Articulum ſecundum.*

TRIPLICITER apud Thomiſtas cōmuniter & indubie interpretatur de differentia tetali.

¶ In corpore vna eſt concluſio duas partes habens negatiuas, Volūtas angelorū neq; eſt intellectus, neq; eſt natura eorum. Et probatur quo ad ſingulas ſigillatim. Et primò, q. nō ſit natura, ſic: quicquid ſe extēdit ad id quod eſt extra rem, non eſt rei eſſentia: ſed voluntas angelica ſe extēdit ad id quod eſt extra rem. ergo. Maior probatur dupliciter. primò, ratione à priori: quia eſſentia rei intra rem ipſam apprehēditur. Secundò à poſteriori: quia videmus in ſenſibilibus q. inclinatio ad intrinſecum eſt intrinſeca, inclinatio verò ad extrinſecum eſt extrinſeca. Minor verò probatur ſic, voluntas habens bonum infinitum extra volentem, extenditur naturaliter extra ſeat volūtas creata habet bonum infinitum extra volētem. ergo. Maior huius profyllogiſmi probatur ſic. Volūtas naturaliter tendit in bonū. ergo ſola illa nō tendit in bonum extrinſecum, in cuius eſſentia continetur totaliter bonum quod in ſolo Deo locum habere conſtat.

*Locis cita. art. præced. in prin. cor.

c 317

¶ Circa maiorem aſſumptam aduerte, q. duplicē ſenſum habere poteſt, ſecundū quod ly extra rem, dupliciter exponi poteſt. Vno modo, vt ſupponat pro re apperente, & hoc modo propoſitio eſt falſa, quoniam materia appetit formā per appetitū qui eſt eſſentia eius, & tamē forma eſt extra tē appetētē. Alio modo, vt ſupponat pro re pertinēte ad integritatē ſubſtātiæ completæ, vt ſit ſenſus q. quicquid ſe extēdit ad id quod eſt extra integritatē completæ ſubſtantiæ, non eſt eſſentia rei, id eſt nec eſſentia, nec pars eſſentiæ, nec aliquid ad cōplementum eſſentiæ ſpectans. Et ſecundum hunc ſenſum aſſumpta eſt à Sanct. Tho. & probatur in litera.

*li. 4. ſuper Gene. c. 23.

a 317

Deus & cognitionem eius in natura eius, vt illud merito pertineat ad diem, hoc ad veſperam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dictum eſt *, cognitio veſpertina dicitur qua angeli cognoſcunt res in propria natura. Quod non poteſt ita intelligi quaſi ex propria rerum natura cognitionem accipiant, vt hæc præpoſitio in, indicet habitudinem principij: quia non accipiunt angeli cognitionem à rebus, vt ſupra habitū eſt *. Relinquitur igitur, quòd hoc quod dicit in propria natura, accipiatur ſecundum rationem cogniti, ſecundum quod ſubeſt cognitioni, vt ſcilicet cognitio veſpertina in angelis dicatur ſecundum quòd cognoſcunt eſſe rerū, quod habet res in propria natura. Quod quidem per duplex medium cognoſcunt, ſcilicet per ſpecies innatas & per rationes rerum in verbo exiſtētes. Non enim videndo verbum, cognoſcunt ſolum illud eſſe rerum, quod habent in verbo, ſed illud eſſe quod habent in propria natura, ſicut Deus per hoc quod videt ſe, cognoſcit eſſe rerum, quod habent in propria natura. Si ergo dicatur cognitio veſpertina, ſecundum quod cognoſcunt eſſe rerum, quod habent in propria natura videndo verbū: ſic vna & eadem ſecundum eſſentiam eſt cognitio veſpertina & matutina differēs ſolum ſecundum cognita. Si verò cognitio veſpertina dicatur ſecundum quod angeli cognoſcunt eſſe rerum, quod habent in ꝓpria natura per formas innatas, ſic alia eſt cognitio veſpertina & matutina. Et ita videtur intelligere Auguſt. cùm vnam ponat imperfectam reſpectu alterius.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum q. ſicut numerus ſex dierum ſecūdum intellectum Aug. *accipitur ſecundum ſex genera rerum, quæ cognoſcuntur ab angelis: ita vnitas diei accipitur ſecundum vnitatem rei cognitæ, quæ tamen diuerſis cognitionibus cognoſci poteſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd duę operationes poſſunt ſimul eſſe vnius potentiæ, quarum vna ad aliā refertur c, vt patet cùm voluntas ſimul vult & finem & ea quæ ſunt ad finem. Et intellectus ſimul intelligit principia & cōcluſiones per principia, quando iam ſcientiā acquiſiuit. Cognitio autem veſpertina in angelis refertur ad matutinam, vt Aug. dicit. *Vnde nihil prohibet vtrāque ſimul eſſe in angelis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd veniente perfecto euacuatur imperfectum, quod ſcilicet ei opponitur. Sicut fides, quæ eſt eorum quæ non videntur, euacuatur viſione veniēte. Sed imperfectio veſpertinę cognitionis non opponitur perfectioni matutinæ d. Quòd enim cognoſcatur aliquid in ſeipſo, non eſt oppoſitum ei quòd cognoſcatur in ſua causa. Nec iterum q. aliquid cognoſcatur per duo media: quorum vnum eſt perfectius & aliud imperfectius, aliquid repugnans habet. Sicut ad eandē concluſionē habere poſſum e & media diū demōſtratiuū & dialecticū. Et ſimiliter eadē res poteſt ſciri ab angelo per Verbum increatum, & perſpecies innatam.

c 317

a 317

QVÆSTIO QVINQVAGESIMANONA, *de voluntate Angelorum, in quatuor articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER conſiderandū eſt de iis quæ pertinēt ad volūtatē angelorū. ¶ Et primo conſiderabim f de ipſa volūtate. ¶ Secundò, de motu eius qui eſt amor ſiue dilectio. ¶ Circa primum quærūtur quatuor. ¶ Primò, vtrum in angelis ſit voluntas. ¶ Secundò vtrum voluntas angeli ſit ipſa natura eorum, vel etiam ipſe intellectus eorum. ¶ Tertiò, vtrum in angelis ſit liberum arbitrium. ¶ Quarto, vtrum in eis ſit irraſcibilis & concupiſcibilis.

d 317

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in angelis ſit voluntas.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in angelis non ſit voluntas. Quia vt dicit Philoſophus in 2. de Anima *, voluntas in ratione eſt. Sed in angelis non eſt ratio, ſed aliquid ſuperius ratione. ergo in angelis non eſt voluntas, ſed aliquid ſuperius voluntate.

* 2 con. 2. 40. 8. cap. 3 cō. 60. * 59. ar. 1.

¶ 2 Præterea, Voluntas ſub appetitu continetur vt patet per Philoſophum in 3. de Anima. * Sed appetitus eſt imperfecti. Eſt enim eius quod nondum habetur. Cùm igitur in angelis, maximè in beatis, non ſit aliqua imperfectio, videtur quòd non ſit in eis voluntas.

* 59. ar. 1. ad 2. quæ dā

¶ 3 Præterea, Philoſophus dicit in 3 de Anima, * quòd voluntas eſt mouens motum: mouetur enim ab appetibili intellecto. Sed angeli ſunt immobiles, cùm ſint incorporei. Ergo in angelis non eſt voluntas.

* 59. ar. 1. ad 3.

¶ SED CONTRA eſt quod Aug. dicit 10. lib. de Trin. * q. & 12. imago Trinitatis inuenitur in mente ſecundum memoriam, intelligentiam & voluntatem. Imago autem Dei inuenitur non ſolùm in mente humana, ſed etiam in mente angelica: cùm etiam mens angelica ſit capax Dei. ergo in angelis eſt voluntas.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd neceſſe eſt ponere in angelis voluntatem.

¶ Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd cùm omnia procedāt ex voluntate diuina e, omnia ſuo modo per appetitum inclinātur in bonum, ſed diuerſimode. Quædam enim inclinantur in bonum per ſolam naturalem habitudinem abſque cognitione, ſicut plantæ & corpora inanimata f. Et talis inclinatio ad bonum vocatur appetitus naturalis. Quędam verò ad bonum inclinantur cum aliqua cognitione: non quidem ſic quòd cognoſcant ipſam rationem boni, ſed cognoſcūt aliquod bonum particulare, ſicut ſenſus, qui cognoſcit dulce & album, & aliquid huiuſmodi. Inclinatio autem hanc cognitionem ſequens dicitur appetitus ſenſitiuus. Quædam verò inclinantur ad bonum cum cognitione, qua cognoſcūt ipſam boni rationem, quod eſt proprium intellectus g. Et hæc perfectiſsime inclinantur in bonum: non quidem quaſi ab alio ſolum modo directa in bonum, ſicut ea quæ cognitione carent, neque in bonum particulariter tantùm, ſicut ea in quibus eſt ſola ſenſitiua cognitio, ſed tantùm inclinata in ipſum vniuerſale bonum. Et hæc inclinatio dicitur voluntas. Vnde, cùm angeli per intellectum cognoſcant ipſam vniuerſalem rationem boni, manifeſtum eſt quòd in eis ſit voluntas.

e 77 f 77

g 59

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q. aliter ratio tranſcendit ſenſum ſecundum diuerſitatem cognitorum. Nam ſenſus eſt particularium, ratio verò vniuerſalium. Et ideo oportet quòd ſit alius appetitus tendens in bonum vniuerſale, qui debetur rationi: & alius tendens in bonum particulare, qui debetur ſenſui. Sed intellectus & ratio differunt quantum ad modum cognoſcendi: quia ſcilicet intellectus cognoſcit ſimplici intuitu, ratio verò diſcurrendo de vno in aliud. Sed tamen ratio per diſcurſum peruenit ad cognoſcendum illud quod intellectus ſine diſcurſu cognoſcit, ſcilicet vniuerſale. Idem eſt ergo obiectum quòd appetitiuæ proponitur, & ex parte rationis & ex parte intellectus. Vnde in angelis qui ſunt intellectuales tantùm, non eſt appetitus ſuperior voluntate.

b 245 304 33 117

¶ Ad ſecundum dicendū, quòd licet nomen appetitiuæ partis ſit ſumptum ab appetendo ea quæ non habentur, tamen appetitiua pars non ſolùm ad hæc ſe extendit, ſed etiam ad multa alia. Sicut & nomen lapidis ſumptum eſt à læſione pedis, cùm tamen lapidi non hoc ſolum conueniat. Similiter irraſcibilis potentia denominatur ab ira, cùm tamen in ea ſint plures aliæ paſſiones, vt ſpes & audacia & huiuſmodi.

D 769. 404 99

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas dicitur mouens motum, ſecundum quod velle eſt motus quidam & intelligere h, cuiuſmodi motum nihil prohibet in angelis eſſe: quia talis motus eſt actus perfecti, vt dicitur in 3. de Anima.

h 2 Met. 9. 3 de Anima. 26. 2 de Anima. 59. ar. 1. ad 3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in angelis voluntas differat ab intellectu.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in angelis nō differat volūtas ab intellectu & natura. Angelus enim eſt ſimplicior quam corpus naturale. Sed corpus naturale per ſuam formam inclinatur in ſuum finem, qui eſt eius bonum. Ergo multo magis angelus. Forma autem angeli eſt vel natura ipſa, in qua ſubſiſtit, vel ſpecies quæ eſt in intellectu eius. Ergo angelus inclinatur in bonum per naturam ſuam, & per ſpeciem intelligibilem. Hæc autem inclinatio ad bonum pertinet ad volūtatem. Voluntas igitur angeli non eſt aliud quàm eius natura, vel intellectus.

¶ 2 Præterea, Obiectum intellectus eſt verum, voluntatis autem bonum. Bonum autem, & verum nō differunt realiter, ſed ſecundum rationem tantùm. Ergo voluntas & intellectus non differunt realiter.

¶ 3 Præterea. Diſtinctio communis & proprij non diuerſificat potentias, Eadem enim potentia viſua eſt coloris & albedinis. Sed bonum & verum videntur ſe habere ſicut commune & proprium: nam verum eſt quoddam bonum, ſcilicet intellectus. Ergo voluntas cuius obiectum eſt bonum, non differt ab intellectu cuius obiectum eſt verum.

¶ SED CONTRA, Voluntas in angelis eſt bonorum tantùm, intellectus autem eſt bonorum & malorum. Cognoſcunt enim vtrunque. Ergo voluntas in angelis eſt aliud quàm eius intellectus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd voluntas in angelis eſt quædam virtus vel potentia, quæ eſt nec eſt ipſa eorum natura i, nec eorum intellectus. Et quòd non ſit eorū natura apparet ex hoc, quòd natura vel eſſentia alicuius rei intra ipſam rē comprehenditur: quicq. d ergo ſe extendit ad id quod eſt extra rem, non eſt rei eſſentia. Vnde videmus in corporib. naturalibus, quòd inclinatio quæ eſt ad eſſe rei, non eſt per aliquid ſuperadditum eſſentiæ, ſed per materiam quæ appetit eſſe antequam habeat, & per formam quæ tenet rem in eſſe poſtquam fuerit. Sed inclinatio ad aliquid extrinſecum eſt per aliquid eſſentię ſuperadditum, ſicut inclinatio ad locum eſt per grauitatem, vel leuitatē. Inclinatio autem ad faciendum ſibi ſimile eſt per qualitates actiuas k. Voluntas autē habet inclinationem in bonum naturaliter l. Vnde ibi ſolum eſt idem eſſentia & voluntas, vbi totaliter bonum cōtinetur in eſſentia volentis, ſcilicet in Deo. q. nihil vult extra ſe niſi ratiōe ſuæ bonitatis m. Quod de nulla creatura poteſt dici cum bonum infinitum ſit extra eſſentiā cuiuſlibet cauſati. Vnde nec volūtas angeli, nec alterī creaturæ poteſt eſſe idem quod eius eſſentia. Similiter nec poteſt eſſe idē quod intellectus angeli vel hominis n. Vnde ea ratione ſe extendit eius intellectus in id quod eſt extra ſe: ſecundum quod illud quod extra ipſum eſt, per eſſentiam natum eſt aliquo modo in eo eſſe. Nam cognitio fit per hoc, quòd cognitū eſt in cognoſcente. Voluntas verò ſe extēdit in id quod extra eſt, ſecundū quod quadam inclinatione quodammodo tendit in rem exteriorem. Alterius autem virtutis eſt, quòd aliquid habeat in ſe quod

i 59. ar. 1. ad 2. 77 377

k 59. ar. 1. ad 3.

l 59. ar. 1. ad 2.

m 59. ar. 1. ad 3.

n 59. ar. 1. ad 2.

¶ Circa probationē maioris principalis dubium occurrit, eo quòd digredi videtur. Quoniam ex hoc quòd natura eſt intra rem, quamuis bene ſequatur, ergo appetitus ad extra rem, non eſt appetitus ad naturam: non tamen apparet, vnde ſequitur, ergo appetitus ad extra non eſt ipſa natura. Stat namque hæc duo ſimul, quòd quidditas alicuius ſit ſibi intrinſeca & tamen appetitus eius quia eſt ipſamet, ſit ad aliquid extrinſecū. Et confirmatur, quia iſta conſequentia, natura eſt intra rem, ergo quicquid ſe extendit ad extra, nō eſt natura. Si eſt neceſſaria, tenet in omni natura: quod tamen eſſe falſum videmus, quia natura grauitatis eſt intrinſeca individuo gratuis & tamen extendit ſe ad extra.

¶ Ad hoc breuiter dicendum eſt, quòd quum verè & propriè ens ſola completa ſubſtantia ſit, quoniam & partes & accidentia, vt ſubſtantiæ aliquid ſint, inſtitura ſunt à natura. In propoſito naturæ, vel eſſentiæ nomine, integram quidditatem ſolius ſubſtantiæ, quę ſola eſt ens per ſe & propter ſe, intelligitur. Eſſe autē vel apprehendi intrà, nihil aliud ſignificat, niſi eſſentialem independentiam tam in eſſe, quàm in diffinīri ab extrinſeco: ſicut per oppoſitum extendere ſe ad extrà, nihil aliud eſt quàm eſſentialiter ordinari & inſtitutum eſſe aliquid extrinſecum à ſubſtantia reiquoniam non de quacunque extenſione ad extrà eſt ſermo, quā conſtet ſubſtantiam rei eſſe principium genera tionis, & motus, & quietis. Sed de determinate proximè & immediatè, ac eſſentialiter: ita q. vis rationis conſiſtit in hoc, Q. quidditas ſubſtantiæ completæ diffinitur apprehēdendo tantùm intrinſeca rei: extendēs ſe eſſentialiter ad extrà non poteſt diffiniri niſi per illud extrinſecum. Igitur extendens ſe ad extrà non eſt quidditas rei, nec intra eam, ſed voluntas & vniuerſaliter potentia ad operati: & quodcunque eſſe accidentale, extendit ſe ad extrà hoc modo, vt ex ſuperioribus quęſtio nibus patet: ergo. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Circa probationem maioris ſecundi ſyllogiſmi dubium occurrit: quia non videtur valere conſequentia, Voluntas naturaliter inclinatur in bonum, ergo voluntas habens bonum infinitum extra ſe tendit in aliquid extrinſecū: quoniam nō tenet in omni materia. Materia enim ſubſtantiæ naturaliter inclinatur in bonum, tamen non extendit ſe extrà: igitur ratio nulla.

¶ Ad hoc breuiter dicitur: quòd conſequentia eſt bona formaliter, & accidit deceptio propter æquiuocationem eius quod eſt inclinari in bonum, dupliciter enim poteſt intelligi: vno modo, vt bonum diſtinguitur cōtra malum, & ſic appetitus materię & vniuerſaliter omnis appetitus naturaliter inclinatur in bonū: Alio modo vt bonū diſtinguitur cōtra tale vel tale bonū, & ſic ſolus appetitus intellectiuus tēdit in bonum. Quoniā ſolus intellectus ipſam boni rationē vt bonum eſt apprehendit, & quia bonum vt bonū eſt, omne bonū cōprehendit: conſequens eſt vt id quod naturaliter inclinatur in bonum vt bonum, nō quieſcat niſi in omni bono: ac per hoc ſi infinitum bonū habet extrà ſe, tendat in aliquid extra. Non ſic autem eſt de eo quod inclinatur naturaliter in tale bonum tantùm. Quoniā ſi tale bonū intra ſubſtantiā rei concluditur, ad extrà non tendit, quamuis infinitum bonū extrà remaneat. Et per hoc patet reſpōſio ad obiectum, quia hic ſumitur inclinatio ad bonū ſimpliciter, quod non dicitur de materia. nec de quocunq; alio appetitu, niſi de intellectiuo, qui appellatur volūtas.

¶ Quo ad aliā verò partē cōcluſionis, ſcilicet, q. nō eſt intellectus, adducitur ratio talis. Alterius virtutis eſt habere in aliquid extrinſecū, & tendere in ipſum: ſed in intellectus & volūtas penes hos modos differūt, ſcilicet habere in ſe, & tēdere in illud. igit ſunt duæ virtutes, & hoc in creaturis, in quib. neq; obiectum volūtatis neque obiectū intellectus completè continetur in ſubſtantia earum, cuius oppoſitum inuenitur in Deo, qui eſt infiniti ens & infinitum bonum.

279 301

¶ Circa vtrunque partē concluſionis aduerte ſimul, quod ex rationibus aliquid concluditur directè & immediatè, ſcilicet diſtinctio quidditatiua volūtatis à natura & intellectu. Aliquid verò cōcluditur mediatè, ſcilicet diſtinctio realis eorundē. Quoniā quum quodlibet horū ſit ens limitatum, ſi quidditatiuè diſtinguuntur, & ex neutrius quidditate genuerit idēntitas vnius cū alio: conſequens eſt vt diſtinguātur realiter: di ſtinctio enim realis nō & 2. cō poteſt cōuenire entibus niſi quæ ex neutrius quidditate puenit, quòd ſint idem ſeu vnum idēticè probatæ opus non fuit, & probata diſtinctiōe qd ditatiua, qa regulariter hoc nō apparet, niſi ex duabus cauſis puenire, ſcilicet vel ex infinitate vt inuenitur in Deo, vel ex eſſentiali ordine generationis & perfectionis, vt inuenitur in vegetatiuo & ſenſitiuo, quorū poſterius ſemper includit in ſe prius, & aliquid vltrà. Vtrunque autē horū conſtabat locum non habere in propoſito. Et ideo ſat fuit ſic reſpōdere quęſito. Et confirmari poteſt ſufficiētia huiuſmodi procedēdi autoritate Ariſtotelis, qui in quarto Phyſicorū cōcludit diſtinctionē realē exiſtentis in aliquo in quo exiſtit, ex diſtinctione quidditatiua harum rationū, ſcilicet eſſe in aliquo, & in quo eſt aliquid.

7 in cor. & q. 16. ar. 3. & 4. 300 2. d. 7. q. 1. artic. 1. tra c. 17. & veri. q. 23. arti. 1. & 2. a. 2. & 3. & mal. q. 16. art. 5. cor. & opuſ. 3. cap. 76. * Cap. 3. * 90. 8. articu. 5. 412

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimanonæ Articulum tertium.*

IN titulo hoc ſolū notādum eſt, quòd licēt per hoc videri poſſet, quòd poſita voluntate non debeat reuocari in dubium liberum arbitrium, & ſic articulus iſte ſit ſuperfluus: ſignis tamen diligenter conſideret, neceſſitatem huius articuli ex dutobus perpendet. Primò, quia liberum arbitrium facultatem communem ſonat intellectus & voluntatis, quum dicat quid compoſitum ex libertate & arbitrio, ac per hoc inuertum adhuc eſt in hoc loco, an ſit idem quod voluntas, quin etiam à quibuſdam hoc non accepatur. Secundò, ex eo quod voluntas appetitum intellectiuum ipſius boni nominat, & non modum appetendi, ſ. libere vel non liberè, & propterea poſt ſtabilitā voluntatis, id eſt, appetitiū boni intellecti in angelis, merito reſtabat quærere de modo appetendi. Vtrum liberè, vel non liberè, quod in præſenti articulo inſenditur, ſub vocabulo liberi arbitrij, quod nihil aliud ſignificat niſi actū liberū.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in angelis ſit liberum arbitrium.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd in angelis nō ſit liberum arbitrium. Actus enim liberi arbitrij eſt eligere: ſed electio nō poteſt eſſe in angelis, cum electio ſit appetitus præconſiliati. Conſilium autem eſt inquiſito quędam: vt dicitur in 3. Ethico *. Angeli autem nō cognoſcunt inquirendo: quia hoc pertinet ad diſcurſum rationis. Ergo videtur quòd in angelis non ſit liberum arbitrium.

* 3 Ethi. 5.

¶ 2 Præterea, Liberum arbitrium ſe habet ad vtrumlibet. Sed ex parte intellectus non eſt aliquid ſe habens ad vtrumlibet in angelis, quia intellectus eorum non fallitur in naturalibus intelligentibus vt dictum eſt *. Ergo nec ex parte appetitus liberum arbitrium in eis eſſe poteſt.

* 59. ar. 1. ad 2.

¶ 3 Præterea, Ea q. ſūt naturalia in angelis, cōueniūt eis ſecūdū magis & minus: quia in ſuperioribus angelis natura intellectualis eſt perfectior quā in inferioribus. Liberū autē arbitrium nō recipit magis & minus. Ergo in angelis non eſt liberum arbitrium.

¶ SED CONTRA, Libertas arbitrij ad dignitatem hominis pertinet: ſed angeli digniores ſunt hominibus. Ergo libertas arbitrij, cùm ſit in hominibus, multo magis eſt in angelis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quędā ſunt quæ nō agunt ex aliquo arbitrio o, ſed quaſi ab aliis acta & mota: ſicut ſagitta à ſagittante mouetur ad finē. Quædā verò agunt quodā arbitrio, ſed non libero, ſicut animalia irrationabilia. Quis em fugit lupū ex quoda iudicio, quo exiſtimat eum noxium, ſed hoc iudicium nō eſt ſibi liberum ſed à natura inditum. ſed ſolū id quod habet intellectū, poteſt agere iudicio libero,

o 59. ar. 1. ad 2.

quid extra. Non ſic autem eſt de eo quod inclinatur naturaliter in tale bonum tantùm. Quoniā ſi tale bonū intra ſubſtantiā rei concluditur, ad extrà non tendit, quamuis infinitum bonū extrà remaneat. Et per hoc patet reſpōſio ad obiectum, quia hic ſumitur inclinatio ad bonū ſimpliciter, quod non dicitur de materia. nec de quocunq; alio appetitu, niſi de intellectiuo, qui appellatur volūtas.

¶ Quo ad aliā verò partē cōcluſionis, ſcilicet, q. nō eſt intellectus, adducitur ratio talis. Alterius virtutis eſt habere in aliquid extrinſecū, & tendere in ipſum: ſed in intellectus & volūtas penes hos modos differūt, ſcilicet habere in ſe, & tēdere in illud. igit ſunt duæ virtutes, & hoc in creaturis, in quib. neq; obiectum volūtatis neque obiectū intellectus completè continetur in ſubſtantia earum, cuius oppoſitum inuenitur in Deo, qui eſt infiniti ens & infinitum bonum.

279 301

¶ Circa vtrunque partē concluſionis aduerte ſimul, quod ex rationibus aliquid concluditur directè & immediatè, ſcilicet diſtinctio quidditatiua volūtatis à natura & intellectu. Aliquid verò cōcluditur mediatè, ſcilicet diſtinctio realis eorundē. Quoniā quum quodlibet horū ſit ens limitatum, ſi quidditatiuè diſtinguuntur, & ex neutrius quidditate genuerit idēntitas vnius cū alio: conſequens eſt vt diſtinguātur realiter: diſtinctio enim realis nō & 2. cō poteſt cōuenire entibus niſi quæ ex neutrius quidditate puenit, quòd ſint idem ſeu vnum idēticè probatæ opus non fuit, & probata diſtinctiōe qd ditatiua, qa regulariter hoc nō apparet, niſi ex duabus cauſis puenire, ſcilicet vel ex infinitate vt inuenitur in Deo, vel ex eſſentiali ordine generationis & perfectionis, vt inuenitur in vegetatiuo & ſenſitiuo, quorū poſterius ſemper includit in ſe prius, & aliquid vltrà. Vtrunque autē horū conſtabat locum non habere in propoſito. Et ideo ſat fuit ſic reſpōdere quęſito. Et confirmari poteſt ſufficiētia huiuſmodi procedēdi autoritate Ariſtotelis, qui in quarto Phyſicorū cōcludit diſtinctionē realē exiſtentis in aliquo in quo exiſtit, ex diſtinctione quidditatiua harum rationū, ſcilicet eſſe in aliquo, & in quo eſt aliquid.

7 in cor. & q. 16. ar. 3. & 4. 300 2. d. 7. q. 1. artic. 1. tra c. 17. & veri. q. 23. arti. 1. & 2. a. 2. & 3. & mal. q. 16. art. 5. cor. & opuſ. 3. cap. 76. * Cap. 3. * 90. 8. articu. 5. 412

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimanonæ Articulum tertium.*

IN titulo hoc ſolū notādum eſt, quòd licēt per hoc videri poſſet, quòd poſita voluntate non debeat reuocari in dubium liberum arbitrium, & ſic articulus iſte ſit ſuperfluus: ſignis tamen diligenter conſideret, neceſſitatem huius articuli ex dutobus perpendet. Primò, quia liberum arbitrium facultatem communem ſonat intellectus & voluntatis, quum dicat quid compoſitum ex libertate & arbitrio, ac per hoc inuertum adhuc eſt in hoc loco, an ſit idem quod voluntas, quin etiam à quibuſdam hoc non accepatur. Secundò, ex eo quod voluntas appetitum intellectiuum ipſius boni nominat, & non modum appetendi, ſ. libere vel non liberè, & propterea poſt ſtabilitā voluntatis, id eſt, appetitiū boni intellecti in angelis, merito reſtabat quærere de modo appetendi. Vtrum liberè, vel non liberè, quod in præſenti articulo inſenditur, ſub vocabulo liberi arbitrij, quod nihil aliud ſignificat niſi actū liberū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore est vnica conclusio responsiua affirmatiuè. In angelis est liberum arbitrium. Et probatur sic: Intellectuale est iudicij liberi. Angelus est intellectus siue ergo. Maior probatur dupliciter. Primò à posteriori, quia agit iudicio libero: quod manifestatur ex triplici ordine agentium, scilicet sine arbitrio vt natura lia, & cum arbitrio seu iudicio, sine tamen libertate, vt sensitiua iudicantia ex instinctu naturę. Et cum arbitrio & libertate, vt habẽtia intellectum. Secundò à priori, quia apprehendit vniuersalem rationem boni: & consequẽter potest hoc præponere illi, & econtrario, quòd est liberè iudicare. Et eo enim quòd apprehendens non arctatur ad hæc, vel illam boni rationem appetendam, & ex adinuicem cõferre potest, liberum sibi de eis relinquitur iudicium.

¶ In responsione ad secũdum duplex dubium occurrit. Primò, quia si intellectus est determinatus ad omnẽ naturalem veritatem, ergo voluntas nõ potest nisi vnam partẽ cõtradictionis quo ad naturalia velle, sicut & intellectus intelligere, quia voluntas oportet esse cognitã. Secundo, quia si voluntas est determinata quo ad superiora, & nõ quo ad inferiora, quũ superius volũtate sit solus Deus, respectu ergo aliorum angelus se habet ad vtrumlibet, & sic est, ergo potest odisse aliũ angelum, & peccare in naturalibus puris.

¶ Ad horum primũ dicitur, quòd angelus habet intellectũ determinatum ad verum tam in speculatiuis, quàm in practicis, siue agibilibus, siue factibilibus: ita q̃ nõ potest naturaliter errare si in puris naturalibus consideretur. Non ad hoc verum vel illud individualiter, & cõsideratũ quo ad agibilia, neque ad hoc verũ vel illud specificè cõsideratũ quo ad factibilia. Et hoc loquẽdo de cognitione imperatiua seu affectiua: quoniã secundũ cognitionẽ speculatiuam indeterminatio nulla est naturaliter: & cõsequẽter volũtas potest velle hoc & oppositũ, & intellectus intelligere imperatiuè hoc & oppositũ. Et ratio distinctionis est, quia cognitio vt imperatiua est, à voluntate pendet: vt speculatiua verò, à natura tantùm. Nec hoc est cõtra 5. Thom. quoniã per veritatẽ, quam naturaliter angelus cognoscere potest, intẽdit veritatẽ naturaliter notã, vt distinguitur contra super naturaliter & contra liberè notã: quoniam harum negatio non ponit imperfectionẽ in intellectu, vt patet. Et, vt clarè liqueat, tota intentio sua in hoc argumento fuit circa perfectum & imperfectum naturaliter.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd quia omne peccatũ in moralibus est per declinationem à summo bono, & quicunque peccat, contra Deum peccat, iuxta illud. Tibi soli peccaui &c. consequens est, vt omnia in quatum referibilia in Deũ, &c. sint superiora angelo, &c per hoc determinata voluntas quo ad superiora, sit determinata quo ad rectitudinem impliciter, infra tamen naturalia. Cũ hoc tamen stat indeterminatio quo ad hoc illud nũc vel tunc agere, & quo ad tale vel tale facere, quæ sunt inferiora rectitudine seruata, quàlibæc respicit superius.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ nonæ Articulum quartum.*

IN titulo aduerte, quòd irascibilis & concupiscibilis dupliciter sumi possunt. Primo modo vt sunt passiones seu potentiæ sensitiuæ. Et hoc modo nullum esset quærere vtrum sint in angelis, quos superius declaratum est nõ habere in se naturam sensitiuã. Alio modo, vt significant abiectum aut concupiscentiæ, siue vim seu appetitũ sensitiuum, siue nõ. Et hoc modo vertitur hic in dubiũ, an appetitus angelicus quem hoc q̃ est immaterialis distinguatur in cõcupiscibilẽ & irascibilẽ. Et fuit ratio q̃ D. 2.26. 37 3.88

¶ In corpore est vnica cõclusio responsiua negatiuè, scilicet appetitum angelicus nõ distinguitur per cõcupiscibilẽ & irascibilẽ. Et probatur sic, potentia non distinguitur penes materialẽ obiecti: ergo nõ distinguit penes differentias diuisiuas sui primi obiecti: ergo appetitus intellectiuus nõ distinguitur penes differentias diuisiuas bonitatis ergo appetitus angelicus nõ distinguitur in irascibilẽ & cõcupiscibilẽ. Antecedens est per se notũ, quia potentiæ distinguuntur penes distinctionẽ formalẽ obiecti, vt obiecta sunt. Prima autem cõsequentia euidens de se est, quia differentiæ diuisiuæ alicuius superioris materialiter se habẽtis ad q̃ respicit primò illud superius, vt patet de visibili respectu coloris & differentiarum eius. Secundò verò consequẽtia tenet ex eo, quòd propriũ obiectũ appetitus intellectiui est bonum in eo quòd bonum: quod ex eo declaratur, quòd nihil appetitus potest esse nisi boni. Si enim omnis appetitus ad bonũ feratur, appetitus vniuersaliter necesse est vt ad bonum, appetitus vniuersalem rationem boni. Et quia ipsa boni ratio est obiectum, necessariò in climbitur. Tertia verò tenet, quia irascibilis & concupiscibilis, distinguuntur secundũ distinctionem bonorũ particularium inter se, puta ardui & absoluti, seu simplicis boni. Et præterea ista distinctio nõ est locum in appetitu sensitiuo cuius non est respicere bonum, nisi secundum aliquas species sensibiles rationes. Vltima verò consequentia ex eo tenet, quòd in angelis non est nisi appetitus intellectiuus.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd hic posset esse dubium: quo pacto cum efficacia istius fieri, quòd appetitus sensitiuus distinguatur per irascibilem & concupiscibilem. Quoniam si ex hoc quòd appetitus intellectiuus respicit altius obiectum, & commune arduo & simplici bonũ, certè tali distinctione quã appetitus quoque sensitiuus respiciat vt proprium obiectũ bonum secundum seu sum, quod est etiam commune ad arduum & simplex bonum: consequens erit quòd nec ipse distinguatur in irascibilem & concupiscibilem. Sed quoniam de hac distinctione erit

fermo specialis in sequentibus ex proposito, pro nunc sufficiat credere, quod ratio boni secundũ seipsum non est vna aliqua ratio mouẽdi aut terminãdi actum appetendi appetitus sensitiui, quemadmodum ratio boni est ratio mouendi & terminandi actum appetitus intellectiui: seipse habet ad appetitum sensitiuum, quemadmodum hoc quod dico, qualitas sensibilis, ad sensum exteriorem.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ Articulũ primum.*

IN titulo aduerte, q. amor naturalis dupliciter sumitur. Vno modo ꝓ inclinatione naturali alicuius in aliquid ita q̃ inclinatio illa nõ sit operatio aliqua, nec aliqua passio ex operatione derelicta, sed naturalis quædã aptitudo ad illud. Et hoc modo non est dubiũ in omni re esse appetitũ siue amorẽ naturalẽ ad aliquid. Alio modo sumitur amor naturalis pro actu elicito potentiæ appetitiuæ. Et sic ad rationem amoris naturalis requiritur quòd duo, scilicet q̃ sit amor, & ex hoc oportet q̃ sit talis actus elicitus qualis est amor, id est primus actus appetitus: & q̃ sit naturalis, & ex hoc oportet ex natura amantis conuenire ei. Ex natura autem dico, vt distinguitur contra electionẽ. Et sic euertitur in proposito, vtrum in angelis sit dilectio naturalis. Et q̃ sensus est, vtrũ in eis sit aliquis actus amandi, non ex electione seu libertate, sed à natura proueniens.

¶ Ad cuius maiorẽ euidentiam sciendũ est, q̃ omnẽ naturalẽ sumitur dupliciter, scilicet quo ad exercitium, vel quo ad specificationẽ actus secundi per oppositũ dupliciter etiã dicitur naturale. Ita q̃ operationum alia est libera quo ad vtrunq; vt electio, quia & liberè eligimus: & si liberè eligimus, determinamur nos ad alterum partẽ contradictionis ex parte obiecti. Alia verò est libera quo ad exercitium, sed naturalis quo ad specificationem, vt velle bonum, & intelligere principia. Quoniã liberè exercemur aut abstinemus nos ab vsu talium actuum. Sed circa hæc obiecta operandum nobis est, non est in libertate nostra determinare nos ad aliquam partem cõtradictionis ex parte obiecti. Alia autem est naturalis vtroque modo, vt sunt omnes operationes nullo modo subditæ libertati. In proposito igitur sermo præsens est de naturali quo ad specificationem actus, quicquid sit de exercitio eius. Ita quòd quã quærimus in quæstione, aut affirmamus in conclusione, amorem naturalem in angelis sinten dimus quòd in eis est amor naturalis obiectiuè, non autẽ elicitiuè ita quòd naturalitas determinat ordinem actus ad obiectum, & non ordinem actus ad potentiam. Nec intendimus per hoc negare naturalitatẽ actus quo ad exercitium sed intendimus quòd quicquid sit de hoc, in præsenti quæstione non est sermo, nisi de naturalitate quo ad specificationem actus.

¶ In corpore vnica est cõclusio responsiua ad quæstum affirmatiuè: in angelis est amor naturalis. Et probatur tali ordine, quia primò probatur quòd in rebus intellectualibus inuenitur inclinatio naturalis. Secundò, quòd talis inclinatio inuenitur in eis secundum voluntatẽ. Ex his enim duobus manifeste, sequitur intenta cõclusio. Primum probatur sic: Omni naturæ cõmune est, vt ex ea fluat aliqua inclinatio ad aliquid: ergo intellectualibus etiã conuenit habere aliquã inclinationem ex natura. tenet cõsequentia, tum ab vniuersali ad partẽ subiectiuam, tum à priori naturaliter ad suum posterius. Natura enim prior est intellectu, sicut essentia virtute ergo, naturale prius est intellectuali, sicut vniuersaliter communior ordine essendi gradus, minus communi essentialiter communionem supponente, & non nisi in eo fundabili. Secundò verò probatur sic vna quæ ne inuenitur inclinatio naturalis secundum modum eius: ergo in angelo inuenitur secundum voluntatem. Antecedens declaratur in triplici ordine rerum scilicet pure naturalium, sensitiuorũ & intellectualium. Consequentia verò tenet, ex eo quòd angelus est naturæ intellectualis.

¶ Circa prædicta occurrit dubium, quomodo in probatione primi sumitur ly inclinatio, & similiter ly natura. Aut enim inclinatio sumitur pro actu primo, aut pro actu secundo. Si pro actu primo, nihil concluditur, nisi fortè quòd in natura intellectuali est aliqua inclinatio, quę est appetitus intellectiuus quam vocamus voluntatem: quod in præcedente quæstione conclusum fuit, & nunc non est ad propositũ. Si verò sumitur pro actu secundo, quãuis non sit sermo vniuersaliter quo ad actum, id est de omni actu secundo, sed de aliquo, nihil aliud concluditur, nisi quòd ex natura intellectuali potest sibi conuenire aliquis actus secundus. Et tunc patet quòd in probatione secundi, quum sumitur quòd hoc conuenit intellectualibus secundum voluntatem, nihil valet quod dicitur, quia stat, quòd conueniat eis secundum intellectum. Similiter ambiguum est quomodo sumitur ly natura, an scilicet pro substantia rei vt distinguitur contra potentias eius dem, an pro essentia seu quidditate cuiuscunq; siue sit substantia, siue potentia rei. Si enim sumitur secũdo modo manifestè sequitur destructio libertatis, quoniam sequeretur quòd potentia libera naturaliter operaretur, quod implicat contradictionem. Si autem sumitur primo modo, aut intelligitur secundum omnes eius potentias conuenire sibi talem inclinationem aut secundum aliquam. Non secundum omnes, quia sic concluderetur amor naturalis non magis in voluntate, quam in intellectu. Nec secundum aliquam, quia sic tacto S. Thomæ valet scilicet, quia id quod est prioris salnatur in posse posteriori: ista concludit de una potentia, sicut de alia.

¶ Circa illam propositionem assumptam, scilicet semper prius saluatur in posteriori, dubiũ occurrit quomodo accipiatur in proposito: an scilicet de saluari formaliter, eo modo quo superius saluatur in suo inferiori: an de saluari virtualiter, eo modo quo prius efficiens saluatur in posteriori agente. Si enim primo modo sumitur, nihil aliud infertur nisi, quòd in intellectualibus saluatur ratio naturæ, quia natura in communi est prior & superior natura intellectuali ex hoc autem nõ habetur nisi quòd conditiones essentiales naturæ cõueniant intellectualibus, quemadmodum homini conditiones animalis. Si autem sumitur secundo modo, nihil aliud infertur nisi quòd potentiæ omnes operantur in vi essentię à qua fluunt. Et confirmatur, quia aut intendis quòd vis aut ratio prioris saluatur in posteriori, quo ad operari, aut quo ad modum operandi. Si quo ad operationem ipsam, nihil aliud infertur nisi quòd operatio posterioris est quodammodo etiam operatio prioris: quod non est ad propositum. Si quo ad modum operandi: ita quòd modus operandi prioris sit etiam modus operandi posterioris, falsissima est propositio. vt patet de libero arbitrio, quòd operatur liberè, & tamen substantia à qua egreditur, causat naturaliter, & agentium in vniuerso alia liberè, alia naturaliter agant, & tamen primum agens non agit nisi vno modo.

¶ Ad has obiectiones est dicendũ breuiter, quòd hic est sermo de inclinatione actuali, quæ est actus secundus. Sed nõ est de qualicunq; actu secundo, sed de illo tantũ qui habet rationẽ tendentiæ in aliud, q̃ de natura, vt dicitur de substantia rei. Ita q̃ sensus est, quòd commune est omni naturæ, i. substantiæ habere aliquam inclinationem actualem naturalem. Et quoniam inclinatio actualis non cõuenit nisi mediante inclinatione habituali, cõsequens est vt omni naturæ inist talis actus secũdus, qui est inclinatio actualis secundũ inclinationẽ habitualem: quæ quũ nihil aliud sit quàm proprius appetitus fluẽs ex illa natura, oportet q̃ talis inclinatio actualis insit secundũ appetitũ. Et cõsequenter inclinatio actualiter naturæ intellectualis inest ei secundum proprium illius appetitum, qui est appetitus intellectiuus qui vocatur voluntas. Et sic patet q̃ non est par ratio de omni actu secundo, aut de omni potentia rei. Sed quemadmodum ex quælibet præcedente ostensum est, q̃ ad omnem naturã sequitur potentia aliqua appetitiua, & cõsequenter ad naturam intellectualem appetitus intellectualis: ita nunc consequenter ostenditur, q̃ omni naturæ conuenit, q̃ ex ea fluat actualis aliqua inclinatio determinata ad vnũ, hoc enim idem est dicere, q̃ naturalis, & consequenter q̃ hoc conueniat naturæ intellectuali secundum eius proprium appetitum, quo habitualiter inclinatur ad aliud, vt inclinatio inclinationi respondeat.

¶ Ad secundam verò quæstionẽ quã inquirit ur sensus probationis adducẽtur ad præfatam maiorem, breuiter dicitur, q̃ hic est sermo de illo modo saluandi quo superius inhibitum saluatur in suo inferiori ita quòd quia natura intellectualis nec habet in se duo, & q̃ sit natura, & q̃ sit talis natura, pura intellectualis, nec habet rationẽ naturæ secundũ aliquẽ aliũ gradũ quàm intellectualitatẽ, cõsequens est q̃ appetitus proprius totius sui supponiti habẽtis naturã intellectualem, ingeat in se aliquid ex subſtantia intellectuali, inquantum natura est aliquid ipsaquãtũ intellectualis est. Et quũ ex hoc q̃ intellectualis est, fortiatur libertatẽ, ex

inquantũ cognoscit vniuersalẽ rationem boni: ex qua potest iudicare hoc vel illud esse bonũ. Vnde vbicunq; est intellectus, est liberum arbitriũ. Et sic patet liberum arbitrium esse in angelis etiam exellẽtius quàm in hominibus, sicut & intellectum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de electione secundũ quod est hominis. Sicut autẽ exstimatio hominis in speculatiuis differt ab existimatiõe angeli in hoc quod vna est abstq; inquisitione, alia verò per inquisitionẽ, ita & in operatiuis. Vnde in angelis est electio, nõ tamẽ cũ inquisitiua deliberatione cõsilij, sed per subitã acceptionẽ veritatis.

¶ Ad secundum dicendum quòd, sicut dictũ est, cognitio sit p hoc quòd cognita sunt in cognoscẽte. Ad imperfectionẽ autem alicuius rei pertinet, si non sit in ea id quod natũ est in ea esse. Vnde angelus nõ esset perfectus in sua natura, si intellectus eius nõ esset determinatus ad omnem veritatẽ, quam naturaliter cognoscere potest. Sed actus appetitiuæ virtutis est per hoc quòd effectus inclinatur ad rem exteriorem. Non autem depẽdet perfectio rei ex omni re ad quam inclinatur, sed solùm ex superiori. Et ideo nõ pertinet ad imperfectionẽ angeli, si non habet voluntatem determinatam respectu eorum quæ infra ipsum sunt. Pertineret autem ad imperfectionem eius, si indeterminatè se haberet ad illud quod suprà ipsum est.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd liberum arbitriũ nobiliori modo est in superioribus angelis quàm in inferioribus, sicut & iudicium intellectus. Tamẽ verũ est quòd ipsa libertas, secundũ quòd in ea consideratur quædam remotio coactionis, non suscipit magis & minus: quia priuationes & negationes non remittuntur, nec intenduntur per se, sed solùm per suam causam, vel secundũ aliquã affirmationem adiunctam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in angelis sit irascibilis & concupiscibilis.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd in angelis sit irascibilis & concupiscibilis. dicit enim Dionysius. 4. cap. de Diu no. quòd in dæmonibus est furor irrationabilis & concupiscentia amens. Sed dæmones eiusdem naturæ sunt cum angelis, quia peccatum non mutauit in eis naturam. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶ 2 Præterea, Amor & gaudium in concupiscibili sunt, ira verò, spes & timor in irascibili. Sed hæc attribuuntur angelis bonis & malis in Scripturis. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶ 3 Præterea, Virtutes quædam dicuntur esse in irascibili & concupiscibili, sicut charitas & tẽperantia videtur esse in concupiscibili, spes autẽ & fortitudo in irascibili. Sed virtutes hæ sunt in angelis. Ergo in angelis est concupiscibilis & irascibilis

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 1. de. Anima. ° q̃ irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua quę nõ est in angelis. Ergo in eis nõ est irascibilis & concupiscibilis.

301 Verit. q. 1. 4. art. 10. ver.

° Tex. 41.

perantiam & fortitudinem regulari. Sed temperantia in eis dicitur secũdum quod moderate suam voluntatem exhibent secundum regulam diuinæ voluntatis. Et fortitudo in eis dicitur secundum quod voluntatem diuinam firmiter exequuntur. Quod totum fit per voluntatem, & non per irascibilem & concupiscibilem.

QVÆSTIO SEXAGESIMA de Amore & dilectione angelorum, in quinque articulos diuisa.

HEINDE considerandum est de actu volũtatis, qui est amor, siue dilectio. Nã omnis actus appetitiuæ virtutis examore seu dilectiõe derivatur. ¶ Et circa hoc quæritur quinque. ¶ Primò, vtrum in angelis sit dilectio naturalis. ¶ Secundò, vtrũ in eis sit dilectio electiua. ¶ Tertiò, vtrũ angelus diligat seipsum dilectiõe naturali, an electiua. ¶ Quarto, vtrũ vnus angelus diligat aliũ dilectione naturali sicut seipsum ¶ Quintò, vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm seipsum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in angelo sit amor seu dilectio naturalis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit amor vel dilectio naturalis. Amor enim naturalis diuiditur contra intellectualem: vt patet per Dio. 4. cap. de Diui. nomi. Sed amor angeli est intellectualis. Ergo non est naturalis.

¶ 2 Præterea, Ea quæ amant amore naturali, magis aguntur quàm agant. Nihil enim habet dominium suæ naturæ. Sed angeli non aguntur sed agunt, cùm sint liberi arbitrij vt ostensum est°. Ergo in angelis non est amor seu dilectio naturalis.

¶ 3 Præterea, Omnis dilectio aut erecta, aut non recta. Dilectio autẽ recta pertinet ad charitatem. Dilectio autem non recta pertinet ad iniquitatem. Neutrum autem horum pertinet ad naturam. Quia charitas est supra naturam, iniquitas autem est contra naturam. Ergo nulla dilectio naturalis est in angelis.

¶ SED CONTRA est, quòd dilectio sequitur cognitionem. Nihil enim amatur nisi cognitum, vt Augustinus dicit de Trini* Sed in angelis est cognitio naturalis. Ergo & dilectio naturalis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est in angelis ponere dilectionem naturalem.

¶ Ad cuius euidentiam consideradum est, quòd semper prius saluatur in posteriori. Natura autem prior est quàm intellectus. Quia natura cuiuscunque rei est essentia eius. Vnde id quod est naturæ, oportet saluari etiam in habentibus intellectum. Est autem hoc commune omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem quæ est appetitus naturalis vel amor. Quæ tamen inclinatio diuersimode inuenitur in diuersis naturis vnaquaque secundum modum eius °. Vnde in natura intellectuali inuenitur inclinatio naturalis secundum volũtatem: in natura autẽ sensitiua secundum appetitum sensitiuũ: in natura verò carente cognitione, secundum solum ordinem naturæ in aliquid. Vnde cùm angelus sit natura intellectualis oportet quod in volũtate eius sit naturalis dilectio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectualis amor dicitur cõtra naturalem qui est solum naturalis, inquantum est naturæ, quę non addit supra rationem naturæ perfectionem sensus aut intellectus.

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd omnia quę sunt in toto mundo, agũtur ab aliquo præter primum agẽs, quod ita agit, quòd nullo modo ab alio agitur. In quo est idẽ natura & voluntas. Et ideo non est inconueniens, si angelus agatur in quantũ inclinatio naturalis est sibi indita ab authore suæ naturæ, licet quo ad actum, id est de omni actu secundo, sed de aliquo, nihil aliud concluditur, nisi quòd ex natura intellectuali potest sibi conuenire aliquis actus secundus. Et tunc patet quòd in probatione secundi, quum sumitur quòd hoc conuenit intellectualibus secundum voluntatem, nihil valet quod dicitur, quia stat, quòd conueniat eis secundum intellectum. Similiter ambiguum est quomodo sumitur ly natura, an scilicet pro substantia rei vt distinguitur contra potentias eius dem, an pro essentia seu quidditate cuiuscunq; siue sit substantia, siue potentia rei. Si enim sumitur secũdo modo manifestè sequitur destructio libertatis, quoniam sequeretur quòd potentia libera naturaliter operaretur, quod implicat contradictionem. Si autem sumitur primo modo, aut intelligitur secundum omnes eius potentias conuenire sibi talem inclinationem aut secundum aliquam. Non secundum omnes, quia sic concluderetur amor naturalis non magis in voluntate, quam in intellectu. Nec secundum aliquam, quia sic tacto S. Thomæ valet scilicet, quia id quod est prioris salnatur in posse posteriori: ista concludit de una potentia, sicut de alia.

¶ Circa illam propositionem assumptam, scilicet semper prius saluatur in posteriori, dubiũ occurrit quomodo accipiatur in proposito: an scilicet de saluari formaliter, eo modo quo superius saluatur in suo inferiori: an de saluari virtualiter, eo modo quo prius efficiens saluatur in posteriori agente. Si enim primo modo sumitur, nihil aliud infertur nisi, quòd in intellectualibus saluatur ratio naturæ, quia natura in communi est prior & superior natura intellectuali ex hoc autem nõ habetur nisi quòd conditiones essentiales naturæ cõueniant intellectualibus, quemadmodum homini conditiones animalis. Si autem sumitur secundo modo, nihil aliud infertur nisi quòd potentiæ omnes operantur in vi essentię à qua fluunt. Et confirmatur, quia aut intendis quòd vis aut ratio prioris saluatur in posteriori, quo ad operari, aut quo ad modum operandi. Si quo ad operationem ipsam, nihil aliud infertur nisi quòd operatio posterioris est quodammodo etiam operatio prioris: quod non est ad propositum. Si quo ad modum operandi: ita quòd modus operandi prioris sit etiam modus operandi posterioris, falsissima est propositio. vt patet de libero arbitrio, quòd operatur liberè, & tamen substantia à qua egreditur, causat naturaliter, & agentium in vniuerso alia liberè, alia naturaliter agant, & tamen primum agens non agit nisi vno modo.

¶ Ad has obiectiones est dicendũ breuiter, quòd hic est sermo de inclinatione actuali, quæ est actus secundus. Sed nõ est de qualicunq; actu secundo, sed de illo tantũ qui habet rationẽ tendentiæ in aliud, q̃ de natura, vt dicitur de substantia rei. Ita q̃ sensus est, quòd commune est omni naturæ, i. substantiæ habere aliquam inclinationem actualem naturalem. Et quoniam inclinatio actualis non cõuenit nisi mediante inclinatione habituali, cõsequens est vt omni naturæ inist talis actus secũdus, qui est inclinatio actualis secundũ inclinationẽ habitualem: quæ quũ nihil aliud sit quàm proprius appetitus fluẽs ex illa natura, oportet q̃ talis inclinatio actualis insit secundũ appetitũ. Et cõsequenter inclinatio actualiter naturæ intellectualis inest ei secundum proprium illius appetitum, qui est appetitus intellectiuus qui vocatur voluntas. Et sic patet q̃ non est par ratio de omni actu secundo, aut de omni potentia rei. Sed quemadmodum ex quælibet præcedente ostensum est, q̃ ad omnem naturã sequitur potentia aliqua appetitiua, & cõsequenter ad naturam intellectualem appetitus intellectualis: ita nunc consequenter ostenditur, q̃ omni naturæ conuenit, q̃ ex ea fluat actualis aliqua inclinatio determinata ad vnũ, hoc enim idem est dicere, q̃ naturalis, & consequenter q̃ hoc conueniat naturæ intellectuali secundum eius proprium appetitum, quo habitualiter inclinatur ad aliud, vt inclinatio inclinationi respondeat.

¶ Ad secundam verò quæstionẽ quã inquirit ur sensus probationis adducẽtur ad præfatam maiorem, breuiter dicitur, q̃ hic est sermo de illo modo saluandi quo superius inhibitum saluatur in suo inferiori ita quòd quia natura intellectualis nec habet in se duo, & q̃ sit natura, & q̃ sit talis natura, pura intellectualis, nec habet rationẽ naturæ secundũ aliquẽ aliũ gradũ quàm intellectualitatẽ, cõsequens est q̃ appetitus proprius totius sui supponiti habẽtis naturã intellectualem, ingeat in se aliquid ex subſtantia intellectuali, inquantum natura est aliquid ipsaquãtũ intellectualis est. Et quũ ex hoc q̃ intellectualis est, fortiatur libertatẽ, ex

*Li. 1. de tri. c. 8. & lib. 10. c. 1. & 2.

D. 225. D. 213. 115 168 402

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quod habet rationem naturæ, naturaliter libertati non repugnantem sortiri debet: talis autem est naturalitas obiectiua primi actus sui. Et ex hoc patet quòd quidam sermo S. Tho. sit de natura vt natura est, vt distinguitur contra liberum vt liberum est: si comparemus rationem naturæ ad rationem intellectualis gradus, intendit quod prius eo modo quo superius dicitur, prius formaliter saltem naturæ. Non tamen sic agitur quòd non agat cum habeat liberam voluntatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut cognitio naturalis semper est vera, ita dilectio naturalis semper est recta, cùm amor naturalis nihil aliud sit quàm inclinatio naturæ indita ab autore naturę. Dicere ergo, quòd inclinatio naturę non sit recta, est derogare autori naturæ. Alia tamen est rectitudo naturalis dilectionis, & alia est rectitudo charitatis & virtutis, quia vna rectitudo est perfectiua alterius sicut etiam alia est veritas naturalis cognitionis & alia est veritas cognitionis infusæ, vel acquisitæ.

ARTICVLVS II.

¶ Virum in angelis sit dilectio electiua.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit dilectio electiua. Dilectio enim electiua videtur esse amor rationalis, cùm electio sequatur consilium quod in inquisitione consistit, vt dicitur in 3. Ethico[c]. Sed rationalis amor diuiditur contra intellectualem, qui est proprius angelorum, vt dicitur 4 capit. de diu. nom. Ergo in angelis non est dilectio electiua.

¶ 2 Præterea, in angelis non est nisi cognitio naturalis præter cognitionem infusam quia non discurrunt de principiis ad acquirendum conclusiones. Et sic ad omnia quæ naturaliter cognoscere possunt, sic se habent sicut intellectus ad prima principia, quæ naturaliter cognoscere potest. Sed dilectio sequitur cognitionem, vt dictum est* ergo in angelis præter dilectionem gratuitam, non est nisi dilectio naturalis. Non ergo electiua.

¶ SED CONTRA. Naturalibus neq; meremur neque demeremur. Sed angeli sua dilectione aliqua merentur vel demerentur. Ergo in eis est aliqua dilectio electiua.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in angelis est quędam dilectio naturalis & quædą electiua. Et naturalis dilectio in eis est principiũ electiuæ, quia séper id quod pertinet ad prius[c], habet rationẽ principij. Vnde cum natura sit primum quod est in vnoquoq; oportet quòd id quod ad scilicet & electiua. Secũda verò est, Naturalis dilectio in eis est principiũ electiuæ. Antecedens dupliciter probatur, primò ratione, qua natura est principium in vnoquoque: ac per hoc sicut ipsa est naturam pertinet, sit principium in quolibet. Et hoc apparet in homine quãtum ad intellectum, & quantum ad voluntatẽ. Intellect[a] enim cognoscit principia naturaliter. Et ex hac cognitiõe causatur in homine scięntia cõclusionũ, quæ nõ cognoscuntur naturaliter ab homine, sed per inuentionem vel doctrinã[c]. Similiter in voluntate, finis hoc modo se habet sicut principiũ in intellectu, vt dicit[c] in secũdo Phy[a]. Vnde voluntas naturaliter intendit in suũ finem vltimum: omnis enim homo naturaliter vult beatitudinem. Et ex hac naturali volũtate causantur omnes aliæ voluntates cùm quicquid homo vult, velit propter finẽ. Dilectio igitur boni quod homo naturaliter vult sicut finẽ, est dilectio naturalis: dilectio autẽ ab hac deriuata, quæ est boni quod diligitur propter finem, est dilectio electiua. Hoc tamẽ differẽter se habet ex parte intellectus & voluntatis. Quia sicut suprà dictum est[a] cognitio intellectus sit secundum quod res cognitæ sunt in cognoscẽte. Est autẽ eximperfectione intellectualis naturæ in homine, qđ non statim eius intellectus naturaliter habet omnia intelligibilia, sed quædam, à quibus in alia quodãmodo mouetur. Sed actus appetitiuæ virtutis est econuerso secundũ ordinem appetentis ad res. Quarũ quædã sunt secundum se bona, & ideo secũdum se appetibilia. Quædam verò habent rationem bonitatis ex ordine ad aliud, & sunt appetibilia propter aliud[c]. Vnde non est ex imperfectione appetentis, qp aliquid appetat naturaliter vt finẽ, & aliquid per electionem, vt ordinatur in finem. Quia igitur natura intellectualis in angelis perfecta est, inuenit in eis sola cognitio naturalis, nõ autẽ ratiocinatiua: sed inuenitur in eis dilectio & naturalis & electiua. Hæc autẽ dicta sunt prætermissis his quæ supra naturã sunt. Horũ enim natura nõ est principium sufficiẽs. De his autẽ infra dicetur[a].

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnis dilectio electiua est amor rationalis, secũdum quod rationalis amor diuiditur contra intellectualem. Dicitur enim sic amor rationalis, qui sequitur cognitionem ratiocinatiuam. Non omnis autem electio consequitur discursum rationis, vt supra dictum est[a], cum de libero arbitrio ageretur, sed solùm electio hominis. Vnde ratio non sequitur.

¶ Ad secundum patet resp̃sio ex dictis[c].

¶ Circa hanc conclusionem dubium occurrit, in quo genere causæ dilectio naturalis sit causa electiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd dilectio naturalis ex parte obiecti causa est finalis electiuæ, quia propter naturalem dilectã diligimus alia. Ex parte vero actus est causa per modum efficientis aliter: cognitio primęjj est causa efficiens cognitionis cõclusionis. Voluntas enim ex volitione finis facit se volentem alia, faciẽdo autẽ libertate vtendo volitione naturali ad causandum dilectionem electiuam. Vnde nõ admittitur illa pars ex cõcessis hoc, sicut nec ex concessis aliquibus habitus ad electionem.

¶ Quo ad tertium probatur prima conclusio sic: Habere vtrumque dilectionem, naturalẽ scilicet & electiuam, nabilem ponit imperfectionem in intellectuali natura: ergo nõ est ingrediens ab angelis. Antecedens probatur ex differentia duplici inter dilectionem & cognitionem. prima est in hoc, quòd cognitio fit per hoc quod cognitũ fit in cognoscẽte. Dilectio verò per hoc quod diligẽs tendit in rem dilectam, & ex hac sequitur secũdã, scilicet, q eo gnitio inquisitiua proueniat ex imperfectione naturę intellectualis. Dilectio autẽ electiua nõ admittit ex imperfectione appetentis. Et probatur sequela huius differentiæ expositis quia cognitio inquisitiua, quæ importat discursum ex noto ad ignotũ, pertinet ad cognoscẽte priuationem cognoscibilium; & consequenter importat naturam alicuius perfectionis in seipso, quia cognitio fit per hoc quòd cognitum habetur in cognoscente. Dilectio autem electiua quum importet appetitũ vnius, non propter se, sed propter aliud ponit primaliter bonitatis in ipso obiecto appetibilis propter aliud. Ex hoc enim quòd non propter se, sed propter alterius bonitatem appetibilis rationem habere imperfectæ bonitatis cõsequitur, & non ponit in perfectione alicuius perfectionis in appetente, quia appetitus ipse actualis non fit per hoc quod appetibile fit in appetente, sed per hoc quòd appetens tendit in ipsum appetibile.

¶ Nota hic quòd præsens sermo est non de appetente secundum omnia conuenientia ad actum appetendi: quoniã sic oportet etiam appetibile esse in appetente, sed de appetente secundum vim appetitiuam præcise formaliter, in quantum appetens est. Sic enim saluantur differentiæ assignatæ.

¶ Quo ad quartum manifestè aperit, de naturaliter conuenientibus angelis sic loqui.

¶ In responsione ad secundum dubium restat, quia ex prædictis nõ videtur euacuari dubium: quia si intellectus est determinatus ad vnum, ergo nõ potest vna que contradictionis partem proponere voluntati: ergo nec voluntas potest vtramque contradictionis partem eligere, libertas enim voluntatis indifferentia supponit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd intellectum esse determinatum ad vnum, contingit dupliciter, vno modo in actu primo, alio modo in actu secũdo, tertio in particulari electo. Determinatio autem in actu primo vocẽ determinationẽ ad actum secundum probatur secundo conclusio sic. Quod spectat ad naturam, fundamentum omnium. ita id quod spectat ad ipsum, est principiũ respectu aliquorum. Probatur sequela à posteriori, quia scilicet vniuersaliter videmus id quod habet rationem principij in vnoquoque pertinere ad prius in illo. Secundo manifestatur dictum antecedens in natura intellectuali nobis nota, in homine, scilicet quãm quo ad intellectum quàm quo ad voluntatẽ & clare patet in litera.

303 Infrà. q. 62. art. 2. cor. & 12 q. 10. art. 1. cor. & 22. q. 15. artic. 12. co: p. & veri. qo. 22. art. 6. cor.

* capi. 3.

302

* ar. prę. & q. 19. articu. 1.

* Cap. 8

* Cap. 6.

306 115 298

* q. 19. ar. 1. & 2.

* Super Quæstionis sexagesimæ Articulum secundum.

TItulus clarus est, electiua, id est libera tam quoad obiectũ, & quo ad exercitum actus.

¶ In corpore quatuor facit. Primo proponit duas conclusiones ad quæstiõ. Secundo probat secũdam. Tertio probat primam. Quarto aperit prædicta omnia habere locum in naturalibus.

¶ Quo ad primum prima conclusio est. In angelis est dilectio duplex, naturalis

304 11. q. 10. 22. 1. cor. & q. 76. art. 2. ad 1. & q. 10 artic. 4. & 1. 2. q. 66. 67. art. 5. ad 1. & q. 126. art. 1. cor. & 1. 66. c. 10. final.

* in cor. & artic. præced.

117 305 b

* Super Quæstionis sexagesimæ Articulum tertium

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica cõclusio habẽs duas partes. Angelus diligit seipsum dilectione naturali & electiua. Et probatur sequela huius differentiæ exposita, quia angelus desiderat sibi aliquod bonũ naturaliter, & aliquid per electionẽ: ergo. Antecedens quo ad secundam partẽ est per se notum. Quo ad primam verò probatur, ex eo quòd vniuersaliter etiam in rebus cognitione caten tibus inuenitur vnumquodq; naturaliter agere. Consequentia verò probatur, quia hoc est amare seipsum quod declaratur distinguẽdo duos modos, quibus res amatur, scilicet aut vt substantia, aut vt accidens. & probatur distinctio ex prima posita in primo Ethicorũ deducitur secunda, & ex ea assignatur ratio distinctionis amoris in amorem amicitiæ & concupiscentiæ.

* cap. 8.

216

* Super quæstionis sexagesimæ Articulũ quartum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cõclusio habens duas partes: Angelus vnus diligit alũ dilectione naturali, quo ad aliquid & quo ad aliquid non. Et probatur sic, Vnumquodq; diligit quod est sibi vnũ, & eo modo quo est sibi vnum: ergo quod est sibi vnum secundum naturã, diligit dilectione naturali & q non, non ergo naturaliter diligit quod est sibi vnũ in specie, vel in genere: ergo tam homo quàm angelus naturaliter diligit aliquo modo vel aliquid, scilicet secundũ id, aut in quo aliter conuenit, puta per electionem, aut conuenientia naturæ differt, quia secundum hoc forte odio habetur. Antecedens probatur quo ad primã partem, quia vnum alicui vt sic, est ipsummet, vnumquodque autem seipsum naturaliter diligit quo ad secundum vero declaratur

ARTICVLVS III.

¶ Virum angelus diligat seipsum dilectione naturali & electiua.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non diligat seipsum dilectione naturali & electiua. Dilectio enim naturalis est ipsius finis, sicut dictum est[a]: dilectio autem electiua, eorũ quæ sunt ad finem. Sed idem non potest esse finis, & ad finem respectu eiusdem. Ergo non potest esse eiusdem dilectio naturalis & electiua.

¶ 2 Præterea, Amor ẽ virt[a] vnitiua & cõcretiua vt Dio. dicit 4. c. de Di. no. Sed vnitio & cõcretio ẽ diuersorũ in vnũ redvctorũ. Ergo non potest angelus diligere seipsum.

¶ 3 Præterea, Dilectio est quidam motus. Sed omnis motus in alterum tendit. Ergo videtur quòd angelus non possit amare seipsum dilectione naturali, nec electiua.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit 9. Ethicorum, quòd amicabilia quæ sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum amor sit boni, bonum autẽ sit in substantia & accidẽte, vt patet 1. Ethic[c] dupliciter aliquid amatur. Vno modo vt bonũ subsistens. Alio modo vt bonũ accidẽtale, siue inhærens: illud quidẽ amatur vt bonũ subsistẽs, quod sic amatur, vt ei aliquis velit bonum. Vt bonũ verò accidentale, seu inhærens amatur id quod desideratur alteri. Sicut amatur scientia, non vt ipsa sit bona, sed vt habeatur. Et hũc modũ amoris quidam nominauerunt concupiscentiam primum vero amicitiam[c]. Manifestum est autem quòd in rebus cognitione carẽtibus vnũquodque naturaliter appetit consequi id qp est sibi bonum[c], sicut ignis locũ sursum. Vnde & angelus & homo naturaliter appetunt suum bonum & suam perfectionem. Et hoc est amare seipsum. Vnde naturaliter tam angelus quàm homo diligit seipsum, inquantũ aliquod bonũ naturali appetitu sibi desiderat. Inquantũ verò sibi desiderat aliquod bonum per electionem, intantũ amat seipsum dilectione electiua.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus aut homo non diligit se dilectione naturali & electiua secundum idem, sed secundum diuersa, vt dictum est[a].

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut plus est esse vnum quàm vniri sibi amor magis est vnus ad seipsum, quàm ad diuersa quæ ei vniuntur[c]. Sed ideo Dio. vsus fuit nomine vnitionis & concretionis, vt ostenderet deriuationem amoris a se in alia sicut ab vno deriuatur vnitio.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd sicut amor est actio manẽs in agẽte, ita est motus manẽs in amante: nõ autẽ tendẽs in aliquid aliud ex necessitate. Sed potest reflecti super amatẽ, vt amet seipsum, sicut & cognitio reflectitur in cognoscẽtẽ, vt cognoscat seipsum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum vnus angelus naturali dilectione diligat alium sicut seipsum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vnus angelus non diligat naturali dilectione alium sicut seipsum. Dilectio enim sequitur cognitionem. Sed vnus angelus non cognoscit alium sicut seipsum, Quia seipsum cognoscit per suam essentiam, alium vero per eius similitudinem, vt supra dictũ est[a]. Ergo videtur quod vnus angelus nõ diligat aliũ sicut seipsum.

¶ 2 Præterea. Causa est potior causato, & principiũ eo qđ ex principio deriuat, Sed dilectio quæ est ad alium, deriuatur ab ea quæ est ad seipsum, sicut dicit Philosophus 9. Ethicorũ[a]. Ergo angelus non diligit alium sicut seipsum, sed seipsum magis.

¶ 3 Præterea, dilectio naturalis est alicuius tanquam finis. & nõ potest remoueri. Sed vnus angelus non est finis alterius. & iterũ hæc dilectio potest moueri, vt patet in dæmonibus qui non diligunt bonos angelos. Ergo vnus angelus nõ diligit alium naturali dilectione sicut seipsum.

¶ SED CONTRA est, quia illud quod inuenitur in omnibus etiam rationem carentibus, videtur esse naturale. Sed, sicut dicitur Eccle. 13. omne animal diligit sibi simile: ergo angelus diligit naturaliter aliũ sicut seipsum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est[a] angelus & homo naturaliter seipsum diligit. Illud autem quod est vnum cum aliquo, est ipsummet. Vnde vnumquodque diligit id quod est vnũ sibi. Et si quidem sit vnum sibi vnione naturali, diligit illud dilectiõe naturali. si verò sit vnũ secum vnione non naturali, diligit ipsum dilectione nõ naturali. Sicut homo diligit ciuem suũ dilectione politicæ virtutis, consanguineum autẽ suum dilectione naturali, inquantũ est vnum cum eo in principio generatiõis naturalis. Manifestũ est autẽ, quòd id quod est vnum cum aliquo genere vel specie, est vnũ per naturã. Et ideo dilectiõe naturali quælibet res diligit id quod est secum vnum secũdum speciem, inquantum diligit speciem suam. Et hoc etiam apparet in iis quæ cognitione carent. Nam ignis naturalẽ inclinationem habet, vt cõmunicet alteri suam formam, quod est bonum eius[c]. sicut naturaliter inclinatur ad hoc quòd quærat bonũ suum, vt esse sursum. Sic ergo dicẽdum est, quòd vnus angelus diligit alium naturali dilectione, inquantum conuenit cum eo in natura. Sed inquantum conuenit cum eo in aliquibus aliis, vel etiam inquantum differt ab eo secundum quædam alia, non diligit eum naturali dilectione.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dico sicut seipsũ, potest vno modo determinare cognitionem seu dilectionẽ ex parte cogniti & dilecti: & sic cognoscit aliũ sicut seipsum, quia cognoscit aliũ esse, sicut cognoscit seipsum esse Alio modo potest determinare cognitionem & dilectionem ex parte diligẽtis & cognoscentis: & sic non cognoscit alium sicut seipsũ. Quia se cognoscit per suam essentiam, alium autem non per eius essentiam Et similiter non diligit aliũ sicut seipsum, quia seipsum diligit per suã voluntatem, alium autem non diligit per eius voluntatem.

¶ Ad secundũ dicendũ, quod ly sicut, non designat æqualitatẽ, sed similitudinẽ. Cùm enim dilectio naturalis super vnitatẽ naturalem fundetur, illud quod est minus vnum cum eo, naturaliter minus diligit. Vnde naturaliter plus diligit quod est vnum numero quam quod est vnum specie vel genere. Sed naturale est quod similem dilectionem habeat ad alium sicut ad seipsum: quantum ad hoc, quòd sicut seipsum diligit inquantum vult sibi bonum, ita alium diligat inquãtum vult eius bonum.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, qđ dilectio naturalis dicitur esse ipsius finis, nõ tanqua cui aliquis velit bonũ, sed tanqua bonum quod quis vult sibi, & per cõsequens aliquã tum est vnũ sibi. Nec ista dilectio naturalis remoueri potest etiã ab angelis malis, quin dilectionem naturalem habeat ad alios angelos, inquantum cum eis cõmunicant in natura, sed odiunt eos, inquatum diuersificatur secũdum iustitiam & iniustitiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

306 2. 1. qõ. 109. art. 3. & 2. 2. q. 26. art. 3. cor. Et quo. 1. arti. 8. cor. 350. *ar. prę. 305

ratur in amore consanguinei & conciuis. Secunda verò cõsequentia probatur. ex eo quòd vnum genere vel specie est vnum secundum naturam. Et quoniam super veritate huius consequentis fundatur prima pars conclusionis directè respondens quæstio, probatur idem consequens à Sanct. Thoma à posteriori, ex naturali appetitu generantis, quod per se primo tendit ad bonum speciei, quia scilicet ignis naturaliter generat alium, sicut etiam naturaliter appetit bonũ proprium, quod est esse sursum: reliqua plana sunt.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum quintum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit primo refert quandam opinionem circa quæsitum. Secundò determinat vnica conclusione, simul improbando relatam opinionem. Quo ad primum ria dicit opinio illa. Primò, quòd angelus naturaliter diligit Deum plus quàm se amore cõcupiscentiæ. Secundò, quòd etiam quodammodo amore amicitiæ. Tertiò, quòd simpliciter diligit plus se quàm Deũ, quia intẽsius & principalius. Quo ad secundum conclusio respõsiua est hęc: Angelus naturali dilectione diligit plus Deũ, quàm se. Et probatur duplicitèr. primò sic Vnũquodque, quod id quod est, alterius est naturaliter magis diligit id cui* est quàm seipsum: ergo natura intellectualis secundum appetitum sibi proprium magis diligit id cuius est, quàm seipsam: ergo angelus magis diligit Deum, quàm seipsum. Antecedẽs pro batur à posteriori dupli citer. Primò ex hoc signo in naturalibus, q̃ pars absq; deliberatione ad cõseruationẽ totius corporis. Et quia ratio imitatur naturam, huiusmodi imitationẽ inuenimus in virtutibus politicis. Est enim vir tuosi ciuis vt se exponat mortis periculo pro totius Reip. cõseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hæc inclinatio esset ei naturalis. Quia igitur bonum vniuersale est ipse Deus, & sub hoc bono continetur etiam angelus & homo, & omnis creatura, quia omnis creatura naturaliter secundũ id quod est Dei est, sequitur quòd naturali dilectiõe etiam angelus & homo plus & principalius diligat Deum quàm seipsum: alioquin si naturaliter plus seipsum diligeret quam Deum, sequeretur quòd naturalis dilectio esset peruersa, & quòd non perficeretur per charitatem, sed destrueretur.

Capit. 8. Capit. vlti.

Te xt. 78.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore breuiter vna conclusione affirmatiua respondet quæsito. Angelus est creatus à Deo. Et probatur, quia omne ens per participationẽ est ab ente per essentiam, sicut ignitũ ab igne. Solus autem Deus est ens per essentiam, quia solus est suũ esse. ergo. Recole hîc quæ superius, quum de vniuersali creatura tractaretur, diximus.

D.113. *c.33.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore breuiſ simè conclusionem re sponſuam ponit: Solus Deus pater, & Filius, & Spiritus sanctus est ab æterno. Et probat: quia hoc tenet fides catholica, sic quòd contrarium est sicut hæreticũ refutandum: quod probatur, quia secundum fidẽ quum dicitur, quòd

D.646. 366

ipso sue ab alio, sic apti natum est agi, & econtrario: patet in secũdo Physicorum tex. 78.

¶ Ad secundum autem obiectionẽ dicitur, quòd ratio quare pars exponitur pro toto, nõ est identitas, quæ est inuenta inter partem & totum. Et huius manifestũ signũ habetur ex hoc, quòd pars exponitur ad periendam identitatẽ cum toto, vt saluetur esse totius. Non ergo ratio inclinationis talis est iden titatis, aut vt saluet esse ipsius in toto, sed vt saluet esse totius secundũ se, etiam cum non esse ipsius partis. Sed ratio talis inclinationis est, quam assignauit S. Thomas, quia scilicet & natura & substãtia partis hoc ipsum quod est essentialiter, & primò propter totum & totius esse est. Quod conuenire cuilibet creaturæ respectu Dei patet: quia & quælibet creatura secundũ suam naturam, est naturalis pars Vniuersi. Ac per hoc naturaliter diligit plus Vniuersum quàm seipsam, iuxta primum fundamentum: ergo à fortiori magis diligit ipsum bonũ vniuersale. Tũ quia est eminentius totum vniuersum. Tum quia est omne bonum. Tum quia bonũ ipsum vniuersale, quod est Deus gloriosus, est finis & bonũ ipsius Vniuersi: & cõsequenter à quocunque magis amatur Vniuersum, ab eodem magis amabitur ipse: vt patet de exercitu & duce, iuxta doctrinam 12. Metaphysic. textu 52.

307 Quoli. 3. articu. 8. cor. & opuſ. 1. c. 35. & op. 342. 74. & opuſ. 71. c. 3. 9. & 17. *Tex. 10 *qu. 50. artic. 2.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum tertium.*

*93. articulo. 4.

In titulo hoc solũm aduertendum est, q̃ de causa effectiua est sermo.

¶ In corpore breuiter vna conclusione affirmatiua respondet quæsito. Angelus est creatus à Deo. Et probatur, quia omne ens per participationẽ est ab ente per essentiam, sicut ignitũ ab igne. Solus autem Deus est ens per essentiam, quia solus est suũ esse. ergo. Recole hîc quæ superius, quum de vniuersali creatura tractaretur, diximus.

¶ Ad primam obiectionem respondetur, fundamentum illud esse non solũm verum, sed sufficienter probatũ à S. Th. ex adductis signis.

¶ Ad impugnationẽ suę primi, scilicet quæ tet quid dicendum sit quia sine pare exponatur à toto, sine à ipso pro salute totius, dumodo naturaliter expo natur, semper sequitur pars habet magis inclinationem naturalẽ bonũ totius quàm ipsius ex eo q̃ vnumquodque, sicut naturaliter agit & mouetur sue & ipso

QVÆSTIO SEXAGESIMA PRIMA DE PRODUCTIONE ANGELORUM IN ESSE NATURÆ, IN QUATUOR ARTICULOS DIVISA.

POST ea quæ præmissa sunt de natura angeli, & cognitione, & voluntate eorum, restat considerandum de eorum creatione: siue vniuersaliter de eorum exordio. Et hæc consideratio est tripartita.

¶ Nam primò considerabimus quomodo producti sunt in esse naturę. Secundò, quomodo perfecti sũt in gratia vel gloria. Tertiò, quomodo aliqui ex eis facti sunt mali.

¶ Circa primũ quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum angelus habeat causam sui esse.

¶ Secundò. vtrum angelus sit ab æterno.

¶ Tertiò, vtrum angelus sit creatus ante corporalem creaturam. ¶ Quartò vtrum angeli fuerint creati in cœlo empyreo.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum angeli habeant causam sui esse.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli non habeant causam sui esse. De his enim quæ sunt a deo creata, agitur Gene. 1. Sed nulla mentio sit ibi de angelis. Ergo angeli non sunt creati à Deo.

¶ 1 Præterea, Philosophus dicit in 8. Metaphy*. quòd si aliqua substantia sit forma sine materia. statim per seipsam est ens & vnum, & non habet causam que faciat eam ens & vnum. Sed angeli sunt formæ immateriales, vt suprà ostensum est*. Ergo non habent causam sui esse.

¶ 3 Præterea, Omne quod fit ab aliquo agente, per hoc quod fit, accipit formam ab eo. Sed angeli cùm sint formæ, non accipiunt formam ab aliquo agente. Ergo angeli non habent causam agentem.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Laudate eum omnes angeli eius. Et postea subdit, Quoniam ipse dixit, & facta sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere & angelos, & omne id quod præter Deum est, a Deo factum esse. Solus enim Deus est suum esse. in omnibus autem aliis differt essentia rei & esse eius, vt ex superioribus patet*. Et ex hoc manifestum est quòd solus Deus est ens per suam essentiam, omnia verò alia sunt entia per participationem, Omne autem quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam: sicut omne ignitum causatur ab igne. Vnde necesse est angelos à Deo creatos esse.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus dicit in 11. de Ciuitate Dei*, quòd angeli non sunt prætermissi in illa prima rerũ creatione. sed significãtur nomine Cœli, aut etiã lucis. Ideo autem vel prætermissi sunt vel nominibus rerũ corporaliũ significati, quia Moyses rudi populo loquebatur. qui nondum capere poterant incorpoream naturam. Et hęc fuisset expressum aliquas res esse super omnẽ naturã corpoream, fuisset eis occasio idolatriæ, ad quam promptus erãt, & à qua Moyses eos præcipuè reuocare intendebat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd subsistentiæ, quæ sunt formæ subsistentes, non habent causam aliquã formalẽ sui esse & suæ vnitatis, nec causam agentem per trãsmutationẽ materiæ de potẽtia in actum*, sed habent causam producentẽ totã substantiam. Et per hoc patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum angelus sit productus à Deo ab æterno.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod angelus sit productus a Deo ab æterno. Deus enim est causa angeli per suum esse. Non enim agit per aliquid additum suæ essentiæ. Sed esse eius est æternum Ergo ab æterno angelos produxit.

¶ 1 Præterea, Omne quod quandoque est, & quandoque non est, subiacet tempori. Sed angelus est supra tẽpus, vt dicitur in libro de Causis* Ergo angelus nõ quãdoque est, & quandoque non est, sed semper.

¶ 3 Præterea, Aug*. probat incorruptibilitatẽ animæ per hoc, quòd per intellectum est capax veritatis. Sed sicut veritas est incorruptibilis, ita est æterna. Ergo natura intellectualis, & animę & angeli nõ solùm est in incorruptibilis, sed etiam æterna.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Prouerb. 8. ex persona Sapientiæ genitæ, Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequã quicquam faceret à principio. Sed angeli sũt facti à deo, vt ostẽsum est*. Ergo angeli aliquando non fuerunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quod solus Deus pater & Filius, & Spiritussanctus est ab æterno. Hoc enim fides catholica indubitanter tenet, & omne contrariũ est sicut hæreticũ refutandũ. Sic enim Deus creaturas produxit quòd eas ex nihilo fecit, id est postquam nihil fuerant*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd esse Dei est ipsum eius vt esse. Per hoc ergo quòd Deus produxit angelos & alias creaturas per suum esse, non excluditur quin eas produxerit per suam voluntatem. Voluntas autem Dei non de necessitate se habet ad productionem creaturarum, vt suprà dictum est*. Et ideo produxit & quæ voluit, & quando voluit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angelus est supra tẽpus, quod est numerus motus cœli: quia est supra omnem motum corporalis naturæ. Non tamẽ est supra tempus, quod est numer' successionis esse eius post non esse: & etiã quod est numerus successionis quæ est in operationibus eius. Vnde Augu. dicit 8. super Gene. ad lit*. q̃ Deus mouet creaturã spiritualem per tempus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli & animæ intellectiuæ ex hoc ipso quod habent naturam, per quam sunt capaces veritatis, sunt incorruptibiles. Sed hanc naturam non habuerunt ab æterno, sed data fuit eis à Deo quando ipse voluit. Vnde non sequitur quòd angeli sint ab æterno.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum angeli sint creati ante mundanam corporeum.

AD TERTIVM sic proceditur Videtur quòd angeli fuerint creati ante mundum corporeum. Dicit enim Hieronymus super epistola ad Titũ*. Sex milia mundum nostri temporis complentur annorum. Et quanta tempora quantasque sæculorum origines fuisse arbitrãdum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteriqueordines Deo seruierunt? Damasc. etiã dicit in 2. libro*, quidã dicunt, quòd ante omnẽ creationẽ geniti fuit angeli, vt Theologus dicit Greg*. Primum quidẽ excogitauit angelicas virtutes & cœlestes, & excogitatio op' ei' fuit,

¶ Præterea, Angelica natura est media inter naturã diuina, & naturã corporeã. Sed natura diuina est ab æterno, natura autẽ corporea, ex tẽpore. Ergo natura angelica

Deus fecit res ex nihilo intelligitur quòd ly ex, notat ordinem durationis, id est postquam nihil fuit.

308 Po. qõ. 3. arc. 18 & 20.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum tertium.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primò refert duas esse & contrarias sanctorum Doctorum opiniones Græcorum & Latinorum: illi tenẽt partẽ affirmatiuam, isti negatiuam. Secundò ostendit, quòd rationabilior est positio Latinorum tali ratione. Nulla pars est perfecta extra suum totum. Angeli sunt naturaliter vna pars Vniuersi: igitur essent imperfecti extra Vniuersum: igitur nõ sunt producti à Deo ante Vniuersum. Maior pater, & minor probatur quia angeli non confituunt vnum vniuersum per se, sed ipsi simul cum creatura corporali integrãt Vniuersum: quod probatur, quia vna ordinatur ad aliam: ordo enim est ipsum bonum, & vltimum partium Vniuersi. Vltima verò consequentia probatur ex eo, quia Dei opera perfecta sunt. Tertiò ostendit q̃ opinio Græcorum non est reputanda erronea, quia autoritas Gregorii Nazanzeni eam sustinet

Prop. 2. *lib. 13. de Tri. capitu. 8. & lib. 2. Soli, ca. 19. * articu. præced. D. 765. 238 240

¶ Circa hoc vltimo dictum, dubium occurrit: quoniam vt patet in De cœlestibus de summa trinitate & fide catholica, in capitulo firmiter ẽre dimus, Ecclesia in Concilio generali sub Innocẽtio tertio, determinauit positionem Latinorum esse tenendã, ergo ertonea est reputãda opinio opposita. Habentur enim ibi hæc verba, Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtrangi de nihilo cõdidit creaturam spiritualem & corporalem: angelicam videlicet, & mundanam. Nec potest excusari Sanct. Thomas ex nouitate determinationis: quoniã tempore suo iam erant promulgatæ & compilatæ Decretales.

* Cap. 1. 22. & 23. * qõ. 19. articu. 3. & 8. & q. 46. art. 1. D. 122.

309 2 di. 2. q. 1. & Thomas receluisset huius Decretalis, qui scripsit hunc articulum, nõ dixisset hæc verba. Sed mihi videtur quòd scierit & prudens hæc scripserit. Namilla verba Decretalis interpretanda sunt in sensu in quo fuit magis, quàm in sensu, quem faciunt: & vt dicit Sanct. Thomas in expositione illius Decreta lis, verba illa apposita sunt cõtra errorem Origenis & eorum qui ponunt creaturas spirituales tantũ esse prę se productas Deo ac postmodũ propter demeri-

ta earum

* Cap. 3. * In Serm. de mo. natali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta earũ corporales creaturas: producta fuisse. Vnde cum dupliciter tenearur, angelos productos esse ante corporalem scilicet tanquam res sic per se productas, quòd propter earũ demeritã quodammodo per accidens mundus corporeus sit productus: vel simpliciter & absolutè: quòd ex voluntate Dei angeli præcesserint mũdum visibilẽ: Decretalis illa quamuis secundum verba vtrumque positionem destruat contra primam tamen tanquam cõtra hæresim interpretanda est. Ad secũdam verò tanquam ad minus probabilem applicari potest. Et ratio huius glossæ est: quia determinatiões istæ nõ nisi contra aliquos errores consueuerunt fieri.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum quartum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cõclusio affirmativa: Angeli sunt creati in cœleom empyreo, seu supremo. Et probatur quia sunt creati vt partes vnius Vniuersi cũ corporib⁹: ergo vt habẽtes aliquem ordinem ad creaturã corporalem: ergo vt præsidentes totĩ naturæ corporeæ: ergo conuenienter in supremo corpore. Et omnia clara sunt.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum primum.*

TItulus clarus hoc arguẽto: quòd quamuis de beatitudine in communi quæratur, principalis tamen intẽtio vertatur circa beatitudinẽ quam credimus, quam simpliciter dicimus beatitudinem.

¶ In corpore tria facit. Primò dicit quid nominis beatitudinis, scilicet quòd est vltima perfectio intellectualis naturæ. Secundo distinguit beatitudinẽ in duas species, scilicet naturalem & supernaturalem. Tertiò respondet quæstio dubius conclusionibus iuxta duas beatitudines. Altera affirmatiuas: Angelus fuit creatus beatus beatitudine naturali: quia perfectiones naturales angelus non acquirit per motũ discursiuũ, sed statim sicut nos ad 1. & 2. dicẽdum. 6. ar. 3. cor. & opus. 15. capit. 17. fin. & cap. 10. Altera principia. Aliera fieri. Ergo angeli non sunt creati in loco corporeo.

¶ 2 Præterea, Augustinus dicit 3. super Gene. ad lit. * quòd angeli fuerunt creati in superiori parte aëris. Non ergo in cœlo empyreo.

¶ 3 Præterea, Cœlũ empyreum dicitur esse cœlũ supremum. Si igitur angeli creati fuissent in cœlo empyreo, nõ conueniret eis in superius cœlum ascendere. Quod est contra id quod experiona angeli peccantis dicitur Isa. 14. Ascendam in cœlum.

¶ SED CONTRA est qd Strabus dicit super illud, in principio creauit. De' cœ. & ter. Cœlũ nõ visibile firmamẽtũ hic appellat, sed empyreũ, id est igneũ vel intellectuale, qd nõ ab ardore, sed à splẽdore dicitur. Quod statim factũ angelis est repletũ, facta est ante creationem temporis, & post æternitatem.

¶ 3 Præterea, Plus distat natura angelica à natura corporali, quã vna natura corporalis ab alia. Sed vna natura corporalis fuit facta ante aliam. Vnde & sex dies productiõis rerum in principio genera. describuntur. Ergo multo magis natura angelica facta est ante omnem naturã corpoream.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Non autem hoc esset verum si aliquid creasset antea. Ergo angeli non sunt autem naturam corpoream creati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc inuenitur duplex sanctorũ Doctorum sentẽtia: illa tamẽ probabilior videtur, quòd angeli simul cũ creatura corporea sunt creati. Angeli enim sunt quædã pars Vniuersi: Non enim constituit per se vnum Vniuersum, sed tam ipsi quã creatura corporea in constitutionẽ vnius Vniuersi cõueniunt. Quod apparet ex ordine vnius creaturę ad aliã*. Ordo enim rerum adinuicẽ est bonũ Vniuersi. Nulla autem pars perfecta est à suo toto separata. Non est igitur probabile, vt Deus cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deuter. 32. creaturam angelicam seorsum ante alias creaturas creauerit. Quamuis cõtrarium non sit reputandum erroneum præcipuè propter sententiam Greg. Nazan. cuius tanta est in doctrina Christiana autoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præsumperit, sicut nec Athanasij documentis, vt Hieronymus dicit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hieronym. loquitur secundum sententiam doctorum Græcorum, qui omnes hoc concorditer sentiunt, quòd angeli sunt ante mundum corporeum creati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus non est aliqua pars Vniuersi, sed est supra totum Vniuersum*. præhabens in se eminentiori modo totam Vniuersi perfectionem*. Angelus autem est pars Vniuersi. Vnde non est eadem ratio.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd creaturæ corporeæ omnes sunt vnũ in materia: sed angeli non conueniunt in materia cum creatura corporea*. Vnde creata materia corporalis creaturæ, omnia quodammodo sunt creata non autẽ creatis angelis esset ipsum vniuersum creatũ. Si vero cõtrariũ teneatur: quia dicitur Gene. 1. In princ. creauit Deus cœlum & terrã exponendũ est, in principio, id est in filio, vel in principio temporis non autem in principio, id est ante quod nihil: nisi dicatur ante quòd nihil in genere corporalium creaturarum.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Virum angeli sint creati in cœlo empyreo.*

AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd angeli non sunt creati in cœlo empyreo. Angeli enim sunt subsistantiæ incorporeæ. Sed subsistantia incorporea non dependet à corpore secundum suum esse: & per consequens neque secundum suum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quartum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito affirmatiuè, ostendendo q angelus meruit suam beatitudinem. Secundo ostendit hoc idem ex diuersitate modorum habendi beatitudinem in angelis.

¶ Quo ad primũ lustrat tres modos, quibus posset imaginari quòd esse beatũ conueniat alicui, scilicet aut per naturam sine operatione media, sicut esse risibile cõuenit homini. Aut per operationem sufficientem ex vi naturæ ad faciendũ esse beatũ. Aut per operationem expectantem ex alterius dono beatitudinis præmiũ. Et fundatur sufficientia distinctionis horum modorũ super hoc, quòd beatitudo perfecta est vltimus finis, talem enim oportet aut naturaliter inesse, aut p operationẽ acquiri. Sed quum soli Deo sit naturalis, in quo solo idem est esse & beatum esse, id est subsistẽtia & beatitudo: reliqua per operationem beatitudinem assequũtur. Et quũ nõ per operationem sufficientem ex vi naturæ operantis, quia finis hic excedit virtutem operãtis, telinquitur quod per operationẽ meritoriam: quod erat probãdum.

314 2.di.5.q.2.ar.2.& quo.9.q.4.art.3.

¶ Circa prædicta aduerte primo, quòd hæc dicta accipienda sunt simpliciter de beatitudine in ordine ad putas creaturas, sic enim omnia consonant: alioquin inficiationi esset locę quoniam si ad Christum spectemus, nec prima distinctio est sufficiens: quoniam beatus est nec per naturam nec acquisitio nem, sed ex simplici dono per assumptionem. Nec beatitudo eius habet præmiũ rationẽ, sed cõmunicatæ fœlicitatis absq; merito: quia quod in Maria natum est, nõ qualecũque natum est, sed sanctum natum est.

¶ Circa hunc articulum aduerte secundo, quòd inter decisiones huiꝰ articuli, & determinationem factam in secũdo. Senten. distinctio. quinta hæc est differentia, q Sanctus Thomas ibiqui dem sub dubio relinquit, an angeli sint creati in gratia & defendit quartam opinionẽ: hic autem amplectitur opinionem q angeli præhabuerunt gratiam, & reliquas omnes improbat. Et vt infertius, quæstio. 63. articul. 6. ostendetur, opinio Sancti Thomæ ex vtrisque dictis, hic scilicet & ibi, constatur.

¶ Quo ad secundum circa cuius quatuor modos, quibus imaginati põt, angelum meruisse beatitudinem. Primo habendo gratiam prius non solùm natura, sed duratione, quàm beatitudinem. Et hoc modo nullus est scrupulus. Vel habendo beatitudinem absque præcedente gratia: & sic oportet aliquod horum trium dicere, vel absque merito, vel per actus consequentes beatitudinem, vel quod vnus & idem actus fuit meritorius & fruitio beata: sed nihil horum potest dici, ergo reponitur, quòd statim in prima creatione corporalis creaturæ inditæ sunt ei semina les rationes omnium naturaliũ effectuũ, ita statim à principio sunt angeli creati in gratia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q informitas illa angeli potest intelligi vel per comparationem ad formationẽ gloriæ, & sic præcelsit tẽpore informitas formationem: vel per comparationem ad formationem gratię, & sic nõ præcelsit ordine temporis, sed ordine naturæ, sicut etiã de formatione corporali Aug.* ponit.

*lib. 1 super gen. cap. 15.

¶ Ad secundũ dicendũ, q omnis forma inclinat suum obiectum secũdum modum naturæ eius. Modus autem naturalis intellectualis naturæ est, vt liberè feratur in ea quæ vult. Et ideo inclinatio gratiæ non imponit necessitatem, sed habens gratiã potest ea non vti & peccare.

¶ Ad tertium dicẽdum, q quãuis gratia sit mediũ inter naturã & gloriã ordine naturæ, tamen ordine tẽporis in natura creata nõ debuit simul esse gloria cũ natura, quia est finis operationis ipsius naturę per gratiã adiutę. Gratia autẽ nõ se habet vt finis operationis, quia non est ex operibus, sed vt principiũ bene operãdi. Et ideo statim cum natura gratiam dare cõueniens fuit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angelus creatus suam beatitudinem meruerit.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur q angelus creatus suam beatitudinẽ non meruerit. Meritum enim est ex difficultate actus meritorij. Sed nullam difficultatem angelus habuit ad bene operandum. Ergo bona operatio non fuit ei meritoria.

¶ 2 Præterea, Naturalibus nõ meremur. Sed naturale fuit angelo q conuerteretur ad Deũ. Ergo per hoc nõ meruit beatitudinẽ.

¶ 3 Præterea, Si angelus beatus beatitudinem suã meruit, aut ergo antequã eam haberet, aut post: sed nõ ante, quia (vt multis videtur) ante non habuit gratiam, sine qua nullũ est meritũ: nec etiam post quia sic ẽt modò mereretur: Quod videtur esse falsum. Quia sic minor angelus merendo ad superioris angeli gradum posset pertingere. Et non essent stabiles distinctiones graduum gratiæ. Quod est inconueniens. Non ergo angelus beatus suam beatitudinem meruit.

¶ SED CONTRA Apoc. 21, dicitur, q mensura angeli in illa cœlesti Ierusalẽ est mensura hominis. Sed homo ad beatitudinem pertingere non potest, nisi per meritum. Ergo neque angelus.

¶ RESPONDEO dicendum, q soli Deo beatitudo perfecta est naturalis, q a idẽ est sibi esse & beatũ esse. Cuiuslibet autẽ creaturæ esse beatũ, non est natura, sed vltimus finis. Quælibet autẽ res ad vltimũ finẽ per suam operationẽ pertingit. Quæ quidem operatio in finẽ ducens, vel est factiua finis, quãdo finis nõ excedit virtutẽ eius quod operatur propter finẽ, sicut medicatio est factiua sanitatis: vel est meritoria finis, quãdo finis excedit virtutẽ operãtis propter finẽ. Vnde expectatur finis ex dono alterius. Beatitudo autẽ vltima excedit & naturã angelicã & humanã, vt ex dictis patet*. Vnde relinquitur, q tã homo quàm angelus suam beatitudinẽ meruerint. Et si quidẽ angelus in gratia creatus fuit, sine qua nullũ est meritũ absque difficultate, dicere possumus, quòd suã beatitudinẽ meruerit. Et similiter si quis diceret, q qualitercunque gratiam habuerit antequam gloriã. Si vero gratiam non habuit antequã esset beatus, sic oportet dicere, q beatitudinẽ absq; merito habuit sicut nos gratiã c. Quod tamen est contra rationem beatitudinis, quæ habet rationẽ finis, & est præmiũ virtutis, vt etiam Philosophus dicit in 1. Ethi.* Vel oportet dicere, q angeli merẽtur beatitudinem per ea quæ iam beati operantur in diuinis ministeriis, vt alij dixerũt. Quod tamẽ est contra rationem meriti. Nã meritũ habet rationẽ viæ ad finem. Ei autem qui iam est in termino, nõ conuenit moueri ad terminũ & sic nullus meretur quod iam habet. Vel oportet dicere q vnus & idem actus conuersionis in Deũ, inquantum est ex libero arbitrio est meritorius: & inquãtũ pertingit ad finem, est fruitio beata. Sed nec hoc etiam videtur esse cõueniens, quia lib. arb. nõ est sufficiens causa meriti. Vnde actus non potest esse meritorius, secundũ quod est ex libero arbitrio, nisi inquantũ est gratia informatus. Nõ autem simul potest informari gratia imperfecta, quæ est principium merendi, & gratia perfecta, quæ est principium fruendi. Vnde nõ videtur esse possibile quòd simul fruatur, & suam fruitionem mereatur. Et ideo melius dicendũ est, quòd gratiam habuit angelus antequã esset beatus, per quã beatitudinẽ meruit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q difficultas bene operãdi non est in angelis ex aliqua cõtrarietate, vel impedimento naturalis virtutis, sed ex hoc quod opus aliquod bonũ est supra virtutem naturæ c.

¶ Ad secundũ dicendũ, q cõuersione naturali angelus nõ meruit beatitudinẽ: sed conuersione charitatis, quæ est per gratiã.

¶ Ad tertium patet responsio ex dictis b.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum angelus statim post vnum actum meriti habitudinem habuerit.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur q angelus non statim post vnũ actũ meritorium beatitudinẽ habuerit. Difficilẽ enim est homini bene operari, quàm angelo. Sed homo non præmiatur statim post vnum actum. Ergo neque angelus.

¶ 2 Præterea, Angelus statim in principio suæ creationis & in instãti actũ aliquẽ habere potuit, cùm etiã corpora naturalia in ipso instãti suæ creatiõis moueri incipiãt. Et si motꝰ corporis in instãti esse posset, sicut opera intellectꝰ & volũtatis in primo instanti suæ generationis motũ haberent. Si ergo angelus per vnũ motũ suæ voluntatis beatitudinẽ meruit, in primo instanti suæ creationis meruit beatitudinẽ. Si ergo eorum beatitudo nõ retardatur, statim in primo instanti fuerunt beati.

¶ 3 Præterea, Inter multũ distantia oportet finiquitur primum. Sufficientia distinctionis satis facilè patere potest: quoniam aut angeli acceperunt beatitudinem sine merito: & sic est secundum membrum. Aut cum merito, & tunc vel præcedente, & sic est primum membrum: vel simultaneo, & sic est quartum: vel consequente, & sic est tertium. Nec potest quintus modus imaginari. Destructio autem singulorum istium modorum satis planè habetur in litera: quia catere meritio est cõtra rationem præmij. Consequi autem præmium est contra rationem meriti. Eundem vero actũ meriti & fruì, est contra rationem gratiæ fruitis & merentis, quia illa perfecta, ista imperfecta est.

*1 part. 1. & 2 huius q. 62. ar. 4. & 5.

¶ Circa hanc partem aduertere, quod Scotus, in secũdo distinctio. quinta, consentiens cõclusioni dicit hanc vltimam rationem ad quartũ membrum excludẽdum non cogere. Quia falsum est quòd gratia meretur sibi necessariò imperfectior gratia fruentis, quamuis vlus eius sit in parte perfectior quam in via. Stat enim æqualem gratiam habere aliquem in via & in patria.

*cap. 6.

¶ Sed ad hoc dicendum est, quod quicquid sit de hac quæstione, impossibile sit gratiam viatoris æquari secundum essentiam gratiæ comprehentoris quoniam hoc exigit specialem quæstionem: ratio Sancti Thomæ non se extrinsecè ad perfectiũ & imperfectum secundum essentiam, sed simpliciter & absolutè assumpti, gratiam fruentis oportere esse perfectam, meretoris vero imperfectã: quo ad statum, dubium non habet, quoniam ille est in statu consummato, ista nõ. Et similiter quo ad actum. Et hoc sufficit in proposito, vt ipsemet Scotus fatetur ibidem.

¶ Circa eandem rationem aduertere, quod videtur quòd hæc ratio Sancti Thomæ efficax non sit, sed soluta sit ab ipsomet in Quolibet. 2 no articul. 6. Quo vbi expressè dicit, quod ex merori & beatum esse, simul non sequitur, ergo gratia perfecta, & imperfecta simul: sed ergo gratia perfecta & termi nus gratiæ imperfectæ simul. Sed hoc non est ita, quoniam ibi loquitur de merori, vt termino viæ: hic vero de merori vt in via, vt plenius patebit in quæstione sequente articulo sexto.

*Ioannes.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quintum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio respondens affirmatiuè: Angelus statim post primum actum meritorium habuit habitudinem beatitudinis, quo beatitudinem meruit, scilicet habitudinem beatus. Et probatur sic. Quia quolibet actu charitatis informato homo beatitudinẽ meretur. Vnde relinquitur q statim post vnum actum charitate informatum angelus beatus fuit.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q homo secundum suam naturã non statim natus est vltimã perfectionẽ adipisci, sicut angelus: & ideo homini longior via data est ad merendum beatitudinem quàm angelo.

¶ Ad secundũ dicendum, q angelus est supra rempus rerũ corporaliũ c. Vnde instantia diuersa in his quæ ad angelos pertinẽt, nõ accipiuntur nisi secundũ successionẽ in ipsorũ actibus. Nõ autẽ potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, qui est fruitio, cùm vnus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ c. Vnde relinquitur q oportet diuersa instantia accipi: in quorum vno meruerit beatitudinẽ, & in alio fuerit beat a.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd de natura angeli est q statim suam perfectionẽ consequatur ad quam ordinatur. Et ideo nõ requiritur nisi vnus actus meritorius, qui ea ratione mediũ dici potest: quia secundum ipsum angelus ad beatitudinẽ ordinatur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum angeli sint consecuti gratiam & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur, q angeli nõ sint cõsecuti gratiam, & gloriam secundum quantitatem suorum naturaliũ. Gratia enim ex mera Dei volũtate datur. Ergo & quantitas gratiæ dependet ex voluntate Dei, & non ex quantitate naturalium.

¶ 2 Præterea, Magis propinquũ videtur ad gratiã actus humanus, quàm natura: quia actus humanus præparatorius est ad gratiam. Sed gratia nõ est ex operibus vt dicitur Rom. 11. Multo igitur minus quantitas naturalem. Et modus perueniendi ad gloriam, proportionalis est modo quo natura sequitur suam fœlicitatem naturalem: quia gratia perficit naturam per modum illius naturæ, quia omnis perfectio recipitur in perfectibili secundũ modum eius. Propositio verò subsumpta probatur ex eo, quod homo potest vnico actu mereri: ergo & angelus.

¶ Circa hanc conclusionem & rationem aduerte, quod Scotus in secundo distinctione quinta quæstione prima ad vltimum argumentum tripliciter hoc impugnat. Primò, cõclusionem ad hominem: quia si esset vera, sequeretur q nullus angelus esset dãnatus: quia apud Sanctum Thomã quilibet meruit vnico actu beatitudinẽ. Secũdo, rationem: quia assumptum est falsum de perfectione naturali ipsius angeli: & multo falsius excẽditur ad perfectionem supernaturalem, quæ non competit ex vi naturæ, sed ex arbitrio donantis. Tertio, contra cõclusionẽ simpliciter: Prædium debetur secundum legem præmiantis sed lex Dei est, nõ quòd qui vnum actum aut duos fecerit, sed perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. igitur nisi quis vsq; in finem vitæ suæ meruerit, quamuis prius per vnum vel plures actus meruisset beatitudinem non consequetur.

*1. 2. q. 114. ar. 3. ad 2. & 3. q. 62. ar. 5. ad 1. & 2. dist. 27. q. 1. ar. 4. ad 4. & 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 6. & 7. & 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. & 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 6. & 7. & 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. & 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 6. & 7. & 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. & 4.

¶ Ad euidentiam horũ duo notanda sunt. Primò vt processus Sancti Thomæ. Secundo, verificatio eius. Quo ad primum, cùm ea quæ ex sola diuina voluntate dependent, nobis nota nõ sint nisi ipso reuelante, & nulla habeatur specialis reuelatio in sacra Scriptura de ẽpore beatificationis angelorum, vt supponimus: consequens est vt secundum generales regulas beatitudinem eis dicam esse credamus, & quoniam communis lex est, vt in termino viæ cuiusque beatitudo detur, non alibi quàm in termino viæ eorum. Nec aliud intendit hic Sanctus Thomas, nisi quòd angelus statim post primũ actum meritorium est in termino viæ suæ. Et propterea idem est quæ rere, vtrũ angelus post primum actum meritorium fuit statim beatus, & quærere vtrum post primum actum meritorium fit in termino viæ. Et similiter idem est respondere cuiuis eorum. Quo ad secundum, ex eodẽ fundamento, quia scilicet diuinꝰ ordo nõ est aliter nobis notus, quàm vniuscuiusque intellectualis naturæ via, aut ex diuina voluntate tantum taxetur, aut secundum modum naturæ viatricis statuta creditur. Et de diuina voluntate nihil specialiter habemus quo ad hoc, sed generaliter, quòd secundum gratuita perfecit naturas per modum earum. Reliquum est vt vniuscuiusque via sit, & extendatur secundum modum suæ naturæ. Et hoc attendens Sanctus Thomas distinguit viam angelorum statim post meritum esse in termino, quia hoc congruit suæ naturæ: cui proprium est statim post principium habere finem. Et ad obiectionem in oppositum cõtra rationem dicitur, quòd ipse nunquam probauit falsum esse assumptum de perfectionibus naturalibꝰ angelorum. Et si verum est de naturalibus, oportet quoqi verum esse de supernaturalibꝰ, alioquin gratia nõ perficeret naturam per modum naturæ. Ad obiectionẽ verò cõtra cõclusionem simpliciter iam patet quod nos dicimus, ideo præmiari, quia vsque ad terminũ viæ perseuerauit. Ad obiectionẽ verò ad hominẽ non potest hic completè dici, sed infertius in quæstione sequẽti, articulo quinto ad quarũ satisfiet. Pro nũc autem negatur consequentia: quoniam post primum actum, meritorium, statim dati beatitudinẽ cõtingit duplicitèr, scilicet impedibiliter, & nõ impedibiliter, & Sanctꝰ Thomas intẽdit primo modo. Scotus verò accipit æ si intendisset secundo modo.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum septimum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna est cõclusio affirmatiua: Angeli consecuti sunt gratiã & gloriã secundum quantitatem naturalium. Et probatur dupliciter. Primò, quia Deus cõdidit naturã intellectualẽ ad beatitudinem: ergo diuersos gradus naturæ ad diuersos gradus beatitudinis. Tenet probabilitas consequentiæ ex simili in artifice diuersimode præparãte lapides ad domũ. Secũdo, quia angelus toto conatu ferrur in beatitudinẽ: ergo consequitur beatitudinem secũdum quantitatem naturalem. Antecedẽs probatur, quia rationabile est, quòd voluntas non impedita, quantum potest, afficiatur supremo appetibili. Constat autẽ voluntatem angeli nullum habuisse impedimentum: quia angeli sunt naturæ simplicis & non cõpositæ ex intellectua li & sensitiua, &c. Cõsequentia verò probatur: quia gratia datur etiam hominibus secundũ intensiorem conatum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum in angelis beatis remaneat cognitio naturalis.

AD SEPTIMVM sic procedi tur. Videtur q in angelis beatis non remaneat cognitio & dilectio naturalis, quia, vt dicitur 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est,

esse multa media. Sed status beatitudinis angelorũ multũ distat à statu naturæ eorum. Medium autẽ inter vtrũque est meritũ. Oportuit igitur q per multa media angelus ad beatitudinem perueniret.

¶ SED CONTRA, Anima hominis & angelus similiter ad beatitudinem ordinantur. Vnde Sanctis promittitur æqualitas angelorũ. Sed anima à corpore separata, si habeat meritum beatitudinis, statim beatitudinẽ consequitur, nisi aliud sit impedimentũ. Ergo pari ratione & angelus. Sed statim in primo actu charitatis habuit meritũ beatitudinis. Ergo cùm in eo non esset aliquod impedimentũ, statim ad beatitudinem peruenit per solum vnum actũ meritorium.

¶ RESPONDEO dicendũ, q angelus post primũ actum charitatis quo beatitudinẽ meruit, statim beatus fuit. Cuius rõ est. Quia gratia perficit naturã secundum modũ naturæ, sicut & omnis perfectio recipitur in perfectibili secundũ modum eius. Est autẽ hoc propriũ naturæ angelicæ q naturalem perfectionẽ non per discursum acquirat, sed statim per naturã habeat, sicut suprà ostensum est*. Sicut autẽ ex sua natura angelus habet ordinẽ ad perfectionẽ naturalẽ, ita ex merito habet ordinem ad gloriã. Et ita statim post meritũ in angelo fuit beatitudo cõsequuta. Meritũ autẽ beatitudinis nõ solùm in angelo, sed etiã in hoie esse potest per vnicũ actũ. Quia quolibet actu charitate informato homo beatitudinẽ meretur. Vnde relinquitur q statim post vnum actum charitate informatum angelus beatus fuit.

*1. 2. q. 62. ar. 5. ad 1. & 2. dist. 27. q. 1. ar. 4. ad 4. & 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 6. & 7. & 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. & 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q homo secundum suam naturã non statim natus est vltimã perfectionẽ adipisci, sicut angelus: & ideo homini longior via data est ad merendum beatitudinem quàm angelo.

¶ Ad secundũ dicendum, q angelus est supra rempus rerũ corporaliũ c. Vnde instantia diuersa in his quæ ad angelos pertinẽt, nõ accipiuntur nisi secundũ successionẽ in ipsorũ actibus. Nõ autẽ potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, qui est fruitio, cùm vnus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ c. Vnde relinquitur q oportet diuersa instantia accipi: in quorum vno meruerit beatitudinẽ, & in alio fuerit beat a.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd de natura angeli est q statim suam perfectionẽ consequatur ad quam ordinatur. Et ideo nõ requiritur nisi vnus actus meritorius, qui ea ratione mediũ dici potest: quia secundum ipsum angelus ad beatitudinẽ ordinatur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum angeli sint consecuti gratiam & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur, q angeli nõ sint cõsecuti gratiam, & gloriam secundum quantitatem suorum naturaliũ. Gratia enim ex mera Dei volũtate datur. Ergo & quantitas gratiæ dependet ex voluntate Dei, & non ex quantitate naturalium.

¶ 2 Præterea, Magis propinquũ videtur ad gratiã actus humanus, quàm natura: quia actus humanus præparatorius est ad gratiam. Sed gratia nõ est ex operibus vt dicitur Rom. 11. Multo igitur minus quantitas gratiæ in angelis est secundum quantitatem naturalium.

¶ 3 Præterea, Homo & angelus pariter ordinãtur ad beatitudinem vel gratiam. Sed homini non datur plus de gratia secundũ gradum naturalium. Ergo nec angelo.

¶ SED CONTRA est quod Magister dicit 3. dist. secundi Sentent. q angeli qui natura magis subtiles, & sapiẽtia amplius perspicaces creati sunt hi etiã maioribus gratiæ muneribus prædititi sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd rationabile est, q secundum gradum naturalium angelis data sint dona gratiarũ, & perfectio beatitudinis. Cuius quidẽ ratio ex duobus accipi potest. Primò quidẽ ex parte ipsius Dei, qui per ordinẽ fuæ sapiẽtię diuersos gradus in angelica natura cõstituit. Sicut autem natura angelica facta est à Deo, ad gratiam & beatitudinem consequendã, ita etiam gradus naturę angelicæ ad diuersos gradus gratię & glorię ordinati videtur. Vt puta si ædificator lapides polit ad constructam domũ: ex hoc ipso quòd aliquos pulchrius & decentius aptat, videtur eos ad honorationẽ partem domus ordinare. Sic igitur videtur q Deꝰ angelos quos altioris naturæ fecit, ad maiora gratiarũ dona & ampliorẽ beatitudinem ordinauerit. Secundò apparet idẽ ex parte ipsius angeli. Non enim angelus est compositus ex diuersis naturis, vt inclinatio vnius naturæ impetum alterius impediat, aut retardet, sicut in hoie accidit: in quo motus intellectiuę partis aut retardatur, aut impeditur ex inclinatione partis sensitiuæ. Quando autem non est aliquid quod retardet, aut impediat, natura in id secundũ totam suam virtutẽ mouetur. Et ideo rationabile est q angeli, qui meliorẽ naturã habuerunt, etiam fortius & efficacius ad Deum sint conuersi c. Hoc autẽ etiam in hominibus contingit. Quia secundum intensionem conuersionis in Deum datur maior gratia & gloria c. Vnde videtur q angeli qui habuerunt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia & gloria.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut gratia est ex mera Dei voluntate, ita etiã & natura angeli. Et sicut naturam Dei voluntas ordinauit ad gratiam, ita & gradus naturæ ad gradus gratiæ.

¶ Ad secundum dicendũ, q actus rationalis creaturæ sunt ab ipsa: sed natura est immediatè a Deo. Vnde magis videtur q gratia detur secundum gradũ naturæ quàm ex operibus.

¶ Ad tertium dicendum, q diuersitas naturalium aliter est in angelis, qui differũt specie, & aliter in hominibus, qui differũt solo numero. Differentia enim secundum speciẽ est propter finem: sed differentia secundum numerum est propter materiã c. In homine etiam est aliquid quod potest impedire vel retardare motũ intellectiuæ naturæ non autem in angelis. Vnde nõ est eadem ratio de vtroque.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum in angelis beatis remaneat cognitio naturalis.

AD SEPTIMVM sic procedi tur. Videtur q in angelis beatis non remaneat cognitio & dilectio naturalis, quia, vt dicitur 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est,

d. 1158 121 d. 316. 532 577 d 264 o 317

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectio naturalis. Ante cedés probatur: quia primum remanet in secundo natura autem se habet ad beatitudinem, vt primum ad secundum. Consequentia vero probatur: quia sicut se habent principia operationum adinuicem, sic se habent operationes ipsæ.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum octauum.*

*cap.8. TItulus clarus est.

¶In corpore respõdet quæsito negatiuè vna conclusione. Angelus beatus non potest peccare. Et probatur sic: Angelus videt Deũ per essentiam: ergo videt ipsam essentiam bonitatis, ergo nõ potest velle aut agere nisi attendens ad Deum ergo non potest peccare. Antecedés est per se notum cũ prima consequentia, secunda verò declaratur sic: Videns ipsam bonitatis essentiam se habet ad illius appetitum: quãdo-
302 modũ cuiuslibet voluntas ad beatitudinem seu bonũ in communi. Sed impossibile est aliquem velle nisi attendens ad bonum: quoniã nemo operatur respiciens ad
297 c multum, ergo impossibile est q̃ videns ipsam bonitatis essentiã, velit nisi secundum illã. Reliqua plana sunt.

¶Aduerte hic q̃ ratio similitudinis ꝓportionalis inter videntẽ ipsam bonitatem & volentem bonum vt sic, fundatur super hoc, quòd ipsa bonitatis essentia omnebonum, & omnis boni ratio emineter est. Et propterea si appetitus nullus potest sic resilire à bono in communi, vt appetat aliquid nõ sub ratione boni consequẽs est vt appetitus intuẽtis ipsam bonitatis essentiam, nihil appetere possit, nisi secundum illius rationem.

d.50

b 297 ¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum nonum.*

318 TItulus clarus est.

¶In corpore respõdet quæstio negatiuè vna conclusione: Angelus beatus non potest proficere in beatitudine. Et probat eam sic: Omne mobile mouetur in aliquid determinatum & vltimum ex intentione motoris. Sed angelus ad beatitudinem tendit vt mobile ab ipso Deo, ergo ex intentione diuinæ prædestinationis mouetur ad aliquid determinatũ & vltimum, ergo ad certũ gradum beatitudinis, ergo non potest amplius euacuabitur qd̃ ex parte est. Sed dilectio & cognitio naturalis est imperfecta respectu cognitionis & dilectionis beatæ. Ergo aduenìente beatitudine, naturalis cognitio & dilectio cessat.

¶2 Præterea, Vbi vnum sufficit, aliud superfluè existit. Sed sufficit in angelis beatis cognitio & dilectio gloriæ. Superfluũ ergo esset quòd remaneret in eis cognitio & dilectio naturalis. 10

¶3 Præterea, Eadem potentia non habet simul duos actus, sicut nec vna linea terminatur ex eadem parte ad duo puncta. Sed angeli beati sunt semper in actu cognitionis & dilectionis beatę. Fœlicitas enimnõ est secundũ habitum, sed secundum actũ, vt dicitur in 1. Eth.* Ergo nunquã in angelis põt esse cognitio & dilectio naturalis.

¶SED CONTRA, Quandiu manet 20 natura aliqua, manet operatio eius. Sed beatitudo non tollit naturã, cùm sit perfectio eius. Ergo nõ tollit naturalem cognitionem & dilectionem.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ in angelis beatis remanet cognitio & dilectio naturalis. sicut enim se habent principia operationum adinuicem, ita se habent & operationes ipsæ. Manifestum est autẽ, q̃ natura ad beatitudinem comparatur sicut primum ad secundum, quia beatitudo naturæ additur. Semper autẽ oportet saluari primum in secundo*. Vnde oportet q̃ natura saluetur in beatitudine. Et similiter oportet quòd in actu beatitudinis saluetur actus naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ perfectio adueniens tollit imperfectionẽ sibi oppositam*. Imperfectio autẽ naturæ nõ opponitur pfectioni beatitudinis, sed substernitur ei, sicut impefectio potentiæ substernitur perfectioni formæ. Et nõ tollitur potẽtia per formam, sed tollitur priuatio, quæ opponitur formæ. Et similiter etiã imperfectio cognitionis naturalis nõ opponitur perfectioni cognitionis gloriç. Nihil enim prohibet simul aliquid cognoscere per diuersa media, sicut simul potest aliquid cognosci per mediũ probabile & demonstratiuũ. Et similiter potest angelus simul Deum cognoscere per essentia Dei, quod pertinet ad cognitionem gloriæ: & per essentiam propriam, quod pertinet ad cognitionem naturæ.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ ea quę sunt beatitudinis, per se sufficiũt: sed ad hoc q̃ sint, præexigunt ea quæ sunt naturæ: quia nulla beatitudo est per se subsistens, nisi beatitudo increata.

¶Ad tertium dicendum, q̃ duæ operationes non possunt esse simul vnius potẽtiæ nisi vna ad aliam ordinetur*. Cognitio autem & dilectio naturalis ordinatur ad cognitionem & dilectionẽ gloriæ. Vnde nihil prohibet in angelo esse & cognitionẽ & dilectionem naturalem, & cognitionẽ & dilectionem gloriæ.

ARTICVLVS VIII.

¶Verum angelus beatus peccare possit.



DOCTAVVM sic procedi-
tur. Videtur q̃ angelus beatus peccare possit. Beatitudo enim nõ tollit naturam, vt dictũ est*. Sed de ratione naturæ creatæ est, quòd possit deficere. Ergo angelus beatus potest peccare.

¶2 Præterea, Potestates rationales sunt ad oppositа, vt Philosophus* dicit. Sed volũtas angeli beati nõ definit esse rationalis. Ergo se habet ad bonum & malum.

¶3 Præterea, Ad libertatẽ arbitrij pertinet, quòd homo possit eligere bonu & malũ. Sed libertas arbitrij nõ minuitur in angelis beatis. Ergo possunt peccare.

¶SED CONTRA est quod Augst. dicit super Gen. ad lit.* q̃ illi natura quæ peccare non potest., in sanctis angelis est. Ergo sancti angeli peccare non possunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli beati peccare nõ possunt. Cuius ratio est: quia eorum beatitudo in hoc consistit quòd per essentiam Deum vident*. Essentia autẽ Dei est ipsa essentia bonitatis. Vnde hoc modo se habet angelus videns Deũ ad ipsum, sicut se habet quicũq; non videns Deum ad cõmunem rationem boni. Impossibile est autem quòd aliquis quicquã velit vel operetur, nisi attendens ad bonum, vel q̃ velit diuertere à bono in quantum huiusmodi. Angelus igitur beatus nõ potest velle vel agere, nisi attendẽs ad Deum: sic autem volens vel agens, non potest peccare. Vnde angelus beatus nullo modo peccare potest.


¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ bonum creatum in se cõsideratum defice re potest. Sed ex cõiunctione perfecta ad bonum increatum, qualis est coniunctio beatitudinis, adipiscitur, quòd peccare nõ posit ratione iam dicta*.

¶Ad secundum dicendum, q̃ virtutes rationales se habent ad oppositа in illis ad quæ non ordinantur naturaliter. Sed quãtum ad illa ad quæ naturaliter ordinatur, non se habẽt ad oppositа. Intellectus enim non potest nõ assentire principiis naturaliter notis. Et similiter voluntas nõ potest non adhærere bono in quantum est bonũ: quia in bonũ naturaliter ordinatur, sicut in suum obiectũ. Voluntas igitur angeli se habet ad oppositа quantũ ad multa faciẽda vel nõ faciẽda. Sed quantum ad ipsum Deum quem vident esse ipsam essentiam bonitatis, non se habẽt ad oppositа: sed secundũ ipsum ad omnia diriguntur, quodcunque oppositorum eligant. Quod sine peccato est.

¶Ad tertium dicendum, q̃ liberum arbitriũ sic se habet ad eligẽdum, ea quæ sunt ad finem: sicut se habet intellectus ad cõclusiones. Manifestum est autem, quòd ad virtutẽ intellectus pertinet, vt in diuersas conclusiones procedere possit secundum principia data. Sed quòd in aliquam conclusionem procedat prætermittẽdo ordinem principiorũ: hoc est ex defectu ipsius. Vnde quòd liberum arbitrium diuersa eligere possit seruato ordine finis: hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius. Sed q̃ eligat aliquid diuertendo ab ordine finis, quod est peccare: hoc pertinet ad defectũ libertatis. Vnde maior libertas arbitrij est in angelis qui peccare non possunt, quam in nobis qui peccare possumus.

ARTICVLVS IX.

¶Virum angeli beati in beatitudine possint proficere.



AD NONVM sic procedi-
tur. Videtur q̃ angeli beati in beatitudine proficere possunt. Charitas enim est principium merendi. Sed in angelis est pfecta charitas: Ergo angeli beati possunt mereri. Crescente autem merito, & præmium beatitudinis crescit. Ergo angeli beati in beatitudine proficere possunt.

¶2 Præterea, Aug. dicit in li. de doct. Christia.* q̃ Deus vtitur nobis ad nostrã vtilitatẽ & ad suã bonitatẽ. Et similiter angelis, quib. vtitur in ministeriis spiritualib. cũ sint administratorij spiritus in ministe riũ missi propter eos, q̃ hereditatẽ capiũt salutis, vt dicitur Heb... Nõ autẽ hoc esset

hic quàm ille ad quẽ debeat moueri creatura rationalis à Deo, & declaratur distantia infinita ex hoc quòd inter quodlibet finitum & infinitum sunt infinita media. Consequentia autem quarti modi relinquitur per se nota, ex sufficientia distinctionis factæ. Vltima autem consequentia principalis per se nota est, quia assequito termino vltetius transire non potest.

¶Circa hãc rationẽ dubium occurrit, quoniã maior videtur falsa: vt manifestè patet inmoto cœli, qui proculdubio posset à Deo perpetuari quamuis non teneamus Philosophos dicẽtes ipsum de facto fore perpetuum. Erit ergo aliquod mobile quod nõ mouebit ad aliquid determinatum & vltimum. Nec probatio adducta sufficiẽter ipsam ꝓbat: quoniam cum intẽtione finis certi (puta cõmunicare bonitatẽ suam, vel assimilari bonitati diuinæ) stat infinitas motionis, vt Auerrois 11. Metaph. trigesimosexto cõmento dicit.

¶Ad hoc dupliciter respondeti potest. Primò, quòd duplex est motus. Quidã ordinatus ad cõsequẽdam aliquã perfectionem ipsius mobilis, vel alicuius mobilioris est. Et tale mobile impossibile est moueri motu infinito. Quoniã mouetur ad impossibile, scilicet ad consequendũ id ad quod peruenire non potest: quia infinitus motus nunquam terminabitur. Quidam verò est motus nõ per se primo ordinatus ad consequẽda aliquã perfectionem, sed magis ex consequens, seu naturaliter habita, aut communicata perfectione emanans. Et talis motus potest esse infinitus. Nec propterea intentio motoris ad infinitum tendit, sed ad aliquod determinatum extrinsecum ab infinito motu. non consequẽdum per motum, sed magis aut cõseruandum, aut communicandum: ita q̃ omni motui commune est, quòd intentio motoris tendit ad aliquid certum & determinatum: quia finis cuius est intentio, requirat ratio infiniti, id est nunquam haberi posse quod est de ratione infiniti. Sed differentia inter motus est in hoc, q̃ quidam certum finem, vt consequẽdum, quidam verò non sed vt conseruandum aut communicandum. Et quoniam in proposito sermo erat de motu consequutiuo ipsius finis intenti, quoniam quæstio est de motu ad beatitudinem, idcirco maior. S. Thom. cum eius probatione & solida stat vniuersaliter & propositũ infert. Nõ enim assumpsit omne mobile moueri motu finito, sed ad certum finem: quod valuit salter verum est. Et si testingatur ad motum per se primo affectuum seu ordinatum ad consequendum, nulla erit instantia etiam apparenter: & habetur intentum. Si verò simpliciter & absolutè, nihil minus habetur intentum applicando in subsumptis propositionibus proportionaliter illum certitudinem finis, puta si motus requirit certum finem, subintelligitur quòd motus consequentius requirit certum finem consequendum: & sic patet responsio ad obiecta. Secundo posset dici, quod Sanct. Thom. non simpliciter, sed vt Theologus assumpsit illam maiorem: quoniam de facto omnis motus est ad aliquem finẽ ad eorum vtilitatẽ si per hoc nõ mererentur, nec in beatitudine proficerent. Relinquitur ergo, q̃ angeli beati & mereri & in beatitudine proficere possunt.

¶3 Præterea, Ad imperfectionẽ pertinet q̃ ille qui nõ est in summo, nõ possit proficere. Sed angeli non sunt in summo. Si ergo ad maius proficere non possunt, videtur q̃ in eis sit imperfectio & defectus. Quod est inconueniens.

¶SED CONTRA est, q̃ mereri & proficere pertinent ad statum viæ. Sed angeli non sunt viatores, sed comprehensores. Ergo angeli beati non possunt mereri, nec in beatitudine proficere.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ in vno quoq; motu, motoris intẽtio fertur in aliquid determinatũ ad quod mobile perducere intendit. Intentio enim est de fine cui repugnat infinitũ. Manifestũ est autem, q̃ cùm creatura rationalis persuã virtutẽ cõsequi nõ possit suã beatitudinẽ, quę in visione Dei consistit, vt ex superioribus patet*, indiget vt ad beatitudinẽ à Deo moueatur. Oportet igitur, q̃ sit aliquid determinatũ ad quod quælibet creatura rationalis dirigatur, sicut in vltimũ finẽ. Et hoc quidẽ determinatũ non põt esse in diuina visione quãtum ad ipsum q̃d videtur: quia summa veritas ab omnibus beatis secũdũ diuersos gradus cõspicitur. Sed quantũ ad modũ visionis prę figitur diuersimode terminus ex intentione dirigẽtis in finẽ. Non enim possibile est q̃ sicut rõnalis creatura producitur ad videndũ summã essentiã, ita producatur ad summũ modũ visionis, qui est cõprehensio. Hic enim modus soli Deo cõpetere põt, vt ex supradictis patet*. Sed cùm infinita efficacia requiratur ad Deũ cõprehendendũ, creaturę verò efficacia in videndo nõ possit esse nisi finita, ab infinito autẽ finitũ quodlibet infinitis gradibus distat: multis modis cõtingit creaturã rõnalẽ intelligere Deum, vt clarius & minus clarè. Et sicut beatitudo cõsistit in ipsa visione ita gradus beatitudinis in certo modo visionis. Sic igitur vnaquæq; creatura rõnalis à Deo perducitur ad finẽ beatitudinis, vt etiã ad determinatũ gradũ beatitudinis perducatur ex prædestinatione Dei. Vnde consecuto illo gradu ad altiorẽ transire non potest.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ mereri est eius quod monetur ad finẽ. Mouetur autẽ ad finẽ creatura rõnalis: nõ tolùm patiẽdo, sed etiã operãdo. Et si quidẽ finis ille subsit virtuti rõnalis creaturæ, operatio illa dicetur acquisitiua illius finis: sicut homo meditando acquirit scitiã. Si verò finis nõ sit in potestate eius, sed ab alio expectetur, operatio erit meritoria finis*. Ei autẽ quod est in vltimo termino, nõ cõuenit moueri sed mutatũ esse. Vnde charitatis imperfectæ, qua est viæ, est mereri: charitatis autẽ perfectæ nõ est mereri: sed potius præmio frui*. Sicut in habitibus acquisitis operatio pcedens habitũ est acquisitiua habitus. Quæ verò est ex habitu iam acquisito, est operatio iã perfecta cũ deleconsequendum. Nam & cœlum mouetur, vt impleatur numerus electorum sed prima responsio est solidior.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus est, malum superius declaratum fuit culpæ contra præmi: quod tripliciter differt, &c.

¶In corpore vna est cõclusio respõsiua affirmatiuè, Omnis creatura rationalis in solis naturalibus cõstituta põt peccare & ꝓbatur sic, Sola virtus operatiua, quę est sua regula operandi, nõ potest declinare à rectitudine actus, ergo sola voluntas diuina nõ potest declinare à rectitudine actus: sic enim q̃ non sit sua regula & sua mẽsura habeat ipsam immobiliter congenitam, sicut homo rubilitatẽ: & sic non potest declinare ab actus rectitudine.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q̃ eius fẽ sũtia est, & pro eodẽ in proposito reputatur, virtutem aliquã esse suã regulã, vel habere eam immobiliter congenitam, quoniam hoc tendit in idẽ. Et tantum differt in hoc q̃ primo modo natura virtutis operatiua esset sua regula formaliter, vel identicè: secundo verò modo esset sua regula virtualiter, vnde nihil obstat, propterea, quo cunq; modo accipiatur. Constat enim nullã voluntatem, excepta diuina, esse tantę perfectionis, q̃ aut sit sua regula, aut q̃ habeat eam congenitam ex natura: quoniam hoc includit quòd ex natura fuerit immobilis amor omnis boni, tam naturalis quàm supernaturalis, tam congeniti naturaliter quàm per gratuitam Dei donũ, immobilitatem talis amoris consequi possit. Et ex aliquo gratuito Dei dono, immobilitatem talis amoris consequi possit. ¶Ad euidentiam antecedentis scito, quòd fundatur super hoc, quòd actus rectus dicit duo, scilicet ꝓportionalitatem ac per hoc principia eius sunt duo, scilicet potentia operatiua & regula. Et propterea secundum coniunctionem potẽtiæ cum regula, erit coniunctio actus cum rectitudine: ita quod si coniunctio est inseparabilis, etiam actus necessariò erit rectus: & si coniunctio illorum principiorum est sepa-

ARTIC. I.

¶Verum malum culpæ possit esse in angelis.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ malũ culpæ in angelis esse nõ possit. Quia malũ culpæ nõ potest esse nisi in his quæ sunt in potentia, vt dicitur in 9. Met*. Subiectum enim priuationis est ens in potentia, sed angeli, cum sint formæ subsistẽtes, non habent esse in potẽtia. Ergo in eis no potest esse malum culpæ.

QVÆSTIO SEXAGESIMA tertia de Angelorum malitia quo ad culpam, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est quo modo angeli facti sunt mali. Et primò quantũ ad malum culpæ. Secũdò, quantũ ad malũ pœnæ.

¶Circa primũ quæruntur nouẽ. ¶Primò, vtrum malum culpæ in angelo esse possit. ¶Secundò, cuiusmodi peccata in eis esse possunt. ¶Tertiò, quid appetendo angelus peccauit. ¶Quartò, supposito q̃ aliqui peccato ꝓpriæ volũtatis facti sunt mali, vtrũ aliqui naturaliter sint mali. ¶Quinto, supposito q̃ non, vtrũ aliquis eorũ in primo instanti iuæ creationis potuerit esse malus per actũ propriæ voluntatis. ¶Sexto, supposito q̃ non, vtrũ aliqua mora fuerit inter creationẽ & lapsum. ¶Septimò, vtrum supremus inter cadẽtes fuerit simpliciter inter omnes angelos summus. ¶Octauo, vtrũ peccatũ primi angeli fuerit alius aliqua cauſa peccandi. ¶Nonò, vtrum tot ceciderint quot remanserunt.

ARTICVLVS I.

¶Verum malum culpæ possit esse in angelis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ malũ culpæ in angelis esse nõ possit. Quia malũ culpæ nõ potest esse nisi in his quæ sunt in potentia, vt dicitur in 9. Met*. Subiectum enim priuationis est ens in potentia, sed angeli, cum sint formæ subsistẽtes, non habent esse in potẽtia. Ergo in eis no potest esse malum culpæ.

320

1.2.q.89. 2.dist.5.q. 1.ar.1.Et 3.cont.c. 108.109. & 110. & opu.15.c. 19.& 20. *tex. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est separabilis, actus etiam poterit esse non rectus: & similiter, si conjunctio est ex natura actus, naturaliter erit rectus: & si ex dono gratiæ, actus fiet dono erit rectus, & non ex viribus naturæ. Et propterea per se nata est illa propositio, Virtus operativa, quæ est sua regula, non potest naturaliter deficere à rectitudine actionis, exponendo ly est sua regula, vt diximus.

¶Circa cõsequentiã aduerte duo. Primũ est, q̃ non intendimus solam voluntatẽ diuinam absolutè, excludendo omnia alia agentia esse regulã sui actus, sed inter voluntates sola ipsa est regula sui actus, ita q̃ dicto excluſiua nõ excludit omnem aliã virtutẽ operatiuã, sed tantum omnem aliam voluntatem. Quoniã naturaliter virtutes naturales declinare nõ possunt à rectitudine sui actus, sunq; sibi ipsis ageẽdi directrices. Secundũ est q̃ nõ intendimus quòd quælibet alia voluntas possit deficere in quolibet suo actu voluntario: quoniã angelus in puris natura libus existẽs obiectorũ naturalibꝰ non potest deficere, sed q̃ omnis alia voluntas potest in aliqua sua actione deficere.hoc enim sufficit ad hoc q̃ possit peccare.

¶Circa probationẽ illius exponiuntis, quælibet alia voluntas nõ est sua regula, quia ordinatur ad vltimũ finem qui pertinet ad voluntatem diuinam, & quia habet superiorem, dubium occurrit. Quia si ista ratio est efficax, concludit q̃ omne agens secundum potest naturaliter deficere in sua actione: quoniam habet superius, & ordinatur ad finem vltimum simpliciter, &c. quod tamen Sanctus Thomas negat.

¶Ad hoc dicitur, quòd ista ratio est efficax in omni agente, sed voluntatẽ. Nec in omni operatione voluntaria (vt dictũ est) sed aliquarũ q̃ optimè infert, ergo voluntas omnis secũda potest in aliqua operatiõe deficere. Et ratio diuersitatis est difformitas ordinis ad vltimũ finẽ, & disparitas regularum operationis liberæ & naturalis. Operatio nanq; naturalis ordinatur ad vnum, mediante quo reſpicit Deum & vltimũ finem naturalis esse. Et ideo ad regulandum eã sufficit ratio ordinis vnius boni quam quum particulare bonum ponat, nõ inconuenit connaturalem esse alicui creaturę. Operatio verò libera potest in omne bonum, ac per hoc ordinatur ad vltimũ finẽ in seipso & prout est finis naturalis & ciuis naturalis. Et ideo ad regulãdũ eã exigitur ratio omnis boni: quam constat non posse connaturalem esse creaturæ: quia sic ex vi naturæ haberet omne bonum simpliciter, quamuis posset superaddi naturę ex gratia. Quia ergo voluntas ordinatur in finem vltimum in seipso, vt supernaturalis est cuius ratio soli voluntati diuinæ est cõnaturalis; hoc enim important illa verba rectus, Ad quam pertinet vltimus finis: & quia sic habet superiorem, ideo ex hoc optimè infertur, ergo non est sua regula, sed regulatur diuinæ voluntate. Hæc autem non conueniunt agentibus naturalibus, nec voluntatibus omnibus respectu naturalium obiectorum: quare: &c.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimatertiæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore est vnica distinctio bimembris, & tres conclusiones respõsiuę:

¶1 Præterea, Angeli sunt digniores quàm corpora cœlestia. Sed in corporibus cœlestibus non potest esse malũ, vt Philosophi dicunt. Ergo neque in angelis. 10

¶3 Præterea, Id quod est naturale, semper inest. Sed naturale est angelis q̃ moueantur motu dilectionis in Deũ. Ergo ab eis remoueri non potest. Sed diligẽdo Deum non peccant. Ergo angeli peccare nõ possunt.

¶4 Præterea, Appetitus nõ est nisi boni, vel apparentis boni. Sed in angelis non potest esse apparens bonum quod nõ sit verum bonum. Quia in eis vel omnino error esse nõ potest, vel saltem nõ potest præcedere culpam. Ergo angeli nõ possunt appetere nisi id quod est verè bonum. Sed nullus appetendo id quod est verè bonum, peccat. Ergo angelus appetendo non peccat.

¶SED CONTRA est quod dicitur Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ tam angelus quam quæcũq; creatura rationalis fi in sua natura cõsideretur, potest peccare. Et cuicunq; creaturæ hoc conuenit vt peccare non possit, hoc habet ex dono gratiæ, nõ ex cõditione naturæ. Cuius ratio est, quia peccare nihil est aliud quam declinare à rectitudine actus quam debet habere, siue accipiatur peccatũ in naturalibus, siue in artificialibus, siue in moralibus. Solum autem illum actum à rectitudine declinare non cõtingit, cuius regula est ipsa virtus agẽtis. Si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis, nũquã posset artifex nisi rectè lignum incidere: sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, contingit incisionẽ esse rectam & nõ rectam. Diuina autẽ voluntas sola est regula sui actus, quia non ad superiorem finẽ ordinatur. Omnis autẽ voluntas cuiuslibet creaturæ, rectitudinem in suo actu non habet, nisi secundum quod regulatur à voluntate diuina, ad quã pertinet vltimus finis: sicut quælibet volũtas inferioris debet regulari secundum voluntatẽ superioris: vt voluntas militis secundũ voluntatẽ ducis exercitus. Sic igitur in sola voluntate diuina peccatum esse non potest, in qualibet autẽ voluntate creaturæ potest esse peccatum secundum conditionem iuæ naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ in angelis nõ est potentia adesse naturalẽ. Est tamen in eis potẽtia secundũ intellectuã partẽ ad hoc q̃ conuertatur in hoc vel in illud. Et quantũ ad hoc põt in eis esse malũ.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ corpora cœlestia non habẽt operationem nisi naturalẽ. Et ideo sicut in natura eorum non potest esse corruptionis malũ: ita nec in actione naturali eorũ potest esse maiũ inordinationis. Sed supra actionem naturalem in angelis est actio liberi arbitrij, secundum quam contingit in eis esse malum.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ naturale est angelo, q̃ conuertatur motu dilectionis in Deum, secundum quod est principiuu naturalis esse. Sed q̃ conuertatur in ipsum secundum q̃ est obiectũ beatitudinis supernaturalis: hoc est ex amore gratuito a quo auerti potuit peccando.

¶Ad quartũ dicendũ, q̃ peccatum mortale in actu liberi arbitrij contingit esse dupliciter. Vno modo ex hoc q̃ aliquod malum eligitur: sicut homo peccat eligendo adulteriũ, quod secundũ se est malũ. Et tale peccatũ semper procedit ex aliqua ignorantia vel errore. Alioquin id quod est malum, nõ eligeretur vt bonum. Errat quidẽ adulter in particulari eligens hanc delectationẽ inordinati actus quasi aliquod bonũ ad nunc agendũ, propter inclinationẽ passionis aut habitus: etiã si in vniuersali nõ erret, sed verè de hoc sententiã teneat. Hoc autẽ modo in angelo peccatum esse nõ potuit: quia nec in angelis sunt passiones: quibus ratio aut intellectꝰ ligetur, vt ex supradictis patet: nec iterũ primũ peccatũ habitus procedere potuit ad peccatũ inclinans. Alio modo cõtingit peccare per liberũ arbitriũ, eligendo aliquid q̃ secundũ se est bonũ, sed non cũ ordine debitæ mensuræ aut regulæ, ita q̃ defectus inducẽs peccatũ sit solũm ex parte electionis quę nõ habet debitũ ordinẽ nisi ex parte rei electæ: sicut si aliquis eligeret orare, nõ attendens ad ordinẽ ab Ecclesia institutũ. Et huiusmodi peccatũ nõ præexigit ignorantia, sed absentia solũm cõsiderationis eorũ quæ cõsiderari debẽt. Et hoc modo angelus peccauit conuertendo, se per liberum arbitrium ad proprium bonũ absque ordine ad regulam diuinæ volũtatis.

ARTICVLVS II.

¶Verum in angelis poſſit eſſe tantum peccatum ſuperbiæ & inuidiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ in angelis nõ possit esse solũm peccatũ superbiæ & inuidiæ. In quemcũque enim cadit dilectatio alicuius peccati, potest ea dere peccatum illud. Sed dæmones delectantur etiam in obliœnitatibus carnaliũ peccatorum, vt Aug. dicit de Ciui. Dei. Ergo in dæmonibus etiam peccata carnalia possunt esse.

¶2 Præterea, Sicut superbia & inuidia sunt peccata spiritualia, ita accidia & auaritia, & ira. Sed spiritui cõueniũt peccata spiritualia, sicut & carni peccata carnalia. Ergo nõ solũ superbia & inuidia in angelis esse potest, sed etiam accidia & auaritia.

¶3 Præterea, Secũdũ Greg. in Moralibus, ex superbia nascuntur plura vitia, & similiter ex inuidia. Posita autẽ causa ponitur effectus: Si ergo superbia & inuidia in angelis esse possunt, pari ratione & alia vitia in eis esse possunt.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 14. lib. de Diui. Dei, q̃ angelus nõ est fornicator, aut ebriosus, neq; aliquid huiusmodi. Est tamen superbus & inuidus.

quodcunque habet rationem mali, nisi quia Dei regula non seruatur in tali affectu: & sic & luxuria & auaritia essent superbiæ species.

¶Circa secundam conclusionem occurrit dubium non dissimulandum quia videtur contrariari dictis in præcedenti articulo in responsione ad quartum: vbi dixit S. Tho. q̃ peccatũ angeli fuit ex parte electionis & non ex parte rei electæ. Nunc verò dicitur, q̃ est peccatum superbię. Si enim fuit peccatũ superbiæ, ergo elegit non subiici Deo, ergo peccauit ex parte rei electæ. Et tenet consequentia prima ex differentia inter superbiam & alia peccata: in hoc q̃ auerso à diuina regula in aliis peccatis intenditur ex consequenti in superbia autẽ per se ex hoc ipso, s. quòd superbus non vult Deo & eius regulis subiici, vt expresse dicit S. Thomas Secunda secundæ q. 162. arti. 6. & 7. Præterea hic dicitur, quòd angelus appetit excellẽtiam singularem. ergo peccauit ex parte rei electæ.

¶Circa secundam conclusionem occurrit dubium quòd quid fuit illud bonum spirituale appetitũ in primo peccato angeli, an scilicet fuerit ipsemet vt amatus à seipso, puro amore amicitiæ, an beatitudo vt desiderata sibi: vel quod idem est, ipsemet vt cõcupita est sibi beatitudo. Et est occasio dubitandi: quoniam apud S. Thom. non inuenitur aliter primum angeli peccatum, nisi per inordinatum affectum sui vt beatificabilis. Apud Scorum verò loco allegato habetur, quòd ibi fuerunt duo peccata: primum superbiæ deordinans amorem amicitiæ erga seipsum: secundum luxuriæ, deordinans amorem concupiscentiæ quo sibi beatitudinem concupiuit. Et eius ratio est: quia inordinata concupiscentia necessariò supponit inordinatam amicitiam: quoniam quem tanum inordinate amo, illi inordinata concupisco.

¶Circa modum assignatum vltimæ cõclusionis dubium occurrit: quoniam falsum videtur, q̃ non aliter potuit esse inuidia nisi affectata excellentia singulari. Fo est enim inuidus dolere de bono alterius non solũm inquantũ impedit eius singularitatem, sed etiam inquantum impedit quancunque aliam conditionem affectati boni, puta dilectationem, liberum vsum, & alia huiusmodi: & sic fic est videtur magnam pati calumniam processus Sancti Thomæ.

¶Ad primam dubitationem dicitur, quòd non est mens Sancti Thom. dicere simpliciter quòd circa spiritualia nõ cõtingit inordinatè affici, nisi superbè. Quum consistet circa eadem posse esse vitium superbię oppositum, tanquam extremum alterum: & humilitati tanquam virtuti medię: quoniam oppolita habent fieri circa idem. Sed mens sua est, quòd primò circa affectum spiritualium non peccatur nisi superbè. Quoniam quum proprium obiectum superbiæ sit excellens, non quomodocunque aut qualitercunque, sed excellens mensuram à Deo præfixam vt sic: ita quòd in quacunque re excellentia mensuræ vt à Deo taxatur, est proprium obiectum superbiæ. Bona verò spiritualia quum secundum se excellua esse non possint: quoniam quantò maiora habentur, tantò meliora sunt: & consequenter secundum se amari nimis non possunt: consequens est vt circa hoc primo habeant rationem vitiosi appetibilis, ex quo primo habent rationem excedentis, & incommensurati alicuius hoc autem constat esse diuinam dispensationem & regulam. Et propterea affectus primus inordinatus ad spiritualia superbia rationabiliter est, tendens in id vnde primo habent spiritualia rationem vitiosi appetibilis. Notanter autem vtitur S. Thom. vocabulo Affectionis: infinuans per hoc quòd primum peccatum oportuit esse actum voluntatis, qui fertur in bonũ vt sic & non actum volitionis, qui respuit malum vt sic. Vnde ad primã obiectionem in oppositum dicitur, q̃ quamuis in affectu spiritualium possint esse plura vitia: primum tamẽ oportet esse superbiam. Vitium enim sibi oppositũ quum tendat in vilius ipso appetente, aut in angelis respectu spiritualiũ omnino locum non habet, aut primũ locum habere non potuit quoniã sorte similius est naturæ tam excellenti appetere aliquid supra se quàm infra: quum etiã omnibus inditũ naturaliter videatur, ad magna tendere. Vitia autem cætera circa spiritualia, aut consistunt circa nolle: & sic non potuerunt esse prima, vt odium & inuidia, & huiusmodi: aut oriuntur ex affectu superbiæ vt inanis gloria: & consequenter non possunt esse prima. Nec obstat appetitus ad delectabile vt sic, quem obiicit Sco. Tum quia sicut delectabile non potest esse primum appetitum, sed appetitus delectabilis sequitur naturaliter appetitum conuenientis, sicut ipsa delectatio est quies in bono conuenienti coniuncto, ita prima deformitas in appetitu alicuius obiecti, nõ est deordinatio appetitus delectabilis, sed illius boni ad quod consequitur ratio delectabilis: tum quia inordinata affectio ad delectabile, nullã speciale vitium constituit: sed ſpectat ad eadẽ ratus affectus ad spiritualia non potest esse aliud peccatum nisi superbia. Contra primum horum obstat. Tum quia multa videntur esse vitia habentia pro obiecto bonum spirituale. Tum quia apperitus immoderatus boni spiritualis delectabilis vt sic, ad luxuriam magis reduci videtur, quàm ad superbiam. Vnde Scos. in secundo dist. 6. q. vlt. ponit quod appetitus quo angelus inordinatè concupiuit beatificabilem, ad luxuriam magis reducitur: quia est appetitus non excellentiæ, sed delectabilis. Cuius signum adducit, quod peccatum quo inordinatè reducitur quis in speculatione conclusionis geometricæ, ad luxuriam reducitur. Contra secundum verò obstat: quia sic sequeretur quòd omnis inordinata affectio ad quodcunque bonum, esset superbia: quoniam nulla affectio ad bonum quodcunq;

¶RESPONDEO dicendum, q̃ peccatũ aliquod in aliquo esse potest dupliciter. Vno modo secundum reatũ, alio modo secundũ affectum. Secundum reatum quidẽ omnia peccata in dæmonibus esse contingit, quia dũ homines ad omnia peccata inducũt, omniũ peccatorum reatum incurrunt. Secundum affectum verò illa solum peccata in malis angelis esse possunt, ad quæ contingit affici spirituale naturam: spiritualem autem naturam affici non contingit ad bona quæ sunt propria corpori, sed ad ea quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt: nihil enim afficitur nisi ad id q̃d suæ naturæ põt esse quodammodo cõueniẽs. In spiritualibus autẽ bonis non potest esse peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc q̃ in tali affectu superioris regula nõ seruatur: & hoc est peccatũ superbię, nõ subdi superiori in eo quo debet. Vnde peccatum primũ angeli non põt esse aliud quàm superbia. Sed consequẽter potuit in eis esse etiam inuidia. Eiusdẽ enim rationis est q̃ effectus tẽdat in aliquid appetendũ, & q̃ renitatur oppolito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius dolet, inquãtũ bonũ alterius æstimat sui boni impedimentũ. Nõ autem bonũ alterius poterat æstimari impedimentũ boni affectati per angelũ malũ: nisi inquantũ affectauit excellentiã singularem: quę quidẽ singularitas per alterius excellentiã ceſſat. Et ideo post peccatũ superbię consecutũ est in angelo peccante malum inuidiæ, secundũ quod de bono hominis

doluit: & etiã de excellentia diuina, secundum quod eo Deus contra voluntatem ipſius diaboli vtitur in gloriam diuinam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ dæmones nõ delectantur in obſcœnitatibus carnaliũ peccatorũ quatẽ ipſi afficiantur ad delectationes carnales. Sed hoc totũ ex inuidia procedit, q̃ in peccatis hominũ quibuſcunque delectantur, inquantum sunt impedimenta humani boni.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ auaritia, secũdũ quod est ſpeciale peccatũ est immoderatus appetitus rerũ tẽporaliũ, quę veniunt in vſum vitæ humanæ, quæcunq; pecunia æstimari possunt. Et ad iſta nõ afficiuntur dæmones: sicut nec ad delectationes carnales. Vnde auaritia proprie sumpta in eis esse non potest. Sed si auaritia dicatur ois immoderata cupiditas habẽdi quodcunq; bonũ creatũ: sic auaritia continetur in superbia quæ est in dæmonibus. Ira verò cũ quadam passione est sicut cõcupiſcentia. Vnde ipſa in dæmonibus esse non põt nisi metaphoricè. Accidia verò est quædã tristitia, qua homo redditur tardus ad ſpirituales actus, ꝓpter corporalẽ laborẽ, qui dæmonibus nõ cõpetit. Et sic patet q̃ ſola ſuperbia & inuidia sunt puræ ſpiritualia peccata quæ dæmonibꝰ cõpetere possunt: ita tũ q̃ inuidia nõ sumatur pro passione, ſed pro volũtate renitente bono alterius.

¶Ad tertium dicendum, q̃ ſub inuidia & ſuperbia, prout in dæmonibus ponuntur comprehenduntur omnia peccata quę ab illis deriuantur.

tari in cibo, in poto, in venereis, in honoribus, in potestate, in diuitiis, in ſcientia, & in aliis, non ſpectant ad vnũ vitiũ, nec quælibet earum constituit seorsum aliquam ſpeciẽ vitij: ſed ſingulæ ad illas vitij ſpecies pertinẽt, quæ obiecta, puta potestatem, ſcientiam, potum, cibum, &c. inordinate reſpiciunt. Quem admodũ per oppoſitum ordinatè delectari in aliquo bono non constituit vnã aut plures virtutes, ſed eſt cõditio ſequens ſingulas. Iuſtus enim inordinatè delectat in bono ad alterũ. Temperatus verò in bono ſenſibili moderatè, & ſic de aliis. Vnde ponere luxuriam velut vitiũ generale ad delectabile vt ſic, volitarium videtur.

¶Et quod dicitur de inordinata concluſionis geometricæ delectatione respõdetur, q̃ ſpectat ad illud vitium ad quod ſpectat tõ boni apprehẽſi fundantis delectabile quicquid ſit illud: nõ enim cõtingit aliter delectari. Tum quia ipſemet Scot fatetur, q̃ ſi excellẽtia appetitur, appetitꝰ talis delectabilis ad ſuperbiam, nõ ad luxuriã ſpectat. Ex hoc enim habeo duo. Primũ, id quod nunc dictum eſt, ſcilicet q̃ inordinata affectio alicuius ſpeciei ad idem vitiũ ad quod pertinet inordinata affectio ſui fundamẽti ſic ut inordinata affectio ad delectata in excellentia, ſpectat ad inordinatũ appetitũ excellentiæ quia ad ſuperbiam. Secundò, q̃ appetitus beatitudinis nõ fuit luxuria, ſed ſuperbia: quia fuit appetitus inordinatus excellẽtiæ proprię. Quoniã beatitudo eſt ſtatus ollum bonorũ aggregatione perfectus: & sic appetẽdo beatitudinẽ appetiit primo excellentiã, in qua plurimũ cõſiſtere creditmus beatitudinẽ. Et propterea nulla maior excellẽtia ipſa fœlicitate eſt, quæ omnis appetibilis excellẽtiã ſummũmq; gradum in ratione ſua claudit, aliàs beatitudo vltimi finis rationem non haberet.

¶Ad id verò quod obiicitur ex alio capite, dicitur, q̃ bonum aliquod appeti nõ ſeruata ſuperioris regula dupliciter contingit, ſcilicet per ſe, id eſt q̃ per ſe deſpiciatur ſuperioris regula. Alio modo ex conſequenti ſeu per accidens. Et primo modo infertur ſuperbia cuius proprius actus eſt contemptus ſuperioris: ſecundo modo commune eſt cæteris vitiis digredi à diuina regula.

¶Ad primum contra ſecundam concluſionem dicitur, q̃ procul dubio aſſentiri ſuperiorem, per ſe conuenit ſuperbiæ, & cæteris ex conſequenti. Sed quia taſe per ſe contingit dupliciter, ideo vniuerſaliter loquendo, tribus modis ſit ſuperioris regulæ contemptus. Primò obiectiuè, & modaliter ſimul. Et in hoc conſiſtit ſupremus gradus ſuperbiæ: quo eligitur non ſubiici Deo, & vt res electa & vt modus ipſius electionis: namque ipſamet electio non regulatur diuina tunc regula. Secundò ſit modaliter & ex conſequenti. Et in hoc conſiſtit auerſio cæte rorum peccatorum mortalium quoniã dum tendunt ad ſua obiecta, concomitatur auerſio à diuina regula. Tertio ſit modaliter & per ſe: & in hoc conſiſtit ratio ſuperbię, dum ad ſecundum ſe bona tendit ſuperbè. Ex eo namque q̃ talis appetitus eſt ad bonum, ſequitur q̃ ex obiectõ non redundet deformitas in actũ ac per hoc non comitatur auerſio. Et ex eodem patet, q̃ auerſio tunc non concurrit obiectiuè tanquam res electa. Ex eo verò q̃ in bona ſuperbè tendit, ieiquitur q̃ ibi interueniant non ſubiectio diuinæ regulæ vt modus ipſius appetitionis. Et q̃ voluntariè ibi intercedat talis modus: alioquin peccatum non eſſet. Et ſi his adiungas, quod non ex paſſione, aut ignorantia, aut infirmitate hic adueniat modus: reſtat vt per ſe inueniatur non ſubiectio iſta. Et ſic auerſio eſt per ſe voluitamen vt obiectũ volitionis, ſed vt modus eiuſdẽ. Et hoc modo fuit peccatum angeli, ſuperbia. Nec requiritur ad per ſe volitũ, vt priuatiuum modũ electionis, q̃ ſit cognitũ actu: quoniã hæc eſt conditio voluntarij obiectiuè, ſed ſufficit q̃ potuerit cognoſcere & vitare illud ſi voluiſſet: & voluntatiè nõ vtatur eius oppoſito, ſcilicet regula. Quum ergo dicit S. Tho. q̃ ſuperbia eſt auerſio per ſe, ex hoc q̃ nõ vult Deo & eius regulæ ſubiici, intelligendum eſt obiectiuè vel modaliter. Sufficit enim ad peccatum ſuperbiæ, q̃ non per aliud, ſed meritè voluntariè aſpernetur quis diuinam regulam vt modũ ſuæ electionis, id eſt puræ & voluntariè eligat non vtens diuina regula. Et ad hoc ſufficit in intellectu inconſideratio regulæ. Et quoniam hæc omnia concurrunt in peccato angeli, vt ex dictis patet: ideo optimè dictũ eſt, q̃ peccatum fuit ſuperbia. Ad ſecundum dicitur in terius in articulo ſequenti.

¶Ad ſecundum dubiũ dicitur, q̃ quum amare ſit velle bonum alicui: non video quomodo poſſet eſſe amor amicitiæ ſiue ad ſe, ſiue ad alterum puta, ad eſt aliqui aliquæ cõcupiſcentia. Amicũ enim amare, eſt velle eum habere ad minus ea quæ habet. & ſimiliter amare ſeipſum eſt ſibi velle ſeipſum ad minus. Vnde ſuperius quum Autor quæſiuit quomodo angelus amet ſeipſo tãto dixit amare ſe naturaliter vel electiuè, pro quanto aliquod bonum ſibi naturaliter vel electiuè vult. Et propterea ad quæſitũ dicendũ eſt, q̃ quæſtio ſupponit falſum: q̃ angelus amet ſe puta amicitia. Talis enim amor nõ videtur poſſibilis. Et ruſſus, ſi admitteretur, oporteret mõſtrare quomodo absq; digreſſione ad cõcupiſcẽtiã aliquã peccatũ eſſet. Ex parte namque obiecti peccatũ non eſt, ex parte verò modi amandi peccatum nõ video, niſi quia nimis ſe amaret. Quo ad hoc reducitur, quod aliquid ſibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult quod ei non conuenit, quod est concupiscere: pura quòd tantũ se amet, vt non curet de diuina habitudine: hoc enim est velle sibi sufficientiã ad beatitudinem. Vnde distingui potest non curando de veritate membrorum in rectũ natura, q̃ amor amicitiæ ad seipsum dupliciter contingit. Vno modo in sua pura forma: & sic non fuit primũ peccatum angeli. Alio modo, vt ratio est concupiscendi sibi aliquid. Et hoc modo primum peccatũ angeli fuit ex nimio amore sui sed ille nimius amor ex hoc primò habuit rationem excessũ, quòd fuit ratio concupiscẽdi sibi beatitudinem suprasse. Et p̃ hoc patet respõsio ad fundamentũ Scoti, distinguẽdo q̃ inordinata concupiscentia prouenit ex inordinata amicitia, cõtingit dupliciter. Primò q̃ illa amicitia in se absolutè sit mala, & ex eius malitia fiat mala concupiscẽtia & hoc modo non contingit in proposito. Alio modo, q̃ simul & vna numero inordinatione vtrunq; deformetur sed vnum sit ratio alterius. Nec prius naturaliter sit deformẽ quam alterum: sed fit quasi prius origine formali tãtum: ita q̃ amicitia non vt prior in se, sed vt ratio concupiscendi sit primò mala & inordinata: quia scilicet est inordinata ratio cõcupiscẽdi. Et sic accidit in peccato angeli, ac p̃ hoc primum eius peccatum fuit amor vnus & idem numero concupiscentiæ & amicitiæ: si tamẽ amor dici debet appetitus ardui,

322

*q̃ 110. 113. ¶Ad terdam dubitationem breuiter dicitur, q̃ ratio S.Tho. nõ affert solum singularitatẽ pro ratione inuidiæ, sed totũ coniunctum, scilicet ex cellentiam singularẽ: & propterea ex vtroq; eorũ potest sumi ratio inuidiæ. Vnde & ipse dolorẽ de excellentia humana intulit ex singularitate: dolorem vero de excellentia diuina intulit potius ex excellentia appetita: eius enim proprium est dolere de potestate deprimentis. Et per hoc patet respõsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum diabolus appetierit esse vt Deus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ diabolus nõ appetierit esse vt Deus. Illud enim quod non cadit in apprehensione, non cadit in appetitu: cùm bonum apprehensum moueat appetitum vel sensibilẽ, vel rationalem vel intellectualem. In solo enim huiusmodi appetitu contingit esse peccatũ. Sed creaturam aliquam esse æqualem Deo nõ cadit in apprehensione. Implicat enim cõtradictionem, quia necesse est finitum esse infinitũ, si æquatur infinito. Ergo angelus non potuit appetere esse vt Deus.

¶1 Præterea, Illud quod est finis naturæ, absq; peccato appeti potest. Sed assimilari Deo est finis in quem tendit naturaliter quælibet creatura. Si ergo angelus appetuit esse vt Deus, non per æqualitatem, sed per similitudinem, videtur quòd in hoc non peccauerit.

¶2 Præterea, Angelus in maiori plenitudine sapientiæ cõditus est quam homo. Sed nullus homo nisi omnino amens eligit esse æqualis angelo, nedũ Deo: quia electio non est nisi possibiliũ, de quibus est consilium. Ergo multo minus peccauit angelus appetendo esse vt Deus.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa.14 ca. ex persona diaboli, Ascendam in cœlum, & ero similis Altissimo. Et Aug. dicit in lib de quæstionibus ve. Te. * q̃ elatione inflatus voluit dici Deus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse vt Deus. Sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per æquiparantiam. Alio modo per similitudinem. Primò quidem modo non potuit appetere esse vt Deus: quia sciuit hoc esse impossibile naturali cognitione. Nec primum actum peccandi in ipso præcessit vel habitus, vel passio ligãs cognoscitiuã ipsius virtutẽ, vt in particulari deficiens eligeret impossibile, sicut nobis interdum accidit. Et ideo dato, quòd esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium: est enim vnicuique naturale desiderium ad conseruandũ suum esse*. Quod non conseruaretur si transmutaretur in alterã naturam. Vnde nulla res quæ est in inferiori gradu naturæ, potest appetere superioris naturæ gradum, sicut asinus non appetit esse equus: quia si transferretur in gradũ superioris naturæ, iam ipsum nõ esset. Sed in hoc imaginatio decipitur. Quia enim homo appetit esse in altiori gradu quantũ ad aliqua accidentalia, quæ possunt crescere absque corruptione subiecti: æstimatur q̃ possit appetere altiorẽ gradum naturæ, in quem peruenire nõ posset nisi esse desineret. Manifestum est autem, q̃ Deus excedit angelum, non secundum aliqua accidentalia, sed secundum gradum naturæ: & etiã vnus angelus aliũ. Vnde impossibile est, quòd vnus angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quod appetat esse æqualis Deo. Appetere autem esse vt Deus per similitudinẽ, cõtingit dupliciter. Vno modo quantum ad id in quo aliquid natũ est Deo assimilari. Et sic fi aliquis quantũ ad hoc appetat esse Deo similis, nõ peccat dummodo similitudinẽ Dei debito ordine appetat adipisci, vt scilicet eã à Deo habeat. Si quis autẽ appeteret secundũ iustitiã esse similis Deo quasi ꝓpria virtute, & nõ ex virtute Dei, peccaret. Alio verò modo potest aliquis appetere similis esse Deo, quantũ ad hoc in quo non natus est assimilari: sicut si quis appeteret creare cœlum & terram, quod est proprium Dei: in quo appetitu esset peccatũ. Et hoc modo diabolus appetiit esse vt Deus, nõ vt ei assimilaretur quantũ ad hoc quod est nulli subesse simpliciter: quia sic Ium nõ esse appeteret, cum nulla creatura esse possit, esse appetentis, & nulli supernaturali subesse finis: & hoc appetiit. Secunda verò pars Ansel. autoritate cõfirmatur. Quarto reducit partes ambas ad tertiã membrum, quia secũda pars videbatur magis pertinere ad secundũ. Tertiò principaliter quo ad secundarium peccatum angeli. Angelus secundariò peccauit appetendo assimilari Deo in principatu super alia, quia id q̃ est per se primũ & causa est eius quod est per aliud.

¶Circa primam conclusionem dubiũ occurrit dupliciter. Primò circa primam rationem, dicta enim in 2. dist. 5. qu. 2. multipliciter apparet ratio, q̃ voluntas perfecta potest esse respectu impossibilii. Tum quia odio habens Deũ, vult ipsum nõ esse, ex tertio Rhetorico. Tum quia voluntas potest vti fruitiua & frui vtendis, apud Aug. 1. 83. q. ac per hoc potest frui se: ac per hoc velle sibi summum bonũ, & tenere ista vltima sequela supra eiusdẽ rationis est, velle sibi frui passiue, & summam bonitatẽ: quoniã sola summa bonitas fruitiua est. Tum quia vnus iunctas secundũ virtutem actum amandi scilicet amore amicitiæ & cõcupiscentiæ, habet eo ipso pro obiecto. Præterea soluens rationes S. Tho. distinguit, quòd electionis nomine deo possum* intelligere scilicet vel actũ voluntatis efficacem, id est consequentem, cõsilium, & talis non potest esse impossibilium: vel actũ voluntatis cõsequentem plenam appetitionẽ obiecti, & talis põt esse impossibilium.

¶Secundum dubium contra secundam rationem ab eodem illatum, q̃ ratio illa dupliciter deficit. Primò, quia voluntas põt velle antecedens absque volitione consequẽtis, quẽadmodũ euidenter est de voluntate ordinata, & secus est de inordinata. Hæc enim potest acceptare antecedentẽ absque consequenti intrinseco vel extrinseco: quamuis illa non possibilis quoque mihi alium pati defectum. Nam ratio supponit id quod est contra desiderium naturale non posse appeti: quum tamen constet hoc nõ esse verum, ut loquendo de per se appetibili. Contingit enim per accidens, velle contra naturale desiderium, vt patet in inficientibus fe.

¶Ad euidentiam horum sciendum est primò, quòd quum obiectum voluntatis sit bonum cognitum: & boni ratio absque existere aut inexistere, nec esse, nec in telligi possit: oportet vt volibile duas habeat cõditiones: Prima est, quòd ad existere aut inexistere, scilicet quòd sit aut insit actu vel potentia. Secunda est apprehensio eius vera vel falsa: quoniam nihil differt, nihil esse aut appetere bonitatis vt dicitur in 2. Physi. Et ex hoc manifestè sequitur, quòd secũdum primam operationem intellectus puram, nunquã præsentatur appetibile: quoniam illa non intelligit rem in ordine ad esse. Sequitur etiam quod volibile vtile, commodum, quoddam sonat non abstrahens à possibili & impossibili. Quod autem bonum ratio ab existere non abstrahat, patet tum ex eo quod nullus appetit sapientiam aut iustitiam absolutè, sed eam esse aut inesse sibi vel alteri. Tum ex eo quod omnis amor, si est amicitiæ, tendit ad rem amatam, quia est si cõcupiscentiæ, vt sic finaliter in illa nõ sit malũ respectu naturæ creatæ in puris naturalibus: imò est num quia abstrahunt à causis conferẽbus esse. Sciendum est secũdo, quòd tum impossibile quàm appetibile aliquid dicitur dupliciter, scilicet per se & per accidens. Impossibile per se vocatur, non quòd hic aut nunc aut propter talem hypothesim est impossibile, sed simpliciter est impossibile. Per accidẽs verò, quòd redditum est impossibile ex aliqua suppositione. Appetibile autem per se & per accidens quid dicatur manifestum est.

¶His stantibus dico tria. Primò, q̃ impossibile per se non est per se appetibile. Secundò, quòd impossibile per se, poterit appeti per accidens. Tertiò, quòd impossibile per accidens, poterit appeti per se. Et ab hoc tertio inchoando declaratur ex contiua in nobis experientia. Q. illibet enim seclusa fide de omnipotentia Dei, & resurrectione mortuorum, & immortalitate animæ mortuo fixa considerat eius vitam, & totaliter perdito ac abscisso membro desiderat conservari integritatem, & alia huiusmodi, quæ supponuntur impossibilia: per accidẽs tamen, quoniam hic aut nunc reddita sunt hęc impossibilia quemadmodum deliberans aliquod peccatum non fuisse. Secundum verò ex Dei odio manifestatur, odientes enim eum non solũ volunt hoc impossibile per accidẽs, scilicet ipsum qui punitorem non esse, sed volunt hoc impossibile per se, scilicet ipsum qui punitorem non esse. Sed hoc appetunt per accidens: pro quãto illius non esse, apprehẽditur coniunctum alicui appetibili apparenti, & conuenienti odientibus eũ. Primũ autẽ est per se notũ: quoniã impossibile per se secundũ seipsum nec habet rationẽ entis, nec nõ entis: quia implicat cõtradictoria, & cõsequẽter nõ potest sub propria ratione appeti. Et sic cum hoc, quod est me esse æqualẽ Deo, sit impossibile per se, non põt esse per se appetibile. Et si hic obiicias, q̃ hoc est naturaliter cognitum & euidens angelo, in quo passio loco habere non potuit cõsequens est, q̃ nõ potuit hoc appetere. Et ex dictis patet respõsio ad obiecta primi dubij. Nam prima obiectio de odio Dei, nil aliud cõcludit, nisi q̃ per accidẽs appetit odiẽtes Deũ, illũ non esse: quod nõ est inconueniẽs. Secũda quoq; aut nihil infert, aut idẽ, q̃ q̃ per accidẽs appetitur impossibile. Nihil quidẽ, quia ex fruitione non sequitur nisi velle se esse summũ bonũ fibi, & nõ summũ bonũ simpliciter. Idẽ autẽ, q̃it patet se esse sibi summũ bonũ, nõ nisi consequẽter & per accidẽs appeteretur. Tertia obiectio & assumit falsum: quia amicitia non est ad inanimata, vt dicitur 8. Ethic. Et supponit falsum, f. q̃ ens incõplexũ vt sic sit concupiscibile. Et subsumit falsum, scilicet creaturã esse æqualẽ Deo, sit ens quoddã, quũ implicet cõtradictoria, & consequẽter nec ens, nec nõ ens. Solutionẽ aũt 8co. non oportet aliter infringere, quia ex parte obiecti patet, q̃ distinctio illa locũ habet respectu impossibiliũ per accidẽs tantum, loquendo de appetitu per se.

¶Ad obiectiones autem Scoti contra secundum dubiũ breuiter dicitur, q̃ nec voluntas ordinata, nec deordinata, põt velle antecedens & nõ consequens, si necessaria sequela est cognita: & loquor de velle siue principaliter, siue ex cõsequenti, per se, vel per accidẽs. Alioquin quilibet excruciatur à peccato, dũ vellet antecedẽs, scilicet bonum delectabile & non consequens, scilicet deformitatem annexam. Vnde implicat, quòd aliquis velit episcopatum, & sciat ipsũ necessariò annexũ facere fornicationi: & tamen ex consequenti non velle illud.

¶Ad vltimam autẽ obiectionem dicitur, q̃ ratio S. Thom. nõ supponit illud, sed supponit q̃ semo sit de primo peccato angeli: quod nec ignorãtia, nec passione potest excusari: & ad obiectũ, ad quod natura appetẽtis intẽtiuũ præbebat oportuit terminari. Constat enim q̃ natura seclusis ignorantia & passionibus non impellit etiam per accidẽs ad eius per se primò oppositum, scilicet nõ esse eius.

¶Circa conclusionem respõsuam affirmatiuè, dubiũ occurrit. Primò, quia exprestè hic dicitur, quòd angelus primò peccauit appetendo beatitudinẽ finalem ex propria virtute: sed hoc est quoddã malum secundũ se respectu angeli, ergo peccauit ex parte rei electæ: & appetiit nõ solũ malẽ, sed malũ: cuius oppositum in articulo primo fuit dictũ. Probatur minor: quia si loquimur de beatitudine supernaturali, constat q̃ illa ex virtute creata habenda est appetibile malum. Et si loquimur de beatitudine naturali, constat q̃ quamuis quiescere finaliter in illa nõ sit malũ respectu naturæ creatæ in puris naturalibus: imò est eius optimum, nec posset vlteriorem appetere: quia nullus alterius notitiã habere: est tamen in se malum respectu naturæ, cui reuelatione & gratia ostẽsus est vlterior finis: cui, declaratũ est à conditore q̃ ordinata est ad hunc vlteriorẽ finem, &c. Secundò dubitatur: quia ex conclusione S. Thomæ haberur oppositũ, præmissarum. Quoniã ex hoc habetur, q̃ angelus appetit impossibile quoniam habere finalẽ beatitudinem ex propria virtute, est quoddam impossibile, & non solũm malum. Et de beatitudine quidem supernaturali patet ex dictis in q. 12. de beatitudine verò naturali patet ex immutabilitate ordinis diuinæ sapiẽtiæ: quia statuisse se manifestauerat angelos & omnem intellectualem naturam in finem supernaturalem tanquam vltimum ordinasse, & non in naturalem.

¶Ad primum horum dicitur, q̃ obiectum appetitus angelici cùm peccauit, fuit secundum se bonum, & nõ malum, sed modus tendendi in illud fuit malus: quia fuit deordinatus, & nõ secundum regulam ordinis diuinæ sapiẽtiæ: quæ ordinat quòd appetitus regulẽtur à regula. Cùm autem dicitur quòd appetitus electiõ illa diuinæ regulæ ordine destituta fuit. Cùm autem dicitur quòd appetiit finalem beatitudinẽ virtute propria, interpretandũ est q̃ beatitudo sic res appetita, & vis naturæ sit modus appetendi, non autem conditio aliqua rei appetitæ. Quia ex illo modo negatiuo, imò priuatiuo, scilicet destitutione regulæ diuinæ, quo deformata est electio angeli, sequitur iste modus, f. q̃ naturaliter voluit habere. Ex hoc est q̃ voluit & nõ supernaturaliter, ergo naturaliter. Vnde si appetiit beatitudinẽ supernaturalẽ: quia appetitu illã, & nõ secundũ ordinem diuinæ misericordiæ, ergo cõuincitur q̃ appetiit illam ex virtute naturæ. Et si appetiit beatitudinẽ naturalẽ vt vltimã simpliciter, fuit hoc modo, quia appetiit beatitudinem vt tẽ appetitam: & quia non ordinauit illam in beatitudinem supernaturalem, continuitur appetiisse vt vltimã, & consequẽter finalem beatitudinẽ ex virtute naturæ: quia habet eam ex vi naturę. Omnis ergo conditio malificans talem appetitionem ex parte modi appetendi non obiecti appetiisse, tenet formaliter. Quamuis ex consequenti & implicitè ex modo redundet in obiectum: propter quam redundãtiam vtuntur doctores tali modo loquẽdi ex parte obiecti. Ista enim redundantia nihil officit proposito: quia & consequens est, nõ præsentiens: & quia implicitè inuẽrat sunt ibi istæ conditiones positiuè & non explicitè: & quia ex parte illius primi modi, qui primo constituit rationem peccati, oriuntur, & non ex parte obiecti illius. Et per hoc re spõsio patet ad obiectiõnem factã in præcedente art. quia eodem modo exponendũ est, angeli appetiisse excellentiam singularẽ interpretatione implicitè: & consequenter ad modum appetendi. Ex eo enim q̃ sic aduertit appetit singularitatem, coniungitur appetitiui per exclusionem communicationis cum aliis in habendo summam excellentiam ex misericordia: noluit enim in hoc cum aliis conuenire.

¶Ad secundum dubium dicitur dupliciter. Primò, q̃ S. Tho. dicit, q̃ impossibile non potest appeti vt res appetita. Ex dictis autem nunc patet quòd res electa non fuit impossibilis, sed bona fuit. Impossibilitas consequitur modũ appetendi, vt patet ex dictis: Secundò dicitur, quòd quo ad beatitudinem supernaturalem fuit per accidens volitum impossibile per se, & non fuit per se volitum: quo ad beatitudinem naturalem vt finalem, dicitur & quòd hoc est impossibile per accidens ex suppositione, scilicet superadditi ordinis supernaturalis, & nihilominus fuit etiam volitum per accidens ex consequenti, &c.

¶Circa dicta Sancti Thomæ aduerte duo. Primò, q̃ cùm dicit angelũ appetendo beatitudinem naturalem, appetiisse assimilari Deo, in eo in quo nõ est natus assimilari (propterea quia solus Deus habet naturalẽ pro beatitudine, intelligẽdũ est secundum ordinem iam statutum à diuina sapientia, à qua omnes creaturæ beatificabiles, quæ sunt solæ intellectuales ordinatæ, sunt vt obiectũ beatitudinis diuinæ) habeatur pro vltima beatitudine. Et non est intelligendum absolutè secundum solas terram naturas, quoniã si non superadditus esset à Deo ordo ille supernaturaliter, quælibet intelligẽtia vltimũ naturale absque peccato haberet pro beatitudine vltima: hoc enim modo Philosophi posuerunt entia illa beata.

¶Secũdò aduerte, q̃ peccauit angeli rationabiliter ponitur in appetitu quiescẽdi in naturali beatitudine, quã f appetitu volẽdi superaturalẽ absq; misericordia. Tum quia ille appetitus est angelo naturalis: & natura magis impellit superbũ ad illud quàm ad hoc, vt etiã in nobis experimur, dum superbẽ vellemus in nostris quiescere, diuina Deo relinquẽdo. Et hęc opinio, iudicio meo, placet S. Th. In cuius signum hanc simpliciter posuit. Aliã verò sub conditionali. Et tunc Anselẽ. interpretandus est, quòd illud ad quòd peruenisset, non facit demonstrationem personalem, sed simplicem, id est demõstrat beatitudinem vltimam, & nõ hanc vel illam. Constat enim q̃ si flexisset, ad vltimam beatitudinẽ peruenisset.

¶ Super Quæstionis sexagesimatertiæ Articulum quartum.

TItulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio respõsiua negatiuè: Dæmones non sunt naturaliter mali. Probatur sic: Inclinati ex natura ad bonum vniuersale, non inclinantur ad malum. ergo nec substãtiæ intellectuales. ergo nec dæmones. ergo non sunt naturaliter mali. Antecedẽs probatur & declaratur simul ostendendo modum, causam, & conditionem inclinationis naturalis in malum. Modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est per accidens quoniam nulla natura ordinatur per se in malum, sed in bonum: quia ex bono principio est, & vniuersaliter effectus in suam conuertitur causam. Causa est conuertio mali alterius cum proprio bono, ad quod per se tendit. patet exemplo. Conditio est particularitas boni, ad quod per se inclinat natura. Patet: quia particulari bono potest aliud bonum contrariari: ar

per hoc malum illius huie cõiungi: & est cõclusio, vniuersali autem bono cũm omnis boni rationem contineat, impossibile est alicui* malum cõiungi. Et his manifestè patet antecedés. Et nota diligenter quòd nõ diximus particularitatem boni esse causam mali, sed conditionem boni fundantis malum: quia nõ est opus omne alicuius malum esse particulare bonum. Prima consequentia patet. Appetitus intellectiuus naturaliter inclinatur in bonum vt sic, quia non est minor intellectu ptę sentante, sed adæquat ipsũ. Secũda patet, quia dæmones sunt intellectualis, naturæ Tertia patet ex terminis.

324 2. dist. 3. qõ. 2. Et ma. q. 16. ar. 4. Et Io. 8. li. 6. col 3.

* cap. 17.

* cap. 5.

¶ *Super Quæstionis fuæ gesimatertiæ Articulum quintum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria principaliter inxta tres opiniones quas tractat. In prima opinione tria dicit. Primum est ipsa opinio, scilicet ꝙ fuit malus in primo instanti secundum, quòd non spectat ad Manichæos ex Augustino. tertium, quòd repugnat Scripturæ. In secũda opinione tria dicit. Primum est ipsa opinio, ꝙ potuit peccare in primo instãti, sed non peccauit. Secundum est improbatio quorundam ex ratione ordinis actionis creaturæ ad actionẽ qua creatur. Tertiũ est exclusio istius rationis: quia habet locum in successiuis non instantaneis, qualis sunt creatio & volitio. In tertia opinione primo propriam ponit & probat. Conclusio est, quod nec peccauit, nec potuit peccare in primo instanti fui esse. Et probat sic: Deus sen agens quod angelos in esse produxit, non potest esse causa peccati. ergo angelus non potuit in primo instanti peccare. Antecedens supponitur tam per se quàm per accidens. Consequentia probatur: quia operatio incipiens cum esse rei, inest ab agẽte illius. Quod declaratur & in operatione naturali, scilicet motus sursum respectu ignis & in operatione defectiua, id est claudicatione tibiæ, à natiuitate: & hoc quia peccatum est operatio defectiua.

* cap. 13.

¶ Circa rationem addutam pro vltima opinione dubium occurrit ex multis capitibus. Primo, quia illa propositio fundamentalis, Omnis operatio incipiens cum esse rei, est ei ab agente a quo habet esse: aut intelligitur quòd fit ab agente, seu à generante immediate, id est, sine agente medio: sicut creditur de motu grauium & leuium. Et sic propositio est manifestè falsa: sequeretur enim quod ignis non calefaceret, & vniuersaliter quod res naturales non essent propriæ causæ effectiuæ. Aut intelligitur in communi siue immediate siue immediatè. Et tunc obstat primò verbum Sancti Thom. subiungentis, Sicut moueri sursum inest igni à generante. Obstat secundo, quia cum de operatione dupliciter possit esse sermo, scilicet quo ad subsistantiam eius, & quo ad conditiones eiusdem: & hic sit sensus secundo modo, alioquin non esset ad propositum: propositio ista neque est per se nota neque cum aliqua probatione assumpta, & ideo videtur voluntaria. Obstat tertiò Scotus in quinta distinctione secundi. quæst. secunda sic, In causa secunda sunt duo, perfectio quam

habet ab agẽte, & defectus quidam. ergo operatio incipiens cum esse rei potest in duos causas reduci, scilicet in autorem naturæ, quo ad substantiã, & in defectum secundæ causæ quo ad conditionem defectuosam ipsius operis: non ergo totaliter attribuitur agenti naturæ. Et cõfirmatur in proposito: quia cum Deus cui in proposito conuenit ratio generantis, sit causa non solũ in fieri, sed etiam

* cap. 19.

in esse rei, quòd operatio consistens ipsi fieri: attribuitur autori naturæ quæ est: & operatio consistens ipsi conseruationi, attribuitur ipsi conseruationi. Et sic aut omnis operatio naturæ à Deo producta est attribuenda, aut nulla. Neque est ma ior ratio de prima, quã de aliis.

d. 155.

¶ Dubium quoque est in applicatione medij ad conclusionem, quoniam videtur repugnare dictis Augustini 11. de Ciuitate Dei relatis hic à Sancto Thom. Quoniã ille dicit nõ posse Manichæum hæresim, Angelum voluntate peccasse in primo instanti sui esse. Sanct. Thom. vero dicit quòd ex hoc sequitur, Deum esse causam mali culpæ immediate sicut generãs ignẽ est causa motus sursum. Et ex hoc videtur sequi, quòd Deus sit malus, sed ex communi suppositione, quòd Deus sit optimus: & quod nõ sit causa peccati aliquo pacto, arguũtur ignorantiæ, quòd scilicet ignorent naturam appetitus intellectualis. Ex ingnorantia enim, quòd primus motus voluntatis est natura lis, arguuntur, & non ex

* cap. 11. & 33.

¶ Ad dubium autem ex autoritate Augustini occasionatum, breuiter dicitur sustinendo dictum Aug. à S. Thom. ratificatum: quòd, vt patet ex dictis & ex litera, tenẽtes angelum peccasse, aut potuisse peccare ex libertate voluntatis: non deducuntur ad hoc ꝙ Deus sit malus, sed ex communi suppositione, quòd Deus sit optimus: & quod nõ sit causa peccati aliquo pacto, arguũtur ignorantiæ, quòd scilicet ignorent naturam appetitus intellectualis. Ex ingnorantia enim, quòd primus motus voluntatis est natura

* Homi. suspecta in Deo malitia.

lis, arguntur, & non ex ipsũ videtur contradicere: & hæc obiectio tangitur etiam à Scoto vbi supra.

2. in Ezech. Vnde expresse S. Thomas obiecit.

d. 5. q. 2.

¶ Circa conclusionem ipsam obiectiones occurrunt Scoti, vbi fusè & dupliciter contra illam partem, scilicet quòd potuit in primo instanti peccare, & quæritur, primò ad hominem Angelus in primo instanti (apud te) potuit mereri: ergo potuit peccare: & patet sequela, quia eiusdem rationis est quod ad tempus mereri & peccare. Deinde simpliciter, quia angelus in primo instanti habuit potentiam operandi, ergo & non determinatã ad cessatio ad rectitudinẽ operati: ergo & potuit mereri. Secundum: quia aut prima operatio est totaliter naturalis, aut partim naturalis, & partim libera. Non totaliter naturalis. Tum quia in puré naturalibus non meremur, nec demerenur. Tum quia apud Sanct. Thomam respectu cuiusque actus viator est liber quo ad exercitium actus. ergo operatio prima est secundum quid libera. Et ſi ſic eſt, cur voluntas vt libera non potuit apponere aliquam circunstantiam deformitatis? Nulla enim ratio de hoc apparet. Et confirmatur: quia ſi fuit libera quo ad exercitium actus, ergo potest elicere

* cap. 19.

¶ Ad obiectionem primam cõtra conclusionẽ non oportet aliter respondere, quã in litera habetur. Ad secundam vero negatur secunda pars consequentis quoniam, vt ex dictis patet, in primo instanti ratio naturæ determinabat ad rectitudinem, non sic autem in secundo: quia actus primus erat naturalis. secundus autem liber. Et scito, quòd hæc Scoti argumenta Sanctus Thomas contra se fecerat in quæſt. dist. de dæmonibus, articulo 4.

* cap. 19.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit duplex. Primum ex Scoto vbi suprà, contra hoc quod dicitur, quod angelus potuit in primo instanti mereri. Prima enim operatio angeli non erat fua, fed actoris naturæ apud te: ergo in ea non potuit mereri. tenet sequela: quia nullus meretur in operatione non fua. Secundum: quia aut prima operatio est totaliter naturalis, aut partim naturalis, & partim libera. Non totaliter naturalis. Tum quia in puré naturalibus non meremur, nec demerenur. Tum quia apud Sanct. Thomam respectu cuiusque actus viator est liber quo ad exercitium actus. ergo operatio prima est secundum quid libera. Et ſi ſic eſt, cur voluntas vt libera non potuit apponere aliquam circunstantiam deformitatis? Nulla enim ratio de hoc apparet. Et confirmatur: quia ſi fuit libera quo ad exercitium actus, ergo potest elicere

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, ꝙ ratio S. Tho. in hoc fundatur, quòd vt superius iam dictũ est, primum in vnaquaque re est naturæ ratio, & consequenter prima operatio cuiusque rei est naturalis, vtpote à re illa, inquantum natura tanquam habet prouenire. Et quoniam operatio naturæ vt sic, opus est actoris naturæ illius: ideo vniuersaliter omnis prima operatio rei, & naturalis est à primo actoti naturæ attribuitur. Nec hoc deficit in natura intellectuali, eo quòd libera est: quoniam etiam in ipsa libera potestate naturæ ratio primum locum obtinet, vt ex supradictis iam patet. Vnde ad obiecta contra primam propositionem respondendo dicitur, quòd propositio illa intelligitur in communi, scilicet quòd quod prima operatio cuiusque rei ineſt illi ab agẽte id est, ineſt illi tanquam à fuis, & consequenter potuit esse meritoria. Non potuit autem voluntas libera ad actum naturæ consonũ naturali necessitate determinata fit. Vnde operatio illa fuit sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

est tua, supposito quòd via omnium angelorum fuerit æqualis, scilicet in duobus instantibus seu morulis apud te.

¶ Ad primum respondetur, q. meritū dupliciter cōtingit, viæ puræ, & vt termini. & q. meritū puræ viæ præcedit durationē præmiū. Sed meritum vt in termino potest esse simul cum præmio. Nec sequitur q. simul sit gratia perfecta & imperfecta: sed q. simul sit termi-

impedimētū beatitudinis præstitisset fuisset firmatus in bono. Sed non est simile de homine. Et ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendū, quòd inter quælibet duo instantia, esse tēpus medium habet veritatē inquantum tempus est continuum[c]: vt probatur in 6. phy sic. *Sed tamen in angelis, qui non sunt subiecti cœlesti motui, qui primò per tempus continuū mensuratur, tēpus accipitur pro ipsa successione operationum intellectus, vel etiam affectus [e]. Sic igitur instās primum in angelis intelligitur respōdere operatio

ni mētis angelicę, qua se in seipsam cōuertit per vespertina cognitionē, quia in primo die cōmemoratur vespere, sed nō mane. Et hęc quidē operatio in omnibus bona fuit. Sed ab hac operatione quidā per matutinā cognitionē ad laudē Verbi sunt cōuersi. Quidā verò in seipsis remanentes facti sunt nox, per superbiā intumescētes, vt Auguſt. dicit 4. super Gen. ad literam[e]. Et sic prima operatio fuit omnibus cōmunis. Sed in secūda sunt distincti. Et ideo in primo instanti omnes fuerunt boni[e], sed in secundo fuerunt boni à malis distincti.

electio eorum sit inflexibilis, ergo redditi sunt omnes impeccabiles; quod est hæreticum. Si verò dicitur quòd non, ergo non amauerunt Deum vt obiectum supernaturalis beatitudinis, ergo nullo modo meruerunt, quod est oppositum doctrinæ tuæ. Secunda consequentia est per se nota: quia meritū non est nisi per actum charitatis: cuius obiectum constat esse Deum, vt obiectum supernaturalis beatitudinis. Prima verò probatur quia aut amauerunt Deum vt obiectum supernaturalis beatitudinis dilectione electiua, aut naturali, non enim datur tertia. Sed non naturaliquia illa non se extendit supra obiectum naturaliter vt patet. ergo. Si non electiua, nullo modo amauerunt Deum vt obiectum supernaturalis beatitudinis: quod erat deducendum.

¶ Ad hoc respōdetur dupliciter. Primò, quòd non proprię meruerunt. Tum quia S. Tho. in respōsione ad tertium dicit illū motum fuisse naturalem. Tum quia in respōsione ad quartum expresse dicit, quòd primum instās respōdet operationi, qua mens angelica cōuertit se in seipsam, tum propter rationē in oppositū adductam, quia scilicet vt vere meritum est actus electiuus. Sed in sufficiēter motiuo esse ad hanc opinionem sic dicentes, tripliciter declaratur. Primò ex cōmi falsa suppositione: credūt enim quòd angelus in primo instanti ad naturalia tantum se conuerterit, cum gratia tamen: & ideo meruerit. Quod tamen est impossibile: quoniam vt Boēt. dicit, sola superbia se opponit. Vnde angel[e] peccans recessit à virtualitate charitatis, quam in primo actu habuit voluntarię superbiendo. Posset quoq; dici, quòd angelus in secundo instanti (quia erat primū & vltimum totalis suæ libertatis ad bonum & malum) tenebatur deliberare de fine vitæ suæ, sicut homo in principio suæ libertatis.

¶ Super Quæstionis sexagesimatertiæ Articulum septimum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore quatuor. Primò radices diuersimodo opinandi, secūdò opinionē Damasceni penes primā radicē tradit: tertiò opinionē Gregorij penes secundā. Quartò cōparat eas adinuicem tam opiniones quā radices.

¶ Quòd ad primum radices sunt, pronitas ex parte peccantis, & motiuum ex parte obiecti.

¶ Quòd ad secundū quatuor dicit. Primò opinionem, q. de inferiori ordine fuerūt mali, & quòd maior inter pœnas eorum fit prima radix. Secundò, quòd superficiete nus supponere videtur hæc opinio secundum Platonicos. Tertiòrepręhendit illud suppositū. Quartò ostēdit quomodo potest bene intelligi opinio Damasce. & omnia clara sunt.

¶ Quòd ad tertium ex secunda radice, & quòd

dum, quod constat impleri à quolibet habente charitatem: quia in primo actu in Deum tendit vt sui suorūmq; omniū finem: & sic omnia sua consequentia modò non repugnante virtualiter tendent in obiectū charitatis, virtute scilicet primi actus. Secunda verò consequentia probatur sic: Eligere bonum, absq; actuali ordinatione ad Deum immediatè post primum actum charitatis nō est malum, imo est actus charitatis virtualiter: sed talis fuit actus angeli in secundo instanti apud S. Tho. vt patet ex suppositis. ergo malè dictū superius fuit, quod sola in cōsideratio actualis regulæ diuinæ ad peccatum angelī sufficit.

¶ Ad hoc dicitur, q. argumentum procedit ex malo intellectu dictorū S. Tho. Imaginatur nāque, q. primū peccatum angeli cōsistit in sola omissione actualis regulæ. Cùm tamē peccauerit faciendo actum contratium regulæ. Licet enim ex parte intellectꝰ sola fuerit inconsideratio, liberum tamē arbitrium cum illa in consideratione non solū elegit fine illa, sed contra illam modaliter nō obiectiuè: sicut si incidens aliquid absque regula incidat obliquè, actus enim tunc non formaliter fit absq; regula, sed cōtra regulam. Patet autē sic angelum peccasse, quia superbiæ peccatū cōmisit. Superbia enim contrariè opponitur humilitati, & diuinæ regulæ, quoniam vt Boēt. dicit, sola superbia se opponit. Vnde angel[e] peccans recessit à virtualitate charitatis, quam in primo actu habuit voluntarię superbiendo. Posset quoq; dici, quòd angelus in secundo instanti (quia erat primū & vltimum totalis suæ libertatis ad bonum & malum) tenebatur deliberare de fine vitæ suæ, sicut homo in principio suæ libertatis.

¶ Quòd verò in respōsione ad quartum dicit S. Tho. nihil obstat, quia vt ibi patet, nō loquitur de cōuersione angeli in se absolutè, sed per cognitionē vespertinā: vt distinguitur cōtra matutinam propriè dictam, quæ est vitio bruta. Et intendit, quòd duo instātia attendūtur penes duas operationes angelicas: quarū vna succedit alteri: prima est vespertina, secūda matutina. Sed sub prima vespertina, fi erant in gratia, comprehenditur omnis cognitio citra beatam quæ sola est matutina: ita quòd cognitio vespertina distinguitur in naturalē & gratuitā. Et similiter omnis conuersio in se & in Deum citra cōuertionem finalem. Patet autem hanc esse vere mētem literæ, tum quia expresse loquitur de vespertina conuersione: vt distinguitur cōtra matutinam. Tum quia de cōuersione solū citus erat. Constat autē, quòd quotquot oppositiones simul ita teneas nō ponunt in numerum quo ad inenfuram durationis, sed ad vnum tantū instans spectant: & ideo nō fuit opus multiplicitatem operationis in primo instanti explicare. Designauit autē illud magis ab actu naturæ, scilicet cōuertionis in se: quia ille fundamentū est omnium & certior. Quum autem quæritur, ad quod dictione electiua, &c. respōdetur, quòd quum dilectio electiua significet id quod libera, dilectio non solum quo ad exercitium, sed etiā quo ad specificationem actus: & hæc sit duplex, distinguendū est iuxta supra dicta. Et dicendā, q. quod est dilectio libera totaliter, & quædā non totaliter. Et loquitur de libertate naturaliter cōueniente volūtati creatæ. Illa est libera totaliter quæ est etiam libera ad bonū & malū. Nam hæc libertas nata est naturaliter cōuenire libero arbitrio & creato. Illa verò est libera, sed non totaliter. quæ quātus sit indifferens ad bonū & malū, non tamen ad bonum & malum. Vnde angelus dilexit libere, seu dilectione electiua, non totaliter in principio instantis quia nō potuerat pro tunc eligere malū. Quando verò dicitur, quòd electio angeli est inflexibilis, intelligitur de electione totaliter libera, quæ non potuit esse ante secundū instās. Posset quoq; dici, q. illa dilectio fuit naturalis non angelo absolutè, sed habenti gratiā in primo instanti sui esse, & tūc operanti: quoniam ex quo in illo instanti nō potuit fieri actus dissonans à gratia: consequens est, quod liberū arbitrium si figuraturalibus se immisceat, determinatur ad conformitatem gratiæ in habendum. Et de quamuis dilectio naturalis absolutè nō cendat ad supernaturalia: dilectio tamē naturalis habentis gratiam, in primo instanti intendit in supernaturale. Et dicitur dilectio ista naturalis: quia est determinata ad vnum ad cōuertendum se in idem redeuntem gratiæ, ita quòd non ad oppositum. Et hæc duæ responsiones in idem redeunt.

¶ Circa prædicta adhuc non quiescit intellectus sed dubium dilectionis Dei vt obiectum est beatitudinis supernaturalis, ergo in secundo instanti ergo nō peccauerunt ad actualiter diligendū actum suum in obiectū charitatis: ergo nō meruerunt eligendo bonum nō cum debita subiectione ad Deum: sed aut nō peccauerunt, aut peccauerunt eligendo malum. Prima consequentia probatur quia per ceptum charitatis est affirmativum, & obligat pro principio ad actualiter amandum.

superiores peccauerunt, & quòd supremus peccantium erat suptemus simpliciter.

¶ Quò ad quartum comparat opiniones ex radicibus quo ad probabilitatem: & dicitur secunda probabilior, quia radix melior. Et quo ad falsitatem: & dicit quòd non propterea prima iudicanda est falsa, quia etiam in eis habet locum secunda radix. omnia clara.

¶ Super Quæstionis sexagesimaterti Articulum octauum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio responsiua, Peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi, non cogens, sed quasi exhortatione inducēs. Probatur sic ab effectis: Cæteri dæmones sunt subditi primo, ergo eius suggestione peccarunt. Antecedens probatur autoritate Christi, Matt. 25. Diabolo & angelis id est nūtiis & ministris eius. Consequētia probatur, quia ordo diuinę iustitiæ hoc habet, vt cui suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna. quod probatur secundæ Petri 2. A quo quis, &c.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit ex Scoto, vbi supra: cōtra hoc scilicet, q. secūdum instās est mora indiuisibilis in se, seu instantanea, Tum quia angeli peccauerunt pluribus peccatis diuersarū specierum: & non simul, sed ordine quodā. Tum quia peccatum malorū angelorū tentauit bonos: ita quod Apoc. 12. victoria tentationis in laudem, & excellēs meritum bonis ascribitur: ergo, &c tenet sequela. Tum quia si in instanti omnia perfecta essent, non fuisset, aut facillimū fuisset prælio inter eos. Tum quia mali pri peccauerūt: deinde tentauerūt: & vltimo victoria bonorū resistentium subsequuta est. Nō ergo instantanea fuit mora pugnæ & meriti.

¶ Ad hæc dicitur breuiſſimè, quòd totus ille ordo tam peccatorū, quā pugnæ & victoriæ, &c. quum sit ordo operationum indiuisibilium seu instantanearum non est ordo durationis, sed naturæ & præsuppositōis. Quemadmodum quotcunque illuminationes ordinatæ in eodem sunt instāti. Victoriæ autem instantaneę apud eos qui non sunt naturæ diſcutſuę, fed omnia complerē habent in instāti, ſūmæ ſunt laudis: quāuis apud nos qui cum continuo & tempore intelligimus pro nihilo habeantur.

*text. 2. & seq.

b 308 427

320 Iosh. 24. 9. ad 3. & 2. dist. 2. art. 1. & 3. con. cap. 109. fi. & opuſ. 15. cap. 29. & Ephes. 2. col. 2. Et Iob 40. ecl. 6.

*libr. 2. cap. 4.

Libr. 2. tex. 6. & 7. dili. 10. cap. 9. 10 & 11.

*capit. 4. & 5.

lib. 2. c. 4

*bomil. 34. in euangel.

*arti. 2. huius q.

*loco citato, in corp. ergo sed contra.

5 17 c

327 2. dist. 6. arti. 2. & di. 34. in exposit. *lib. 2. ca. 4. tho. fid.

*artic. 1. huius q.

¶ Ad septimum sic proceditur. Videtur quòd ille angelus qui fuit supremus inter peccantes, nō fuerit supremus inter omnes. Dicitur enim Ezec. 28. Tu Cherubim extentus & protegens, posui te in monte sancto Dei. Sed ordo Cherubim est sub ordine Seraphim, vt Dionys. dicit 7. cap. angelicæ hierarch. Ergo angelus qui fuit supremus inter peccantes, non fuit supremus inter omnes.

¶ 2 Præterea, Deus fecit naturam intellectualem propter beatitudinem consequēdam. Si igitur angelus qui fuit supremus inter omnes peccauit, sequitur quòd ordinatio diuina fuerit frustrata in nobilissima creatura. Quod est inconueniens.

¶ 3 Præterea. Quantò aliquid magis inclinatur in aliquid, tantò minus potest ab illo deficere. Sed angelus quantò est superior, tantò magis inclinatur in Deum. Ergo minus potest à Deo peccādo deficere. Et sic videtur quòd angelus qui peccauit, non fuerit supremus inter omnes, sed de inferioribus.

¶ SED CONTRA est quod dicit Greg. in hom. de Centum ouibus,* q. primus angelus qui peccauit, dum cunctis agminibus angelorum prælatus eorum claritatem trascenderet, ex eorum comparatione clarior fuit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in peccato est duo cōsiderare, scilicet pronitatem ad peccandum, & motiuum ad peccandum. Si ergo consideremus in angelis pronitatem ad peccandum, minus videtur quòd peccauerint superiores angeli, quàm inferiores. Et propter hoc Damascenus dicit,* q. maior eorum, qui peccauerūt, fuit terrestri ordini prælatus. Et videtur hæc opinio cōsonare positioni Platonicorū, quā Aug. recitat in lib. de Ciui. Dei octauo & decimo. Dicunt enim quòd omnes dijerant boni. Sed dæmonū quidā boni, quidā mali, Deos nominantes substātias intellectuales, quæ sunt à globo lunari superius: dæmones verò substātias intellectuales quæ sunt à globo lunari inferius, superiores hominib[9] ordine naturæ. Sed est abiicienda hæc opinio tanquā à fide aliena: q. a tota creatura corporalis administrātur à Deo per angelos, vt Aug. dicit tertio de Trinit.* Vnde nihil prohibet dicere inferiores angelos diuinitus distributos esse ad administrādū inferiora corpora, superiores verò ad administrandum corpora superiora, supremos verò ad assistendum Deo. Et secūdum hoc Damasc. dicit, q. illi qui ceciderūt, fuerūt de inferioribus. In quorū etiam ordine aliqui boni angeli permāserunt. Si verò consideretur motiuum ad peccādum, maius inuenitur in superioribus, quàm in inferioribus. Fuit enim dęmonum peccatum superbia, vt suprà dictum est*. Cuius motiuū est excellentia, quæ fuit maior in superioribus. Et ideo Greg.* dicit, quòd ille qui peccauit, fuit superior inter omnes. Et hoc videtur probabilius. Quia peccatū angeli nō processit ex aliqua pronitate, sed ex solo libero arbitrio. Vñ magis videtur considerāda esse ratio quæ sumitur à motiuo ad peccādum. Non est tamē inde alij opinioni præiudicandum, quia etiam in principe inferiorum angelorum potuit esse aliquod motiuum ad peccandum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q. Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ, Seraphim interpretatur ardentes, siue incendentes. Et sic patet quòd Cherubim denominatur à scientia quæ potest esse cū mortali peccato[e]: Seraphim verò denominatur ab ardore charitatis, quæ cum peccato mortali esse non potest. Et ideo primus angelus peccans non est denominatus Seraphim, sed Cherubim.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuina intentio nō frustratur nec in his qui peccant, nec in his qui saluantur. Vtrorūmq; enim euentum Deus præcognoscit, & ex vtroque habet gloriam, dum hos ex sua bonitate saluat, illos ex sua iustitia punit. Ipsa verò creatura intellectualis dum peccat, à fine debito deficit. Nec hoc est inconueniens in quacunque creatura sublimi. Sic enim creatura intellectualis instituta est à Deo, vt in eius arbitrio positum sit agere propter finem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantacunque inclinatio ad bonum fuerit in supremo angelo, tamen ei necessitatem nō inducebat. Vnde potuit per liberum arbitrium eam non sequi.

ARTICVLVS VIII.

¶ Verum peccatum primi angeli fuerit aliis causa peccandi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q. peccatum primi angeli peccātis nō fuit aliis causa peccādi. Causa em prior est causato. Sed omnes simul peccauerūt, vt Dam.* dicit Ergo peccatum vnius nō fuit aliis causa peccandi.

¶ 2 Præterea, Peccatum angeli non potest esse nisi superbia, vt suprà dictum est.* Sed superbia excellentiam quærit. Magis autem excellentiæ repugnat, quòd aliquis inferiori subdatur quam superiori. Et sic non videtur quòd dæmones peccauerint per hoc quòd voluerunt subesse alicui superiorum angelorum potius quàm Deo. Sic autem peccatum vnius angeli fuisset aliis causa peccandi, si eos[as] ad hoc induxisset vt sibi subiicerentur. Non ergo videtur quòd peccatum primi angeli fuerit causa peccandi aliis.

¶ 3 Præterea, Maius peccatū est velle subesse alteri contra Deum, quàm cōtra Deū alteri velle præesse: quia minus habet de motiuo ad peccandum. Si ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi in hoc quòd eos vt sibi subiicerētur, induxit[e] grauꝰ peccassent inferiores angeli, quàm supremus. Quod est cōtra illud Psal. Draco iste, quem formasti. Dicit glossa. Qui cæteris in esse erat excellentior, factus est in malitia maior. Non ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Apocal. 12. quòd Draco traxit secum tertiam partem stellarum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd peccatū primi angeli fuit aliis causa peccandi: non quidē cogens, sed quadā quasi exhortatione inducēs. Cuius signū ex hoc apparet, quòd omnes dæmones illi supremo subduntur, vt manifestè apparet per illud quod dicit Dominus Matt. 25. Ite maledicti in ignē æternū qui parat[e] est diabolo & angelis eius. Habet enim hoc ordo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum nonum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cõclusio respondetur: Plures remanserunt quàm ceciderunt. Probatur: quia præter naturam inuenitur in paucioribus peccatum autem est cõtra naturam angelorũ. ergo.

¶ Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum primum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo distinctionẽ trimẽbrem ponit. Secũdò iuxta singula mẽbra cõclusiones. Distinctio est, Cognitio duplex naturalis, & gratuita: & hæc duplex, speculatiua, & affectiua. Prima cõclusio: Cognitio naturalis nec est ablata, nec diminuta. Probatur dupliciter. Primò, quia cõsequitur naturã simplicẽ. Secũdò, autoritate Diony. Secunda, Cognitio gratuita speculatiua est totaliter non ablata, sed diminuta. Probatur: qa pauca & obscurè eis reuelãtur quantum oportet, & per angelos seu effectus. Aliis autẽ plura & clarius. Tertia, Cognitio affectiua est totaliter ablata. Probatur: quia charitas est ablata.

*qõ. 62. art. 6.

d. 1158. & 123.

DIuinæ iustitiæ, vt cui[a] suggestioni aliquis cõsentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna secũdũ illud 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, huic seruus addictus est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ licet simul dæmones peccauerint, tamen peccatũ vni[o] potuit esse aliis causa peccãdi. Angel[e] enim nõ indiget ad eligẽdũ, vel exhortandum, vel etiam consentiendum temporis mora: sicut homo, qui deliberatione indiget ad eligendũ & ad cõsentiendum, & locutione vocali ad exhortãdum: quorum vtrunq; tempore agitur. Manifestum est autem, q̃ etiam homo simul dum aliquid iam corde concepit, in eodẽ instãti, incipit loqui. Et in vltimo instanti locutionis, in quo aliquis sensum loquẽtis capit, põt assentire ei quod dicitur: vt patet maximè in primis conceptionibus, quas quisq; probat auditas. Sublato ergo tẽpore deliberationis, qđ in nobis requiritur in eodem instanti, in quo primus angelus suam affectionẽ intelligibili locutione expressit, possibile fuit aliis in eã cõsentire.

¶ Ad secundũ dicendum, quod superbus cæteris paribꝰ magis vult subesse superiori, quã inferiori. Sed si aliquam excellentiam cõsequatur sub inferiori, quã sub superiori cõsequinõ posnit, magis eligit inferiori subesse, quam superiori. Sic igitur non fuit cõtra superbiam dæmonũ, quòd subesse inferiori voluerunt in eius principatũ consentientes, ad hoc eum principẽ & ducẽ habere volentes, vt virtute naturali suam vltimam beatitudinẽ consequerentur: præsertim quia supremo angelo naturæ ordine etiam tunc subiecti erant.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est*, angelus non habet aliquid retardans, sed secundum suam totam virtutem mouetur in illud ad quod mouetur siue in bonum, siue in malum. Quia igitur supremus angelus maiorem habuit naturalem virtutem, quam inferiores, intensiori motu in peccatum prolapsus est. Et ideo factus est etiam in malitia maior.

*qõ. 62. art. 6.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum tot peccauerunt, quot permanserunt.

328 AD NONAM sic proceditur. Videtur quòd plures peccauerunt de angelis, quàm permanserunt. Quia, vt dicit Philosophus, * malum est vt in pluribus, bonum vt in paucioribus.

* libr. 2. Ethic. 6.

¶ 2 Præterea, Iustitia & peccatum eadem ratione inueniuntur in angelis & hominibus. Sed in hominibus plures inueniuntur mali quàm boni: secũdum illud Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. Ergo pari ratione in angelis.

¶ 3 Præterea, angeli distinguuntur secũdum personas, & secũdum ordines. Si igitur plures personæ angelicæ remãserũt, videtur etiã quòd nõ de omnibus ordinib⁹ aliqui peccauerunt.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur 4. Reg. sexto. Plures nobiscum sunt quàm cum illis. Quod exponitur de bonis angelis qui sunt nobiscum in auxilium, & de malis qui nobis aduersantur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd plures angeli permãserunt quàm peccauerunt. Quia peccatum est contra naturalem inclinationẽ m. Ea verò quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt. Natura enim cõsequitur suum effectum, vel semper, vel vt in pluribus.

d. 839.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Philosophus loquitur quantum ad homines, in quibus malũ cõtingit ex hoc quòd sequuntur bona sensibilia quæ sunt in pluribus nota, deserto bono rationis, quod paucioribus notum est. In Angelis autem non est nisi natura intellectualis. Vnde non est similis ratio. Et per hoc patet responsio ad secundum

d. 295.

¶ Ad tertium dicendum, quod secundum illos qui dicunt, q̃ diabolus maior fuit de inferiori ordine angelorũ, qui præsunt terrestribus: manifestũ est quòd non de quolibet ordine ceciderunt, sed de infimo tantum. Secundũ verò illos, qui ponunt maiorem diabolum de supremo fuisse ordine: probabile est q̃ de quolibet ordine aliqui ceciderunt: sicut in quẽlibet ordinem homines assumuntur in supplementũ ruinæ angelicæ. In quo etiam magis cõprobatur libertas liberi arbitrij, quę secũdum quemlibet gradum creaturę in malum flecti potest. In sacra Scriptura tamen nomina quorundam ordinum, vt Seraphim & Thronorũ, dæmonibus non attribuuntur, quia hæc nomina sumũtur ab ardore charitatis, & ab habitatione Dei, quæ non possunt esse cum peccato mortali. Attribuuntur autem eis nomina Cherubim, Potestatum & principatuũ: quia hæc nomina sumuntur à scientia & potentia, quæ bonis malisque possunt esse communia[e].

[e] 315

QVÆSTIO SEXAGESIMAQVARTA de Pœna dæmonum, in quatuor Articulos diuisa.

CONSEQVENTER quæritur de pœna dæmonum.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, de obtenebratione intellectus. ¶ Secundò, de obstinatione voluntatis. ¶ Tertiò, de dolore ipsorum. Quartò, de loco pœnali ipsorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum intellectus dæmonis sit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis.

329 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus dæmonis sit obtenebratus per priuationẽ cognitionis omnis veritatis. Si enim aliquam veritatẽ cognoscerent magis cognoscerent seipsos, quod est cognoscere substantias separatas. Hoc autem eorum miseriæ non cõuenit, cùm ad magnam beatitudinem pertinere videatur: intantum quòd quidam vltimam beatitudinem hominis posuerunt in cognoscendo substantias separatas. Ergo dæmones priuantur omni cognitione veritatis.

2. dist. 7. q. 1. ar. 2. & 3. ar. 2.

d. 274.

¶ 2 Præterea, id quod est maximè manifestũ in natura, videtur esse maximè manifestum in angelis, siue bonis, siue malis. Quòd em nõ sit nobis maximè manifestũ, cõtingit ex debilitate intellect⁹ nostri à phãtasmatibus accipiẽtis: sicut ex debilitate oculi noctuæ cõtingit, q̃ nõ possit videre lumẽ solis. Sed dæmones nõ possunt cognoscere Deũ, qui est secũdũ se manifestissimus, cũ sit in summo veritatis, eo q̃ non habẽt mundũ cor, quo solo videtur Deus. Ergo nec alia cognoscere possunt.

d. 43.

¶ 3 Præterea, cognitio rerũ angelis cõueniens est duplex secũdũ Aug.[a] s. matutina & vespertina. Sed cognitio matutina nõ pertinet ad dæmones: quia non vident res in verbo. Nec cognitio vespertina, quia cognititio vespertina refert res cognitas ad laudẽ Creatoris. Vnde post vesperę fit mane, vt dicitur Genes. 1. Ergo dæmones non possunt cognitionẽ de rebus habere.

[a] cap. 10.

¶ 4 Præterea, Angeli in sua cõditione cognouerunt mysteriũ regni Dei. vt Aug. dicit quarto sup Gen. ad literã[a]. Sed dæmones hac cognitione priuati sunt. Quia si cognouissent, nequam dominum gloriæ crucifixissent, vt dicitur 1. Cor. 2. Ergo pari ratione omni alia cognitione veritatis sunt priuati.

[a] cap. 24.

¶ 5 Præterea, Quancunq; veritatẽ aliquis scit, aut cognoscit eam naturaliter, sicut nos cognoscimus prima principia: aut accipiendo ab alio, sicut quæ scimus addiscendo: aut experiẽtia lõgi tẽporis, sicut quæ scimus inueniẽdo. Sed dæmones nõ possunt cognoscere veritatẽ per suam naturã, quia ab eis diuisi sunt boni angeli, sicut lux à tenebris, vt Aug. dicit[a]. Omnis autem manifestatio fit per lumen, vt dicitur Ephe. 5. Similiter etiã neq; per reuelationẽ, neq; addiscendo à bonis angelis: quia non est conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Corinth. 6. Neque per experientiam longi temporis: quia experientia à sensu oritur. Ergo nulla in eis est cognitio veritatis.

[a] libr. 11. de Ciuit. Dei. c. 19. & 20.

¶ SED CONTRA, est quod Dion. dicit 4. cap. de Diuin. nomin. quòd data sunt dæmonibus aliqua dona, quæ nequam mutata esse dicimus: sed sunt integra & splendidissima. Inter ista autem naturalia dona est cognitio veritatis. Ergo in eis est aliqua veritatis cognitio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est cognitio veritatis. Vna quæ habetur per gratiam: alia quæ habetur per naturam. Et ista quæ habetur per gratiam est duplex. Vna quæ est speculatiua tantum, sicut cum alicui aliqua lucreta diuinorum reuelantur. Alia verò, quæ est affectiua producens amorem Dei. Et hæc propriè pertinet ad donum scientiæ[c]. Harum autem trium cognitionum prima in dæmonibus nec est ablata, nec diminuta: cõsequitur enim ipsam naturam angeli, qui secundum suam naturam est quidam intellectus, vel mens. Propter simplicitatem autẽ suæ substantiæ à natura eius aliquid subtrahi non potest: vt sic per subtractionem naturalũ puniatur, sicut homo punitur per subtractionem manus, aut pedis, aut alicui⁹ huiusmodi. Et ideo dicit Dionys. dona naturalia in eis integra manẽt. Vnde naturalis cognitio

[c] 6. 6

10 eis

¶ Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum secundum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò tractat opinionem Origenis. Secundò determinat veritatem.

¶ Quò ad primum duo. Primo opinionem in duobus punctis & causa eorum, scilicet quòd omnes mobiles præter Christum, causa primi libertas, causa secundi, vnio Verbi. Secundò dicit hanc tanquam erroneam vitandam, ratione & autoritate. Ratio est, quis ruit ratio beatitudinis Sanctorũ. Autoritas Christi.

*cap. 22.

¶ Quò ad secundũ tria dicit. Primo conclusionem respõsuam scilicet dæmones fuit obstinati in malo, & Sancti confirmati in bono. Secundo vnde huius causa sumenda sit ostendit, scilicet non ex granitate tantùm culpæ, quia omnes culpæ remissibiles sunt: sed ex conditione status, scilicet quòd extra viã sint, quia hoc est angelis casus quod hominibus mors. Tertiò causam ipsam assignat. Vbi aduerte primo, quòd grauitate culpæ non dixit Sanctus Thomas non esse causam, sed non tantum esse causam: quia in rei veritate grauitas culpæ tanta, quanta est peccati mortalis quæ dã causa demeritoria, & ex genere quia mortalis, & ex specie: quia superbiæ, & ex causa: quia ex malitia, & ex cõditione peccantis, quia tam spiritualis, &c. est obstinationis, eo quòd instum est vt qui non venialiter, sed vsque adeo delinquit vt impotentem se faciat ad bene faciendum, hæc pœna mulctetur, vt bene velle non possit. Non tamen hæc sufficiens & proxima est obstinationis causa, quia quantumcunque grauior sit culpa, remissibilitatem ex grauitate non excludit. Aduerte secundò, quod causas duas obstinationis inquirimus, subordinatas tamen quoniam causa proxima quare mali sint obstinati, & illi sint confirmati, est status eorum: quia scilicet sunt iam extra viam. Conditio enim viatorũ est mutabilitas de bono in malũ. Sed causa quare angelus cadendo fiat extra viam, sicut homo moriendo est anterior causa huius obstinationis & confirmationis: quoniam est causa status extra viam, qui est causa obstinationis. Et consequenter est causa principalis. Et propterea post assignatam status conditionem ex autoritate Damas. in litera, proponitur venanda obstinationis causa, scilicet principalis: vbi tria facit. Primò causam assignat talem: Angelus apprehendit immobiliter: ergo appetit immobiliter. Et sic postquam semel legit bonum aut malum, inflexibilis est. Antecedens probatur: quia angelus apprehendit sine discursu omnia, sicut nos principia. Consequentia verò probatur. Tum, quia vniuersaliter appetitus proportionatur apprehensiuæ virtuti, sicut mobile suo motori. Quod declaratur in nobis, quia appetitus particularis sequitur apprehensionem singularem, & vniuersalis vniuersalem. Tum ex oppósito: quia apprehensionem mobilem sequitur appetere mobilitet, vt patet in homine, cuius apprehensio differt ab angelica: quia mobilis est, quia discursiua ad vtrunque oppositorum: electio quoque mutabilis est. Secundò confirmatur consueta differentia inter liberum arbitrium angeli & hominis. Tertiò remittit se ad locum alium in tertia parte de obstinatione hominum cuius meminerat.

¶ Circa antecedens assumptum occurrit dubiũ. Primò ex ratione discursus negati ab angelo, de quo suprà dictum est. Secũdò: quia æquiuocatur de apprehensione: quoniam immobilitas conuenit apprehensioni naturali modo autem loquimur de apprehẽsione practica supernaturalium, respectu quorum peccatum est, quam non esse immobilem patet in dæmone procurante mortem Christi, & postmodũ dissuadẽte per vxorẽ Pilati. Tertiò: qa erratur in radice immobilitatis: quã nõ discurrere nõ est sufficiens ratio smutabilis apprehensionis, nisi &immutabilis cognitio sit cũ discursu, vt patet in conclusionibus geometricis. Et cũ negatione discursus stat mutabilis cognitio, propter successionẽ cognitionũ simpliciũ: quia cognoscens actu abs; discursu aliquid est in potentia ad cognitionẽ oppositorũ. Et si cognoscens q̃ omne totũ est maius sua parte, esset in potẽtia ad cognoscendum oppositum per simplicẽ apprehensionem: vnde super simplicem apprehẽsionem cognoscatur ratio aliqua alicuius cõclusionis, & postmodum per simplicem apprehẽsionem apprehendatur ratio alia probabilior, ad oppositũ intellectus flectipõt ad hãc secundã. Quartò: quia omittitur vera radix immobilitatis, scilicet cõnaturalitas. Ex eo enim q̃ alimentũ cognitio est naturaliter indita siue speculatiuè, siue practicè, oritur immutabilis apprehẽsio, vt patet in primis principiis. Ex hoc enim excluditur potentia ad oppositũ & nõ ex eo q̃ per simplicẽ apprehensionem cognoscitur, vt experimur i prima operatione intellect⁹. Quinto, quia si angelus apprehẽdit immobiliter quia in primo instanti omnes apprehenderint Deum, vt obiectũ beatificum, amabilẽ super omnia, &c. ergo semper hãc cognitionẽ practicam seruãt, & sic in secũdo instanti non peccauerũt.

a 290

b 523

*libr. 9. de ciuit. Dei c. 20

b 279

* qõ. 57. art. 3.

330 2. dist. 7. q. 1. ar. 2. Et ver. q. 24. art. 1. & arti. 2. cor. & mal. qõ. 16. art. 5.

232

¶ Circa consequentiam occurrit dubiũ, quo ad vtrãque eius probationẽ & simpliciter. Et quidem contra primã probationem arguit Scotus in 2. dist. 7. primò, Aut intẽdit de motore sufficiente, aut insufficiẽte. Si de insufficiẽte, manifestè falsum est, q̃ oportet mobile proportionari tali motori: quamuis verum sit voluntatem moueri sic ab intellectu. Si de sufficiente: quãuis verum sit mobile oportere proportionari motori: falsum tamen est, & repugnans dictis tuis, intellectum esse motorem sufficientem respectu voluntatis. Falsum quidem, vt in 25. distinctio. huius declarabitur. Repugnans verò, quia duo ex hoc sequuntur. primò, quod angelus non potuerit peccare. Secundò, q̃ non solùm post primam electionem, sed in prima vel ante primam electionem sit voluntas immobilis. Primũ deducitur sic: Intellectus ante peccatum immobiliter & rectè apprehendit, & mouit voluntatem, quia pœna non præcessit culpam: & sicut est, ita mouet quia naturaliter mouet: ergo voluntas a recto & immobili immobiliter mota, ad rectum immobiliter tendit: ergo nunquam potuit peccare. Secundum verò sic: quia pat ratio est de prima apprehensione & consequentibus: omnes enim immobiles sunt.

¶ Contra secundam autem probationem & consequentiam simul arguit, quia stat immobilitas intellectus cum mobilitate voluntatis: vt patet in homine certo de aliqua cõclusione per discursum. Ex hoc enim sequitur primò, quòd consequentia non valet: quia sic etiam voluntas hominis respectu certorum esset immutabilis. Et sequitur secundò, quòd differentia assignata inter voluntatem angeli & hominis nõ valeat, quia immutabilitas intellectus, quamuis in angelo sine discursu, in homine etiam cũ discursu inueniatur: tamen in homine voluntas est mobilis: ergo & in angelis. Contra ipsam verò consequentiã obiicit etiam Scotus ibidem: quia effectus communis in homine & angelo, oportet assignare

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum voluntas dæmonum sit obstinata in malo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas dæmonum nõ sit obstinata in malo. Libertas enim arbitrij ad naturam intellectuæ lis naturæ pertinet, quæ manet in dæmonibus[c]. Sed libertas arbitrij per se & prius ordinatur ad bonum quam ad malum. Ergo voluntas dæmonis non est ita obstinata in malo quin possit redire ad bonũ.

[c] 330

¶ 2 Præterea, Maior est misericordia Dei, quæ est infinita, quàm dæmonis malitia, quæ est finita. A malitia autem culpæ ad bonitatẽ iustitiæ nullus redit nisi per Dei misericordiã. Ergo etiam dæmones à statu malitiæ possunt redire ad statum iustitiæ.

¶ 3 Præterea, Si dæmones habent volũtatem obstinatam in malo, maximè haberẽt eam obstinatam in peccato quo peccauerũt. Sed illud peccatũ in eis nũc nõ manet, scilicet superbia, quia nec motiuum manet, scilicet eius excellentia. Ergo dæmon non est obstinatus in malitia.

¶ 3 Præterea, Gregor. q̃ homo per alium reparari potuit, quia per aliũ cecidit. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam vtrique communem. sed obstinatio est communis effectus, & vnius rationis in vtroque, vt Aug. in suit de fide ad Petrum, cap. 6. Immobilitas autem apprehensionis, non est communis angelo & homini. ergo. Probatur minor: quia quum in hac vita nunquam immobilitetur homo in malo, aut anima separata obstinata, redditur absque præuia apprehensione immobili, aut præuia in statu separato. Non secundum: quia anima separata non demeretur: ergo primum, quod est intentum. Et confirmatur: quia Lazari anima fuit separata. Et tamen nec immobilitatus est in bono nec in malo.

*q. præ. art. 8.

¶Contra conclusionem obiicit Scot* vbi supra, intendés probare, quòd voluntas angeli non sit inflexibilis post electionem, quadrupliciter. Primò autoritate Aug. de fi. ad Pet. c. 5. volétis, quòd si homo ex se posset redire ad iustitiam, multo magis angelus: ergo, inquit Scot. natura angelinon magis repugnat reuertioni ex se ad bonum, quàm natura hominis: sed si esset inflexibilis posi electionem, magis repugnaret, vt patet. igitur. Secundò ratione tali, causa totalis non aliter causat nisi secúdum quod ipsa causa aliter se habet: & hoc deductis impedimentis: ergo voluntas non aliter causat actus post primam electionem nisi ipsa: secundum quod causa aliter se habeat. Sed ex hoc quòd elicuit primam electionem, nõ aliter se habet secúdum quod causat: ergo eadem libertatis autoritate causare potest actus consequentes sicut primum: processus clarus est totus. Et illa propositio,

*libr. 1. peri. art. 5 & 6.

scilicet quòd post primam electionem non aliter se habet secundum quod causa, probatur, quia ipsa est causa vt prior suo actu & non vt stat sub actu. Prius autem vt prius, non variatur ex posteriori. Et confirmatur: quia nulla causa secunda potest esse causa principali causæ agendi opposito modo illi qui conuenit principali causæ ex sua causalitate: alioquin non esset principalis causa: sed voluntas ex se agit libere: ergo per nullum habitum aut actũ superadditum agit necessariò. Tertio, quia dæmon pluribus peccatis non simul peccauit: ergo non quæcunque adhæsio fecit ipsum obstinatum, & posuit in termino. Quarto, quia apud te omnes angeli in primo instanti meruerunt & adhæserunt bono: ergo inflexibiliter, & sic impeccabiles: quod est falsum.

¶Contra eandé arguunt Durandus & Gregorius: quia ex hoc sequitur q. angeli boni sint naturaliter confirmati in bono, nec male velle possint: quod est contra Damas. lib. 2. cap. 5. Nunc immobiles sunt ad malum, non natura sed gratia.

¶ Ad dubium cõtra antecedens respondetur. Posito S. Tho. fundatur super duabus propositionibus. Prima est, q. naturalis cognitio angeli est immobilis. Secunda est, q. supernaturalis cognitio est per modum naturalis, & consequenter immobilis. Prima propositio non fundatur super alio fundamento, quam eo quod posuit S. Tho. in litera, scilicet negatione discursus. Sed intelligendum est, non solum de discursu in actu, sed in potentia. Ita q. non ex hoc, q. aliqua cognitio habetur absque discursu concluditur immobilis, sed ex hoc, q. naturalis quum sit, nec terminat, nec terminare potest discursum. Ex hoc enim manifestè excluditur etiam mobilitas per vicissitudinem. Nam quum vnicuique naturæ intellectuali naturaliter inditam esse oporteat aliquam cognitionem immobilem, vt patet ex hoc, quia hoc præfixum est animæ nostræ, quæ est infima omnium, si aliquorum cognitio congenita est: & reliquorum acquiren- da relinquitur, opus est discursu quo ex notis principiis ad ignota se perducendo perficiat, vt patet in nobis. Non enim potest dici, q. superiores habeant talem notitiam congenitam aliquorum, & quòd priuata sint habitudine principij respectu ignotorum, quum habere hanc rationem principij sit nobilitatis præsupposita ignorantia aliorum. Si verò omnium notitia congenita est, neque discursus, neque vicissitudo habitualis locum habere potest. Sed omnium notitia ad illam comparatur naturam, quemadmodum notitia principiorum ad nos, ac per hoc immobilis est omnino. Et sic radix immutabilis cognitionis est absolutè non discorrere, tam actu quam potentia: quod enim est sic intellectuum omnium, notitiam habitualem habet congenitam actu, ac per hoc ad oppositum nullam habet potentiã: & consequenter immutabilis est cognitionis. Secunda vero propositio fundatur super hoc, quòd vnumquodq; recipitur in aliquo per modum recipientis, & gratia perficit natutam modo conformi illi naturæ. Et experimur, q. eo modo, quibus non ea euidentia cognoscimus & iudicamus de supernaturalibus, quo de naturalibus. Ex his autem patet responsio ad omnes obiectiones in oppositũ, præterquam ad vltimam. Nulla enim æquinocatio commissa est, sed de omni cognitione siue naturali, siue supernaturali verificatur immobilitas: quãuis de naturali primo & de su pnaturali cõsequẽter propter illã & non ex se. Negatio quoque discursus, nõ actualis tantũ & respectu vnius singularis cognitionis, sed tam actu quàm potentia, & totius naturæ cognoscẽtis posita est causa imutabilitatis: quoniã ex tali negatione oritur negatio viæ ad opposita, scilicet ex principiis ad cõclusiões: & vbi hęc negatio totaliter inuenitur, habet secũ annexã negationẽ vicissitudinis habitualis, vt patet:

dæmones inferiores per primum ceciderunt, vt suprà dictum est.* Ergo eorum casus per alium reparari potuit. Ergo non sunt in malitia obstinati.

¶5 Præterea, Quicunque est in malitia obstinatus, nũquam bonum opus operatur. Sed dæmon aliqua bona opera facit. Confitetur enim veritatem dicens Christo, Scio quia tis sanctus Dei. Marci primo: Dæmones etiam credunt & contremiscunt: vt dicit Iacob. 2. Dio. etiam dicit 4. cap. de Diu. no. quòd bonum & optimum concupiscunt esse, viuere & intelligere. Ergo nõ sunt obstinati in malitia.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Superbia eorum qui te oderũt ascendit semper. Quod de dæmonibus exponitur. Ergo semper obstinati in malitia perseuerant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Origenis positio fuit, quòd omnis volũtas creaturæ propter libertatẽ arbitrij potest flecti & in bonũ & in malum, excepta anima Christi propter vnionẽ verbi. Sed hæc positio tollit veritatem beatitudinis à sanctis angelis & hominibus, quia stabilitas sempiterna est de ratione veræ beatitudinis. Vnde & vita æterna nominatur. Repugnat etiã autoritati Scripturæ sacrę, quæ dæmones & homines malos in suppliciũ æternũ mittendos, bonos autem in vitã æternã transferẽdos pronũtiat. Vnde hæc positio est tanquam erronea reputãda, & tenendũ est firmiter secundũ fidem catholicã, quòd & voluntas bonorũ angelorum confirmata est in bono, & voluntas dæmonum obstinata est in malo. Causam autẽ huius obstinationis debes accipere, nõ ex grauitate culpæ, sed ex cõditione naturę status. Hoc enim est hominibus mors quod angelis casus, vt Dam. 2.* dicit. Manifestũ est autem, q. omnia mortalia peccata hominum, siue sint magna, siue sint parua ante mortẽ sunt remissibilia, post mortem verò irremissibilia, & perpetuo manẽtia.

¶ Ad inquirẽdum ergo causam huiusmodi obstinationis considerandum est, q. vis appetitiua in omnib' proportionatur apprehensiuæ, à qua mouetur sicut mobile à motore. Appetitus enim sensitiu' est boni particularis, voluntas verò vniuersalis, vt suprà dictũ est*, sicut etiam sensus apprehensiuus est singularium, intellectus verò vniuersalium. Differt autem apprehensio angeli ab apprehẽsione hominis in hoc, q. angelus apprehendit immobiliter per intellectum, sicut & nos immobiliter apprehendimus prima principia, quorũ est intellectus: homo verò per rationẽ apprehẽdit mobiliter discurrẽdo de vno ad aliud, habens viam procedẽdi ad vtrunque oppositorũ. Vnde & volũtas hominis adhæret alicui mobiliter quasi potens etiam abeo discedere & contrario adhærere: volũtas autẽ angeli adhæret fixè & immobiliter. Et ideo, si cõsideretur ante adhæsionẽ, potest liberè adhærere & huic & oppositio, in his scilicet, quæ nõ naturaliter vult. Sed post quã iam adhæsit, immobiliter adhæret. Et ideo consueuit dici, q. liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositum, & ante electionem, & post: liberum autẽ arbitrium angeli est flexibile ad vtrunque oppositum ante electionem, sed non post. Sic igitur & boni angeli semper adhærentes iustitiæ sunt in illa confirmati, mali verò peccantes sunt in peccato obstinati. De obstinatione verò hominum damnatorum infrà dicetur.*

*in 3. par te, quam non absoluit.

*in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. boni & mali angeli habent liberum arbitrium, sed secundum modum & conditionem suæ naturæ, vt dictum est.*

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd misericordia Dei liberat à peccato pœnitentes. Illi verò qui pœnitentiæ capaces non sunt, immobiliter malo adhærent: & per diuinam misericordiam non liberantur.

¶ Ad tertiũ dicendum, q. adhuc manet in diabolo peccatũ, quo primo peccauit quãtum ad appetitũ, licet non quantũ ad hoc q. credat se posse obtinere. Sicut si aliquis credat se posse facere homicidiũ, & velit facere, & postea adimatur ei potestas, nihilominꝰ volũtas homicidij in eo manere põt, vt velit fecisse, vel velit facere si posset.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est tota causa quare peccatum hominis sit remissibile, quia alio suggerente peccauit. Et ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd actus dæmonis est duplex. Quidã scilicet ex voluntate deliberata procedens, & is ꝓpriè potest dici actus eius. Et talis actus dęmonis semper est malus, Quia etsi aliquando aliquod bonũ faciat, non tamen bene facit. Sicut dum veritatẽ dicit vt decipiat, & dũ non volũtariè credit & confitetur, sed rerum euidentia coactus. Alius autẽ actus dæmonis est naturalis: quia bonus esse potest, & attestatur bonitati naturæ. Et tamen tali bono actu abutuntur ad malum.

quererur, quòd quilibet actus voluntarius angeli esset eiusdem speciei quod est inconueniens & tenet sequela: quoniam causa vniuersalis malitiæ non posset esse nisi primò affectio mala, quam constat non inclinare nisi ad actus eiusdem speciei. Tertiò instat Durandus: quia sine existente bono ex genere, non est necesse cæteros actus esse malos: sic autem est in angelis, vt patet ex dictis.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum dolor sit in dæmonibus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q. dolor non sit in dæmonib'. Cùm enim dolor & gaudium opponantur. non possunt esse simul in eodem. Sed in dæmonibus est gaudium. Dicit enim Augustin. contra Manichæos,* Diabolus potestatem habet in eos qui Dei præcepta contemnunt, & de hac tam infœlici potestate lætatur. Ergo in dæmonibus non est dolor.

¶ 2 Præterea, Dolor est causa timoris. De iis enim timemus dum futura sunt, de quibus dolemus dum præsentia sunt. Sed in dæmonibus non est timor: secũdum illud Iob 16. Factus est vt nullum timeret. Ergo in dæmonibus non est dolor.

¶3 Præterea, Dolere de malo, est bonũ. Sed dæmones nõ possunt benefacere. Ergo nõ possunt dolere ad minus de malo culpæ, quod pertinet ad vermem conscientiæ.

¶SED CONTRA est quòd peccatũ dæmonis est graui' quàm peccatũ hominis. Sed homo punitur dolore pro delectione peccati: secundum illud Apocal. 18. Quantũ glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ergo multo magis diabolus, qui maximè se glorificatur, punitur doloris luctu.

¶RESPONDEO dicendum, quòd timor, dolor, gaudium & huiusmodi secũdũ quod sunt passiones, in dæmonib' esse non possunt'. Sic enim sunt ꝓpriæ appetitus sensitiui, q. est virtus in organo corporali. Sed secundũ quod nominat simplices actꝰ volũtatis, sic possunt esse in dæmonibus. Et necesse est dicere q. in eis sit dolor. Contra secundum verò est. Quia non valet, sic non bene, ergo male: sed est sophisma consequentis: quoniam non bene, & dicitur de malo quod est contrarium bono, & de non bono, quod negatiuè opponitur bono, quod scilicet non habet circunstantias bonificantes moraliter ipsum. Et confirmatur, qui in carente gratia, interactum bonum & malũ datur medium, puta honestæ parentes. Et sic in proposito credere ex euidentia rerum est actus, quamuis non bonus quia non debito fine, non tamen malus: vt etiam Scotus vbi suprà tangit.

¶ Cõtra tertium autem instat ibidem Scot. quia inclinatio naturæ, puta fyndereſis, potest habere actum cõformem sibi sistendo in eo, puta displicẽtiam de malo culpæ. Et similiter dolere de malo pœnæ inquantum lęsiua naturæ: & similia. Quare enim non potest sistere in hæc absque eo quòd apponat circũstantias malas, nulla apparet ratio, quum naturalia eorum apud Dio. 4. ca. de Di. no. sint integra & splendidissima.

¶ Ad euidẽtiam horum sciendum est, q. propositio voluntatis perfectæ extra viã ad finem ultimi, est quemadmodum propositio voluntatis nostræ ad beatitudinem in communi. Ita q. ita se habet ille finis ad voluntatem sic cõplecte affectam: quemadmodum beatitudo nunc se habet ad nos, quoniam voluntas in naturam affectionis illius transit. Et perinde voluntas illa affectione determinatur ad vnum talem finem: quemadmodũ voluntas naturaliter determinata est ad boni rationem. Et quoniam affectio illa non ad aliquem particularem, sed vniuersalissimum finem vt pote vltimũ est, & ad vltimũ finem aiicuius simpliciter omnia diriguntur, & in ordine ad illũ ofa mensurantur consequens est, vt obstinatus simpliciter nõ solũ habitualiter semper in illa affectione permaneat, sed etiã virtualiter. Et si non actualiter, vt in instanti quo peccauit obstinatẽ: virtualiter autem dico, id est participatiue: quemadmodũ in omni actu volũtatis nostræ saluatur virtualiter appetitus beatitudinis: cum quicquid volumus vt participemus beatitudinẽ volumus. Ac per hoc ofa quæ vult obstinatus propter illũ finem, virtualiter vult. Et sic ex eo q. illa affectio ipsi' volũtati, immobiliter determinat vel ut natura ad vnũ. Ex eo est q. illa est respectu finis vltimi simpliciter, & nõin hoc vel in illo ordine: habet rationẽ principij respectu omniũ actuũ volũtariorũ sequentiũ, eo q. finis in operabilibus se habet vt principium in speculabilibus. Ex his autem patet facile responsio ad omnia obiecta.

¶ Ad obiecta namque Sco contra primum dicitur, q. voluntas nec fe, nec aliam vim põt sine omni suo actu suspendere: quis velle suspendere se vel aliã actus volũtatis est: & ille actus esset malus propter vim primę electionis, quamuis in proposito negandũ sit, voluntatem obstinatam esse huius libertatis: quoniam non potest facere quin doleat, & odio habeat damnationem, &c. Et manifestè sophisma figuræ dictionis committitur, à voluntate ad voluntatem obstinatam arguendo. Nec inconuenit, imò oportet omnẽ actum voluntatis obstinatæ esse eiusdem rationis virtualiter. Quemadmodum actus omnium virtutum sunt actus charitatis virtualiter. Cum tali enim identitate specifica fiat diuersitas specifica formaliter eorũ dem actuũ: vt patet in exemplo adducto. Nec obstat Durandi obiectio, quia nihil refert an finis sit malus ex genere, an non: modo affectio ad illum sit mala & immobilis, & ad vltimum simpliciter.

¶ Ad obiecta verò cõtra secũdũ iam patet, q. si nõ valeat simpliciter, sic nõ bene, ergo male: valet tamẽ in obstinato ꝓpter immobilitatẽ finis vltimi simpliciter. Et propter eandẽ causam nõ datur actus medius volũtarius in statu extra viam: quãuis detur in via. Et propter hoc met patet responsio ad obiecta cõtra tertium: quia quũ omnes actus peccãtis sint naturæ cõformes, siue in angelo volũtati sunt subiecti quo ad exercitiũ actus, & volũtas dæmonis sit determinata ad talẽ finẽ: necesse est vt in omnib' illud velit quod est finis eius. Et sic oẽs eius operationes etiã naturales, inquantũ volũtarię, inficiũtur initiali affectione finis. Nec potest sistere in aliquo opere vt naturæ cõforme est tantũ, nisi possit velle & nõ propter vltimum finem, quod est impossibile. Volunt enim quæcunq; volunt in tali pessimo statu habere & facere, vt dictum est: & sic omnibus abutũtur bonis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo distinguitur dolor dupliciter, assignando iuxta singula possibilitatem, vel impossibilitatem respectu angeli. Secundò respondetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

spondetur quæsito vna conclusione affirmatiua de necessario.

¶ Quo ad primū dolor dupliciter, vt passio, & vt simplex actus voluntatis. Primo modo est impossibilis angelo, secundo modo est possibilis.

¶ Citra hāc partem aduerte, q̄ Sco. i primo di. 2.q.1.& in 4.dist.49.q.7. imaginat quodā nouo modo tristitiam & delectationem in angelis & animabus separatis. Distinguit voluntatē vt operatiuā, vt receptiuam, vt productiuā: & imaginatur q̄ volūtas inquantū optatiua, amat, odit, eligit &c. Inquātum receptiua, delectatur tristitia turq̄ita q̄ delectati aut tristati non est operari sed pati. Est enī passio cōsequens operationē perfectam: inquantū verò productiua, ipsitat amorem. & sic apud ipsam tam delectatio quām tristitia semper est passio, sed quādoque est passio cum alteratiōe organi. Et tunc est passio appetitus sensitiui. Quandoque verò est passio voluntatis, & tūc est ab obiecto præsenti in ipsa voluntate. S. Th. autem vt hic & clarius in prima 2.q.22. & specialiter in art. 3. & singulariter ad tertiū: nescit huiusmodi passiones in voluntate, sed actus simplices voluntatis ponit cum similitudine effectū. Nec obstat si dicatur quod delectatio nō est in potestate voluntatis, & q̄ cōsequitur operationē perfectam. Cum his enim omnibus stat simul q̄ sit simplex actus voluntatis: quoniam non quomodolibet dispositā voluntas potest libere nō operari, sed stante vna necessē est tunc sequi alia, &c. Fundamentum autē Autoris hic tactū, sed ibi declaratū est, q̄ passio à pati sumit. Vnde quot modis dicitur pati, tot dicitur passio: & vt ibi ostenditur, secundū solā receptionem non dicit passio doloris, vel gaudij. seu secūdū quod patiēs trahitur ad agēs, quòd in omni actu voluntatis sit: facti sunt enim sicut ea quæ dilexerunt: vnde omnes actus volūtatis hoc modo passiones vocantur, sed ꝓpria locutio non est, vt per Aug. 9. de Ciuit. Dei ibidem allegatū patet. ¶ Quo ad secundum, cōclusio est: Dolōr necessariō est in dæmonibus, probatur sic: Dæmones multa esse volunt quæ non sunt, & non esse quæ sunt, ergo dolent. Consequentia probatur ex diffinitione dolēdi sic sumpti. Antecedens verò probatur quadrupliciter. primò, quia inuidi sunt: secundò, quia pœnis addicti, de ratione enim pœnæ est inuoluntarium: tertiò, quia beatitudine priuantur: quartò quia iniqua eorum voluntas cohibetur à multis.

*lib.3.c. 20.

Quia dolor secundum quod significat simplicē actum voluntatis, nihil est aliud quā renisus voluntatis ad id quod est vel non est. Patet autem, quòd dæmones multa vellent non esse quæ sunt, & esse quæ non sunt. Vellent enim cùm sint inuidi, damnari eos qui saluantur. Vnde oportet dicere, ꝙ in eis sit dolor. Et præcipuè, quia de ratione pœnæ est, ꝙ voluntati repugnet: priuantur etiam beatitudine quam naturaliter appetunt. Et in multis eorum iniqua voluntas cohibetur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gaudium & dolor de eodem sunt opposita, non autem de diuersis. Vnde nihil prohibet, vnum simul dolere de vno, & gaudere de alio: & maximè secundū quod dolor & gaudium important simplices volūtatis actus. Quia nō solùm in diuersis, sed etiam vna & eadem re potest esse aliquid quod volumus, & aliquid quod nolumus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in dæmonibus est dolor de præsenti, ita & timor de futuro. Quod autē dicitur, Factus est vt nullum timeret: intelligitur de timore Dei cohibente à peccato. Alibi nanque scriptum est, quòd dæmones credunt & contremiscunt.

¶ Ad secundū dicendum, quòd dolere de malo culpę propter se attestatur volūtatis bonitati, cui malum culpæ opponitur. Dolere autē de malo pœnæ, vel de malo culpæ ꝓpter pœnā: attestatur bonitati naturæ, cui malū pœnæ opponitur. Vnde August. dicit 19. de Ciui. Dei, ꝙ dolor amissi boni in supplicio, testis est naturæ bonæ. Dæmon ergo, cùm peruersæ sit voluntatis & obstinatæ de malo culpæ non dolet.

*cap.13.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum aër iste sit locus pœnalis dæmonum.



DQVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ aër iste non sit locus pœnalis dæmonū. Dæmon enim est natura spiritualis. Natura autem spiritualis non afficitur loco. Ergo nullus locus est dæmonibus pœnalis.

¶ 2 Prēterea, Peccatū hominis nō est grauius quām peccatum dæmonis, sed locus pœnalis hominis est infern⁹. Ergo multo magis dæmonis. Ergo nō aër caliginosus.

¶ 3 Prēterea, Dęmones puniūt⁹ pœna ignis. Sed i aëre caliginoso nō est ignis: ergo aër caliginosus non est locus pœnæ dæmonū.

¶ SED CONTRA est quod Augst. dicit 11. super Genesim. ad lit. ꝙ aër caliginosus cū quasi carcer dæmonibus vsque ad tempus iudicij.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angeli secundum suam naturā medij sunt inter Deū & homines. Habet autem hoc diuinæ prouidentiæ ratio, ꝙ inferiorum bonū per superiora procuretur. Bonū autē hominis dupliciter ꝓcuratur ꝓ diuinā prouidentiā, vno modo directē: dū scilicet aliquis inducitur ad bonū, & retrahitur à malo, & hoc decēter fit ꝓ angelos bonos: alio mō indirectē, dū scilicet alig⁹ exercentur impugnatus ꝓ impugnatione contrarij. Et hāc procurationē boni humani cōueniēs fuit ꝓ malos angelos fieri, ne totaliter post peccatū ab vtilitate naturalis ordinis excideret. Sic ergo dęmonib⁹ duplex locus pœnalis debetur. Vn⁹ quidē ratiōe suę culpę, & hic est infernus: alius autē ratiōe exercitationis humanę, & sic debetur eis caliginosus aër. Procuratio autē salutis humanæ protēditur vsque ad diē iudicij. Vnde & vsque tunc durat ministerium angelorū & exercitatio dæmonum. Vnde & vsq; tūc & boni angeli ad nos huc mittūtur, & dęmones i hoc aëre caliginoso sunt ad nostrum exercitum. Licet eorum aliqui etiā nūc in inferno sint ad torquendū eos quos ad malū induxerūt sicut & aliq; boni angeli sunt cū ꝑfabus sanctis in cœlo. Sed post diē iudicij omnes mali tam homines q̄ angeli in inferno erūt, boniverò in cœlo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd locus non est pœnalis angelo, aut animæ, quasi afficiens alterando naturā. sed quasi afficiens voluntatem contristando, dum angelus vel anima apprehendit se esse in loco non conuenienti suæ voluntati.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ anima secundum ordinem naturæ nō præfertur alteri animę sicut dæmones ordine naturæ ꝓferūtur hominib⁹. Vnde nō est similis ratio.


¶ Ad tertium dicēdum, quòd aliquidixerūt, vsque ad diem iudicij differri pœnam sensibilem, tam dæmonū quam animarū, & similiter beatitudinem sanctorū differri vsq; ad diem iudicij. Quod est erroneū & repugnans Apostolis tentię, qui dicit 2. Cor. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum habem⁹ in cœlo. Alij verò licet hoc non concedāt de animabus concedūt tamē de dæmonibus. Sed melius est dicendum, quòd idem iudiciū sit de malis animabus & malis angelis: sicut idem iudicium est de bonis animabus & bonis angelis. Vnde dicendū est ꝙ sicut locus cœlestis pertinet ad gloriā angelorum, tamen gloria eorū nō minuitur cùm ad nos veniunt: quia cōsiderāt illum locū esse suum eo modo quo dicimus honorem Episcopi nō minui dum actu nō sedet in cathedra. Similiter dicendum est, ꝙ dæmones, licet non actu alligentur gehennali igni, dū sunt in aëre isto caligino-so: tamen ex hoc ipso ꝙ sciūt illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadā glos.⁹ Iacobi 3. ꝙ portant secum ignem gehennæ quocunque vadant. Nec est contra hoc, ꝙ rogauerunt Dominū vt non mitteret eos in abyssum: vt dicitur Luc. 8. quia hoc petierunt reputantes sibi pœnā, si excluderētur à loco in quo possunt hominib⁹ nocere. Vnde Mat. 8. dicitur ꝙ deprecabantur eum ne expelleret eos extra regionē.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVINTA, de Opere creationis creaturæ corporalis in quatuor articulos diuisa.

POST consideratiōē spiritualis creaturæ cōsiderandū est de creatura corporali. In cuius ꝓductiōe tria opera Scriptura cō memorat, scilicet opus creatiōis, cùm dicitur, In principio creauit Deus cœlū & terrā, &c. opus distinctiōis, cùm dicitur, Diuisit lucē a tenebris: & aquas, quæ sunt supra firmamentū, ab aquis quæ sunt sub firmamento. Et opus ornatus, cum dicitur, Fiāt luminaria in firmamento, &c. Primò ergo considerandū est de opere creatiōis. Secundò, de opere distinctionis. Tertiò, de opere ornatus. ¶ Circa primū q̄runtur quatuor. ¶ Primò, vtrū creatura corporalis sit a Deo. ¶ Secūdò, vtrū sit ꝑfacta ꝓpter bonitatē Dei. ¶ Tertiò, vtrū sit facta a Deo mediātibus angelis. ¶ Quartò, vtrū formę corporū sint ab angelis immediatè à Deo.

ARTICVLVS I.

¶ Virum creatura corporalis sit à Deo.



AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ creatura corporalis nō sit a Deo. Dicitur enī Eccl. 3. Didici ꝙ omnia quæ fecit Deus ipse fuerāt in æternum. Sed corpora visibilia non perseuerāt in æternum. Dicitur enim 1. Corin. 4. quæ videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. Ergo Deus non fecit corpora visibilia.

¶ 2 Præterea, Genesis 1. dicitur, Vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona. Sed creaturæ corporales sunt malæ. Experimur enim eas in multis noxias: vt patet in multis serpentibus in æstu solis, & huiusmodi. Ideo autē aliquid dicitur malum, quia nocet Creaturæ igitur corporales non sunt a Deo.

¶ 3 Præterea, Id quod à Deo, non retrahit à Deo, sed ducit in ipsum. Sed creaturæ corporales retrahunt à Deo. Vnde Apostolus dicit 2. Corinth. 1. non contemplantibus nobis quæ videntur. Ergo creaturæ corporales non sunt à Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quod quorundam hæreticorum positio est, ꝙ visibilia ista non sunt creata à bono Deo, sed à malo principio. Et ad argumentum sui erroris assumunt ꝙ Apostolus dicit 2. Corint. 4. Deus huius sæculi excæcauit mentes infideliū. Hæc autē positio est omnino impossibilis. Si enim diuersa in aliquo vniātur, necesse est huius vnionis causam esse aliquam: non enim diuersa secundum se vniūtur⁶. Et inde est, quod quādocunq; in diuersis inuenitur aliquid vnū, oportet quod illa diuersa illud vnū ab aliqua vna causa recipiant, sicut diuersa corpora calida habent caloré ab igne. Hoc autem quod est esse communiter, inuenitur in omnibus rebus quātumcunque diuersis. Necesse est esse vnum essendi principium, à quo esse habeāt quæcunque sunt quocunque modo, siue sint inuisibilia & spiritualia siue sint visibilia & corporalia⁶. Dicitur enim diabolus esse De⁹ huius sęculi, nō creatiōe, sed quia scilicet viuentes ei seruiūt, eo modo loquēdi quo Apostolus loquitur ad Philippenses 3. Quorū Deus venter est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnes creaturæ Dei, secundum aliquid in æternum perseuerant, ad minus secundum materiam: quia creaturæ nunquā in nihilum redigētur, etiā si sint corruptibiles. Sed quātò creaturæ magis appropinquant ad Deū, qui est immobilis, tātò magis sunt immobiles⁶. Nam creaturæ corruptibiles in perpetuū manent secundum materiā⁶, sed mutantur secundum formā substantialē. Creaturæ verò incorruptibiles permanent quidem secundum substantiam, sed sunt mutabiles secundum alia, puta secundū locū⁶. vt corpora cœlestia: vel secundū affectiones, vt creaturæ spirituales. Quod autē Apostolus dicit, Quæ videtur, temporalia sunt: & si verum sit etiam quantum ad ipsas res in se consideratas, secundum quod omnis creatura visibilis subiacet tempori, vel secundum suum esse, vel secundum suum motum: tamen Apostolus intendit loqui de visibilibus secundū quod sunt hominis præmia. Nam præmia hominis quæ sunt in istis rebus visibilibus, temporaliter transeunt. Quæ autem sunt in rebus inuisibilibus permanent in æternum. Vnde & suprà præmiserat, Æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd creatura corporalis secundum suam naturam est bona: sed non est bonum vniuersale: sed est quoddam bonum particulare & contractum: secundū quam particularitatem & contractionem sequitur in ea contrarietas⁶, per quam vnum contrariatur alteri, licet vtrumque in se sit bonum. Quidam autem æstimantes res non ex earum natura, sed ex suo proprio commodo: quæcunque sibi nociua sunt, simpliciter mala arbitrantur, non considerantes quòd id quod est vni nociuum quantum ad aliquid, vel alteri, vel eidē, quantum ad aliquid est proficuum. Quod nequaquam esset si secundum se corpora essent mala & noxia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creaturæ, quantum est de se, non retrahunt à Deo, sed in ipsum ducūt: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, vt dicitur Roma. 1. Sed quod auertāta Deo, hoc est ex culpa eorū q̄ insipiēter eis vtuntur. Vnde dicitur Sapien. 14. quod creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium. Et hoc ipsum quòd sic à Deo abducunt, attestatur quòd sunt à Deo. Non enim abducunt insipientes à Deo, nisi alliciendo secundum aliquid boni in eis existens⁶, quod habent à Deo.

ARTICVLVS II.

¶ Virum creatura corporalis sit facta propter Dei bonitatem.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd creatura corporalis non sit facta propter Dei bonitatem. Dicitur enim Sapien. 1. Creauit Deus vt essent omnia. Ergo omnia sunt creata propter proprium esse, & non propter Dei bonitatem.

¶ 2 Præterea, Bonum habet rationem finis. Ergo id quod est magis bonum in rebus, est finis minus boni. Creatura autem spiritualis comparatur ad corporalem, sicut maius bonum ad minus bonū. Ergo creatura corporalis est propter spiritualem, & non propter Dei bonitatem.

¶ 3 Præterea, Iustitia nō dat inæqualia nisi inæqualibus. Sed De⁹ est iustus. Ergo ante omnem inæqualitatem à Deo creatam, est inæqualitas à Deo nō creata. Sed inæqualitas à Deo non creata, non potest esse nisi q̄ est ex libero arbitrio. Ergo omnis inæqualitas sequitur ex diuersis motib⁹ liberi arbitrij. Creaturæ autem corporales sunt inæquales spiritualibus. ergo creaturæ corporales sunt factæ ꝓpter aliquos mot⁹ liberi arbitrij, & non ꝓpter Dei bonitatē.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouerbio. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Origę. posuit, ꝙ creatura corporalis nō est facta ex prima Dei intentione, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccātis. Posuit enim, ꝙ Deus à principio creaturas spirituales solas fecit, & omnes æquales⁶. Quarum, cùm essent liberi arbitrij, quædā conuersæ sunt in Deum, & secundum quantitatem conuersionis sortitæ sunt maiorem vel minorē gradum, in sua simplicitate remanentes. Quædā verò auersæ à Deo, alligatæ sunt corporibus diuersis secundum modum auersionis à Deo. Quæ quidem positio erronea est. Primò quidem, quia contrariatur Scripturæ quæ narrata productiōe cuiuslibet speciei creaturæ corporalis, subiūgit: Vidit Deus ꝙ hoc esset bonum: quasi diceret, quòd vnumquodque ideo factum est, quia bonū est ipsum esse. Secundò autem opinionē Origę. creatura corporalis facta est: nō quia bonum est eam esse, sed vt malū alterius puniretur. Secūdo, quia sequeretur, quòd mūdi corporalis dispositio quæ nūc est esset a casu. Sic enim ideo corpus solis tale factū est vt cōgrueret alicui peccato spirituali creaturæ puniēdo: si plures creaturæ spirituales similiter peccassent, sicut illa propter cuius peccatū puniendū ponit solem creatum: sequeretur ꝙ essent plures soles in mundo. Et idem esset de alijs: hæc autem sunt omnino incōuenientia. Vnde hac positione remota tanquā erronea, cōsiderandum est, ꝙ ex omnibus creaturis constituitur totum Vniuersum⁶, sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius & partiū eius velimus finem assignare, inueniemus primo quidem quòd singulæ partes sunt propter suos actus, sicut oculus, ad videndū. Secundò verò ꝙ pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectū & pulmo propter cor. Tertiò verò, omnes partes sunt propter perfectionē totius, sicut & materia propter formā. Partes enim sunt quasi materia totī⁶. Vlterius autem, totus homo est propter aliquē finē extrinsecum, puta vt fruatur Deo⁶. Si cigitur & in partibus Vniuersi vnaquæq; creatura est ꝓpter suū proprium actum & perfectionē. Secundo autē creaturæ ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturę quę sunt infra hominē, sunt propter hominē. Vlterius autem singulæ creaturæ sunt propter perfectionem totius Vniuersi. Vlterius autē, totum Vniuersum cùm singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem: inquantum in eis per quandam imitationē diuina bonitas repræsentatur ad gloriā Dei. Quamuis creaturæ rationales speciali quoda modo supra hoc habeant finem Deum, quē attingere possunt sua operatione cognoscendo & amando⁶. Et sic patet quòd diuina bonitas est finis omnium corporalium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc ipso ꝙ creatura aliqua habet inuenitur esse ergo ab aliqua vna essendi causa inuenit⁶ ille est Deus ergo. maior declaratur exemplo seu inductiōe in habentib⁹ calorem, &c. Et probatur ratiōe, quia diuersa valita, seu communicantia in aliquo (quod idem est) aut ex se, aut ab alio vniuntur. Et quum non ex se, quia diuersa vt sic non vniuntur: ergo ab aliqua causa vnionis.

¶ Aduerte hic, quòd Sanct. Thom. breuitati studēs, maiorē absolutē assumpsit, sciēs tamen sub distinctione debere intelligi, ꝙ quandocunque in diuersis inuenitur aliquid vnum specie, genere, siue analogia, oportet vel ꝙ in omnibus illis illud vnum sit causatum ab aliqua causa extrinseca vel quod vnum sit causa, & reliqua sint causata ab eo, cui primo illud conuenit & sic intellecta propositio ista euidens est in Philosophia. Tertiò exponit quomodo intelligenda sit autoritas Apostoli adducta ab hæreticis: & patet in litera.

¶ Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum secundum.

TItul⁹ clarus est.

¶ In corpore tria ꝑcipit. Primò adducit opinionē Origen. Secundo excludit illam. Tertio respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo refert, opinionem, & ratiōem eius. Opinio est, quòd creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione qua ad bonitatem suam aspicit, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccātis. Radix verò eius priōritas creationis spiritualium, æqualitas naturalium, libertas arbitrij, & disformitas quo ad istos gradus & denominationem, vt patet in litera.

¶ Quo ad secundum, dupliciter probat hanc solutionem esse erroneā. Primò, quia contrariatur Scripturæ, dicenti creaturam corporalem esse ꝑfectā per seipsum bonam. Secundo, ducendo ad impossibile, scilicet ꝙ dispositio corporalis mūdi quæ nunc est, esset casualis, vt patet in litera.

¶ Quo ad tertium cōclusio respōdens est hęc. Diuina bonitas est finis omnium corporalium. & probatur sic. Totum Vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem. ergo diuina bonitas est finis omnium corporalium. Antecedens declaratur, ostendendo & graduando fines alicuius totius & partium eius, in ordine quadruplicem habitudinem & gradum primo partium ad sua opera, secundo partiū inter se, tertio totius ad totū. & quarto totius ad finē extrinsecū. Et probatur, quia vniuersum est ad imitan-

332 4. dist. 45. q. 1. ar. 3. cor. & ad 2. & di. 47. q. 1. art. 3. q. 4. ad 2.

334 supra. q. 25. art. 5. cor. & opusc. 3. c. 100. & 101.

d. 732 & 852.

551

55 257

Universidad de Deusto
Biblioteca

imitandum & repræsentandum diuinam bonitatem, quod est ad eius gloriam ordinari: cõsequentia verò probatur ex eo quòd ex omnibus creaturis constituitur vniuersum, sicut totum ex partibus. Ac per hoc idem est finis totius & illarum communiter loquendo. Nihil enim prohibet, quasdam partes peculiarius secundum proprias rationes ordinari in diuinam bonitatem per proprias operationes, iuxta primum gradum, vt de creaturis rationalibus patet.

¶ Super Quæstionis sexagesimequintæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶In corpore duo facit. Primò refert opinionem Auicennæ. Secundò excludit eam, determinãdo conclusionem responsiuam quæsito, ratione & autoritate.

¶ Quo ad primum opinio est affirmatiua, & patet.

¶Quo ad secundum cõclusio est, Creatura corporalis est immediatè à Deo prima productione. Probatur primò ratione. Creatio est actio impossibilis creaturæ prima productio creaturæ corporeæ est creatio, ergo. Minor Patet ex identita te effectus. Ad primam eaim productioné spectat producere primum ordiné generationis, & cõsequenter id quod est imperfectissimũ & in re: quia imperfectius est ſicut prius. Ad creationẽ quoq; spectat idẽ, quoniam extendit se vſque ad productionem materiæ primæ. ergo. Maior verò probatur sic: Causa quanto superior, tanto ad plura se extendit in causando. ergo ad communius. ergo ad magis substractum. ergo quod primo in omnibus substernitur, propriè pertinet ad causalitatem supremæ causæ. ergo nulla causa secunda potest aliquid producere non præsupposito in re producta aliquo causato à prima causa. ergo nulla causa potest creare. Antecedens & prima consequẽtia patent. Secũda verò probatur: q̃a substractũ cõmunius inuenitur semper, quàm informãs illud. quia informa te est restringere & terminare, vt patet de esse, vinere, & intelligere: in quibus est graduum informatio & materia & forma, in quibus rerum duarum est per formationem vnio. Vltima autem consequentia probatur ex tatiõe creationis: quia scilicet creatio est productio rei secundum totam substantiam nullo præsupposito creato vel increato. Deinde afferitur autoritas Scripturæ ad conclusionem.

ESSE repræsentat diuinum esse, & bonitatẽ eius[c]. Et ideo per hoc quòd Deus creauit omnia vt essent, non excluditur quin crearit omnia propter suam bonitatem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ finis proximus non excludit finem vltimum. Vnde p hoc q̃ creatura corporalis facta est quodammodo propter spirituale, non remouetur quin sit facta propter Dei bonitatẽ.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ æqualitas iustitiæ locũ habet in retribuendo. Iustum enim est q̃ æqualibus æqualia retribuantur. Non autem habet locũ in prima rerũ institutione[c]: Sicut enim artifex eiusdẽ generis lapides in diuersis partibus ædificij ponit absque iniustitia: non ꝓpter aliquã diuersitatẽ in lapidibus præcedentẽ, sed attendens ad perfectionẽ totius ædificij, quæ non esset nisi lapides diuersimodè in ædificio collocarentur: sic & Deus à principio vt esset perfectio in vniuerso, diuersas & in æquales creaturas instituit secundum suã sapientiã absque iniustitia, nulla tamẽ præsupposita meritorũ diuersitate.

ARTICVLVS III.

¶ Virum creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus angelis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus angelis. Sicut enim res gubernatur per diuinam sapientiam, ita omnia sunt per Dei sapientiam facta, secundum illud Psal. Omnia in sapientia fecisti. sed ordinare est sapientis, vt dicitur in prin. Metaph.* Vnde in gubernatione rerum inferiora per superiora reguntur quodam ordine: vt Augustꝰ dicit 3. de Trinit.* Ergo & in rerum productione talis ordo fuit, quòd creatura corporalis tanquam inferior per spiritualem tanquam superiorem est producta.

¶ 2 Præterea, Diuersitas effectuum demonstrat diuersitatem causarum: quia idẽ semper facit idem. Si ergo omnes creaturæ tam spirituales quàm corporales sunt immediatè à Deo productæ, nulla esset inter creaturas diuersitas, nec vna magis distaret à Deo quam alia. Quod patet esse falsum: cùm ꝓpter longè distare a Deo, dicat Philosophus quæda corruptibilia esse.

¶ 3 Præterea, Ad producendũ effectũ finitũ non requiritur virtus infinita. Sed omne corpus finitũ est. Ergo per finitã virtutẽ spiritualis creaturæ produci potuit, & productũ fuit. Quia in talibus non differt esse & posse: præsertim quia nulla dignitas competens alicui secundum suam naturã, ei denegatur, nisi fortè ob culpãsuam.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genesis 1. In principio creauit Deus cœlũ & terram. Per quæ creatura corporalis intelligitur. Ergo creatura corporalis est immediatè à Deo producta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt gradatim res à Deo ꝓcessisse. Ita scilicet q̃ ab eo immediate ꝓcessit prima creatura, & illa produxit aliã: & sic inde vsque ad creaturam corpoream[c]. Sed hæc positio est impossibilis. Quia prima corporalis creaturæ productio est per creationẽ, per quam etiã ipsa materia producitur[c]. Imperfectum enim est prius quam perfectum in fieri. Impossibile est autẽ aliq̃d creari nisi a solo Deo.

¶Ad cuius euidentiam cõsiderandum est, q̃ quanto aliqua causa est superior, tanto ad plura se extendit in causando[c]. Sèper autẽ id quod substernitur in rebus, inuenitur communis quàm id quod informat & restringit ipsum sicut esse quàm viuere, & viuere q̃ intelligere[c], & materia quàm forma. Quãto ergo aliquid est magis substractũ, tanto à superiori causa directè ꝓcedit. Id ergo quꝰ est primò substractũ in omnibus, proprie pertinet ad causalitatẽ supremæ causæ. Nulla igitur secũda causa potest aliquid ꝓducere nõ præsupposito in re ꝓducta aliquo quod causatur à superiori causa. Creatio autẽ est productio alicuius rei secundũ suam totam substantiam, nullo præsupposito quod sit vel increatũ vel ab aliquo creatum[c]. Vnde relinquitur, q̃ nihil potest aliquid creare nisi solus Deus, q̃ est prima causa. Et ideo vt Moyses ostenderet corpora omnia immediatè à Deo creata, dixit, In principio creauit Deus cœlum & terram.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in productione rerum est aliquis ordo non quidem vt vna creatura creetur ab alia[c] (hoc enim impossibile est) sed ita quòd ex diuina sapientia diuersi gradus in creaturis constituuntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd ipse Deꝰ vnus absque suę simplicitatis detrimento diuersorum cognoscitiuus est, vt supra ostensum est.* Et ideo etiam est secundum diuersa cognita diuersorum productorum causa per suam sapientiam: sicut & artifex apprehendendo diuersas formas ducit diuersa artificiata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantitas virtutis agentis non solùm mensuratur secundum rem factam, sed etiam secundum modum faciendi[c]. quia vnũ & idem aliter fit & à maiori, & à minori virtute. Producere autem aliquid finitum hoc modo vt nihil præsupponatur est virtutis infinitæ. Vnde nulli creaturæ competere potest.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum formæ corporum sint ab angelis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd formę corporum sint ab angelis. Dicit enim Boe. in lib. de Trinitate,* quòd à formis quæ sunt fine materia, vel niũt formę quę sunt in materia. Formæ autẽ quæ sunt fine materia, sunt substantiæ spirituales: formæ autem quæ sunt in materia, sunt formæ corporum. Ergo formæ corporum sunt à spiritualibus substantiis.

¶2 Præterea, Omne quod est per participationem, reducitur ad id quod est per essentiam[c]. Sed spirituales substantię per suam essentiam sunt formæ, creaturæ autem corporales participant formas. Ergo formę corporalium rerum sunt à spiritualibus substantiis deriuatæ.

¶3 Præterea, Spirituales substantię magis habent virtutẽ causandi quàm corpora cœlestia. Sed corpora cœlestia causant formas in istis inferioribus. Vnde dicuntur esse generationis & corruptionis causa. Ergo multo magis à spiritualibus substantiis formæ quæ sunt in materia deriuantur.

¶SED CONTRA est quòd Aug. dicit 3. de Trin.* ꝙ non est putandum, angelis ad nutum seruire hanc corporalem materiam, sed potius Deo. Illi autẽ ad nutum dicitur seruire corporalis materia à quo ſpeciem respicit: non ergo formæ corporales sunt ab angelis, sed à Deo[c].

¶Aduerte hic primò, q̃ quum dicitur de ratione creationis non ꝓsupposito, quòd non negatur simpliciter omne ꝓsuppositum: quoniam semper præsupponitur aliquis & quandoque materia, vt patet in creatione inferiorũ, quas angelos dicimus: & ꝙ in mente eorum sunt formæ naturalium sicut in artifice, & ꝙ ab illis effluũt formæ naturales. Ex hæreticis autem duo scilicet Deum esse creatorẽ omnium, & diabolum formare materiã corporalem per varias ſpecies.

¶ In corpore tria iuxta tres opiniones, duas extremas: prima est tenentium lumen intẽtionem, secunda tenentium lucem subsistãtiam: & mediam, scilicet esse qualitatem actiuam cõsequentem corpus lucens ex se. Quo ad primum duo. Primum, opinio, Lumen non habet esse naturale, sed intentionale. Secundum, cõtrà, dupliciter: primo, quia denominar, secundò, quia causat effectus naturales.

¶ Hic aduerte quòd Scotus in 2. distinctio. 13. & Ægidius in secundo de Anima, & in 2. Sentent. distinct. 15. tenent lumẽ intentionale esse, habere. Et ad primam rationem Sanct. Thom. dicit Sco. quod maior nõ est necessaria, sed vera in multis per accidẽs: quia non habemus denominatiua propria. Ad secũdam verò negat maiorem: affert autem Scot. rationem pro se, contra San. Thomã difficilem. lumen recipitur in organo visus, ergo habet esse intentionale. Antecedens probat autoritate Auerrois in De sensu & sensato: & Aristotelis ibidem pomentis in medio. Consequẽtia probatur: quia sensibile positum supra sensum non causat sensationem

¶ Ad hoc breuiter videtur mihi dicendũ, quòd esse luminis nec est esse puté intentionale, nec quæ naturale. vt distinguitur contra intentionale: sed est esse actiuis præhabens in se virtualiter id quod spectat ad esse naturale & intẽtionale. Ita quòd est virtuque & neutrum. Et alteri, scilicet naturale, vt Sanct. Thomas dicit. Neutrum quidem, quia non habet esse naturale quod distinguitur cõtra intentionale, id est esse naturale sit materiale: quemadmodum sensibilia obiecta sensiuum habẽ, quæ ob suam materialitatem sentiri non possunt, posita supra sensum secundum cognitionẽ. Si ergo accipiatur nomen luminis secundum suam primam impositionem metaphoricè in spiritualibus dicitur, vt Ambrosius dicit. Si autem accipiatur secundum quòd est in vsu loquẽtium ad omnem manifestationem extensum, sic propriè in spiritualibus dicitur.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum lux sit corpus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd lux sit corpus. Dicit enim Augustinus in lib. de lib. arb*. quòd lux in corporibus primum tenet locum. Ergo lux est corpus.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit quòd lumen est species ignis. Sed ignis est corpus. Ergo lumen est corpus.

¶ 3 Præterea, Ferri, intersecari & reflecti, est propriè corporum. hæc autem omnia attribuuntur lumini vel radio. Coniunguntur etiam diuersi radij, & separantur, vt Dio. dicit 2. cap. de Diuin. no. Quod etiam videtur non nisi corporibus conuenire posse. Ergo lumen est corpus.

¶ SED CONTRA, Duo corpora non possũt simul esse in eodẽ loco, sed lumẽ est simul cũ aëre. Ergo lumen non est corpus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est lumẽ esse corp*, Quod qui dem apparet tripliciter. Primò quidem ex parte loci. Nãl ocus cuiuslibet corporis est alius à loco alterius corporis. nec est possibile secundum naturã duo corpora esse simul in eodem loco qualiacunque corpora sint: quia contiguũ requirit distinctionem in situ. Secũ dò apparet idẽ ex ratione motus. Si enim lumẽ esset corpus, illuminatio esset motus localis corporis. Nullus autem motus localis corporis potest esse in instãti: quia omne quod mouetur localiter, necesse est quòd prius perueniat ad medium magnitudinis, quàm ad extremũ. Illuminatio autẽ fit in instanti, nec potest dici q̃ fiat in tẽpore imperceptibili. Quia in paruo spatio posset tẽp* latere, in magno autẽ spatio, puta ab Oriẽte in Occidentẽ, tempus latere non posset. Statim enim cum sol est in puncto horizontis, illuminatur totũ hemisphærium vsq; ad punctũ oppositum, Et etiã aliud cõsiderandũ ex parte motus. Quia omne corpus habet motũ naturalẽ determinatũ. Motus autẽ illuminatiõis est ad omnem partẽ, nec magis secũdũ circulum, quàm secundũ rectitudinẽ, Vnde manifestũ est, q̃ illuminatio nõ est motus localis alicuius corporis, Tertiò apparet idẽ ex parte generatiõis & corruptionis. Si enim lumẽ ẽet corp*, qũ aër obtenebrẽscit per absentiã luminaris, sequeretur q̃ corpus luminis corrũperetur, & quod materia eius acciperet aliam formam. Quod nõ apparet, nisi alig s dicat etiã tenebras esse corpus. Nec etiam apparet ex qua materia tantum corpus quod replet mediũ hemisphærium, quotidiegeneretur. Ridiculũ est etiam dicere, q̃ ad solã absentiã luminaris tantũ corpus corrũpatur. Si quis etiã dicat q̃ non corrumpitur, sed simul cũ sole accedit & circunferẽ, quid dicẽ poterit de hoc q̃ ad interpositionẽ alicuius corporis circa candelã tota domus obscurat? Nec videtur q̃ lumen cõgregetur circa candelã: quia non apparet ibi maior claritas post, quam ante. Quia ergo omnia hæc nõ solũ rationi, sed sensui etiã repugnãt, dicẽdum est quòd impossibile est lumẽ esse corpus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. accipit lucem pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd Aristo. lumen nominat ignẽ in propria materia: sicut ignis in materia aërea dicitur flãma, & in materia terrena dicitur carbo. Nõ tamẽ est multum curandum de iis exẽplis quæ Arist. inducit in libris Logicalibus: quia inducit ea vt probabilia secundum opinionem aliorum*.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd omnia illa attribuuntur lumini metaphoricè: sicut etiã possent attribui calori. Quia enim motus localis est naturaliter primus motũ (vt probatur in 8. Phy sic.) vtimur nominibus pertinentibus ad motũ localem in alteratione & in omnibus motib* sicut etiã nomen diffãtiæ deriuatum est à loco ad omnia contraria, vt dicitur in 10. Metaphysi*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum lux sit qualitas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd lux non sit qualitas. Omnis enim qualitas permanet in subiecto etiam post quam agens discesserit: sicut calor in aqua postquam remouetur ab igne. Sed lumen non remanet in aëre recedente luminari. Ergo lumen non est qualitas.

¶ 2 Præterea, Omnis qualitas sẽsibilis habet contrarium: sicut calido cõtrariatur frigidum, & albo nigrum. Sed lumini nihil est contrarium. Tenebra enim est priuatio luminis. Ergo lumẽ nõ est qualitas sensibilis.

¶ 3 Præterea, Causa est prior effectu. Sed lux cœlestiũ corpor̃ causat formas substantiales in istis inferioribus: dat etiã esse spirituale coloribus, quia facit eos visibiles actu. Ergo lux non est aliqua qualitas sensibilis: sed magis substantialis forma, aut spiritualis.

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit in lib. 2*. q̃ lux est quædam qualitas.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quòd lumen in aëre non habet esse naturale, sicut color in pariete: sed esse intentionale, sicut similitudo coloris in aëre. Sed hoc non potest esse propter duo. Primò quidem, quia lumẽ denominat aërem. Et enim aër luminosus in actu. Color verò non denominat ipsum. Non enim dicitur aër coloratus. Secũ dò, quia lumen habet effectum in natura. Quia per radios solis calefiunt corpora. Intentiones autem non causant trãsmutatiões naturales. Alij verò dixerunt, quòd lux est forma substantialis solis. Sed hoc etiã apparet impossibile propter duo. Primò quidem, quia nulla forma substãtialis est p se sensibilis, quia quod quid est, est obiectum intellectus, vt dicitur in 3. de Anima*. Lux autẽ est secundum se visibilis Secundò, quia impossibile est vt id q̃ est forma substantialis in vno, sit forma accidentalis in alio: quia formæ substantiali per se conuenit constituere in specie. Vnde semper & in omnib* adest ei. Lux autem non est forma substantialis aëris: alioquin ea recedente corrumperetur. Vnde nõ potest esse forma substãtialis solis. Dicendũ est ergo, quòd sicut calor est qualitas actiua consequens formã substãtialẽ ignis. ita lux est qualitas actiua consequens formã substantialem solis, vel cuiuscũque alterius corporis à se lucẽtis, si aliquod aliud tale est. Cuius signũ est, quòd radij diuersarũ stellarũ habẽt diuersos effectus secundum diuersas naturas corporũ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ cum qualitas cõsequatur formã substantialem, diuersimode se habet subiectũ ad receptionẽ qualitatis, sicut se habet ad receptionẽ formæ. Cũ enim materia pfectè recipit formã, firmiter stabilitur etiã qualitas consequens formã sicut si aqua conuertatur in ignẽ. Cùm verò forma substantialis recipitur imperfectè secundum inchoationẽ quãdam, qualitas consequens manet quidẽ aliquãdiu, sed non semper: sicut patet in aqua calefacta, quæ redit ad suã naturã, Sed illuminatio non fit per aliquam transmutationẽ materiæ ad susceptionẽ formæ substãtialis, vt fiat quasi inchoatio aliqua formæ. Et ideo lumẽ non remanet nisi ad præsentiam agentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd accidit luci quod nõ habeat contrarium, inquantum est qualitas naturalis primi corporis alterantis: quod est à contrarietate elongatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut calor agit ad formã ignis quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis: ita lumẽ agit quasi instrumentaliter in virtute corporũ cœlestiũ ad producendas formas substantiales: & ad hoc q̃ faciat colores visibiles actu, inquãtum est qualitas primi corporis sensibilis.

quens formã sicut si aqua conuertatur in ignẽ. Cùm verò forma substantialis recipitur imperfectè secundum inchoationẽ quãdam, qualitas consequens manet quidẽ aliquãdiu, sed non semper: sicut patet in aqua calefacta, quæ redit ad suã naturã, Sed illuminatio non fit per aliquam transmutationẽ materiæ ad susceptionẽ formæ substãtialis, vt fiat quasi inchoatio aliqua formæ. Et ideo lumẽ non remanet nisi ad præsentiam agentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd accidit luci quod nõ habeat contrarium, inquantum est qualitas naturalis primi corporis alterantis: quod est à contrarietate elongatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut calor agit ad formã ignis quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis: ita lumẽ agit quasi instrumentaliter in virtute corporũ cœlestiũ ad producendas formas substantiales: & ad hoc q̃ faciat colores visibiles actu, inquãtum est qualitas primi corporis sensibilis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum conuenienter lucis productio in prima die ponatur.

344 2. dist. 13. art. 4. Et Gal. 4. le. 6. fin. *ar. præ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt̃ q̃ incõueniẽter lucis, p productio in prima die ponat̃. Est emlux qualitas quædã: vt dictũ est*, Qualitas autẽ cũ sit accidens, non habet rationem primi, sed magis rationem postremi. nõ ergo prima die debet poni productio lucis.

¶ 2 Præterea, Per lucem distinguitur nox à die. Hoc autem fit per solem qui ponitur factus die quarta. Ergo non debuit poni productio lucis prima die.

¶ 3 Præterea, Nox & dies fit p circulariẽ motũ corporis lucidi. Sed circularis motus est, p prius firmamẽti: quod legitur factũ die secũda Ergo nõ bebuit poni prima die productio lucis distinguentis noctem & diem. Si dicatur quòd intelligitur de luce spirituali: cõtra, luxq̃ legitur facta prima die, facit distinctionem à tenebris. Sed non erant in principio spirituales tenebræ, quia etiam dæmones fuerũt à principio boni, vt suprà dictum est*. Non ergo prima die debuit poni productio lucis.

*q6. 63. artic. 4.

¶ SED CONTRA. Id sine quo non potest esse dies, oportuit fieri in prima die. Sed sine luce non potest esse dies. Ergo oportuit lucem fieri prima die.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de productiõe lucis est duplex opinio. Au*. enim videtur dicere q̃ nõ fuerit cõueniẽs Moysen prætermisisse spiritualis creaturę productiõnẽ. Et ideo dicit, q̃ cũ dicitur, In princip. crea. Deus cœl. & ter. per cœlũ intelligitur spiritualis natura adhuc iformis: per terrã autẽ in telligitur materia informis corporalis naturę. Et q̃ a natura spiritualis dignior est quã corporalis, fuit prius formãda. Formatio igitur spiritualis naturæ significatur in p productione lucis, vt intelligatur de luce spirituali*. Formatio em naturę spiritualis est p hoc, q̃ illuminatur vt adhereat verbo Dei, Aliis autẽ videtur, q̃ sit prætermissa à Moyse, p productio spiritualis creaturę. Sed hui* rationẽ diuersimode assignãt. Basil*. enim dicit, q̃ Moys. principiũ narratiõis suæ fecit a principio, quod ad tẽpus pertinet sensibiliũ rerũ. Sed spiritualis natura, id est angelica prætermittitur, q̃ a fuit ante creata. Chryso*. autẽ assignat aliã rationẽ, q̃ a Moy. loquebatur rudi populo, qui nihil nisi corpora posset capere, quæ etiam ab idolatria reuocare volebat. Assumpsissent autẽ idolatriæ occasionem si propositæ fuissent eis aliquæ substantię supra oẽs corporeas creaturas. Eas enim reputassent deos, cũ etiã proni essent ad hoc, q̃ solẽ, & lunã, & stellas colerent tanquam deos: q̃ eis inhibetur Deuter. 4. Prætermissa autẽ fuerat circa creaturã corporalẽ multiplex informitas*. Vna quidẽ in hoc, q̃ dicebat̃. Terra erat inanis & vacua: alia verò in hoc q̃ dicebatur, Tenebræ erãt super faciẽ abyssi. necessariũ autẽ fuit vt informitas tenebrarũ primò remouere tur per lucis productionẽ propter duo. Primo quidẽ, q̃ a lux, vt dictũ est*, est qualitas primi corporis. Vnde secundũ ea primò fuit mundus formandus. Secũdò propter cõmunitatẽ lucis. Cõmunicãt em in ea inferiora corpora cũ superioribus. Si cut autẽ in cognitiõe p̃ceditur à cõmunioribus, ita etiam in operatione. Na prius generatur viuũ quã aïal. & aïal quã homo, vt dicitur in li. de generatione animaliũ*. Sic ergo oportuit ordinem diuinæ sapientiæ manifestari, vt prima inter opera distinctionis productionis p productionẽ lucis est duplex opinio. Au*. enim videtur dicere q̃ nõ fuerit cõueniẽs Moysen prætermisisse spiritualis creaturę, p production

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ duo generalia documenta Augustinus. Primum, quòd veritas salvetur Scripturæ. Secundum, q̃ nulla opinio immobiliter attribuatur illi. Secundò respondet quæstio iuxta tres opiniones de firmamento: scilicet quòd firmamentum sit elementis, aut cœlum sydereum cõpositum ex elementis, aut cœlum sydereũ corpus simplex, & hoc vel vnius elementorum, vel quinta essentia, aut superior pars aëris in qua nubes: subdistinctione & conclusione bimembri. Si ordo dierũ dicat ordinẽ temporis, firmamẽtum primo modo potest dici secunda die factum secundum substantiã: non autem secũdo. Idem autẽ est iudicium de tertio, sed secundum formationem aliquam factũ dicitur. Si verò dicat ordinem naturæ, potest dici secundum substantiam secunda die factum, quocunque modo sumatur. Prima pars patet: q̃ firmamẽtum primo modo est compositum: secunda, quia formæ simplicium corporũ pertinẽt ad productionẽ primo die factam. Secundum membrum patet ex se.

princ.crea. Deus cœlum & terram. Ergo firmamẽtum non est factum secunda die.

¶ Præterea, Opera sex dierum ordinantur secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Nõ conueniret autẽ diuinæ sapientiæ, vt posterius faceret quòd est naturaliter prius. Firmamentum autem est naturaliter prius aqua & terra, de quibus tamen fit mentio ante formationẽ lucis, q̃ fit prima die. Non ergo firmamẽtũ factũ est secũda die.

¶ Præterea, Omne quod est factũ per sex dies, formatum est ex materia prius creata ante omnẽ diem. Sed firmamentum non potuit formari ex materia præexistẽte, q̃a sic esset generabile & corruptibile, Ergo firmamentum non est factum secũda die.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Gen.1. Dixit Deus: Fiat firmamentum. Et postea sequitur. Et factũ est vespere & mane dies secundus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, sicut Aug* docet, in hmõi quæstiõib⁹ duo sunt obseruanda. Primò quidẽ, vt veritas Scripturæ inconcusse teneatur. Secundo, cum Scriptura diuina multipliciter exponi possit, quòd nulli expositioni aliquis ita præcise inhæreat, quòd si certa ratiõe constituerit hoc esse falsum, quod aliquis sensũ Scripturæ esse asserere præsumat: ne Scriptura ex hoc verbo ab infidelib⁹ derideatur, & ne eis via credẽdi præcludatur. Sciendũ est ergo, quòd hoc quod legitur, firmamentũ secunda die factum, dupliciter intelligi potest. Vno modo de firmamẽto in quo sunt sydera. Et secundũ hoc oportet nos diuersimode exponere secũdũ diuersas opiniones hominũ de firmamento. Quidam enim dixerunt firmamentum illud esse ex elementis cõpositum. Et hæc fuit opinio Empedoclis, q̃ dixit ideo illud corpus indissolubile esse: quia in eius cõpositione lis nõ erat, sed amicitia tantum. Alij verò dixerunt firmamentũ esse de natura quatuor elementorum: non quasi ex elementis compositum, sed quasi elementum simplex. Et hæc opinio fuit Platõis, q̃ posuit corp⁹ cœleste esse elementũ ignis. Alij verò dixerunt, cœlũ nõ esse de natura quatuor elementorũ, sed esse quintum corp⁹ præter quatuor elemẽta. Et hæc est opinio Arist*. Secundũ igitur primã opinionẽ absolutè posset concedi, quòd firmamentũ factum fuerit secũda die, etiam secundum suam substantiã. Nam ad opus creationis pertinet, p̃ducere ipsam elementorum substantiã: ad opus autem distinctionis & ornat⁹ pertinet formare aliqua ex præexistẽtibus elemẽtis. Secundũ verò opinionẽ Plat. non est cõueniens quòd firmamentũ credatur secundum suam substantiam esse factũ secunda die. Nam facere firmamentũ secundum hoc, est producere elementũ ignis. Productio autem elementorũ pertinet ad opus creationis, secundũ eos qui ponunt informitatem materiæ. Tẽpore præcedere formationẽ*: quia formæ elementorũ sunt quæ primò aduenium materiæ*. Multo autẽ minus secũdum opinionẽ Arist*. poni potest, quòd firmamentũ secũdũ suam substantiã fit secunda die productum, secundum quod per istos dies successio tẽporis designatur. Quia cœlũ cùm sit secundum suã naturam incorruptibile, habet materiam quæ nõ potest subesse alteri formæ. Vnde impossibile est, q̃ firmamentũ fit factum ex materia prius tempore existẽte. Vnde p̃ productio substãtiæ firmamẽti ad opus creationis pertinet. Sed aliqua formatio eius secũdũ has duas opiniones pertinet ad opus secundæ diei: sicut etiã Dio. dicit 4.c. de Di. no. quòd lumẽ solis fuit informe in primo triduo, & postea fuit in quarta die formatum. Si autem per istos dies non designetur tẽporis successio, sed solũ ordo naturæ, vt Augu.* vult c. nihil prohibebit dicere secundũ quancunque harum opinionum formationem secundum substantiã firmamenti ad secundã diem pertinere. Potest autẽ & alio modo intelligi, vt p̃ firmamẽtũ quod legitur secunda die factũ, non intelligatur firmamẽtum illud in quo fixę sunt stellę, sed illa pars aëris, in qua cõdẽsantur nubes Et dicitur firmamentũ propter spissitudinẽ aëris in parte illa. Nam quod est spissum & solidũ, dicitur esse corpus firmũ, ad differentiam corporis mathematici, vt dicit Basilius*. Et secundum hanc expositionem nihil repugnans sequitur cuicunque opinioni. Vnde Aug. 2. super Gene. ad lit*. hanc expositionem commendans, dicit, Hanc cõsiderationem laude dignissimam iudico. Quod enim dixit, neq; est contra fidem, & in promptu posito documento credi potest.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Chrys. primò Moyses summariè dixit quid Deus fecit, premittens. In princ. creauit De⁹ cœl. & ter. postea per partes explicauit: sicut siquis dicat, Hic artifex fecit domũ istã, & postea, subdat. Primo fecit fundamẽta, & postea erexit parietes, tertiò superposuit tectũ. Et sic nõ oportet nos aliud cœlũ intelligere, cũ dicitur, in prin. crea. Deus cœlum & terram: & cũ dicitur, quòd secunda die factum est firmamentum. Potest etiã dici aliud esse cœlũ quod legitur in principio creatũ, & quòd legitur secunda die factũ. Et hoc diuersimode. Nam secundũ Augu*. cœlũ quod legit̃ primo die factũ, est de natura spiritualis informis. Cœlum autẽ quod legitur secunda die factũ, est cœlũ corporeum. Secundum verò Bedã & Strabum* cœlũ quod legitur primo die factũ, est cœlũ empyreũ, Firmamẽtum verò quòd legitur secunda die factum, est cœlum sydereũ. Secundũ verò Damas. cœlũ quod legitur prima die factum, est quoddã cœlũ sphæricũ sine stellis: de quo Philosophi loquũtur, dicentes ipsum esse nonam sphærã, & mobile primũ quod mouetur motu diurno. Per firmamentũ verò factũ secunda die intelligitur cœlum sydereum. Secundum autem aliam expositionẽ quam Augu*. tangit, cœlum prima die factũ, est etiã ipsum cœlũ sydereum. Per firmamentum verò secũda die factũ intelligitur spatium aëris, in quo nubes condẽsantur: quod etiam cœlum æquiuocè dicitur. Et ideo ad æquiuocationem designandam signanter dicitur, Vocauit Deus firmamentum cœlum: sicut & supra dixerat, Vocauit lucem diem, quia dies etiam pro spatio vigintiquatuor horarum ponitur. Et idem est in aliis obseruandum: vt Rabbi Moyses dicit*.

¶ Ad secundum & tertium patet solutio ex suprad̃ictis*.

ARTICVLVS II
Virum aquæ sint supra firmamentum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aquæ non sunt supra firmamentũ. Aqua enim est naturaliter grauis. Locus autẽ ꝓprius grauis non est esse sursum, sed solùm deorsum. Ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

¶ 2 Præterea, Naturaliter aqua est fluida. Sed quod est fluidum, non potest cõsistere super corpus rotundũ: vt experimento patet. Ergo cum firmamentum sit corpus rotundum, aqua non potest esse supra firmamentum.

¶ 3 Præterea, Aqua cũ sit elementũ, ordinatur ad generationẽ corporis mixti: sicut imperfectum ordinatur ad perfectũ. Sed supra firmamentum nõ est locus mixtionis, sed supra terram. Ergo frustra aqua esset supra firmamentũ. Nihil autẽ in operibus Dei est frustra. Ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Gen.1. quòd diuisit aquas quæ erant supra firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, sicut dicit Augu. 2. sup. Gen. ad lit*. maior est Scripturæ huius autoritas, q̃ omnis humani ingenii capacitas. Vnde quomodo & quales aquæ ibi sint, eas tamẽ ibi esse minimè dubitam⁹. Quales autẽ sint illæ aquæ nõ eodẽ modo ab omnib⁹ assignatur. Orig*. enim dicit, q̃ aquæ illæ quæ super cœlos sunt, sunt spirituales substãtiæ. Vnde in psal. dicitur: Aquæ quæ super cælos sũt, laudẽt nomẽ Domini, & Dan. 3. Benedicite aquæ oẽs, quæ super cœlos sunt Domino. Sed ad hoc respondet Basilius in 3. Hexam*. q̃hoc nõ dicitur eo q̃ aquæ sint rationales creaturæ, sed quia cõsideratio earũ prudenter à sensum habentibus contẽplata glorificationem perficit Creatoris. Vnde ibidem idẽ dicitur de igne & grandine & huiusmodi, de quibus constat q̃ non sunt rationales creaturæ. Dicendũ ergo, quòd sunt aquæ corporales, sed quales aquæ sint oportet diuersimode diffinire secundũ diuersam de firmamento sententiã. Si enim per firmamentũ intelligatur cœlũ sydereũ, quod ponitur esse de natura quatuor elementorũ, pari ratione & aquæ quæ super cœlos sunt, eiusdem naturæ poterunt credi cum elementalibus aquis. Si autẽ per firmamentum intelligatur cœlum sydereũ, quod nõ fit de natura quatuor elemẽtorũ, tunc & aquæ illæ quæ sunt supra firmamẽtum, non erunt de natura elemẽtarium aquarũ. Sed ficut secundum Strabũ* dicitur cœlum empyreũ, id est ignea propter solis splẽdorẽ, ita dicetur aliud cœlũ aqueum ꝓpter solam diaphanitatem, quod est supra cœlum sydereũ. Posito etiam, quòd firmamentũ sit alterius naturæ præter quatuor elementa, adhuc potest dici q̃ aquas diuidit, si per aqua nõ elementum aquę, sed materiam informem corporũ intelligamus, vt Au. dicit super Gen. ad lit. cõtra Manichæos*: quia secundũ hoc quicquid est inter corpora, diuidit aquas ab aquis. Si autẽ per firmamẽtum intelligatur pars aëris in qua nubes cõdensantur. Sic aquæ quę supra firmamentũ sunt, sunt aquæ, quæ vaporabiliter resolutæ, supra aliquam partẽ aëris eleuantur, ex quibus pluuiæ generãtur: dicere eũ, quod aquę vaporabiliter resolutæ eleuẽtur supra cœlum sydereum (vt quidam dixerũt quorũ opinionẽ Aug. tangit in secundo super Gen. ad lit*.) est omnino impossibile. Tũ propter soliditatẽ cœli. Tum propter regionem ignis mediã, quæ huiusmodi vapores cõsumeret. Tũ quia locus quo feruntur leuia & rara, est infra cõcauũ orbis lunæ. Tum etiã, quia sensibiliter apparet vapores non eleuari vsque ad cacumina quorundã montiũ. Quod etiam dicunt de rarefactione corporis in infinitũ, ꝓpter hoc quòd corpus est in infinitum diuisibile: vanum est. Non enim corpus naturale in infinitũ diuiditur, aut rarefit, sed vsque ad certũ terminum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quibusdam videtur ratio illa soluenda per hoc, quòd aquæ quãuis sint naturaliter graues virtute tamẽ diuina super cœlos continẽtur. Sed hanc solutionem Aug. excludit 2. lib. super Ge*. dicẽs, q̃ nunc quem admodum Deus instituit naturas rerũ, conuenit quęrere, non quid in eis ad miraculũ suæ potẽtiæ velit operari. Vnde aliter dicendũ est, quòd secundũ duas vltimas opiniones de aquis & firmamento patet solutio ex præmissis*. Secũdum autẽ primam opinionem oportet ponere alium ordinem in elementis, quam Ari. ponat. vt quædam aquæ spissæ sint circa terrã: quædam verò tenues circa cœlum, vt sic se habeant illæ ad cœlum sicut istæ ad terram. Vel quòd per aquam intelligatur materia corporum, vt dictum est*.

¶ Ad secundum etiam patet solutio ex præmissis secundum duas vltimas opiniones. Secundum verò primam respondet Basilius* dupliciter. Vno modo, quia non est necessarium, vt omne quod in concauo apparet rotundũ, sit etiã supra rotundum, sed conuexum. Secundo, quia aquæ quæ sunt super cœlos, non sunt fluidæ, sed quasi glaciali soliditate extra cœlum firmatæ. Vnde à quibusdam dicuntur cœlum cristallinum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundũ tertiam opinionem, aquæ sunt supra firmamentum vaporabiliter eleuatæ propter vtilitatem pluuiarum. Secundum verò secundam opinionem aquæ sunt supra firmamentum, id est cœlum totum diaphanum absque stellis. Quod quidam ponunt primũ mobile, quod resoluit totum cœlum motu diurno, vt operetur per motum diurnum cõtinuitatem generationis, sicut cœlum in quo sunt sydera per motum, qui est secundum Zodiacum, operatur diuersitatem generationis & corruptionis per accessum, & recessum, & per diuersas virtutes stellarum. Secundum verò primã opinionẽ aquæ sunt ibi, vt Basil*. dicit, ad cõtemperandum calorem cœlestium corporum. Cuius signum accepere aliqui, vt Augustinus dicit, quòd stella Saturni propter vicinitatem aquarum superiorum est frigidissima.

ARTICVLVS III.
Virum firmamentum diuidat aquas ab aquis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ firmamentum non diuidat aquas ab aquis. Vnius enim corporis secundũ speciem est vnus locus naturalis. Sed omnis aqua omni aquæ est eadem specie, vt dicit Philosophus*. Non ergo aquæ ab aquis sunt distinguendæ secundum locum.

¶ 2 Si dicatur quod aquæ illæ quæ sunt supra firmamentum, sunt alterius speciei ab aquis, quę sunt sub firmamento: cõtra, Eadem quæ sunt secundum speciem diuersa, non indigent aliquo alio distinguente. Si ergo aquæ superiores & inferiores specie differunt, firmamentum eas ab inuicem non distinguit.

¶ 3 Præterea, Illud videtur aquas ab aquis distinguere quod ex vtraque parte ab aquis contingitur: sicut si aliquis paries fabricetur in medio fluminis. Manifestum est autem, quod aquæ inferiores pertingunt vsque ad firmamentum. Ergo non diuidit firmamentum aquas ab aquis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Gene. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, diuidat aquas ab aquis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquis considerando superficietenus literam Gene. posset talem imaginationẽ concipere secundum quorũdam antiquorum Philosophorum positionem. Posuerunt enim quidam aquam quoddã infinitum corpus, & omnium aliorum corporum principium. Quã quidem immensitatẽ aquarũ accipere possumus in nomine Abyssi, cum dicitur, quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Ponebant etiam, quod istud cœlum sensibile quod videmus, nõ cõtinet infra se omnia corporalia, sed est infinitum aquarũ corpus supra cœlũ. Et ideo posset aliquis dicere, quòd firmamentum cœli diuidit aquas exteriores ab aquis interioribus, id est ab omnibus corporib⁹, quæ infra cœlũ cõtinentur, quorũ principiũ aquã ponebãt. Sed quia ista positio per veras ratiões falsa deprehenditur, non est dicendũ hunc esse intellectum Scripturæ. Sed considerandũ est ꝙ Moyses rudi populo loquebat̃. Quorũ imbecillitati cõdescendens, illa solùm eis ꝓposuit quæ manifestè sensui apparẽt. Omnes autẽ quantũcunque rudes terrã & aquam esse corpora sensu deprehẽdũt. Aër autẽ non percipitur ab omnibus esse corpus, in tantum quòd etiam quidẽ Philosophi aërẽ dixerũt nihil esse, plenũ aëre vacuũ nominãtes. Et ideo Moyses de aqua & terra mentionẽ facit expressam: aërem aũt nõ expressè nominat, ne rudibus quoddam ignotũ proponeret. Vt tamen capacibus veritatẽ exprimeret, dat locũ intelligendi aërem, significans ipsum quasi aquę annexũ, cùm dixit, ꝙ tenebræ erant super faciẽ abyssi. Per quod datur intelligi, sup faciẽ aquæ esse aliquod corpus diaphanũ, quod è subiectũ lucis & tenebrarũ. Si cigitur siue per firmamentũ intelligamus cœlũ in quo sunt sydera, siue spatiũ aëris nubilosum conuenienter dicitur, ꝙ firmamẽtum diuidit aquas ab aquis, secũdũ quòd ꝓ aquã materiã informis significat: vel secũdũ quod omnia corpora diaphana sub omni cõuenientia aquarũ intelligũtur. Nã cœlũ sydereũ distinguit corpora inferiora diaphana à superioribus. Aër verò nubilos⁹ distinguit superioris aëris partẽ in qua generãtur pluuiæ, & huiusmodi impressiões ab inferiori parte aëris quæ aquæ cõnecti tur: & sub nomine aquarum intelligitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si per firmamentum intelligatur cœlũ sydereum, aquæ superiores non sunt eiusdẽ speciei cum inferioribus. Si autem per firmamentũ intelligatur nubilosus aer, tunc vtræq; aquæ sunt eiusdem speciei: & deputantur tunc duo loca aquis non eadem ratiõe: sed locus superior est locus generationis aquarum, locus autem inferior est locus quietis earum.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd si accipiãtur aquæ diuersæ secundũ speciem, firmamentum dicitur diuidere aquas ab aquis: non sicut causa faciẽs diuisionẽ, sed sicut terminus vtrarũmque aquarum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Moyses propter inuisibilitatẽ aëris & similiũ corporum, omnia huiusmodi corpora sub aquæ nomine comprehendit. Et sic manifestum est quòd ex vtraque parte firmamenti qualitercunque acceptũ sunt aquæ.

ARTICVLVS IIII.
Virum sit vnum cælum tantum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod sit vnũ cœlum tantùm. Cœlum enim cõtra terram diuiditur, cũ dicitur, In princip. crea. Deus cœlũ & terrã. Sed terra est vna tantùm, Ergo & cœlũ est vnũ tãtum.

¶ 2 Præterea, Omne ꝙ constat ex tota sua materia, est vnum tantùm. Sed cœlum est huiusmodi: vt probat Philosophus in 2. de cœlo*. Ergo cœlum est vnum tantum.

¶ 3 Præterea, Quicquid dicitur de pluribus vniuocè, dicitur de eis secundũ vnam rationem cõmunẽ. Sed si sunt plures cœli, cœlũ dicitur vniuocè de pluribus: quia si æquiuocè, non propriè dicerentur plures cœli. Oportet ergo si dicũtur plures cœli quòd sit aliqua ratio communis secundũ quam cœli dicantur. Hanc autem non est assignare. Non est ergo dicendum quòd sint plures cœli

¶ SED CONTRA est quòd dicitur in psal. Laudate eum cœli cœlorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd

¶ *Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum primum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò tractat quandam falsam opinionem, Secundò respondet quæstioni propositæ.

¶ Quo ad primum refert opinionem in duobus punctis. Primum, quòd sit corpus infinitum. Secundum quod cœlum nõ contineat omnia, sed quasdam partes illius in finiti. Et applicat primũ ad aëssum, & secundum ad aquas ab aquis. Et forte fuit ista opinio Thaletis. Deinde improbat duplicitèr: in se quidẽ, quia hoc est falsum: ergo. In radice verò, q̃a superficies literæ nõ est vt iacet, accipiẽda: quia rudi populo, &c. cuius signum est de aëre tacito, & tamen infinuato.

¶ Quo ad secundum, aquæ dupliciter materia informis vel corpus diaphanum. Primò modo falsatur quomodolibet sumendo firmamẽtum, vt in præcedẽte articulo Augustin. dixit. Secũdo verò modo dupliciter, iuxta firmamẽtum, vel pro cœlo inter diaphana vtrinque, vel ꝙ aëre nubiloso inter superiorem & inferiorem partem eiusdem & vtrãque diaphanum, & hanc aquis cõtiguã & aquarum nomine comprehensam.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum quartum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò discordiã inter Chry. & Basiliũ quo ad vnũ, vel plures cœlos, Secundò iuxta diuersas acceptiões numerat eos.

¶ Quo ad discordiam: quia ille vnum, hic multos, in voce tamen tantum dissonãt, quia æquiuocant dum ille totum, iste partes respicit.

¶ Quo ad secundũ, Cerlinomẽ distinguitur in tres significationes, scilicet propriè, participatiuè, & metaphoricè. Propriè, & primo modo tres cœli, totaliter lucidi, totaliter diaphani, & partim vtrũque propriè & participatiuè secundo modo, etiã tres apud Damascenũ, aëreus, sydereum, & supremũ. Sed hîc vtitur Cœli nomine participatiuè sin primo, & propriè in reliquis. Apud Rabanum participatiuè & propriè septem, igneum, olympium, æthereũ, aëreum, sydereum, aqueum, & empyreũ. Metaphoricè vel sanctæ Trinitas vnũ, vel bona diuina in cœlis, vel tria genera supernaturalis visionis corporalis, imaginaria & intellectiua.

Super

*Li.1.de cœl à te. 16. vsque ad 32.

338

*Lib.4. su. Gen. ad lit. c. 22. & 34. & lib. 5. c.5.

b 346

*Libr.1. de cœlo text.10.

337 360

*Li.1. su. Gen. ca.18. & li.12.cõf. ca.24. & 25.

*li.1. ca. 5&7.

*cap.4.

*Loco cita. proxime.

*libr.2. sup.Ge. cap.5.

347

Vtq.4. ar.1.cor. 2. *libr.1. top.c.6.

*Hom.1. in hexa. *cap.1

*Lib.de Gene.

*Hom. 3. hexã.

*Lib.de plantat.

*cap.2.

*Lib.de Gene.

*cap.1.

*in cor.

*in cor.

*Lib.de Gene.

*Lib.de Gene.

*Lib.de Gene

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis sexagesimænonæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò respõdet secũdũ Augustinum: secũdò, secundũ alios sanctos. Dicit ferũt siquidem in ordine naturę, vel temporis: tam compatãdo informitatẽ ad formationẽ, quàm vnã formationẽ ad aliam. Et rursus differunt, quia illæ ad spirituales & corporales, isti ad corporales tãtùm se extẽdunt. Iuxta tres igitur informitates & tres formationes, tria vtriq; dicunt: sed primò Augustinus duo. Cœlũ, id est naturã angelicã & materiam informẽ corpoream formatã luce, Fiat lux: & forma cœlesti. Fiat firmamẽtũ: & forma elemẽtari, Congregentur aquæ: omnia ordine naturæ. Alii verò tria cœlũ, aquam, & terram prius tempore: & primo die cœlũ formatum lucẽ & tẽpore: secundo aquam distinctionẽ & ordine, Fiat firmamentum, tertio, terram distinctionẽ à mari & visibilitate, Congregentur aquæ:

*Homi. 3. hexã. *Libr. 2. orth. fi. cap. 7. *Homi. 4. in Gẽ.

circa hoc videtur esse quędã diuersitas inter Basil. & Chrys. Dicit enim Chrysо. non esse nisi vnũ cœlum, & quòd pluraliter dicitur cœli cœlorũ, hoc est propter proprietatem linguæ Hebręæ, in qua cõsuetũ est, vt cœlũ solũ pluraliter significetur, sicut sunt etiã multa nomina in Latino, quę singulari carẽt. Basilius* autẽ & Damascenus *sequẽs eum, dicũt plures esse cœlos. Sed hæc diuersitas magis est in voce quã in re. Nam Chrysost*. vnũ cœlũ nominat totum corpus quod est supra terram & aquam. Nam etiã aues quæ volant in aëre, dicuntur propter hoc volucres cœli. Sed quia in isto corpore sunt multæ distinctiones, ꝓpter hoc Basil. posuit plures cœlos.

¶ Ad distinctionẽ ergo cœlorum sciendã considerandũ est, ꝙ cœlũ tripliciter dicit in Scripturis. Quãdoq; enim dicit ꝓprie naturaliter. Et sic dicitur cœlum corpus aliq̃d sublime & luminosũ actu vel potẽtia, & incorruptibile p naturã Et secudũ hoc ponũtur tres cœli. Primũ totaliter lucidũ, ꝙ vocãt empireũ. Secundũ totaliter diaphanũ, ꝙ vocãt cœlum aqueũ & crystallinũ. Tertiũ partim diaphanum, & partim lucidũ actu, ꝙ vocãt cœlũ sydereum. Et diuidiur in octo sphæras, scilicet sphæram stellarum fixarum, & septem sp̃aras planetarũ, quę possunt dici septẽ cœli, vel septẽ sphæræ. Secundò dicitur cœlum per participationẽ alicuius ꝓpietatis cœlestis corporis, s. sublimitatis & luminositatis actu vel potentia. Et sic totum illud spatiũ, ꝙ est ab aquis vsque orbẽ lunę Damasce-

libr. 2. capit. 7. nus ponit vnum cœlum, nominãs illud aëreũ. Et sic secundũ eum sunt tres cœli aëreũ. sydereum, & aliud superius: de quo intelligitur, ꝙ Apostolus legitur raptus vsque ad tertium cœlum. Sed quia istud spatiũ cõtinet duo elementa, scilicet ignis aëris, & in vtroq; eorum vocatur superior & inferior regio: ideo istud cœlum Rabanus* distinguit in quatuor, supremã regionẽ ignis nominãs cœlum igneum: inferiorẽ verò regionẽ cœlum olympium ab altitudine cuiusdã mõtis, qui vocatur Olympus. Supremã verò regionẽ aëris vocauit cœlũ æthereũ propter inflãmationẽ: inferiorẽ verò regionẽ cœlum aëreũ. Et sic cũ isti quatuor cœli trib* superioribꝰ cõnumerẽtur fiunt in vniuerso secundũ Rabanum septẽ cœli corporei. Tertiò dicitur cœlũ metaphoricè. Et sic quãdoq; ipsa sancta Trinitas dicitur cœlum, ꝓpter eius spiritualẽ sublimitatẽ & lucẽ. De quo cœlo exponitur diabolũ dixisse, Ascẽdãin cœlũ id est ad æqualitatẽ Dei. Quãdoq; etiã spiritualia bona, in quibus est sanctorũ remuneratio, ꝓpter eorũ eminentiã cœli nominãtur: vbi dicitur, Merces vestra multa est in cœlis: vt Aug. exponit. Quãdoque vero tria genera supernaturaliũ visionũ, s. corporalis, imaginariæ & intellectualis, tres cœli nominantur. De quib. Au*. exponit, ꝙ Paulus est raptus ad tertiũ cœlũ.

*In gẽ. capit. 1.

*Lib. 1. de serm. Do. in monte capit. 9. *lib. 12 capi. 29. & 34

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd terra se habet ad cœlum, vt centrum ad circunferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multæ circunferentiæ. Vnde vna terra existente, multi cœli ponuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de cœlo, secundum quod importat vniuersitatẽ creaturarum corporalium. Sic enim est vnum cœlum tantùm.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd in omnibus cœlis inuenitur cõmuniter sublimitas & aliqua luminositas, vt ex dictis patet.

QVÆSTIO SEXAGESIMANONA de Opere tertiæ diei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de opere tertiæ diei. ¶ Et circa hoc quærũtur duo. ¶ Primò, de cõgregatione aquarũ. ¶ Secundò, de productione plantarũ.

ARTICVLVS I.

¶ Virum aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

349 s. di. 14. artic. 5.

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur quòd aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim quæ facta sunt prima & secunda die, verbo factionis exprimuntur. Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum. Sed tertia dies condiuiditur duabus primis. Ergo opus tertiæ dici debuit exprimi verbo factionis, & non solum verbo congregationis.

¶ 2 Præterea, Terra prius vndique erat aquis cooperta, Propter hoc enim inuisibilis dicebatur. Non erat ergo aliquis locus super terram in quo aquæ congregari possent.

¶ 3 Præterea, Quæ nõ sunt continuata adinuicẽ, non habẽt vnum locum, Sed non omnes aquæ habent adinuicẽ continuatem. Ergo non sunt omnes aquæ congregatæ in vnũ locum.

¶ 4 Præterea, Congregatio ad motum localem pertinet. Sed aquæ naturaliter videntur fluentes, & ad mare currentes Non ergo fuit necessarium ad hoc diuinum præceptum adhiberi.

¶ 5 Præterea, Terra etiã in principio suæ creationis nominatur cùm dicitur, in principio creauit Deus cœlum & terram. Inconuenienter ergo dicitur tertia die nomẽ terræ impositum.

¶ SED in contrarium sufficit autoritas Scripturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quod hic oportet aliter dicere secundum expositionem Augusti. & aliorum Sanctorum. Augusti*. enim in omnibus his operibus non ponit durationis ordinem, sed solũ originis & naturæ. Dicit enim creatã naturam spiritualem informem, & naturam corporalẽ absque omni forma: quam dicit primo significari nomine terræ & aquæ. Non quia hæc informitas formationẽ præcesserit tempore, sed origine tãtùm. Neque vna formatio secundũ eum præcesserit aliam duratione, sed solùm naturę ordine. Secundum quem ordinem necesse fuit, vt primò poneretur formatio supremæ naturæ, scilicet spiritualis: per hoc quòd legitur prima die lux facta. Sicut autem spiritualis natura præeminet corporali, ita superiora corpora præeminent inferioribus. Vnde secundo loco tangitur formatio superiorum corporũ, cùm dicitur, Fiat firmamentũ. Per quod intelligitur impressio formæ cœlestis in materiam informem non prius existentẽ tempore, sed origine tantum. Tertio verò loco ponitur impressio formarũ elementarium in materiam informem, nõ tempore, sed origine præcedentem. Vnde per hoc quod dicitur, Congregentur aquæ, & appareat arida, intelligitur ꝙ materiæ corporali imprimitur forma substantialis aquæ, per quam competit sibi talis motus & forma substantialis terræ, per quam competit sibi fic videri. Sed secũdum alios Sanctos* in his operibus etiã ordo durationis attenditur. Ponunt enim quòd informitas materiæ tempore præcessit formationem, & vna formatio aliam*. Sed informitas materiæ secũdũ eos non intelligitur carẽtia omnis formæ: quia iam erat cœlum, & aqua, & terra: quæ tria nominantur tanquam manifestè sensu perceptibilia. Sed intelligitur informitas materiæ carentia debitæ distinctionis, & conformatæ cuiusdam pulchritudinis. Et secundum hæc tria nominata posuit Scriptura tres informitates. Ad cœlum enim, quod est superius, pertinet informitas tenebrarum: quia ex eo est obrigoluminis. Informitas verò aquæ, quæ est media, significatur nomine Abyssi, quia hoc nomen significat quandam immensitatem inordinatam aquarum, vt August. dicit contra Faust*. Informit as verò terræ tangitur in hoc quòd dicitur, quòd terra erat inanis & inuisibilis, per hoc quod erat aquis cooperta. Sicigitur formatio supremi corporis facta est prima die, & quia tempus sequitur motũ cœli, tempus autem est numerus motus supremi corporis: per huiusmodi formationem facta est distinctio temporis, noctis, scilicet & diei. Secundo verò die formatum est mediũ corpus, scilicet aqua, per firmamentum accipiens quandam distinctionem & ordinem: ita quòd sub nomine aquæ etiã alia comprehenduntur, vt supra dictum est*. Tertiò verò die formatum est vltimum corpus, scilicet terra: per hoc quod discooperta est aquis, & facta est distinctio in infimo, quæ dicitur terræ & maris. Vnde istis congruè sicut informitatem terræ expresserat dicens, quod terra erat inuisibilis vel inanis: ita eius formationem exprimit per hoc quòd dicit. Et appareat arida.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Aug*. ideo in opere tertiæ diei nõ vtitur Scriptura verbo factionis, sicut in præcedentibus operibus: vt ostendatur quòd superiores formæ, scilicet spirituales angelorũ & cœlestiũ corporũ sunt perfectæ in esse, & stabiles: formæ verò inferiorũ sunt imperfectæ & mobiles: & ideo per congregationem aquarum & apparentiam aridę, impressio taliũ formarũ designatur, Aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa. vt ipse dicit in libro per Gen. ad lit*. Secundum verò dicendum est, quòd opus tertiæ diei est perfectum secundum solùm motum localem. Et ideo non oportuit quòd Scriptura vteretur verbo factionis.

¶ Ad secundũ patet solutio secundũ Augu*. quia non oportet dicere, quòd terra primò esset cooperta aquis & postmodum congregatæ, sed quòd in tali congregatione fuerunt productæ. secundum verò alios tripliciter respondetur, vt Aug. dicit. super Gen. ad li*. Vno modo. vt aquæ inmaiore altitudinem sint eleuatæ in loco vbi sunt congregatæ. Nam mare est altius terra, vt experimento compertum est in mari rubro. vt Basilius dicit*. Secundò, vt dicatur quòd rarior aqua velut nebula terras tegebat, quæ congregatione densata est. Tertio

modo secundũ administrationẽ rerum conditarum per opus propagationis vsq; modo operatur Producere autẽ plãtas ex terra ad opus propagationis pertinet. Nõ ergo in tertia die productæ sunt plantæ in actu, sed causaliter tantùm. Quãuis secundum alios dici possit, ꝙ prima institutio specierũ ad opera sex dierũ pertinet. Sed ꝙ ex speciebus primò institutis generatio similiũ in specie procedat. hoc iam pertinet ad rerũ administrationẽ. Et hoc est quã Scriptura dicit, Antequã orirentur super terram, vel antequã germinarẽt: id est antequam ex similibus similia producerẽtur, sicut nũc naturaliter fieri videmus secundum viã seminationis. Vnde signanter Scriptura dicit, Germinet terra herbã virẽtẽ & facientẽ semẽ: quia scilicet sunt productæ perfectæ species plãtarũ, ex quibus semina aliarum orirentur. Nec refert vbicunque habeant vim semiuatiuam, vtrum scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd vita in plãtis est occulta: quia carẽt locali motu & sensu, quibus inanimatũ ab animato maximè distinguitur*. Et ideo, quia immobiliter terræ inhærent, earũ productio ponitur quasi quædãterræ formatio.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd ante etiam illam maledictionẽ spinæ & tribuli producti erant vel virtute, vel actu, sed nõ erant producti homini in pœnã*, vt scilicet terra quam propter cibũ coleret, infructuosa quædam & noxia germinaret. Vnde dictum est, Germinabit tibi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Moyses ea tantùm proposuit quæ in manifesto apparent: sicut iam dictum est*. Corpora autem mineralia habent generationem occultam in visceribus terræ. Et iterum non habent manifestam distinctionem à terra, sed quædã terræ species videntur. Et ideo de eis mentionem non fecit.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA de Opere ornatus quantum ad quartam diem, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de opere ornatus. Et primò de singulis diebus secundum se. Secundò, de omnibus sex diebus in communi.

¶ Circa primum ergo considerandum est de opere quartæ diei. Secundò, de opere quintæ. Tertio, de opere sextæ. Quarto, de iis quæ pertinent ad septimum diem.

¶ Circa primũ quæritur tria. ¶ Primò, de productione luminariũ. ¶ Secundò, de fine productionis eorum. ¶ Tertiò, vtrum sint animata.

ARTICVLVS I.

¶ Virum luminaria debuerint produci quarta die.

351 Infrà qõ. 74. artic. 1. ad 4. & 2. di. 15. qõ. 1. artic. 1. & po. qõ. 4. artic. 1. ad 30.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd luminaria nõ debuerint produci quarta die. Luminaria enim sunt corpora incorruptibilia natura liter. Ergo eorum materia non potest esse absque formis eorum. Sed eorum materia producta est in opere creationis ante eom nem diem. Ergo & eorum formæ, Non ergo sunt facta quarta die.

¶ 2 Præterea, Luminaria sunt quasi vasa luminis. Sed lux est facta prima die. Ergo luminaria fieri debuerũt prima die, & non quarta.

¶ 3 Præterea, Sicut plãtæ fixæ sunt in terra ita luminaria fixa sunt in firmamẽto. Vnde Scriptura dicit, quòd posuit ea in firmamento

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ Articulum primum.* * qõ. 67. articu. 4.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria. primò, ex Scripturæ verbis triplex opus ponit, creationis, formationis seu distinctionis, & ornatus, vnicuique suum obiectum attribuens. Primo, res informes: secundo formas: tertio extrinseca mobilia. Secundò respondet quæsito affirmatiuè, Luminaria, conuenienter producuntur quarta die. Et probatur, quia ista est prima dies ornatus, qua primum creatum ornãdum erat, quemadmodum fuit prima die distinctionis formatũ, &c. Declarãtur hic enumerando tria. Primo creata, cœlum, terram & aquas, id est media: & ordinando formationem eorum tribus diebus, primò cœlum: secundo aquas: tertio terram. & consimiliter ornatum, quartò cœlum: quinto aquas, sexto terram. Tertiò ostenditur Augustinum cum aliis cõuenire quo ad actum quarę omnia patent.

¶ Nota hic quod Scriptura in creationis opere secundo loco ponit terram & tertio aquas: in distinctionis verò & ornatus opere econuerso. Quia quo ad esse simpliciter terra habet priorẽ necessitatem: quia primò propter cœlum, vt pater in secundo Cœli, commen. 18. &c. quo ad nobilitatem verò est vltimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ Articulum secundum.*

TItulus, causa, vt luceant super terram in signa & tempora.

¶ In corpore duo. Primo quadruplicē causam finalem ostendit posse de creatura corporali assignari adtum proprium, secundo Cœli, tex. 17. Alium creaturam, secundo Phy. tex. vniuersum 11. Metaph. Et Deus ibidem. Secundò respondet quæsito, quod Moyses vnam tantū tetigit, propter idololatriæ occasionem tollendam: & illa est vtilitas humana tripliciter, vt patet.

Sed productio plantarum simul describitur cum formatione terræ, cui inhærent. Ergo & productio luminarium simul debuit poni secunda die cum productione firmamenti.

¶ 4 Præterea, Sol & luna, & alia luminaria sunt causæ plantarum, Sed naturali ordine causa præcedit effectum. Ergo luminaria non debuerunt fieri quarta die, sed tertia, vel ante.

¶ 5 Præterea, Multæ stellæ secūdū Astrologos sūt luna maiores. Nō ergo taatū sol & luna debuerūt poni duo magna luminaria.

¶ SED in contrarium sufficit autoritas Scripturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in recapitulatiōe diuinorū operum. Scriptura sic dicit, Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. In quibus verbis triplex op⁹ intelligi potest, scilicet opus creationis: per quòd cœlum & terra

Productæ legūtur, sed informia. Et opus distinctionis, per quod cœlū & terra sunt perfecta: siue per formas substantiales attributas materię omnino informi, vt Aug⁹. vult: siue quantum ad conuenientem decorem & ordinē, vt alij Sancti dicunt. Et his duobus operibus additur ornatus. & differt ornatus à pfectione. Nā perfectio cœli & terræ ad ea pertinere videtur, quæ cœlo & terræ sunt intrinseca: ornatus verò ad ea quæ sunt à cœlo & terra distincta. Sicut homo perficitur per proprias partes & formas, ornatur autem per vestimenta, vel aliquid huiusmodi. Distinctio autem aliquorum maximè manifestatur per motum localē, quo abinuicē separantur⁶. Et ideo ad opus ornatus pertinet productio illarum rerum quæ habēt motū in cœlo & in terra. Sicut autē supra dictum est⁷, de tribus fit mentio in creatione, scilicet de cœlo, & aqua, & terra. Et hęc tria etiā formantur per opus distinctionis triū dierum. Primò die cœlū: secundo die distinguitur aquæ. Tertio die fit distinctio in terra, maris & aridæ. Et similiter in opere ornatus. Primo die, qui est quartus, producuntur luminaria, quæ mouentur in cœlo, ad ornatum ipsius. Secundo die, qui est quintus, aues & pisces, ad ornatum medij elementi, qui habent motum in aëre & aqua, quæ pro vno accipiuntur. Tertio die, qui est sextus producuntur animalia quæ habent motum in terra, ad ornatum ipsius.

¶ Sed sciendū est, quòd in productione luminariū non discordat Aug.⁸ ab aliis Sanctis. Dicit enim luminaria esse facta in actu, non in virtute tantū. Nō enim habet firmamentū virtutem productiua luminariū, sicut habet terra virtutē productiuam plantarū. Vnde Scriptura non dicit, Producat firmamentum luminaria, sicut dicit, Germinet terra herbām virentem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q⁹ secundum Augustū.* nulla difficultas ex hoc oritur. Non enim ponit successionem temporis in istis operibus. Et ideo non oportet dicere, quòd materia luminariū fuerit sub alia forma. Secundū eos autem, qui ponunt corpora cœlestia corpora ex natura quatuor elementorū, nulla difficultas accidit: quia potest dici, quòd sunt formata ex præexistenti materia, sicut animalia & plantæ. Sed Secundū eos qui ponunt corpora cœlestia esse alterius naturæ ab elementis, & incorruptibilia per naturā, oportet dicere, q⁹ substantia luminariū à principio fuit creata. Sed prius erat informis, & nunc formatur: non quidem forma substantiali, sed per collationem determinatæ virtutis. Ideo tamen non fit mentio à principio de eis sed solum quarta die, vt Chrysostomus dicit*: vt per hoc remoueat populum ab idololatria, ostendens luminaria non esse deos: ex quo nec à principio fuerunt.

¶ Ad secundum dicendum, q⁹ secundum Aug⁹. nulla sequitur difficultas: q⁹ lux de qua prima die facta est mētio, fuit lux ipsa ritualis: nunc autē fit lux corporalis. Si autē lux primo die facta intelligit lux corporalis, oportet dicere, q⁹ lux primo die fuit productā secundū communem lucis naturā: quarto autē die attributa est luminaribus determinata virtus ad determinatos effectus⁹: secundū quod videmus alios effectus habere radium solis, & alios radiū lunæ, & sic de aliis. Et propter hanc determinationē virtutis dicit Dio. 4. cap. de Diu. no. q⁹ lumen solis, quod primò, erat informe, quarto die formatum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundū Ptolomeum luminaria non sunt fixa in sphæris, sed habent motū seorsum à motu sphærarū. Ideo Chrysost⁹. dicit, quòd nō ideo dicitur, quòd ponit ea in firmamento, q⁹ ibi sint fixa: sed quia iusserit vt ibi essent, sicut posuit hominē in paradiso, vt ibi esset. Sed secundū opinionē Arist. stellæ fixæ sunt in orbibus, & nō mouētur nisi motu orbium secundū rei veritatē tamē mot⁹ luminariū sensu percipitur, nō autē motus sphærarū. Moyses aūt rudi populo cōdescendēs, sequutus est quę sensibiliter apparēt: vt dictū est. Si autē sit aliud firmamētum quod factū est secunda die, ab eo in quo posita sunt sydera secundū distinctionē naturæ, licet sensus nō discernat, quem Moyses sequitur, vt dictū est⁹. cessat obiectio. Nam firmamentū factū est secunda die quantum ad inferiorem partem. In firmamento autē posita sunt sydera quarta die quantum ad superiorem partem, vt totum pro vno accipiatur, secundum quod sensu apparet.

¶ Ad quartum dicendū, quòd, sicut dicit Basil⁹. præmittitur productio plantarum luminaribus ad excludendum idololatriam. Qui enim credūt luminaria esse deos, dicunt quod primordialem originem habent plantæ à luminaribus: quamuis (vt Chrysost⁹. dicit) sicut agricola cooperatur ad productionē plantarum, ita etiam & luminaria per suos motus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut Chrysost⁹. dicit⁹. dicuntur duo luminaria magna, non tam quantitate quam efficacia, & virtute. Quia etsi aliæ stellæ sint maiores quantitate, quam luna: tamen effectus lunæ magis sentitur in istis inferioribus: & etiam secundum sensum maior apparet.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter causa productionis luminariorum describatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q⁹ inconuenienter causa productionis luminariorum describatur. Dicitur enim Ier. 10. A signis cœli nolite metuere quæ gentes timent. Non ergo luminaria in signa facta sunt.

¶ 2 Præterea, Signum contra causam diuiditur. Sed luminaria sunt causa eorum quæ hic aguntur. Ergo non sunt signa.

¶ 3 Præterea, Distinctio temporum & dierum incipit à primo die. Non ergo facta sunt luminaria in tempora, & dies, & annos, id est in horum distinctionem.

¶ 4 Præterea, Nihil fit propter vilius se: quia finis est melior iis quæ sunt ad finem. Sed luminaria sunt meliora quàm terra. Non ergo facta sunt vt illuminent terram.

¶ 5 Præterea, Luna non præest nocti, quando est plena. Probabile autem est quòd luna facta fuerit plena. Sic enim homines incipiunt computare. Ergo luna non est vt præsit nocti.

¶ IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, q⁹ sicut dictum est supra⁹, creatura aliqua corporalis potest dici esse facta vel propter actum proprium, vel propter aliam creaturam, vel propter totum Vniuersum, vel propter gloriā Dei. Sed Moyses, ve populum ab idololatria reuocaret, illā solam causam tetigit: secundum quod sunt facta ad vtilitatē hominū. Vnde dicitur Deut. 4. Ne forte eleuatis oculis ad cœlū videas solem & lunā, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus in ministeriū cūctis gentibus. Hoc autē ministeriū explicatiū principio Gen. per tria. Primò enim ponit vtilitas hominibus ex luminaribus quantū ad visum, qui est directiuus in operibus, & maxime vtilis ad cognoscendas res: & quantum ad hoc dicit, Vt luceant in firmamento, & illuminent terram. Secūdo, quantum ad vicissitudines temporum: quibus & fastidium tollitur, & valitudo conseruatur, & necessaria victui oriuntur. Quæ nō essent si semper esset aut æstas aut hyēs: & quātū ad hoc dicit, Vt sint in tēpora, & dies, & annos. Tertiò, quantū ad opportunitatē negotiorum & operum: inquantū ex luminaribus cœli accipitur significatio negotiis. Et uioſi temporis, vel sereni, quæ sunt apta diuersis negotiis. Et quantum ad hoc dicit, Vt sint in signa.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd luminaria sunt in signa corporalium transmutationum, non autem eorum quæ dependent ex libero arbitrio.

¶ Ad secundū dicendum q⁹ per causam sensibilem quodoque ducimur in cognitionē effectus occulti, sicut & ecōuerso vnde nihil prohibet, causam sensibilem esse signū. Ideo tamē potius dicit signa, quam causas, vt occasionem idololatriæ tolleret.

¶ Ad tertiū dicendū, q⁹ in prima die facta est cōmunis distinctio tēporis per dié & nocté secundū motū diurnū, q⁹ est communis totī cœli: q⁹ pōt intelligi incepisse primo die⁹. Sed speciales distinctiones dierū & temporum, secundum quod dies est calidior die, & tēpus tēpore, & annus anno: fiūt secūdū ipsa speciales motus stellarū, q⁹ possunt intelligi quarto die incepisse.

¶ Ad quartum dicendum, q⁹ in illuminatione terræ intelligitur vtilitas hominis, qui secundū animā præfertur corporibus luminariū. Nihil tamen prohibet dici quòd dignior creatura facta est propter inferiorē, non secundū quod in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem Vniuersi.

¶ Ad quintum dicendū, quòd luna quando est perfecta, oritur vespere & occidit mane. Et sic præsit nocti. Et tatis probabile est, quòd luna fuerit facta plena: sicut & herbæ factæ fuerūt sua perfectione facientes semē: & similiter animalia, & homo. Licet enim naturalis processus ab imperfecto ad perfectum deueniatur: simpliciter tamen perfectum prius est imperfecto Augustō.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore quatuor. Primò inuestigat qualitatē illius vnionis suppositi, q⁹ principium motuum sit cognoscitiuū. Tertiò probat suppositū hoc. Quarto concludit responsionem.

¶ Quo ad primū opinionē Philosophorū Anaxagoræ & Platonis. Et ipsius Theologorum Origē. Hieronymique & Damasceni cum Basilio, Aug. demum neutraliter.

¶ Quo ad secundū. Cœlestia corpora nō est cōuicta aliqua anima vt forma, sed vt motor. Probat⁹ per summatiē sic: Visibile non est nisi propter motionem, ergo sufficit cōiūctio vt motor. Antecedens probatur: quia materia est propter formam: & forma propter opus, & ab opere dignoscitur. & nō propter vegetationē nec sensationem, nec intellectionē, ergo propter motionem. Assumpta omnia clare patet in litera, quibus non est phantasma, &c. consequentia verò declaratur ex Arist⁹. 8. Physic. & Platone.

¶ Quo ad tertium, probatur: Corpora cœlestia non mouentur à natura vt grauia & leuia, sed ab apprehēsiua virtute, duplicitèr. Primò ratione: quia natura ad vnū est determinata. Secundò autoritate Aug.

¶ Quo ad quartū, primo responsio est. Corpora cœlestia sunt animata æquinoctē ab illis inferioribus. Secundò est correlariū: quòd inter vtrāque opinionē nulla quasi est differentia in re.

¶ In secundo dubiū occurrit: quia Sanct. Thomas in secundo contra Gen. c. 70. vult quod secundum Aristo. oportet cœlum ponere animatum, vtà quòd anima vniatur cœlo vt forma: hic dicit ex Arist⁹. quod sufficit vniri vt motorem mobili.

¶ Ad hoc non video responsionem, nisi alterā duarum. Vel quòd hic melius dixit, quia & poſtērius scripsit. Vel q⁹ ibi intendebat, q⁹ oportet secundum Aristo. cœlū esse propriè animatum, saltem non repugnanter, eo quod doctrina fuit ad hoc tendit. Quāuis enim posset intelligi vt hic fecit Ex his tamen quę in secundo Cœli dicuntur, habemus quod animatū indistincte posuit: oportet ergo non repugnare q⁹ sit animatum secundum substantiam. Et hoc fuit contra Auerroim, contra quem loquebatur. Sufficient autem vel hæc illa hanc glossam: quia quando contra Augustinus* tamen hoc non asserit: quia dicit non esse inconueniens, quòd Deus imperfecta fecerit, quæ postmodum ipse perfecit.

*Li. 2. super Gen. ca. 15.

ARTICVLVS III.

Vtrum luminaria cœli sint animata.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q⁹ luminaria cœli sint animata. Superiora enim corpus nobilioribus ornamentis ornari debet. Sed ea quæ pertinēt ad ornatum inferiorum corporū, sunt animata scilicet pisces, aues, & terrestria animalia. Ergo & luminaria quæ pertinent ad ornatum cœli.

¶ 2 Præterea, Nobilioris corporis nobilior est forma. Sed sol & luna, & alia luminaria sunt nobiliora quàm corpora plantarū & animaliū. Ergo habent nobiliorem formam. Nobilissima autem forma est anima, quæ est principium vitæ. Quia, vt Augustⁿ. dicit in li. de Vera relig.* quæ libet substātia viuiens naturæ ordine præfertur substantiæ non viuenti. Ergo luminaria cœli sunt animata.

¶ 3 Præterea, Causa nobilior est effectu. Sed sol & luna & alia luminaria sunt causa vitæ, vt patet maximè in animalibus ex putrefactione generatis, quæ virtute solis & stellarum vitam cōsequūtur. Ergo multo magis corpora cœlestia viuunt & sunt animata.

¶ 4 Præterea, Motus cœli & cœlestiū corporū sunt naturales, vt patet in 1. de Cœlo⁹. Motus autem naturalis est à principio intrinseco. Cùm igitur principium motus cœlestium corporum sit aliqua substantia apprehēsiua, quæ mouetur sicut desideras à desiderato, vt dicitur in 11. Meta.* videtur q⁹ principium apprehendens sit principium intrinsecū corporibus cœlestibus. Ergo sunt animata.

¶ 5 Præterea, Primū mobile est cœlū. In genere autē mobilium primum est mouens seipsum: vt probatur in 8. Phys.* Quia quod est per se, prius est eo quod est per aliud. Sola autem animata mouent seipsa, vt in eodem li.* ostenditur. Ergo corpora cœlestia sunt animata.

¶ SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in lib. secūdo*, Nullus animatos cœlos, vel luminaria æstimet, inanimatia enim sunt & insensibilia.

¶ RESPONDEO dicēdum, q⁹ circa istam quæstionem apud Philosophos fuit diuersa opinio. Anaxagoras enim, vt Aug. refert libr.⁸. de Ciuitate Dei*. factus est reus apud Athenienses: quia dixit solem esse lapidem ardētem, negans vtiq; ipsum esse Deum, vel aliquid animatū. Platonici verò posuerūt corpora cœlestia animata. Similiter etiam apud doctores fidei fuit circa hoc diuersa opinio. Origenes* eū posuit corpora cœlestia aiata. Hieronymus etiam idem sentire videtur, exponēs illud Ecclesiastici primo, Lustrans vniuerſa per circuitū pergit spiritus. Basilius* verò & Damascenus* asserūt corpora cœlestia nō esse animata. Augustinus verò sub dubio dereliquit, in neutram partem declinans vt patet in 2. super Genesim ad literam*, & in Enchiridio*. Vbi etiam dicit, quòd si sunt aiata cœlestia corpora, pertinent ad societatem Angelorum eorum animæ. In hac aūt opinionum diuersitate, vt veritas aliquatenus innotescat, considerandū, est quòd vnio animæ & corporis nō est propter corpus, sed propter animā. Nō enim forma est propter materiā, sed ecōuerso⁶. Natura aūt & virtus animæ deprehenditur ex eius operatione, quæ etiā quodammodo est finis eius. Inuenitur aūt corpus nostrum necessariū ad aliquam operationem animæ quæ mediāte corpore exercetur sicut patet in operib⁹ animæ sensitiuæ & nutritiuæ. Vnde necesse est tales ānitas esse corporibus propter suas operationes: Est aūt aliqua operatio animę, quę nō exercetur corpore mediāte*, sed tamē ex corpore aliquod adminiculū ralioperationi exhibetur, sicut per corpus exhibētur animæ humanæ phātasmata, q⁹ bus indiget ad intelligendū*. Vnde etiam talem animam necesse est corpori vniri propter suam operationem*, licet cōingat ipsam separari. Manifestum est autē, quòd anima cœlestis corporis non pōt habere operationes nutritiuæ animæ, quæ sunt nutrire, augere & generare huiusmodi enim operationes nō cōpetūt corpori incorruptibili per naturam. Similiter etiā nec operationes aiæ sensitiuæ corpori cœli conueniunt quia oēs sensus fundātur super tactū, qui est apprehensiuus qualitatū elemētorum. Omnia etiā organa potentiarū sensitiuarū requirunt determinatam proportionem secundū commistionem aliquā elementorū, à quorū natura corpora cœlestia ponūtur remota. Relinquitur ergo, q⁹ de operationibus animæ nulla potest competere aiæ cœlesti, nisi duæ, intelligere & mouere. Nā appetere cōsequitur sensum & intellectū⁶, & cum vtroque ordinatur. Intellectus aūt operatio, cū nō exerceatur per corpus, non indiget corpore, nisi inquantū ei per sensus ministrantur phātasmata. Operationes aūt sensitiuæ animę corporibus cœlestibus non conueniunt, vt dictū est*. Sic igitur propter operationem intellectualē anima cœlesti corpori nō vniretur. Relinquitur ergo, q⁹ propter solam motionem. Ad hoc aūt quod moueat, nō oportet quòd vniatur ei vt forma, sed per contactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Vnde Aristoteles lib. octauo Physicorum* postquam ostendit, q⁹ primum mouens seipsum cōponitur ex duabus partibus: quarū vna est mouēs, & alia mota, assignans quomodo hæ duę partes vniātur, dicit, q⁹ per contactū vel duorū adinuicē, si vtrunque sit corpus: vel vnius ad alterum, & non econuerso, si vnū sit corpus, & aliud non corpus. Platonici etiā animas corporibus vniri nō ponebant, nisi per contactū virtutis, sicut motor mobili⁶. Et sic per hoc, q⁹ Plato ponit corpora cœlestia aiata, nihil aliud datur intelligi quam q⁹ substantiæ spirituales vniuntur corporibus cœlestibus, vt motores mobilibus. Quòd autē corpora cœlestia moueantur ab aliqua substantia apprehendente, & nō sōlùm à natura, sicut grauia & leuia: patet ex hoc q⁹ natura non mouet, nisi ad vnū, quo habito quiescit. Quod in motu corporum cœlestium non apparet. Vnde relinquitur, quod mouentur ab aliqua substantia apprehendente. Augustinus etiā dicit tertio de Trinitate*, Corpora omnia administrari à Deo per spiritū vitæ. Sic igitur patet, q⁹ corpora cœlestia non sunt aiata eo modo, quo plantæ & animalia, sed æquinoctē. Vnde inter ponentes ea esse animata, & ponentes ea inanimata, parua vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantūm.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q⁹ ad ornatum pertinēt aliqua secundū proprium motum. Et quatum ad hoc luminaria cœli conueniunt cum aliis quæ ad ornatū pertinent: quia mouentur à substantia viuente.

¶ Ad secundum dicendum, q⁹ nihil prohibet aliquid esse nobilius simpliciter: quod tamen nō est nobilius quantum ad aliquid. Forma ergo cœlestis corporis etsi non sit simpliciter nobilior anima animalis, est tamen nobilior quantum ad rationem formæ. Perficit enim totaliter suam materiam, vt non sit in potentia ad aliam formam. Quod anima non facit. Quantum etiam ad motū mouētur corpora cœlestia à nobilioribus motoribus.

¶ Ad tertium dicendū, q⁹ corpus cœleste, cùm sit mouens motum, habet rationem instrumenti quodagit in virtute principalis agentis⁶. Et ideo ex virtute sui motoris, quiest substātia viuens, potest causare vitam.

¶ Ad quartum dicendū q⁹ motus corporis cœlestis est naturalis, non propter principium actiuum, sed propter principium passiuum: quia scilicet habet in sua natura aptitudinē, vt tali motu ab intellectu moueatur.

¶ Ad quintū dicendū, q⁹ cœlū dicitur mouere seipsum, inquātum componitur ex motore & mobili, non sicut ex forma & materia, sed secundum contactum virtutis, vt dictum est*. Et hoc etiam modo pōt dici, q⁹ eius motor est principium intrinsecum: vt sic ē motus cœli possit dici naturalis ex parte principij actiui, sicut motus voluntarius dicitur esse naturalis animali inquantū est animal, vt dicitur in 8. Physicorum*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶*Super Quæstionẽ septuagesimam primam.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primò respõdet affirmatiuè: quia quintus dies respondet. Secundò differentiam inter Aug. & alios, qualis sit productio piscium & auium, actu vel virtute.

¶*Super Quæstionẽ septuagesimam secũdã.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primò respõdet affirmatiuè: quia sextus dies respondet tertio. Secundò differentiam August. & aliorum, qualis sit productio animalium terrestrium, actu vel virtute.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA prima de opere quintæ diei.

DEINDE considerandũ est de opere quintæ diei. Et videtur cp incõuenienter hoc opus describatur. Illud enim aquæ producunt ad cuius productionẽ sufficit virtus aquę. Sed virtus aquæ nõ sufficit ad productionem omnium piscium & auiũ: cum videamus plura eorum generari ex semine: Nõ ergo cõuenienter dicitur, Producãt aquę reptile animæ viuentis, & volatile super terram.

¶2 Præterea, Pisces & aues non tantũ producuntur ex aqua, sed in eorum compositione videtur magis terra dominari quam aqua: quia corpora eorũ naturaliter mouentur ad terrã. Vnde & in terra quiescũt. Non ergo conuenienter dicitur, pisces & aues ex aqua produci.

¶3 Præterea, Sicut pisces habent motũ in aquis, ita & aues in aere. Si ergo pisces ex aquis producuntur, aues non deberent produci ex aquis, sed ex aere.

¶4 Præterea, Nõ omnes pisces reptãt in aquis, cùm quidã habeant pedes quibus gradiũtur in terra: sicut vituli marini. Nõ ergo sufficienter productio piscium designatur in hoc cp dicitur producant aquæ reptibile animæ viuentis.

¶5 Præterea, Animalia terrestria sunt pfectiora auibus & piscibus. Quod patet ex hoc cp habent membra magis distincta. & perfectioré generationẽ. Generant enim animalia. Sed pisces & aues generant oua. Perfectiora autẽ præcedũt in ordine naturæ. Non ergo quinta die debuerunt fieri pisces & aues ante animalia terrestria.

*q. præc. art. 1.

¶IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum, cp sicut suprà dictum est*, opus ornatus per ordinẽ respõdet ordini distinctiõis. Vnde sicut inter tres dies distinctioni deputatos media (quæ est secunda) deputatur distinctioni medij corporis, scilicet aquæ ita inter dies deputatos ad opus ornatus media, id est quinta deputatur ad ornatum medij corporis per productionẽ auiũ & piscium. Vnde sicut Moyses in quarta die nominat luminaria & lucem, vt designet cp quarta dies respõdet primæ, in qua dixerat lucem factam: ita in hac quinta die facit mentionem de aquis & de firmamento cœli, vt designet, quòd quinta dies respondet secundæ.

350 ¶Sed sciendum est, cp sicut in productione plantarum differt Aug. ab aliis*: ita & in productione piscium & auiũ. Alij enim dicũt pisces & aues quinta die esse productos in actu. Aug. autem dicit, 5. super Genes. ad lit.* cp quinta die aquarum natura produxit pisces & aues potentialiter.

*cap. 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, cp Auic posuit omnia animalia posse generari ex aliquali elementorũ commixtione absq; semine ẽt per vià naturæ*. Sed hoc videtur incõueniens. Quia natura determinatis mediis, procedit ad suos effectus. Vnde illa quæ naturaliter generãtur ex semine, nõ possunt naturaliter fine semine generari. Et ideo dicendũ est aliter, cp in naturali generatione animaliũ principiũ actiuũ est virtus formatiua, quæ est in semine in iis quæ ex semine generãtur. Loco cuius virtutis in iis quæ ex putrefactione generantur, est virtus cœlestis corporis. Materiale autẽ principiũ in vtrorũq; animaliũ generatione est aliqđ elementũ, vel elemẽtatũ. In prima autẽ rerũ institutione fuit principiũ actiuũ verbũ Dei, quod ex materia elementari produxit animalia, vel in actu secundũ alios Sanctos, vel virtute secũdũ Aug.* nõ cp aqua aut terra habeat in se virtutẽ producendi omnia animalia, vt Auic. posuit: sed quia hoc ipsum cp ex materia elemẽtari virtute seminis, vel stellarũ possunt animalia produci, est ex virtute primitus elemẽtis data.

b 350 483 d

*loco citato proximè.

¶Ad secundũ dicendũ, cp corpora auium & piscium possunt dupliciter considerari. Vno modo secundũm se. Et sic necesse est cp in eis magis terrestre elementũ dominetur. Quia ad hoc cp fiat cõtemperatio mixtionis in corpore animalis, necesse est quod quantitatiuè abundet in eo elementũ quod est minus actiuũ. scilicet terra. Sed si consideretur secundũ quòd sunt nata moueri talibus motibus, sic habẽt affinitatẽ quãdã cum corporibus in quibus mouẽtur. Et sic eorũ generatio hic describitur.

¶Ad tertiũ dicendũ, cp aër, quia insensibilis est, nõ per seipsum connumeratur: sed cum aliis*, partim quidẽ cũ aqua quantũ ad inferiorẽ partẽ, quæ exhalationib* aquæ ingrollatur, partim etiã cum cœlo quantum ad superiorẽ partem. Aues autẽ motũ habent in inferiori parte aëris. Et ideo sub firmamento cœli volare dicuntur, etiam si firmamentũ pro nebuloso aëre accipiatur. Et ideo productio auium aquæ ascribitur.

351 & 347

¶Ad quartum dicendum, cp natura de vno extremo ad aliud transit per media. Et ideo inter cœlestia & aquatica animalia sunt quædã media quæ cõicant cum vtrisque, & cõputantur cum illis cum quibus magis communicant, secundũ id quod cum eis cõmunicant, non secundum id quod cõmunicant cũ alio extremo. Tamẽ vt includantur oĩa huiusmodi quæ habẽt aliquid speciale inter pisces, subiungit postquã dixerat, producant aquæ reptile aĩæ viuentis: Creauit Deus cete grãdia, &c.

¶Ad quintũ dicendũ, cp productio horum animalium ordinatur secundum ordinẽ corporũ, quæ eis ornantur magis quàm secundum propriam dignitatem. Et tamẽ in via generationis ab imperfectioribus ad perfectiora peruenitur.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA secunda de opere sextæ diei. 352

DEINDE quæritur de opere sextæ diei. Et videtur cp incõueniẽter describatur. Sicut enim aues & pisces habẽt viuentẽ animam, ita etiam & animalia terrestria. Non aũt terrestria animalia sunt ipsa anima viuens. Ergo incõueniẽter dicitur, Producat terra animam viuẽtem: sed debuit dici, Producat terra quadrupedia animæ viuentis. Super 70. cap. 1. Gen.

¶2 Præterea, Genus nõ debet diuidi cõtra specié. Sed iumẽta & bestiæ sub quadrupedibus cõputantur. Inconueniẽter ergo quadrupedia connumerantur iumentis & bestiis.

¶3 Præterea, Sicut alia animalia sunt in determinato genere & specie ita & homo. Sed in factione hominis non fit mentio de suo genere vel specie. Ergo nec in productione aliorum animalium debuit fieri mentio de genere vel specie, cum dicitur in genere suo vel specie sua.

¶4 Præterea, Animalia terrestria magis sunt similia homini quã à Deo dicitur benedici, quã aues & pisces. Cũ igitur aues & pisces dicantur benedici, multo fortius hoc dici debuit de aliis animalibus.

¶5 Præterea, Quædam animalia generãtur ex putrefactione, quæ est corruptio quædam. Corruptio autem non conuenit primæ institutioni rerum. Non ergo animalia debuerunt in prima rerum institutione produci.

¶6 Præterea, Quędã animalia sunt venenosa & homini noxia. Nihil autem debuit esse homini nociuũ ante peccatum. Ergo huiusmodi animalia vel omnino fieri à Deo non debuerunt, qui est bonorũ autor, vel non debuerunt fieri ante peccatum.

¶IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum, cp sicut in die quinto ornatur mediũ corpus, & respõdet secũdę diei*: ita in sexto die ornatur vltimum corpus scilicet terra per productionẽ animaliũ terrestriũ, & respondet tertię diei. Vnde vtrobiq; fit mentio de terra. Et hic etiã secundũ Aug.* animalia terrestria producuntur potentialiter: secundũ verò alios Sanctos, in actu.

*Gen. 1. 24. Super Gen. ad lit. 5. cap. 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, cp sicut Basilius dicit*, uersus gradus vitæ, qui in diuersis viuentibus inueniuntur ex modo loquẽdi Scripturę colligi põt. Plantæ enim habẽt imperfectissimã vitam & occultam. Vnde in earũ productione nulla mẽtio fit de vita, sed solùm de generatione, quia, secundũ hanc solùm inuenitur actus vitæ in eis. Nutritiua enim & augmentatiua generatiuæ deseruiunt: vt infrà dicetur*. Inter alia verò animalia perfectiora sunt (cõiter loquendo) terrestria in auibus & piscibus: non cp pisces memoria careant, vt Basilius* dicit, & Aug.* improbat, sed propter distinctionẽ membrorũ, & perfectionem generationis. Quantum autẽ ad aliquas sagacitates etiam aliqua animalia imperfecta magis vigent, vt apes & formicæ. Et ideo pisces vocat nõ aĩam viuentẽ, sed reptile animæ viuentis. Sed terrena animalia vocat animã viuẽtem propter perfectionẽ vitæ in eis, ac si pisces sint corpora habẽtia aliqd animæ, terrestria verò animalia propter perfectionẽ vitæ sint quasi animæ dominantes corporibus. Perfectissimus aũt gradus vitæ est in homine. Et ideo vitam hominis non dicit producta terra vel aqua, sicut cæterorum animalium, sed a Deo.

Basil. hom. 9. Hexam. Super Gen. ad lit. 5. cap. 5. Basil. hom. 9. Hexam. Super Gen. ad lit. 5. cap. 5.

¶Ad secundum dicendum, cp per iumenta vel pecora intelliguntur animalia domestica quæ homini seruiunt qualitercũque. Per bestias aũt intelliguntur animalia sæua, vt vrsi & leones. Per reptilia verò, animalia quę vel non habent pedes quibus eleuentur à terra, vt serpentes, vel habent breues, quibus parũ eleuãtur, vt lacertæ & formicæ. Sed quia sunt quædam animalia quæ sub nullo horum comprehenduntur, vt cerui & capreæ: vt etiam ista comprehenderentur, addidit: quadrupedia. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, & animalia sub iungit quasi species. Sunt enim quædam reptilia quadrupedia, vt lacertæ & formicæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd in aliis animalibus & plantis mentionem fecit de genere & specie, vt designaret generationes similium ex similibus. In homine autem non fuit necessarium vt hoc diceretur, quia quod præmissum fuit de aliis, etiã de homine intelligi potest. Vel quòd animalia & plãtæ producuntur secundum genus & speciem suam, quasi longè à similitudine diuina remota: homo autẽ dicitur formatus ad imaginem & similitudinem Dei.

¶Ad quartũ dicendũ, quòd benedictio Dei dat virtutẽ multiplicandi per generationẽ. Et ideo quod positum est in auibus & piscibus, quæ primo occurrunt, nõ fuit necessariũ repeti in terrenis animalibus, sed intelligitur. In hominib* aũt iteratur benedictio: quia in eis est quædã specialis multiplicationis ratio, propter complendũ numerũ electorũ. Et ne quisquam diceret in officio gignẽdi filios nullum esse peccatũ. Plantę verò nullum habent propagandæ prolis affectum, ac sine vllo sensu generant. Vnde indignæ iudicatæ sunt benedictionis verbis.

¶Ad quintũ dicendũ, cp cùm generatio vnius sit corruptio alterius, cp ex corruptione ignobiliorũ generẽtur nobiliora: nõ repugnat primę rerũ institutiõi. Vnde animalia quę generãtur ex corruptione rerum inanimatarũ, vel plantarum, potuerũt tunc generari: non autẽ quæ generantur ex corruptione animalium, tunc potuerunt produci nisi potentialiter tantùm.

cap. 16, Super Gen. contra Manichæos, cp si in aliquius opificis officinã imperitus intrauerit, videt ibi multa instrumenta quorum causas ignorat. Et si multum est insipiens, superflua putat. Iam verò si in fornacẽ intus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto se vulnerauerit, noxia existimat ibi esse multa. Quorũ vsum, quia nouit artifex insipientiã eius irridet. Sic in hoc mundo quidã audent multa reprehendere, quorũ causas nõ vidẽt. Multa enim etsi domui nostræ non sunt necessaria, in eis tamẽ cõpletur vniuersitatis integritas. Homo autẽ ante peccatũ ordinatè fuisset vsus rebus mundi. Vnde animalia venenosa ei noxia non fuissent*.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA tertia de iis quæ attinent ad septimum diem, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ pertinent ad septimum diem.

¶Et circa hoc quæruntur tria. Primò, de completione operum. ¶Secundò, de requie Dei. ¶Tertiò de benedictione & sanctificatione huius diei.

ARTICVLVS I.

356 2. dist. 15. q. 3. art. 1.

¶Virum complexio diuinorum operum debeat septimo diei ascribi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur cp cõpletio diuinorũ operũ nõ debeat septimo diei ascribi. Omnia enim quæ in hoc sęculo agũtur, ad diuina opera pertinẽt. Sed cõsummatio sęculi erit in fine mũdi, vt habetur Matt. 13. Tępus etiã incarnationis Christi est cuiusdã completionis tępus. Vnde dicitur tępus plenitudinis, Gal. 4. Et ipse Christus moriens dixit, Cõsummatũ est, vt dicitur Io. 19. Non ergo cõpletio diuinorũ operũ competit diei septimo.

¶2 Præterea, Quicũq; cõplet opus suũ, aliquid facit. Sed Deus nõ legitur septimo die aliquid feciſſe, quinimo ab omni opere quieuisse. Ergo completio operum nõ competit septimo diei.

¶3 Præterea, Nõ dicitur aliquid esse cõpletũ cui multa superadduntur, nisi sint illa superflua: quia perfectũ dicitur cui nihil deest eorũ quæ debet habere. Sed post septimũ diem multa sunt facta, & productio multorũ indiuiduorũ, & etiã quarundam nouarũ specierũ quæ frequenter apparent, præcipuè in animalibus ex putrefactione generatis. Quotidie etiam Deus nouas animas creat. Nouum etiã fuit incarnationis opus. De quo dicitur Ier. 13. Nouũ faciet Dominus super terrã. Noua ẽt sunt miraculosa opera. De quib* dicitur Eccl. 36. Innoua signa & immuta mirabilia. Innouabuntur etiã omnia in glorificatione Sanctorũ: secundũm illud Apoca. 21. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Completio ergo diuinorum operum non debet attribui septimæ diei.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Genes. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum quod patrarat.

¶RESPONDEO dicendum, cp duplex est rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem perfectio est secundũ quod res in sua substantia est perfecta. Quæ quidẽ perfectio est forma totius, quæ ex integritate partiũ cõsurgit. Perfectio autem secũda est finis qui vel est operatio, sicut finis citharistæ est citharizare: vel est aliquid ad quod operationẽ puenitur. sicut finis ædificatoris est domus, quam ædificando facit. Prima autẽ perfectio est causa secundæ: quia forma est principiũ operationis. Vltima autẽ perfectio quæ est finis totius Vniuersi, est perfecta beatitudo Sanctorũ, quæ erit in vltima consummatione sęculi. Prima autem perfectio, quæ est in integritate Vniuersi, fuit in prima rerũ institutione. Et hæc deputatur septimo diei.

*In cor.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, cp sicut dictũ est*, perfectio prima est causa secundæ. Ad beatitudinẽ autẽ cõsequẽdã duo requirũtur, natura & gratia. Ipsa ergo beatitudinis perfectio erit in fine mundi: vt dictũ est*. Sed ista cõsummatio præcessit causaliter, quãtum ad naturam quidẽ, in prima rerũ institutione: quantũ ad gratiã verò, in incarnatione Christi: quia gratia & veritas per Iesũ Christũ facta est, vt dicitur Io. 1. Sic igitur in septima die fuit cõsummatio naturæ, in incarnatione Christi consummatio gratiæ, in fine mundi cõsummatio gloriæ.

*Super Gen. ad lit. 4. cap. 16.

¶Ad secũdũ dicendũ, cp septima die Deus aliquid operatus est, non nouã creaturam condendo, sed creaturã administrando, & ad propriam operationem eam mouendo: quod iam aliqualiter pertinet ad inchoationem quandã secũdæ perfectionis. Et ideo consummatio operum secundum nostram trãslationẽ attribuitur diei septimę. Sed secundũ aliam translationẽ attribuitur diei sextę. Et vtrunq; potest stare, quia consummatio quæ est secũdum integritatem partium vniuersi, competit sextę diei: consummatio quæ est secũdum operationem partium, cõpetit septimæ. Vel potest dici cp in motu cõtinuo, quãdiu aliquid potest moueri vlterius, nõ dicitur motus perfectus ante quietẽ. Quies enim demõstrat motum cõsummatum. Deus autem poterat plures creaturas facere pter illas quas fecerat sex diebus. Vnde hoc ipso cp cessauit nouas creaturas cõdere in septima die, dicitur opus suum consummasse.

¶Ad tertium dicendũ, cp nihil postmodũ à Deo factũ est totaliter nouũ, quin aliqualiter in operibus sex dierum præcesserit. Quædã enim præxtiterunt materialiter: sicut cp Deus de costa Adæ formauit mulierẽ. Quædã verò præxtiterunt in operibus sex dierũ, non solùm materialiter, sed etiã causaliter. Sicut indiuidua, quæ nunc generãtur, præcesserũt in primis indiuiduis suarũ specierum. Species etiam nouæ si quæ apparent, præxtiterunt in quibusdã acquisitis virtutibus. Sicut & animalia ex putrefactione generata producũtur ex virtutibus stellarum & elementorum: quã à principio acceperũt, etsi nouæ species talium animalium producantur. Animalia etiã quædam secundũ nouam speciẽ aliquando oriuntur ex cõmixtione animaliũ diuersorũ secundũ speciem: sicut cũ ex asino & equa generatur mulus. Et hæc etiã præcesserunt causaliter in operibus sex dierũ. Quædã verò pcesserũt secundũ similitudinẽ, sicut animæ quæ nũc creãtur*. Et similiter incarnationis opus. Quia, vt dicitur Phil. 2. filius Dei est in similitudinẽ hominũ factus. Gloria ẽt spiritualis secũdũ similitudinẽ præcelsit in angelis: corporalis verò in cœlo, præcipuè empyreo*. Vnde dicitur Eccles. 1. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcelsit in sæculis quæ fuerunt ante nos.

*Super Gen. ad lit. 5. cap. 5. 454 582 a 339

ARTICVLVS II.

¶Virum Deus septima die requieuit ab omni opere suo.

357 2. dist. 15. q. 3. art. 1.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur cp Deus septima die nõ requieuit ab omni suo opere. Dicitur enim Ioã. 1. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Non ergo septima die requieuit ab oĩ opere.

¶2 Præterea, Requies motui opponitur, vel labori qui interdũ causatur ex motu. Sed Deus immobiliter & absque labore sua opera produxit. Non ergo dicendũ est, septima die à suo opere requieuisse.

¶3 Si dicatur cp Deus requieuit die septima, q. a facit hoiem requiescere: cõtra, requies cõtraponitur ei* operationi. Sed cp dicitur, De* creauit vel fecit hoc vel illud, nõ exponitur, cp Deus hominem fecit creare aut facere. Ergo nec conuenienter exponi potest, vt dicatur Deus requieuisse, quia fecit hominem requiescere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genes. 2. Requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat.

¶RESPONDEO dicẽdum, cp quies propriè opponitur motui, & per consequẽs labori, qui ex motu cõsurgit. Quãuis autẽ motus propriè acceptus sit corporũ, tamẽ nomẽ Motus etiã ad spiritualia derluatur dupliciter. Vno modo secundum quod ois operatio motus dicitur. Sic enim & diuina bonitas quodãmodo mouetur & procedit in res secũdum quod se eis cõmunicat, vt Dio. dicit 2. c. de Diui. no. Alio modo, desideriũ in aliud

¶*Super Quæstionis septuagesimæ tertiæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore vnacõclusio respõsiua. Prima: Perfectio vniuersi congruè septimæ diei ascribitur, vltima autem cõsummationi sęculi. Declarãtur primò termini in communi, distinguẽdo duplicem perfectionem, primam & secundam: & hanc dupliciter, ordinãdo eas. Probatur deinde: & quo ad secũdam partẽ, quia illa est beatitudo Sanctorũ pfecta: & quo ad primam quia cõsistit in integritate Vniuersi.

¶*Super Quæstionis septuagesimæ tertiæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore tria. Primò, quomodo reqes dupliciter inueniũtur in spiritualib*: sicut & motus, cui primò opponitur, scilicet pro cessatione, & pro impletione de fiderij. Secũdò respõdet vna cõclusione bimembri, Deus vttoq; modo requeuit septimo die. Et ꝓbatur quo ad primũ, qa cessauit à nouis: quo ad secundũ, quia in seipso quieuit. Tertiò exciuditur obiectio cõtra hoc secũdum quia scilicet nõ debet hoc modo magis septima die, quã alia dici quiescere: quia sem ꝓ hoc modo quieuit, & nunquam habuit motum opposit. Et hoc excludit, cp fatiari seipso non absolutè, sed post cõdita opera attribuitur septimo diei. Et hoc nõ semper cõuenit, quamuis nec oppositus mot*. Et exoliciauit hoc Scriptura, vt ostenderet Deum non egere factis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò enumerat duo in die septimo. Secundò reſpõdet quæſito affirmatiuè: Benedixit dñs diei ſeptimo. Probatur. quia in eo inchoat admiſtratio, & requies in Deo poſt opera: vtrique aũt debetur benedictio & ſanctificatio, primum primo, & ſecundum ſecundo, vt patet.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum primum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primò reſpõdet quæſito in cõi. Secundò in ſpeciali ſecundũ alios. Tertiò ſecũdum Aug. Concluſio affirmatiua, Sex dies ſufficiẽter numerãtur. Quæ concluſio probatur: quia in eis oportuit opus diſtinctiõis, & ornatus partium mundi fieri: ſecũdum alios, tres corporeę partes ſũt mũdi: ſingulæ duobus diebus, altero diſtinguẽte, altero ornante egent. ergo. Sed ſecundum Aug. creatura ſpiritualis admiſcetur & conſummatur primo die, ſecundo corporalis ſuperior, tertio inferior: in reliquis conuenitur.

in aliud tendens, quidã motus dicitur. Vnde & requies dupliciter accipitur. Vno modo pro ceſſatione ab operibus. Alio modo pro impletione deſiderij. Et vtroq; modo dicitur Deꝰ requieuiſſe die ſeptima. Primò quidẽ, quia die ſeptima ceſſauit no uas creaturas condere. Nihil enim poſtea fecit, qđ nõ aliquo modo p̃ceſſerit in primis operibus, vt dictũ eſt*. Alio modo ſecũdũ qđ rebus cõditis ipſe nõ indigebat, ſed ſeipſo fruẽdo beatus eſt. Vnde poſt cõditionẽ omniũ operũ nõ dicitur, q̃ in ſuis operibus requieuit, quaſi eis ad ſuã beatitudinẽ indigens: ſed ab eis requieuit, vtiq; in ſeipſo, q̃ a ſufficit ſibi & implet deſiderũ ſuũ. Et quamuis ab æterno in ſeipſo requieuerit, tamen q̃ poſt opera condita in ſeipſo requieuit, hoc pertinet ad ſeptimum diem. Et hoc eſt ab operibus requieſcere, vt Aug. dicit ſuper Gen. ad lit.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Deus vſque modo operatur conſeruando & adminiſtrando creaturam conditam, nõ autem nouam creaturam condendo.

¶ Ad ſecundũ dicendũ, q̃ requies non opponitur labori ſiue motui, ſed productioni nouarũ rerum & deſiderio in aliud tendenti, vt dictum eſt*.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ ſicut Deus in ſolo ſe requieſcit, & ſe fruẽdo beatus eſt: ita & nos per ſolã Dei fruitionẽ beati efficimur. Et ſic etiã facit nos à ſuis & noſtris operibus in ſeipſo requieſcere. Eſt ergo cõueniens expoſitio, vt dicatur Deus requieuiſſe, quia nos requieſcere facit. Sed non eſt hæc ſola ponẽda, ſed alia expoſitio eſt principalior & prior.

ARTICVLVS III.

¶ Virum benedictio & ſanctificatio debeatur diei ſeptimæ.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur q̃ benedictio & ſanctificatio nõ debeatur dieiſeptimę. Tẽpus enim aliquod conſueuit dici benedictum aut ſanctũ propter aliquod bonũ, quod in illo tempore euenit, aut propter hoc q̃ aliquod malũ vitatur. Sed Deo nihil accreſcit aut deperit, ſiue operetur, ſiue ab operãdo ceſſet. Nõ ergo ſpecialis benedictio & ſanctificatio debetur diei ſeptimæ.

¶ 2 Præterea, Benedictioa bonitate dicitur. Sed bonũ eſt diffuſiuũ & cõmunicatiuũ ſui ſecundũ Dio. Ergo magis debuerunt benedici dies in quibus creaturas produxit, quam ille dies in quo à producendis creaturis ceſſauit.

¶ 3 Præterea, In ſingulis creaturis quædã benedictio cõmemorata eſt dum in ſingulis operibus dictũ eſt, Vidit Deus q̃ eſſet bonum. Non oportuit igitur q̃ poſt omnium productionem dies ſeptima benediceretur.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur Geneſ. 2. benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in illo ceſſauerat ab omni opere ſuo.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ ſicut ſupra dictum eſt*, requies Dei in die ſeptima dupliciter accipitur. Primo quidem quantũ ad hoc q̃ ceſſauit à nouis operibus cõdendis, ita tamẽ q̃ creaturã conditam conſeruat & adminiſtrat. Alio modo ſecundum quod poſt opera requieuit in ſeipſo. Quantũ ergo ad primũ competit ſeptimæ diei benedictio: quia, ſicut ſupra dictum eſt*, Benedictio ad multiplicationẽ pertinet. Vnde dictũ eſt creaturis quas benedixit, Creſcite & multiplicamini. Multiplicatio autẽ rerũ fit per adminiſtrationẽ creaturæ ſecundũ quam ex ſimilibus ſimilia generantur. Quantũ verò ad ſecundum competit ſeptimæ diei ſanctificatio. Maximè enim ſanctificatio cuiuſlibet attenditur in hoc, q̃ in Deo requieſcit. Vnde & res Deo dedicatæ ſanctæ dicuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ non propter hoc dies ſeptimus ſanctificatur: quia Deo poſsit aliquid accreſcere, vel decreſcere, ſed quia creaturis aliquid accreſcit per multiplicationem & quietem in Deo.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ in primis ſex diebus productæ ſunt res in ſuis primis cauſis. Sed poſtea ex illis primis cauſis res multiplicantur & conſeruãtur: quod etiam ad bonitatem diuinam pertinet. Cuius etiam perfectio in hoc maximè oſtendit ur, q̃ in ipſa ſola ipſe requieſcit, & nos requieſcere poſſumus, eã fruentes.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd bonum quod in ſingulis diebus cõmemoratur, pertinet ad prima naturæ inſtitutionẽ: benedictio autem diei ſeptimæ pertinet ad naturæ propagationẽ.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAquarta de omnibus ſeptem diebus in communi, in tres articulos diuiſa.

DEINDE quæritur de omnibus ſeptẽ diebus in cõmuni. ¶ Et quæruntur tria. ¶ Primò, de ſufficientia horum dierum. ¶ Secundò, vtrum ſint vnus dies, vel plures. ¶ Tertiò, de quibuſdam modis loquendi, quibus Scriptura vtitur enarrando opera ſex dierum.

ARTICVLVS I.

¶ Virum ſufficienter iſti dies enumerentur. 559

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q̃ inſufficienter iſti dies enumerẽtur: Non minus enim diſtinguitur opus creationis ab operibus diſtinctionis & ornatus, quàm hęc duo opera abinuicẽ. Sed alij dies deputãtur diſtinctioni, & alij ornatui. Ergo etiam alij dies debent aſſignari creationi.

¶ 1 Præterea, Aër & ignis ſunt nobiliora elemẽta, quã terra & aqua. Sed vnus dies deputatur diſtinctioni aquæ & alius diſtinctioni terræ. Ergo alij dies debent deputari diſtinctioni ignis & aëris.

¶ 3 Præterea, Nõ minus diſtant volucres & piſces quã volucres & terreſtria animalia. Homo etiã plus diſtat ab aliis animalib⁹ quàm alia quæcũque animalia abinuicẽ. Sed alius dies deputatur productioni piſciũ maris, & alius productioni auium cœli & alius productioni hominis.

¶ 4 SED CONTRA, Videtur q̃ aliqui dies ſuperfluè aſſignẽtur. Lumẽ enim ad luminaria ſe habet vt accidẽs ad ſubiectum. Simul autẽ producitur ſubiectum cum proprio accidẽte. Non ergo alia die debuit produci lux, & alia luminaria.

¶ 5 Præterea, Dies iſti deputantur primæ inſtitutioni mũdi. Sed in ſeptima die nihil primitus eſt inſtitutum. Ergo ſeptima dies non debet aliis connumerari.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ ratio diſtinctionis horum dierũ ex præmiſſis põt eſſe manifeſta*. Oportuit enim primò diſtingui partes mundi: & poſtmodũ ſingulas partes ordinari per hoc q̃ quaſi ſuis habitatoribus replentur. Secundũ ergo alios Sãctos in creatura corporali tres partes deſignãtur. Prima, quæ ſignificatur noĩe Cœli. Media, quæ ſignificatur noĩe Aquæ. Infima, quæ ſignificatur noĩe Terræ. Vnde & ſecundũ Pythagoricos, perfectio in trib⁹ punctis, principio, medio, & fine: vt dicitur in 1. de Cœlo*. Prima ergo pars diſtinguitur prima die & ornatur quarta. Media diſtinguitur tertia die, & ornatur ſexta. natur quinta. Infima diſtinguitur tertia die, & ornatur ſexta. Aug. verò cõuenit quidẽ cũ eis in vltimis tribus diebus, differt aũt in trib⁹ primis. Quia ſcꝫ m eũ in primo die formatur creatura ſpiritualis, in duobus aliis creatura corporalis: ita q̃ in ſecũdo corpora ſuperiora, in tertio corpora inferiora. Et ſic pfectio diuinorũ operũ reſpondet perfectioni ſenarij numeri, qui cõſurgit ex ſuis partibus aliquotis cõiũctis, quæ quidẽ partes ſunt vnũ, duo, tria. Vna eñ dies deputat formationi creaturæ ſpiritualis, duę formatiõi creaturę corporalis, & tres ornatui.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ſecundum Aug. opus creationis pertinet ad ꝓductionẽ materiæ informis & naturę ſpiritualis informis. Quæ quidẽ duo ſunt extra tẽpus, vt ipſe dicit in 12. cõfeſ.* Et ideo creatio vtriuſq; ponitur ante oẽ die, & 12. Sed ſecundũ alios Sanctos poteſt dici, q̃ opus diſtinctionis & ornatus attẽditur ſecũdũ aliquã mutationẽ creaturæ, quæ tẽpore menſuratur*. Opus autẽ creationis cõſiſtit in ſola diuina actione in inſtanti rerũ ſubſtantiã producentis. Et ideo quodlibet opus diſtinctionis & ornatus dicitur factũ in die, creatio aũt dicitur facta in principio: quod ſonat aliquid indiuiſibile. ¶ Ad ſecundũ dicendũ, q̃ ignis & aër, quia nõ diſtinguuntur à vulgo, inter partes mũdi, nõ ſunt expreſsẽ nominata à Moyſe: ſed computantur cum medio, ſ. aqua, maximè quantũ ad inferiorem aeris partem. Quantum verò ad ſuperiorẽ cõputantur cum cœlo: vt Aug. dicit*.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ productio animalium recitatur ſecundum quod ſunt in ornatum partiũ mũdi. Et ideo dies productionis animaliũ diſtinguuntur, vel vniuntur, ſecundũ hãc conuenientiam, vt differentiã, qua conueniunt vel differũt in ornando aliquam partem mundi.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ prima die facta eſt natura lucis in aliquo ſubiecto. Sed quarto die facta ſunt luminaria: nõ quia eorum ſubſtantia ſit de nouo producta, ſed quia ſunt in aliquo modo formata, quo prius non erant, vt ſupra dictum eſt*.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ ſeptimæ diei ſecũdũ Aug.* deputatur aliq̃d poſt oĩa quę ſex diebus attribuũtur, ſ. q̃ Deus à ſuis operibus in ſeipſo requieſcit. Et ideo oportuit poſt ſex dies fieri mentionẽ de ſeptimo. Secundũm verò alios põt dici, q̃ in ſeptimo die mundus habuit quendam nouum ſtatũ, vt. ei nihil adderetur de nouo. Et ideo poſt ſex dies ponitur ſeptima deputata ceſſationi ab opere.

ARTIC.

ARTICVLVS II.

¶ Virum omnes iſti dies ſint vnus dies.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ oẽs iſti dies ſint vnus dies. Dicitur enim Gen. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terrę, quãdo creatę ſunt in die quo fecit Dominus cœlũ & terrã, & omne virgultũ agri antequã oriretur in terra. Vnꝰ ergo eſt dies in quo fecit cœlum & terrã, & omne virgultum agri. Sed cœlum & terrã fecit in prima die. vel potius ante omnem diem: virgultum autem agri tertia die. Ergo vnus eſt primus dies & tertius: & pari ratione omnes alij.

¶ 2 Præterea, Eccle. 18. dicitur: Qui viuit in æternũ, creauit oĩa ſimul. Sed hoc nõ eſſet, ſi dies horũ operũ eſſent plures, q̃ a plures dies nõ ſunt ſimul. Ergo nõ ſunt plures dies, ſed vnus tãtũ.

¶ 3 Præterea, Die ſeptimo ceſſauit Deus à nouis operibus condendis. Si ergo ſeptima dies eſt alia ab aliis diebus, ſequitur q̃ illam diem non fecerit. Quod eſt inconueniens.

¶ 4 Præterea, Totũ opus q̃ vni diei aſcribitur, in inſtãti perfecit, cùm in ſingulis operib⁹ dicatur, Dixit, & factũ eſt. Si igitur ſequẽs opus in diem aliũ referuaſſet, ſequeretur quod in reſidua parte illius diei ceſſaſſet ab opere. Quod eſſet ſuperfluũ. Non igitur eſt alius dies ſequẽtis operis à die operis p̃cedentis.

¶ SED CONTRA eſt quod Gene. 1. dicitur, Factum eſt veſpere & mane dies ſecũdus, & dies tertius, & ſic de aliis. Secundum autẽ & tertium dici non poteſt vbi eſt vnum tantùm. Ergo non fuit vnus dies tantùm.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ in hac quæſtione Aug. ab aliis expoſitoribus diſſentit. Aug. enim vult. 4. ſup Gen. ad lit*. & 11. de Ciui. Dei.* & ad Oroſiũ*, q̃ oẽs qui dicũtur ſeptẽ dies, ſunt vnus dies, ſeptẽpliciter rebus præſentatus. Alij verò expoſitores ſentiũt, q̃ fuerũt ſeptẽ dies diuerſi, & nõ vnꝰ tãtùm. Hæ autẽ duæ opiniones ſi referãtur ad expoſitionẽ literæ Gen. magnã diuerſitatẽ habent. Nam ſecundũ Aug. per dié intelligitur cognitio mentis angelicæ, vt ſic primus dies ſit cognitio primi diuini operis: ſecũd⁹ dies cognitio ſecundi operis: & ſic de aliis. Et dicitur vnũquodq; opus eſſe factũ in aliqua die: q̃ a nihil Deus produxit in rerũ natura quod nõ impreſſerit mẽti angelicæ*. Quæ quidẽ multa ſimul põt cognoſcere, ſcipuè in verbo, in quo oĩs angelorũ cognitio perficitur & terminatur. Et ſic diſtinguitur dies ſecundũ naturalẽ ordinẽ rerũ cognitarũ: non ſecũdũ ſucceſsionẽ cognitionis, aut ſecundũ ſucceſsionẽ productionis rerũ. Cognitio aũt angelica propriè & verè dies nominari põt, cũ lux quæ eſt cauſa diei, propriè in ſpiritualibus ſecundũ Aug.* inueniatur*. Secũdũ verò alios per iſtos dies & ſucceſsio dierũ temporaliũ oſtẽditur, & ſucceſsio productionis rerũ. Sed ſi iſtæ duæ opiniones referãtur ad modum productionis rerũ, nõ inuenitur magna differẽtia. Et hoc propter duo in quibus exponẽdo diuerſificatur Aug. ab aliis, vt ex ſupradictis patet*. Primò quidẽ, quia Aug. per terrã & aquã prius creatã intelligit materiã totaliter informẽ. Per factionem autẽ firmamenti, & congregationẽ aquarum, & apparitionem aridæ intelligit impreſsionẽ formarũ in materiam corporalẽ. Alij verò Sancti per terrã & aquam primò creatas intelligunt ipſa elementa mundi ſub propriis formis exiſtentia. Per ſequẽtia autẽ opera, aliquã diſtinctionẽ in corporibus priùs exiſtentibus, vt ſupra dictũ eſt*. Secundò autẽ differũt quantũ ad productionẽ plantarũ & animaliũ, quæ alij ponũt in opere ſex dierũ eſſe producta in actu. Aug. verò potentialiter tantùm*. In hoc ergo, q̃ Aug ponit opera ſex dierũ eſſe ſimul facta, ſequitur idem modus productionis rerũ. Nã ſecundum vtroſq; in prima rerũ productione materia erat ſub formis ſubſtantialibus elementorũ*, & ſecundum vtroſq; in prima rerũ inſtitutione non fuerunt animalia & plantæ in actu*. Sed remanet differentia quantũ ad quatuor. Quia ſecundum alios Sanctos poſt productionẽ creaturę fuit aliquod tempus inquo non erat lux. Item in quo nõ erat firmamentũ formatũ. Item in quo nõ erat terra diſcooperta aquis. Et in quo nõ erãt formata cœli luminaria: quod eſt quartum*. Quæ nõ oportet ponere ſecundum expoſitionẽ Aug. Vt igitur neutri ſententię præiudicetur, vtriuſque rationibus reſpondendum eſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ in die in quo creauit Deus cœlum & terrã, creauit etiã omne virgultum agri nõ in actu, ſed antequam oriretur ſuper terram, id eſt potentialiter, q̃ Aug. aſcribit tertiæ diei: alij verò primæ rerũ inſtitutioni.

¶ Ad ſecundũ dicendum, q̃ Deus creauit omnia ſimul quantũ ad rerum ſubſtantiam quodammodo informem: ſed quantum ad formationem quæ facta eſt per diſtinctionem & ornatum, non ſimul. Vnde ſignanter vtitur verbo creationis.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ in die ſeptimo ceſſauit Deus à nouis operibus condendis, nõ autẽ propagandis quibuſdã aliis. Ad quã propagationẽ pertinet, q̃ poſt primũ diem alij ſuccedunt.

¶ Quòd ad secundum probatur sic, Omnis corruptio est cū contrarietate. Sed in anima intellectiua nulla est contrarietas. ergo. Maior probatur dupliciter. Primò, quia generationes & corruptiones sunt ex contrariis & in contraria, 5. Physic. Secundò, quia in corporibus cœlestibus hoc videmus. Minor probatur sic: Recepta in anima sunt absque contrarietate. ergo & ipsa anima. Antecedens probatur, quia etiam rationes contrariorum in anima non sunt contrariæ. probatur, quia vna vtriusque scientia est consequentia. probatur, quia vnumquodque recipit secundum modum sui esse.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium: quia non videtur verū q. in anima nulla sit contrarietas. Primò, quia in anima recipiūtur opiniones cōtrariæ: vt patet in 2. Peryhermē. Et rursus, animæ immutatio de ignorantia præuę dispositionis in scientiam est nutratio de cōtrario in contrarium. Secundò, quia aut intendis q. anima intellectiua secundum suam substantiam caret cōtrario, aut etiam secundum accidentia sibi propria. Si primo modo, hoc est cōmune omni substātiæ: si secundo, hoc est manifestē falsum: quia dispositiones conferuantes animam intellectiuam, contrarias habent, vt patet: alioquin homo nunquam moreretur.

¶ Ad primum horum dicitur, quod opiniones & vniuersaliter entia in anima materia & forma: nulla est alia causa nisi mouens ex potestate ad actum. Quæcunque verò non habent materiā, omnia simpliciter sunt quasi verè entia aliquid.

¶ Ad quartū dicendū, q. omne participatum cōparatur ad participās, vt actus ei⁹. Quæcunque autem forma creata per se subsistens ponatur, oportet q. participet esse: quia etiam ipsa vita, vel quicquid sic diceretur, participat ipsum esse: vt dicit Diony. 5. ca. de Diui. nomi. Esse autem participatū finitur ad capacitatem participātis⁶. Vnde solus Deus, qui est ipsum suum esse, est actus purus & infinitus. In substātiis verò intellectualibus est cōpositio ex actu & potētia, nō quidē ex materia & forma, sed ex forma & esse participato. Vnde à quibusdā dicūtur cōponi ex quo est⁶, & quod est: ipsum em esse est quo aliquid est.

ARTICVLVS VI.

¶ *Verum anima humana sit corruptibilis.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q. aia humana sit corruptibilis. Quorū enim est simile principiū & similis processus, videtur esse similis finis. Sed simile est principiū generationis hominū & iumētorū, quia de terra facta sunt: similis est etiā vitę processus in vtrisque: quia similiter spirat oia, & nihil habet homo iumēto amplius, vt dicitur Eccle. 3. Ergo, vt ibidem concluditur, vnus est interitus hominis & iumētorum, & æqua vtriusq; conditio. Sed anima brutorū animalium est corruptibilis. Ergo & anima humana est corruptibilis.

¶ 2 Præterea, omne q⁸ est ex nihilo, vertibile est in nihilum: quia finis debet respōdere principio. Sed, sicut dicitur Sap. 2. ex nihilo nati sumus. Quod verū est non solùm quātùm ad corpus, sed etiam quantū ad animam. Ergo, vt ibidem concluditur, post hoc erimus tanquam non fuerimus, etiam secundum animam.

¶ 3 Præterea, nulla res est sine ꝓpria operatione. Sed ꝓpria operatio animę, quę est intelligere cū phantasmate, nō potest esse sine corpore. Nihil enim sine phātasmate intelligit anima. phātasma autē nō est sine corpore, vt dicitur in lib. de ani.⁹ Ergo anima non pōt remanere destructo corpore.

¶ SED CONTRA est, quod Dio dicit 4. cap de Diui. no. q. animæ humanæ habent ex bonitate diuina, quòd sint intellectuales: & quod habeant substantialem vitam inconsumptibilem.

¶ RESPONDEO dicendum, q. necesse est dicere animam humanam, quam dicimus intellectiuum principium, esse incorruptibilem. Simpliciter enim aliquid corrumpitur. Vno modo per se, alio modo per accidens. Impossibile est autem aliquid subsistēs generari, aut corrumpi per accidens, id est aliquo generato vel corrupto. Sic enim competit alicui generari & corrumpi, sicut & esse, quod per generationem acquiritur, & per corruptionem amittitur. Vnde q⁸ per se habet esse, non pōt generari vel corrumpi nisi per se. Quæ verò non subsistunt vt accidentia & formæ materiales, dicuntur fieri & corrumpi per generationem & corruptionem compositorum⁸. Ostensum est autem suprà⁹, quòd animæ brutorum nō sunt per se subsistentes, sed sola anima humana. Vnde animæ brutorum corrūpuntur corruptis corporibus: anima autem humana non posset corrumpi, nisi per se corrumperetur. Quod quidē omnino est impossibile non solùm de ipsa, sed de quolibet subsistente: quod est forma tātū. Manifestū est enim, ꝙ id, quod secūdum se conuenit alicui, est inseparabile ab ipso. Esse autem per se conuenit formę, quæ est actus⁶. Vnde materia secundum hoc acquirit esse in actu ꝙ acquirit formā: secundum hoc autem accidit in ea corruptio, quòd separatur forma ab ea. Impossibile est autem ꝙ forma separetur à seipsa. Vnde impossibile est, quòd forma subsistens desinat esse. Dato etiā, quòd anima esset ex materia & forma composita, vt quidam dicūt, adhuc oporteret ponere eam incorruptibilē. Nō enim inuenitur corruptio nisi vbi inuenitur cōtrarietas. Generationes enim & corruptiones ex cōtrariis & in cōtraria sunt. Vnde corpora cœlestia, quia non habent

* libr. 2. tex. 101.

¶ Circa hanc partem dubium occurrit duplex. Primò ex Scoto vbi suprà, volente quòd ex desiderio naturali non possit certificari immortalitas animæ: sed ratione, Desiderium naturale ad semper esse, aut suppponit animam posse semper esse, aut apprehensionem mouentium esse rectam: sed vtrumque horum est æque ignotum aut magis. ergo. Antecedens patet, quia desiderium naturale potest dici duplicitèr, vel de inclinatione naturali, & tunc coincidit cum potentia naturali. aut de actu elicito conformi naturæ: & tunc oportet ostendere hunc actum esse conformem naturæ: aut per potentiam naturæ, & redit primum: aut per rectitudinem cognitionis repræsentantis tale appetibile, quod erat secundum.

¶ Secundò dubitatur & difficilius circa medium sancti Thomæ: quia scilicet intellectus apprehendit esse semper. Videtur enim ex hoc nullo modo sequi intenta conclusio. Esse semper, dupliciter contingit, scilicet positiuè, vt in Deo: & negatiuè, vt in vniuersali. Aut ergo intendit positiuè: & tunc aut esse proprium, aut alienum, aut aliquod in communi. Nullo autem istorum modorum infert naturale desiderium talis apprehensi. Ex hoc nanque quòd apprehendimus esse proprium sempiternum speculatiuè, nihil sequitur. Practicè autem falsa est apprehensio respectu totius compositi. Respectu autem animæ solius hoc non experimur: nec scimus eam esse rectam, nec naturaliter inesse: sed probandum hoc esset. Et eo verò quòd apprehendimus esse alterius, puta Dei sempiternum, non sequitur, ergo volumus esse semper. Ex eo quoque quòd apprehendimus aliquod esse, esse sempiternum: nec etiam sequitur, ergo volumus esse semper, nisi velleitate quadam qua omnes vellemus perfectiones etiam impossibiles, vt volare. &c. Aut intendit negatiuè: & tunc idem est esse semper, & esse in vniuersali. Et antecedens quidem est verissimum: quia naturaliter appetimus esse semper: sed ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quòd naturaliter appetimus esse in vniuersali & in communi, & non solùm hic & nunc: quod gratis conceditur. Sed ex hoc non sequitur, ergo appetimus esse semper imò est fallacia amphibologiæ: quia quæstio est de naturaliter appetere esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper, ita quòd ly semper est pars obiecti appetibili, id est quòd appetatur hoc totũ esse semper: ista vero ratio loquitur de esse semper, vt ly semper est conditio sine quarens appetitu, scilicet esse, nõ reperiẽtatur & appetitur. Vnde esse semper in quæstione idem est quod esse sempiternum. In ratione verò æquiualet huic quòd dico, esse sempiterno modo oblatum: quia vniuersaliter. Et rursus quæstio est de esse semper positiue: & ratio militar de esse semper negatiue.

¶ Ad has obiectiones præpostero ordine dicẽdum est cum Dei adiutorio: præmittendo quòd in proposito est sermo de desiderio naturali pro actu elicito: quia de sequente cognitionem, vt patet in litera, & diffusius in 2. contra Genti. capite 55. Nec est sermo de desiderio naturali nostro, id est totius compositi, sed animæ intellectiuæ. Nec est sermo de esse nostro, sed de esse animæ. non curãdo vtrum animæ & nostri sit vnũ aut diuersum esse. Ita quòd intentio Sanct. Thom. est ex eo quòd in natura intellectiua est naturaliter inditum, vt opter esse semper, infette à posteriori eius incorruptibilitatem.

Quòd autem talis appetitus illi insit, non ex eo quòd statim oblata oportatur sempiternitas, probauit: quoniam velle istatem tantum hoc infert, vt patet in nobis: quos quum cõstet mortales esse, propositam tamen immortalitatem concupiscimus. Sed ex eo probauit quòd intellectus apprehendit esse sempet: & intendit non de esse proprio aut alieno, sed simpliciter & absolutè de esse. Sempiternitate autem iudicio meo vtitur etiam in cõmuni: siue positiua siue negatiua, non curando, & hoc extendendo, sicut in rei veritate extenditur hoc signum ad totam naturam intellectualem. Et quoniam de sempiternitate negatiuè in nostra anima hoc experimur, ex illa nobis dilucidandum est intentum. hoc enim manifestato de reliqua erit planum. Sciendum est igitur, quòd quia appetitus sequitur cognitionem, & tes appetita est bonum apprehensum, ex hoc quòd cognitio non se extendit ad bonum nisi in hoc & vi nunc: necesse est quòd appetitus sequens talem cognitionem non feratur nisi ad hoc, & hic, & nunc bonum. Et consequenter ex eo quòd cognitio se extendit ad bonum non in hoc aut illo, non hic aut ibi, non nunc aut tunc, sed ad bonum absolutè, abstrahendo ab omnibus temporibus loci individualibus conditionibus: appetitus quoque talem cognitionem sequens fertur in bonum absolutè abstrahendo ab his. Et propter hoc voluntas est vniuersalium, sicut & intellectus. Vnde & in secundo Rhetoricorum dicitur quod odio habemus genus latronum. Et hoc autem quòd voluntas seu appetitus intellectualis habet hoc iudicium, vt feratur in bonum absolutè, sequitur intentum: quia quũ naturaliter appetat esse, & non secundum aliquam certam differentiã temporis, ergo sempiternum. Quod autem naturaliter appetat esse actu elicito, probat S. Tho. hic: quia vnumquodque secundũ vnumquenq; gradum naturaliter appetit esse: ergo intellectuale, vt sic & consequenter actu elicito, alioquin nõ intellectualiter tenderet. Et in secundo contra Gent. affert signum manifestum & irrefragabile: quia videmus quòd animalia naturaliter secundũ modũ suæ cognitionis, per illam cõsequunt sibi esse, & pugnant pro illo, hoc enim non fit nisi medio actu elicito appetitus. Quòd verò nõ secundũ aliquam certam differentiã temporis, patet quia appetitur absolutè abstrahendo à temporis differentia. Abstrahit autẽ à differentia temporũ dico: non solùm vt conditione obiecti, sine qua nõ, sed etiam vt parte rei appetitæ: quia esse absolutè, non vt nũc, nec tantò tempore appetitur. Consequẽtia verò fundatur super illa maxima ostẽsa in primo Cœli, text. 116. &c. q. omnis potẽtia naturalis est determinata ad maximũ, & minimum: ita q. impossibile est quòd aliquid habeat naturalem inclinationẽ ad agendum, aut essendum vagè, sed oportet q. determinetur vel tantum tempus, vel semper, vel nunquã. Ex hoc enim apertè sequitur, q. si appetitus naturalis est ad esse, & non secundũ aliquã differentiã semporis, ergo ad esse semper. Quod probatur etiã deducẽdo ad impossibile: quia si appetitus naturalis est ad esse vagè, ergo potentia naturalis illius naturæ est etiam ad esse vagè. ergo posse esse illuminatum ad maximum & minimum tempus: quod est contra doctrinã primi de cœlo. & cõtra rationem, quia omnis natura aut est corruptibilis, aut incorruptibilis. Si incorruptibilis, habet virtutem determinatã ad semper esse, vt patet primo Cœli, text. 2. Si corruptibilis, ergo principia eius habẽtia mitatã virtutem ad cõseruandum tanto tempore: ita q. non maiore per se loquendo. Vnde & in secundo de Generatione æquale ponitur tempus generationis & corruptionis terũ & riodus vnicuique assignatur corruptibili. Et tibilitas in suo medio. quia non penetrauerit Sco. ideo ad extrema. se cõuertit. Vnde ad obiectionem eius iam patet dicendum: quia argumẽtum ex desiderio naturali ad actũ elicito. nõ oportet probare q. appetibile sio huius appetibilis esse semper sit rectũ, sed huius appetibilis quod est esse absolutè simpliciter, quod est per se nobile. Ex hoc enim sequitur, ergo appetitur esse sine per positiue, vt in quæstione ponitur, & vpara appetibilis. Et in hoc fuit mira profunditas: q. ex apprehendere & appetere esse semper negatiuè, & ly semper cõcurrente vt conditione est appetere esse semper positiue: & vt pars seu conditionem rei appetitæ nulla fallacia inclinãdente.

¶ In responsione ad tertium esset difficultas, quæ in primo de anima text. 12. & 13. tractata est, de ppria operatiõe aiæ.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum septimum.*

TItulus clarus speciei specialissimæ.

¶ In corpore articuli tria. Primò refert opinionem Origenis. Secundò improbat respondendo quæsito. Tertiò respondet taciæ obiectioni, incalce.

¶ Quòd ad primum duo refert, positionem Origenis, scilicet partem affirmatiuam quæstionis, & eius rationem: quia scilicet inæqualitatem posuit ex libertate arbitrij propri, vt patet superius quæst. 47.

¶ Quòd ad secundum conclusio respondẽtiua est hæc, Angelus, & anima sunt diuersarum specierum & naturaliter inæquales. probatur sic, Subsistẽtiæ incorporeæ aut ponuntur formæ subsistentes, aut compositæ ex materia & forma. Sed vtroque modo non possunt esse duæ eiusdem speciei, & naturaliter æquales, ergo. Maior patet. minor probatur tali ordine. Primò, dato quòd sint formæ subsistentes, quo ad primam partem prædicati: scilicet diuersitatem speciei, quia forma separata à materia non multiplicatur, quod declaratur in albedine separata: & quo ad inæqualitatem naturæ, quia diuersitas speciei pariti inæqualitatem secundum perfectum & imperfectum: quia differentiæ diuidentes idem genus, sunt contrariæ, cuius principium est priuatio & habitus. Secundò, dato quòd sint compositæ ex materia & forma: quia aut diuersitas nascitur ex forma aut materia. Si ex forma, ergo specifica & inæqualis, si ex materia, ergo ex quan-

tex. 14, & 16. ex quantitate, quæ in corporeis non est intelligibilis: ergo.

¶ Quò ad tertium, quia ex his videtur vniuersaliter cõclusum. q. nullæ duæ substantiæ incorporeæ differũt solo numero: ideo statim de numeratione animarum promittit se dicturum.

¶ Hoc in loco discutiẽdæ essent propositiones istæ communes in via sancti Thomæ & Peripatetica, nisi essent superius discussæ.

* q. seq. artic. 2. ad 1. ¶ In responsione ad secundum, nota. q. in q. 50. artic. 4. ad primum, habetur eadem responsio per hanc declarata.

¶ In responsione ad tertium, aduerte q. Sco. in 2. dist. 1. q. 5. non impugnat, q. differentia secũdum esse vnibile vel nõ vnibile materiæ infert diuersitatem specificã: sed quòd ista sit prima radix distinctionis specificæ: quod S. Tho. non dicit, ideo non oportet respondere. Sed esset hic alia difficultas: quomodo vnibilitas est de essentia animæ, vt S. Th. hic dicit. de hoc vide quæ scripta sunt in Cõmentariis de Ente & essentia, in materia de individuatione animæ separatæ: & in q. 6. de inhærentia accidentis.

¶ Quò ad alia quæ dicit Sco. hic, vide q. speciale, quomodo angelus & anima differunt specie.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum primum.*

IN titulo ly forma. Ad rationem formæ substantialis, vt dicitur in secundo contra Genes. cap. 67. duo requiruntur. Primò, quòd forma sit principium formale illius, cuius est forma: for male dico essendi substantiam. Secundò, q. forma & materia cõueniant in vno numero esse quo compositum ex eis est. Sed nota, quod apud non admittentes materiæ & formæ esse vnum solũ esse, admittunt tamen. q. vtrunq; in vno cõposito esse cõuenit. Auerr. tamen cõtra quem disputamus, illas duas cõditiones admittit: quia reuera ita est simpliciter.

¶ In corpore tria principaliter facit. Primò re spondet quæstio affirmatiuè, probando eam dupliciter. Secundò reſpẽder cuidam taciæ obiectioni ibi, Consideranduin est. Tertiò respõdet cuidam alteri quæstioni ibi, Est autem attendendum.

¶ Quò ad primum conclusio est, necesse est intellectuum principium esse hominis formã sub stantialem. Sed quo ad primam probationẽ tangit ordine gradit. primò ponit rationem. Secundò tractat modos qui-

10. Meta. * Idẽ etiã sequeretur, si huiusmodi substãtiæ essent cõpositæ ex materia & forma. Si enim materia huius distinguitur à materia illius, necesse est quòd vel forma sit principiũ distinctionis materiæ: vt scilicet materiæ sint diuersæ propter habitudinem ad diuersas formas: & tunc sequitur adhuc diuersitas secũdũ speciẽ & inæqualitas naturalis, vel materia erit principiũ distinctionis formarũ. Nec potest dici materia hæc alia ab illa nisi secũdũ distinctionẽ quãtitatiuã: quæ nõ habet locũ in substãtiis incorporeis, cuiusmodi sunt angel' & anima. Vnde nõ põt esse q. angelus & anima sint vni' speciei. Quomodo aũt sint plures aiæ vnius speciei, infrà ostẽdetur *.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd ratio illa procedit de fine proximo & naturali. Beatitudo autem æterna est finis vltimus & supernaturalis.

¶ Ad secundũ dicẽdum, q. differentia specifica vltima est nobilissima, inquãtum est maximè determinata *, per modũ, quo act' est nobilior potẽtia. Sic autẽ intellectuale nõ est nobilissimũ: quia est indeterminatũ & cõmune ad multos intellectualitatis gradus: sicut sẽsibile ad multos gradus in esse sensibili. Vnde sicut non oia sensibilia sunt vnius speciei, ita nec omnia intellectualia.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q. corpus non est de essentia animæ, sed aia ex natura suæ essẽtię habet, q. sit corpori vnibilis *. Vnde nec propriè anima est in specie, sed cõpositũ. Et hoc ipsum q. anima quodãmodo indiget corpore ad suã operatiõnẽ, ostẽdit, q. aia tenet inferiorẽ gradum intellectualitatis *, quã angelus, qui corpori nõ vnitur.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMASEXTA de vnione animæ ad corpus, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnione animæ ad corpus.

¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrũ intellectiuũ principium vniatur corpori vt forma. ¶ Secũdò, vtrum intellectiuũ principium numero multiplicetur secũdum multiplicationem corporũ, vel sit vnus intellectus omnium hominũ. ¶ Tertiò, vtrum in corpore, cuius forma est principiũ intellectiuũ, sit aliqua alia anima. ¶ Quartò, vtrũ sit in eo aliqua alia forma substãtialis. ¶ Quintò quale debeat esse corpus, cuius intellectiuum principium est forma. ¶ Sextò, vtrum tali corpori vniatur mediante aliquo alio corpore. ¶ Septimò, vtrum mediante aliquo accidente. ¶ Octauò, vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori vt forma.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q. intellectiuum principiũ nõ vniatur corpori vt forma. Dicit enim Philosophus in 3. de Ani. * q. intellectus est separatus, & q. nullius corporis est actus. Nõ ergo vnitur corpori vt forma.

¶ 2 Præterea, Omnis forma determinatur secũdum naturã materiæ cuius est forma. Alioquin non requireretur proportio inter materiã & formam. Si ergo intellectus vniretur corpori vt forma, cum omne corpus habeat determinatã naturam, sequeretur q. intellectus haberet determinatam naturam: & sic nõ esset omnium cognoscitiuus: vt ex superioribus patet *. Quod est contra rationem intellectus. Non ergo intellectus vnitur corpori vt forma.

¶ 3 Præterea, quæcunq; potẽtia receptiua est actus alicuius corporis, recipit forma materialiter & indiuidualiter * q. a receptũ est in recipiente secundum modũ recipiẽtis. Sed forma rei intellectæ nõ recipitur in intellectu naturaliter & indiuidualiter sed magis immaterialiter & vniuersaliter. Alioquin intellectus nõ esset cognoscitiuus immaterialium & vniuersalium, sed singularium tantum: sicut & sensus. Intellectus ergo non vnitur corpori vt forma.

¶ 4 Præterea, Eiusdem est potẽtia & actio. Idem enim est quod potest agere, & quod agit. Sed actio intellectualis non est alicuius corporis: vt ex superioribus patet *. Ergo nec potentia intellectiua est alicuius corporis potẽtia. Sed virtus siue potentia non potest esse abstractior vel simplicior quam essentia à qua virtus vel potentia deriuatur. Ergo nec substãtia intellectus est corporis forma.

¶ 5 Præterea, Id quod per se habet esse, nõ vnitur corpori vt forma, quia forma est quo aliquid est: & sic ipsum esse formæ nõ est ipsius formæ secundum se. Sed intellectiuum principium habet secundum se esse, & est subsistens, vt supra dictum est *. Non ergo vnitur corpori vt forma.

¶ 6 Præterea, Id quod inest alicui rei secũdum se, semper inest ei. Sed formæ secundum se ineſt vniri materiæ. Non enim per accidens aliquod, sed per essentiam sua est actus materiæ. Alioquin ex materia & forma non fieret vnũ substantialiter sed accidentaliter. Forma ergo non potest esse sine propria materia. Sed intellectiuum principium, cum sit incorruptibile, vt supra ostensum est *, remanet corpori non vnitũ corpore corrupto. Ergo intellectiuum principium non vnitur corpori vt forma.

¶ SED CONTRA, Secundũ Philosophum in 8. Meta. * differentia sumitur à forma rei. Sed differentia constitutiua hominis est rationale: quod dicitur de homine ratione intellectiui principij: intellectiuum ergo principium est forma hominis.

¶ RESPONDEO dicendum, q. necesse est dicere q. intellectus, qui est intellectualis operationis principiũ, sit humani corporis forma *. Illud enim, quo primò aliquid operatur, est forma eius, cui operatio attribuitur. Sicut quo primò sanatur corp', est sanitas: & quo primò scit anima, est sciẽtia. Vnde sanitas est forma corporis & scientia, animæ. Et huius ratio est: quia nihil agit, nisi secũdũ quod est actu. Vnde quo aliquid est actu, eo agit. Manifestũ est autẽ, q. primũ, quo corpus viuit, est anima *. Et cum vita manifestetur secũdũ diuersas operationes in diuersis gradib' viuentiũ *, id, quo primò operamur vnumquodq; horum operũ vitæ, est anima. Anima enim est primũ, quo nutrimur, & sentimus, & mouemur secũdum locum: & similiter quo primò intelligimus. Hoc ergo principium, quo primò intelligimus, siue dicatur intellect', siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hæc est demonstratio Arist. in 2. de Anima *. Si quis autẽ velit dicere animam intellectiuam nõ esse corporis formã, oportet q. inueniat modum quo ista actio, quæ est intelligere, sit huius hominis actio. Experitur enim vnusquisq; seipsum esse, qui intelligit. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter: vt patet per Philosophũ *. Phy. * Dicitur enim mouere aliquid aut agere vel secũdum se totum, sicut medicus sanat: aut secũdũ partem, sicut homo videt per oculũ: aut per accidens, sicut dicitur, quòd albũ ædificat quia accidit ædificatori esse albũ. Cùm igitur dicimus Socratẽ, aut Platonẽ intelligere, manifestũ est quòd nõ attribuitur ei per accidẽs. Attribuitur enim ei in quãtũ bus aliqua operatio potest attribui attribuit, vtpote ædificare & cõuincaread affectionẽ præmissa ratione Arist. Tertio affert opinionẽ Auerrois, & improbat. Quarto affert quorũdã aliqui opinionẽ, & improbat quadrupliciter. & sic cõcluditur intẽtum propositum ex tatione primo inducta. & postmodũ aggreditur secundã rationẽ principalẽ. Ratio ergo prima * q. præ. art. 2. est ista: Quo primo operamur quocũque vitali opere, est forma ei', cui operatio attribuitur. Sicut quo primò sanatur corp', est sanitas: & quo primò scit anima, est sciẽtia. Vnde sanitas est forma corporis & scientia, animæ. Et huius ratio est: quia nihil agit, nisi secũdũ quod est actu. Vnde quo aliquid est actu, eo agit. Manifestũ est autẽ, q. primũ, quo corpus viuit, est anima *. Et cum vita manifestetur secũdũ diuersas operationes in diuersis gradib' viuentiũ *, id, quo primò operamur vnumquodq; horum operũ vitæ, est anima. Anima enim est primũ, quo nutrimur, & sentimus, & mouemur secũdum locum: & similiter quo primò intelligimus. Hoc ergo principium, quo primò intelligimus, siue dicatur intellect', siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hæc est demonstratio Arist. in 2. de Anima *. Si quis autẽ velit dicere animam intellectiuam nõ esse corporis formã, oportet q. inueniat modum quo ista actio, quæ est intelligere, sit huius hominis actio. Experitur enim vnusquisq; seipsum esse, qui intelligit. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter: vt patet per Philosophũ *. Phy. * Dicitur enim moueare aliquid aut agere vel secũdum se totum, sicut medicus sanat: aut secũdũ partem, sicut homo videt per oculũ: aut per accidens, sicut dicitur, quòd albũ ædificat quia accidit ædificatori esse albũ. Cùm igitur dicimus Socratẽ, aut Platonẽ intelligere, manifestũ est quòd nõ attribuitur ei per accidẽs. Attribuitur enim ei in quãtũ

bet esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet esse essentialiter coaptatũ humano corpori sic. q. coexigit esse corporis humani. Secundò, quia esse eius est indiuisum loco & subiecto à corpore humano. Deinde quoad operationis in sua essentiali operatiõe, quæ est intelligere, dependet à corporea phantasia eius tripliciter. Primò tanquã à motiuo proprio. Secũdò tanquã à termino proprio. Tertiò tanquã necessariò cooperante: q. a oportet phãtasiã esse semper in actu secũdo, quãdo intellectus est i actu secũdo. Demum quo ad operari operatione secũdaria, s. mouere: quia scilicet se habet ad corpus humanum vt ad proprii mobile essentialiter sibi respondẽs, vt intelligẽtia ad orbẽ. Et sic ex omnibus his cõcedunt, q. anima ɜtellectiua est forma Socratis per informationem assistẽtiæ, nõ inexistẽtiæ. Et sic dicũt, q. Socrates intelligit quòd admodũ cælum mouet se.

*li. 5. de natu. hominis. circa fi.
*90. 75. art. 4.
Cõmẽ. 5. & 36. 392

¶ Sed de vnione quo ad mouere, erit nisi fermo à S. Tho. & similiter de tali cõposito. Nunc autẽ scito, q. vnio, quo ad operari primò & essentiali operari nihil facit: quoniã illa triplex habitudo nõ dat Socrati nisi q. videatur: & addit hoc q. actu phãtasietur: quod constat nõ esse intelligere. Quia si paries esset animatus, & aliqua vitali operatione circa visionem vteretur colore, quum videretur: nihil minus non propter hoc videret. Vnio verò secũdum illam coexigentiã & coaptationem in esse nihil dat nisi ordinẽ essentialẽ & dependentiã, qualis est inter magis & minus perfectũ. Non q. esse vni² sit in aliquo genere causæ intrinsecæ causã esse alterius. Indiuisio quoque secundum locũ & subiectũ, quum nõ sit nisi negatiua, nec fundetur super aliquo cõmuni esse vtriusq; vt eõtingit in indiuisione animæ ɜnsitiuæ cũ animato, nihil dat nisi q. nulla distantia situalis impedire possit vnionẽ intellectus cũ phãtasia.

2 tex. 18.

Vnde ex his omnibus potest argui sic: Ex omnibus istis simul nõ haberur, nisi q. Socr. est proprius minister intellectus, & in quo est obiectũ intellectus, ergo ex his Socr. nõ intelligit: omnia enim hæc faciunt ad hoc q. illa operatio sit in Socrate vt in habente ipsam, quod tamẽ oportet ponere: quia est intelligens, ficut albũ oportet habere in se albedinem. Quartò igitur ponit positionẽ Platonis & quorundã etiã Auerroistarum, qui volunt saluare, dicẽdo q. ex intellectu & homine fit vnum, sicut ex motore & moto: quemadmodum ex intelligẽtia & orbe, ita q. Socrates intelligit sicut & cælum mouet se. Sed hanc respõsionẽ S. Thom. quadrupliciter runcinat, & primæ tres ſe tenẽt ex parte ipsius mouere & moueri, seu actualis operationis: ita q. intendunt q. penes vnionem secundum actualẽ motionẽ non põt saluari, q. Socr. intelligat. Primò ex ordine inter mouere & intelligere, sic intelligere est priusquã mouere: ergo per vnionẽ in motu Socrates nõ intelligit. Cõsequentia nota. Antecedens patet: quia motus animę fit appetitu, qui est posterior cognitione. Secũdò ex differẽtia operũ penes immanere & transire, quia intelligere est operatio immanens, motus transiens: ergo ex motu non attribuitur intelligere. Tertiò ex differẽtia penes communicari instrumẽto, quia operatio motoris non communicatur moto nisi vt instrumento: sed intelligere non est sic communicabile. ergo. Vltima ratio se tenet ex parte ipsorũ vnicorum, scilicet motoris & moti: quia dicerer aduersarius, quòd nõ ex vnione penes motũ habet Socrates, q. intelligat, sed ex vnione, quę fundat q. hoc est intrinsecus motor, & illud motũ: ex illa inquã habet Socrates quòd intelligat. Sed illam vnionem de hoc quod scribimus & declaramus tanquã ab effectu per mouere & moueri. Et propterea additur illa quarta ratio euicuans hanc respõsionem sic, Aut hoc quod dico Socrates, significat tãtum partem corporeã compositi ex motore & mobili: aut totum compositum. Si partem tantũ, ergo sibi non potest attribui intelligere. Probatur sequela: quia operatio partis nõ attribuitur alteri parti nisi forte per accidens. & dixit forte: quia etiam per accidens, non est in vsu. Si totum, ergo Socrates non est vnum simpliciter: ergo nec ens simpliciter: patet prima sequela quia ex motore & mobili non fit vnum simpliciter, secunda patet: quia vnumquodq; eo modo est ens quo vnum.

¶ Nota hic, quòd fœtatores Auer. nescientes, neque propria voce intelligentes, dicunt, q. Socrates significat totũ compositum: & dicũt, q. est vnum simpliciter, quia est vnum substantialiter: nõ per informationem, sed per assistentiã formæ. Sed q. hoc proprium nescians vocem ex ratione & Arist. cõuincitur. Et ratione: quia vnum idem est quod indiuiſum. 4. Meta. text. 3. Si sunt vnum substãtialiter, ergo sunt indiuisa substantialiter, ergo quamuis verè anima & corpus sint duæ res, sunt indiuisæ substantialiter: ergo secundum aliquod esse substantiale: ficut indiuisa secundum quantitatem, & qualitatem, & vbi, &c. semper sunt secũdum aliquod esse illius generis non distincta anima autem & corpus apud eum conueniendo omnem operationem in nullo esse indiuisa sunt: ergo.

¶ Præterea secundo sic anima. text. 7. Arist. 16, Nõ oportet cognitum mouere quo modo ex anima & corpore fiat vnum, &c. Vnde habetur, q. in substantia sit actus illius, & illud sit potẽtia illius, non habẽtis quomodo sit vnum. Sed à quo eum neq; hoc est illius actus, &c. ergo. Neque potest subterfugi quia respõsio Aristotelis cõsistit, quia actus est quod proprie est, & potentia non est nisi per actũ, proculdubio formaliter, ideo vnũ sunt. Nec oportet aliud quærere giturinum, quod de anima Auerrois negat: quia corpus Socratis nõ est potẽtia qua nõ est nisi per actũ: quia nõ est anima intellectiua formali ter, nec ɜ esse substantiali, nec in esse accidentali.

¶ Ad id quod de cœlo dicẽa cũt dicẽda sunt tria. Primò, q. ſi cœlum moueret ſe, eſt verè animatũ. Secundò, q. quia motus est operatio transiens, & actio principalis attribuitur instrumẽtoideo tũ quã intelligere. Tertiò dicitur quòd licet quoniam hoc nescimus, an cœlum se moueat sicut &c. tamen experimur nos & intelligere. Vnde vellẽ & obscura. notificare clara & certa per dubia & eõtrouersa. Et ideo eſt introdũcũ & ogenitis disciplinæ quum magis ficiari debeat.

¶ Secunda ratio principalis est ex ratione ſpeciei sic, Intelligere est propria operatio hominis, vltima fœlicitatẽ cõstituit. Oportet ergo, q. homo secundũ illud ſpeciem fortiatur, quod est huius operationis principiũ. Sortitur autem vnumquodq; ɜ speciem per propriã formam. Relinquitur ergo, q. intellectiuũ principium sit propria hominis forma.

¶ Sed considerãdum est, q. quanto forma est nobilior, tanto magis dominatur materiæ corporali: & minus ei immergitur, & magis sua operatiõe vel virtute excedit eam. Vnde videm⁹, q. forma mixti corporis habet aliam operationẽ, quæ nõ causatur ex qualitatibus elemẽtaribus. Et quatò magis proceditur in nobilitate formarũ, tãto magis inuenitur virtus formæ materiã elemẽtarem excedere ᶜ. Sicut anima vegetabilis plus quã forma elementaris: & anima ſenſibilis plus quã anima vegetabilis. Anima autem humana est vltima in nobilitate formarũ. Vnde in tantũ sua virtute excedit materiã corporalẽ, quòd habet aliquam operationem & virtutem, in qua nullo modo cõmunicat materia corporalis ᶜ. Et hæc virtus dicitur intellectus.

¶ Est autẽ attendendũ, quòd ſi quis poneret animam cõponi ex materia & forma, nullo modo posſet dicere animã esse formam corporis. Cùm enim forma sit actus, materia verò sit ens in potẽtia tantũ: nullo modo id, quod est ex materia & forma compositum, potest esse alterius forma ſecundum se totum. Si autem ſecundum aliquid sui sit forma, id, quod est forma, dicimus primum animatum, vt ſuprà dictum est.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd sicut Philosophus dicit in ſecũdo Phyſi.* vltima formarum naturalium, ad quã terminatur cõſideratio Philosophi naturalis, ſcilicet anima humana, est quidem separata ᵉ, ſed tamẽ in materia. Quod ex hoc probat: quia homo ex materia generat hominem, & ſol. Separata quidem est ſecũdum virtutem intellectiuã: quia virtus intellectiua nõ est virtus alicuius organi corporalis: ſicut virtus viſiua est actus oculi. Intelligere enim est actus, qui non põt exerceri per organum corporale ᵉ, ſicut exercetur viſio. Sed in materia est inquantum ipſa anima, cuius est hęc virtus, est corporis forma, & terminus generationis humanæ. Sic ergo Philosophus dicit in 3. de anima*, quòd intellectus est ſeparatus: quia non est virtus alicuius organi corporalis.

¶ Et per hoc patet reſpõſio ad ſecũdum & tertium. Sufficit enim ad hoc, quòd homo posſit intelligere omnia per intellectũ: & ad hoc quòd intellectus intelligat omnia immaterialia & vniuerſalia, q. virtus intellectiua non est corporis actus.

¶ Ad quartum dicendũ, q. humana anima nõ est forma in materia corporali immerſa, vel ab ea totaliter cõprehenſa propter ſuam perfectionẽ. Et ideo nihil prohibet aliquam eius virtutem nõ esse corporis actum ᵉ: quamuis anima ſecundum ſuam essentiam sit corporis forma.

¶ Ad quintum dicendũ, quòd anima illud esse in quo ſubſiſtit communicat materiæ quoniam ſecundum veritatem ista est radix: ſiue sit proximum fundamentum ſecundum rem, ſiue non: ſed mediante potentia realiter à ſe diſtincta: Ex hoc enim quod anima habet esse independens à corpore, ſequitur, & quòd est forma non materialis, & consequenter non determinata ad aliquam naturam corpoream. & quòd potest recipere ſola, & conſequẽter vniuerſaliter. Nec hæc iam erunt diuum Thom. imò ab ipſo hæc didici: quoniam in quæſtione præcedente probauit essentiam animæ: quam modo fatetur actum corporis esse formam incorpoream, ſubſiſtẽtem & vniuerſalem in recipiendo à posteriori. quia ſcilicet cognoſcit naturas omnium corporum: neque enim de vno accidente, quod ponitur intellectus: ſed de ipſa animæ ſubſtantia conditiones eſſentiales tradidit. Quamuis igitur vtatur quandoque S. Tho. propria opinione de diſtinctione intellectus ab anima non tamen ſic vt intelligendus est, vt alii⁊uerit hoc ad illam, imò ex ſua inſinuauit doctrina etiam ſine illa reliqua posſe intelligi. & hæc bene nota.

¶ In eadem reſponſione ad primum diſcutiendã esſet illa propoſitio: Anima intellectiua est finis generationis humanæ: quia videtur falſa, & à multis negatur. sed quoniam ex propoſito tractabitur de productione animæ in quæſt. 118. huius ideo illucũlque res hæc differatur.

¶ In reſponſione ad quartum, aduerte quòd S. Tho. reſpondet ad ma etiam. ſed quia multi faciunt vim in forma: ſcito quòd reſponſio conſiſtit in negatione minoris, ſcilicet intellectus est abſtractior eſſentia animæ. Et ad probationẽ, ſcilicet intellectus non est actus corporis, eſſentia animæ est actus corporis: ergo intellectus est abſtractior eſſentia. Dicitur quòd commiſtitur ſophiſma figuræ dictionis murando quomodo in magis, id est modum abſtractionis, in maiorem abſtractionẽ. Quamuis enim intellectus habeat hũc modũ abſtractionis, ſcilicet non actuare corpus: & eſſentia animæ non habeat illum eſſentia tamẽ animæ habet alium modum abſtractionis quo magis abſtrahit à corpore, ſcilicet ſubſiſtere in ſuo eſſe, ſeu habere eſſe ſubſtantiale non pendens à materia. Et hic modus est cauſa æquitoca illius modi abſtrahendi, qui cõuenit intellectui, & potior illo, ſicut vniuerſaliter cauſa effectũ, & hoc est quod Sanct. Thom. intendit, vt patet intuenti.

¶ In reſponſione ad quintũ ſunt quatuor dicta, circa quæ est differentia, & quæſtio. primum. Esse animæ intellectiuæ est ipſum esse compoſiti. Secundum, quòd hoc non cõuenit aliis formis. Tertium, quòd propter hoc anima intellectiua non corrumpitur. Quartum, quòd propterea etiam aliæ corrumpuntur.

¶ Contra primum enim Scot. in 4. diſtin. 43. quæſt. 1. & in quolib. quæſt. 9. arguit tripliciter. Tum quia omne ens habet aliquod proprium eſſe. Nec capio, inquit, aliquod esſe ens extra cauſam ſuam. & non haberet proprium eſſe, ſed compoſitum: puta homo est aliud ens ab anima: ergo. Tum quia contradicit Sanc. Tho. 5. bliſpi: quia ſecundum hoc anima non esset perfectior coniunctũ quàm ſeparata: quòd S. Tho. tenet. probatur ſequela. Primò, quia nullum habẽs totaliter idem esse est imperfectius ex hoc, quòd non communicat illud esse alteri. probatur, quia communicare, perfectionem ſupponit, non dat. Secundò, quia ſi ipſa retinens esse proprium est imperfecta in eſſendo, quomodo compoſitum habens illudmet erit perfectum in eſſendo? Tum quia ſi remanet esse totius compoſiti, conſequens est quòd compoſitum remaneat.

¶ Contra ſecundum arguo: quia hoc repugnat doctrinæ S. Tho. quoniam in boue & cæteris non ſunt duo esse ſubſtantialia: ſed vnum tantũm, quod compoſitum primò est ex forma & materia participatiuè apud S. Tho.

¶ Contra tertiũ arguit Sco. ibidem dupliciter. Primò, quòd ex hoc ſequitur magis oppoſitum: quia generatio est via ad esse compoſiti: & corruptio ab esse ioſdem: ergo ſi esse compoſiti est illiudmet, quod est proprium animæ, esse anis-

intantum q. ascendatur vſque ad formam ita excedentem materiã quòd habeat aliquam virtutem & operationem, in qua non communicat ſibi omnino materia, & talis est anima intellectiua: quia est ſuprema omnium. Et declarat graduationem formarum in forma elementi mixti vegetabili, ſenſibili & intellectiua.

¶ Circa hanc partem occurrit dubiũ, quia Scot. in quolibetis, quæſtione 9. adducit Dionyſium de cæleſti hierarchia. Secundò, quia videmur incidere in id quod dicit Ariſt. in 1. de anima. text. 15. vel 14. anima est ſicut curuum aut ſphæra: cui formaliter ſumpto attribuitur aliquid, quum tamen nihil illius realiter inueniatur niſi in materia ſic enim ſecũdum hoc fateremur de intellectu ex quo ſecundum rem in materia ponitur, quamuis non formaliter. Dicẽdum est ad iſta, quòd anima intellectiua ex hoc quòd intellectiua est, non hac, tantũ gaudet negatione, q. ex hoc non habet quod ſit corporis actus: sed ventã dicat ſibi poſitiuè hoc quòd habet ſecũdũ rem esse independens à corpore. & cõſequenter ſecundũ rem posse & operari absque dependentia ex corpore: quod neque generib⁹, quod neque gradibus metaphyſicalibus conuenit, neq; mathematicalib⁹. Anima enim intellectiua & informat corpus, & independet ſecũdum esse realiter à corpore. & operatur realiter operatione absque communicatione corporis: ita quòd operatio illa à ſola, & in ſola anima est: quamuis ipſa anima ſit in corpore: & hoc quia ipſa anima habet esse independens à corpore. Nihil ergo obſtat veritati, attribuere, & quòd non ſit actus corporis & indeterminationem ad naturam corpoream, & receptionẽ vniuerſaliter excessiui essentialis animæ intellectiuæ ſupra corpus, ideſt ſubſiſtentiæ ſeu independentiæ eius ſecũdum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæ intellectiuæ erit generabile & corruptibile. Secundò, quia si ita est, ergo ratio tuæ in qõ. præcedente ad incorruptibilem animæ, quia est inseparabilis ab esse, nihil valet: quia cum illud esse sit esse compositi, dicetur quòd quemadmodum anima est separabilis à composito, sic & ab esse: & sic malè illatum fuit, ergo separaretur à seipsa.

¶ Contra quarũ arguit Sco. ibidem, quia ratio, 382 quare aliæ formæ corrumpũtur est nõ habere aliud esse à cõposito: sed vel contrarietas ad corumpẽs, vel separabilitas à composito. Potest quoque argui, quòd hoc est magis ratio oppositi: quia si id, quod b 370 propriè corrumpitur, est 367 compositum: & si aliud est esse compositi, & aliud formæ, non est necesse corrupto composito corrumpi formam: sicut nec vniuersaliter corrupto ente posteriori corrumpi prius.

¶ Ad euidentiam horum notanda sunt duo. Primò cõueniẽtia & differẽtia inter animam intellectiuã, & alias formas respectu esse. Secũdò conueniẽtia & differentia inter compositionẽ substantialem & accidentalẽ radicaliter tangẽda est, & breuiter. Quo ad primum commune est omni formæ, q̃ esse existentię de quo est prẽsens sermo, sit sibi propriũ: ita q̃ per se primo sibi conuenit, quod manifestatur ex eo q̃ formæ conueniũt esse, & non per aliud: quia nec per materiam, nec per compositũ: quũ tam materia sit actu per formã quam cõpositum, vt patet 7. Met. tex. 7. & cõsequẽter cuicunq; cõuenit, ratione formæ cõuenit. Sed cũ dupliciter intelligi possit q̃ esse est propriũ formæ, f. vel vt ratiõis essendi seu quo est, vel subiecti seu qđ est, in hoc cõicare dicendum est omnes formas, q̃ esse est eis propriũ, saltẽ vt rõibus essendi. In reliquo aũt, q. vendicare sibi esse vt quod est, differentia est inter formas. Quoniã quædam sunt independentes à materia seu subiecto: & iũctis esse est propriũ vtroque modo vt quo, & vt quod: & ideo vocãtur formæ subsiũtentes & inquantum formæ sunt, esse eas comitatur: inquantum verò tales, puta indepẽdentes, esse suum ipse sustentant. Quædam verò sunt dependentes à subiecto, & talibus esse nõ est proprium vt quod est: quia nunquam aliqua earum est naturale quod est. Et fundamentum huius differentiæ est: quia forma dicitur essendi causa, inquantum facit formaliter completum susceptiũ: ipsius esse: vt diaphaneitas quod ammodo complet proprium subiectũ luminis. ¶ Et propterea illæ formę, quæ tantũ imperfectionis habẽt, vt à receptiuo egeãt substẽtatiuia formæ sunt, esse secũ ferunt: quia verò sustinere per seipsas focalis illud nequeunt, perficiunt compositũ ex se & receptiuo vt propriũ receptiuũ ipsius esse. Aliæ verò quæ sustentãte non egent, sufficiẽtes sunt vt per seipsas suum sustineãt esse ac subsistãt, & propterea esse dicitur, & est omnino propriũ formarũ subsistentium: quia vt quo & quod sibi illud vendicant: reliquæ verò vt quo tantũ. Et quoniã formæ istæ subsistentes sunt duplicis ordinis: quædam sic subsistunt vt nõ possint esse aliis rationes essendi: & has vocamus intelligẽtias. Quædã verò sic subsistunt, vt tamen possint esse aliis rationes essendi, vt anima intellectiua hominis & cœli si est animatũ. Cõsiderandũ est q̃ istę habent in se tria ordinatẽ: & q̃ sunt formę, & q̃ subsistentes seu independentes: & q̃ rationes essendi cõpositis, quorum ordo ex effectibus patet, nam ex primo habent q̃ esse comitetur insepabiliter eas: ex secundo habent q̃ sustineant sufficienter illud. & tertiò habent q̃ communicent illud cõposito. Rursus ex primo habent q̃ sint quo: ex secundo, quod sint quod: ex tertiò, q̃ sint pars alicuius cõpositi cum quo illo esse gaudeant. Et rursus in primo conueniunt cũ omnibus formis, in secũdo cũ intelligentiis: in tertio cũ formis materialibus. Est ergo differentia inter animã intellectiuã, & alias formas sensibiliũ in hoc q̃ esse est sibi vere proprium vt quo & quod, reliquis verò vt quo tantũ: ita q̃ esse quo homo est, prius cõuenit animæ intellectiuæ: & nõ solùm vt quo, sed vt quod est quam cõposito. In reliquis verò esse prius conuenit formæ vt quo: non tamen vt quod: sed cõposito cõuenit prius vt quod est, & per cõpositũ formæ. Et ratio diuersitatis iam dicta est: quia in reliquis cõpositum tantũ habet rationẽ sufficientis susceptiui ipsius esse: reliqua verò sunt inquantũ sunt aliquid illius. In homine vero nõ solũ cõpositũ, sed anima est sufficiens receptiuũ ipsius esse, & prius natura ipsa anima, quæ prior est naturaliter cõposito: & ex tua subsũtãtiali & intrinseca perfectione hanc habent independentiam, qua sustinet in se esse. Et propterea singulariter attribuitur animæ intellectiuæ, q̃ esse sibi sit propriũ, & q̃ illud cõmunicat cõposito: vt dicitur, q. hoc non conuenit aliis formis, & quòd propter hoc anima intellectiua nõ corrũpitur cum cõposito, sed retrahit illud esse secum. Cæteræ autem formæ, quia hoc nõ habent, corruptibiles sunt cum compositis, quorũ sunt, hæc enim omnia manifestè sequuntur ex prædicto fundamento. Si enim anima esse habet independens à corpore, illud retrahit secum composito corrupto, & sic non corrumpitur nec efflũit, composito corrupto. hæc de primo.

¶ Quo ad secundũ dic quòd cõpositio substãtialis & accidentalis in hoc cõueniunt, q̃ vtraque cõstat ex actu & potentia: sed differũt in hoc, q̃ in substãtialiti sit ens & vnũ per se: in accidentali verò non: & radix huius diuersitatis est: quia ens & vnũ per se oportet in aliquo vno tantũ genere & specie essentialiter esse ac per hoc ex essentialiter actu & essentialiter potentia cõponi si cõpositũ est, alioquin nõ esset essentialiter ens in vna specie. Essentialiter autẽ potentiã alicuius actus, illam & solã esse cõstat, quæ nihil aliud est quã potẽtia illius, vt figurabile respectu figuræ & calefactibile respectu caloris significat, & sic de aliis. Quãdocũ quæ aũt vnus solus actus est sola potẽtia adnuatur, vnũ tantũ esse interuenit: secũdũ illã actũ: ac per hoc per se ens & vnũ fit. Quãdo verò duo actus vniuntur, duo quoq; esse necesse est fieri: ac per hoc nõ per se ens, nec per se vnũ, sed ens & vnũ per accidẽs: propter ea 7. Meta. dicitur, q̃ ex duob⁹ actibus nõ fit vnũ per se. Verbi gratia: calidum cõstat ex calore & calefactibili: calefactibile aũt nõ est tãtũ hoc quod significat calefactibile, id est capacitas caloris: sed est in se alterũ⁹ naturæ, puta lignæ vel aquæ. Et propterea ex calefactibili & calore non fit per se ens & vnũ: quia ex illa substracta natura, puta aqua vel ligno, & calore nõ fit fieri per se ens & vnũ. ponit enim vtrũque eorũ suũ esse proprium: & consequenter duo entia cõstituuntur. Sed fi calefactibile nõ esset alicuius certræ naturæ, sed huius tantũ, quod naturaliter esset potẽtia ad calorẽ & frigus: tũ ex calefactibili & calido fieret per se vnũ ens: quia ibi nullũ interueniret esse, nisi caloris: calefactibile enim nullũ aliud ex se adduceret esse, sed ad caloris esse specificãdum ac per hoc in vnũ tantũ quod quid erat esse vtrumque adnuaretur, quod est esse per se ens & vnũ. Et quoniam in cõpositione substantiali subiectum est ens in pura potẽtia: in accidẽtali verò ens in actu, vt dicitur in 1. de Anima, cõuenit. 4. ideo ibi fit vnũ per se: hic verò vnũ per accidens. Patet ergo quod radix, quòd compositũ sit per se ens & vnum, est vnitas esse: & quòd nõ sit per se ens vnũ, est pluralitas esse: & quòd vnitas & pluralitas esse attendinat secũdum vnitatem & pluralitatẽ formæ: quia per se primò formæ conuenit. Et propterea intolerabilis est Phyſi. error dicentiũ in cõposito esse tot esse quot entitates. Destruit enim hoc naturam compositionis essentialis: & illud maximum Metaphyſicæ principium iam probatum, quod esse per se primò cõuenit formæ: & multa alia. vnde præclarè Aristo. in 1. de anima in tex. 7. excluſt quæstionẽ, quomodo ex anima & corpore fiat vnum: per hoc q̃ entis & vno multipliciter dicto cuius proprium est esse actus est. c 368

¶ His præmissis dicẽdũ est ad rationes in oppositum. Et ad primã dicitur: q̃ omne ens habet aliquod esse proprium, vt proprium distinguitur contra extraneum, quia nulla res est per esse extraneũ à se: non autẽ vt proprium distinguitur contra commune, imo nulla pars habet esse proprii hoc modo: quia quælibet habet esse commune sibi & toti, dũ in toto est. Ad secundã dicitur, quod stant hæc duo simul, & quòd anima intellectiua suum esse compositi communicet, & quòd ibi imperfectior separata, sicut stat cum sua indepẽdentia, q̃ sit naturaliter pars speciei humanæ. Et quum obiicitur, quòd communicare nõ dat perfectionem, respõdetur quòd communicare formaliter addit perfectionẽ communicãti: communicare effectiuè nõ. Modo anima cõmunicat formaliter se & suum esse cõposito: & acquirit perfectionem in suũ coniunctione ad corpus. Et quamuis idem omnino esse habeat separata & coniuncta, non tamen eodem modo: quia coniuncta habet illud integrando humanam speciem cuius est pars: separata verò non integrando. Et quia alio & alio modo habet ideo mirum nõ est, si perfectionem statum habet in cõposito quàm extrà. Attendituր enim perfectior status imaterialis dum habendi, & hinc patet ad illud quæritũ. Quare & quomodo separata est immaterialis. perfecta in essendo, & compositum perfectum in essendo: hoc enim est ratione modi habendi idẽ esse, scilicet in integritate speciei, & absque integritate illius.

¶ Ad tertiã autem iam patet ex dictis: & quare potest remanere esse cõpositi corrupto cõposito: quia illud esse nõ cõueniebat primo composito etiam vt quod: sed formæ vt quo & vt quod. Vnde esse hominis est formæ vt propriũ: hominis verò vt cõcretũ: & ideo nõ est mirũ si remanet cõpositũ, id est homine corrupto.

¶ Ad rationes contra secundũ & quartũ simul dicitur, quòd procedunt ex malo intellectu verborũ S. Tho. cũ enim dicit S. Tho. in litera q̃d non accidit in aliis formis ly quod, non refert identitatem esse formæ cũ cõposito, sed proprietatem esse respectu formæ: ita quòd nõ est sensus, habere idem esse cũ composito, non conuenit aliis formis: quoniam hoc conuenit omnibus substãtialibus. Sed est sensus, habere esse compositi vt proprium vt quod nõ conuenit aliis formis, quoniam hoc cõuenit tantũ dependẽtibus à subiecto formis, vt patet ex dictis.

¶ Contra hanc quartam rationem, quam Sco. dicit ibidem, quòd facilè soluitur, dicendo, quòd non est superfluum, sed necessariū ponere præter animā intellectiuam aliam formam: quia illa excedente alia remanet. ergo hęc nō est illa. Antecedens patet. Ad hoc breuiter dicit, primò, q̄ superfluitas non potest subtrahi: quoniam ista est directa prædicatio, homo est animal, conuertens verò fua, non, sed est indirecta. Vnde patet, & quòd prima & secunda facie processus infert intentum ex præmissis. Quod verò secundo loco dicitur, euidendo & reprehendendo simplicē regulam Sancti. Th. quam assumpsit in materiā, manifestè falsum est: quia ista est per se, terra est grauis, ergo & calidus, & tamen subiectum & prædicatum sumitur à diuersis formis præcise: quia terra à forma substantiali, & grauitate à forma accidentali: ita quòd neutrius ratio in alterius concepcu intrinsecè claudatur, vt patet. Ergo ita regula vel secundum quid: quia penes substantialem omnia hæc sunt simpliciter, penes accidentalem secundum quid. Et confirmatur hæ differentiæ ex errore Antiquorū. Phyſic. vel de Generatione. falsitas cōsequentis ex dictis patet. Aduerte secūdo, in 4. dist. 11. q. 3. dicit hanc rationem non concludere intentum. Quia ly simpliciter, potest dupliciter sumi. Primò, vt opponitur ei, quod est nullo modo, & sic non ex ente simpliciter nihil fit apud Philosophos. Alio modo vt opponitur ei quod est secundum quid. & sic nihil aliud significat esse simpliciter, quàm esse primum naturaliter, & esse secundum quid esse naturaliter posterius. Et hoc modo verum est, quòd omnis forma substantialis dat esse simpliciter, & accidentalis secundum quid, & hoc siue forma substantialis præcedat generationis ordine accidentalem, siue non. Semper enim esse primū à forma substantiali secundum suam naturam est prius: & illud posterius, sicut substantia accidente. Vnde ex hoc non sequitur, ergo vna est forma in compósito: quia stat vni compósito habēti vnum esse prius naturaliter accidentali forma aduenire aliud perfectius esse etiam prius naturaliter, quàm sit esse accidentale. Sed quòd respōsio hic voluntaria & nulla sit, facile manifestatur. Quòd voluntaria quidē sit, patet: quia ad placitum exponi ter minos, & non secundū vsum Philosophorum loquētium in hac re. Ly enim simpliciter, supplicem tantum habet apud Philosophos significationem, primò, vt idem est, quòd ly totaliter, & sic intelligitur ex non ente simpliciter, id est totaliter nihilist. Et sic dicimus multa non esse simpliciter, cōpleta quā do non sunt totaliter facta. Secūdò, vt idem est, quod nullo addito, iuxta illud Topicorum, simpliciter dico, quod nullo addito dico. Et hoc modo est frequentissimum apud Aristotelem & vsum ōnium, & sic simitur in proposito. Nec potest inficiari, nisi propriūm loquelam ipsemet Scotus cum cæteris velit negare. Sed aduerte quòd in hoc deceptus videtur Scotus & multi eadem tenentur: cæcitate, quòd non discernūt in ly simpliciter actum exercitū ab actu signato. cum tamen distent sicut cœlū à terra. Vti nanque ipso in actu signato est ponere ly simpliciter, in ipsa re de qua est sermo: vt cùm dicimus, quòd generatio hominis, est generatio simpliciter: generato verò hominis adhuc est secundum quid, &c. Vti verò ipso in actu exercito est loqui de ipsa re de qua est sermo, absque adiectiuo aliquo: vt in generatione hominis dicimus, homo fit, cum deabatur verò non dicimus, homo fit, sed homo fit albus. Aristoteles enim & Sanctus Thomas, & cæteri ponunt differentiam inter formam substantialem, & accidentalem penes simpliciter, & secundum quid, in actu exercito. Nec eget probatione: quoniam etiam in ipsis artificialibus, quando fiunt secundum id quod est constituiuntur eorum in esse specifico, ac per hoc indutit rationem substantialis: dicimus etiam fieri simpliciter: vt patet in factione domus: dicimus enim, quòd domus fit, & quòd facta est: cum autem decoratur, non dicimus quòd fit, sed cum adiectiuo, quòd fit alba aut pulchra. Est ergo vitatissimum, & propriissimum formæ substantiali, dare esse simpliciter, & fieri secundum eas compósita simpliciter. Et iuxta hoc patet procedere rationem Sancti Thomæ: quia ſi forma substantialis aduenit enti in actu per aliam formam, iam illud est simpliciter, id est de illo verificatur quòd est. ergo non potest de illo verificari quòd fit, sed quòd fit tale: quod est fieri secundum quid. Nec hoc potest subtrahi: nisi concedendo, quòd de vno, & eodem potest absolutè, & absque adiectione aliqua concedi quod est & fit. Quod quantæ stultitiæ sit, eis relinquo iudicandum. Et hoc bene nota: quoniam in hoc lumine videbis clarè multa secreta apud Aristote. & complures tenebras apud alios.

¶ Quo ad tertium, modus positionis est illemet qui in præcedenti articulo positus est: scilicet ratione ordinis perfectioris & continentis.

¶ Quo ad quartum dicitur, quòd prædicta habent locum in omnibus compositis substantialibus eisdem rationibus & modis.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium, quoniam Henricus de Gandauo, in quolibeto secundo quæstio. secunda & tertia, & quolibeto quarto quæstio. 13. & 14. probat quòd non est eadem ratio de homine & aliis, & quòd quamuis anima intellectiua sufficiat in homine pro sensitiua & vegetatiua, non tamen pro forma mixti-

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum in homine sit alia forma præter animam intellectiuam.

372 Iordan. in 3. sent. dist. 27. quæst. 3. Durand. 2. dist. 17. quæst. 4. &c.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in homine sit alia forma præter animam intellectiuam.

Dicit enim Philosophus in secundo de Anima,* quòd Anima est actª corporis physici potentia vitam habētis. Comparatur igitur anima ad corpus. sicut forma ad materiam. Sed corpus habet aliquam formam substantialem per quam est corpus. ergo ante animam præcedit in corpore aliqua forma substantialis.

¶ 2 Præterea. Homo & quodlibet animal est mouens seipsum. Omne autem mouēs seipsum diuiditur in duas partes: quarum vna est mouens, & alia est mota, vt probatur in 8 Phy si. Pars autem mouens est anima. Ergo oportet q̄ alia pars sit talis quæ possit esse mota. Sed materia prima nō potest moueri, vt dicit in 5. Phy si.* cum sit ens solum in potentia. quinimò omne quod mouetur est corpus. Ergo oportet, quòd in homine. & in quolibet animali sit alia forma substantialis, per quam constituatur corpus.

¶ 3 Præterea. Ordo in formis attenditur secundum habitudinem ad materiam primam. Prius enim & posterius dicitur per comparationem ad aliquod principium. Si ergo non esset in homine aliqua forma substātialis præter animā rationalem, sed immediatè materiæ primæ inhæreret: sequeretur quòd esset in ordine imperfectiōsimarum formarum, quæ immediatè inhærent materiæ.

¶ 4 Præterea, Corpus humanū est corpus mixtum. Mixtio autem non fit secundum materiam tantùm, quia tunc esset corruptiofola. Oportet ergo quòd remaneant formæ elementorū in corpore mixto, quæ sunt formæ substantiales. Ergo in corpore humano sunt aliæ formæ substantiales. præter animam intellectiuam.

¶ SED CONTRA, Vnius rei est vnum esse substātiale. Sed forma substātialis dat esse substātiale. Ergo vnius rei est vna tantùm forma substātialis. Anima autē est forma substātialis hominis. Ergo impossibile est quòd in homine sit aliqua alia forma substantialis, quam anima intellectiua.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ si poneretur aīa intellectiua non vniri corpori vt forma, sed solùm vt motor, vt Platō. posuerunt[c]: necesse esset dicere, q̄ in homine esset alia forma substantialis, per quam corpus ab anima mobile in fino esse cōstitueretur. Sed si anima intellectiua vnitur corpori vt forma substantialis. sicut suprà iam diximus *, impossibile est, quòd aliqua alia forma substantialis præter eam inueniatur in homine.

¶ Ad cuius euidentiam considerādum est, q̄ forma substantialis in hoc à forma accidentali differt: quia forma accidentalis nō dat esse simpliciter, sed esse tale[c]. Sicut calor facit suum subiectum non simpliciter esse, sed esse calidū. Et cùm aduenit forma accidentalis, non dicitur aliquid fieri vel generari simpliciter, sed fieri tale, aut aliquo modo se habēs. Et similiter cùm recedit forma accidentalis, non dicitur aliquid corrumpi simpliciter, sed secūdum quid. Forma autē substantialis dat esse simpliciter. Et ideo per eius aduētum dicitur aliquid simpliciter generari, & per eius recessum simpliciter corrumpi. Et propter hoc Antiqui naturales, qui posuerunt materiā prima esse aliquod ens actu, puta ignem, aut aērē, aut aliquid huiusmodi[c]: dixerūt q̄ nihil generatur aut corrumpitur simpliciter, sed omne fieri statuerunt alterari, vt dicitur in 1. Phy. * Si igitur ita esset, q̄ pter animam intellectiuam præexisteret quæcunque alia forma substātialis in materia, per quā subiectū animæ esset ens actu, sequeretur q̄ omnia non daret esse simpliciter: & per cōsequens q̄ non esset forma substantialis, & q̄ per aduentū animæ nō esset generatio simpliciter, sed solùm secūdum quid: quæ sunt manifestè falsa. Vnde dicēdum est, q̄ nulla alia forma substātialis est in homine nisi sola anima intellectiua, & q̄ ipsa sicut virtute continet animā sensitiuam & nutritiuam, ita virtute continet omnes inferiores formas: & facit ipsa sola quicquid imperfectiores formæ in aliis faciunt. Et similiter est dicendū de anima sensitiua in brutis, & de nutritiua in plantis: & vniuersaliter de omnibus perfectioribus respectu imperfectarum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Arist. non dicit animam esse actum corporis tantùm, sed actum corporis physici organici, potentia vitā habentis, & q̄ talis, potentia non animalis animā. Vnde manifestū est, q̄ in eo, cuius anima dicitur actª, etiam anima includitur: eo modo loquendi quo calor est actus calidi, & lumen est actus lucidi: non q̄ seorsum sit lucidum sine luce, sed quia est lucidum per lucem. Et similiter dicitur, quòd anima est actus

ª artic. 1. huius q. d. 650.

382

338

*tex. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mixtionis & corporeitatis, quia illa est inextensa, istæ verò sunt extensæ. Vnde arguit sic: Omne per se agens habet aliquem per se proprium terminū: ergo vbi sunt duo per se diuersa agētia & diuersæ actiones, ibi non est eadē forma vtri[usq]: que terminus: sed sic est in solo homine, quia anima à Deo per creationē relīquia à semine per generationē. ergo duæ formæ. Antecedens patet ex se, & 3. Phy. vbi negatur redire eandem sanitatē ppter diuersitatem actionis. Cōsequētia patet. Et confirmatur: quia idem terminus aut est forma aut cōpositum. si compositum, ergo homo creatus est forma, ergo anima intellectiua generat ex semine.

¶ Ad hoc breuiter. Pri- mò dicitur à S. T. q̄ accipiendo proprium vt distinguitur contra cōmune, & loquēdo de termino formali, maior nō est vera quādo sunt agētia subordinata: qualia sunt generās & creās anima intellectiua. Secundò dicitur. q̄ habere eundem terminū formalē eodē modo licet sit inconueniens, non tamē diuersi mode vt hic accidit: q̄ anima terminat creatiōnē intrinsecē & generationem extrinsecē. & sic forma' est idē terminus vtriusque sed nō eodem modo. Ideo nō sequtur, ergo generatur. Tertiò dicitur q̄ cuilibet actioni datur proprius per se primò terminus, quamuis non formalis: & q̄ generationis terminus, proprius est compositum creationis anima intellectiua: sed de his quæstio. 118. ex proposito est sermo.

¶ In responsione ad primum, vbi agitur de forma corporeitatis, aduerte q̄ Scot. in 4. vbi supra dupliciter probat in homine præter animam intellectiuam esse aliam formam corporeitatis seu mixtionis. Primò ex identitate corporis Christi viui & mortui, quia fuit idem numero: & huic annectitur de identitate Eucharistiæ in triduo mortis Christi: quoniā idem est iudicium de identitate corporis Christi in se & Eucharistia. Secundò, ex identitate specifica formæ cadaueris: quia non potest esse regulariter idem effectus à quibuscunq; & quātumcunq; diuersis agentibus: sed corpus viuum quomodocunque moriatur, modò non statim dissoluatur in elementa, ad sensum apparet eiusdem rationis. ergo non producitur noua forma sed remanet quæ erat forma corporeitatis. Hemicus autem cum multis aliis arguit ex parte effectus sic: Anima intellectiua non potest supplere effectus & operationes formæ corporeitatis & mixtionis. ergo ppter eam oportet aliam formam ponere. Consequentia plana: & antecedens probatur. quia esse diuisibile, quantum extensum, figuratum, corruptibile, &c. non tum ab anima intellectiua: quoniā esse eius est indiuisibile, est inextensibile, incorruptibile, immateriale, &c. ergo. Et hoc præcipuè militat aduersus S. T. nullum aliud esse ponentem in homine nisi aliud quod est animæ intellectiuæ. Et confirmatur: quia non videtur intelligibile quòd compositum sit quantum, extensumque, & quælibet pars eius non sit quanta & extensa.

¶ Ad primum horum iam dixi: S. Th. q̄ corpus Christi in triduo fuit simpliciter idem numero: quia idē supposit aliter & materialiter: & quo ad esse actualis existentiæ, Et q̄ non valet. ergo idē formaliter, Et hoc sufficit ad verificādas omnes Sanctorum auctoritates: & similiter in Eucharistia. Ita q̄ in hostia cōsecrata aut retenta in triduo, continebatur illud compositū ex materia: & illa forma cadauerica, quod tunc erat verum Christi corpus idem cum viuo tripliciter modo dicto. Et in resurrectiōe in eadem hostia fuisset compositum ex materia & anima intellectiua, vel de esse corporeū. Ita quòd par est ratio varietatis hic & ibi. Nec hic est aliquod inconueniens nisi inconueniēs fuerit, corpus Christi variari secundum vtram & mortem: hoc enim ad hoc sequitur. Sed trepidauerunt timore vbi non erat timor: quia non vident naturam compositionis substantialis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd ibi dicūtur tria. Quorum vnum est dubium, & duo sunt falsa. Dubium siquidem est, cadauer esse eiusdem rationis: quoniam substanieri potest rationabiliter vtraque contradictionis pars. Potest enim dici, q̄ cadaueris forma est diuersorum rationum iuxta diuersitatē naturalium agentium: puta ignis, aut aquasita q̄ cadauer mortui ex dominio choleræ fit alterius ratio nis à mortuo ex dominio phlegmatis. Et merito: quia illud ab igne corruptum ad ignem tendit ex intentione agentis, reliquum ab aqua in aquam: vt aliis existentibus terminis alia etiam fit via. Nec refert vtrum. gladio vel suspendio, sed quo elemento dominante moriatur: quoniam illa se habent vt excitantia & applicantia actiua passiuis. potest etiam dici, quòd forma cadaueris est vnius rationis & quòd est forma imperfecta & communis via, à viuo ad quodlibet elementum. Nec inconueniet eam esse communem, & vnius rationis: quia est medium temotum ab illa. Falsum verò est quòd effectus vnius rationis non possit ab hac agētium diuersitate produci quoniam aliquid produci facit dupliciter: vt mediū est, aut terminum principaliter intentum. Et cursus vt medium propium vel commune. Et quòd quia forma cadaueris producitur vt commune medium ad omnia elementa, ideo potest à quolibet eorum produci. Nec est hic quantacūq; diuersitas agentium: sed quadruplex tantum, iuxta numerum elementorum. Falsum quoque est & contra Arist. 2. de Genera. tex. 17. quòd in corruptione hominis non fiat noua forma: quoniam tunc non semper corruptio vnius esset generatio alterius: & natura operaretur aſpiciens ad malum. quod est impossibile.

¶ Ad tertium dicitur, suppositā distinctione de ly esse quantū, dupliciter, scilicet per se, & per accidens: & quòd hic non est quæstio nisi de quanto & extenso per accidens, id est subiectiue: quoniam nulla res extra prædicamentum quantitatis corporis, & c. quia per animā, & est corp', & est organicū, & est potentia vitam habēs. Sed actus prim' dicitur respectu act' secūdi, qui est operatio. Talis enim potētia est nō obiicies, id est non excludēs animā.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ anima non mouet corpus per esse suum secundum q̄ vnitur corpori vt forma: sed per potentia motiuā, cuius actus præsupponit iam corpus effectū in actu per animam: vt sic anima secundum vim motiuam sit pars mouens, & corpus animatum sit pars mota.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in materia cōsiderantur diuersi gradus perfectionis: sicut esse, viuere, sentire & intelligere. Séper autē secundū superueniēs priori perfectius est[c]. Forma ergo, q̄ dat solùm primum gradū perfectionis materiæ, est imperfectissima: sed forma, quę dat primū, & secundū, & tertiū, & sic deinceps est perfectissima: & tamen materiæ immediata.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd Aui. posuit formas substantiales elemētorū integras remanere in mixto: mixtionem autē fieri secundum q̄ contrariæ qualitates elemētorū reducuntur ad medium. Sed hoc est impossibile. Quia diuersæ formæ elemēto rū nō possunt esse nisi in diuersis partibus materiæ. Ad quarū diuersitatē oportet in telligi dimensiones, fine quib' materia diuisibilis esse nō potest. Materia autem dimensioni subiecta nō inuenitur nisi in corpore. Diuersa autem corpora non possunt esse in eodem loco. Vnde sequitur, quòd elementa sint in mixto distincta secundū situm. Et ita non erit vera mixtio, quæ est secundū totum: sed mixtio ad sensum, quę est secūdum minima iuxta se posita. Auer. autem posuit in 2. de Cœlo. [a] q̄ formæ elementorū ppter sui imperfectionem sunt mediæ inter formas accidentales, & substantiales. Et ideo recipiunt magis & minus. Et ideo remittuntur in mixtione: & ad medium reducuntur, & cōflatur ex eis vna forma. Sed hoc est etiā magis impossibile. Nam esse substātiale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit: & omnis additio & substractio variat speciē, sicut in numeris: vt dicit in 8. Meta.[c] Vnde impossibile est, q̄ forma substantialis quæcūque recipiat magis & minus[c]. Nec minus est impossibile aliquid esse medium inter substantiā & accidens[c]. Et ideo dicendum est secundum Philosophū in primo de Generatione, [a] q̄ formæ elementorum manent in mixto non actu, sed virtute. Manent enim qualitates propriæ elemētorum, licet remissè, in quibus est virtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mixtionis est propria dispositio ad formā substantialem corporis mixti, puta formam lapidis vel animæ cuiuscunque.

virtuali diuisibilitate conuenit facere formaliter ens extensum subiectiue. Et nota, quòd cùm dicimus animam intellectiuam dare esse extensum corporibus, intelligitur non de esse actualis existentiæ, sed de esse essentiæ. Illud namque indiuisibile & immateriale: sicut anima ipsa, hoc verò diuisibile & materiale: sed vnum simplicitate communicatum tantum composito & materiæ, hoc verò est vnum compositione ex materia & forma. Et ex hoc apparet nihil obstare prædicta propositioni Sancti Tho. de vnitate esse in composito: quoniam in æquiuoco laboratur: dum quæstio est de esse essentiæ, quod est ipsum compositum subiectum quantitati: & positio loquitur de esse existentiæ.

¶ In responsione ad secundā aduerte, q̄ diuisio animalis in partē mouentē & partem motā in cęteris animalibus, est diuisio in partes integrales formaliter, & nō in partes essentiales, nisi causaliter: quoniā omne animal integratur ex duabus partibus corporeis, quarum vna actuatur potentia motiua ipsius animalis, & est pars mouēs, & reliqua mouetur. In homine autem, quia habet duplex motiuum iuxta duplicem appetitum, sensitiuum scilicet, & intellectiuū, est diuisio in partes integrales, quo ad motū perueniētē ab appetitu sensitiuo: quia ille est adeo cuiusdā partis corporis. Et quodāmodo in partes essentiales, quo ad motū perueniēte ab appetitu intellectiuo, q̄ ille nullius corporis est actus: & sic pars mouens est ala, quę est pars essentialis. Dixi autē quodāmodo: quoniā pars mota nō est ppriè pars essētialis: quoniā est corpus in actu, q̄ nō est pars nisi per synecdochē realiter loquēdo: sed est & dicitur pars hois inquantū homo aut animal, q̄ a formaliter sumēdo animā corp' & animal, cōponit' animal ex anima & corpore tanquā ex partibus essentialibus: corpus tamē nō est verè pars vt dictū est.

¶ In responsione ad tertiū nota, q̄ responsio redarguit argumentū, q̄ peccat secundum non causam: nō enim immediatè vnit materiæ primæ infert imperfectionem formæ, sed dare illi primū tantùm perfectionis gradū. Vnde hinc habet q̄ esse formam propinquam materiæ primæ, contingit dupliciter. Vno modo quo ad vnionē, & sic omnis forma substantialis est æquè propinqua materiæ primę. Quia in ipsa immediatè recipitur: & penes hanc propinquitatem non attenditur perfectio vel imperfectio formarum substantialium. Alio modo quo ad gradum perfectionis: & sic non omnis forma est æquè propinqua materiæ primæ. Sed quantò aliqua forma est propinquior materiæ, tantò imperfectior, & quātò magis elongata, tantò perfectior. Et sic formæ, elementorū dicūtur imperfectissimæ & immediatæ materiæ, & primę formæ eius: & deinde mixtorū, & sic deinceps, vocatur autem forma propinquior materiæ secundum perfectionem quæ primum ordine generationis gradum perfectionalem dat tātùm remotior verò quæ primum & secundum: & sic procedendo data latitudine in quolibet gradu, habendus sermo, si cuncta adducenda essent obseruata. vnde in loco proprio in primo de generatione requirantur, hic sat sit rationes has tractare. Tria ergo sunt in hac responsione. Primò opinio Auicen. quę satis efficaciter impugnatur. Secūdò opinio Auerrois in 3. Cœli. commen. 67. cuius rationes sunt quia si cuncta tumperentur totaliter, non saluaretur ratio elementi: nec materia reciperet formas mixtorum mediis elementi: sed primò & essentialiter omnes. Ad quæ non dicimus, quòd optimè saluatur ratio elementi: quia elementorum est ex quo fit aliquid, cum insit actu vel virtute. Et quod materiam recipere formas mixtorum immediatè, potest dupliciter intelligi. primò, quo ad vnionem formæ cum materia: & sic est necessarium. Alio modo, quo ad transmutationem: & sic mediant elementa. Ita q̄ elementa media sunt in trāsmutatione, nō in formationē. Vel dicatur, q̄ non solùm in fieri, sed in esse elementa sunt media: nō formaliter, sed virtualiter, sicut & manet non formaliter, sed virtualiter. Sed aduerte hic, quòd Auerroistæ dicūt secundā rationē S. T. contra Auerroim, quia manifestè patet in commento illo, q̄ Auerrois posuit, formas elementorum esse substantias medias autem inter substantias perfectas, & accidentia: & ex earum imperfectione quæ proximæ sunt accidentibus: possunt suscipere magis & minus: & ne

do posuit aliquod medium inter substantiā & accidens. Sed isti dum decidēt, quàm sē derisibiles exhibeant si viderēt, tacetēt. Non penetrant subtilitatē formalitatis: S. T. qui ad Philosophos loquebātur, non seiolos. Ad cuius euidentiam sciendū est: quòd ratio S. T. non tendit cōtra conclusionē, sed contra rationem Auer. Sustentatur enim Auer. super ratione medij, vt expressè patet in com

373 1. Sent. 8. q. 1. ar. 3. ad 3. & 2. dist. 12. q. 1. ar. 1. & 4. ar. 3. q. de anima ar. 8.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum anima intellectiua conueniēter tali corpori vniatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua inconuenienter tali corpori vniatur. Materia enim debet esse proportionata formæ. Sed anima intellectiua est forma incorruptibilis. Non ergo conuenienter vnitur corpori corruptibili.

¶ 2 Præterea, Anima intellectiua est forma maximè immaterialis. Cuius signum est, quòd habet operationem, in qua non communicat materia corporalis. Sed quātò corpus est subtilius, tantò min' habet de materia. Ergo anima deberet subtilissimo corpori vniri, puta igni, & non corpori mixto & terrestri magis.

¶ 3 Præterea, Cùm forma sit principium speciei, ab vna forma non proueniunt diuersæ species. Sed anima intellectiua est vna forma. Ergo non habet vniri corpori, quod componitur ex partibus dissimilium specierum.

¶ 4 Præterea, Perfectioris formę debet esse perfectius susceptibile. Sed anima intellectiua est perfectissima animarum. Cùm igitur aliorum animaliū corpora habeāt naturaliter insita tegumenta, puta pilorū loco vestium, & vnguium loco calciamētorum: habeant etiam arma naturaliter sibi data, sicut vngues, dentes, & cornua: ergo videtur, quòd anima intellectiua nō debuerit vniri corpori imperfecto tanquam talibus auxiliis priuato.

¶ SED CONTRA est quòd dicit Philosophus in 1. de Anima,* quòd anima est actus corporis physici, organici potentia vitam habentis.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ cùm forma non sit propter materiam, sed potius materia propter formam[c]: ex forma oportet rationem accipere quare materia sit talis, & non econuerso. Anima autem intellectiua sicut suprà habitū est,* secundum naturæ ordinem infimum gradum in substantiis intellectualibus tenet: intentum q̄ non habet naturaliter sibi inditam notitiam veritatis, sicut angeli[c], sed oportet q̄ eam colligat ex rebus diuisibilibus per viam sensus: vt Dio. dicit 7. c. de Diuinomi. Natura autem nulli deest in necessariis. Vnde oportuit, q̄ anima intellectiua nō solùm haberet virtutē intelligendi, sed etiam virtutem sentiendi[c]. Actio autē sensus non fit sine corporeo instrumēto[c]. Oportuit igitur animam intellectiuā corpori vniri, quod posset esse cōueniens organum sensus. Omnes autem alij sensus fundātur supra tactum[c]. Ad organum autem tactus requiritur, quòd sit mediū inter contraria, quæ sunt calidum & frigidum, humidum & siccum, & similia, quorum est tactus apprehēsiuus. Sic enim est in potentia ad cōtraria, & potest ea sentire. Vñ quāto organū tact' fuerit magis reductum ad æqualitatem complexionis, tanto perceptibilior erit tactus. Anima autem intellectiua habet completissimè virtutem sensitiuam: quia quod est inferioris, præexistit perfectius in superiori: vt dicit Diony. in libr. de diui. nomi. Vnde oportuit corpus cui vnitur anima intellectiua, esse corpus mixtum inter omnia alia magis reductum ad æqualitatem complexionis[c]. Et propter hoc homo inter omnia animalia melioris est tactus. Et inter ipsos homines, qui sunt melioris tactus, sunt melioris intellectus. Cuius signum est q̄ molles carne bene aptos mente videmus, vt dicitur in secundo de Anima*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hanc obiectionem aliquis forte vellet euadere per hoc, q̄ diceret corpus hominis ante peccatum incorruptibile fuisse. Sed hæc responsio nō videtur sufficiens. Quia corpus hominis ante peccatū immortale fuit non per naturā, sed per gratiæ diuinæ donū: alioquin immortalitas eius per peccatū sublata non esset, sicut nec immortalitas dæmonis. Et ideo aliter dicendū est, q̄ in materia duplex conditio inuenitur. Vna, quæ eligitur ad hoc q̄ sit conueniēs formæ: alia, quæ ex necessitate consequitur priorem dispositionē. Sicut artifex ad formam ferræ eligit materiam ferreā aptam ad secandum dura. Sed quòd dentes ferræ hebetari possint, & rubiginē cōtrahere, sequitur ex necessitate materiæ. Sic igitur & animæ intellectiuæ debetur corpus, q̄ sit æqualis complexionis. Ex hoc autem de necessitate materiæ sequitur q̄ sit corruptibile. Si quis verò dicat, q̄ Deo potuit hanc necessitatem vitare dicendū est, quòd in constitutione rerum naturalium non cōsideratur quid Deus facere possit, sed quid naturæ rerum conueniat, vt Augu. dicit 1. super Gene. ad lite.* Prouidit tamen Deus adhibendo remedium contra mortem per gratiæ donum.

¶ Ad secūdum dicendum, q̄ animæ intellectiuæ non debetur corpus ppter ipsam intellectualem operationē secundum se, sed propter sensitiuam virtutem, quæ requirit organum æqualiter cōplexionatū[c]. Et ideo oportuit animam intellectiuā tali corpori vniri, & non simplici elemento vel corpori mixto in quo excederet ignis secundum quantitatem: quia non posset esse æqualitas complexionis propter excedentem ignis actiuam virtutem. Habet autem hoc corpus æqualiter complexionatum quandam dignitatem, per hoc q̄ est remotum à contrariis. In quo quodam modo assimilatur corpori cœlesti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd partes animalis, vt oculus, manus, caro, & os, & huiusmodi, non sunt in specie, sed totum. Et inde non potest dici proprie loquendo, q̄ sint diuersarum specierum, sed quod sint diuersarum dispositionum. Et hoc competit animæ intellectiuæ, quæ quamuis sit vna secundum essentiam, tamen propter sui perfectionē est multiplex in virtute[c]. Et ideo ad diuersas operationes indiget diuersis dispositionibus in partibus corporis cui vnitur. Et propter hoc videmus, quòd maior est diuersitas partium in animalibus perfectis, quam in imperfectis, & in his quàm in plantis.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ anima intellectiua, quia est vniuersalium comprehensiua, habet virtutē ad infinita[c]. Et ideo non potuerūt sibi determinari à natura vel determinatę existimationes naturales, veletiā determinata auxilia, vel defensionū vel tegumentorum: sicut aliis animalibus, quorum animæ habēt apprehensionem & virtutē ad aliqua particularia determinata. Sed loco horum omnium homo habet naturaliter rationem & manus: quæ sunt organa organorum[c]: quia per ea homo potest sibi præparare instrumenta infinitorum modorum, & ad infinitos effectus.

Super Quæstionis septuagesimi sexti Articulum quintum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò respōdet quæstionis vnā cōclusione affirmatiuè. Secundò, ex cōclusione deducit duo corollaria. Cōclusio respōsiua est: Corpus cui vnitur anima intellectiua, oportet quòd sit mixtū n, & maxime ad qualitatē reductū, qualis est nostri. Probatur sic, Anima intellectiua exigit corpus habēs has duas cōditiones. ergo. Probatur consequētia: quia ex forma accipitur ratio materiæ: quoniā materia est propter formā, & non econuerso. Antecedens verò quo ad primam partem, scilicet ly mixtū: probatur sic: Anima intellectiua non habet in lità cognitionem a intellectiuā. ergo est etiam sensitiua: ergo exigit corpus organum tactus. ergo medio inter contraria. ergo mixtum. Antecedēs huius probatiōis probatur ex eo, q̄ tenet infimū gradū in ordine intelligentiū: ac p hoc est vt pura potentia: vt patet ex suprà dictis. Prima cōsequētia probatur, quia natura nō deficit in necessariis: ac quisito autē notitiæ in anima, oportet q̄ fiat ex sensib', vt patet: & Dio. confirmat. Secūda verò consequētia probatur, quia omnes sensus fundātur super tactū, vt patet in tertio de Anima. Tertia autem probatur: quia organum tactus debet esse in potētia ad cōtraria calidum & frigidum, & reliqua tangibilia. Quarta autem relinquitur per se nota, quia cōstat corpus animatis non posse esse medio q̄ abnegationem. imo nullū corpus potest esse in poten

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentia ad tangibilia vt medium per abnegationem. Secunda autem pars antecedentis, scilicet maximè reductum ad æqualitatem, probatur sic: Anima intellectiua habet perfectissimè virtutem sensitiuam: ergo exigit corpus maximè ad æqualitatem reductum. Antecedens probatur: quia inferius perfectius continetur in superiori: vt patet per Dio. consequentia probatur ex eadem radice, quia scilicet vis sensitiua fundatur super actu. Cõstat enim quòd quatro organũ tactus fuerit æqualius, tanto melius percipiet, qui ab excellẽtiis remotius melius discernit.

¶ Corolaria sunt duo. Primũ q̃ ex hoc homo ẽstat tactu cæteris animalibus. Secũdum inter homines meliorem habẽs tactum, est melioris ingenij. Patet sequela huius de primo ad vltimũ & declaratur signo ex secundo de Anima.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ sextæ Articulum sextum.*

IN titulo hoc fòlùm aduerte, q̃ hic est sermo de mediatiõe informationis: nõ autẽ transmutationis tũm. Ita q̃ non est, vtrũ in instanti quo anima recipitur in materia, mediẽt inter ipsam & materiã accidentia aliqua, quibus prius natura, etsi nõ tempore materia informet, quã ipsa forma substantiali. Et est q̃ſt. 9 cõtra Auer. & vnjuersaliter contra omnes ponentes idem numero accidens ingenito corrupto saluari.

¶ In corpore duo facit primò tractat quid secũdũ Plat. tex. 50 dẽdũ effet, scilicet affirmatiuè. Secũdo quid secundũ determinatarq̃a negatiuè. Primum de se patet. Secundum est cõclusio respõsiua: Anima & vnjuersaliter omnis forma substãtialis recipit in materia nullo mediãte accidẽte. Probatur sic: Materia est in potẽtia ad omnes actus ordine quodã, ergo primò ad esse ĩ actus: ergo ad formã substantialẽ: ergo prius recipitur forma substantialis: ac per hoc anima, quam quodcũq; accidens. Antecedẽs patet ex 7. Met. prima consequẽtia probatur: quia esse in actu est actus primus simpliciter, secunda verò: quia sola & omnis forma substantialis facit esse simpliciter, tertia reiinquitur per se nota.

¶ Circa hanc rationem aduerte, q̃ dupliciter cauillari potẽt. Primò quantum ad ordinem, dicendo, q̃ materia est primò in potentia ad esse substantiale primitate intentionis: non autem primitate exequutionis, quia primum in intẽtione est vltimũ in exequutione. & ideo prius ordine generationis recipit dispositiones accidentales, quàm formam substantialem. Secundò quantum ad secundam consequentiã: quia concesso q̃ esse in actu est prius ordine generationis: nõ sequitur, ergo esse datum à forma substantiali, est prius ordine generationis. sed q̃ est spohisma consequentis, quoniã esse in actu communi est omnibus prædicamẽtis, vt patet 3. Phy. tex. 3. ac per hoc clauditur intrinsecè in esse accidẽtali, & consequenter faciendo esse quantum, aut quale sit, esse in actu. Et sic nihil aliud concluditur ex hoc, q̃ esse est primum actus ordine generationis, nisi q̃ prius sit esse in actu, quàm esse tale, quòd saluatur etiam in forma accidentali: quia dum calor facit esse calidum prius natura dat ly esse quã ly calidum: non ergo ex hoc potest inferri, ergo prius recipit formã substantialẽ. Sed ad hęc breuiter, & simul dicitur, q̃ sermo præsens principaliter est de ordine generationis: ita q̃ materia est in potẽtia ad omnes actus ordine generationis: ac per hoc ad actum primum ex natura sua ordine generationis est primo ordine generationis in potẽtia: & consequenter prius recipit illum ordine executionis. Quòd autem forma substantialis sit prior accidente ordine generationis, probatur sufficienter in litera, ab effectibus earum formalibus: quia scilicet esse in actu est prius quã esse tale, quòd nõ solũ verificatur, propterea quia in quolibet esse prius intelligitur esse quã specificatio eius, vt obiiciendo tactum est, quod est extra propositũ: sed necessariò est verũ, & intentum in proposito, propterea quia nulla res potest suscipere esse tale, nisi prius natura de ipsa verificetur absolutè, q̃ habet esse. Impossibile est enim imaginari domum suscipere esse album, aut pulchrum, nisi imaginemur, q̃ domus ipsa est absolutè, seu sine additione aliqua. Si ergo materia secundum se nullum esse in actu habet, impossibile est imaginari, q̃ sit talis si non prius natura de ea verificetur, q̃ habet esse absolutè, & sine additione aliqua: sed dare esse, ita q̃ sine additione aliqua verificetur de aliquo quod est, est proprium effectus formalis formæ substantialis, vt superius declaratum fuit, ergo impossibile est materiam prius recipere accidens quod facit solum esse tale, quã formã substantialẽ, quæ facit esse simpliciter: id est sine additione aliqua. Nullã est ergo sophisma arguere ex hoc, q̃ esse simpliciter, id est sine additiõe aliqua, est primus actus ordine generationis. ergo forma substantialis, quia hoc nõ claudit

¶ *Vtrum anima intellectiua vniatur corpori mediantibus dispositionibus accidentalibus.*

AD SEXTVM sic pceditur. Videtur q̃ aĩa intellectiua vniatur corpori mediantibus aliquibus dispositionibus accidentalibus. Omnis enim forma est in materia ſibi propria & dispoſita. Sed dispositiões ad formã sunt accidẽtia quædã. Ergo oportet præintelligi accidẽtia aliqua in materia ante formã subſtãtialẽ: & ita ante animã, cùm anima sit quædam substantialis forma.

¶ 2 Præterea, Diuersæ formę vnius speciei requirunt diuersas materiæ partes. Diuersæ autem partes non possunt intelligi nisi secundum diuiſionem dimenſiuarũ quantitatum*. Ergo oportet intelligere dimensiones in materia, ante formas substantiales quæ sunt multæ vnius speciei.

¶ 3 Præterea, Spirituale applicatur corporali per contactum virtutis. Virtus autem animæ est eius potentia. Ergo videtur, quod anima vniatur corpori mediante potentia, quæ est, quoddam accidens.

¶ SED CONTRA est q̃ accidens est posterius substantia & tempore, & ratione, vt dicitur in 7. Met.* Nõ ergo forma accidẽtalis aliqua põt intelligi in materia ante animam, quæ est forma substantialis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd si anima vniretur corpori solùm vt motor, nihil prohiberet, imò magis necessariũ esset esse aliquas dispositiones medias inter animã & corpus: potentiã scilicet ex parte animæ per quã moueret corpus, & aliquam habilitatem ex parte corporis, per quam corpus esset ab anima mobile. Sed anima intellectiua vniatur corpori vt forma substãtialis, sicut iam suprà dictũ est*, impossibile est, quòd aliqua dispositio accidẽtalis cadat media inter corpus & animam, vel inter quãcunque formam substantialẽ & materiam suam. Et huius ratio est quia cùm materia sit in potentia ad omnes actus ordine quodam, oportet q̃ id quod est primum simpliciter in actibus, primò in materia intelligatur. Primum autẽ inter omnes actus est esse. Impoſsibile est ergo intelligere materia priũ esse calidam vel quanta, quã esse in actu. Esse autem in actu habet per formam substantialẽ, quæ facit esse simpliciter: vt iam dictum est*. Vnde impoſsibile est, q̃ quæcunque dispositiones accidẽtales præexistant in materia ante formam substantialem, & per consequẽs neque ante animã.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut ex prædictis* patet, forma perfectior virtute continet quicquid est inferiorum formarum. Et ideo vna & eadem existens perfectio materiam secundũ diuersos perfectionis gradus. Vna enim & eadem forma est per essentiam per quam homo est ens actu, & per quã est corpus & per quam est viuũ, & per quam est animal, & per quam est homo. Manifestum est autem, q̃ vnumquodque genus consequũtur propria accidentia. Sicut ergo materia præintelligitur perfecta secundum esse ante intellectũ corporeitatis, & sic de aliis: ita præintelliguntur prędicta accidentia, quæ sunt propria entia ante corporeitatem. Et sic præintelligũtur dispositiones in materia ante formam, non quantum ad omnem eius effectum, sed quantum ad posteriorem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ dimẽsiones quãtitatiuę sunt accidẽtia cõsequẽtia corporeitatem, quæ toti materiæ cõuenit. Vñ materia iam intellecta sub corporeitate & dimẽſionibus, potest intelligi vt distincta in diuersas partes: vt sic accipiat diuersas formas secundũ vlteriores pfectionis gradus. Quãuis enim eadẽ forma sit secundũ essentiã, quę diuersos perfectionis gradus materiæ attribuit, vt dictũ est:* tamen secundum cõsiderationem rationis differt.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ subſtãtia spiritualis, q̃ vnitur corpori ſolùm vt motor, vnitur ei per potẽtiam vel virtutẽ. Sed anima intellectiua corpori vnitur, vt forma per suã essentiã*. Administrat tamẽ ipsum & mouet per suam potentiam & virtutẽ.

¶ *Vtrum anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ anima vniatur corpori animalis mediãte aliquo corpore. Dicit enim Augustin* tertio super Genesim ad literam*, quòd anima per lucem, id est ignem & aërẽ, quæ sunt similiora spiritui, corpus administrat. Ignis autẽ & aër sunt corpora. Ergo anima vnitur corpori humano mediante aliquo corpore

¶ 2 Præterea Id, quo subtracto, soluitur vnio aliquorum vnitorum, videtur esse medium inter ea. Sed deficiente spiritu, anima à corpore seperatur. Ergo spiritus, qui est quoddam corpus subtile, medium est in vnione corporis & animæ.

¶ 3 Præterea, Ea, quæ sunt multum distantia, non vniuntur nisi per medium. Sed anima intellectiua distat à corpore: & quia est incorporea, & quia est incorruptibilis. Ergo videtur quòd vniatur ei mediante aliquo, quod sit corpus incorruptibile. Et hoc videtur esse aliqua lux cœlestis, quæ conciliat elementa. & redigit in vnum.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo de Anima*, quòd non oportet quærere si vnum est anima & corpus: sicut neque ceram & figuram. Sed figura vnitur ceræ nullo corpore mediante. Ergo & anima corpori

¶ RESPONDEO dicendum, quòd si anima secundũ Platonicos corpori vniretur solùm vt motor*, cõueniens esset dicere, quòd inter animam hominis vel cuiuscunque animalis & corpus aliqua alia corpora media interuenirent. Conuenit enim motori aliquid distans per media magis propinqua mouere. Si verò anima vnitur corpori vt forma, sicut iam dictũ est*, impoſsibile est quòd vniatur ei aliquo corpore mediante. Cuius ratio est, quia sic dicitur aliquid vnum, quomodo & ens. Forma autem per seipſam facit rem esse in actu, cùm per essentiam suam sit actus, nec dat esse per aliquod mediũ. Vnde vnitas rei compositæ ex materia, & forma est per ipſam formam, quæ secundũ seipſam vnitur materiæ, vt actus eius. Nec est aliquid a liud vniens nisi agens, quod facit materiã esse in actu, vt dicitur in octauo Metaph*. Vnde patet esse falsas opiniones eorũ, qui posuerũt aliqua corpora eẽ media interanimam & corpus hominis. Quorũ quidam Platonici dixerunt, q̃ anima intellectiua habet corp[s] ĩcorruptibile ſibi naturaliter vnitum, a quo nunquam separatur, & eo mediãte vnitur corpori hominis corruptibili. Quidam verò dixerunt, quòd vnitur corpori mediãte spiritu corporeo. Alij verò dixerũt, quòd vnitur corpori mediante luce, quam dicunt esse corpus*, & de natura quintæ essentiæ: ita q̃ anima vegetabilis vnitur corpori mediãte luce cœlisy derei, anima verò sensibilis mediãte luce cœli crystallini: anima verò intellectualis mediãte luce cœli empyrei. Quod fictitiũ & derisibile apparet. Tum quia lux non est corpus*. Tum quia quintæ essentia non venit mixti: cùm sit inalterabilis, sed virtualiter tantum*. Tum etiam, quia anima immediatè corpori vnitur, vt forma materiæ*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur de Anima, inquantũ mouet corpus. Vnde vtitur verbo Admirationis. Et verum est, quòd partes grossiores corporis per subtiliores mouẽt. Et primum instrumentũ virtutis motiuæ est spiritus, vt dicit Philosophus in libro de Causa motus animalium*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd subtracto spiritu, deficit vnio animæ ad corpus, non quia sit medium, sed quia tollitur dispositio, per quam corpus est dispositum ad talem vnionem. Est tamen spiritus medium in mouendo, sicut primum instrumentum motus.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd anima distat à corpore plurimũ, si vtriusque cõditiones seorsum considerantur. Vnde si vtrunque ipsorum separatim esse haberet, oporteret quod multa media interuenirent. Sed inquantũ anima est forma corporis, non habet esse seorsum ab esse corporis* : sed per suũ esse corpori vnitur immediatè. Sic enim & quælibet forma, sic consideretur vt actus, habet magnam distãtiam à materia, quæ est ens in potentia tantùm.

¶ *Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.*

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur quòd anima non sit tota in qualibet parte corporis. Dicit enim Philosophus in lib. de causa motus animalium*, Non opus est in vnaquaque corporis parte esse animam: sed in quodam principio corporis existente, alia viuere: eo quòd simul nata sunt facere proprium motum per naturam.

¶ 2 Præterea, Anima est in corpore cuius est actus. Sed est actus corporis organici. Ergo non est nisi in corpore organico. Sed non quælibet pars corporis hominis est corpus organicum. Ergo anima non est in qualibet parte corporis tota.

¶ 3 Præterea. In 2. de anima* dicitur, quòd sicut se habet pars animæ ad partem corporis, vt visus ad pupillam, ita anima tota ad totum corpus animalis. Si igitur tota anima est in qualibet parte corporis. Segtur quòd quælibet pars corporis sit anima.

¶ 4 Præterea, Omnes potẽtiæ animæ in ipsa essentia animæ fundantur. Si igitur anima tota est in qualibet parte corporis, sequitẽ q̃ omnes potẽtiæ anime sint in qualibet corporis parte: & ita visus erit in aure, & auditus in oculo. Quod est inconueniens.

¶ Præterea, Si in qualibet parte corporis esset tota anima, quælibet pars corporis immediatè dependeret ab anima. Non ergo vna pars dependeret ab alia, nec vna pars esset principalior quam alia. Quod est manifestè falsum. Non ergo anima est in qualibet parte corporis tota.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in sexto de trinitate*, quòd anima in quocunque corpore, & in toto est tota, & in qualibet eius parte tota est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut in aliis iam dictũ est*, si anima vniretur corpori solùm vt motor, posset dici q̃ non esset in qualibet parte corporis, sed in vna tantùm, per quam alias moueret. Sed quia anima vnitur corpori vt forma, necesse est quòd sit in toto, & in qualibet parte corporis Non enim est forma corporis occidẽtalis, sed substantialis. Substãtialis autem forma nõ solùm est perfectio totius, sed cuiusllibet partis. Cùm enim totũ consistat ex partibus, forma totius quę nõ dat esse singulis partibus corporis, est forma quæ est cõpositio & ordo, sicut forma domus* & talis forma est accidẽtalis. Anima verò est forma substantialis. Vnde oportet quòd sit forma & actus non solùm totius, sed cuiusllibet partis. Et ideo recedẽte anima, sicut non dicitur animal, & homo nisi æquiuocè, quemadmodum & animal pictum vel lapideum, ita est de manu & oculo aut carne & osse. vt Philos. dicit*. Cuius signũ est quòd nulla pars corporis habet propriũ opus anima recedente, cum tamẽ omne quod retinet speciẽ, retineat operationem ſpeciei. Actus autẽ est in eo cuius est actus. Vnde oportet animã esse in toto corpore, & in qualibet eius parte. Et quòd tota sit in qualibet parte eius, hinc cõsiderari potest. Quia cum totũ sit, quod diuiditur in partes secundum triplicem diuiſio-

nẽ partes remanẽt, nisi equiunocè: ergo anima est actus totiẽ & partis. Antecedẽs probatur auctoritate Philosophi, 7. Metaphylic. & ratione, quæ potest esse tertia p̃batio seorsum. à signato sic, R̃cedẽte anima nulla pars corporis retinet proprium opus, ergo nõ remanet eiusdẽ speciei: ergo anima erat in eis. Antecedẽs patet ad sensum. Prima consequentia patet: quia retinens speciem retinet operationẽ. secũda verò: quia actus est in eo cuius est actus ac per hoc cum anima recedens sit ille actus partium, quo habebant illa opera: ergo in eis erat. Secũdum verò probat tali ordine. Primò distinguit triplicem totalitatem. Secũdo cõparat eas ad formas in communi. Tertiò applicat quæstionẽ propositam ad formas habẽtes omnes totalitates & solùit eam. Quarto desCendit ad intentum respondẽdo quæsito distinctẽ.

¶ In primo horũ ponitur triplex totalitas: essentialis, essentialis & potestatiua iuxta triplex genus totius & partiũ.

¶ In secũdo ponitur differentia inter totalitatẽ quantitatiuam & alias, respectu formarum quo ad hoc quòd illa nõ inueniuntur in formis, nisi per accidens, illę per se; illa in solis formis, quæ indifferenter respiciunt totum & partes. Istæ nõ sic: quia perfectio essentiæ & rationis, & esse principiũ operationis per se conuenit formæ. Ex his sequitur tertia differentia: quod illa nõ inueniuntur in anima, præcipuè animalium perfectorum, Istæ sic: & tenet sequela, quia anima nõ eadẽ habitudine respicit totũ & partes: quia requirit manifestè diuersitatem in partibus corporis.

¶ In tertio dicit tria Primum est, quòd ſi fiat hic quæstio de albedine, id est, forma habente omnes istas totalitates, oportet distinguere de totalitate quãtitatiua, &c. Secundum, q̃ de duabus totalitatibꝰ, scilicet quãtitatiua & virtuali, respondẽdum est negatiuè, quia vna pars est extra aliam: & in maiori quãto est maior virtus. Tertium, quòd de totali tate essentiali respondendum est affirmatiuè,

¶ In quarto dicit tria Primò q̃ non oportet distinguere in anima de omnibus totalitatibus, sed essentiali & virtuali tantùm probatur: quia non est quanta per se, nec per accidẽs. Secundò respõdet quæsito affirmatiuè, quo ad totalitatẽ essentiæ. Anima ẽ tũdum essentiã est tota in toto, & tota in qualibet parte. Tertiò ſecundum totalitatẽ virtua-

lem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sem negatiuè scilicet, quòd non est tota in qualibet parte, sed secundum vnam potentiam in vna parte, & aliam in alia.

¶ Quo ad tertium principale, ponit differentiam inter modū essendi totā animam in toto, & in qualibet parte. In hoc modo enim differre ait, quòd quamuis totum & quælibet pars conueniant in hoc, quòd anima est in eis vt actus, differunt tamen in modo, quia anima est actus totius, vt per se primo perfectibilis: singulariū verò partium vt partium primò perfectibilis.

¶ Circa hæc dicta sunt multa dubia. Primum est, circa totalitatem quantitatiuam, quid sit differens habitudo formæ ad totum & partes, quæ comitatur inextensionē formæ. Aut enim diuersa ista habitudo attenditur penes distinctionem primi perfectibilis à nō primo perfectibili in actu. Et hoc non: quia sic omnis forma esset inextensa: quoniam omnis forma respicit totum vt primum perfectibile in actu: partes verò non vt primū perfectibile, sed vt partes primi. Aut penes distinctionem primi perfectibilis à non primo tam actu quam potentia: a quod pars nec sit nec esse possit primum perfectibile à tali forma. Et hoc non: quia sic anima vegetatiua esset inextensa: quoniam sic differenter respicit totum & partes quod totum est eius primò perfectibile, & nulla pars eius potest ei respōdere vt primo perfectibile: quoniā nulla pars plātæ habet omnia organa plātæ, sine quibus nō habetur ratio primi perfectibilis, vt patet ex diffinitione animæ. Aut penes distinctionē per perfectibilia à non perfectibili, ita quòd pars sic perficiatur in toto à forma, quòd extra totum non possit esse perfectibilis tali forma. Et hoc non, quia sic forma minimi naturalis esset inextensa, quoniam nulla eius pars potest tali forma seorsum perfici. Nullo igitur modo videtur posse intelligi differentem habitudinem ad totum & partes comitari inseparabiliter negationem totalitatis quātitatiuæ in forma.

¶ Dubium secundò est circa eandem totalitatem: quoniam S. Thom. à communi opinione discordare videtur hoc in loco, eo quòd ponat præter animam intellectiuam, aliquam aliam formam in materia inextensam, scilicet animam sensitiuam, animalium perfectorum, cùm tamen vix possit sustineri, quòd anima intellectiua de foris veniens informet secundum esse, & sit inextensa. Tum quia sequitur idem indiuisibile simul moueri & quiescere. Tum quia sequeretur quòd manus intelligeret, existente ibi essentia animæ, & consequenter intellectu. Voluntariè quoque & absque probatione aliqua dicitur hoc, vt patet in litera, & in secundo contra Gent. cap. 72. quod non decet Philosophum.

¶ Dubium tertiò est circa totalitatem essentialem: quia malè dicitur illam cōuenire formis & animæ per se. Quia aut intenditur potius: & sic constat esse falsum, quia non habet partes essentiales, cum sit simplex. Aut negatiuè: & sic etiā contingit totalitas quantitatiua animæ intellectiuæ. nam caret partibus quantitatiuis, quemadmodū & essentialibus. igitur pari ratione dicendum erat, quòd non habet essentialem totalitatem, sicut nec quantitatiuam.

¶ Ad primum horum dicitur, q. intelligitur secūdo modo ista differens habitudo. Sed oportet quòd subintelligatur de totaliter differente, & non secundum quid. Ad cuius euidētiam sciēdum triplex esse genus formarum. Quædam omnino æqualiter respicientiū totū & partes, vt primum perfectibile: & tales sunt formæ meræ naturales: vt aquæ, ignis & aliorū huiusmodi. Et loquimur de formis quantū est ex parte sui, & de toto & partibus absolutè, & non de tanto toto aut tanta parte: quæ enim quòd forma aquæ quanti est ex se, indifferenter respicit vt primum perfectibile inæqualibus bicubitum & cubitale, quę sunt totum & pars: & sic de aliis. Nec instāria de partibus minimi mouere debet: quoniā mutatur totū in tantū, & pars in partem tantā: quod est sophisma figuræ dictionis: nā nimū enim significat totū tantū: & similiter pars eius. Iam autē diximus, q. secundum esse est absolutè cōparando formā specificam ad totū & partes vt primò perfectibile. Quædā verò sunt omnino inæqualiter respicientes totū & partes. Et hæc ita totum sibi vendicat vt primū perfectibile, q. nulla pars seorsum potest habere rationē nō solū primi perfectibilis, sed nec perfectibilis: huiusmodi autē est proculdubio anima intellectiua, & vt videbitur, animę animalium perfectorum. Nec te moueat quòd abscissa manu aut brachio, anima perficit reliquum corporis secūdum totalitatem perfectionis essentiæ, non autem secūdum totalitatem virtutis: quia non secundū quamlibet suam potentiā est in qualibet parte corporis, sed secundū visum in oculo, secundum auditū in aure, & sic de aliis. Tamen attendendum est, quòd quia anima requirit diuersitatem in partibus, non eodem modo comparatur ad totum, & ad partes: sed ad totum quidē primò & per se, sicut ad proprium & proportionatum perfectibile: ad partes autem per posterius secundū quod partes habent ordinem ad totum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de potentia motiua animæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima est actus corporis organici, sicut proportionati & primi perfectibilis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd animal est quod componitur ex anima & corpore toto, quod est primum & proportionatum eius perfectibile. Sic autem anima non est in parte. Vnde non oportet quòd pars animalis, sit animal.

¶ Ad quartū dicendū, q. potētiarū animæ quædam sunt in ea secūdum quod excedit totam corporis capacitatē, scilicet intellectus & volūtas. Vnde huiusmodi potētiæ in nulla parte corporis esse dicuntur. Aliæ verò potētiæ sunt cōmunes animæ & corpori. Vnde talium potētiarū non oportet q. quælibet sit in quocunque est anima, sed solùm in illa parte corporis, quæ est ꝓportionata ad talis potentiæ operationem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd vna pars corporis dicitur esse principalior quā alia, propter potentias diuersas, quarum sunt organa partes corporis. Quę enim est principalioris potentiæ organū, est principalior pars corporis: vel quæ etiam eidē potentiæ principalius deseruit.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMASEPTIMA. de his, quæ pertinent ad potentias animæ in generali in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de his quæ pertinet ad potētias animæ. Et primò in generali. Secundò in speciali.

¶ Circa primū quærūtur octo.

¶ Primò, vtrū essentia animę sit in eius potentia. ¶ Secundò, vtrum sit vna tantū potētia animę vel plures. ¶ Tertiò, quomodo potētiæ animæ diffinguātur. ¶ Quartò, de ordine ipsarū adinuicem. ¶ Quintò, vtrū anima sit subiectum omniū potentiarum. ¶ Sexto, vtrum potētiæ fluant ab essentia animæ. ¶ Septimò, vtrū potentia vna oriatur ex alia. ¶ Octauo, vtrum omnes potentiæ animæ remanent in ea post mortem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ipsa essentia animæ sit eius potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ipsa essētia animæ sit eius potentia. Dicit enim Augustin. 9. de Trinit*. quòd mens, notitia, & amor sunt subsistantialiter in anima. vel (vt idem dicam) essentialiter. Et in 10 *. dicit, quòd memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna vita, vna mens, & essentia.

¶ 2 Præterea, Anima est nobilior quàm materia prima: sed materia prima est sua potentia: ergo multo magis anima.

¶ 3 Præterea, Forma subsistatialis ē simplicior quā accidentalis. Cuius signū est, quòd forma subsistātialis non intēditur vel remittitur, sed in indiuisibili cōsistit. Forma autē accidentalis est ipsa sua virtus. Ergo multo magis forma subsistantialis, quæ est anima.

¶ 4 Præterea, Potētia sensitiua est qua sentimus, & potentia intellectiua, qua intelligimus. Sed id, quo primò sentimus & intelligimus, est anima secundum Philosophū in 2. de Anima*. Ergo anima est suę potentię.

¶ Præterea, Quod nō ē de essentia rei, est accidēs. Si ergo potētia animæ est præter essentiam eius, sequitur quòd sit accidēs. Quod est cōtra Aug. in 9. de Tri*. vbi dicit, q. prædicta non sunt in anima sicut in subiecto, vt color aut figura ī corpore, aut vlla alia qualitas, aut quātitas. Quicq d ēm tale est, nō excedit subiectū in quo ē. Mens autē potest etiā alia amare & cognoscere.

¶ 6 Præterea, Forma simplex subiectū esse non potest. Anima autē est forma simplex, cùm non sit cōposita ex materia & forma, vt suprà dictum est*. Non ergo potentia animæ potest in ipsa sicut in subiecto.

¶ 7 Præterea, Accidens non est principium substantialis differētiæ, sed sensibile, & rationale sunt substantiales differentiæ, & sumuntur à sensu & ratione: quæ sunt potentiæ animæ. Ergo potentiæ animæ non sunt accidentia. Et ita videtur, quòd potentia animæ sit eius essentia.

¶ SED CONTRA est quòd Dion. dicit 11. cap. Cœle. hierar. q. cœlestes spiritus diuiduntur in essentiam, virtutē & operationem: Multo igitur magis in anima aliud est essentia, & aliud virtus, siue potentia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est dicere, quod essētia animæ sit eius potentia: licet hoc quidam posuerint. Et hoc dupliciter ostenditur quātum ad præsens. Primò, quia cum potentia & actus diuidāt ens, & quodlibet gen⁹ entis, oportet quòd ad idē genus referatur potentia & actus: & ideo, si actus non est in genere subsistātiæ, potentia quæ dicitur ad illum actum, nō potest esse in genere substantiæ*. Operatio autem animæ nō est in genere subsistantiæ, sed in solo Deo, cuius operatio est eius subsistantia. Vnde Dei potētia, quæ est operatiōis principium, est ipsa Dei essentia. Quod nō potest esse verū neque in anima, neque in aliqua creatura, vt suprà etiam de angelo dictum est*. Secūdò hoc etiā impossibile apparet in anima, nā anima secūdum suam essentiam est actus. Si ergo ipsa essentia animæ esset immediatum operationis principiū, semper habens anima actu, haberet opera vitæ, sicut semper habens animam actu est viuum. Non enim inquantum est forma, est actus ordinatus ad vlteriorem actum, sed est vltimus terminus generatiōis. Vnde quòd sit in potentia adhuc ad alium actū, hoc non cōpete ei secundum suam essentiā, inquantum est forma, sed secundum suam potētiam*. & sic ipsa anima secundū quod subest suæ potentiæ, dicitur actus primus ordinatus ad actum secundum. Inuenitur autem habens animam non semper esse in actu opere rum vitæ. Vnde etiā in diffinitione animæ dicitur, quòd est actus corporis potentia vitam habentis, quæ tamen potentia non abiicit animam. Relinquitur ergo, quòd essentia animæ non est eius potētia. Nihil enim est in potentia secundum actum, inquantum est actus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd Aug. loquitur de mēte secūdū quod nosc it se & amat se. Sic ergo notitia & amor inquātum referuntur ad ipsam, vt cognitam & amatam, subsistātialiter vel essentialiter sunt illa maxima de receptiua verò est quasi semper falsa: quia excepto genere substantiæ, vt plurimum subiectum formæ alicuius prædicamenti nō est res illius. Sed alterius generis. Consequentia patet quia potētiæ animę sunt potētiæ operatiuæ receptiuæ, vt in pluribus. Et confirmatur. Tum quia aliter esset processus in infinitum nisi ventretur ad substantiam, quæ esset immediatum receptiuū accidētis. Tum quia 7. Met. proprium est substantiæ non fieri nisi subsistētia præsuppositi: quantum autem vel qualefit nullo quātō aut quali præexistente, nisi in potentia: ergo subsistētia in immediatum principium accidentis. Tum quia apud te anima est immediatum principiū suarum potentiarū, quæ sunt accidētia, vt dicis. Et similiter apud te anima est immediatū receptiuum aliquarū potentiarum, putā intellectus & voluntatis. non ergo proximum principium actiuum siue passiuum, & actus sunt eiusdem generis etiam apud te.

¶ Cōtra secūdam rationē arguitur multipliciter. Primo arguit Sco. ī simili cōtra illā similitudinē sic, Anima est principium viuēdi formale: operandi verò effectiuū: ergo nō est similis ratio de esse viuorum operati in actu. Antecedens patet: consequentia probatur ex differētia inter hęc genera causarum: quia causa actiua potest esse in primò tāum absque secūdo actu, formalem, verò implicat esse absque effectu formali. Secūdò arguo cōtra probationem sic, Negatio formalis non infert idēticam, sed in istis actus vt sic non est in potentia, & vltimus terminus generationis vt sic non ordinatur ad vlteriorē actum: nō est negatio nisi formaliter, ergo ex eis non sequitur, ergo res, quæ est actus: ergo res, quæ est terminus generationis, non ordinatur, ad vlteriorē actum, vbi est negatio idēticam, sed in istis actus vt sic non est in potentia secundum quod huiusmodi: & similiter apud te anima est immediatum principiū suarum potentiarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad euidentiam solutionum recolenda sunt quæ diximus in q. 14 articu. 3. vbi
395 distinctum est de actu & potentia. Dictum est enim quòd inter purum actum &
puram potentiam medium est entia habentia aliquid actus & potentiæ, sic, quòd
quædam sunt essentiæ tantum in genere actuum, quædam verò essentialiter in gene
re potentiarum: de quibus tantum in hac materia est sermo. Et quia obiicientes
diuersum ab his, nec ibi
discernunt inter per se &
per accidens, iidem falsitas. Vnde ad singula ve
rificandum in prima ratione dicitur, q̃ potẽtia
& actus sunt in eodẽ ge
nere, intelligitur de po
tẽtia essentialiter ordi
nata ad talẽ actum: siue
sit receptiua, siue actiua,
vt patet infra. Meta. text.
26. Nec contra hoc ali
qua instantia adducitur.
Non enim obstat, quòd
res vnius prædicamenti
sit immediatum recepti
uũ rei alterius, quoniã
nullum prædicamẽtum
est essentialiter potẽtia
respectu alterius: sed, vt
patet in loco allegato, in
quolibet prædicamẽto
est propria potentia il
li⁹ generis. Nec sequitur
processus in infinitum:
quoniã actus cuiusque
generis terminãtur ad
propriã potẽtiã, vt essentialiter
ad se ordinatã: illi verò
potentiæ non respondent
alia prædicta potentia
essentialiter ad alia ordinata: quoniã ipsa est
essentialiter in genere
potẽtiæ, & sic aliqd actua
litatis habet nõnisi quẽ
dam actum modum habẽtem ita q̃ ineſt alteri, & ad hoc ſufficit quòd habeat receptiuũ in quo
ſuſtentetur, abſque hoc
quòd eſſentialiter ordinetur, ad hoc, & ſic eſt
ſtatus in re alterî⁹ gene
ris, puta ſubſtãtia. Et ni
ſi ſic dicatur, non poteſt
euadi, quin ſubſtãtia ſit
reductiue in genere accidẽtis. Et per hoc patet
etiam reſpõſio ad illud
7. Metaph. quia fatemur
ſubſtantiam eſſe immediatum principium quã
titatis: loquendo de principio receptiuo, non autem eſſentialiter ordinato ad illam. Quamuis illa auctoritas non ſit ad propoſitum: quia ſi adducitur quo ad principium paſſiuum, conſtat q̃ par eſt ratio de ſubſtantia, & quanto, & quali: quia quodlibet eorum ſit ex nõ tali in actu, ſed in potentia tantum. Si quo ad principium actiuum, differentia nõ verificatur, niſi reſpectu emanationis retum ab intelligentiis: quæ ſunt cauſæ æquinocæ, à quibus cùm deriuentur ſubſtãtia, quãtitas, & qualitas, &c. ipſa tamen nõ ſunt quantæ, nec quales niſi virtualiter: ſubſtantiæ autem ſunt actu. Cętera nanque agentia, ſicut ſubſtantiæ ſunt actu, ita & quanta, & qualia. Sermo autẽ præſens eſt de propriis principiis, nõ de cõmunibus æquinocis. Similiter non obſtat, q̃ anima ſit principium ſtatum paſſionum quas ponimus accidẽtia: quia nec actiuum, nec paſſiuum earum eſt principium eſſentialiter ad eas ordinatum: ſed habet modum actiui per naturalem quandam reſultantiam, & rationem paſſui in hoc, quòd ſuſtentat eas inhærentes ſibi.
¶ Ad ea verò, quæ primo cõtra ſecundam rationem adducta ſunt, dicitur dupliciter. primo, quòd in litera illa ſimilitudo adducitur, non ad probandum, ſed declarandum. Secundò quòd licet non ſit ſimile quòd ad genus cauſæ eſt tamen ſimile quo ad actum vel potentiam: quod ſolum erat ad propoſitũ. Et cum contra hoc dicitur, quòd cauſa efficiens poteſt eſſe ſine actu ſecundo, nõ autem formaliter reſpondetur quòd licet hoc ſit verũ ſimpliciter & in communi, non tamẽ eſt verum in cauſa actiua cuius actio ſequitur immediatè actum ſecundum, quod eſt actus: quoniam ab actu inquantum actus, non prouenit potentia. contingit autem quòd eſſe in actu primo tantum, eſt eſſe in potentia, & ideo par eſt ratio de effectu formali, & cauſalitate effectiua, quo ad actum & potentiam.
¶ Ad id, quòd ſecundò obiicitur, in quo ſtat tota vis, dicitur, quòd quamuis abſolutè negatio formalis non inferat identicam, infert tamen eam in rebus, quæ ſunt eſſentialiter oppoſitarum rationum. Dico oppoſitarum, propter rationẽ ſuperioris & inferioris. Dico eſſentialiter, propter ea quæ, ſecundum quid ſapiũt rationes eorum, huiuſmodi autem ſunt res, de quibus loquimur, quia anima eſt eſſentialiter actus, & potentiæ operatiuæ animæ ſunt eſſentialiter potentiæ, & conſtat rationes actus, & potentiæ opponi: & ſimiliter eſſe terminum vtrumlibet generationis & ordinari ad vtriorem actum, opponuntur: & vtrunque inuenitur in anima eſſentialiter: ergo ſecundum diuersa. Igitur primum ſecundũ ſubſtantiam, & religuum ſecundum accidens eoiunctum. Non ſic autem eſt de potentia receptiua, aut actiua ſeu potius earum modis, quibus ab anima fluũt paſſiones in eam: quoniam nullam rem oportet ponere, quæ ſit eſſentialiter potẽtia propter hoc: vt patet ex dictis.
¶ Ad ea, quæ tertiò obiiciuntur, dicitur quòd potẽtia actiua ſumi poteſt dupliciter. Primò pro proximo operationis principio effectiuo vt quo: & ſic argumẽtum concluditur, ſed non propriè ſumitur potentia actiua hoc modo, quia non perfectè. Et ideo propriè loquẽdo talis potentia actiua non poteſtia, ſed principiũ actiuum vocatur. Secundò pro proximo operationis effectiuo principio vt quo, habente ſtatum potentiæ, & tunc habet cõplete rationem potentiæ actiuæ, & ſic ſumitur in ꝓpoſito, vbi propriè loquimur. Primo modo calor eſt potentia calefactiua, ſecundò modo, nõ. Et vniuerſaliter nulla res eſt propriè potentia actiua, niſi ſit talis quòd ſibi cõueniat quãtumcunque eſſe in actu primo tantum: hoc enim eſt habere ſtatum potẽtiæ: vt patet in 9. Metaphy. text. nono vel ſeptimo. Vnde proprie loquẽdo ad primam obiectionem dicitur, quòd aliud eſt loqui de principio actiuo, & aliud de potentia actiua: illud enim ſimpliciter ſequitur actum, & nõ opponitur illi. De hac verò diſtinguendum eſt: quia duo includit, ſcilicet rationem cauſandi & cõtinuationem cauſandi dicita ctum inquantum actus eſt: quo ad conditionem dicit potẽtiam inquantum potentia eſt. Et ideo in ſolo actu permittopotẽtia actiua, quamuis in Deo ſũmè reciprocatur potẽtia, id eſt principiũ actiuum. At ſi minus cõſonum doctrinæ ſanctî Thomæ videtur, quòd ad cõpletam rationem potentiæ actiuæ ſpectet potentialitas: dicitur quòd huiuſmodi potẽtialitas eſt de ratione potẽtiæ actiuæ eſſentialiter, id eſt entis, quod ad hoc per ſe primò eſt inſtitutum vt ſit potẽtia actiua: & hoc ſufficit propoſito, quoniam de huiuſmodi potentia eſt ſermo.
¶ Ad ſecundã autẽ obiectionẽ omnũ difficillimam, quia affert permixtionem actus eſſentialis, & potentiæ eſſentialis, & potentiæ eſſentialis abſque diſtinctione realiſ: dicẽdum eſt, quòd habere permixtionem actus & potentiæ eſſentialiter, cõtingit dupliciter: ſcilicet per ſe primò, & per accidens, ſeu per aliud: & quòd ſermo noſter eſt de habente hæc per ſeipſum, & nõ de habente hęc ratione alterius. Et rationabiliter ac merito hoc dicitur: quoniam eius, quod cõuenit alicui per aliud, aſſignanda eſt ratio ex illo alio, & non ex ſe per oppoſitũ eius, quod conuenit alicui per ſeipſum, aſſignanda eſt in ſeipſo cauſa propria: modo conſtet, quòd habere in ſe hęc duo, actum eſſentialiter & potentiam eſſentialiter animæ conuenit ex propria ratione: quia ex hoc ipſo quòd eſt actus primus, eſt eius diſſimilio. Et cõſequenter in ipſa ponẽda eſt propria cauſa huius permixtionis, quæ vt ex dictis patet, eſt diſtinctio generica actus à potentia, cui coniungitur, & conſequenter diſtinctio realis. Habitui verò cuicunque non cõuenit ex ſeipſo, ſed ex ipſa anima. Ex hoc enim habent habitus, & reliqua quæ in anima ſunt, quòd non ſemper vigileant, ſed quandoque ſint vt ſomnus, quia ipſius animæ ſunt. Cuius ſignum eſt, quòd in ſolis qualitatibus animæ hæc permixtio inuenitur. Et confirmatur ex diſtinctione habitus 3. de Anima tex. & cõ 17. habitus eſt quo quis vtitur cùm vult, vbi libertas animæ ponitur cauſa vigiliæ & ſomni ipſius habitus. Nec obſtat, quòd leue nõ ſemper aſcendat. Quoniam deductis impedimẽtis & de operationibus conuenientibus rei in ſua naturali diſpoſitione philoſophicus ſermo intelligendus eſt: quando de operationibus rerum habetur. Vnde, cùm in eis non ſit talis permixtio actus & potentiæ, niſi ratione ſubiectis conſequens eſt quòd hæc inſtantia non ſit contra rationem factam, quæ cauſa permixtionis talis in eo in quo ex ſe inuenitur, aſſignat diſtinctionem realem permixtorum includere. Et in hoc gratias ago Deo meo.
¶ Ad ea, quæ quartò obiiciuntur, & ſimilia, iam ex dictis patet reſponſio. Omnes enim formæ, quæ generationem per ſe terminant, & ſunt tamen proxima operationum principia, aut non ſunt propriæ potentiæ actiuæ, vel paſſiuæ, vt de calore patet ex dictis, & conſequenter non ordinantur eſſentialiter ad vtrumlibet actum: vtpote quibus repugnat ſtatus potentiæ. Aut ſi ſunt propriæ potentiæ non ſunt ex ſe habẽtes ſtatum potentiæ, ſed ex anima, vt de habitibus patet ex dictis.
¶ In tertio argumento & eius reſponſione diligẽter aduerte, accipe hinc quòd apud S. Thomam cùm accidens dicitur agere in virtute ſubſtantiæ, eſt conſimilio in tranſitiua, id eſt, eſt ipſa virtus ſubſtantiæ: huc enim tendit tota reſponſio, quòd accidentalis vis non ſua, ſed ſubſtantiæ eſt virtus. Quoniam eius eſt virtus, cuius eſt agere, quod eſt eius cuius eſt eſſe: quod non eſt niſi compoſiti quod ſubſtantiali forma eſt, & accidentali vt virtute operatur. Non ergo fingat intentionalem aliquam formam, qua accidens ſalues agere in virtute ſubſtantiæ vt quibuſdam viſum fuit.

¶ Super

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæ ſeptimæ Articulum ſecundum.

TItulus clarus eſt.
¶ In corpore tria. Primò proponitur concluſio reſponſiua affirmatiuè, Secundò probatur in communi, Tertiò in ſpeciali de hominis anima. concluſio
278 eſt, Neceſſe eſt ponere in anima plures potentias. Probatur in communi ſic. Quatuor ſunt rerum gradus. primus reſpectu boni imperfecti, & tres reſpectu boni pfecti. Ille quia ad paucum bonum, paucis eget conſequẽter motibus, iſti gradantur, quòd aliqui multis, aliqui paucis, ali qui nullo motu perfectum habent: & quãto à pluralitate receditur, tãto perfectior gradus: ergo ratiõabiliter accidit, quòd res infra hominẽ paucis motibus, & conſequenter potentiis, homo multis, angelus paucis, Deus nullo eget motu aut potentia, Antecedẽs patet ex ſecundo Cœl. tex. 62. & declaratur exemplo ſanitatis. Conſequentia probatur: quia infra hominem res ad particulare quoddam bonum ordinantur, homo autem & ſuperiora adviuerſale, quia ad ipſam beatitudinẽ in ſeipſa, & homo infimum tenet locũ inter capacia beatitudinis. Deinde aſſertur ratio ſpecialis de anima humana: quia eſt in cõfinio ſpiritualiũ & corporalium, ergo habet vtrarumque potentias. tenet ſequela ex ratiõe medij & compoſiti.
¶ Circa iſtam rerũ graduationem eſſent multa diſcutienda, quæ in 2. Cœli require in loco propriõ: hoc tamen hic aduerte quòd iſta gradatio ſit ſecundum ordinem cauſæ finalis: & quia ex fine potiſſimũ medium ſumitur in reddítione cauſarum rerum naturalium, vt patet in 1. Phyſic. ideo hoc ratio perſuadere debet, non vt probabile quid, ſed vt potiſſimam cauſam quæſiti aſſignans. Quoniam eius natura agat propter finem, & diſtinctio potentiarum opus naturæ ſit ex fine oportuit diſtinctionis rationem reddere.

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæ ſeptimæ Articulum tertium.

TItulus: aduerte tres terminos. Primò ly diſtinguantur, quæritur enim vtrum diſtinguantur: & non, vtrum manifeſtentur diſtinctè. Et rurſus quæritur de diſtinctione formali per ſe & directè, de reali autem conſequenter: quia ſequitur ad eam, ſuppoſita diſtinctione reali potentiarum ab eſſentia. Secundò ly per, quia ly per notat cauſalitatem. Tertiò ly actus & obiecta in numero plurali: quia denotat eorum diuerſitatem: Ita quòd non quæritur, vtrum obiectum ſit cauſa diſtinctionis potentiarum, ſed vtrum diuerſitas obiectorum, & actuum ſit cauſa diſtinctionis eſſentialis potentiarum animæ.
¶ In corpore duo. concluſio reſponſiua affirmatiuè. ſecundo modificatio vnius termini in concluſione poſiti, ſcilicet diuerſitas obiecti.
¶ Concluſio eſt: Potentiæ diuerſificantur ſecundum actuum & obiectorum diuerſitatem. Et quoniam duas ſubordinatas cauſas concluſio hæc aſſignat, ſcilicet diuerſitatem actuum & diuerſitatem obiectorum: probatur quo ad vtranque cauſam ſimul ſic. Potentia eſſentialiter ſeu ſecundum id quod eſt ordinatur ad actum, ergo eius ratio ſumitur ex actu: ergo eius diuerſitas eſt ex diuerſitate actuum, ergo ex diuerſitate obiectorum. Antecedẽs patet: prima conſequentia eſt per ſe noti, & ſimiliter ſecunda: quia eadem ſunt principia eſſendi & diſtinguendi. Vltima verò conſequentia probatur ſic. Ratio actus diuerſificatur ſecundum diuerſitatem obiecti, ergo diuerſitas actuum diuerſitatem obiectorum ſupponit. conſequentia nota, & aſſumptum probatur diuidendo ſic, actus aut eſt operatio potentiæ paſſiuæ, aut actiuæ, ſed vterque ſpecificatur ex obie-

formæ ſubſtantiales, quæ ſecundò ſe ſunt nobis ignotæ, innoteſcũt per accidentia, nihil prohibet interdum accidentia loco differentiarum ſubſtantialium poni.

ARTICVS II.

¶ Vtrum ſint plures potentiæ animæ.

AD SECVMDVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſint plures potentiæ animæ. Anima enim intellectiua maximè ad diuinam ſimilitudinem accedit: ſed in Deo eſt vna & ſimplex potentia: ergo & in anima intellectiua.
¶ 2 Præterea, Quanto virtus eſt ſuperior, tantò eſt magis vnita: ſed anima intellectiua excedit omnes alias formas in virtute: ergo maximè debet habere vnam virtutem, ſeu potentiam.
¶ 3 Præterea, Operari eſt exiſtẽtis in actu. Sed per eandem eſſentiã animæ homo habet eſſe ſecundum diuerſos gradus perfectionis vt ſuprà habitum eſt*. Ergo per eandem potentiam animæ operatur diuerſas operationes diuerſorũ graduum.
¶ SED CONTRA eſt, quòd Philoſophus in 2. de Anima*. ponit ponit plures animæ potentias.
¶ RESPONDEO dicendum, quòd neceſſe eſt ponere plures animæ potẽtias.
¶ Ad cuius euidentiam conſiderandũ eſt, q̃, ſicut Philoſophus dicit in 2. de Cœ*. quæ ſunt in rebus infima, nõ poſſunt conſequi perfectã bonitatẽ, ſed aliquã imperfectam cõſequũtur paucis motibus. Superiora verò his adipiſcũtur perfectã bonitatẽ motibus multis. His autẽ ſuperiora ſunt, quæ adipiſcuntur perfectã bonitatẽ motibus paucis. Summa verò pfectio inuenitur in his, quæ abſque motu perfectam poſsidẽt bonitatem. Sicut infimè eſt ad ſanitatem diſpoſitus qui non poteſt perfectam conſequi ſanitatem, ſed aliquã modicam conſequitur paucis remediis. Melius autẽ diſpoſitus eſt qui poteſt perfectam cõſequi ſanitatem, ſed remediis multis & adhuc melius, qui remediis paucis: optime autẽ, qui abſque remedio perfectam ſanitatẽ habet. Dicendum eſt ergo, quòd res, quę ſunt infra hominem, quædam particularia bona conſequũtur. Et ideo quædam paucas & determinatas operationes habẽt & virtutes. Homo autẽ poteſt conſequi vniuerſalem & perfectã bonitatẽ: quia poteſt adipiſci beatitudinem. Eſt tamen in vltimo gradu, ſecundum naturam eorum quibus competit beatitudo*. Et ideo multis & diuerſis operationibus & virtutibus indiget anima humana*. Angelis verò minor diuerſitas potentiarum competit. In Deo verò non eſt aliqua potentia vel actio præter eius eſſentiam. Eſt & alia ratio quare anima humana abundat diuerſitate potentiarum, videlicet quia eſt in confinio ſpirituali & corporalium creaturarum. Et ideo concurrũt in ipſa virtutes vtrarumque creaturarum.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc ipſo magis ad ſimilitudinẽ Dei accedit anima intellectiua quam creaturæ inferiores, quòd perfectam bonitatem conſequi poteſt, licet per multa & diuerſa in quod deficit à ſuperioribus.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd virtus vnita eſt ſuperior, ſi ad æqualia ſe extendat. Sed virtus multiplicata eſt ſuperior, ſi plura ei ſubiiciantur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd vnius rei eſt vnum eſſe ſubſtantiale, ſed poſſunt eſſe operationes plures. Et ideo eſt vna eſſentia animæ, ſed potentiæ plures.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum potentiæ diſtinguantur per actus & obiecta.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd potẽtiæ nõ diſtinguãtur per actus & obiecta. Nihil enim determinatur ad ſpeciem per illud quod poſterius vel extrinſecum eſt. Actus autẽ eſt poſterior potẽtia, obiectum autem eſt extrinſecum. Ergo per ea potentiæ non diſtinguuntur ſecundum ſpeciem.
¶ 2 Præterea, Contraria ſunt quæ maximè differunt. Si igitur potentiæ diſtinguerẽtur penes obiecta, ſequeretur quòd cõtrariorum non eſſet eadem potentia. Quod patet eſſe falſum ferè in omnibus. Nã potentia viſiua eadem eſt albi & nigri, & guſtus idem eſt dulcis & amari.
¶ 3 Præterea, Remota cauſa remouetur effectus: ſi igitur potentiarum differentia eſſet ex differentia obiectorum, idem obiectum non pertineret ad diuerſas potẽtias quod patet eſſe falſum. Nam idẽ eſt quòd potentia cognoſcitiua cognoſcit, & appetitiua appetit.
¶ 4 Præterea, Id q̃ per ſe eſt cauſa alicuius, in omnibus cauſat illud. Sed quædã obiecta diuerſa, quæ pertinẽt ad diuerſas potentias, pertinẽt etiam ad aliquam vnam potentia. Sicut ſonus & color pertinẽt ad viſum & auditũ, quæ ſunt diuerſæ potẽtiæ explicat. Tertiò, quod ly per, denotet: principium diſtinctum omnino ex trinſecum. Ita quòd potentiæ diſtinguuntur per actus & obiecta, vt per cauſas extrinſecas, puta finalem & efficientem: ſicut vniuerſaliter de aliis rebus poſſumus dicere quòd diſtinguuntur per ſuas cauſas omnes in ſuo genere cauſandi per formalem, ſcilicet intrinſece, & effectiuã extrinſecè &c. Et horum opinio quamuis magis veritati propinqua ſit, eam tamen non penetrauit. Tum quia nihil ſingulare à patribus acceptiſſemus: quoniam de quibuſdam tantum modo entibus ſpecificarunt, quòd diſtinguuntur per actus & obiecta, hoc enim de potentiis & habitibus ſingulariter tradiderunt. Tum quia horum entium naturam perſpicuè non attingit. Vnde eſt quarta opinio quòd ly per, denotet principium diſſinitiuum extrinſecum quidem à re, ſed intrinſecum diſſinitioni rei. Ita quòd potentiæ diſtinguuntur per actus à prior ie non ranquam per differentias, nec tanquam per cauſas omnino extrinſecas, ſed tanquã per cauſas incluſas neceſſariò indiſſinitionibus primis earum. Incluſas autem dico per additamentum, eo modo quo alterum correlatiuum cadit in diſſinitione alterius. Et fundamentum huius eſt id quod in antecedente aſſumitur, in litera ſcilicet. Quia potẽtia ſecundum id quod eſt, ad actum dicitur, & eſt, id eſt quia potentia ſecundum ſuam entitatem non eſt res abſoluta ab actu & obiecto, quamuis ſit res abſoluta à termino, & propterea non eſt in genere relationis. Imaginamur enim ſecundum diuum Tho. quòd potentiæ & habitus, & alia huiuſmodi ſunt entia tex quædã mediæ inter abſolutas omnino & reſpectiuas totaliter. Ita quòd non

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, ſcito quòd potentias diſtingui per actus & obiecta, quadrupliciter intelligi poteſt: Primò, quòd ly per, denotet differentiam diſtinctiuam, ita: quod actus ſint principia quib⁹ formaliter, vt ꝓpriis differentia potentiæ diſtinguuntur. Et hoc eſt omnino impoſſibile: quia differẽtia intima eſt rei. Et idem eſt quo formali ter res eſt in ſe talis, & vna in ſe & diuerſa ab alia eſſentialiter. Secũdo, quòd ly per denoter principium declaratiuũ tantũm: ita quòd ſit ſenſus quòd potentiæ diſtinguuntur per actus, id eſt manifeſtantur diſtinctæ per actus & obiecta à poſteriori. Et hæc opinio proceſſit ex ignorantia philoſophiæ naturalis, & diſtinctionis inter actus vt effectus ſunt potẽtia rum, & vt fines ſunt eaſdem rum, eo quòd vr dicitur in ſecũdo Cœli, text. 17. vnumquodque eſt propter ſuam operationem, ſi enim hãc diſtinctionem cõſideraſſent, cùm ex 2. Phyſi. ex preſſẽ habeatur quòd rerum naturalium opeima reditio ratio à priori, cũ ex fine ſumitur, diſtinctionẽ potẽtiarũ ꝓ actus nõ dixiſſent eſſe à poſteriori, ſed à priori: vt reſpõſio ad primum S. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per aliquid superadditum, sed per suas essentias essentialiter ordinẽ habent ad actus: ita quòd absolutè eas intelligi etiam in prima operatione intellectus non possint. Non quia differentia earum sint, sed quia earum differentiæ sumuntur ab ordine ad illos: ordine autẽ dico, non relationis prædicamentalis, sed transcendentẽ: Et hæc est radix primæ, & vltimæ in resolutione tam in hac materia quàm in similibus, scilicet de motu, de materia prima, de actione & passione, habitu, &c. Et hoc stare patent omnia in litera. Vnde non oportet afferre aliter obiectiones aliorum, nec aliter examinare hæc. Omnia enim ex hoc vno pendent: quòd potentia, actio, & actio, & huiusmodi entia, essentialiter specificẽtur, esse, & vnitatem & diuersitatẽ habent ex intrinseca quidẽ differentia, sed non absthrahente ab extrinseco obiecto agente, sine vel actu, Et hæc fi vis, in proposito iuteligere, imaginare naturã agere propter finem, & producere potẽtias proportionatas actibus initis. Idoẽque tales facere potẽtias: quia tales actus quidditates exigunt, & non conuerso. & quia potentias non accidẽtaliter ordinat ad actus, cõsequens est, quideo potentiæ sint tales essentialiter: quia actus exigit eas tales secundũ essentiam, & sic non abstrahunt essentialiter à transcẽdenti ordine ad actus. Aduerte hîc, quòd de potentiis animæ posfumus dupliciter loqui. Vno modo, inquantum potentiæ sunt: & sic est ror' sermo prẽsens, Alio modo, inquantum proprietates sunt talis naturæ: & sic non loquimur. Sic enim distinguuntur iuxta diuersitatẽ naturarum, quibus insunt. Iuxta illud Auerrois primo de anima, com. 16. membra hominis diuersa sunt specie à membris leonis.

37

¶ In responsione ad secũdum, dubium occurrit circa illam conditionalem, Si potentia per se respiceret vnum contrariorum vt obiectum, oporteret alterũ ad aliam potẽtiã pertinere. Quoniam obuia re sibi videtur Arist. 10. Metaph. sen ipsemet dicens: quòd habitus scilicet scientia, est per se vnius contrarij & tamen est etiam alterius contrarij: ergo à fortiori vna potentia poterit esse per se vnius contrarij, & tamen etiam alterius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd solutio huius habetur inlitera, ex ly vt obiectum, per hoc enim insinuauit obiectum adæquatum: & clarè liquet, quòd si aliquis habitus vel potentia habet pro obiecto adæquato vnum contrariorum, quòd nũquam attinget alterum contrarium secundum naturam positiuum, quæ non includitur in altero, quamuis attingeret secundum priuationem annexam alteriusquia negatio non nisi ad affirmationis & priuatio non nisi ad habitus potentiam vel habitum spectare potest. In 10. verò Metaphysic. non sic sumitur contrarium per se respici, scilicet vt obiectum adæquatum, sed per se, id est principaliter seu non per aliud. Ita quod ibi intẽdit quòd eadem potentia rationalis est vnius contrarij ratione sui, & alterius ratione illius primi: & sic vnius principaliter, alterius secundariò: vnius per se, alterius per accidens, id est per aliud, nullius tamen eorum obiecti adæquati,

tiæ, & tamen pertinent ad vnam potentiã sensus cõmunis. Non ergo potentiæ distinguuntur secundum differentiã obiectorũ.

¶ SED CONTRA, Posteriora distinguũtur secundũ priora. Sed Philosophus dicit 2. de Anima* quòd priores potentiis actus & operationes secundum rationẽ sunt. Et adhuc his priora sunt opposita siue obiecta. Ergo potentiæ distinguuntur secundum actus & obiecta.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd potentia, secundũ illud quòd est potentia ordinatur ad actũ. Vnde oportet rationẽ potẽtiæ accipi ex actu, ad quẽ ordinatur: & per consequẽs oportet q̃ ratio potẽtiæ diuersificetur vt diuersificatur ratio actus. Ratio autem actus diuersificatur secundũ diuersam rationẽ obiecti, omnis enim actio vel est potentiæ actiuæ, vel passiuæ. Obiectũ autem comparatur ad actũ potentiæ passiuæ, sicut principiũ, & causa mouens. Color enim inquantũ mouet visum, est principiũ visionis. Ad actum autem potentiæ actiuæ cõparatur obiectum vt terminus & finis*. Sicut augmẽtatiuæ virtus obiectũ quantũ perfectũ, quod est finis augmenti. Ex his autẽ duobus actio speciem recipit, scilicet ex principio, vel ex fine seu termino. Differt enim calefactio ab infrigidatione, secundum q̃ hæc à calido, scilicet actiuo ad calidũ, illa autem à frigido ad frigidũ procedit: vnde necesse est quòd potẽtiæ diuersificentur secundũ actus & obiecta. Sed tamen considerandũ est, quòd ea quæ sunt per accidens, non diuersificant speciem. Quia enim coloratũ accidit animali, non diuersificantur species animalis per differentiã coloris, sed per differentiam eius quod per se accidit animali: per differentiã scilicet animæ sensitiuæ quę quandoq; inuenitur cũ ratiõe, quandoq; sine ratione. Vnde rationale & irrationale, sunt differentiæ diuisiuæ animalis, diuersas eius species cõstituentes. Sic igitur nõ quęcunq; diuersitas obiectorum diuersificat potẽtias animę, sed differẽtia eius, ad q̃ per se potẽtia respicit*. Sicut sensus per se respicit passibile qualitatem, quæ per se diuiditur in colore, sonũ & huiusmodi. Et ideo alia potẽtia sensitiua est coloris, scilicet visus, & alia soni, scilicet auditus. Sed passibili qualitati aut colorato accidit esse musicũ, vel gramaticum vel magnũ & paruũ, aut hominẽ vel lapidẽ. Et ideo penes huiusmodi differentias potentiæ animæ non distinguuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd actus licet sit posterior potẽtia in esse, est men prior in intẽtione, secundũ rationẽ sicut finis agẽte*. Obiectũ autem licet sit extrinsecum, est tamen principiũ vel finis actionis. Principio autẽ & fini proportionantur ea, quæ sunt extrinseca rei.

¶ Ad secũdum dicẽdũ, q̃ si potẽtia aliqua p se, respiceret vnũ cõtrariorũ sicut obiectũ oportet q̃ contrariũ ad aliã potentiã pertineret. Sed potentia animæ nõ per se respicit propriam rationẽ contrarij, sed cõmunem rationẽ vtriusque cõtrariorũ. Sicut visus nõ respicit rationẽ albi, sed rationem coloris. Et hoc ideo, q̃ uia vnũ cõtrariorũ est quodãmodo ratio alterius, cum se habeant sicut perfectũ & imperfectum.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd nihil prohibet id quod est subiecto idem, esse diuersum secundũ rationẽm. Et ideo potest ad diuersas potentias animæ pertinere.

¶ Ad quartũ dicẽdum, quòd potentia superior per se respicit vniuersaliorem rationem obiecti, quam potentia inferior: quia quãto potẽtia est superior, tanto ad plura se extẽdit. Et ideo multa cõueniunt in vna ratione obiecti, quã p se respicit superior potentia, quæ tamẽ differunt secundũ rationes, quas per se respiciũt inferiores potentiæ*. Et inde q̃ diuersa obiecta pertinent ad diuersas inferiores potẽtias, quæ tamen vni superiori potentiæ subduntur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virtum in potentijs animæ sit ordo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ in potẽtijs animæ non sit ordo. In his enim quæ cadunt sub vna diuisione, nõ est prius & posterius, sed sunt naturaliter, sed potentiæ animæ contra se inuicem distinguuntur. Ergo inter eas non est ordo.

¶ 2 Præterea, Potentiæ animæ cõparantur ad obiecta, & ad ipsam animam. Sed ex parte animæ inter eas non est ordo: quia anima est vna. Similiter etiam ex parte obiectorum, cum sint diuersa & penitus disparata, vt patet in colore & sono. in potẽtiis ergo animæ non est ordo.

¶ 3 Præterea, In potẽtiis ordinatis hoc inuenitur, q̃ operatio vnius depẽdet ab ope ratione alteri*. Sed actus vni potẽtiæ animę nõ depẽdet ab actu alterius. Potest enim visus exire in actũ absq; auditu, & ecõuerso. Nõ ergo inter potẽtias animæ est ordo.

¶ SED CONTRA est, q̃ Philosophus in 2. de Anima* comparat partes, siue potẽtias animæ figuris. Sed figuræ habẽt ordinem adinuicẽ. Ergo & potentię animæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum anima sit vna, potẽtię verò plures ordine autẽ quodã ab vno in multitudinem procedatur: necesse est inter potẽtias animæ ordinẽ esse. Triplex autem ordo inter eas attenditur. Quorũ duo considerantur secundum dependentiã vnius potẽtiæ ab altera. Tertius autẽ accipitur secundum ordinem obiectorum. Depẽdentia autem vnius potentię ab altera dupliciter accipi potest. Vno modo secundum naturæ ordinem, prout perfecta sunt naturaliter imperfectis priora. Alio modo secundum ordinem generationis & temporis*, prout ex imperfecto ad perfectum venitur. Secundum igitur primum potentiarum ordinem potentiæ intellectiuæ sunt priores potentiis sensitiuis. vnde diriguntur eas & imperant eis. Et similiter potentiæ sensitiuæ hoc ordine sunt priores potentiis animæ nutritiuæ.

¶ In responsione ad tertium, dubiũ occurrit, quia diuersitas rationis in obiecto nõ videtur sufficiens causa diuersitatis realis potentiarũ. Tum quia ens reale nõ causatur ab ente rationis: quoniam effectus non est perfectior causa finali, aut effectiua. Tum quia minor distinctio non est sufficiens causa maioris. Tum quia nullo enterationis existente, distinctiones reales rerũ essent; quoniã, nõ depẽdent ab opere animæ.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quòd obiectiões hæ procedũt ex malo intellectu illius positionis, causa distinctionis obiectorũ est distinctio obiectorũ essentialiter, & non accidentaliter. Ita q̃ distinctionis obiectorũ essentialiter, sufficit vt ratiõ causandi, & vt conditione causantis. Si enim velim* proprie loqui, nulla causarum distinctio videtur esse proprię causa effectui, aut ratio causandi; quoniã distinctionis proprię ad obiectum primum & vltimum, iam enim patet, quòd non ponitur ens reale pendere ab ente rationis.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd quum cum diuersitate effectuũ fiat vnitas in causa, mirum non est, si cum maiore diuersitate effectuũ fiat minor distinctio in causa. Vnde falsum est, quòd minor distinctio non sit causa maioris, vt conditio causæ. Tum quia & vnitas causæ potest esse causa distinctionis. Tum quia distinctio, non est res dicens perfectionem: vt oporteat ab vnitate ad distinctionem peruenire, seu magis spectat ad ordinem imperfectorum, vt pote ab vnitate recedens, vt patet in 12 tertiologiis Pythagoræ 1. Metaphy.

¶ Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum quartum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo facit. Primò respondet quæstio affirmatiuè & directè vna conclusione: in potentiis animæ est ordo. Probatur, ab vno non venitur ad multa sine ordine: sed essentia animæ est vna, potentiæ multæ. ergo. Et recordare quòd est sermo de progressu naturali. Natura enim non transfert se ab vno ad multa absque ordine quoniam in operibus eius cõstituo non

non habet locum: vbi autem pluralitas sine ordine, ibi confusio. Secundò ostenditur quoruplex, qualis, & quis, quarum potentiarum ordo sit. Quotuplex quia triplex. Qualis in communi: quia duplex, secundum dependentiam vnius potentiam ab alia. & tertius secundum ordinem obiectorum. Et rursus ordinis qui secundum dependentiam potentiam, alter secundum ordinem naturæ & perfectionis, alter secundum ordinem generationis est. Quis verò cui conueniat, quia ordine perfectionis intellectiuę præsunt sensitiuis, in cuius signum tegunt & imperant eis, & hæ vegetatiuas præcedent. Ordine verò generationis econtra. in cuius signum nutritiuæ præparãt corpus illis, &c. Ordine autem obiectorum ordinantur quædã sensitiuę inter se, visus, auditus, olfactus: quia obiectum illius primum, & secundi secundum, & tertij tertium: vt patet ex subiectis eœlestibus, scilicet aëre & mixto.

¶ Circa hanc partem occurrit dubitandum propter quid in litera tertius ordo attribuitur tribus sensibus, & nõ aliis potentiis enumeratis: cum ordo secundũ obiecta manifestus sit, etiã in aliis. constat namque intellectum esse prius sensibili & sensibile esse prius vegetabili. cur ergo non vniuersaliter hunc ordinem applicauit sicut alios duos?

¶ Ad hoc dicitur, quòd non propterea ad tres sensus ordinem obiectalem applicauit, quia in eis solum saluetur aut patet, sed quia solus ille ordo in illis saluatur. Et si contra hoc in 3. de spiri. ftatur: quia etiam isti 4. ad tres sensus ordinem habẽt 2. bent perfectionis, quia ad 20. Et vnus est perfectior alteropiscu. ro, vt patet: & generationis, quia vnus generatur prius altero, vt patet ex eo quòd quibusdam animalibus inest naturaliter vnus sine alin. In perfectioribus enim animalibus quæ sunt prioria ordine generationis, insunt, & ad posteriora non attingunt. Dicendum est, quòd ordinari secundum perfectionem aut generationẽ potest dupliciter intelligi, Vno modo secundum ipsas res ordinatas in seipsis, alio modo secundum habitudinem seu depẽdentiam earum adinuicem. Ad ordinem perfectionis primo modo sumptum est, quòd hoc perfectius sit, & illud minus perfectum. Sed ad ordinem generationis secundo modo exigitur quòd hoc fit perfectio illius. Et similiter ad ordinem generationis secundo modo, quòd hoc prius generetur, quàm illud. Sed ad ordinem generationis secundo modo requiritur, quòd generatio huius ordinetur materialiter ad generationem illius. In proposito autem sermo est de vtroque ordine secundo modo: vt patet ex signis adductis in litera. & apertissimè in responsione ad tertium vbi conceditur quasdam esse potentias animæ, inter quas est solus tertius ordo: non enim enim visus perficit auditum, neque auditus misitat materialiter visui, sed intellectus perficit sensum & regendo & cognoscendo, vt patet in cogitatiua. Et sensitiua perficit vegetatiuam pattem, vt patet ex eo quòd vegetatiuum coniunctum sensitiuo facit carnem: quod per seipsum nunquam faceret.

¶ Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum quintum.

TItulus clarus, potentia vocatur, proximum & completum principium elicitiuum operationis.

¶ In corpore sunt conclusiones duæ, Prima, potentiæ nõ organicæ sunt in sola anima vt in subiecto. Secunda, potẽtiæ organicæ sunt in coniuncto vt subiecto. Probatur veraque conclusio simul eodem modo sic: Subiectũ operatiuæ potentiæ est potẽs operari, ergo ipsũ operans, ergo anima sola est subiectum non organicarum, & compositum organicarum. Auctore cedens probatur, quia omne accidens denominat suum subiectum, prima consequẽtia probatur dupliciter. Primò, quia idem est quod potest & facit. Secundò autoritate Arist. secunda verò consequentia probatur ex dictis: quia operationes non organicarum potentiarũ sola anima dicit: organicarum verò compositum.

¶ Aduerte, quòd ex supradictis & hic patet, quod sola anima dicitur potẽs intelligere & subiectum est esse intellectionis, vt per se primo potens intelligens & subiectum: compositum autem dicitur intelligens ratione partis, scilicet animæ, Nec obstat quòd Socrates dicitur esse quod propriè intelligit: quia operationes sunt suppositorum: quoniã etsi Socrates primò intelligat vt supposiũ, non tamen primò intelligit absolutè quia falsum é quòd operatio sit primò suppositi, absolutè loquendo: sed primò subsistentis. Et tu hoc aduerte, quia multi in hac falluntur consequẽtia, id est, est primò huius vt subiecti, ergo est primò huius.

* Cap. 1. * qõ. 76. artic. 1.

384

381

364

ARTICVLVS V.

¶ Virtum omnes potentiæ animæ sint in anima, sicut in subiecto.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto. Sicut enim se habent potentiæ corporis ad corpus, ita se habẽt potentiæ animæ ad animam. Sed corpus est subiectum corporalium potentiarum. Ergo anima est subiectum potentiarum animæ.

¶ 2 Præterea, Operationes potentiarum animæ attribuntur corpori propter animam: quia, vt dicitur in secundo de Anima*. anima est quo sentimus & intelligimus primum, Sed prima principia operationum animæ sunt potentiæ. Ergo potentiæ per prius sunt in anima.

¶ 3 Præterea, Augu. dicit 12. super Gene. ad literã*, quòd anima quædam sentit non per corpus: imò sine corpore, vt est timor, & huiusmodi. Quædã verò sentit per corpus. Sed si potentia nõ esset in sola anima sicut in subiecto, nihil posset sine corpore sentire. Ergo anima est subiectum potentiæ sensitiuæ, & pari ratione omnium alia rum potentiarum.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in lib. de Somnõ & vigilia*, q̃ sentire nõ est ꝓpriũ animę neq; corporis, sed cõiuncti. Potentia ergo sentitiua est in coniuncto sicut in subiecto, Nõ ergo sola anima est subiectũ omniũ potẽtiarũ suarũ

RESPONDEO dicendum, quòd illud est subiectũ operatiuę potẽtię, quòd est potẽs operari. Omne enim accidẽs denominat propriũ subiectum. Idem autem est quod potest operari, & quod operatur. Vnde oportet quòd eius sit potẽtia sicut subiecti, cuius est operatio: vt etiã Philosophus dicit in prin. de Som. & vigilia*. Manifestũ est autẽ ex supradictis*, q̃ quædã operationes sunt animæ, quæ exercentur sine organo corporali, vt intelligere & velle. Vnde potentiæ quæ sunt harum operationum principia, sunt in anima sicut in subiecto. Quædam verò operationes sunt animæ, quæ exercentur per organa corporalia, sicut visio per oculum, auditus per aurem. Et simile est de omnibus aliis operationibus nutritiuæ, & sensitiuæ partis. Et ideo potentiæ, quæ sunt talium operationum principia, sunt in coniuncto sicut in subiecto, & non in anima sola*.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd omnes potentiæ dicũtur esse animæ non sicut subiecti, sed sicut principij*: quia per animam coniunctum habet, quòd per tales operationes operari possit.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd omnes huiusmodi potentiæ per prius sunt in anima quàm in coniuncto, non sicut in subiecto, sed sicut in principio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd opinio Platonis fuit quòd sentire est operatio animę propria, sicut & intelligere*. In multis autem, quæ ad philosophiam pertinent. Auvtitur opinionibus Platonis non asserẽdo sed recitando. Tamen quãtùm ad præsens pertinet, hoc, quòd dicitur anima quædã sentire cum corpore, & quædam sine corpore, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ hoc quod dico cũ corpore, vel sine corpore, determinet actum sentiẽdi secũdum quòd exit à sentiẽte. Et sic nihil sentit sine corpore, quia actio sentiẽdi nõ potest procedere ab anima, nisi per organũ corporale*. Alio modo potest intelligi, ita ꝙ prædicta determinent actum sentiendi ex parte obiecti quod sentitur. Et sic quædã sentit cum corpore, id est in corpore existentia: sicut cùm sentit vulnus, vel aliq̃d huiusmodi: quædã verò sentit sine corpore, id est non existentia in corpore, sed solùm in apprehẽsione animæ: sicut cùm sentit se tristari, vel gaudere de aliquo audito.

¶ Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum sextum,

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò præmittit cõuenientiam & differentiam inter formam substantialem & accidentalem. Secundo respondet quæsito vna conclusione affirmatiuè,

¶ Cõuenientia est in duo bus, primo in essentiali prædicato, scilicet esse actum, secũdò in effectu formali, scilicet secundò vtranque aliquid esse actu. Et ex his datur intelligi tertium, quòd subiectum vtriusq; est aliquo modo ens in potentia. Differẽtia est in duobus primò subsistentis. Et ut Secundò, potẽtiæ organicæ sunt in coniuncto vt subiecto. Probatur veraque conclusio simul eodem modo sic: Subiectũ operatiuæ potentiæ est potẽs operari, ergo ipsũ operans. ergo anima sola est subiectum non organicarum, & compositum organicarum. Auctore cedens probatur, quia omne accidens denominat suum subiectum, prima consequẽtia probatur dupliciter. Primò, quia idem est quod potest & facit. Secundò autoritate Arist. secunda verò consequentia probatur ex dictis: quia operationes non organicarum potentiarũ sola anima dicit: organicarum verò compositum.

¶ Aduerte, quòd ex supradictis & hic patet, quod sola anima dicitur potẽs intelligere & subiectum est esse intellectionis, vt per se primo potens intelligens & subiectum: compositum autem dicitur intelligens ratione partis, scilicet animæ, Nec obstat quòd Socrates dicitur esse quod propriè intelligit: quia operationes sunt suppositorum: quoniã etsi Socrates primò intelligat vt supposiũ, non tamen primò intelligit absolutè quia falsum é quòd operatio sit primò suppositi, absolutè loquendo: sed primò subsistentis. Et tu hoc aduerte, quia multi in hac falluntur consequẽtia, id est, est primò huius vt subiecti, ergo est primò huius.

364

ARTICVLVS VI.

¶ Virtum potentiæ animæ fluant ab eius essentia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd potentiæ animæ non fluant ab eius essentia. Ab vno enim simplici non procedunt diuersa. Essentia autem animæ est vna & simplex. Cùm ergo potentiæ animæ sint multæ & diuersæ, non possunt procedere ab eius essentia.

Primò in qualitate effectus formalis, quia substantialis facit esse simpliciter: accidentalis verò tale aut tantum. Et hanc comitatur differentia in subiecto, quia illius est ens in potentia tantum, huius verò ens in actu. Et hinc nascitur differentia secundum ordinem actualitatis: quia actualitas illius est prior actualitate subiecti, Actualitas verò ifftius est posterior. Et hinc oritur differentia secundum causalitatem, quia actualitas illius causat actualitatem subiecti: ifftius verò causatur ab actualitate subiecti. Et ratio sequelæ huius quartæ differentiæ ex tertia assignatur: quia primum est causa in quolibet genere: & est, inquit, sermo de accidente proprio non accidentio: hoc enim ab extra causatur. Secundò differunt quia illius materia est propter illam, ista verò econtra est propter subiectum & ratio est vtriusque: quia minus principale est propter principalius: constat

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim subiectum principalius esse accidente, & formam substantialem materia. ¶ Circa hæc aduerte tria. Primò, quòd quia S. Thom. antè probauit portiùs esse propria accidentia: & hic quæritur vtrū fiuant ab essentia animæ, quæ est forma substantialis: ideo hæc præmittit. Secundò, quòd quia, vt patebit in responsione ad secundū, subiectum est causa proprij accidentis in triplici genere causæ: ideo secundum diuersitatē adiecit Sanct. Thom. eum tamen ad probandā conclusionem articuli prima differentia sola deseruiat. Tertiò, quòd subtiliter procedit in litera, ex hoc nanque quòd forma substantialis est talis naturæ quòd facit ens in actu absolutè, oritur quòd non supponit ens in actu: non enim absolutè & sine additione aliqua facetet ens actu, fi iam esset ens in actu: sed cum additione faceret ens tale in actu. Ex hoc autem oritur ordo, quòd prius actualitas conuenit formæ substātiali quā subiecto: quòd nihil habet actualitatis ex se. Et ex hoc clarè sequitur, quòd forma substantialis causat non esse in actu, sed totum esse in actu sui subiecti. Tū quia nihil in se actualitatis habet subiectū. Tum quia primū in quolibet ordine rerum est causa cæterorum. Et per oppositum: quia forma accidentalis nō est actus, faciens formaliter nisi ens in actu tale qđ naturaliter supponit ens in actu absolutè: oportet quòd causet in subiecto suo esse qui dem in actu aliquo, sed non totum esse in actu sui subiecti: ita quòd ex hoc ipso quòd supponit subiectum in actu, constat quod nō facit illius actualitatē absolutè. Et si huic coniungas, quòd Primum est causa reliquorum: sequitur quòd actualitas accidentis est ex actualitate subiecti.

*In prin. *tex. 66. c 377

* A text. 71 vsque 2d. 16.

371

D. 21.

¶ Quo ad secundum cōcluso respōsiua est: Omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia animę Probatur sic: Accidens proprium causatur à subiecto secundum quod est actu: & recipitur in eo secundum esse in potētia: ergo omnes potentiæ animę fluunt ab essentia. Antecedens patet ex prima differentia accēsequētia probatur diuidendo: quia potētiæ animæ aut sunt in sola anima subiectū: & sic ergo ab ipsa secundum rationem actualitatis & in ipsa ratione potentialitatis admixtę sunt. Aut in compositō, & sic ergo ab ipsa anima sunt quia compositum nō est actu nisi ratione animæ.

D. 21.

¶ Circa rationem adductam ad probandā causalitatem subiecti respectu proprij accidētis dubium occurrit. Quia si illa ratio esset efficax, concluderet etiam quòd accidens per accidēs flueret à subiecto cui inest: quod est manifestè falsum, & contra literam. Probatur sequela: quia eadem ratio locum habet, scilicet quòd actualitas subiecti est prior actualitate eius: omni enim accidenti conuenit, præsupponere subiectum in actu, & præcedi ab actualitate eius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur: quòd vt ex litera patet ratio Sanct. Thomæ est quòd primum in quolibet in genere, &c. Illa autē maxima intelligitur in his quæ habent per se ordinem, non autē per accidens ordinatis. Vnde obiectio supponit falsū: scilicet quod prioritas sola sit ratio causalitatis: est enim prioritas habentis per se ordinem ad reliquas, hoc autem non oportebat exprimere: quia in illa maxima subintelligebatur. Et propterea eadem vi intulit causalitatem subiecti respectu proprij & formæ respectu materiæ: vtrobique enim est primitas & perfectio: quamuis diuersimodo: cuius ibi inter duas actualitates, hic verò ipsas actu ad recipiens & participans ipsum. Posset quoque iuxta doctrinā sequentis articuli dici, quòd illa maxima metaphysicalis applicata ad materiam emanationis intelligitur stante ordine emanationis: modò cōstat quòd subiectū & proprium cōdē modo emanāt ordine, quia eadem generatione generātis, & corruptione eorum-dem gradu, quia illud punctum: quamuis non in eodem tempore: subiectum verò & accidens per accidens nō ad eundē spectant productionis ordinem: & ideo non obstat.

*Lib. de mem. & reminis. c. 1. & 4.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd multi putant, & male, doctrinā hanc ab Auerroi diffentire: eo quòd in quarto Metaph. commē. secundo dicerit, quòd substantia non est agēs aut finis accidentiū, sed subiectum. Sed reuera ita quamuis multi, tamē ex cōsequi sunt. Auerroists enim imprimis hoc nō dixit: 3. qđ 4. sed declarans qualis est dicta analogia inter substantiam & accidentia in ēntis nomine, dicit, quòd vera prædicta non attribuuntur substantiæ, quia sit agens aut finis, sed subiectum. Ex quibus verbis optimè habetur, q. in nomine Entis non importatur analogia secundum causam finalem nec efficientem, sed secundum causam materialē. Cum hoc tamē euidenter patet stare, quòd substantia sit efficiens, & finis accidentis, nō enim oportet quòd omnis habitudo, quæ est inter substantiam & accidens importetur Entis nomine. Deinde ibidem est femo de accidentibus absolutè in ordine ad substantiam cui insunt: & non de accidente proprio, de quo nos loquimur. Patet autem hanc esse Auerrois mentem: quia constat subiectum esse finem sui proprij accēssitis, grauitas enim est propter conseruationem substantiæ grauis, &c. Vnde in hac re nulla est inter nos Philosophos dissensio.

¶ Responsionem aduertendum diligentissimè notato: quoniam ex ea soluuntur multæ difficultates. Scilicet & quomodo causa efficiēs & finis non potest imperdiri: & quomodo aliquid agit in seipsum: & alia huiusmodi quæ in locis solutionis videbuntur. Ex quibus verbis de hac distinctione de causa actiua per actionē mediam, & sine aliqua media actione per se solam naturalem resultationem, hoc enim modo actiua multa habent quæ aliis impossibile est conuenire.

D. 23. q. 1. 2.

383 2. dilem. 3. qu. 4. 2. 3. 2. 3. 2. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres conclusiones. Secũdò probat anima Tertiò secundã. Quartò tertiã. Prima cõclusio. Animæ sunt tres. Secunda. Potẽtiæ animæ secũdum genus sunt quinque. Tertia, Modi viuentiũ sunt quatuor.

¶ Prima probatur ex triplici modo excessus operationis animalis supra naturam corpoream, scilicet supra organũ, qualitatẽ corporeã, & extraneitatẽ. Vegetatiuũ nãque in seipsum, à seipso per se operatur, organo tũ & qualitate elementaris entiũ nõ qualitate, sed organo vtitur intellectiuũ ab omnibus abstrahit: omnia clara sũt in litera. Et si dubitares, quo pacto, pprii est animę operari ab intrinseco, cum indispositione naturæ ponatur etiã, qp sit principiũ intrinsecũ scito ex 8. Phys. hoc in telligitur, vt quod agit, & quod patitur simul. Nulla enim res nisi animata alterat, auget, vel mouet localiter seipsam Naturalib⁹ autẽ cõuenit habere principiũ intrinsecũ, vt quo tanquã, & ideo necessario præsupponit aliquod extrinsecũ à quo principaliter fit motus ille. Proterea dicuntur hic motiones corporũ esse ab extrinseco, vt latius in materia de motu grauium, & leuium, differetur.

¶ Secunda probatur quintuplici ratiõe generica obiecti, scilicet corpore cõiuncto: corpore sensibili ad afamente vniuersaliter ad animam: & rursus his secũdũ motũ intrinsecionis animæ ad ea: & rursus secundũ motũ localẽ ad ea. Primò enim vegetatiuũ: secũdò sensitiuum: tertiò intellectiuum: quartò appetitiuum: quinto secũdũ locum motiuũ cõstituitur vt patet in litera eluẽ.

¶ Tertia probatur quadruplici graduatiõe viuentiũ, scilicet vegetatione tantummodo & sensu, his & motu locali: & demum cum prædictis omnibus intellectu. Appetitus enim nõ separat à sensu & intellectu.

¶ In responsione ad tertium occurit quæstio de appetitu naturali. Sed breuiter nota, qp appetitus naturalis dupliciter sumi cõsueuit. Primo pinclinatiõe à natura indita. Et sic nõ est actꝰ aliqs elicitus: sed est vel actꝰ sus primus habens naturalẽ habitudinẽ ad tale quid. Et talis appetitus inuenitur in omnibus potẽtijs tam actiuis quàm passiuis: vt è litera dicitur. Secũdo sumitur pro actu secũdo: quo tendit in præcognitũ sic, qp non pòt in oppositũ tedi. Et hęc est operatio appetitus animalis, siue intellectualis, siue sensitiui. Ex eo enim qp ad apprehensum vt sic, immediate tẽdit: animalis applocum motiuum & intellectiuũ. Potentiæ enim aiæ dicũtur partes ipsius⁶. Sed tantũ tres partes animę cõmuniter ab omnibus assignatur, scilicet anima vegetabilis, aia sensibilis & rationalis. Ergo tantùm tria sunt genera potentiarũ aiæ, & nõ quinq;.

¶ 2 Præterea, Potẽtiæ animę sunt principia operũ vitæ. Sed quatuor modis dicitur aliquid viuere. Dicit enim Philosophus in secundo de Aia*, Multipliciter ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horũ insit solùm aliquid dicimus viuere: vt intellectus & sensus, motus & status secundum locum. Adhuc autem motus secundũ alimẽtum, & decrementum, & augmentũ. Ergo tantùm quatuor sunt genera potentiarũ animæ appetitiuo excluso.

¶ 3 Præterea, Ad illud quod est commune oibus potẽtiis nõ debet deputari aliquod speciale animę genus. Sed appetere cõuenit cuilibet potẽtię animę. Visus enim appetit visibile cõueniens. Vnde dicitur Eccles. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus: & super hoc virides satiões. Et eadẽ rõne quælibet alia potentia desiderat obiectũ sibi conueniens. Ergo non debet poni appetitiuum vnum speciale genus potentiarum animæ.

¶ 4 Præterea, Principiũ mouens in animalibus est sensus aut intellectus aut appetitus vt dicitur in 3. de Anima*. Nõ ergo motiuum debet poni speciale genus animæ præter prædicta.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. de Anima*: Potentias aũt dicimus, vegetatiuũ, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum & intellectiuum.

¶ RESPONDEO dicendũ, qp quinq; sunt genera potentiarũ animæ, quæ numeratæ iunt. Tres verò dicũtur animæ. Quatuor verò dicuntur modi viuẽdi. Et huius diuersitatis ratio est, quia diuersæ animæ distinguũtur secundũ quod diuersimode operatio animę supergreditur operationẽ naturæ corporalis. Tota enim natura corporalis subiacet animæ, & cõparatur ad ipsam sicut materia & instrumentũ. Est ergo quædã operatio animæ, quæ intantum excedit naturam corporeã, qp neq; etiã exercetur per organũ corporale, & talis est operatio animæ rationalis. Est aũtẽ alia operatio aiæ infra ista, quæ quidẽ fit per organum corporale, no tamen per aliquam corpoream qualitatem. Et talis est operatio animæ sensibilis. Quia et si calidum frigidum, & humidũ & siccum, & aliæ huiusmodi qualitates corporeę requirantur ad operationẽ sensus: nõ tamen ita qp mediãte virtute talium qualitatũ operatio animæ sensibilis procedat. Sed requiruntur solũ ad debitã dispositionẽ organi. Infima autẽ operationũ animæ est, quæ fit per organũ corporeũ, & virtute corporeæ qualitatis. Supergreditur tamẽ operationem naturæ corporeę, quia motiones corporũ sunt ab exteriori principio: huiusmodi aũt operationes sunt a principio intrinseco⁶. Hoc enim cõmune est oibus operationibus animæ. Omne enim animatum aliquo modo mouet seipsum. Et talis est operatio animę vegetabilis. Digestio enim & ea quę cõsequũtur, fit instrumẽtaliter per actiõnes caloris, vt dicitur in secũdo de Anima*. Genera verò potẽtiarũ animæ distinguũtur secũdũ obiecta. Quanto enim potẽtia est altior, tãto respicit vniuersaliꝰ obiectũ, vt supra dictũ est⁷. Obiectũ autẽ operationis animæ in triplici ordine potest cõsiderari. Alicuius enim potentiæ animæ obiectum est ipsũ corpus animæ vnitũ. Et hoc genus potentiaru animæ dicitur vegetatiuũ. Nõ enim vegetatiua potẽtia agit nisi corpus, cui anima vnitur. Est autem aliud genus potẽtiarũ animæ, quod respicit adhuc vniuersalius obiectũ, scilicet oẽ corpus sensibile, & nõ solùm corpus aiæ vnitum. Est aũtẽ aliud genus potentiarũ animæ, qđ respicit adhuc vniuersalius obiectũ, scilicet nõ solùm corpus sensibile, sed vniuersaliter omne ens. Ex quo patet qp ista duo secunda genera potentiarum aię, habent operationẽ nõ solùm respectu rei cõiunctæ, sed etiã respectu rei extrinsecæ. Cùm aũt operans oporteat aliquo modo coniungi suo obiecto circa qđ operatur, necesse est extrinsecãrẽ, quę est obiectum operationis animæ, secundũ duplicẽ rõnem ad animã cõparari. Vno modo secundum quod nata est animæ coniungi, & in anima esse per suã similitudinẽ. Et quantũ ad hoc sunt duo genera potẽtiarũ, scilicet sensitiuũ respectu obiecti minus cõis, qđ est corpus sensibile: & intellectiuũ respectu obiecti cõmunissimi, quod est ens vniuersale. Alio verò modo secundum qp ipsa anima inclinatur, & tendit in rem exteriorem: & secundum hanc etiam comparationem sunt duo genera potentiarũ animæ. Vnum quidẽ, scilicet appetitiuum, secundum quod anima comparatur ad rem ex trinsecã, vt ad finẽ, qui est primũ in intentione. Aliud autẽ motiuum secundum locum, prout anima comparatur ad rem exteriorem, sicut ad terminum comparationis & motus. Ad cõsequẽdũ enim aliquod desideratũ, & intentũ, omne animal mouetur. Modi verò viuẽdi distinguuntur secundum gradus viuẽtium⁶. Quædã enim viuentia sunt, in quibus est tantùm vegetatiuum, sicut in plantis. Quædam verò in quibus cum vegetatiuo est etiam sensitiuum, non tamen motiuum secundum locum: sicut sunt immobilia animalia, vt cõchilia. Quidã verò sunt quæ suprà hoc habẽt motiuum secundum locum. vt perfecta àialia quæ multis indigent ad suã vitã. Et ideo indigẽt motu, vt vitæ necessaria procul posita quęrere possint. Quędã verò viuẽtia sunt, in quibus cum his est intellectiuũ, scilicet in hominibus. Appetitiuũ autẽ non constituit aliquem gradum viuentium: quia in quibuscunque est sensus, est etiam appetitus, vt dicitur in secundo lib. de Anima*.

¶ Et per hoc soluuntur duo prima obiecta.

¶ AD TERTIVM dicendum, qp appetitus naturalis est inclinatio cuiuslibet rei in aliqd, ex natura sua. Vnde naturali appetitu quęlibet potẽtia desiderat sibi cõueniẽs. Sed appetitꝰ animalis consequitur formã apprehensam⁶. Et ad huiusmodi appetitũ requiritur spiritualis aiæ potentia & nõ sufficit sola apprehensio. Res enim appetitꝰ prout est in sua natura. Non est autẽ secundũ suam natura in virtute appetitiua, sed secundũ suã similitudinẽ. Vnde patet qp visus appetit naturaliter visibile solùm ad suum actum, scilicet ad videndum. Animal autem appetit rem visam per vim appetitiuã, nõ solùm ad videndum sed etiã ad alios vitus. Si autẽ nõ indigeret anima rebus perceptis à sensu, nisi propter actiones sentiuũ, scilicet vt ea sentiret, non oporteret appetitiuum ponere speciale genus inter potẽtias animæ: quia sufficeret appetitus materialis potentiarum.

¶ Ad quartũ dicendũ, qp quauis sensus & appetitus sint principia mouentia in animalibus perfectis, non tamen sensus & appetitus, inquãtum huiusmodi, sufficiunt ad mouendũ, nisi superadderetur eis aliqua virtꝰ. Nã in immobilibus animalibus est sensus, & appetitus: non tamẽ habent vim motiuã. Hæc autẽ vis motiua non solùm est in appetitu, & sensu vt imperate motum, sed etiã est in ipsis partibus corporis vt sint habilia ad obediendum appetitui animæ mouẽtis⁶. Cuius signum est quòd quando membra remouentur a sua dispositione naturali non obediunt appetitui ad motum.

ARTICVLVS II.

¶ Virum conuenienter partes vegetatiuæ, &c. assignentur, scilicet nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur qp inconuenienter partes vegetatiuæ alsignẽtur, scilicet nutritiuum, augmentatiuũ, & generatiuum. Huiusmodi enim vires dicũtur naturales. Sed potentiæ animæ sunt suprà vires naturales. ergo huiusmodi vires non debent poni potentiæ animæ.

¶ 2 Præterea,

¶ Quo ad secũdum primò differẽtia ponit inter has: quia generatiua ad alterum, aliæ verò ad proprũ corpus. Deinde ordinem dignitatis: qa generatiua dignior ex supradictis cõditiõe, vtpote attingens ad vim sensitiuũ & cõfirmatur auctoritate Dionysij. De mũ ordiné ministerij: quia illi hæ seruiunt & augmẽtatiuæ nutritiuæ. Nota quèd tres dicũtur potentiæ vegetatiuæ in genere. Vtrum autem plures sint secundum speciem specialissimam. quæstio, de studiosiratę, vel curiositate expressiũ mẽ de illa propositione primi Metaphy. Ex quo patet error loquẽtium.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo primò respondet, secũdò comparat. Cõclusio resp̃ũa. Tres sunt partes vegetatiuę. Probatur Corpus viuẽs, vt sic egget tribus operibus. Corpꝰ viuens vt sic est obiectũ vegetatiuæ: ergo obiectum vegetatiuæ exigit tria operæ ergo tres potẽtias in vegetatiuo talia sũt generari, nutriri, & augeri: ergo. maior patet, q̃ eget esse, & pfecta qualitate, & cõseruatione vtriusq; minor ex dictis: reliqua plana.

¶ Quo ad primum tria. Primò refert tres opiniones, scilicet ex organis ex mediis, ex rebus sensatis. Secundò reprehẽdit omnes. Et primas quidem: quia potentiæ non sunt propter organa, sed econuerso. Tertiã verò quia diuersitas sensibilis secũdum simplex aut mixtũ subiectũ pertinet ad intellectum. Aduerte hic, quòd prima opinio nes non arguũtur falsitatis, sed quia non assignant causam quæsiti, sed effectũ, tertia verò assignat causam per accidens, & ideo peior omnib⁹. Tertiõ igitur dicit distingui sensus penes diuersitatẽ immutatiui exterioris. Et sic est prima conclusio responsiua affirmatiuè, Sensus distinguũtur secundũ quod sunt immutatiui exterius: probatur sic, Sẽsus est potẽtia passiua per se primò immutabilis ex extrinseco sensibili. ergo. Antecedẽs patet, & consequentia est cuidẽs: quia constat diuersitatẽ alicuius ex eo qp per se primò respicit pendere.

¶ Quo ad secũdum conclusio, sensus sũt quinque iuxta quinque species immutatiui, Probatur præmittẽdo tria, distinctionẽ immutationis in naturalẽ & spiritualem, & detectionẽ virtutisque: & in qua causam consistat sentire: & clara sunt. omnia ꝑbat ergo sic. Immutatio spiritualis aut est sola, & est visus, aut mixta ex parte obiecti, & tunc aut mouet localẽ, & fit auditus aut alteratiõis, & fit olfactus: aut ex parte organi, & tunc aut secundum eandem qualitatẽ, & fit tactus, aut secundũ prædictum, & fit gustus: vt ex responsione ad vltimum habetur.

¶ 2 Præterea, Ad id, quod est cõmune viuẽtibus & non viuentibus, non debet aliqua potẽtia animæ deputari. Sed generatio est cõmunis omnibus generabilibus & corruptibilibus tam viuentibus quàm nõ viuentibus. Ergo vis generatiua non debet poni potentia animæ.

¶ 3 Præterea, Anima est pars potẽtior natura corporea. Sed natura corporea eadẽ virtute actiua dat speciẽ & debitã quantitatem. Ergo multo magis anima. Non est ergo alia potentia animæ augmentatiua à generatiua.

¶ 4 Præterea, Vnaquæq; res cõseruatur in esse per id, qđ esse habet: sed potẽtia generatiua est per quã acquiritur esse viuentis ergo per eandẽ res viua conseruatur. Sed ad cõseruationem rei viuentis ordinatur vis nutritiua, vt dicitur in secũdo de Anima*. Est enim potẽtia potẽs saluare susciens ipsam. Nõ debet ergo distingui nutritiua potentia à generatiua.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo de Anima*, q operatio huius animæ sunt generare, & alimẽto vti, & iterum augmentum facere.

¶ RESPONDEO dicendum, qp tres sũt potẽtię vegetatiuę partis. Vegetatiuũ em, vt dictũ est*, habet pro obiecto ipsum corpus viuens per animã, ad quod quidẽ corpus triplex aiæ operatio est necessaria. Vna quidẽ, ꝑ quã esse acquirat: & ad hoc ordinatur potentia generatiua. Alia verò, per quam corpus viuentis saluatur, & in esse, & in quantitate debita: & ad hoc ordinatur vis nutritiua.

¶ Est tamen quædã differentia attendẽda inter has potẽtias. Nã nutritiua & augmẽtatiua habẽt suũ effectũ in eo in quo sunt, quia ipsum corpus vnitũ animæ augetur & cõseruatur per vim augmẽtatiuã & nutritiuam in eadem anima existẽtẽ. Sed vis generatiua habet effectũ suum non in eodẽ corpore, sed in alio: quia nihil est generatium suiipsius. Et ideo vis generatiua quodãmodo appropinquat ad dignitatẽ animæ sensitiuæ, quæ habet operationẽ in res exteriores, licet excellentiori modo & vniuersaliori. Supremũ enim inferioris natũræ attingit id, quod est infimũ superioris, vt patet per Dio. in 7. ca. de Diui no. Et ideo inter istas tres potentias finalior, & principalior, & pfectior est generatiua, vt dicitur in 2. de Anima*. Est enim rei iam pfectæ facere alterã qualis ipsa est. Generatiuæ autẽ deseruiunt & augmentatiua & nutritiua, augmentatiuæ verò nutritiua.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, qp huiusmodi vires dicũtur naturales. Tũ qa habent effectũ similem naturæ, quæ etiam dat esse, & quantitatẽ, & conseruationem licet hæ vires habeãt hoc altiori modo. Tũ qa hæ vires exercent suas actiones instrumẽtaliter ꝑ qualitates actiuas & passiuas quæ sunt naturalium actionũ principia.

¶ Ad secundum dicendũ, qp generatio in reb⁹ inanimatis est totaliter ab extrinseco. Sed generatio viuentiũ est quodã altiori modo per aliquid ipsius viuentis⁶: qđ est semen, in quo est aliqđ principiũ corporis formatiui. Et ideo oportet esse aliqua potentiam rei viuentis, per quã semen huius modi ꝑparetur. Et hæc est vis generatiua.

¶ Ad tertiũ dicendũ, qp quia generatio viuentiũ est ex aliquo semine, oportet qp in principio animal generetur paruæ quantitatis. Et ꝓpter hoc necesse est qp habeat potentiam animæ, per quã ad debitã quãtitatẽ perducatur. Sed corpus inanimatum generatur ex materia determinata ab agẽte extrinseco, & ideo simul recipit speciẽ & quantitatem secundum materiæ conditionem.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd sicut iam dictum est*, operatio vegetatiui principij cõpletur mediante calore, cuius est humidũ consumere. Et ideo ad restaurationẽ humidi deperditi necesse est habere potentiam nutritiuam. per quam alimentũ conuertatur in substantiam corporis. Quod etiam est necessarium ad actum virtutis augmentatiuæ & generatiuæ.

ARTICVLVS III.

¶ Virum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores.

287

DE TERTIVM sic proceditur. Videtur qp inconuenienter distinguantur quinq; sensus exteriores. Sensus enim est cognoscitiuus accidentium. Sunt autem multa genera accidentiũ. Cùm ergo potentię distinguantur per obiecta, videtur qp sensus multiplicẽtur secundũ numerum, qui est in generibus accidentium.

¶ 2 Præterea, Magnitudo & figura, & alia quæ dicũtur sensibilia cõia, non sunt sensibilia per accidens: sed cõtra ea diuiduntur in 2. de Anima*. Diuersitas aũt p se obiectorũ diuersificat potentias. Cùm ergo plus differant magnitudo & figura a colore, quàm sonus: videtur qp multo magis debeat esse alia potentia sensitiua cognoscitiua magnitudinis, aut figuræ, quam coloris & soni.

¶ 3 Præterea, Vnus sensus est vnius contrarietatis: sicut visus albi & nigri. Sed tactus est cognoscitiuus plurium contrarietatum, scilicet calidi & frigidi, & humidi, & sicci, & huiusmodi. Ergo nõ est sensus vnus, sed plures. Ergo plures sensus sunt quàm quinque.

¶ 4 Præterea, Species nõ diuiditur cõtra genus. Sed gustus est tactus quidã. Ergo non debet poni alter sensus præter tactum.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secũdo de anima*, quòd non est alter sensus præter quinque.

¶ RESPONDEO dicendum, qp rationẽ distinctionis & numeri sensuũ exteriorum quidã accipere voluerunt ex parte organorũ, in quib⁹ aliquod elementorũ dominatur, vel aqua, vel aer, vel aliquid huiusmodi. Quidã aũt ex parte medij, qđ est vel cõiunctũ, vel extrinsecũ: & hoc vel aer, vel aqua, vel aliquid huiusmodi. Quidẽ aũt ex diuersa natura sensibiliũ qualitatum, secundũ qp est qualitas simplicis corporis, vel sequens cõplexionẽ. Sed nihil istorũ conueniẽs est. Nõ enim potentiæ sunt ꝓpter organa, sed organa propter potentias. Vndenõ ꝓpter hoc sunt diuersæ potẽtiæ, qa sunt diuersa organa. Et ideo natura instituit diuersitatẽ in organis, vt cõgruerẽt diuersitati potẽtiarũ. Et similiter diuersa media diuersis sensib⁹ attribuit secundũ qđ erat cõueniẽs ad actus potentiarũ. Naturas autẽ sensibiliũ qualitatũ cognoscere non est sensus, sed intellectus. Accipienda est ergo rõ numeri & distinctionis exteriorũ sensuũ secundũ illud quod propriè & per se ad sensum ptinet. Est autẽ sensus quædã potentia passiua, quæ nata est immutari ab exteriori sensibili. Exteri⁹ ergo immmutatiuũ est quod per se à sensu ꝑcipitur, & secundũ cuius diuersitatẽ sensitiuæ potẽtiæ distinguũtur. Est aũt duplex immutatio, vna naturalis, & alia spiritualis. Naturalis quidẽ, secũdũ qđ forma immutantis recipitur in immutato secundũ esse naturale, sicut calor in calefacto. Spiritualis autẽ secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secundũ esse spirituale, vt forma coloris in pupilla, quæ nõ fit per hoc colorata. Ad operationẽ aũt sensitiuæ requiritur immutatio spiritualis, per quã intẽtio formæ sensibilis fiat in organo sensus. Alioquin, si ibi immutatio naturalis sufficeret ad sentiẽdũ, oia corpora naturaliter sentirẽt dũ alterãtur. Sed in quibusdã sensib⁹ inuenit immutatio spiritualis tãtũ, sicut in visu. In quibusdã aũt, cũ immutatiõe spirituali ẽt naturalis, vel ex parte obiecti tãtum, vel ẽt ex parte organi. Ex parte aũt obiecti inuenitur trãsmutatio naturalis secundũ locũ quidẽ in sono, qui est obiectũ auditus. Nã sonus ex percussione causatur, & aëris cõmotione. Secundũ alterationem verò in odore, qui est obiectũ olfactus. Oportet enim per calidũ alterari aliquo modo corpus ad hoc qp ꝑpiret odorem. Ex parte autem organi est immutatio naturalis in tactu & gustu. Nã & manus tangens calida calefit, & lingua humidatur per humiditatem saporũ. Organũ verò olfactus aut auditus nulla natu rali immutatione immutatur in sentiẽdo nisi ꝓ accidẽs. Visus aũt, quia est absq; immutatione naturali organi & obiecti, est maximè spiritualis, & perfectior inter omnes sensus & cõmunior. Et post hoc auditus, & deinde olfactus, qui habẽt immutationẽ naturalẽ ex parte obiecti. Motus tamen localis est perfectior & naturaliter prior quàm motus alterationis, vt probatur in 8. Phys.* Tactus autem & gustus sunt maximè naturales. De quorũ distinctione post dicetur*. Et inde est qp alij tres sensus nõ fiunt per mediũ cõiunctũ, ne aliqua naturalis transmutatio ꝓtingat ad organũ, vt accidit in his duobus sensibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, qp nõ oia accidẽtia habẽt vim immutatiuã secundũ se, sed solæ qualitates tertiæ speciei, scilicet quas cõtingit alteratio. Et iõ solæ huiusmodi qualitates sunt ob

Biblioteca de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ De hac materia, & his quæ in responsionibus argumentorum hic dicuntur, vide in additionibus super libros de anima.

*text.11.

Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum quartum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore est vna cõclusio rei obiua quæsito in calce posita. Non est necesse ponere interiores vires sensitiuæ partis nisi quatuor: sensum communẽ, phantasiam æstimatiuam & memoratiuam. Et quoniã ista cõclusio cum sit exclusiua, habet duas exponẽtes, affirmatiuã, scilicet sensus interiores sunt quatuor: & negatiuam, scilicet non sunt plures quàm quatuor. Idcirco tria facit in corpore. Primo facit duo optima fundamẽta. Secundò ex his deducit expositionẽ affirmatiuam. Tertiò negatiuam, & sic demum infert conclusionem intẽgram.

¶ Quo ad primũ ponuntur duæ radices distinguendi, ac multiplicãdi potẽtias animæ. Prima est de multiplicatione actionũ, scilicet tot oportet ponere actiones, quot ad perfectam vitã animalis perfecti sufficiunt, probatur, quia natura non deficit in necessariis, nec etiam abundat superfluis: quia nihil otiose agit. Secunda est de habitudine diuersitatis actionum ad diuersitatem potentiæ, scilicet actiones quæ non possunt in vnũ reduci principium, exigũt diuersas potentias & probatur, quia potentia animę nihil aliud est quàm proximum principium operationis ipsius animæ. Et sunt hæ veræ radices: quia causas ferũt diuersificandi potentias: cùm sint propter actus.

*tex.106 vsque ad 120.

*li. 2. de anima text 18. & 92.

¶ Quo ad secundũ: quia illæ quatuor virtutes dupliciter diuersificãtur: & quo ad hoc quod aliquæ sunt receptiuæ & aliquæ retẽtiuæ & quo ad hoc, quòd aliquæ sunt inferioris ordinis, vtpote circa extrinseca tãtum terã: aliquæ superioris ordinis, ad interiora se extendẽtes: Ideo expositis regulis primòdistinguit apprehẽsiuas à cõsetuatiuis: secũdò vtrasque vnius ordinis ab vtrisque alterius ordinis. Dicit ergo ex prima radice, q̃ in animali perfecto sunt duæ actiones necessariæ, scilicet non solùm recipere, sed retinere, probatur: quia oportet apprehendere tẽ non solùm præsentem, sed absentem, probatur ducendo ad impossibile quia aliter non appeteret & moueretur ad absens, & tenet sequela: quia appetitus & motus

388 De anima ar. 13 cor. col. 3

sunt obiecta sensuum: quia vt dicitur in 7. Physi. secundũ eos dẽ alteratur sensus, secundũ quæ alterãtur corpora inanimata. ¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ magnitudo & figura, & huiusmodi, quę dicũtur cõmunia sensibilia, sunt media inter sensibilia per accidẽs, & sensibilia propria, quæ sunt obiecta sensuum. Nam sensibilia propria primò & per se immutant sensum, cùm sint qualitates alterantes: sensibilia verò communia omnia reducuntur ad quantitatẽ. Et de magnitudine quidẽ & numero patet q̃ sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quantitatẽ: cùm cõsistat ratio figuræ in terminatione magnitudinis. Motus autẽ & quies sentiuntur secundũ quod subiectum vno modo vel pluribus modis se habet secũdũ magnitudinẽ subiecti vel localis distãtiæ quãtũ ad motũ augmenti & motũ localẽ, vel ẽt secũdũ sensibiles qualitates, vt in motu alterationis. Et sic sentire motũ & quietẽ, est quodãmodo sentire vnũ & multa. Quãtitas aũt est ꝓximũ subiectũ qualitatis alteratiuæ, vt superficies coloris. Et ideo sensibilia cõia nõ mouẽt sensum primò & p se, sed rõne sensibilis qualitatis, vt superficies rõne coloris. Nec tamẽ sunt sensibilia per accidens: quia huiusmodi sensibilia aliquam diuersitatẽ faciũt in immutatione sensus. Alio eñ modo immutatur sensus à magna superficie & à parua: quia etiã ipsa albedo dicitur magna vel parua. Et ideo diuiditur secundũ proprium subiectum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ sicut Philosophus videtur dicere in 2. de Anima*, sensus tactus est vnus in genere, sed diuiditur in multos sensus secũdũ speciẽ. Et ꝓpter hoc est diuersarũ cõtrarietatũ. Qui tamẽ non distinctio nõ apparet. Gustus autẽ, qui est perceptiuus dulcis & amari, cõcomitatur tactũ in lingua, nõ autẽ per totũ corpus. Et ideo de facili à tactu distinguitur. Posset tamẽ dici q̃ oẽs illæ cõtrarietates & singulæ cõueniũt in vno genere proximo & oẽs in vno genere cõi: quod est obiectũ tactus secũdum rationẽ cõmunẽ. Sed illud genus cõmune est innominatũ, sicut etiã genus proximũ calidi & frigidi est innominatũ.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ sensus gustus secundũ dictũ Philosophi* est quædã species tactus, quæ est in lingua tantùm. Non aũt distinguitur à tactu in genere, sed à tactu, quantũ ad illas species, quæ per totũ corpus diffunduntur. Si verò tactus sit vnus sensus tantùm, propter vnã rationem cõmunem obiecti, dicendũ erit q̃ secundũ rationẽ diuersam immutationis distinguitur gustus à tactu. Nã tactus immutatur naturali immutatione, & nõ solùm spirituali quantũ ad organũ suũ secũdũ qualitatẽ, quæ ei propriè obiicitur. Gustus autem organũ nõ immutatur de necessitate naturali immutatione secundũ qualitatẽ, quæ ei propriè obiicitur, vt scilicet lingua fiat dulcis vel amara, sed secundũ præambulã qualitatẽ in qua fundatur sapor, scilicet secũdũ humorẽ quiẽst obiectũ tactus.

ARTICVLVS IIII.

Verũ interiores sensus conuenienter distinguãtur.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur, q̃ interiores sensus inconuenienter distinguãtur. Cõmune enim nõ diuiditur contra proprium. Ergo sensus communis nõ debet enumerari inter vires interiores sensitiuas præter sensus exteriores proprios.

¶ 2 Præterea, A dicit, quod sufficit sensus proprius & exterior, non oportet ponere aliquam vim apprehensiuam interiorem, sed ad iudicãdum de sensibilibus sufficiũt sensus proprii & exteriores. Vnusquisque enim sensus iudicat de proprio obiecto*. Similiter etiam videntur sufficere ad hoc q̃ percipiant suos actus. Quia cum actio sensus sit quodammodo medium inter potentiam & obiectum, videtur q̃ multo magis visus posset suam visionem tanquam sibi propinquiorẽ percipere quàm colorem. Et sic de aliis. Non ergo necessarium fuit ad hoc ponere interiorem potentiam, quæ dicatur sensus communis.

¶ 3 Præterea, Secundũ Philosophum*, phantasticum & memoratiuum sunt pasiones primi sensitiui. Sed pasio non diuiditur contra subiectum. Ergo memoria phantasia non debent poni aliæ potentiæ præter sensum.

¶ 4 Præterea, Intellectus minus dependet à sensu quàm quæcũque potẽtia sensitiuæ partis. Sed intellectus nihil cognoscit ni si accipiendo à sensu. Vnde dicitur in primo Poste. * ꝙ quibus deest vnus sensus, deficit vna sciẽtia. Ergo multo minus debet poni vna potentia sensitiuæ partis ad percipiendum intentiones, quas non percipit sensus, quam vocant æstimatiuam.

¶ 5 Præterea, Actus cogitatiuæ, qui est conferre, & cõponere & diuidere & actus reminiscitiuæ, quiest quodã syllogismo vel ad inquirendũ, non minus distat ab actu æstimatiuę & memoratiuæ, quàm actus æstimatiuæ ab actu phantasiæ. Debẽt ergo vel cogitatiua & reminiscitiua poni aliæ vires præter æstimatiuam & memoratiuam: vel æstimatiua & memoratiua nõ debent poni aliæ vires præter phantasiam.

¶ 6 Præterea, Augustinus 11. super Gen. ad literam * ponit tria genera visionum, scilicet corporalem, quę fit per sensum: & spiritualem, quæ fit per imaginationem siue phantasiam: & intellectualem, quæ fit per intellectum. Non est ergo aliqua vis interior, quę fit media inter sensum & intellectum: nisi imaginatiua tantùm.

¶ SED CONTRA est, quòd Auic. in suo lib. de Anima ponit quinque potentias sensitiuas interiores, scilicet sensum communem, phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuam, & memoratiuam.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ cùm natura non deficiat in necessariis, oportet esse tot actiones animæ sensitiuæ, quot sufficiant ad vitam animalis perfecti. Et quæcũque harũ actionum nõ possunt reduci in vnum principium, requirunt diuersas potentias, cùm potentia animæ nihil aliud sit quàm proximum principium operationis animæ. Est autẽ considerandum, q̃ ad vitã animalis pfecti requiritur q̃ non solùm apprehẽdat rem ãpud præsentiam sensibilis, sed etiam apud eius absentiã alioquin cùm animalis motus & actio sequatur apprehensionem, non moueretur animal ad inquirendum aliquid absens, Cuius contrarium apparet maximè in animalibus perfectis, quę mouẽtur motu processiuo. Mouẽtur enim ad aliquid absens apprehẽsum. Oportet ergo, q̃ animal per animã sensitiuã non solùm recipiat species sensibilium, cùm præsentialiter immutatur ab eis, sed etiam eas retineat & conseruet. Recipere autẽ & retinere reducũtur in corporalibus ad diuersa principia. Nã humida bene recipiunt & malè retinent: econtrario autem est in siccis. Vnde cùm potentia sensitiua sit actus organi corporalis, oportet esse aliam potentiam quæ recipiat species sensibilium, & quæ conseruet.

¶ Rursus cõsiderandum est, q̃ si animal moueretur solum propter delectabile & contristabile secundum sensum, non esset necessarium ponere in animali nisi apprehensionẽ formarum quas ꝑcipit sensus, in quib* delectatur, aut horret. Sed necessariũ est animali, vt quærat aliqua vel fugiat, nõ solùm quia sunt conuenientia vel non conuenientia ad sentiẽdum. sed ẽt propter aliquas alias cõmoditates & vtilitates, siue nocumẽta. Sicut ouis videns lupum venientem fugit nõ propter indecẽtiã coloris vel figuræ, sed quasi inimicum naturæ. Et similiter auis colligit paleã, non quia delectet sensum, sed quia est vtilis ad nidificandũ. Necessariũ est ergo animali q̃ percipiat huiusmodi intentiones quas nõ percipit sensus exterior. Et huius perceptionis oportet esse aliquod aliud principiũ, cũ ꝑceptio formarum sensibilium fit ex immutatione sensibili, non autẽ perceptio intentionum prædictarum. Sic ergo ad receptionẽ formarum sensibilium ordinatur sensus proprius & cõis. De quorum distinctione post dicetur*. Ad harum autẽ formarum retentionẽ aut conseruationẽ ordinatur phantasia, siue imaginatio quasi thesaurus quidã formarum per sensum acceptarum. Ad apprehendendum autẽ intẽtiones, quæ per sensum nõ accipiuntur, ordinatur vis æstimatiua. Ad cõseruandum autẽ eas vis memoratiua, quę est thesaur* quidã huiusmodi intẽtionũ. Cuius signum est, q̃ principium memorandi fit in animalibus ex aliqua huiusmodi intẽtione: puta q̃ est nociuum vel cõueniens. Et ipsa ratio præteriti, qua attẽdit memoria, inter huiusmodi intentiones computatur. Considerandum est autem, q̃ quantum ad formas sensibiles, non est differentia inter hominem & alia animalia: similiter enim immutantur à sensibilibus exteriori

animalis cognitionẽ sequitur. Et fœcũda verõ dicit, q̃ hæc duo opera nõ sunt eiusdẽ corporei principii, ꝓbatur: quia bene recipere est humidi, bene retinere est siccũ: ficus autem subseruiens: Conseruatiuæ virtutes sunt aliæ à receptiuis. Deinde rotundus ex prima radice dicit, In animali perfecto sunt necessariæ duæ actiones, scilicet non solùm circa sensibilia vt sic, sed circa intẽtiones insensibilas ad cõmodũ & vtile sui speciẽtes. Probatur: quia animal non solùm mouetur ꝓpter delectabile, aut tristabile secundũ sensum, sed ꝓpter cõmodũ & vtile sui. Probatur quo ad tristabile in fuga ouis respectu lupi, quo ad delectabile verò in collectione palæ hirundinis, in respectu ad cõstructionẽ nidi. Ex secunda verò radice q̃ hæ actiones nõ eiusdẽ sunt principii, ꝓbatur ex diuersitate immutationũ quia scilicet ad illas immutat sensibile exterius ad hanc nõ, sed interius. Et sic sequitur secunda præambula cõclusio: Potẽtiæ verẽtes circa intẽtiones insensatas sunt aliæ à respectibus sensatæ. Et consequẽter habetur tota expositio affirmatiua, scilicet, quòd sunt quatuor virtutes in interiores apprehensiuæ sensatorũ, sensus cõmunis, retentiua eorũdem, imaginatio, apprehẽsiua intẽtionũ æstimationũ, cõseruatiua earundẽ memoratiua. Et confirmatur hoc vltimũ signo duplici. Primo, quia recordatio ex aliqua intẽtione inuẽti solet vtilitatis, vel nocumenti. Secundò, quia ipsa æstimatiua ꝓteriti, penes quã attenditur memoria, vt patet in De memoria & reminiscentia, vna harum est intentionum.

¶ Quo ad tertiũ, quia ex duobꝰ capitibus cogitanti poterat, q̃ plures fuissent potẽtiæ, scilicet ex actibus interioribus hoꝝ, scilicet cogitare, & ceminisci: & ex opinione Auic. nata ex illo actu qui est cõponere sensata ad aliquod in sensato: dicit ergo vtrunq; ordinate excludens, cõuenientiã & differentiã inter hominis & aliorũ sensus assignat, ex qua apparet illos actus nõ ee potẽtias à prædictis. Deinde cõtra Auic. ratione & teste est cõuertit. Conuenientia est in actione sensuum respectu sensibilium: & eius ratio est similiter immutari ab eis. Differentia est in actione respectu intentionum: & quo ad apprehensiuam quia cætera instinctu hoc collatione apprehẽdit: & quo ad retentiuã quia cætera subita recordatione, homo inquisitiuo discursu. Vnde & nominibus etiam distinguuntur, dum illorum æstimatiua in nobis est cogitatiua, & memoratiua est reminiscẽtia. Ratio contra Auic. est, quòs ad operationem illã sufficit imaginatiua in homine in quo solo hæc operatio apparet. Testimoniũ est Auer.

*Lib. de memo. & remini. cap. 1.

*text.37.

*q6. 77. art. 7.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ licet intellectus operatio oriatur à sensu, tamen in re apprehensa per sensum intellectus multa cognoscit, quæ sensus perciperẽ nõ potest. Et similiter æstimatiua, licet inferiori modo.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ illam eminentiã habet cogitatiua & memoratiua in homine: non per id quod est proprium sensitiuæ partis: sed per aliqua affinitatẽ & propinquitatem ad rationẽ vniuersalẽ secundum quandam influentiam. Et ideo non sunt aliæ vires, sed eędem perfectiores, quã sint in aliis animalibus.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ Aug. spirituale visionẽ dicit esse, quæ fit per similitudines corporũ in absentia corporũ. Vnde patet q̃ communis est omnibus interioribus apprehensionibus.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA de potentiis intellectivis, in tredecim articulos diuisa.

Super Quæstionis septuagesimamonæ Articulum primum.

INitulo aduerte, q̃ nõ quæritur hic distinctio potẽtiæ ab essentia, sed suppositum ex superioribus: & quæritur sub quo cõsideatur intellectus.

¶ In corpore vnica conclusio reſoluta. Intellectus in solo Deo est substãtia, probatur, in reliquis est potentia, Probatur, in solo illo proximũ operationis principium est substantia in quo operatio est esse: sed hoc est solo Deo. ergo maior probatur: quia operatio est ꝓprius actus potentiæ operatiuę, vt ese essentię, ac ꝙ hoc, vt actus ad actum, ita potentia ad potentiam: & identitas actuum inferret identitatem propriorum actuabilium, & diuersitas diuersitatem. Omnia hæc diffusa sunt superius in q. 54. ar. 3. & c. & sic patet conclusio sustinendo, q̃ intellect* nomine significamus proprium operationis, quæ intelligere est principium.

389 Verit q. 17. artic. 1. cor.

*cap. 4.

*tex. 17. *cap. 11.

¶ DEINDE quæritur de potentiis intellectiuis.

¶ Circa quod quæruntur 13.

¶ Primò, vtrũ intellectus sit potentia animæ, vel eius essentia. ¶ Secundò, si est potentia, vtrum sit potentia passiua. ¶ Tertiò, si est potentia passiua, vtrum sit ponere aliquẽ intellectũ agentẽ. ¶ Quartò, vtrũ sit aliquid animæ. ¶ Quinto, vtrũ intellectus agens sit vnus omniũ. ¶ Sextò, vtrum memoria sit in intellectu. ¶ Septimò, vtrum sit alia potentia ab intellectu. ¶ Octauo, vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu. ¶ Nono, vtrũ ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ. ¶ Decimo, vtrum intelligẽtia sit alia potentia præter intellectum. ¶ Vndecimò, vtrũ intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ. ¶ Duodecimò, vtrũ synderesis sit aliqua potentia intellectiuæ partis. ¶ Tertiodecimò, vtrum conscièția sit aliqua potentia intellectiuæ partis.

ARTICVLVS I.

¶ Virum intellectus sit aliqua potentia animæ

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur ꝙ intellectus nõ sit aliqua potentia animæ, sed sit ipsa eius essentia. Intellectus enim idem videtur esse quod mens. Sed mens non est potentia animæ, sed essentia. Dicit enim Aug. 9. de Tri.* Mens & spiritus non relatiuè dicũtur, sed essentiã demonstrãt. Ergo intellectus est ipsa essentia animæ.

¶ 2 Præterea, Diuersa genera potentiarum animæ nõ vniuntur in aliqua potẽtia vna, sed in sola essentia animæ. Appetitiuũ aũt & intellectiuũ sunt diuersa genera potẽtiarũ animæ: vt dicitur in secundo de Anima*: cõueniunt autẽ in mente: quia Aug. 10. de Trini.* ponit intelligentiã & voluntatem in mente. Ergo mens & intellectus est ipsa essentia animæ, & non aliqua eius potentia.

¶ 3 Præterea, Secundum Gregoriũ in Homil. Ascensionis*, homo intelligit cum Angelis. Sed Angeli dicuntur mentes & intellectus. ergo mens & intellectus hominis non est aliqua potentia animæ, sed ipsa anima.

*Hom. 29 in euan. 6.

¶ 4 Præterea, Ex hoc conuenit alicui substãtiæ ꝙ sit intellectiua: quia est immaterialis. Sed animæ est immaterialis per suam essentiam*. Ergo videtur quòd anima per suam essentiam sit intellectiua.

366

¶ SED CONTRA est quòd Philosophus ponit intellectum potentiam animæ: vt patet in secundo de Anima*.

*text. 17.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ necesse est dicere secundum præmissa*, quòd intellectus sit aliqua potẽtia animæ & non ipsa anima essentia. Tunc enim solùm immediatũ principium operationis est ipsa essentia rei operantis, quando ipsa operatio est eius esse. Sicut enim potẽtia se habet ad operationẽ vt ad suũ actũ, ita se habet essentia ad esse. In solo autẽ Deo idẽ est intelligere quod suũ esse. Vnde in solo Deo intellectus est eius essentia*, in aliis autẽ creaturis intellectualibus intellectus est quædam potentia intelligentis.

*q. 54. arti. 3. & 57. art. 2. & 77. artic. 1. d. 749. d 568. 83 199

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sensus accipitur aliquando pro potentia, aliquãdo verò pro ipsa anima sensitiua. Denominatur enim aia sensitiua nomine principalioris suæ potentiæ, quæ est sensus. Et similiter anima intellectiua quãdo que nominatur nomine intellectus quasi à principaliori sua virtute, sicut dicitur in primo de Anima*, q̃ intellectus est substantia quædam. Et etiam hoc modo Aug. dicit quòd mens est species vel essentia.

*text. 65.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ appetitiuum & intellectiuum sunt diuersa genera potentiarum animæ secundum diuersas rationes obiectorum. Sed appetitiuum partim conuenit cum intellectiuo, & partim cum sensitiuo, quantum ad modum operandi per organũ corporale, vel sine huiusmodi organo. Nã appetitus sequitur apprehensionem. Et secundum hoc Augu.* ponit voluntatem in mente, & Philosophus* in ratione.

*loco citato in argu.

*lib. 3. de anima text. 42. d. 136. 279

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ in Angelis non est alia vis quam natura intellectiua & voluntas, quæ ad intellectum cõsequitur. Et propter hoc Angelus dicitur mens vel intellectus*: quia eo ta virtus sua in hoc consistit. Anima autem habet multas alias vires sicut sensitiuas & nutritiuas. Et ideo non est simile,

¶ Ad quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Subet Quæstionis septuagesimenonæ Articulum secundum.*

INtitulo aduertæ, quòd quæstio ista tripliciter tractari potest. Primò communiter, vtrum intellectus sit potentia passiua, id est receptiua, quocunque id modo contingit, & quicquid sit illud receptum. Secundò propriè, vtrum intellectus sit potentis passiua potentia essentiali, quę dicit priuationem actus primi: & propè illi*. Tertiò putè, vtrū intellectus sit in potentia putè passiua: ita quòd tam respectu actꝰ primi quàm secūdi, non niſi paſſiuè cōcurrat. In proposito hic tertiꝰ sensus nō tractatur hic, sed nos dicemus de hoc inferius in articu. Primus quoque sensus hic non intenditur: quoniam vt in corpore patet, intellectus angelicus non dicitur pati, neque potentia passiua: vt modo loquimur, & tamen constat q̄ intelligere eius in eo recipitur. Vnde relinquitur, quòd secundus sensus sit intentus. Et merito: quoniā de ipsa potētia intellectiua nuda debet esse prima quæstio, vtrum sit passiua. Passibilitas autem potētiæ secundū seipsam solam attenditur secundū ordinem quem habet ad propriū actum, & non ad hūc vel illum: ac per hoc passibilitas intellectus absolutè, & primò attenditur secundū conjunctionem intellectus ad intelligibile: hoc enim est illius propria perfectio: si enim intellectus est, in potentia est: & si non, non: cùm eligibilis potentia essentiali respectu huius sit fortè passiuum respectu alicuius.

¶ In corpore duo facit. Primo declarat illum terminum passiuè. Secundo respōdet quæsito vnica conclusione affirmatiuè.

¶ Quo ad primum, quia passiuum à passione & pati dicitur, distinguit ly pati, tripliciter propriissimè, & propriè, & communiter: & satis clara sunt in litera.

¶ Et aduerte primo duo conuenientiam scilicet & differentiam. Conueniunt enim, quia in omnibus modis inueniuntur duo, scilicet ordo: quod prius erat in potentia, postmodum est in actu: est receptio alicuius. Discrepant autem, quia in primo comitatur perditio conuenientis, in secundo perditio sola, non curando an conueniens, an disconueniens. Intertio autem nulla perditio necessario comitatur.

¶ Secundo aduerte, quod licet receptum iuxta tertium modum possit esse tam actus secundus, quàm primus: & consequenter pati dici possit hoc modo quodcunque recipiens, & ita hic tertius modus patiendi latitudinem habet in proposito tamen de summo & primo gradu patiendi, infra hunc tamen modum fermo est interpretandus. Quoniam obeo dicitur primo & absolutè potentia passiua, à secundario autem gradu patiendi, scilicet recipiendo actum secundum nō primo: neque absolutè dicitur potentia passiua, sed secundum quid quo ad hoc scilicet.

¶ Tertio aduerte, quod ordo inter recipiens & receptum quamuis possit esse naturæ solius, vt patet de subiecto & passione: materia & forma cœlestis & lumine, quod habet à sole, & natura & reposita simul: vt patet in his quæ generātur de nouo: ac per hoc ex hac quoque parte videatur habere latitudinem tertius modus patiendi: in proposito de ordine durationis fermo est, vt inferius clarè patet, & ratio dicetur. Et intelligitur secundum naturæ cursum, id est q̄ secundum ordinem rebus inditum talis potentia nata est præcedere actum suum, vel & in idem redit: exponatur negatiuè, id est, q̄ ex vi naturæ suæ non conuenit sibi q̄ sit coæua suo actui: & hinc patent miracula, quibus poneretur Deum influere alicui ab initio scientiam, nihil obstare proposito.

¶ Vel totaliter in actu: & tunc est ipsum cognitum in actu. Vnde cùm species cõseruatur obiectum est in cognoscitiuo cognoscibiliter: q̃a vt cognoscibile, quamuis non vt cognitum. Et quia obiectum esse cognoscibiliter vtrotunimodo, scilicet vt cognoscibile, & vt cognitum, nõ aduertit Auice. ideo putauit speciem remanere per modum rei. Et ipsum sequitur multa illustrium virorum turba in hoc tamen minus perspicaciũ. Et ideo tu bene nota hæc: quoniam ex hac radice multæ soluuntur quæstiones, & nobilitas cognoscitiuæ naturæ fulcitur.

¶ Quo ad secundum respondet iuxta secũdam conditionem memoriæ negatiuè. Et ratio stat clara est, quia potentiæ vniuersalis obiectũ non est particulare, præteritum autem vt sic, particulare est, quia ad certam temporis differentiam est determinatum.

est enim sermo de præterito in actu exercito. Præteritio enim in actu signato, importatur hoc nomine præteritum: in actu verò exercito verbis præteriti temporis, vt fui, percussi, loquutus fum, &c. Constat autem quòd quemadmodum intellectus non immutatur à colore hoc, ita nec à colore, vt sensatus fuit heri: quia abstrahit à particulari, & tamen constat, quòd cùm memoramur ab obiectis, vt tunc occurrunt. ergo.

¶ Circa hanc partem aduertę duo. Primum est, quòd ex hoc quòd intellectus reflexè respicit singulare, non sequitur quòd in eo sit memoria, quia cognitio reflexa non ponit in eo speciem ipsius singularis, cuius conseruatione possit habere rationem memoriæ: oportet enim memoriam præteriti vt sic, habere obiecti præteriti vt sic, ac per hoc singularis speciem. Et ideo in litera ex negatione singularitatis in obiecto intellectus, vt sic, infertur negatio memoriæ vt immobilis, quã materia corporalis. Si ergo materia corporalis formas, quas recipit, non solùm tenet, dum per eas agit in actu sed etiam postquam agere cessauerit, multò fortius intellectus immobiliter & inamisibiliter recipit species intelligibiles, siue à sensibilib* acceptas, siue etiã ab aliquo superiori intellectu effluxas. Sic igitur, si memoria accipiatur solũ pro vi cõseruatiua specierum, oportet dicere memoriã esse in intellectiua parte. Si verò de ratione memoriæ sit quòd eius obiectum sit præteritũ vt præteritũ. memoria in parte intellectiua non erit, sed sensitiua tantũ quæ est apprehensiua particularium. Præteritum enim vt præteritum, cùm significet esse sub determinato tempore, ad conditionem particularis pertinet.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ quòd memoria, secundum quod est cõseruatiua specierũ, nõ est nobis pecoribusq; cõmunis: species enim cõseruantur nõ in parte animæ sensitiua tãtũ, sed magis in coniuncto, cùm vis memorativa sit actus organi cuiusdã. Sed intellectus secũdum seipsum est conseruatiuus specierũ præter concomitãtiam organi corporalis. Vnde Philosophus dicit in 3. de Ani.* quòd anima est locus specierũ non tota, sed intellectus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd præteritio potest ad duo referri, scilicet ad obiectũ, quod cognoscitur, & ad cognitionis actũ. Quæ quidem duo simul coniunguntur in parte sensitiua, quæ est apprehẽsiua alicuius per hoc quòd immutatur à præsenti sensibili. Vnde simul animal memoratur se pri' sensisse in præterito, & se sensisse quoddã præteritũ sensibile. Sed quantũ ad partẽ intellectiuã pertinet, præteritio accidit, & non per se conuenit ex parte obiecti intellect*. Intelligit enim intellectus hominem inquantũ est homo. Homini autẽ inquantũ est homo accidit vel in præsenti, vel in præterito, vel in futuro esse. Ex parte verò actꝰ præteritio, per se accipi põt etiã in intellectu sicut in sensu: quia itelligere animæ nostræ est quidã particularis actus in hoc, vel in illo tẽpore existẽs: secũdũ q̃d dicitur homo intelligere nũc, vel heri, vel cras. Et hoc non repugnat intellectualitati: quia huiusmodi intelligere, quamuis sit quoddã particulare, tamen est immateriale actus, vt supra de intellectu dictũ est*. Et ideo sicut intelligit seipsum intellectus, quamuis ipse sit quidã singularis intellectus, ita intelligit suum intelligere: quod est singularis actus, vel in præterito, vel in præsenti, vel in futuro existens. Sic igitur saluatur ratio memoriæ, quantum ad hoc est præteritorum in intellectu secundum quod intelligit se prius intellexisse, non autem secundum quod intelligit præteritum, prout est hic & nunc.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ species intelligibiles aliquãdo sunt in intellectu in potentia tãtum. Et tunc dicitur intellectus esse in potentia. Aliquando autem secundum vltimam completionem actus. & tunc intelligit actu. Aliquãdo medio modo se habet inter potentiã & actum: & tunc dicitur esse intellectus in habitu*. Et secundũ hunc modum intellectus conseruat species etiam quando actu non intelligit.

*text.6.

*90.75. art.2.

d.865.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus. Augustinus enim in 10. de Tri.* ponit in mente memoriam intelligẽtiam & voluntatẽ. Manifestum est autẽ quòd memoria est alia potentia a voluntate. Ergo similiter est alia ab intellectu.

¶ 2 Præterea, Eadem ratio diffinitionis est potentiarum sensitiuæ partis, & intellectiuæ. Sed memoria in parte sensitiua est alia potentia à sensu, vt suprà dictum est*. Ergo memoria partis intellectiuæ est alia potentia ab intellectu.

¶ 3 Præterea, Secundum Aug.* memoria, intelligentia, & voluntas sunt fibi inuicem æqualia, & vnum eorum ab alio oritur. Hoc autem esse non posset, si memoria esset eadem potentia cum intellectu: Non est ergo eadem potentia.

¶ SED CONTRA, De ratione memoriæ est, q̃ sit thesaurus vel locus cõseruatiuus specierum. Hoc autem Philosophus in 3. de ani.* attribuit intellectui, vt dictũ est*. Non ergo in parte intellectiua est alia potentia memoria ab intellectu.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ (sicut suprà dictum est*) potentiæ animæ distinguuntur secũdum diuersas rationes obiectorum, eo quòd ratio cuiuslibet potẽtiæ consistit in ordine ad id, ad quod dicitur, quod est eius obiectum. Dictũ est etiã suprà*, quod si aliqua potẽtia secũdum propriam rationẽ ordinetur ad aliquod obiectum secundum cõmunem rationem obiecti, nõ diuersificabitur illa potẽtia secũdum diuersitates particulariũ differẽtiarum. Sicut potẽtia visiua, quæ respicit suũ obiectũ secundum rationem colorati non diuersificatur secũdũ rationẽ albi & nigri. Intellectus autẽ respicit suum obiectũ secũdum cõmunem rationẽ entis, eo q̃ intellectus potẽsibilis est, quo est omnia fieri. Vnde secũdũ nullam differentiã entiũ diuersificatur differẽtia intellectus potẽsibilis. Diuersificatur tamen potẽtia intellectus agẽtis, & intellectus potẽsibilis: quia respectu eiusdẽ obiecti aliud principiũ oportet esse potẽtiã actiuã, quæ facit obiectũ esse in actu, & aliud potẽtia passiuã, quę mouetur ab obiecto in actu existẽte & sic potẽtia actiua comparatur ad suũ obiectum vt ens in actu ad ens in potẽtia. Potentia autem passiua cõparatur ad suum obiectum eo quòd in potẽtia ad ens in actu*.

*Aristot. 3. de anim. text. 18.

*text.16.

*Aristot. 3. de anim. text. 18.

*Aristot. 3. de anim. text. 18.

*Aristot. 3. de anim. text. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratur ab effectu. Differentia scilicet quo ad nomina inter angelos & nos: qua illi intellectuales, nos rationales vocamur. Secundo à proprietatibus motus: motus enim omnis ab immobili & ad quietum aliquid tendit, ratiocinari quoq; ab intellectu venando, & ad intellectum resoludo prouenit: habet igitur intellectus mouentis rationé & quiescentis: ratio autem motus. Et cõsimatur: quia illud est perfecti, hoc imperfecti.

maior vero probatur per locum à minori: quia sicut in naturalibus moueri & quiescere reducuntur in eandem potentiam, ergo & in intellectualibus. antecedens patet de graui & leui. consequentia fundatur super illa maxima, & quòd natura spiritualis est vnitior materiali, imò quæ in hac diuersa sunt, in superiori vniuntur.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæsexæ Articulum nonum.*

TItulus ex Augu. 11. de Trini. verbis occasionem sumit.

¶ In corpore vna cõclusio bimẽbris. Ratio inferior & superior apud Augu. non sunt diuersæ potentiæ: sed distinguntur officiis & habitibus. Probatur primò prima pars: secundò secunda. Prima sic: Medium & conclusio ad eádem potentiam pertinent, sed obiecta rationis inferioris & superioris se habent vt medium & conclusio. ergo eiusdé sunt potentiæ. Minor prius probatur sic: Æternum & temporale se habent vt medium & conclusio vt patet in via inuentionis & in via iudicij, quibus eõuertio se habẽt: sed hæc sunt obiecta rationis inferioris & superioris: vt patet ex Augusti., qui rationis superioris officiũ dicit, æterna consicere & conscire: inferioris verò, tẽporalia. Maior verò gabatur dupliciter. primò ex differentia inter habitum & potentiam quo ad hoc: quia, scilicet medium & cõclusio ad diuersos habitus pertinẽt quandoque, vt patet de primis principiis & eorum conclusionibus, & in scientiis subalternãtibus & subalternatis. Secundò, quia eiusdem mobilis est moueri, & ad terminum pertingere, sed medium & cõclusio sed habent vt motus & terminus, potẽtia verò vt mobile. ergo eadẽ est potentia respiciens medium & cõclusionẽ. Secunda verò pars conclusionis iam patet, quo ad diuersitatem officiorum. Quo ad diuersitatẽ verò habituum declaratur quia in superiori scientiam, in inferiori autem scientiam locauit.

¶ Circa hũc processum dubium occurrit in doctrina S. Tho. præcipuè: quoniã illa propositio, Medium & conclusio ad eandem potẽtiam pertinent, aut intelligitur permissiuè, aut necessariò, non permissiuè: non quia sic etiam pertinent ad eundem habitum. tum quia concluderetur inæqum. ergo necessariò: sed sic est falsa, vt patet in particulari syllogismo in quo medium est vniuersale. & conclusio particularis: cõstat enim tunc q; medium spectat ad intellectum, & conclusio ad cogitatiuam apud S. Thom. & Auerroim.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sermo S. Tho. est formalis, vt iam phrases dictæ sunt: & de medio conclusionẽque vt sic intelligendus: & non de his, quæ extra eorum rationes sunt ita q; intenditur quòd quęcunque res inquantum differunt vt medium & conclusio, non diuersificãt potentiam quamuis habitum quandoque, vt patet ex dictis: sed æternum & temporale distant tantum vt medium & conclusio, loquendo de distantia in ordine ad cognitionem hæc enim sola est ad propositum igitur non pertinent ad diuersas potentias. minor autem ex auctoritate Aug. &c. in litera patet. singulare autem & vniuersale, quamuis vt medium & conclusio se habeant, & ex hoc non diuersificent potentiã: magis tamen distant in ordine ad cognitionem, quàm vt medium & cõclusio, vt patet. singulare enim materialiter, vniuersale verò immaterialiter cognoscitur, &c. & ideo ad diuersas potentias pertinent. Nõ intendit igitur negare S. Tho. quin medium & conclusio ad diuersas quandoque potentias spectent simpliciter, vel quodammodo ex alia differentia medij & conclusionis nunquam potentia diuersificatur: quia tunc nõ differunt, nisi sicut mot⁹ & terminus. Notanter autem dixi ad potentias diuersas quodammodo: quoniã cum conclusionis singularis prædicatum sit vniuersale illius propositionis subiectum: sed ad existendas calumnias, dixit quòd ipse actus rationis, scilicet discursus de vno in aliud peruenies, est quasi motus, vt insinuaret ex hoc q; de conditione ipsius cognitionis, vt progreditur de imperfecto ad perfectum, de confuso ad distinctum, loquebatur.

¶ *Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum decimum.*

TItulus occasionatus ex dictis Theologorum, præcipuè qui hoc vocabulo vtì pluries videntur.

¶ In corpore respondet quæsito vnica cõclusione habente duas partes. Prima est intelligentia distinguitur ab intellectu: nõ sicut potentia à potẽtia, sed sicut actus à potẽtia. Et declaratur dupliciter primò ex quid nominis intelligẽtiæ. secundò ex eo quòd hæc distinctio consonat ex dictis Philosophorum. Et primo ponitur duplex significatio ly intelligẽtis respectu medij & conclusionis. sed hæc proportionalis similitudo nõ tenet quo ad id quod est propositum: ergo. probatur minor: quia medium motus est mediũ inter actũ & potentiã passiuam. & ideo eiusdem est potẽtia: vt patet ex dicto Physicorum, cõmentario nono. medium vero syllogysmi est potẽtia actiua respectu conclusionis. vnde æquiuocatio intercedit, imò ex ratione talis medij oppositũ videtur inferri: quia nõ est eiusdẽ potẽtiæ effectus & potentia actiua: sed conclusio & mediũ sic se habẽt. ergo similiter non est vt motus progressus de potentia actiua in effectũ, sed est potius conuersio patientis ad agens, aut econuerso, ergo.

¶ Ad hoc breuiter, quòd cognitio medij ad notitiam cõclusionis duplicem habet habitudinẽ, scilicet illationis & cõclusionis. Et quo ad vim illationum non habet rationem medij motus, vt argutum est. Sed quo ad conditionem cõfusionis quam habet, vt medium motus se habet. Nã notitia medij notitiã cõclusionis est ac per hoc intellectio tendens per medium ad cõclusionem, incipit à potẽtia, mediatim in cognitione confusa conclusionis in medio: & cõsequenter naturaliter mediat inter potentiam & actũ vt in motu contingit. Et hoc modo vt⁹ est hic S. Thom. notitia medij, & non primo. Et ideo ratio est efficax. vnde signanter non dixit, quòd medium syllogismi fit medium motus, quamuis fuisset verum quo ad conditionẽ confusionis: sed ad excludendas calumnias, dixit quòd ipse actus rationis, scilicet discursus de vno in aliud peruenies, est quasi motus, vt insinuaret ex hoc q; de conditione ipsius cognitionis, vt progreditur de imperfecto ad perfectum, de confuso ad distinctum, loquebatur.

¶ Circa probationẽ maioris dubitatur de illa propositione, Actus rationis de vno in aliud præcedẽs. hoc est, de prima cõclusionem, est vt motus. Et autem ratio dubitãdi: q; hæc ratio est efficax, oportet q; cõclusio sit vt terminus motus, & ipse rationis discursus sit vt motus⁹. sic est, optimè cõcluditur idẽ: sitat

scendum vel operandũ: & hic vocatur intẽtio. Dũ verò persistit in inquisitione illius quod intẽditur, vocatur cogitatio. Dum verò id quod est excogitatũ examinatur aliqua certa, dicitur scire vel sapere: quod est phronesis vel sapientia. Nam sapientiæ est iudicare, vt dicitur in primo Meta.* Ex quo autem habet aliquis pro certo, quasi examinatũ, cogitat quomodo possit aliud aliis manifestare: & hæc dispositio interioris sermonis, ex qua procedit exterior locutio. Non enim omnis differẽtia actuũ potentias diuersificat, sed solã illa, quæ nõ potest reduci in idem principium, vt supra dictum est*.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum intellectus speculativus & practicus sint diuersæ potentiæ.

VNDECIMVM sic occ dit̃ur. Videtur q; intellectus speculativus & practicus sint diuersæ potentiæ. Apprehensiuum enim & motiuum sunt diuersa genera potẽtiarum. vt patet in secundo de anima.* Sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantùm, intellectus autem practicus est motiuus. ergo sunt diuersæ potentiæ.

¶ Præterea, diuersa ratio obiecti diuersificat potẽtiã. Sed obiectũ speculatiui intellectus est verũ: practici autẽ bonum. Quæ differũt ratione. Ergo intellectus speculatiuus & practicus sunt diuersæ potentiæ.

¶ 3 Præterea, In parte intellectiua intellectus practicus cõparatur ad speculatiuũ, sicut æstimatiua ad imaginatiuã in parte sẽsitiua. Sed æstimatiua differt ab imaginatiua sicut potẽtia à potẽtia, vt supra dictũ est*. Ergo & intellect⁹ practic⁹ a speculatiuo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in 3. de anima*, quòd intellectus speculatius per extẽsionem fit practicus. Vna autem potentia non mutatur in aliam. Ergo intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potentiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, q; intellectus practicus & speculatiu⁹ nõ sunt diuersæ potentiæ. Cuius ratio est, quia vt supra dictum est*, quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiã. Accidit enim colorato q; sit homo, aut magnum, aut parũ. Vnde omnia huiusmodi eadẽ visiua potentia apprehendũtur. Accidit autẽ alicui apprehensio per intellectũ q; ordinetur ad opus, vel non ordinetur. Secundum hoc autẽ differunt intellectus speculatiuus & practicus. Nam intellect⁹ speculatiuus est qui quod apprehendit nõ ordinat ad opus, sed ad solã veritatis considerationẽ. practicus verò intellectus dicitur qui hoc quod apprehẽdit, ordinat ad opus. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de anima*, quòd speculatiuus differt à practico fine. Vnde & a fine denominatur vterque. Hic quidem speculatiuus, ille verò practicus, id est operatiuus.

¶ AD PRIMVM dicẽdum ergo, quòd intellectus practicus est motiuus nõ quasi exequens motum, sed quasi dirigens ad motum. Quod conuenit ei secundum modum suæ apprehensionis.

¶ Ad secundum dicẽdũ, quòd verum & bonum seinuicem includũt⁹. Nam verum est quoddam bonum: alioquin nõ esset appetibile. Et bonum est quoddam verum: alioquin nõ esse intelligibile. Sicut igitur obiectum appetitus potest esse verum, inquantum habet rationem boni, sicut cùm aliquis appetit veritatem cognoscere: ita obiectum intellectus practici est bonũ ordinabile ad opus, sub ratione veri. Intellectus speculatiui autem est, quamuis per accidẽs aliquis illud ordinet ad opus: vt si quis triangulũ speculationem ordinet ad dualitatẽ, aut honorem. Secundò, quòd nõ est hic sermo de quibuscunque, sed de primis differentiis inter intellectum speculatiuum & practicum: distant enim primò præcisis differentiis, à quibus & nomen sumpserunt. Et propterea processus iste nullam patitur calumniam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ nonæ articulum duodecimum.*

ITulus, Synderesis, id est iudicatorium, ad bonum & malum quem sentimus in nobis de malo moris. Specialis cõtra communé. Potentia contra actum & habitum. Ita q̃ duo quæruntur, an hic murmur spectet ad quidam specialem potentiã animæ, an ad communem iam dictam, scilicet intellectũ. Et siue spectet ad intellectum, siue ad aliam potentiam, an sit ipsa potentia, an non.

¶ In corpore tria. Primò proponit responsionem appositis duab⁹ opinionibus contrariis. Secundò præmittit quoddam præsuppositum necessarium ad veritatem habendam. Tertiò probat propositam conclusionem.

¶ Quo ad primum, determinatio est, q̃ synderesis nõ est potentia, sed habitus. Prima opinio tenet, quod est potentia & specialis: alterior scilicet ratione. Secunda, q̃ est quidem potentia, sed non specialis, sed sub speciali ratione: tenet enim quòd est ratio nõ vt ratio, sed vt natura.

¶ Quo ad secundũ præsupponitur, quòd nobis sunt indita principalia operabilium sicut & speculabilium, quod probatur sic, Omnis ratio cum motus sit, à naturaliter notis est & terminatur resoluiue ad illa. ergo & ratiocinatio de operabilibus: ergo naturaliter sunt nobis indita operabilium principia. omnia patent.

¶ Quo ad tertium conclusio respõsiua est, Synderesis non est potẽtia, sed naturalis habitus in tellectus respectu principiorum in operabilibus. Probatur sic, Indita cognitio principiorum speculabilium, nõ est potentia, sed naturalis habitus intellectus speculatiui, ergo indita cognitio principiorum operabilium non est potentia, sed naturalis habitus: sed synderesis est talis prædicta cognitio operabilium principiorum ergo. Processus totus est notus: & minor probatur ab actu, scilicet instigare & murmurare: sunt enim hi actus à principiis naturaliter notis: ac per hoc ad vnum determinatis & immobilibus peruenientes. Et sic vt patet quomodo etiam illæ falsæ opiniones aliqualiter verum dixerint: est enim synderesis aliter ratione: quia immutabiliter ad bonum determinata est etiam ratio vt natura, id est vt determinata naturaliter ad verum operabile: quia tamen vtrumque horum indito habitu fit, ideo errarunt.

*in hoc art. & 7. & q. 63. art. 3.

400 2. dist. 24 q. 1. ar. 1. & veri. q. 16. art 1. & ar. 2. ad 4.

* Super illud, quatuor facies vni, &c.

*cap. 2.

*cap. 10.

*cap. 2.

*libr. 9. met. tex. 3.

*art. 8. huius q.

*cap. 6.

ctus enim practicus veritatem cognoscit, sicut speculatiuus, sed veritatem cognitã ordinat ad opus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd multæ differentiæ diuersificant sensitiuas potẽtias, quæ non diuersificant potentias intellectiuas: vt suprà dictũ est*.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum synderesis sit quædam specialis potentia ab aliis distincta.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd synderesis sit quædam specialis potentia ab aliis distincta. Ea enim quæ cadunt sub vna diuisione, videntur esse vnius generis. Sed in glossa Hiero. Ezech. 1.* diuiditur synderesis contra irascibilem. & concupiscibilem & rationalem: quæ sunt quædã potentiæ. Ergo synderesis est quædam potentia.

¶ Præterea. Opposita sunt vnius generis: sed synderesis & sensualitas opponi videtur, quia synderesis semper inclinat ad bonum, sensualitas autem semper ad malum: Vnde per serpentem significatur, vt patet per Augu. 12. de Trin.* Videtur ergo quod synderesis sit potentia, sicut & sensualitas.

¶ Præterea, Augu. dicit in lib. de Libero arbit. * q̃ in naturali iudicatorio adsunt quædam regulæ, & semina virtutum, & vera & incommutabilia. Hæc autem dicimus synderesim. Cùm ergo regulæ incõmutabiles quibus iudicamus, pertineant ad rationem secundum sui superiorẽ partem, vt Augustin. dicit 12. de Trinit.* videtur quòd synderesis sit idem quòd ratio. Et ita est quædam potentia.

¶ SED CONTRA, Potentiæ rationales se habent ad opposita secundũ Philosophũ*. Synderesis autẽ non se habet ad opposita, sed ad bonũ tantùm inclinat. Ergo synderesis nõ est potentia. Si enim esset potentia, oporteret q̃ esset rationalis potentia. Non enim inueniuntur in brutis.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ synderesis non est potentia, sed habitus: licet quidam posuerint synderesim esse quandã potentiam ratione altiorem: quidam verò dixerint eam esse ipsam rationem, non vt est ratio, sed vt est natura.

¶ Ad huius autem euidentiam considerãdum est, quòd, sicut suprà dictum est*, ratiocinatio hominis, cum sit quidã motus, ab intellectu progreditur aliquorũ, scilicet naturaliter notorum absque inuestigatione rationis, sicut à quodam principio immobili: & ad intellectum etiã terminatur, inquantum iudicamus per principia per se naturaliter nota de his, quæ ratiocinando inueniũtur. Constat autem quod sicut ratio speculatiua ratiocinatur de speculatiuis, ita ratio practica ratiocinatur de operabilibus. Oportet igitur naturaliter nobis esse indita, ficut principia speculabiliũ, ita & principia operabilium. Prima autem principia speculabiliũ nobis naturaliter indita nõ pertinent ad aliquam specialem potentiam, sed ad quendã specialem habitum, qui dicitur intellectus principiorũ, vt patet in 6. Ethi.* Vnde & principia operabilium nobis naturaliter indita nõ pertinent ad specialem potentiam, sed ad specialem habitum naturalem, quẽ dicimus synderesim. Vnde & synderesis dicitur instigare ab bonum, & murmurare de malo: inquantum per prima principia procedimus ad inuentiendum, & iudicamus inuẽta. Patet ergo quòd synderesis non est potentia, sed habitus naturalis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ q̃ illa diuisio Hiero. attenditur secundum diuersitatem actuum non secundum diuersitatem potentiarum. Diuersi autem actus possunt esse vnius potentiæ.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd oppositio sensualitatis & synderesis attenditur secũdum oppositionem actuum, non sicut diuersarum specierum vnius generis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ huiusmodi incommutabiles rationes sunt prima principia operabilium, circa quæ non contingit errare: & attribuuntur rationi sicut potentiæ, & synderesi sicut habitui. Vnde & vtroque, scilicet ratione & synderesi naturaliter iudicamus.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrum conscientia sit quædam potentia.

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd conscientia sit quædam potentia. Dicit enim Orige.* q̃ cõscientia est spiritus corrector & pædagogus animæ sociatus, quo separatur à malis & adhæret bonis. Sed spiritus in anima nominat potentiam aliquam. Vel ipsam mentẽ, secundum illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Vel ipsã imaginationẽ. Vnde & imaginaria visio spiritualis vocatur, vt patet per Aug. 12.* super Gen. ad lit. Est ergo conscientia quædam potentia.

¶ 2 Præterea, Nihil est peccati subiectum nisi potentia animæ. Sed conscientia est subiectum peccati. Dicitur ad Timot. 1. de quibusdã, quòd inquinatæ sunt eorũ mẽtes & conscientia. Ergo videtur quod cõscientia sit potentia.

¶ 3 Præterea, Necesse est quòd conscientia sit actus vel habitus, vel potentia. Sed nõ est actus, quia non semper maneret in homine. Nec etiam habitus, non enim esset vnum quid conscientia, sed multa. Per multos enim habitus cognoscitiuos dirigimur in agendis. Ergo conscientia est potentia.

¶ SED CONTRA, Conscientia deponi potest, non autem potentia. Ergo conscientia non est potentia.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ conscientia, propriè loquendo, non est potẽtia, sed actus. Et hoc patet: tum ex ratione nominis: tum etiã ex his quæ secũdum cõmunem vsum loquendi conscientiæ attribuuntur. Conscientia enim secũdum proprietatem vocabuli importat ordinẽ sciẽtiæ ad aliquid: nã conscientia dicitur cum alio scientia. Applicatio autẽ scientiæ ad aliquid fit per aliquẽ actum. Vnde ex ista ratione nominis, patet quòd cõscientia sit actus. Idem autẽ apparet ex his, quæ cõscientiæ attribuuntur. Dicitur enim cõsciẽtia testificari, ligare, vel instigare, vel etiã accusare, vel etiam remordere, siue reprehendere. Et hæc omnia consequuntur applicationẽ actus cuius nostræ cognitionis vel sciẽtiæ ad ea, quæ agimus. Quæ quidẽ applicatio fit tripliciter. Vno modo secũdũ quod recognoscimus aliquid nos fecisse, vel nõ fecisse secundũ illud Eccles. 7. Scit conscientia tua te crebro maledixisse aliis. Et secundum hoc conscientia dicitur testificari. Alio modo applicatur secundũ quod per nostrã conscièciam iudicamus aliquid esse faciendum, vel non faciendum. Et secundum hoc dicitur conscientia ligare vel instigare. Tertiò modo applicatur secũdum quod per conscientiam iudicamus, q̃ aliquid quod est factum sit benefactum, vel non benefactum. Et secundum hoc conscièctia dicitur excusare, vel accusare seu remordere. Patet autem quòd omnia hæc consequuntur actualem applicationem scientiæ ad ea quæ agimus. Vnde propriè loquendo, conscientia nominat actum. Quia tamen habitus est principium actus quandoque nomẽ conscientiæ attribuitur primo habitui naturali, scilicet synderesi: sicut Hier. in glos. Ezech. 1. synderesim conscientiam nominat: & Basilius* naturale iudicatorium. Et Damas.* dicit quòd est lux intellectus nostri. Cõsuetum enim est quòd causæ & effectus per inuicem nominentur.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd conscientia dicitur spiritus secundum quod spiritus pro mente ponitur, quia est quoddam mentis dictamen.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd inquinatio dicitur esse in conscientia non sicut in subiecto, sed sicut cognitum in cognitione: inquantum scilicet aliquis scit se esse inquinatum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ actus, etsi nõ semper maneat: semper tamẽ manet in sua causa, quæ est potẽtia & habitus. Habitus aũt, ex quibus cõsciẽtia informatur etsi multi sunt, omnes tamen

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ nonæ articulum decimũ tertiũ.*

ITulus clarus.

¶ In corpore duo iuxta duo membra inplicitæ distinctionis, scilicet Conscientiæ nomẽ sumitur dupliciter, scilicet proprie & cõmuniter. Primò, quid sit proprie: secundò, quid communiter.

¶ Quo ad primum conscièctia proprie est actus, non potentia aut habitus. Probatur dupliciter. Primò, ex quid nominis: secũdò, ex tribus generibus actuũ ei attributorum, scilicet testificationis quo ad præteritã, & ligationis quo ad futura, & excusationis quo ad bene vel malè & quo ad remordere.

¶ Quo ad secundũ conscientia cõmuniter sic accipitur, q̃ habitu. primò, scilicet synderesi, quæ est conscientiæ principalis radix & regula. Declaratur autoritatibus Hieronymi, Damasc. & Basilij: & redditur causa, quia consuetum est subiectum effectum nominari appellemus. & habitus ab actibus nuncupemus.

¶ *In corpore vna conclusio responsiua affirmatiuè: Necesse est ponere quandam animæ potentiam appetitiuam. Probatur, In cognoscentibus inuenitur formã altiori modo, quam in cognitione catẽlib⁹. ergo in illis inuenit⁹ inclinatio altior quam in istis, ergo appetitiua potentia. Antecedẽs pbatur, q̃ in reliquis forma determinat vnũquodq; ad proprium & naturale tantũ esse. In cognoscẽtibus autem non solũm ad hoc, sed ad alienũ & inẽtionale esse se extẽdit declaraf, q̃ sic anima est quodãmodo omnia. Prima cõsequẽtia fundatur super hoc, q̃ omnẽ formã sequitur proportionaliter inclinatio aliqua, quod patet tam in spiritu vt formã ignis sequit⁹ inclinatio sursum, quã in alienis, vt perfecta sequitur inclinatio ad generationẽ similium. Secunda verò cõsequẽtia fundatur super hoc, quòd talis superior inclinatio ad appetitiuam potentiã pertinet, cuius probatio inf. natur ex eo q̃ appetitiuum potentiam animal potest appetere nõ solum propria & naturalia tantum, secundi verò ordinis naturas sequetur inclinatio non solum ad naturalia, sed ad apprehensa, sunt enim & ipsæ apprehensa, illæ verò sunt tantum ipsæ. Et ex hoc vlterius sequitur quòd inclinatio rerum primi ordinis multiplicatur in eodem iuxta multiplicationem rerum, quemadmodum & esse proprium & naturale cuiusque cum re ipsa multiplicatur. Et propterea aliud est naturalis appetitus leuis ad esse superforn, & illius eiusdem ad generandum sibi simile, &c. Ille enim est ignitas, hic huius color, vel quicquid est suæ vis productiua. Inclinatio verò cõsequens naturas secundi ordinis non multiplicatur in eodẽ, iuxta rerum multiplicationẽ, sed est vna quæ dã specialis vis, alioquin proportionata non esset naturæ à qua fluit. Natura enim ipsa vna existẽs est ipsa, & alia. ergo & inclinatio ẽ proportionalis est debet se extẽdere ad vtraq; naturalia, & apprehensa. Ex amplificatione igitur naturæ, qua nõ solũ est ipsa, sed alia, oritur quod appetitus eius sit vn⁹ respectu vtrorũque ac per hoc sit specialis vis potẽtialis q; naturę. Et hoc fuit fũdamentum secundæ cõsequẽtiæ, vt patet in litera.

¶ In respõsione ad secũdũ memẽo, q̃ ea ratione dicit⁹ ens intelligibile aut sensibile apprehẽsionis obiectum, qua in 2. de Aut. dicitur visibile obiectũ visus. Non est intẽdirur in litera, q̃ ens sub ratiõe intelligibilitatis aut sensibilitatis sit obiectũ apprehẽsionis, sicut nec color sub ratiõne visibilitatis est obiectũ visus, sed inẽdit q̃ obiectũ apprehẽsionis est ipsum ens intelligibile quidẽ respectu intellectiuæ, & sensibile respectu sensitiuæ: ita q̃ diffinitio apprehẽsiuæ vis ab appetitiua in hoc stat, q̃ ratio obiecti illi⁹ est entitas, istius verò est bonitas siue conuenientia.

¶ In respõsione ad tertiũ nota hic, q̃ in cognoscẽtibus quemadmodũ est vtriusque ratio, s. naturæ & cognoscitiui, ita & vterq; appetit⁹, naturalis q̃ nihil est aliud quã ipsa naturalis potentia causata; ad suã pfectionẽ, & afalis, q̃ nõ fertur nisi ad actũ cognitũ. Et propterea videre, audire & alia huiusmodi, & etiã ipsum appetere dupliciter appetitiuus. Naturaliter secũdum partẽ, id est secundum actũ q̃ est forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquæq; appetit obiectũ sibi conueniens naturali appetitu, suprà quẽ est appetitus a ialis⁹ cõsequẽs apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiæ, vtpote visio ad videndum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum appetitus sensitiuus & intellectiuus sint diuersæ potentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ appetit⁹ sensitiuus & intellectiuus nõ sint diuersæ potẽtiæ. Potẽtiæ enim nõ diuersificãtur per accidẽtales differẽtias, vt supra dictũ est*. Sed accidit appetibili quòd sit apprehensum per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersæ potentiæ.

¶ 1 Præterea, Cognitio intellectiua est vniuersaliũ, & secundũ hoc distinguitur à sensitiua, quæ est singulariũ. Sed ista distinctio non habet locũ ex parte appetitiuæ. Cùm enim appetitus sit motus ab anima ad res, q̃ sunt singulares, omnes appetitus videtur esse rei singularis. Non ergo appetitus intellectiuus debet distingui à sensitiuo-

1. dist. 24. q. 1. ar. 1. q. 2. ar. 1. q. 3. & 4. & veri. q. 22. ar. 4. & 5.

402 3. dist. 27. ar. 1. q. 1. ar. 4. & veri. q. 22. ar. 5. & q. 24. ar. 12.

*cap.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ Articulum primum.*

ITulus clarus in se. Eius autem ratio est, quia cùm omnibus rebus attribuatur appetere suum bonũ, animalibus specialiter attribuitur, quod appetunt.

¶ In corpore vna conclusio responsiua affirmatiuè: Necesse est ponere quandam animæ potentiam appetitiuam. Probatur, In cognoscentibus inuenitur formã altiori modo, quam in istis, ergo appetitiua potentia. Antecedẽs pbatur, q̃ in reliquis forma determinat vnũquodq; ad proprium & naturale tantũ esse. In cognoscẽtibus autem non solũm ad hoc, sed ad alienũ & inẽtionale esse se extẽdit declaraf, q̃ sic anima est quodãmodo omnia. Prima cõsequẽtia fundatur super hoc, q̃ omnẽ formã sequitur proportionaliter inclinatio aliqua, quod patet tam in spiritu vt formã ignis sequit⁹ inclinatio sursum, quã in alienis, vt perfecta sequitur inclinatio ad generationẽ similium. Secunda verò cõsequẽtia fundatur super hoc, quòd talis superior inclinatio ad appetitiuam potentiã pertinet, cuius probatio inf. natur ex eo q̃ appetitiuum potentiam animal potest appetere nõ solum propria & naturalia tantum, secundi verò ordinis naturas sequetur inclinatio non solum ad naturalia, sed ad apprehensa, sunt enim & ipsæ apprehensa, illæ verò sunt tantum ipsæ. Et ex hoc vlterius sequitur quòd inclinatio rerum primi ordinis multiplicatur in eodem iuxta multiplicationem rerum, quemadmodum & esse proprium & naturale cuiusque cum re ipsa multiplicatur. Et propterea aliud est naturalis appetitus leuis ad esse superforn, & illius eiusdem ad generandum sibi simile, &c. Ille enim est ignitas, hic huius color, vel quicquid est suæ vis productiua. Inclinatio verò cõsequens naturas secundi ordinis non multiplicatur in eodẽ, iuxta rerum multiplicationẽ, sed est vna quæ dã specialis vis, alioquin proportionata non esset naturæ à qua fluit. Natura enim ipsa vna existẽs est ipsa, & alia. ergo & inclinatio ẽ proportionalis est debet se extẽdere ad vtraq; naturalia, & apprehensa. Ex amplificatione igitur naturæ, qua nõ solũ est ipsa, sed alia, oritur quod appetitus eius sit vn⁹ respectu vtrorũque ac per hoc sit specialis vis potẽtialis q; naturę. Et hoc fuit fũdamentum secundæ cõsequẽtiæ, vt patet in litera.

¶ In respõsione ad secũdũ memẽo, q̃ ea ratione dicit⁹ ens intelligibile aut sensibile apprehẽsionis obiectum, qua in 2. de Aut. dicitur visibile obiectũ visus. Non est intẽdirur in litera, q̃ ens sub ratiõe intelligibilitatis aut sensibilitatis sit obiectũ apprehẽsionis, sicut nec color sub ratiõne visibilitatis est obiectũ visus, sed inẽdit q̃ obiectũ apprehẽsionis est ipsum ens intelligibile quidẽ respectu intellectiuæ, & sensibile respectu sensitiuæ: ita q̃ diffinitio apprehẽsiuæ vis ab appetitiua in hoc stat, q̃ ratio obiecti illi⁹ est entitas, istius verò est bonitas siue conuenientia.

¶ In respõsione ad tertiũ nota hic, q̃ in cognoscẽtibus quemadmodũ est vtriusque ratio, s. naturæ & cognoscitiui, ita & vterq; appetit⁹, naturalis q̃ nihil est aliud quã ipsa naturalis potentia causata; ad suã pfectionẽ, & afalis, q̃ nõ fertur nisi ad actũ cognitũ. Et propterea videre, audire & alia huiusmodi, & etiã ipsum appetere dupliciter appetitiuus. Naturaliter secũdum partẽ, id est secundum actũ q̃ est forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquæq; appetit obiectũ sibi conueniens naturali appetitu, suprà quẽ est appetitus a ialis⁹ cõsequẽs apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiæ, vtpote visio ad videndum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum appetitus sit aliqua specialis animæ potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd appetitus non sit aliqua specialis animæ potentia. Ad ea enim, quæ sunt communia animatis & inanimatis, non est aliqua potentia animæ assignanda. Sed appetere est commune animatis & inanimatis, quia bonum est quod omnia appetũt, vt dicitur in 1. Ethic*. Ergo appetitus non est specialis potentia animæ.

¶ 2 Præterea, Potẽtię distinguũtur secũdũ obiecta. Sed idẽ est quod cognoscimus & appetimus. ergo vim appetitiuã non oportet esse aliam præter vim apprehensiuam.

¶ 3 Præterea. Cõmunẽ distinguitur cõtra propriũ. Sed quælibet potentia animæ appetit quoddã particulare appetibile, scilicet obiectũ sibi cõueniens. Ergo respectu huius obiecti qd est appetibile in cõmuni, non oportet accipi aliquam potẽtiam ab aliis distinctã quæ appetitiua dicatur.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus in 2. de Aia*, distinguit appetiuũ ab aliis potentiis. Damasc. etiam in 2. lib*. distinguit vires appetitiuas à cognitiuis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere quandam potentiam animæ appetitiuam.

¶ Ad cuius euidentiam considerandũ est, q̃ quanlibet formam sequitur aliqua incli natio*. Sicut ignis ex sua forma inclinatur in superiorẽ locũ, & ad hoc q̃ generet sibi simile. Forma autẽ in his, quæ cognitione carẽt*. In his enim, quæ cognitione carẽt, inuenitur tantũmodo forma ad vnum esse propriũ determinans vnumquodque, quòd etiã naturale vniuscuiusq; est. Hãc igitur formã naturalem sequitur naturalis inclinatio, q̃ appetitus naturalis vocatur. In habẽtib⁹ autẽ cognitionẽ sic determinatur vnumquodque ad proprium esse naturale per formã naturalẽ, quod tamen est receptiuum specierũ aliarum rerum. Sicut sensus recipit species omniũ sensibilium, & intellectus omniũ intelligibiliũ. Et sic anima hominis scit omnia quodãmodo secũdum sensum & intellectum, in quo quodãmodo cognitionẽ habentia ad Dei similitudinem appropinquant, in quo oĩa præexistũt, sicut Dionys. dicit. Sicut igitur formæ altiori modo existũt in habentibus cognitionẽ supra modum formarum naturaliũ, ita oportet q̃ in eis sit inclinatio supra modũ inclinationis naturalis, quæ dicitur appetitus naturalis. Et hæc superior inclinatio pertinet ad vim animæ appetitiuã, p quã animal appetere potest ea, q̃ apprehẽdit, non solũm ea ad quæ inclinatur ex forma naturali. Sic igitur necesse est ponere aliquam potentiam animæ appetitiuam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd appetere inueniturin habentibus cognitionem supra modum communem, quo inuenitur in omnibus, vt dictum est*. Et ideo oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd id quod apprehenditur & appetitur, est idẽ subiecto, sed differt ratione*. Apprehenditur enim vt est ens sensibile vel intelligibile, appetitur verò vt est conueniens aut bonum. Diuersitas autem rationum in obiectis requiritur ad diuersitatem potentiarum, non autẽ materialis diuersitas*.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnaquæq; potẽtia animæ est quædam forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquæq; appetit obiectũ sibi conueniens naturali appetitu, suprà quẽ est appetitus a ialis⁹ cõsequẽs apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiæ, vtpote visio ad videndum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum appetitus sensitiuus & intellectiuus sint diuersæ potentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ appetit⁹ sensitiuus & intellectiuus nõ sint diuersæ potẽtiæ. Potẽtiæ enim nõ diuersificãtur per accidẽtales differẽtias, vt supra dictũ est*. Sed accidit appetibili quòd sit apprehensum per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersæ potentiæ.

¶ 1 Præterea, Cognitio intellectiua est vniuersaliũ, & secundũ hoc distinguitur à sensitiua, quæ est singulariũ. Sed ista distinctio non habet locũ ex parte appetitiuæ. Cùm enim appetitus sit motus ab anima ad res, q̃ sunt singulares, omnes appetitus videtur esse rei singularis. Non ergo appetitus intellectiuus debet distingui à sensitiuo-

1. dist. 24. q. 1. ar. 1. q. 2. ar. 1. q. 3. & 4. & veri. q. 22. ar. 4. & 5.

403 veri. q. 15. ar. 1. cor. & q. 22. art. 4. Et 1. de anima lec. 10. col. 3. Et li. 3. lect. 14. col. 2. *q. 77. art. 3. & q. 79. art. 7.

*in cor.

b 309

c 385

Universidad de Deusto
Biblioteca

actiuum, sicut materia ex ordine ad formam. De hoc autem multa superius scripta sunt, quomodo scilicet huiusmodi entia diffinitur in ordine ad extrinseca.

¶ Circa minorem, dubium non parum occurrit, an appetibile moueat appetitū in genere causę efficientis. Habet enim hoc diffinitum simpliciter, & in via S. Tho. Si simpliciter quidem, quia si mouet actiue, aut efficit in appetitu aliquid præsentialiter actioni, aut actum ipsum. Nō aliquid præuiū. Tum quia fictio est ponere tale ens præuiū, vt patet ex diuisione facta 6. Ethic. de his, quæ sunt in anima. Tum qa ipsum apprehensum est sufficiens ratio appetendi ipsi appetitui. Nec *tex. 51. actum ipsum, quia aut vt agens totale & sufficiens, & hoc non, quia tunc peritet libertas, vo luntate parę passiuę cōcurrente ad actum sui, aut vt agens partiale. & hoc videtur inconueniens. Tum quia effectus totaliter liber qualis est electio non esset totaliter, sed partialiter liber, quia ab vna causa partiali naturali, & obiecto, & alia libera, scilicet voluntate. Tum quia scrutandum restat, an ista duæ causæ, obiectum scilicet & appetitus, se habeant sicut causæ, quarum neutra aliquid ab altera recipit in seipsa, sed cōueniunt tantum in vno effectu, an sicut illæ quarum altera à reliqua suscipit, & si sic, dicendum est, quid & quomodo. Si autem non mouet actiuè, falsum est, in primis q appetitus sit potētia passiua. Nulla quo que erit efficax via ad probandum aliquid pari ab alio, si appetitus quem experimur ab appetibili moueri, negamus pari ab ipso, dicētes quòd ipse seipsum agit ad præsentiam appetibilis, & non apetibile mouet ipsum, hoc enim modo dicemus quoq; de intellectu respectu obiecti, hoc de sensu respectu sēsibilis, quin etiam de ligno respectu comburentis. In doctrina verò S. Th. specialiter est hoc difficile, quia hic exoresse ponit voluntatem in genere potentiæ passiuę, vt distinguitur contra actiuam, & apprehensum in genere actiui vt distinguitur cōtra passiuum. Et tamen inferius 96. 82. art. 4. cùm arguisset, q. si voluntas mouet intellectū mouens moueretur à moto, quòd est impossibile per se loquendo. Respondendo dicit has motiones esse diuersorum generum, quia apprehensum mouet in genere causę finalis, voluntas effectiuę. Vbi expressè negare videtur quæ hic dicit, quia si appetitus ab apprehensō mouetur vt agens à fine, ergo appetitus non est in genere potentiæ passiuæ vt distinguitur contra actiuam, vt hic dicit. Et rursus, ergo appetibile non mouet appetitum, vt actiuum passiuum. Et rursus, ergo ratio hic facta cum hoc articulo perit.

¶ In hac dubitatione multa possent dici, breuiter tamen ac radicaliter tractando rem, tria faciam, primò opiniones perstringam. Secundo veritatem. Tertiò obiectis respondebo.

¶ Quo ad primum opiniones simpliciter sunt tres. Alij tenent solum appetitum esse causam actiuam volitionis, & in his sunt Sco. in 2. dist. 25. Henri. & Capreolus. quamuis fortè de causalitate obiecti differant, quia aut ponitur causa sine qua non, vel temouens prohibens, scilicet pura ignorantiam, aut etiam causa formalis & finalis. Alij verò tenent solum obiectum esse causam actiuam, & in his dicitur Gotfredus. Alij autem tenent vtrunque, obiectum scilicet & appetitum actiuè concurrere. Et in his Hereueus, Greg. & Adam videntur. Opiniones verò in via S.T. sunt duæ. Capreolus enim Bernardum de Ganaco sequens, tenet apud S. Tho. obiectum non actiuè, sed formaliter & finaliter tantùm concurrere. Aliis autem videtur, quòd etiam apud Sanct. Thom. actiuè concurrat, particulariter tamen.

Secundò dici potest quòd etiam sumendo vniuocè hic & ibi naturale, adhuc saluatur intrùm: quia cùm loquimur de amore elicito, semper supponitur cognitio, eo quòd incognita diligere nequaquam possumus: & propter ea omnis inclinatio voluntatis ad amandum, est ad cognitum. Vnde quælibet creatura intellectualis inclinatur naturaliter ad plus amandũ Deum cognitũ, quàm se cognitam. Sed quoniam ipsamet est sibi naturaliter euidens ideo simpliciter naturaliter se amat. Deò verò nõ naturaliter est creaturæ euidẽs: & ideo in litera dicitur quòd non naturaliter amat. Vnde consequentia opposita est neganda. Et ad probationem distinguendum est de Deo cognito, vel non cognito. Et hæc intelligẽ extendendo literam ad Deum vt est omnis esse principium naturale: quoniam si euidens esset, naturaliter amaretur plus quàm viuere & & esse proprium.

¶ Circa id quod supponit conclusio ista, scilicet quòd omne volitũ aut amatur vt vltimus aut ad finem: dubiũ occurrit ex Scoto in primo distinctio. prima, quæst. 3. & in 4. distinct. 49. quæst. 10. quòd enim hoc hic supponatur, patet ex eo quòd aliter, non euacuaretur sufficienter quæstium: quæritur enim hic, an omnia de necessitate voluntas velit. Et respõdetur tanũm de fine, & eo quod propter finem amatur, quasi omnia amentur aut vt finis, aut ad finem. Si namque tertium esset appetitorum genus, satisfactum non esset quæsito, quòd autem dubium hoc sit, ex contraria Scoti opinione habetur. Distinguit ergo primò in communi ipse triplex genus appetitorum, scilicet finem, & ad finem, & neutrum: & probat. Primò, quia voluntati potest offerri tripliciter bonum, scilicet propter se, propter aliud, & absolutè: primum habet rationem finis, secundum ad finem. tertium neutrius. Secundo in speciali arguit, quòd non quicquid appetitur, appetitur propter hunc finem, qui est beatitudo. Primò, quia voluntas potest velle aliquid, non propter beatitudinem, vt ly non, teneatur purè negatiuè. Tum quia non quandocunque voluntas vult aliquid, intellectus cogitat de beatitudine. ergo nec ipsa vult propter beatitudinem. Tum quia intellectus potest cognoscere, & offerre alliquid vt in se bonum non vt ad beatitudinem: ergo & voluntas potest velle absolutè illud. Secundò, quia voluntas potest velle aliquid non propter beatitudinem: vt ly non teneatur contrariè, vt pater in certè tenente beatitudinem in Deo, &c. & fciente fornicationem contrariari, & tamen volente fornicationem.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis sciendum est, quòd id quod facit dubitare in re hac, est: quia quædam sunt quæ absolutè velle aut nolle dicimus: quæ tamẽ in ordine ad finem aliter voluntas appetit: vt patet de proiectione mercium in mare: hanc enim nauta nolle dicitur, & tamen attento fine, salute scilicet quę ex alleuiatione nauis speratur vult. Vnde videtur quòd, proiectio mercis sit obiectum nolitionis: nec vt finis, nec vt ad finẽ: & similiter accidit in aliis huiusmodi. Verumtamen si diligentius consideremus, non est hoc tertium genus appetibilium: sed later ibi quidam appetendi modus, participans modum quo appetitur finis, & modum quo amatur quod est ad finem, & ideo medius non per abnegationem, vt Scotus dixit, sed per participationem, sit tamen sic in hac materia loqui licet, appetuntur siquidem hæc vt ad finem: & non formaliter, sed virtualiter. Ideo namque Christus & Martyres volebant vitam, & non mori absolutè, quia hæc absolutè consonant beatitudini, quam naturaliter appetũt: quod est virtualiter propter finẽ appetere. Et tursus appetuntur hęc vt finis pro quanto habent hanc condstionem finis, q̃ propter bonum aut malum proprium in eis amantur vel refutantur: & non vt actualiter relata in aliud. Quocirca quia medium modò huius, modo illius extremi inducit rationem, ideo sapientis erit Iectoris discernere quomodo iuxta diuersa proposita hæc amari aut odio haberi dicantur, Ex his patet autem responsio ad Sco. nam quamuis sit aliquod bonum secundum propriam bonitatem, non tamen sine depẽdentia à primo bono & non solùm ita in re & appetibilitate ex parte rei, sed proportionaliter quo ad nos: ita q̃ licet multa sint à nobis appetibilia propter proprias bonitater, non tamen sine dependentia ad primum appetibilẽ à nobis, quod est beatitudo in communi, sicut nullum complexum est cognoscibile sine dependentia ad prima cognita à nobis, scilicet prima principia propter ordinem essentialem omnium ad primum. Falsum est ergo inueniri tertium appetibile per abnegationem vtriusque: nec intellectus potest proponere absque actuali vel virtuali seu implicita dependentia ad beatitudinem: & similiter nec voluntas potest aliter velle. nec obstat de fornicatore ex proposito, &c. Quoniam nihil refert bonum vel apparens in ordine ad beatitudinem absolutè: putat enim nonnihil beatitudinis participare, faciendo quod vult. At si instetur inferẽdo: igitur præter finem, & ad finem est neutrum: siue illud sit medium per abnegationem, siue per participationem dicendum est, quòd secundum veritatem simpliciter loquendo, quodlibet quod actualiter appetitur, aut vt finis, aut vt ad finem appetitur: quoniam & mortem recusant martyres propter esse, & ipsam acceptant propter Christum: & similiter naut a mercis iacturam recusat propter bonum tuendum: & illam vult propter euasionem: & sic de aliis.

¶ Circa illa verba literæ, scilicet q̃ voluntas videntis Deum necessariò inhæret Deo: dubium occurrit ex Scoto in primo, dist. 1. q. 4. & consistit vis rationis sue in hoc, Voluntas Pauli videntis & non videntis Deum eodem modo se habet: & non videndo contingenter inhæret Deo: ergo etiam videndo contingenter inhæret. Antecedens probatur quia stat æqualem esse charitatẽ in vidente, & non vidente. Et si diceretur quòd voluntas non eodem modo se habet in vidente & non vidente propter ipsam differentiam quę est inter visum & non visum: contrà, Deus visus à seipso cognito & viso, non differunt nisi sicut magis & minus approximatum obiectum: ergo non differet tingenter amatis. Et penes necessariò & cõtingenter amatis differentes magis & minus approximatum obiectum. Antecedens probatur, quia maior & minor approximatio à genitis non facit necessarium vel contingens: sed magis vel minus: ergo patet.

409 3. dist. 27. q. 1. a. 4. Et vera. 2. 2. 2. 26.

¶ Ad hæc breuiter dico, quòd voluntas non eodem modo se habet quoniã aliter se habet respectu visi quam non visi ad obiecti differentiam: quæ hæc spectãt per se ad obiecti differentiam: eo quòd bonum cognitum & non bonum absque cognitione est obiectum voluntatis. Et falsum est quòd visum & non visum differant nisi magis & minus in eadẽ specie: imò differunt sicut res diuersarum rationum obiectiua autem ita quòd Deus visus est obiectum diuersæ rationis obiectiuæ à seipso cognito citra visionem. Quòd si quis non penetrat ex hoc, percipiat effectu quòd visus habeat, non visus, non. Constat enim quòd beatus est aliquo rationis à non beato. Cætera autem argumenta vide si vis in Capreolo in primò, distinctio. prima. quæstione tertia.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli quatuor. Primò distinguitur titulus. Secundò respondetur iuxta primum sensum. Tertiò iuxta secundum. Quarto colligitur totalis responsio in speciali.

¶ Quo ad primum, Nobilius dupliciter, simpliciter, & secundum quid. Declarantur termini: nobilius simpliciter, id est secundum se: secundum quid, id est in ordine ad alterum.

¶ Quo ad secundum, Intellectus est potentia nobilior simpliciter, quàm voluntas. Probatur sic. Obiectum intellectus est simpliciter nobilius obiecto voluntatis. ergo. Antecedens probatur quia est simplicius & magis absolutum: quòd probatur: quia est ipsa ratio boni, quod est obiectum voluntatis: constat enim quòd ratio simpliciter & absolutior est eo cuius est ratio. consequentia probatur: quia propria ratio potentiæ est secundum ordinem ad obiectum.

¶ Quo ad tertium, Voluntas est interdum nobilior secundum quid intellectu. Vbi nota duas conditiones, scilicet secundum quid, & interdum Probatur sic. Obiectum voluntatis interdum inuenitur in altiori re, quàm sit obiectum intellectus. Ergo voluntas secundum quid est interdum nobilior intellectu. Antecedens probatur sic, Obiectum voluntatis est in rebus, intellectus in anima: ergo est interdum in altiore re, quàm obiectum intellectus. Hoc antecedens probatur dupliciter. Ratione, quia actio voluntatis terminatur ad res in se intellectus verò ad rationem conceptam. Et autoritate Aristo. 6. Meta. consequentia vero hæc secunda declaratur: quia interdum res in qua bonum amatur, est altior anima, vt Deus: interdum inferior, vt creatura corporalis. Prima vero consequentia principalis declaratur: dupliciter, primò exponendo quòd hoc est esse nobilius secundum quid ex ratione comparationis ad alterum habere scilicet obiectum interdum in altiori re. Secundò exemplo de visu & auditu respectu rei colorate & rei sonoræ.

¶ Quo ad quartum tria concluduntur, scilicet amor Dei est nobilior cognitione eius. Cognitio corporalium nobilior est eorum amore. Simpliciter autem est intellectus nobilior voluntate.

¶ Circa rationem pro prima conclusione dubium occurrit quadruplicter: primò Sco. in 4. distinctio. 49. quæstio. 4. arguit contra illam propositionem. Ratio veri est nobilior ratione boni. Quia aut intendis realiter, & sic est falsum: quia sunt vna res & consequenter neutra secundum rem est altera nobilior. Aut secundum rationem cõsequentem opus intellectus: & sic non est ad propositum quia hoc est relatio rationis: constat enim quòd relatio rationis non est formalis ratio primi obiecti intellectus aut voluntatis aut secundum quid sit rationis. dentem opus intellectus ex natura rei: & tunc oportet probare, quòd sit rationes, scilicet boni & veri, addant aliquid absolutè supra rationem entis. Quoniam tunc duarum rationum distinctarum supponitur alteram altera esse nobiliorem, quando non sunt formaliter relatiuæ.

¶ Secundò arguit cõtra illam aliam propositionem suppositam, scilicet bonum est obiectum voluntatis, & verum intellectus. Primum, inquit est dubium: secundum verò est falsum, vt in primo, distinctione 3. quæstione 3. probatum fuit. Sed ad hoc dictum est in quæst. 16. art. 3.

¶ Tertio arguo contra illam propositionem: Quantò aliquid est abstractius, tantò nobilius. Aut loqueris de abstractione secundum esse, aut secundum rationem. Si secundum rem quamuis maior sit vera, minor tamen est falsa: quia ratio veri non est absolutior ratione boni secundum rem, cum sint vna res verum & bonum. Si secundum rationẽ, quamuis minor sit vera, ipsa tamen propositio maior euidens non est: quia abstractio negatio est nulla dicés perfect

perfectionem nisi fortè rationem perfectionis negatæ, puta materiæ vel potentiæ. In proposito autem constat quòd verum non dicitur abstractius: quia magis recedat à materia aut potentia, cùm bonum, à quo abstrahi dicitur verum, neq; materiam neq; potentiam aliquam includat: vt patet ex eo quod actus purissimo conuenit, ergo ex hoc, quòd abstractius est verum, nõ habetur quod sit nobilius, quòd optimè habeatur, q̃ sit prius natura.

¶ Quartò arguo contra probationẽ antecedentis, f. q̃ ratio ipsa boni est obiectũ intellectus: bonum autem ipsum est obiectũ voluntatis. Primo, quia falsa ac chimerica videt differẽtia ista inter bonũ, & boni ratio ne, q̃d ista intellectus, illud voluntatis sit: quoniã boni ratio bonitas est. Bonitas autem ratio formalis est obiecti voluntatis, eo q̃ bonũ, inquãtũ bonũ, appetibile est, primo Ethic. ergo & bonitas, & bonũ ad voluntatem spectant: imò plus, ergo est implicatio in adiecto: quòd bonum sit proprium obiectum voluntatis, & bonitas non sit obiectum illius. Secundò, quia aut nomine Obiecti intendis obiectum formale: aut tantummodo esse obiectum, id est terminare actum illius potentiæ: obiecti illi, &c. Si de obiecto formali locutio sit, falsum manifestè est, quòd boni ratio sit obiectum intellectus nam obiectum formale intellectus est entis aut veri ratio, non boni. Cuius ratio est obiectũ formale voluntatis. Si autem per esse obiectum intellectus & voluntatis, nihil aliud intendis quam terminare actus & voluntatis, intelligi scilicet & amari: Primò sequitur quòd differentia assignata nulla est, quia hoc modo non solùm boni ratio, sed bonum est obiectũ intellectus. vtrumque enim intelligitur, & vtrunque similiter est obiectum voluntatis, quia vtrunque amatur. Secundò sequitur quòd non habeatur intentum: quia ex nobilitate diuersa formalium obiectorum, iudicanda est nobilitas simpliciter & secundum se potentiarum quæ in litera inquiritur: & non ex nobilitate partis subiectiuæ obiecti, qualis est boni ratio respectu obiecti intellectus.

¶ Contra conclusionem ipsam arguit Scot. ex dictis in secũda conclusione. primò sic: Amor superiorum est nobilior cognitione eorum per te, ergo actus voluntatis secundum genus suum est nobilior actus: ergo voluntas intellectu. tenet sequela: quia si optimum est nobilius optimo: ergo & genus genere, & species species. Secũdo sic: Actus coniungens obiecto secundò nobilius esse est nobilior simpliciter: sed actus voluntatis respectu obiecti beatifici coniungit obiecto secundum nobilius esse, quia vt in se est: actus verò intellectus, vt est in cognescente. ergo. probatur maior, quia actus intantum habet perfectionis rationem, inquantum coniungit obiecto perfecto. qui ergo ex genere suo coniungit obiecto secundum perfectius esse, est ex genere suo simpliciter perfectior.

¶ Circa differentiam positã inter intellectum & voluntatem in secunda conclusione ex autoritate Aristo. dubium occurrit ex Scoto vbi suprà. Inquit enim quòd in hoc non est differẽtia inter intellectum & voluntatẽ, quoniam proportionaliter vterq; ad extrà & intrà terminatur. Nã cognitio intuitiua terminatur ad rẽ in & similiter dilectio illam sequẽs. Et cognitio abstractiua terminatur ad rem in anima: & similiter dilectio illã sequens: ergo nulla est differẽtia. Auoritasve-rò Philosophi nõ iuuat: quia loquitur de cognitione abstractiua, & de voluntate deficeratiua, nõ respectu obiecti, sed respectu termini seu effectũ, q̃ res futura est.

¶ Ad obiectiones Scoti cõtra illam propositionẽ, Ratio veri est nobilior ratione boni, respondetur, quòd vt pluries dictũ est sermo est de rationibus formalibus rerum, distinctis tamen actualiter sola ratione. Ita q̃ ipsæ rationes non sunt ab realitate: sed distinctio earum actualiter. Cùm ergo arguitur, aut est nobilior realiter, &c. dicitur q̃ est nobilior formaliter seu secundum rationem formalem præcisionem intellectus opus, tam in se quàm in sua distinctione virtuali ab alia vt comparatio secundũ nobilitatem habeat distinctionem extremorum præcisionem. Vnde nõ est opus fingere distinctionẽ aliquam actualem ex natura rei inter eas: ad omnia enim sufficit, quòd distinguatur virtualiter. Distinguit enim virtualiter est habere & vẽdicare sibi omnia ad distinctionem pertinentia, ac si essent distincta: vt in materia de distinctione diuinorum dictum est. Nec oporter propterea supponere aut probare, quòd rationes istæ addãt res, absolutas supra ens: sed ad hoc vt vna altera nobilior sit, sufficit quòd res relatiuè concepta vel conceptibilis nobilior sit sic relatiuè sumpta. quàm sic etiam relatiuè sumpta.

¶ Ad obiectionem contra illam propositionem, Quanto aliquid est abstractius, &c. respondetur q̃ propositio verificatur de abstractione formali in communi, sine secundum rem, siue secundum rationem: cæteris tamen paribus. Non enim quantitas mathematica est nobilior simpliciter subsistãtia sensibili: quãuis sit abstractior, quia huius natura est subsistantia illius accidens. Et cùm dicitur, q̃ nega tio communitionis cum alio non dicit perfectionem nisi ratione imperfectionis negatæ, cõcedituR. Et dicitur quòd quia abstractio formalis incipit ab exclusiõe materiæ. & cõtinuè sic endo excludendo potentialitatis gradus, signũ est q̃ quòd cum ventũ fuerit ad eas rationes formales, quæ nullã materiæ aut potentiæ rationem claudunt: quòd quãtò aliqua est abstractior, tantò perfectior, vtpote nonior & magis distans ab his quæ potentiã claudunt. Cùm enim omnes rationes formales ordinem inter se habeant. & ad vnam primam, scilicet ratiorem abstractissimam: consequens est quòd quanto aliqua ratio minus abstracta est, tantò vicinior est his quæ sunt potentialitati admixtæ: & quãto abstractior, tanto ab his remotior: ac per hoc nobilior & perfectior secundum seipsam.

¶ Ad obiecta autem contra illam differentiam inter bonum & boni rationem, respondetur, quòd male intelligitur litera, nec penetratur intentio eius.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in re qualibet sunt duo, quidditas & existentia, non curando pro nunc quomodo distinguantur. Inter hæc autẽ hanc non tam ratione quàm experiẽtia videmus differentiam: quòd quidditas est ratio rei quòd intelligatur: existere autẽ quòd appetatur. Experimur siquidẽ quòd sanitas non minùs intelligitur si non est quàm si est: nullus tamẽ appetit sanitatem nisi vt sit, aut quia est. Intantũ autem propriũ est existentiæ appeti, & quidditati intelligi, vt ipsa existentia non qualitercunq; sed in actu exercito in re vel

*In spe sit ratio appetibilis vt sic. Ita q̃ nullius quod quid erat esse etiã ipsa existentia sit quidditas illius, desideratur, amatur, aut delectat nisi vt sit, aut quia est in actu exercito. Et similiter ipsum quod quid erat esse, nõ qualitercunq; sed in actu exercito ipsius quod quid est (si tamẽ, sic loqui licet in hac re vbi nullum est exercitium) id est vt habet rationẽ quidditatis, id est vt non curat de actu exercito existentiæ, est ratio intelligibilis vt sic. Ita q̃ etiã si ipsum existere in intelligitur, inquantũ intelligitur induit rationẽ quidditatis: quoniã accidit sibi vt sic exercitiũ existẽtiæ: intelligunt enim ipsum esse tale qd Nec ideo intelligitur: quia actum habet existẽtiæ, quamuis ipsa existentia sit cognita.

¶ Ex hac autẽ differẽtia oritur primò, q̃ in primo* adequato obiecto intellectus sint duo. f. ratio obiectiua, puta quod quid erat esse entis: & cõditio obiectiua, f. tatio seu modus quidditatis ita q̃ ens significat obiectum intellectus ex parte rationis obiectiuæ: quod quid est autem significat idem ex parte cõditionis obiectiuæ. Oritur secundò intenta differentia in litera, q̃ obiectũ intellectus sit abstractus obiecto voluntatis: quia quælibet res vt habet rationẽ quod quid est, est abstractior seipsa, vt habet actũ existẽtiæ, illo modo est obiectũ intellectus: hoc voluntatis. Vbi aduerte diuinũ S. Tho. ingenium: quòd cũ de nobilitate inter obiectũ intellectus & voluntatis tractaret: & in obiecto vtroq; sit considerare duo, f. rationẽ obiectiuã & conditionem obiectiuam secundũ quam ratio obiectiua obiecti est: & rationes obiectiuæ sint vna res non solũ realiter: sed formaliter, seclusis relationibus rationis vt patet de entitate & bonitate, ad ostendendã differentem eorum nobilitatem, ad conditiones obiectiuas se cõuertit & obiecta intellectus & voluntatis vt obiecta sunt formaliter & per se cõsiderans ostẽdit q̃ obiectũ intellectus est abstractius, id est ratio formalis obiectiua intellectus vt obiicitur intellectui, est abstractior ratione forma li obiectiua voluntatis, vt obiicitur voluntati: sed ratio vt obiicitur voluntati: sed ratio vt obiicitur voluntati: sed ratio etiam q̃ illa ratio sit eadem cum ista: ita q̃ abstracto maior directè ponitur in cõditione obiectiua: ac per hoc in obiecto, vt obiecti est: & quòd ita sit, quia obiectum intellectus est res vt quod quid est: voluntatis autẽ, vt habens esse. Constat enim quod quid est abstractius vt habens esse: ita quòd in ipso Deo cuius quod quid est, est cõditio obiectiuæ: per hoc cõstituit obiectum intellectus in esse obiecti, vt patet ex dictis. Nec hoc magis conuenit rationi boni quàm veri & cuiuscunq; alterius quoniã hoc conuenit rationi vt ratio est: sed addueta est boni ratio magis quàm aliorũ quia ad ipsum finẽ cõparatio. Et hæc est directè & explicitè intentio literæ: ac si diceret quod bonum abstractiori modo offertur intellectui: quia per modum rationis & quod quid est, quàm voluntati: qui per modum ipsius entis boni, & ideo obiectum intellectus vt sic abstractius est quàm obiectum voluntatis vt sic. Quia tamen implicitè subintelligitur in obiecti nomine etiã ratio formalis obiectiua sit conditionata: potest de ratione illa quoq; implicitè tacta saluari litera, quãuis non sit opus, dupliciter. primò: quia ens & bonũ conuertuntur, & sunt idẽ. Et nulla est entis ratio quæ non sit boni ratio: cùm ratio entis sit ratio obiectiua veridicè quoq; dici potuit: q̃ boni ratio est obiectũ formale intellectus, boni enim ratio non solum bonitas, sed entitas est & quæcunq; alia ratio. Dicitur secũdo, & in idẽ redit conclusio, q̃ boni ratio infinuat omne quod quid est vt sic: fecit enim S. Th. vt soliti sunt Doctores, ab vno infinuare cætera, Meritò, aut meminit nudis rationis bonitquia respectu obiecti voluntatis quod bonum est, maiorem abstractionẽ ostendere volebat in obiecto intellectus: ita q̃ perinde est ac si diceret obiectum intellectus esse abstractius obiecto voluntatis. manifestat, quia etiã in ipso volũtatis obiecto id quod intellectus obiecti est, vt sic abstractius est, eo q̃ voluntati obiicitur: quoniam voluntati obiicitur ipsum bonũ, intellectui autem illius ratio. Nec fallaris ex his concipiendo aliud esse q̃ apprehendiтur, & aliud quod appetitur: cum impossibile sit appeti incognitum: ac per hoc idem, & secundum idem oportet esse appetitũ & cognitum, sed accipe ex his quòd idem & secundum idem est appetitum & cognitum. Sed tamen & ratio & condtio obiectiua cogniti vt sic, est alia ratione & condtione appetiti vt sic: & quoad hæc obiectum intellectus est, abstractius obiecto voluntatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad obiectiones Sco. contra conclusionẽ ipsam respondetur. Et primo negatur sequela. Ad probationem dicitur. q. illa maxima, Cuius optimum est nobilius optimo, &c. intelligitur de nobiliori & perfectiori simpliciter: non autem secundum quid, modo amor suptionis est nobilior secundũ quid cognitione eorum: vt in litera dicitur, non simpliciter. Secundæ vero distinguitur dupliciter maior, scilicet actus cõiungens obiecto secundũ perfectius esse est nobilior. Primò, qñ potest dupliciter intelligi: primo de pfectiori esse obiecti vt obiectum est, & sic vera est: sed minor falsa, scilicet q. actus voluntatis iũgat obiecto sc̃m perfectius esse: quia vt in litera ostẽditur, obiectum intellectus vt obiectũ, est nobilius, quia abstractius, & cõsequẽter perfectius vt obiectũ. quia in his idẽ nobilius est & melius. Alio modo de pfectiori esse obiecti vt res est: & sic dxo q. minor esset vera, maior est falsa. Secundò, qñ potest intelligi de obiecto absolutè: & sic tantũmodo est ad propositum, vt in tali materia puta superiorũ, & sic nõ infert ni si maiorẽ nobilitatẽ secundũ quid. Resoluendo igitur obiectionẽ, si sermo est de obiecto absolutè vt obiectum est, negatur minor. Et ad p batiõnẽ quia esse in re est perfectius quàm esse in anima respondetur primò, quod hoc non est verum vniuersaliter: & consequenter nec absolutè, vt patet de inferioribus. Secundò, q. falsum supponitur, scilicet quod obiectum intellectus vt sic cõstituatur per esse in anima: quamuis esse in anima sit vna conditio illius: actus enim intellectus coniungit obiecto absolutè vt quicquid est, in se est, & per hoc debet primò ab actu voluntatis cõiungẽti obiecto vt exerc̃et esse. Modo dicitur quod licet actus coniungens obiecto secundum esse extrà coniungat obiecto secundũ perfectius esse vt res: quàm actus coniungens obiecto absolutè: tamen contra iste coniungit obiecto secundum perfectius esse vt obiectum est, quàm ille: quia secundum abstractionem modum. Et quia nobilitas potentiarũ attenditur penes nobilitatẽ obiectorum, nõ vt res: sed vt obiecta sunt: ideo simpliciter intellectus nobilior est voluntas. Si verò sermo est de obiecto tali, puta beatifico: vt Sco. in situat, tunc distingue vel in via, vel in patria. Et dic q. ratio concludit amorem talis obiecti in via: esse nobiliorem cognitione: non autem in patria, quia æquè nobile imo idem est esse Dei in se & in anima Beatorũ: quia secundũ essentiam immediatè intelligitur: & cõsequẽter remanet actus intellectus nobilior nobilitate sui generis, & non excessus nobilitate secundũ quid: vt in via excedatur.

¶ Ad ea quæ contra differentiam inter intellectũ & voluntatem in secũda conclusione, ex Arist. ponitur obijcit Scot. dicitur q. quia Philosophus obedit ratio ni cui sensus testimonium perhiberet, & in nobis nulla experimur cognitionẽ intuitiuam secundũ intellectũ: ideo in 2. de Anima Arist. inter obiectum intellectus & sensus, differentiam esse dixit, quòd illud in anima, illud extra animam est. vnde sicut hoc non impugnatur: ita nec impugnari debet idem repetitum in 6. Metaph. in ordine ad voluntatem: vt vbique enim dicit obiectum intellectus esse in anima. Et verum est. Tum quia intuitiuam cognitionem non experimur. Tum quia absolutè loquendo de intellectione & non tali vel tali, puta intuitiua: intellectum vt sic intelligente habetur, id est eius intelligitur vt vnitur intelligenti, amaturve eo contra, vt amans veitur amato: & hoc saluatur in omni cognitionis modo, etiam intuitiuo. Vnde si nõ est quo ad tẽ, saltẽ quo ad modũ semper intellectus obiectum est intrà, voluntas autẽ extrà. Et hæc est prima differẽtia in qua deficit Sco. Secunda est ex parte voluntatis, cum dicit, quòd dilectio sequẽs cognitionem abstractiuã terminatur ad intrà: manifestè experimur, quòd abstractiuè cognoscimus balneum, & amamus illud secundum esse extrà, volumus enim extrin secus balneari: & nõ balneari intrinsecaliter. Et cũ dicit, quòd hoc est respectu voluntatis desiderativæ, non respectu obiecti, sed termini aut effectus, tuas glo. est: quoniam hoc experimur, nõ solum respectu desiderij, quo optamus futura, sed respectu amoris quo amamus rem absolutè. Intelligentes enim abstractiuè amicum, amamus ipsum secundum esse reale suum, & nõ intentionale. Rursus quod dicitur respectu termini seu effectus non obiecti, falsum est: quoniam obiectum desiderantis balneum est id quod desideratur, quod constat esse balneum extrà, quãuis hoc idem sit terminus actionis executiuæ et desiderio prouenientis. Stat ergo solida differentia assignata, & quo ad modũ simpliciter, & quo ad tenitu nobis: secundum eos quos experimur actus.

¶ In responsione ad primum nota tripliter em̃ comparationẽ inter bonum & verum. Prima est secundum se ipsa: & sic bonũ ratio magis dicitur ad alterum, ratio vero veri dicitur magis absolutè. Et ex hoc soluitur argumentum: nam cum obliquo quòd hoc est verum de nobilitate in ordine ad alterum: non absolute in se, quia esse causam in ordine ad alterum attendit. Secunda secundũ mutuam inclusionem: & sic vnumquodq; eorum materialiter sumptum est pars subiectiua alterius, bonum enim est quoddam verum, & verum est quoddam bonum, quod declaratur in litera, quia verum est bonum intellectus ad quod naturaliter inclinatur intellectus: sicut quælibet res naturaliter tendit ad suã perfectionem. Tertia est secundum nobilitatem vtriusque in ratione boni: & sic dicitur, q. verum est nobilius bonum quocunq; alio bono: quia est finis nobilioris potentiæ quacunq; alia potentia. ita quòd intentio litera est, non solũ saluare quòd obiectum intellectus sit nobilius obiecto voluntatis, id est verũ vt verum, bono vt bono, quod in prima comparatione factum est: sed ostẽdere quòd etiam verum vt bonum intellectus, est nobilius obiecto voluntatis, vt sic intellectus omnino inueniatur nobilior. Sed sit hic locus duæ tioni: quoniã videtur hoc nõ finis voluntatis est bonũ vt bonum, finis verò intellectus est quoddam bonum. Constat autem q. nullum particulare bonum est melius ipso bono: ergo verum & bonum non est magis bonum quàm finis voluntatis. Et confirmatur: quia bonũ per participationem essentiam: verũ autem est quoddam bonum, & consequenter per participationem bonum bonum autẽ est ipsum bonum essentialiter, & vniuersaliter. ergo. Sed ad hoc est dicendum, quòd in obiecto voluntatis est cõsiderare duo, scilicet rationẽ vniuersalẽ, qua ratione omnis boni: & specialẽ rationem pertinentẽ ad hoc quòd sit perficiens, & perficit talem potẽtiam, puta voluntatem, quod nõ omnes. Quãuis enim omne bonum sit pars subiectiua boni, q. est finis & obiectum voluntatis: non tamen perfectio qua vnumquodq; bonum perficit id cuius est bonũ, est pars subiectiua perfectionis voluntatis à bono: non enim perfectio visus à colore est pars subiectiua perfectionis voluntatis, vt patet de visu. Prima tamẽ responsio est secundum veritatem & mẽtem. S. Thom. Adverte secundò, quòd voluntarem mouere vires animæ nõ quantum ad specificationem, sed quantum ad exercitium actus intelligitur, & cum magna latitudine: non enim cõsistit in indiuisibili obedientia sua, sed a liquæ vires magis & aliquæ minus obediũt. Sũt enim rationales per participationem magis & minus. Vnde exteriores vires minus obediunt quàm interiores, & inter interiores quantò superiores, tantò magis obedire videntur.

¶ In responsione ad primum diligenter recolito dicta in responsione ad primũ præcedentis articuli.

¶ In responsione ad secundũ recolito dicta in artic. 1. quæst. 80. vbi hæc responsio declaratur.

quia frequẽtius sensus mouẽtur ab vniuersalissimis, vt pote cũ omnibus sensatis concurrentibus non casu, sed ex ordine naturæ est, q. primo moueatur intellectus à communissimis: iuxta ea quæ diximus in q. de primo cognito, in commẽtariis de ente & essentia. Si igitur nec in potentiis, nec casus ad talẽ reductio nem ducunt, inquirenda est alia ratio eius: cum temeritatium videatur cõcordem talẽ rantorũmque Philosophorũ. Arist. & diui Tho. sententiam inficiari. Dicendũ ergo videtur mihi, q. intellectio prima dupliciter dicitur: vno modo simpliciter prima: quam, scilicet puer primo habet: alio modo prima intali ordine, quã scilicet in aliquo negotio tractando aliquis primò habet. Et quãuis de vtraque sit hic sermo, & secũdum superficiem litera magis de prima simpliciter: secundũ tamen profunditatem, de secũda nõ minus intenditur: imo de ea directè loquitur Arist. in loco allegato, diffusè. Reducere ergo primas simpliciter intellectiones in deum cogitratio eadem: qua astringimur reducere omnes motus in primum motũ ita quòd sicut dicimus, q. ignis nõ comburetur cessante primomotu: ita dicemus quòd motus in intellectuales. qui sunt extra motus corporeos (vt patet in 3. de anima) oportet q. reducantur in primum intellectualitet motum, id est in primũ intellectũ id est in actu. Et cũ motus intellectuales nõ sĩt sint ordinati, motus volũtatis reducũtur medio motu intellectuẽ: motus autẽ intellectus per seipsum, & quia motus intellectus vt intellectus nõ ẽ qui imperatur à voluntate: sed qui prẽuenit voluntatẽ, qualis est prima intellectionis simpliciter: ideo prima intellectio reducit in Deũ non vt proprium cœli motorem, Nec ad hoc exigitur aliqua specialis influentia, sed generalis est influxus in omnes non solum animas nostras, sed angelicos spiritus, eadem ratione. Reduci autẽ primos intellectus motus in tali ordine ad Deum, eadẽ ratio ostendit. Si enim motus intellectus puri, id est absq; mistione imperij voluntatis reducuntur immediatèin primum intellectum: cũ primas motiones in multis negotiis habeamus, non ex electione & discursu, sed nescitẽres vnde eas habuerimus: consequeus est vt principium primũ talium intellectionum sit ipse primus intellectus, Nec vlla est hic differentia, nisi quia cõceptiones primæ simpliciter fortiæ sunt Deum principiũ ratione sui vniuersalis influxus in intellectualia. Cõceptiones autem primæ in tali aduenientes (nõ ex electione & discursu) fortiuntur immediatèin primum intellectum vt causam ratione sue prouidentiæ, quã habent de intellectualibus, vt de prima parte Vniuersi. Et confirmatur: quia motus intellectuales non sunt deteriores conditionis quàm motus corporales. sed hi omnes reducuntur in causam aliquam per se sui ordinis, saltem in primum motum, ergo motus intellectuales isti reducũtur in aliquam per se causam sui ordinis. Sed motus intellectuales sunt ordinati secundorum: sunt enim cõsilium & intellectus in ipsi sunt in ordine actuum secundorum: sunt enim cõsilium & intellectus in actu. ergo debẽt reduci in aliquod eminentius cõsilio & intellectu in actu, tale autem nõ est intellectus in anima nostra: ergo extra est altius moueũs ad huiusmodi consilia & intellectiones. Et hæc ratio videtur induxisse Arist. ad hãc sententiam in libro de bona fortuna hic allegato, Quãuis enim causam istius intellectionis magis quàm illius poneremus, prætentia & dispositionẽ huius phantasmatis magis quàm illius nõ propter hoc saluaretur q. hic effectus tam nobilis haberet causam per se sui ordinis. Et confirmatur: quia experimur nõ solum nos habere tales intellectiones qualitercunque, sed efficaces & impetuosas: quòd à superiore emanere oportet natura cessantibus passionibus & habitibus & voluntate. Verum quia anima nostra coniungitur motui phantasmatum & tempori, &c. idcirco has motiones diuina exercet prouidentia, secũdum naturam recipitis diuersimode: modo exercitatione aut compositione phantasmatum, modò confirmatione luminis intellectualis, modo intentionis impulsu, &c. Consonũ quippe his etiam quæ dicuntur 12. Metaphys. text. 51. est vt singulari modo habeat Deus prouidentiam de intellectualibus vt sic, quia sunt in vniuerso vt filij, quàm de aliis. Quamuis nostri animi in hoc earum à filiis minorentur: quòd temporum varietatibus iunguntur: & propterea cãsus aliquo morũ: quòd in ratione immaterialis naturæ, superiores influxus intellectualium aliquo modo motus autẽ intellectus per seipsum, & quia mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum quintum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio respōsiua quæsito negatiuè, Appetitus intellectiuus seu voluntas non distinguitur per irascibilem & concupiscibilem. Probatur, Potentia ordinata ad bonum secundum communem rationem non diuersificatur penes differentias speciales illius rationis: sed appetitus intellectiuus respicit cōmunem boni rationem. Ergo non distinguitur penes speciales differētias boni. Tunc vltra: sed concupiscibilis & irascibilis distinguūtur penes tales differentias, ergo voluntas non distinguitur per concupiscibilem & irascibilē. Maior probatur dupliciter. Etimò ex exercitatiōe ipsius inductiuè in potentia visiua & cōsequenter in aliis, secundò, ex opposito: q̄a scilicet si visus esset albi, vt sic, cēt alius à visu nigri. Et tāgitur hic probatio illa. Sit affirmatio est causa affirmationis, &c. Si enim respicere rationē specialē est ratio diuersitatis, non respicere specialē etiā causa non diuersitatis. Minor verò est per se nota: quia bonum intellectū est vniuersale. Propositio autē subsumpta alterius probatur, & concupiscibilis respicit rationem cōuenientis: irascibilis rationem nocumenti propellendi.

¶ Aduerte hic, quòd licet ad integritatē formalem rationis pro conclusione sufficeret hic quæ ex litera ad hāc formam reducta sunt, ad claritatē tamen & honestatē doctrinę in litera inferuntur duæ aliæ manifestationes non seorsum, sed mistæ: vna est ex oppositō, seu ex differentia inter appetitum sensitiuū & intellectiuū: nō quēd de appetitu sensitiuo minus sufficienter dictum fuerit in quæstione præcedente, sed vt ostendatur ex eadem radice procedere, quòd ille diuersificetur per has differentias: & istæ non: & sic ratio ista firmior reddatur. Vnde duas maximas propōsuit se habentes, licet se habent affirmatio ad affirmationem, & negatio ad negationem, primam, de communita te obiecti, secundam, de specialitate eiusdem, & consequenter duo deduxit vnitatem superioris, & diuersitatem inferioris appetitus: quia non habet obiectū illud commune: quia nec ētus illud apprehendit.

¶ Altera est ex apprehēsiua prærua, quam in calce ponit: quòd quem admodum vis apprehensiua in parte superiori non multiplicatur, ita nec appetitiua: oppositum autem est in parte inferiori, quia & apprehēsiuæ & appetitiuæ multiplicātur: licet enim æquali numero satis est propōsito nostro differentia inter partem inferiorem & superiorem in multiplicatiuè & non multiplicatiuè tam apprehensiuarum quām appetitiuarū, quicquid sit de numero, quem constat non oportere esse æqualem: quia non ponitur appetitus principiatorum potentiarum boni, ipsius animalis bonum, vt dictum est. Nec apprehensorum per se differentiæ constituūt aut pariunt totidē per se differentias genericas appetibiliuas: imò omnia sensu percepta duabus tantum bonis per se differentiis, quæ modò dixi mus in quæst. præc. comprehēditur & ideo duas tantum appetitiuas potentias, in parte sensitiua distinxit supertius.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ tertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus:

¶ In corpore vna est conclusio respōsiua quæsito affirmatiuè: circa quā tria facit. Primò ostendit eam: & probat deinde impossibile secundò manifestat. Tertiò probat à priori.

¶ Quo ad primum conclusio est: Homo est liberi arbitrij, probatur ducendo ad impossibile: quia frustra esset consilia, &c.

¶ Quo ad secundū gradūtur res in triplici ordine quo ad hoc quēdam operantur sine iudicio, quædam cum iudicio, non collatiuo, sed naturali: quædam cum iudicio libero: prima sunt inanimata: secunda sunt bruta: tertia animalia, inter quæ est homo. Vbi nota: quòd iudicium seu arbitrium liberū distinguitur contra naturale, naturalē autē, quod est determinatum ad vnum agere ergo iudicio naturali nihil aliud est quām agere iudicio nō indeterminato ad hoc vel illud: & oppositum, sed determinato ad alterum oppositorū hoc modo bruta agunt agere autem arbitrio libero, est agere iudicio indeterminato ad hoc & oppositum. Nec aūtē dicitur & ista differentia in hoc: quòd quando agit iudicium liberum est determinatum, & naturale determinatum: quia quando exit in actum, vtrūq; oportet omne iudicium esse determinatum esse ad vnum, sed attenditur penes hoc, quòd iudicium brutorū secundū se non est indifferens ad hoc & oppositū; rationalium verò non multiplicatur, ita nec appetitiua: oppositum autem est in parte inferiori, quia & apprehēsiuæ & appetitiuæ multiplicātur: licet enim æquali numero satis est propōsito nostro differentia inter partem inferiorem & superiorem in multiplicatiuè & non multiplicatiuè tam apprehensiuarum quām appetitiuarū, quicquid sit de numero, quem constat non oportere esse æqualem: quia non ponitur appetitus principiatorum potentiarum boni, ipsius animalis bonum, vt dictum est. Nec apprehensorum per se differentiæ constituūt aut pariunt totidē per se differentias genericas appetibiliuas: imò omnia sensu percepta duabus tantum bonis per se differentiis, quæ modò dixi mus in quæst. præc. comprehēditur & ideo duas tantum appetitiuas potentias, in parte sensitiua distinxit supertius.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ tertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus:

¶ In corpore vna est conclusio respōsiua quæsito affirmatiuè: circa quā tria facit. Primò ostendit eam: & probat deinde impossibile secundò manifestat. Tertiò probat à priori.

¶ Quo ad primum conclusio est: Homo est liberi arbitrij, probatur ducendo ad impossibile: quia frustra esset consilia, &c.

¶ Quo ad secundū gradūtur res in triplici ordine quo ad hoc quēdam operantur sine iudicio, quædam cum iudicio, non collatiuo, sed naturali: quædam cum iudicio libero: prima sunt inanimata: secunda sunt bruta: tertia animalia, inter quæ est homo. Vbi nota: quòd iudicium seu arbitrium liberū distinguitur contra naturale, naturalē autē, quod est determinatum ad vnum agere ergo iudicio naturali nihil aliud est quām agere iudicio nō indeterminato ad hoc vel illud: & oppositum, sed determinato ad alterum oppositorū hoc modo bruta agunt agere autem arbitrio libero, est agere iudicio indeterminato ad hoc & oppositum. Nec aūtē dicitur & ista differentia in hoc: quòd quando agit iudicium liberum est determinatum, & naturale determinatum: quia quando exit in actum, vtrūq; oportet omne iudicium esse determinatum esse ad vnum, sed attendit per penes hoc, quòd iudicium brutorū secundū se non est indifferens ad hoc & oppositū; rationalium verò

verò sic, potentiæ enim rationales vt dicitur 10. Metaphysic. se habent ad opposita: irrationales verò ad vnum tantum oppositorum.

¶ Quo ad tertium probatur conclusio à priori sic: Ratio circa contingentia habet viā ad oppositā: ergo circa particularia operabilia: ergo non habet iudicium determinatū ad vnum: ergo habet iudicium liberum. Antecedens patet tam in dialecticis, id est probabilibus, quam in rhetoricis, quæ sunt rationis probabilia vt pote verisimilia. Prima cōsequētia patet: quia particularia operabilia à nobis manifestè sunt cōtingentia. Secunda verò patet ex terminis: determinari enim ad vnum oppositum & posse in vtrumque oppositorum contrario diuiduntur. Tertia quoque patet ex terminis. Quoniam nihil aliud est iudicium liberum quā in differentes ex quo concluditur de primo ad vltimum, quòd ex hoc quòd homo est rationalis, sequitur, est liberi arbitrij.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd hinc habes quod prima radix libertatis & ratio, ita quòd ex hoc primo inest libertas alicui: quia ratio indeterminata est, & indifferens est ad hoc & oppositum, Et quoniam hæc est ante omnem actum voluntatis, consequens est quòd minus bene sceptus in primo, distin. 38. dixerit libertatem primò quærendam in voluntate. Quamuis possit distingui quod primò est in voluntate formaliter, & primò in ratione radicaliter. Vnde ad rationem Scoti ibidem: scilicet quicquid intelligitur ante omnem actū voluntatis, intelligitur merè naturaliter: ergo nulla est ibi libertas. Respondetur, quòd antecedens quocunque modo sortiatur, potest habere duplicem sensum. Primus est, quòd omnis actus intellectus ante voluntatem, est mere naturalis elicitiue, & sic est verum. Quoniam ante voluntatis actum, quemcunque actum intellectus elicitā natura, non est electione elicit. Secundus sensus est, quòd omnis actus intellectus præuenit voluntatem, est mere naturalis obiective, Et in hoc sensu potest duplicitet intelligi, vel quo ad conditiones negatiuas: seu positiuas, vel quo ad conditiones negatiuas: seu negatiuè monstratas. Si intelligamus de conditionibus positiuis, verū est: si de negatiuis, vniuersaliter nō est verum.

cio. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Quicunque est liberi arbitrij eius est velle & non velle, operari & non operari. Sed hoc non est hominis. Dicitur enim ad Rom. 9. Non est volentis, scilicet velle, neque currentis, scilicet currere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Liberū est quod sui causa est: vt dicitur in primo Metaphy*. Quod ergo mouetur ab alio, non est liberū. Sed Deus mouet voluntatem. Dicitur enim Prouer. vicesimoprimo. Cor Regis in manu Dei est: & quocunque voluerit vertet illud. Et Philippen. secundo Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo nō est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Quicunque est liberi arbitrij, est dominus suorū actuum: sed homo non est dominus suorum actuū: quia, vt dicitur Hiere 10. nō est in homine via eius, nec virest vt dirigat gressus suos. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Philosophus dicit in 3 Ethi*. Qualis vnusquisq; est, talis finis videtur ei. Sed nō est in potestate nostra aliquales esse, sed hoc nobis est à natura. Ergo natura le est nobis quòd aliquem finem sequamur. Non ergo ex libero arbitrio.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Glos* in libertate arbitrij.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd homo est liberi arbitrij. Alioquin frustra essent cōsilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnæ.

¶ Ad cuius euidentiam considerandū est, quòd quædam agunt absque iudicio. Sicut lapis mouetur deorsum: & similiter omnia cognitione carentia. Quædam autem agunt iudicio, sed nō libero, sicut animalia bruta. Iudicat enim ouis videns lupum eum esse fugiēdum naturali iudicio, & non libero: quia non ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibet iudicio brutorū animalium. Sed homo agit iudicio: quia per vim cognoscitiuam iudicat aliquid esse fugiendum vel prosequendum*. Sed quia iudiciū istud non est ex naturali instinctu in particulari operabili, sed ex collatione quadam rationis, ideo agit libero iudicio potēs in diuersa fieri. Ratio enim circa cōtingentia habet viam ad opposita, vt patet in dialecticis syllogismis, & rhetoricis persuasionibus. Particularia autem operabilia sunt quædā contingentia. Et ideo circa ea iudiciū rationis ad diuersa se habet, & non est determinatum ad vnum. Et pro tanto necesse est quòd homo sit liberi arbitrij, ex hoc ipso quòd rationalis est.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut suprà* dictum est, appetitus sensitiuus, etsi obediat rationi, tamen potest in aliquo repugnare concupiscendo contra illud quod ratio dictat*. Hoc ergo est bonum quod homo non facit cum vult, scilicet non concupiscere contra rationem, vt glossa Aug*. ibidem dicit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Apostoli non sic est intelligendum quasi homo non velit & non currat libero arbitrio, sed quia liberum arbitrium ad hoc non est sufficiens nisi moueatur & iuuetur à Deo.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ liberum arbitriū est causa sui motus: quia homo per liberum arbitriū seipsum mouet ad agendū. Non tamē hoc est de necessitate libertatis quòd sit prima causa sui id quod liberū est sicut nec ad hoc q̄ aliquid sit causa alterius, requiritur quòd sit prima causa eius.

Deus igitur est prima causa mouēs & naturales causas & volūtarias. Et sicut naturalibus causis mouendo eas, non aufert quin actus earū sint naturales, ita mouendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sunt volūtariæ*, sed potius hoc in eis facit. operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dicitur non esse in homine via eius quantum ad executiones electionum, in quibus homo impediri potest, velit nolit. Electiones autem ipsæ sunt in nobis, suppōsito tamen diuino auxilio.

¶ Ad quintum dicendū, quòd qualitas hominis est duplex. Vna naturalis & alia superueniēs. Naturalis autē qualitas accipi potest vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur quod homo est aliqualis qualitate naturali, quæ attēditur secundū intellectiuā partē, naturaliter homo appetit vltimū finem, scilicet beatitudinē. Qui quidem appetitus naturalis est, & nō subiacet libero arbitrio, vt ex suprādictis patet*. Ex parte verò corporis & virtutum corpori annexarū potest esse homo aliqua lis naturali qualitate secundū quod est talis complexionis, vel talis dispositionis ex qua cunq; impressione corporearū causarum, quæ nō possunt in intellectiuā partē imprimere, eo q̄ non est alicuius corporis actus*. Sic igitur qualis vnusquisq; est secūdum corpoream qualitatem, talis finis videtur ei: quia ex huiusmodi dispositione homo inclinatur ad eligēdum aliquid vel repudiādum. Sed istæ inclinationes subiacēt iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, vt dictū est*. Vnde per hæc libertati arbitrij non prēiudicatur. Qualitates autē superuenientes sunt sicut habitus & passiones, secundū quas aliquis magis inclinatur in vnū quam in alterum. Tamen istæ etiam inclinationes subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi etiam qualitates ei subiacent, inquantum in nobis est tales qualitates acquirere vel causaliter vel dispositiuè, vel à nobis excludere. Et sic nihil est quòd libertati arbitrij repugnet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liberum arbitrium sit potentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ liberum arbitrium non sit potētia. Arbitrium enim liberum nihil est aliud quām liberum iudicium. Iudicium autem non nominat potentiam, sed actum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

¶ Præterea, Liberum arbitrij dicitur esse facultas voluntatis & rationis. Facultas, autem nomināt facilitatē potestatis, quæ quidem est per habitum. Ergo liberum arbitriū est habitus. Ber*. etiam dicit, quod lib. arbit est habitus animæ liber sui. Non ergo potentia.

¶ Præterea, Nulla potentia naturalis tollitur per peccatum: sed liberum arbitriū tollitur per peccatum. Augustinus enim dicit*, quòd homo malè vtens libero arbitrio & se perdit & ipsum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

¶ SED CONTRA est q̄ nihil est subiectum habitus, vt videtur, nisi potentia. Sed liberum arbitrium est subiectum gratiæ, qua sibi assistente bonum eligit. Ergo liberum arbitrium est potentia.

Prima S. Thom.

Quoniam actus intellectus præuenit suam volūtatem, etsi obiectum habeat à natura oblatum, & quicquidin eo cognoscit & iudicat, naturaliter cognoscat & iudicet: habet tamen respectu contingentium operabilium hanc negatiuam conditionem, scilicet in determinationem & indifferentiam iudicij respectu vtriusque partis contradictionis, quæ opponitur directè naturæ quoniam natura determinat ad vnum: Et hæc conditio est radix libertatis. Si enim iudicium tale esset determinatum, voluntatis non posset ad quā vellet cōtraditionis partē declinare: sed necessitaretur à determinato id iudicio de volendo, vel non volendo hoc quod esset cōtra rei ipsius experientiā, & omnium opinionem. Quia verò rationis iudicium circa hoc amādū, vel non amandum: ante voluntatis actum indifferens est. & vtrinque rationes habens suspensum stat, nec natura nec electiōe determinatum secundum se. Hinc iudicium tale & naturale nō est, quo ad eam indifferentiam: imo natura repugnat, & libertatē fundat. Et sic patet, quòd distinctio antecedēte Scot. iuxta sensum in quo verificatur antecedens, negāda est cōsequentia. In alio verò sensu antecedēs est negandū: quia falsum est, vt patet. Et si insteretur quod aut in differentia iudicij est naturalis aut libera: respondēdum est quòd neutra est formaliter, sed est radicaliter libera, id est libertatis radix. Est enim impletio in adiecto dicere indeterminatio naturalis, quia si naturalis, ergo determinata ad vnum, & si indifferēs, ergo non naturalis. Inhæsio tamen talis indeterminati iudicij est naturalis: vt de libertate formaliter etiā dicetur in sequenti articulo.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ tertiæ Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo primò distinguit significationes huius nominis liberum arbitrium. Secundò respōdet quæsito vnica cōclusiōe affirmatiue.

¶ Quo ad primum dupliciter sumitur, proprie & ex accommodatione vsus. Primo modo significat actum, secundo principium huius actus: & de hoc est quæstio.

¶ Quo ad secundum conclusio respōsiua est, Liberum arbitrium est potentia, probatur sic, Aut est habitus, aut potentia aut potētia cum habitu: sed nec habitus nec potentia cum habitu est ergo potētia. Assumptum

413
2. dist. 24. quæst. 1. artic. 1. & 2. & veri. q. 24. ar. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probatur, quia principium actus in nobis aliquod horum est, probatur, quia his dicimur vt principijs cognoscere. minor vero probatur dupliciter. Primò sic: Si esset habitus, ergo esset habitus naturalis. Sed hoc est impossibile: quia naturalitas est contra rationem libertatis. & esse habitum est contra rationem naturalitatis libe. arb. Consequentia patet: quia liberum arbitrium non acquiritur aut infunditur, sed connascitur nobiscum. Destructio consequentis quoad primã probationem paret: quia si est naturale, ergo non subest libero arbitrio: & si subest libero arbitrio, ergo non est naturale, vt patet de assensu principiorum, & appetitu beatitudinis.

¶ Circa hanc partem duo dubia parua sunt. Primũ est: quia videtur contradictio in eodem contextu literæ, dum dicitur, & quòd rationi liberi arbitrij repugnat naturalitas: & simul dicitur, quòd est naturalis. Secundum est: quia si liberum arbitrium non ponitur habitus naturalis, ponicur tamen potentia naturalis, vt patet. ponitur enim in secunda specie qualitatis: ergo contra rationem eius nõ est naturalitas. Ad hæc duo simul dicitur: quòd naturale hic sumitur vt distinguitur cõtra liberum: ita quòd naturale vocamus dormire naturam ad vnum: cuius oppositum conuenit libero, potest autem cadere naturalitas supra duo: vel suprà rationem rei de qua est sermo, vel suprà inhæsionẽ illius rationis in subiecto. Etsi quidẽ determinet inhæsionem, omnia quæ congenerantur alicui, naturalia sunt: quia non liberè insunt, sed à natura determinãtur ad habenda illa: & hoc modo liberum arbitrium est naturale: quia inest nobis à natura: vt in litera dicitur. Et ex hac naturalitate secundũ inhæsionem infertur in litera, quòd si esset habitus, esset naturalis: vt patet. Si verò determinet ipsam rationem rei, sic non omnia congenita sunt naturalia: sed aliquid naturale, & aliquid liberum. Quia aliquod est determinatum ad vnum, aliquod indifferens: ad hoc & oppositum: & sic naturalitas repugnat libero arbitrio. Et ideo notanter in litera dicitur, Contra rationem liberi arbitrij est naturalitas, scilicet determinans rationem non inhæsionem: & per hoc patet etiam responsio ad secundum dubium. Quia scilicet vocatur potentia naturalis ratiõe inhæsionis: distinguitur tamen contra potentias naturales: & dicitur potentia libera secundum rationem potentiæ. Sed adhuc nõ quiescit animus, cur simpliciter dicitur, quòd libero arbitrio repugnat esse habitum naturalem:

* q6.82. articu. 1.

* cap. 6.

404

414
2. di. 34. q. 1. art. 3. & 3. dist. 17. arti. 1. q. 3. ad 5. Et veri. q. 14. ar. 4. & 6.
* libr. 2. ca. 27. & li. 3. c. 14.

& non naturalem potentiam, cùm vtriusque naturalitas quo ad rationem repugnet, & quo ad inhæsionem conueniat. Ad hoc dicitur, quod in habitu illæ duæ naturalitates sunt inseparabiles: ita quòd si est naturalis quo ad inhæsionem, est etiam naturalis quo ad rationem: quamuis non econtra, vt patet in potentiaveniro, non sed naturalitas inhæsionis stat cum libertate rationis. Vnde naturalitatem habitus tanquam dominante repugnantem libertati arbitrium excludit: & ex quã permissiuè competentem secum libertatẽ, non sic excludit: & ex hoc patet responsio ad obiectionem quartã quæ posset contra literã moueri. Quia in hac ratiõe ex naturalitate inhæsionis liberi arbitrij infertur naturalitas habitus secundum inhæsionẽ & tamẽ probatio postmodum fit contra naturalitatem rationis: hæc enim probatur repugnare libero arbitrio, & sic videtur ineffícax processus: & in æquinoco laborans. Iam enim patet satisfactio: quòd quia in habitu naturalitas rationis euidenter est: quoniam omnis habitus ad vnum determinat, nulla opus erat probatione circa hoc: & ideo licuit deducta naturalitate inhæsionis ex alia naturalitate, scilicet rationis tanquã per se nota procedere: & ex naturalitate etiam ad libertatem. Quia processus non licet cuiquendo de potentia: ad actum. Actum quidẽ: quia intelligere est simplex, & ratiocinari est discurrere, & similiter velle & eligere: obiectorum verò, quia exinde illorum primum est principij: secundum conclusionis. horũ quoque primum est finis. secundum ad finem.

¶ Constat autem quòd hæc proportionaliter se habent. minor verò non fola probatur: quia eiusdem est virtutis quies & motus: sed idẽ medium intentam hũc conclusionem inferre dicitur. Et sic duobus quodammodo mediis probauit inuentã conclusionem, scilicet ex proportionalitate inter apprehensiuam & appetitiuam virtutem, & ex habitudine inter actũ & hab. arb. & actum voluntatis: quia scilicet se habet vt quies & motus: vt suprà dictum fuit de intellectu & ratione.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæquarte Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore quinq; Primò refert Antiquorum opiniones. secũdo Platonis, tertiò arguit contra opinionem Platonis. quarto fundamentum eius: cui examinat & de finit. quinto infert conclusionem responsiuam quæstiõi affirmatiuè.

¶ Quo ad primum, Anti quorũ positio est, quòd corpora eorũ nulla est certa cognitio: quia sunt in cõtinuo motu, & ex hoc quòd corporale varium,

393
396

* 96.63. arti. 2. & 96.80. artic. 2.

* cap. 1.

* cap. 2.

* 2. de anima. 96.79. artic. 8.
* in cor.

& quid in tertio. Probatur verò sic, Obiectũ electionis est id quod ẽ ad finem vt sic: ergo est bonũ vtile, ergo electio est propriè actus appetitiuę virtutis. Antecedẽs hoc ẽ prima consequentia patet: secunda verò probatur, quia bonum vtbonum: & consequenter omnis boni species, vt sic ad appetitiuę potẽtiæ obiectũ proprium spectat.

¶ Circa hanc partem est quæstio prouocata. Primò quidẽ de actibus. Secundò, de habitibus. In cõsideratione vero actuũ hoc modo procedemus. Primò nãque cõsiderandum est quomodo intelligit anima corpori cõiuncta. Secundò, quomodo intelligit à corpore separata. Prima autẽ cõsideratio erit tripartita. Primò nãque consideratur quomodo anima intelligit corporalia quæ sunt infrà ipsam. Secũdò, quo modo intelligit seipsam & ea, quæ in ipsa sunt. Tertiò, quomodo intelligit substantias immateriales, quæ sunt suprà ipsam.

¶ Circa cognitionẽ verò corporalium tria cõsideranda occurrũt. Primò quidem per quid ea cognoscit. Secundò, quomodo & quo ordine. Tertiò, quid in eis cognoscit.

¶ Circa primum quæritur octo. ¶ Primò, vtrũ anima cognoscat corpora per intellectum. ¶ Secundò, vtrũ intelligat ea per essentiam suã, vel per aliquas species. ¶ Tertio, si per aliquas species, vtrum species omnium intelligibilium sint ei naturaliter innatæ. ¶ Quartò, vtrum effluãt in ipsam ab aliquib⁹ formis immaterialibus separatis. ¶ Quintò, vtrũ anima nostra omnia quæ intelligit videat in rationib⁹ æternis. ¶ Sextò, vtrum cognitionem intelligibilem acquirat à sensu. ¶ Septimò, vtrũ intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata. ¶ Octauò, vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum virtutum.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Virum liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ liberum arbit. sit alia potentia à voluntate. Dicit enim Damasc. in lib. 2.* quòd aliud est * thelisis, aliud verò * bulisis. Thelisis autem est voluntas, bulisis autẽ videtur arbitrium liberum: quia bulisis secundum ipsum est voluntas quæ est circa aliquid, quasi vnius per comparationem ad alterum. Ergo videtur quod liberum arbitrium sit alia potẽtia à voluntate.

¶ 2 Præterea, Potentiæ cognoscũtur per actus. Sed electio, quæ est actus liberi arbitrij, est aliud à voluntate, vt dicitur in 3. Ethic*. quia volũtas est de fine, electio autem de iis, quæ sunt ad finem. Ergo liberum arbitrium est alia potẽtia à volũtate.

¶ 3 Præterea, Voluntas est appetitus intellectiuus. Sed ex parte intellectus sunt duæ potentiæ, scilicet agẽs & possibilis. Ergo etiam ex parte appetitus intellectiui debet esse aliqua potentia præter voluntatẽ & hæc non videtur esse nisi liberum arbitrium. Ergo liberum arbitrium est alia potentia præter voluntatem.

¶ SED CONTRA est quòd Damasc. dicit in 3*. quòd liberum arbitrium nihil aliud est quam voluntas.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potentiis apprehensiuis, vt suprà dictũ est*. Sicut autem ex parte apprehẽsionis intellectiuæ se habent intellectus & ratio, ita ex parte appetitus intellectiuise habẽt volũtas & liber. arbit. quod nihil aliud est quam vis electiua: & hoc patet ex habitudine & obiectorũ & actuũ. Nam in telligere importat simplicem acceptionẽ alicuius rei. Vnde intelligi dicũtur ꝑprię principia, quæ sine collatione per seipsa cognoscuntur*. Ratiocinari autẽ propriè est deuenire ex vno in cognitionẽ alterius. Vnde proprie de cõclusionibus ratiocinamur, quæ ex principijs innotescunt. Similiter ex parte appetitus velle importat simplicẽ appetitum alicuius rei. Vnde volũtas dicitur esse de fine, qui propter se appetitur. Eligere autem est appetere aliquid propter alterũ cõsequendũ. vnde ꝑprie est eorũ quę sunt ad finẽ. Sicut autẽ se habet in cogmtiuis principiũ ad cõclusionẽ, cui propter principia assentimus, ita in appetitiuis se habet finis ad ea quę sunt ad finem, quæ propter finẽ appetũtur. Vnde manifestũ est, quòd sicut se habet intellectus ad rationẽ, ita se habet voluntas ad vim electiuã, id est ad liberum arbitrium. Ostensum est autem suprà*, ꝙ eiusdem potẽtiæ est intelligere & ratiocinari, sicut eiusdẽ virtutis est quiescere & moueri. Vnde etiam eiusdem potentię est velle & eligere. Et propter hoc voluntas & liberũ arbitrium non sunt duæ potentiæ, sed vna.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bulisis distinguitur à thelisi, non propter diuersitatem potentiarum, sed propter differentiam actuum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd electio & voluntas, id est ipsum velle, sunt diuersi actus: sed tamen pertinent ad vnam potentiam, sicut etiam intelligere & ratiocinari, vt dictum est*.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus comparatur ad voluntatem vt mouens. Et ideo non oportet in voluntate distinguere agens & possibile.

415 Locis su pra ar. 3. inducẽtis. * cap. 12. * Damasc. * Damascenus.

* cap. 2.

* cap. 3.

* cap. 4.

QVÆSTIO OCTVAGESIMAQUARTA DE ANIMÆ COGNITIONE RESPECTU CORPORALIUM, IN OCTO ARTICULOS DIVISA.

CONSEQVENTER considerandum est de actibus & habitibus animæ quãtum ad potẽtias intellectiuas & appetitiuas. Aliæ enim potẽtiæ non pertinent directè ad considerationẽ Theologi. Actus autẽ & habitus appetitiuæ partis ad considerationẽ moralis scientiæ pertinent. Et ideo in secũda parte huius operis de eis tractabitur, in qua cõsideranda est de morali materia. Nunc autẽ de actibus & habitibus intellectiuę partis agetur. Primò quidẽ de actibus. Secundò, de habitibus. In cõsideratione vero actuũ hoc modo procedemus. Primò nãque cõsiderandum est quomodo intelligit anima corpori cõiuncta. Secundò, quomodo intelligit à corpore separata. Prima autẽ cõsideratio erit tripartita. Primò nãque consideratur quomodo anima intelligit corporalia quæ sunt infrà ipsam. Secũdò, quo modo intelligit seipsam & ea, quæ in ipsa sunt. Tertiò, quomodo intelligit substantias immateriales, quæ sunt suprà ipsam.

¶ Circa cognitionẽ verò corporalium tria cõsideranda occurrũt. Primò quidem per quid ea cognoscit. Secundò, quomodo & quo ordine. Tertiò, quid in eis cognoscit.

¶ Circa primum quæritur octo. ¶ Primò, vtrũ anima cognoscat corpora per intellectum. ¶ Secundò, vtrũ intelligat ea per essentiam suã, vel per aliquas species. ¶ Tertio, si per aliquas species, vtrum species omnium intelligibilium sint ei naturaliter innatæ. ¶ Quartò, vtrum effluãt in ipsam ab aliquib⁹ formis immaterialibus separatis. ¶ Quintò, vtrũ anima nostra omnia quæ intelligit videat in rationib⁹ æternis. ¶ Sextò, vtrum cognitionem intelligibilem acquirat à sensu. ¶ Septimò, vtrũ intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata. ¶ Octauò, vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum virtutum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima non cognoscat corpora ꝑ intellectũ: dicit enim Augu. in 12. Soliloq.* ꝙ corpora intellectu cõprehẽdi nõ possunt: nec aliquod corporeũ nisi sensibus videri potest. Dicit etiã 12. super Gene. ad literã*, quòd visio intellectualis est eorũ quæ sunt per essentiam suã in anima: huiusmodi autem non sunt corpora. ergo anima per intellectum corpora cognoscere non potest.

¶ 2 Præterea, Sicut se habet sensus ad intelligibilia, ita se habet intellectus ad sensibilia. Sed anima per sensum nullo modo põt cognoscere spiritualia quę sunt intelligibilia. Ergo nullo mõ ꝑ intellectũ pot cognoscere corpora quæ sunt sensibilia.

¶ 3 Præterea, Intellectus est necessariorum, & semper eodem modo se habentium. Sed corpora omnia sunt mobilia, & non eodem modo se habentia. Anima ergo per intellectum corpora cognoscere non potest.

¶ SED CONTRA est, quòd scientia est in intellectu. Si ergo intellectus non cognoscit corpora, sequitur quòd nulla scientia sit de corporibus. Et sic peribit scientia naturalis quæ est de corpore mobili.

¶ RESPONDEO dicendum, ad euidentiam huius quæst. ꝙ prithi Philosophi, qui de naturis rerũ inquisiuerũt, putauerũt nihil esse in mũdo præter corpus*. Et quia videbãt omnia

416 Veri. q. 10. art. 4. * cap. 4.

* ex cap. 25. colligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eado modi essendi, resp intrinsecè, vt patet de in tentis & remisso: neque extrinsecè, vt patet de diuersis albis, altero dulci & calideo nõ. In cognoscẽte autem, quia sensus est similis sentato in forma non in materia: ergo iuxta hunc eẽdem modum dici potest quod in *tex.22. tellectus respicit species rerum absque materia, motu & particularibus: quia vnumquodque recipitur in aliquo per modum recipientis.

¶ Aduerte hic, quod vt patet ex supradictis ista 34
ratio, vnumquodque recipit per modum suum, non sufficeret ad propositum nisi præsupposito actuo sufficiente: quia tamen superius ex proposito hoc declaratum est vbi de intellectu agente tractabatur, ideo suppositis illis nunc non curat sic breuiter & quasi diminutè loqui.

¶ Quo ad quintum infertur conclusio responsiua, Anima per intellectũ cognoscit corpora cognitione imateriali, vniuersali, & necessaria. vbi aduerte, quòd hę tres cõditiones determinãt cognitionẽ secundum genus proprium & in ordine ad obiectum. Secundum genus quidem propriũ, quia cognitio ista est de genere cognitionũ immaterialiũ, vniuersalium, & immobilium, seu necessariarũ, quod idẽ est necessariũ enim est quod mutari non potest, omnis enim intellectio in tali genere est. In ordine vero ad obiectũ: quia cognitio ista immaterialiter, vniuersaliter & immutabiliter attingit obiectũ, nulla enim materia mediante nulla conditione particularitatis inter eadem, nulla mutationis specie obuiante intelligimus species corporum: quæ secundum esse sunt materiales particulares & mouũ subiectæ.

b
425 ¶ *Super Quæstionis octauæ quæstiæ Articulum secundum*

TItulus per essentiam vt rationem cognoscendi eo modo quo species intelligibilis dicitur ratio cognoscendi: & q̃ sola essentia animæ in ei sufficiẽs ratio cognoscendi omnia corpora.

¶ In corpore quatuor, primo ponit opiniones Antiquorum, secũdo arguit contra. tertiò ostendit modum quo cognitum oportet esse in cognoscẽte, quarto respondet quæsito.

¶ Quo ad primum quatuor narrat. Primò, conclusionem respondium secundum Antiquos, scilicet quòd anima cognoscit omnia corpora per essentiam suam. Secũdò, communiter fundamentũ omnibus Antiquis, scilicet quòd cognitio fit ad similitudinẽ: vt patet in

d
63
* cap.29. corpora mobilia esse, & putabãt ea in continuo fluxu esse, existimauerũt q̃ nulla per titudo de rerũ veritate haberi posset à nobis. Quod enim est in continuo fluxu per certitudinem apprehendi nõ potest: quia priusquã abitur quãm mẽte diiudicetur: sicut Heraclitus dicit, q̃ non est possibile aquã fluuij currẽtis bis tãgere, vt recitat Philosophus in 4. Met*. His autẽ superueniens Plato, vt posset saluare certam cognitionẽ veritatis à nobis per intellectũ haberi, posuit præter ista corporalia aliud genus entiũ a materia & motu separatũ, quod nominabat species siue ideas, per quarũ participationem vnumquodq; istorũ singulariũ & sensibiliũ dicitur vel homo vel equ*, vel aliquid huiusmodi*. Sic ergo dicebat, sciẽtias & diffinitiões & quidquid ad actũ intellectus pertinet, nõ referri ad ista corpora sensibilia, sed ad illa immaterialia & separata*, vt sic anima nõ intelligat ista corporalia, sed intelligat horũ corporaliũ species separatas. Sed hoc dupliciter apparet falsum. Primò quidẽ, quia cùm illæ species sint immateriales & immobiles, excludere tur à scientijs cognitio motus & materiæ: quod est propriũ scientiæ naturalis, & demõstratio per causas motues & materiales. Secũdò quia derisibile videtur, vt dum rerum, quæ nobis manifestæ sunt notitiam quærimus, alia entia in mediũ afferamus, quæ non possunt esse eorũ subsẗãtiæ, cũ ab eis differant secundũ esse. * Et sic illis substantiis separatis cognitis, nõ propter hoc de istis sensibilibus iudicare possemus. Videtur autẽ in hoc Plato deuiare à veritate: quia cùm æstimaret omnẽ cognitionẽ per modũ alicui* similitudinis esse, credidit q̃ forma cogniti ex necessitate sit in cognoscente, eo modo quo est in cognito. Consideraret autẽ, q̃ forma rei intellectæ est in intellectu vniuersaliter & immaterialiter & immobiliter. Quod ex ipsa operatione intellectus apparet, qui intelligit vniuersaliter & per modum necessitatis cuiusdam. Modus enim abstractionis secundum modum formæ agentis. Et ideo existimauit q̃ oportet res intellectas hoc modo in seipsis subsistere, scilicet immaterialiter & immobiliter. Hoc autẽ necessarium nõ est quia etiam in ipsis sensibilibus videmus q̃ forma alio modo est in vno sensibiliũ quã in altero: puta cùm in vno est albedo intensior, in alio remissior & cùm in vno albedo cum dulcedine, in alio sine dulcedine. Et per hunc etiam modũ forma sensibilis alio modo est in re, quæ est extrà animam, & alio modo in sensu, qui susscipit formas sensibilium absque materia*, sicut colorem auri sine auro. Et similiter intellectus species corporum, quæ sunt materiales & mobiles, recipit immaterialiter, & immobiliter secundũ modũ suum. Nam receptũ est in recipiẽte per modum recipientis. Dicendũ est ergo, quod anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ verbum Aug. est intelligendum quantum ad ea quibus intellectus cognoscit, nõ autem quantũ ad ea quæ intellectus cognoscit. Cognoscit enim corpora intelligẽdo, sed nõ per corpora: neque per similitudines materiales & corporeas, sed per species immateriales & intelligibiles, quæ per sui essentiam in anima esse possunt*.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃, sicut Aug. dicit 12. de ciui. Dei*. Nõ est dicendũ q̃ sicut sensus cognoscit sola corporalia, ita intellectus cognoscit sola spiritualia: quia sequeretur q̃ Deus & angeli corporalia nõ cognoscerẽt. Huius autẽ diuersitatis ratio est, quia inferior virtus nõ se extẽdit ad ea quæ sunt superioris virtutis: sed virtus superior ea quæ sunt inferioris virtutis, excellentiori modo operatur*.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ omnis motus supponit aliquid immobile. Cum enim transmutatio fit secundũ qualitatẽ, remanet substãtia immobilis: & cùm trãsmutatur forma substantialis, remanet materia immobilis Rerũ etiam mutabilium sunt immobiles habitudines. Sicut Socrates etsi non semper sedeat, tamen immobiliter est verũ, q̃ quandoq; sedet, in vno loco manet. Et propter hoc nihil prohibet de rebus mobilib. immobilẽ scientiã habere.

ARTICVLVS II.

¶ Virum anima per essentiam suam corporalia intelligat.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd anima per essentiam suam corporalia intelligat. Dicit enim Augustin. 10. de Trinit.* quòd anima imagines corporum comuoluit & rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formã dis quidam subsẗantiæ suæ. Sed per similitudines corporum corpora intelligit. Ergo per essentiam suam, quam dat formandis talibus similitudinibus: & de qua eas format, cognoscit corporalia.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in tertio de Anima*, quòd anima quodammodo est omnia. Cùm ergo simile simili cognoscatur videtur quòd anima per seipsam corporalia cognoscat.

¶ 3 Præterea Anima est superior corporalibus creaturis. Inferiora autem sunt in superioribus eminẽtiori modo quàm in seipsis: vt Diony. dicit*. Ergo omnes creaturæ corporeæ nobiliori modo existunt in ipsa essentia animæ, quàm in seipsis. Per suam ergo substantiam potest creaturas corporeas cognoscere.

¶ SED CONTRA est, quod August. dicit 9. de Trinit*. quòd mens corporearum rerum, notitias per sensus corporis colligit. Ipsa autẽ anima non est cognoscibilis per corporis sensus. Non ergo cognoscit corporea per suam subsẗantiam.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ antiqui Philosophi posuerũt, quòd anima per suam essentiam cognoscit corpora. Hoc enim animis omnium communiter insitũ fuit, q̃ simile simili cognoscitur. Existimabant autẽ q̃ forma cogniti sit in cognoscẽte, eo modo quo est in re cognita. Econtrario tamen Platonici posuerũt. Plato enim quia perspexit intellectualem animam immaterialem esse & immaterialiter cognoscere, posuit formas rerũ cognitarum immaterialiter subsẗistere*. Priores verò naturales, quia considerabant res cognitas esse corporeas & materiales, posuerunt oportere res cognitas etiam in anima cognoscente materialiter esse. Et ideo, vt animæ attribuerũt omniũ cognitionem, posuerũt eam habere naturam communem cum omnibus. Et quia natura principiatorum ex principiis cõstituitur, attribuerunt animæ naturam principij: ita quod qui dixit principium omnium esse ignem, posuit animam esse de natura ignis: & similiter de ære & aqua. Empedocles autem, qui posuit quatuor elementa materialia & duo mouẽtia, ex his etiam dixit animam esse cõstitutam. Et ita cùm res materialiter in anima ponerẽt, posuerũt omnẽ

¶ Sed est hic locus quæstioni, vnde valet ista consequentia facta, videtur enim nulla: quoniam ratio esset in prompta quare ignis extrà non cognosceret, & intus cognoscẽdi est ratio: quia interior est in anima, cuius natura est cognoscitiua, exterior nõ. Si queratur autem quare anima est cognoscitiua, nulla est ratio, nisi quia ipsa est ipsa: sicut nec quare homo est homo. Ad hoc est dicendum q̃ con-

cognitionem animæ materialem esse, non discernentes inter intellectũ & sensum*. Sed hæc opinio improbatur. Primò quidẽ quia materiali principio, de quo quæ hãtur, nõ existunt principiata nisi in potẽtia. Non autẽ cognoscitur aliquid secundum q̃ est in potentia, sed secundũ q̃ est actu, vt patet in 9. Met. 1. p.* Vnde nec ipsa potẽtia cognoscitur nisi per actum. Sic igitur non sufficeret attribuere animæ principiorum naturã, ad hoc q̃ omnia cognosceret, nisi ineessent ei naturæ & formæ singulorum effectuũ: puta ossis & carnis & alicuius huiusmodi, vt Arist. cõtra Empedoclem argumẽtatur in 1. de Anima*. Secũdò quia fi oporteret rem cognitã materialiter in cognoscẽte existere, nulla rõ esset quare res, quæ materialiter extra animã subsistunt cognitione carent: puta fi aĩa igne cognosceret ignem, & ignis etiã qui est extra animã, ignẽ cognoseret. Relinquitur ergo q̃ oporteret materialia cognita in cognoscẽte existere nõ materialiter sed magis immaterialiter. Et huius ratio est: quia actus cognitionis se extendit ad ea, quæ sunt extra cognoscentẽ. Cognoscimus enim etiam ea quæ extra nos sunt. Per materiam autem determinatur forma rei ad aliquid vnũ*. Vnde manifestũ est, q̃ rõ cognitionis ex opposito se habet ad rõnem materialitatis. Et ideo, quæ no recipiũt formas nisi materialiter, nullo modo sunt cognoscitiua*, sicut plantæ vt dicitur in 2. lib. de Anima*. Quãto aũt aliquid immaterialiũ habet formã rei cognitæ, tãto p̃fectius cognoscit. Vnde & intellect* q̃, abstrahit speciẽ nõ solùm à materia, sed etiã à materialibus cõditionibus indiuiduãtibus, perfectius cognoscit quàm sensus, qui accipit formã rei cognitæ sine materia quidẽ, sed cũ materialib* cõditionibus. Et inter ipsos sensus visus est magis cognoscitiuus, quia est minus materialis, vt supra dictum est*. Et inter ipsos intellectus tãto quilibet est perfectior, quanto immaterialior.

¶ Ex his ergo patet, q̃ si aliquis intellectus est qui per essentiam suam cognoscit omnia oportet quòd essentia eius habeat in se materialiter omnia, sicut Antiqui posuerunt essentiã animæ actu componiex principiis omnium materialiũ, vt cognosceret omnia. Hoc autẽ est proprium Dei, vel suæ essentiæ sit immaterialiter comprehensiua omniũ, prout effectus virtute præexistunt in causa. Solus igitur Deus per essentiam suam omnia intelligit*: non autem anima humana, neque etiam angelus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Aug. ibi loquitur de visione imaginaria, quę fit per imagines corporũ. Quibus imaginibus formãdis dat anima aliq̃ duæ sub

omnia: sed sola essentia diuina est huiusmodi: ergo. Conditionalis probatur dupliciter. Primò sic: vt patet ex dictis, vt patet: secundò ex auctoritate Antiquorum; minor verò probatur, quia Dei proprium est esse omnia virtualiter, vt 8. c. Meta. & de perfectio dicitur.

¶ Sed occurrit dubium hic: quia quæstio præsens est de cognitione omniũ corporum, & nõ de cognitione omnium simpliciter. Responsio autem literæ est de cognitione omniũ simpliciter: non igitur conueniens videtur. Ad hoc breuiter dicitur, q̃, vt apparet ex supradictis in tractatu de angelis, & hic ex responsione ad tertiũ, par est ratio de cõtinentia virtuali omniũ corporum, & omnium terum, quia eadẽ est ratio repugnãtiæ respectu virtusque quia scilicet actus limitatus non continet perfectè vltimas differẽtias extraneatũ specierum; & dico extraneatũ propter differẽtias proprietatum & passionũ quas perfectè forte claudunt in se quidditates, à quibus fluunt, sed illæ non sunt species extraneæ quãtũ distinctæ. Si est quidditas aliqua limitata cõtinetet differentias vltimas corporũ, nulla esset ratio quare aliqua limitata, phiberetur cõtinere differentias omnium rerum, saltem in- 280
feriorũ se, quoniã iam esset ratio limitationis. Vnde propter iddictam rationis in litera eleuatur respõsio respectu omnium, & sufficiẽter satisfit respectu omnium corporum virtobique.

Super Quæstionis octauæ quæstiæ Articulum tertium.

TItulus clarus. omnia corporalia.

¶ Sed circa ordinem huius tituli statim oritur dubium: quia videtur diminutus progressus ipse & omissa vna quæstio valde difficilis, in scilicet anima intelligat per species. In hac enim quæstione fuit diuersa opinionum: & hoc loco erat tractãda. Ante nanq; inquiratur an p̃species cõgenitas, influxas, aut acquisitas ab intelligendum erat quòd intelligit per species. Dicerent enim alij quod neque per sub stantiam propriã, neque per speciem aliquã intelligit anima, sed ipse actus Intelligẽdi est ilimitudo quodammodo obiecti.

¶ Ad hoc videtur mihi dicendum, quòd D. Tho. subtilius in minius vidit in hac quæstione quæ omissa dicitur, latere duo quæsita. Primum est, an dentur in intellecta nostro species intelligibiles. Secundò, an dentur species intelligibiles præuiæ actibus. Et primum quidem quæstionem omittit oportuit, quia communis animi conceptio omnium & antiquorum & posteriorum est, q̃ cognitio fit per assimilationem, idem autem intendimus per species intelligibiles & similitudines, nec in hoc est diuersitas opinionum, & si fuisset hoc quærendum, debuisset ante primum articulum hoc in dubium verti. Secundum verò quæstionem, in qua sunt diuersæ opiniones, hic tractare non debuit, sed in loco suo. Tangere autẽ eã in quæstione sequenti ar. 1. Vnde patet q̃ nihil omissum est. Nullus enim ita gat, in ala cognoscente esse similitudinem cogniti. Sed an illa similitudo præcise actũ, aut ipse actus, aut terminus actũ, alteri*. est quæstio. Vt in litera supponit in quæstiõ cõtra cõcessum, cognitionẽ fieri per assimilationẽ, & quæritur vtrum ista assimilatio p̃cedat actum. Nec obstat prædictis si ante actũ intellectũ sed in cognitionẽ: cognitiõis vi etur litera specie intelligibili p̃ principio. Tũ quia ex tractatu de angelis hoc sumpsimus: Tũ quia nihil p̃h bet supponere p̃ hoc, p̃æterim in breui.

¶ In corpore tuli: primò respondet quæsito negatiuè: Secundò refert opinionem o p̃positam Platonis, Tertiò arguit contra illam.

418
Ver. q. 10 arti. 6. Et quol. 8. arti. 3. Et opusc. 3. cap. 8. *Homil. 24. in euang. circa p. m. * propo. 10.

* declinãdo ad medium il ius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quo ad primum conclusio est: Anima non intelligit per species inditas. Probatur ratione & autoritate ratio est ista: Homo quandoque est cognoscens in potentia tantùm tam secundum sensum, quam secundum intellectum: & reducitur in actum quo ad sensum per actiones sensibilium, & quo ad intellectum per disciplinam, aut inuentionem. ergo secundū se est in potentia ad similitudines, quæ sunt principia sensationum & intellectionum. ergo nō habet eas inditas. Antecedēs patet experientia: consequentia verò probatur, quia eo modo aliquid se habet ad formam, quæ est principiū actionis quo ad actionem ipsam: quo declaratur in leuitate, & ferri sursum: quia quod est in potētia ad vnum, est in potentia ad reliquum: & quod in actu vnius, etiam in alterius est actiu.

*tex. 14.

¶Circa hanc rationem aduerte, quòd in ea sunt duo manifesta: & tertiū ambiguitatem habet ali quā. Patet imprimis, q̄ in probatione cōsequētię nō est sermo de quocunque modo, sed de his duobus, scilicet actu & potentia: ita q̄ propositio assumpta, q̄ vnum quodque eodem modo se habet ad formā principiantem actionem, & actionem ipsam: intelligitur quo ad hoc, quod est habere actu vel potentia. Patet secundo, q̄ hæc propositio est vera in formis, quę sunt principia naturalia: & deductis impedimētis in naturalibus quidem, quia ipsę statim cùm sunt operātur: nec prius duratione sunt & posita principiant actionem, vt patet in elementis: deductis autem impedimentis, quia si per accidens contingit formam impediri, ipsa actu habebit tur, & actio in potentia, vt patet in leui detento deorsum: sed hoc est per accidens, vt in litera dicitur. p̄ se autē q̄positio ista est verissima. Sed ambiguū est, an ista propositio sit vera in formis principiantibus voluntarię: si enim in his dicatur vera, obstat: quia ex petimur falsum esse q̄ forma voluntarię exeat in actum statim cùm est: imò habemus multas tales, secundum quas non operamur actu. Si autem dicatur quòd non tenet nisi in formis quæ sunt principia naturalia, frustra ad propositū adducta videtur: quoniam similitudines intelligibiles operantur, & cessant ab opere secundum imperium nostræ voluntatis. Et hoc præcipuè secundum doctrinam Sancti Thomæ, qui posuit species intelligibiles conseruari in intellectu, etiam quando non

*lib. 3. de anima text. 14.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd propositio assumpta tenet in omnibus formis tam naturalibus quàm voluntariis: sed propositio restringenda est ad potentiā essentialem & actum sibi correspondentem. Ita quòd sensus est, quòd vnumquodq; ita se habet ad formam, quæ est actionis principium, sicut ad actionem, quo ad hoc quòd fit est in potētia essentiali ad operationem, est etiam in potentia essentiali ad formam, & si non, non: & sic cessat instantia: quia nunquam aliquis est in potentia essentiali ad intellectionem, & in actu habet speciem intelligibilem imò hoc implicat: quia si actu habet, ergo potest cùm vult intelligere. Et si potest cùm vult, ergo non est in potentia essentiali, sed accidentali tantùm vt patet ex 8. Physicorum, & 2. & 3. de Anima. Patet autem hanc esse mentem litere: quia ex potentialitate quā experimur nos non posse intelligere ad libitum quæ volumus infert non esse nobis inditas habituales species rerum. Si enim essent Inditæ, intelligeremus omnia cùm vellemus: vt experimur in his quorum sensum habuimus.

liter inditas. Intelligit igitur anima res corporeas per species naturaliter inditas.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de Anima*, de intellectu loquens, quòd est sicut tabula in qua nihil est scriptum.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ cùm forma sit principium actionis, oportet, vt eo modo se habeat aliquid ad formā, quæ est actionis principium, quo se habet ad actionē illam: sicut si moueri sursum est ex leuitate, oportet quod in potētia tantùm sursum fertur, esse leue solùm in potentia: quod autem actu sursum fertur, esse leue in actu. Videmus autem quòd homo est quandoque cognoscens in potētia tātùm tam secundum sensum, quàm secundum intellectum. Et de tali potentia in actum reducitur, vt sentiat quidem per actiones sensibilium in sensum, vt intelligat autem per disciplinam, aut inuentionem. Vnde oportet dicere, quòd anima cognoscitiua sit in potentia tam ad similitudines, quæ sunt principia sentiendi, quàm ad similitudines, quæ sunt principia intelligendi. Et propterea hoc Arist.* posuit, quod intellect⁹, quo anima intelligit, nō habet aliquas species naturaliter inditas, sed est in principio in potētia ad huiusmodi species omnes. Sed quia id quod habet actu formam, interdum non potest agere secundū formam propter aliquod impedimentum sicut leue si impediatur sursum ferri: propter hoc Plato posuit quòd intellectus hominis naturaliter est plenus omnibus speciebus intelligibilibus, sed per vnionē corporis impeditur ne possit in actum exire. Sed hoc non videtur conuenienter dictum. Primò quidem, quia si habet anima naturalem notitiam omnium, nō videtur esse possibile, q̄ huius naturalis notitiæ tantam obliuionē capiat, quòd nesciat se huiusmodi scientiam habere. Nullus enim homo obliuiscitur ea quæ naturaliter cognoscit: sicut quòd omne totum sit maius sua parte & alia huiusmodi. Præcipuè autem hoc videtur esse inconueniēs, si ponatur esse animę naturale corpori vniri vt sua prā habitum est*. Inconueniens enim est, q̄ naturalis operatio alicuius rei totaliter impediatur per id quod est sibi secundum naturam. Secundò manifestè apparet huius positionis falsitas ex hoc, quòd deficiente aliquo sensu, deficit scientia eorū, quæ apprehenduntur secundum illū sensum: sicut cæcus natus nullā potest habere notitiā coloribus. Quod non esset si intellectui animæ essent naturaliter inditæ

*q̄o. 76. artic. 1.

omnium intelligibiliū rationes. Et ideo dicendum est, q̄ anima non cognoscit corporalia per species naturaliter inditas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ homo quidē conuenit cū angelis in intelligēdo: deficit tamen ab eminentia intellectus eorum, sicut & corpora inferiora quæ tantùm existunt, secundum Gregoriū deficiunt ab existentia superiorū corporum. Nam materia inferiorum corpum non est completa totaliter per formā, sed est in potentia ad formas, quas non habet: materia autē cœlestium corporum est totaliter completa per formā: ita quòd non est in potentia ad aliā formam, vt supra habitū est*. Et similiter intellectus angeli est perfectus per species intelligibiles secundum suam naturā: intellectus autem human⁹ est in potētia ad huiusmodi species.

¶Ad secundū dicendū, q̄ materia prima habet esse subst̄atiale per formam & ideo oportuit q̄ crearetur sub aliqua forma c: alioquin non esset in actu. Sub vna tamen forma existens est in potentia ad alias. Intellectus autem non habet esse subst̄antiale per speciem intelligibilem. Et ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendū, q̄ ordinata interrogatio procedit ex principiis cōmunib⁹ per se notis ad propria. Per talem autem processum scientia causatur in animaad discentis. Vnde cùm verū respōdet de his de quibus secundo interrogatur, hoc non est, quia prius ea nouerit, sed quia tunc ea de nouo addiscit. Nihil enim refert vtrum ille qui docet proponendo, vel interrogando, procedat de principiis communibus ad conclusiones. Vtrobique enim animus audientis certificatur de posterioribus per priora.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum species intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis separatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd species intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis separatis. Omne enim quòd per participationē est tale, causatur ab eo, quod est per essentiā tale: sicut quod est ignitū, reducitur sicut in causam in ignē. Sed anima intellectiua, secundū q̄ est actu intelligens, participat ipsa intelligibilia. Intellectus enim in actu quodāmodo est intellectū in actu. Ergo ea quæ secundū se & per essentiā suā sunt intellecta in actu, sunt causæ animæ intellectiuę, quòd actu intelligat. intellecta autem in actu per essentiam suā sunt formæ

quiddam: ergo à fortiori sic fiet reminiscentia intellectualis.

¶Quo ad secundum refert duo. Primò obuiationem: qua non obstante præmissa ratione Plato tenuit oppositum: secundò opinionem ipsam. Opinio est pars affirmativa quæstii. Obiectio ad rationem est positio impedimēti, scilicet vnionem ad corpus.

¶Circa obuiationem ad rationem præmissam dubium occurrit: quia videtur Sanctus Thomas nume rate species intelligibiles inter formas naturaliter agentes: quæ scilicet ideo non agunt, quia impediuntur. Cùm timen constet eas agere voluntarię: intelligimus enim cùm volumus.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q̄ habere impedimē tum, commune est formis naturaliter & voluntarię agentibus. Nec in hoc differunt: sed differentia est, quia naturales non impeditæ agunt ftatim, voluntariæ ad libitū. Vnde ex hoc q̄ species intelligibiles impeditæ poni dicuntur & ideo non posse exire in actum: non sequitur, ergo numerantur inter naturales formas, sed est sophisma consequētis.

¶Quo ad tertium arguitur dupliciter cōtra Platonem. Primò: quia positus effectus, scilicet obliuio fine causa. Sufficienti: & probatur, quia experimur nos non obliuisci eorum quæ naturaliter nouimus: scilicet, Omne totum est mai⁹ sua parte: esti vnio ad corpus est naturalis: vt probatum est. & præcipue hoc gcedit: quia non solùm ponitur effectus fine causa, sed pro prouenire ex causa: vnio pote ex vnione naturalium prouenire impedimentum naturalis operationis. Secundò, quia carens sensu: carebit scientia sensibilium illius: vt patet de habetur primo Posteriorum: ergo non est indita omnium scientia. Sienim scientia omnium ineesset animæ ex se ex multa excitatione & expergefactione citra quidū, cæci anima posset quādoque vti omnibus speciebus quas habet, & consequēter colorum, quod experimur falsum. Et pater sequela: quia sensibilia nō requirun tur nisi ad excitandum animam apud eos: & experimur reminiscen tiam fieri ex quodam in

Locutio Boetii.

Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum quartum.

TItulus clarus.

¶In corpore quinque. Primò proponit opinionem recentem affirmatiuam dupliciter: & refert Platonis viam. Secundò Auicenn. Tertiò in quo isti conueniunt & differunt. Quartò arguit vtrunque. Quintò respondet quæstio negatiuè.

¶Quo ad primum tria de Platone: primò ideas sensibilium subsistētes: secundò, duplicem participationem earum materialiter & intelligibiliter: tertiò corollarium. Ideo scientiam dicebat idearum non sensibilium. Et nota ibi q̄ quemadmodum nos Arist. sequentes, quia species ex sensibilibus in animam proueniūt fatemur, scientiam de ipsis sensibilibus esse dicimus: ita Plato, quia species ab ideis scientiam de ideis posuit.

¶Quo ad secundum tria ex Auic. primò naturas sensibilium immateriales non per se sed in intellectibus separatis: secundò, deriuationem ordinatam earum à primò vsque ad vltimum: tertiò, nomen & officium istius vltimi: nomen, intellectus agens, officium: quia ipse influit formas intelligibiles dupliciter, materiales corporali materialiter, & animæ nostræ intelligibiliter.

¶Quo

¶Quo ad tertium cōuenientia in vno q̄ vterque ponit species intelligibiles animæ nostræ effluere à formis separatis & sic respōdēt quæstio affirmatiuè: differentia, in tribus. Primò q̄ Plato, formas separatas dicit subsistētes, Auic. in intellectibus. Secūdo q̄ Plat. ponit immobiliter recipi influxum in animas: Auic. mobiliter imo tantum dum adualiet influit. Tertiò, quia ex hoc Plato sciētiam ponit ingenitam a sx. Auicen. verò nō, sed acquitide nouo successiuè.

¶Quo ad quartum quatuor. Primò q̄ ponit impossibile quod sequitur ad vtrunque, scilicet, q̄ anima frustra vniretur corpori. Secūdo probat sequelam sic, Anima nō vniuit corpori propter corpus, sed propter animam: quia scilicet, corpus necessarium est ad eius propriam operatio nem: quę est intelligere, sed secundum viam vtranque liæc operatio non cget corpore. ergo anima frustra vnitur corpori, vt incurrat talem sopores.

¶Quarto refert responsionem Auic. & refellit. responsio est: quod sensibilia sunt necessaria ad excitandam animam ad intelligentiam agentem. Repulsio est: quia si ex natura sua anima est receptiua ab intelligentia agente: ergo quando ex sola natura conuertetur absque excitatione, vel saltem excitata tam à vi sibilibus potest se conuertere ad recipiendū de nouo. Vnde non ponit scientia animę naturaliter inditā, sicut Plato, qui ponit participationes idearum immobiliter in anima permanere. Sed secundum hanc positionem sufficiens ratio assignari non posset, quare anima nostra corpori vniretur. Nō enim pōt dici, q̄ anima intellectiua corpori vniatur propter corpus: quia nec forma est propter materiam, nec motor propter mobile, sed potius e conuerso. Maximè aūt videtur corpus esse necessariū animæ intellectiuæ ad eius propriam operationē, quæ est intelligere: quia secundū esse suū à corpore non dependet. Si autem anima species intelligibiles secundum suam naturā apta nata esset recipere per influentiā aliquorum separatorū principiorū tātùm, & non acciperet eas ex sensibus, non indigeret corpore ad intelligendum, vnde frustra corpori vniretur.

¶Si autē dicatur q̄ indiget anima nostra sensibus ad intelligendum, quibus quodāmodo excitetur ad cōsiderāda ea, quorum species intelligibiles à principiis separatis recipit, hoc nō videtur sufficere: quia huiusmodi excitatio non videtur necessaria animæ nisi in quantū est consopita secundum Platonicos quodāmodo, & obliuiosa propter vnionē ad corpus c: & sic sensus non proficerēt animæ intellectiuæ nisi ad tollendum impedimentum, quod animæ prouenit ex corporis vnione. Remanet igitur quærendum, quæ sit causa vnionis animæ ad corpus. Si autē dicatur secundum Auic. q̄ sensus sunt animæ necessarij quia per eos excitatur, vt conuertat se ad intelligentiam agentem, à qua recipit species: hoc quidem non sufficit. Quia si in natura animæ est, vt intelligat per species ab intelligentia agente effluxas: sequeretur q̄ quandoque anima posit se conuertere ad intelligentiā agentem ex inclinatione suæ naturæ, vel etiā excitata per aliū sensum, vt conuertat se ad intelligentiam agentē, ad recipiendū species sensibilium, quorū sensū aliquis nō habet. Et sic cæcus natus posset habere scientiā de coloribus: quod est manifestè falsum. Vnde dicendū est, q̄ species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit, non effluunt à formis separatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ species intelligibiles, quas participat noster intellectus, reducūtur sicut in primā causam in aliquod principiū p̄ suā essentiam intelligibile, scilicet in Deum. Sed ab illo principio procedunt mediātibus formis rerū sensibiliū, & materialiū à quibus scientiam colligimus, vt Dionysius dicit.

¶Ad secundum dicendum q̄ res materiales secundum esse quod habent extra animam, possunt esse sensibiles actu non autem actu intelligibiles. vnde nō est simile de sensu & intellectu.

¶Ad tertiū dicendū, q̄ intellectus noster possibilis reducitur de potentia ad actum per aliquod ens actu, id est per intellectū agentem, qui est virtus quædam animæ nostræ, vt dictū est*: non autē per aliquem intellectum separatum, sicut per causam propriam proximam, sed fortè sicut per causam remotam.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum anima intellectiua cognoscat res immateriales in rationibus æternis.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur q̄ anima intellectiua nō cognoscat res immateriales in rōnibus æternis. Id enim in quo aliqd cognoscitur, ipsum magis & per prius cognoscitur. Sed alia intellectiua hominis in

*c2. 7. de diui. no.

¶In corpore dou. Primò declaratur origo tituli, & titulus ipse. Secūdò respondetur quæstio.

¶Quo ad primum duo inducuntur. Primò regula in cōmuni circa Philosophorum doctrinā fernandas: & cam quo ad bene, quā quo ad malè dicta ex Augu. Secundo inducit quomodo ipse Aug. hanc regulam seruauit in hac materia circa doctrinā Platonis: accepit eas rationes æternas, & mutauit modum essendi earū, & sic patet sensus tituli, & ei⁹ origo: omnia clara sunt in litera. Aduerte tamē, quòd positio Plato. propter duo extranea iudicatur à fide. Primò: quia ponebat sapientiam & vitam, & alia huiusmodi, quæ sunt perfectiōes simpliciter per se subsistere: & non solùm naturas sensibilium, scilicet bouis, equi, leonis, &c. sed quinz enim q̄ daretur vita infinitæ perfectionis, & simpliciter sapiētia infinita, &c. extra Deū. Et infinua tur in litera, vbi ad innuendum hoc adducuntur exemplariter hę perfectiones simpliciter. Secūdò, quia ponunt istas formę creatrices, cùm solius Dei sit creare, hoc in litera etiā exprimitur.

¶Quo ad secundum respōdetur sub distinctione duorū sensuum, quos pōt habere quæstio tali ordine. Primò ponitur obiectio respōnsiua sub vno sensu. Secundo ponitur alia conclusio responsiua sub allo sensu: & probatur. Tertio obiicitur, q̄ prima conclusio est de intentione Aug. Distinctio est, Cognosci omnia in rationibus æternis dupliciter, scilicet obiectiue vel causaliter, prima conclusio

*q96. 79. artic. 4.

Infrā q. 88. art. 3. ad 1. Et ver q. 8. art. 7. ad 6. Et q. 10 ar. 1. cor. & ad 6. & arti. 8. con.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concluſio eſt. In rationi-
bus æternis obiectiue ſe-
cundum ſtatum præſen-
tem anima non cognoſ-
cit omnia, ſed bene ani-
ma beata: iſta ex ſe eſt
euidens. Secunda cõclu
ſio eſt in rationibus æ-
ternis cauſaliter, ſed nõ
ſolis, anima nũc cogno
ſcit omnia. Probat. quo
ad primã partem: quia
omnia cognoſcit lumi-
ne naturali: ergo tõibus
æternis. probatur
conſequentia: quia hoc
nihil aliud eſt quã par-
ticipatio diuini luminis
in quo ſunt illæ. Proba-
tur hoc autoritate Pſal.
Signatũ eſt, &c. deinde
probatur quo ad ſecun-
dam partem, ſcilicet nõ
tamen ſolis, duplicitер
ratione, quia præter lu-
men requiritur ſpecies
intelligibiles à reb' ſum
ptæ: & autoritate Aug.
in 4. de Tri. Quod autẽ
prima concluſio ſit de
mente Aug. eius auto-
ritate in lib. 83. q. probatur.

¶ *Super Quæſtionis octauæ ſeptimam quartæ Articulum ſextum.*

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore qua-
tuor. Primo Democriti,
ſecundo Platonis, ter-
tio Ariſt. opinionem tra
ctat: quarto reſpondet
quæſtio iuxta opinionẽ
Ariſtot.

¶ Quo ad primum qua-
tuor refert. Primõ, quòd
cognitio ineſt omnibus
à ſenſibilibus: ſecundò,
q̃ à ſenſu: tertiò q̃ per
defluxionem: quartò, ta
dicem, quia intellectum
ponebat eiuſdẽ ordinis
cum ſenſitiua parte, om
nia patentin litera.

¶ Quo ad ſecundũ qua-
tuor. Primo oppoſitiõ-
nẽ radicis prædictæ, ſe-
cundo, q̃ intellectualis
non à ſenſibilibus niſi
excitatiue. Tertio, quod
ſenſitiuum nõ à ſenſibilib'
niſi quo ad organa, ſed à
ſeipſa, quarto radicẽ hu
ius, quia ſentire poſuit
opus proprium animæ.

¶ Quo ad tertium tria.
Primo conuenientiam
& differentiam eius cir-
ca radicem tam cũ Pla-
to. quàm Democrit. vbi
duo, Primo intellectus
differetus à ſenſu, cum
Plat. cõtra Democri. ſe-
cundo, operatio ſenſitiua
non animæ tantum, ſed
cõiuncti cum Democr.
contra Pla. Secũdo, quo
ad cognitionem ſenſibi-
uam, vbi duo. primo, q̃
fit ſufficienter à ſenſibi
libus, contra Plato. cum
Demo. q̃ cõiuncti, &c.
ſecundo, quod non per
defluxionem, ſed immu
tationem contra Demo
critum. Tertio quo ad
cognitionem intellecti
uam, vbi duo primo,
quod ad eam requiritur
agens ſuperius ſenſibili
bus cum Platon. contra
Democr. ſecũdo q̃ ipſa
non fit à ſolo illo agen
te, ſed etiam phãtaſma-
tibus per modum ab-
ſtractionis, contra Plat.

*cap.35.

*q.46.

419

*cap.25.

d.192. & 193.

c 442

ſtatu præſentis vitæ non cognoſcit ratio-
nes æternas: quia nõ cognoſcit ipſum Deũ
in quo rõnes æternæ exiſtunt, ſed ei ſicut
ignoto coniungitur: vt Dio. dicit in 1. cap.
Myſticæ Theologiæ. Ergo anima nõ cogno
ſcit omnia in rationibus æternis.

¶ 2 Præterea, Rom. 1. dicitur, q̃ inuiſibilia
Dei per ea quæ facta ſunt conſpiciuntur.
Sed inter inuiſibilia Dei numeratur ratio-
nes æternæ. Ergo rationes æternę per crea
turas materiales cognoſcuntur: & non e-
conuerſo.

¶ 3 Præterea, Rationes æternæ nihil aliud
ſunt quàm ideæ. Dicit enim Aug. in li. 83. q.
quòd ideæ ſunt rationes ſtabiles rerum in
mente diuina exiſtẽtes. Si ergo dicatur q̃
anima intellectiua cognoſcit omnia in ra-
tionibus æternis, redibit opinio Platonis,
qui poſuit omnem ſcientiam ab ideis de-
tiuari'.

¶ SED CONTRA eſt quod dicit
Aug. 12. Conf.* Si ambo videmus verũ eſſe
quod dicis, & ambo videmus verum eſſe
quod dico, vbi quæſo id videmus? Nec er-
go vtique in te, nec tu in me, ſed ambo in
ipſa, quæ ſupra mentes noſtras eſt incõmu
tabili veritate. Veritas aũt incõmutabilis
in æternis rationibus cõtinetur. ergo ani-
ma intellectiua omnia vera cognoſcit in
rationibus æternis.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ ſicut
Aug. dicit in 2. de doctri. Chriſtiana*, qui
philoſophi vocãtur, ſi qua fortè vera, & fi-
dei noſtræ accommoda dixerũt, ab eis, tã-
quã ab iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum no-
ſtrũ vendicanda ſunt. Habẽt enim doctri-
næ Gentilium quædam ſimulata, & ſuper
ſtidioſa figmẽta, quæ vnuſquiſque noſtrũ
de ſocietate Gentilium exiens debet euita
re. Et ideo Aug. qui doctrinis Platonicorũ
imbutus fuerat, ſi qua inuenit fidei accom
moda in eorũ dictis, aſſumpſit. Quæ verò
inuenit fidei noſtræ aduerſa, in melius cõ
mutauit. Poſuit autem Plato*, ſicut ſupra
dictum eſt*, formas rerũ per ſe ſubſiſtere à
materia ſeparatas, quas ideas vocabat, per
quarũ participationẽ dicebat intellectum
noſtrũ omnia cognoſcere: vt ſicut materia
corporalis per participationem ideę lapi-
dis fit lapis: ita intellectus noſter per par-
ticipationẽ eiuſdẽ ideæ cognoſceret lapi-
dem. Sed quia videtur eſſe alienum à fide
q̃ formæ rerum extra res per ſe ſubſiſtant
abſque materia, ſicut Platonici poſuerũt,
dicentes per ſe vitam, aut per ſe ſapientiã
eſſe quaſdã ſubſtantias creatrices*: vt Dio
ny'. dicit 11. c. de Diu. no. ideo Aug. in li. 83.
q.* poſuit loco harum idearũ, quas Plato
ponebat, rationes omnium creaturarum
in mente diuina exiſtere, ſecundum quas
omnia formantur: & ſecundum quas etiã
anima humana omnia cognoſcit. Cùm er-
go quæritur vtrum anima humana in ra-
tionibus æternis d omnia cognoſcat, di-
cendùm eſt quòd aliquid in aliquo dicitur
cognoſci dupliciter. Vno modo ſicut in ob
iecto cognito ſicut aliquis videt in ſpecu-
lo ea, quorum imagines in ſpeculo reſul-
tant: & hoc modo anima in ſtatu præſen-
tis vitæ nõ poteſt videre oĩa in rationibus
æternis. Sed ſic in rationibus æternis co-
gnoſcunt omnia beati, qui Deũ vident &
omnia in ipſo. Alio modo dicitur aliq̃d co-
gnoſci in aliquo, ſicut in cognitionis prin
cipio: ſicut ſi dicamus q̃ in ſole videtur ea
quæ videntur perſolẽ: & ſic neceſſe eſt di-
cere, q̃ anima humana omnia cognoſcat
in rationibus æternis: per quarũ partici-
pationẽ oĩa cognoſcimus. Ipſum enim lu-
men intellectuale, quod eſt in nobis, nihil
eſt aliud quam quædã participata ſimilitu
do lumínis increati e, in quo continentur

* Vtre-
fert Ariſt.
1. Metap.
text. 6.

*ar. præ.

336

* q.46.

c 442

rationes æternę. Vnde in Pſal. dicitur. Multi dicunt. Quis oſtẽ
dit nobis bona. C ui queſtioni Pſalmiſta reſpõdet dicẽs, Signa
tum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine. Quaſi dicat, Per
ipſam ſigillationẽ diuini luminis in nobis omnia demonſtrã-
tur. Quia tamẽ præter lumen intellectuale in nobis exigũtur
ſpecies intelligibiles à rebus acceptę ad ſciẽtiã de rebus mate
rialibus habendã, ideo non per ſolam participationem ratio-
num ęternarum de rebus materialibus nobis habemus: ſicut
Platonici poſuerunt, q̃ ſola idearũ participatio ſufficit ad ſcie-
tiam habendam. Vnde Aug. dicit in 4. de Tri.* Nunquid quia
Philoſophi documentis certiſsimis perſuadẽt æternis rationi-
bus omnia tẽporalia fieri: & propterea potuerunt in ipſis ra-
tionibus perſpicere: vel ex ipſis colligere quot ſunt animaliũ
genera, quæ ſemina ſingulorũ? Nónne iſta omnia per locorum
ac temporum hiſtoriam quæ fierũt? Quod autem Aug. non ſic
intellexerit, omnia cognoſci in rationibus æternis, vel in in-
commutabili veritate quaſi ipſæ rationes æternæ videantur,
patet per hoc quod ipſe dicit in lib. 83. q.* q̃ rationalis anima
non omnis & quæcunq; ſed quæ ſancta & pura fuerit, affleri-
turilli viſioni, ſcilicet rationũ æternarũ eſſe idoneæ: ſicut ſunt
animæ bonorum. Et per hæc patet reſponſio ad obiecta.

*cap.8.

*Lib. de
Spiritu &
anima
cap. 9.

*cap.10.

*Lib. de
Gen. ad
lit. cap. 17.

*cap.18.

*cap.19.

*cap.20.

*cap.21.

*cap.22.

*cap.23.

*cap.24.

*cap.25.

*cap.26.

*cap.27.

*cap.28.

*cap.29.

*cap.30.

*cap.31.

*cap.32.

*cap.33.

*cap.34.

*cap.35.

*cap.36.

*cap.37.

*cap.38.

*cap.39.

*cap.40.

*cap.41.

*cap.42.

*cap.43.

*cap.44.

*cap.45.

*cap.46.

*cap.47.

*cap.48.

*cap.49.

*cap.50.

*cap.51.

*cap.52.

*cap.53.

*cap.54.

*cap.55.

*cap.56.

*cap.57.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusionem vniuersalem afferens causam particularem. Secundò, quia ex visitis rationis, ita sequitur de intellectu coniuncto corpori passibili: sicut de coniuncto corpori impassibili: quoniam ex natura obiecti & natura potentiæ procedit. constat enim eandem esse naturam obiecti sensibilis tunc & nunc: & similiter eandem naturam potentiæ, sed de corpore glorioso hoc negatur, ergo ex hac parte peccat tō adductus causam vniuersalem ad conclusionem particularem. Et confirmatur: quia istam rationem locū habere vult S. Thom. etiam de intellectu cōiuncto corpori sano, scilicet in statu innocentiæ: vt patet inferius in q. 94. art. 2.

*1ex. 30.

d.190.

423

d.753.

poreū aliquid. Quod patet esse falsum. Intelligimus enim veritatem ipsam, & Deū & angelos.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de Anima*, ꝙ nihil sine phantasmate intelligit anima.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ impossibile est intellectum secundum præsentis vitæ statū, quo patsibili corpori cōiungitur, aliquid intelligere in actu nisi cōuertēdo se ad phātasmata. Et hoc duobus indiciis apparet. Primò quidem, quia cùm intellectus sit vis quædam non vtens corporali organo, nullo modo impediretur in suo actu per læsionem alicuius corporalis organi, si non requireretur ad eius actū actus alicuius potētiæ vtentis organo corporali. Vtūtur autē organo corporali sensus, & imaginatio, & aliæ vires pertinētes ad partem sensitiuā. Vnde manifestum est, ꝙ ad hoc ꝙ intellectus actu intelligat, nō solùm accipiendo scientiā de nouo, sed etiam vtendo scientia iam acquisita, requiritur actus imaginationis & cæterarū virtutū. Videmus enim ꝙ impedito actu virtutis imaginatiuæ per læsionem organi, vt in phreneticis: & similiter impedito actu memoratiuæ virtutis vt in lethargicis*, impeditur homo ab intelligendo in actu etiā ea quorum scientiam præaccepit. Secundò, quia hoc quilibet in sepso experiri potest, ꝙ quando aliquis conatur aliquid intelligere format sibi aliqua phātasmata per modum exemplorum: in quibus quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde est etiā, ꝙ quando aliquem volumus facere aliquid intelligere, proponimus ei exēpla, ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendū. Huius autem ratio est: quia potētia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Vnde intellectus angeli, qui est totaliter à corpore separat*, obiectum propriū est substātia intelligibilis à corpore separata, & p huiusmodi intelligibilia materialia cognoscit. Intellecti* aūt humanus, qui est cōiunctus corpori, propriū obiectū est quidditas, siue natura in materia corporali existēs, & per huiusmodi naturas visibiliū rerū, etiam inuisibiliū rerum aliquā cognitionē ascēdit*. De ratione autem huius naturæ est ꝙ in aliquo indiuiduo existat: quod nō est absque materia corporali. Sicut de ratiōe naturæ lapidis est, ꝙ sit in hoc lapide: & de ratione naturæ equi est, ꝙ sit in hoc equo. & sic de aliis. Vnde natura lapidis, vel cuiuscunq; materialis rei cognosci nō potest cōpletè & verè nisi secundū quod cognoscitur, vt in particulari existens. Particulare autem apprehendimus per sensum & imaginationem. Et ideo necesse est ad hoc ꝙ intellectus intelligat suum obiectum proprium, ꝙ conuertat se ad phantasmata, vt speculetur naturā vniuersalem in particulari existentem. Siautem propriū obiectū intellect* nostri esset forma separata, vel sformæ rerū sensibiliū subsisterent, nō in particularibus secundū Platonicos*, nō oporteret, ꝙ intellectus nostri semper intelligendo conuerteretur se ad phantasmata.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ species cōseruatę in intellectu possibili, in eo existunt habitualiter quando actu non intelligit, sicut suprà dictū est*. Vnde ad hoc vt intelligamus in actu nō sufficit ipsa cōseruatio specierū: sed oportet ꝙ eis vtamur secundū quod conuenit rebus quarū sunt species: quæ sunt naturæ in particularibus existentes.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ etiam ipsum phantasma est similitudo rei particularis: vnde non indiget imaginatio aliqua alia similitudine particulari, sicut indiget intellectus.

¶Ad tertiū dicendū, ꝙ incorporea, quorū nō sunt phantasmata, cognoscuntur à nobis per comparationem ad corpora sensibilia, quorum sunt phantasmata: sicut veritatem intelligimus ex cōsideratione rei, circa quā veritatē speculamur. Deū autem vt Diony.* dicit, cognoscimus vt causam, & per excessum, & per remotionem. Alias etiam incorporeas substātias in statu præsentis vitæ cognoscere non possumus

*1ex. 30.

d.190.

423

d.753.

contingit multipliciter: in proposito tamen logicè, & metaphysicè loquendo, dupliciter accidit. Primò, quia illud conuenit ei extra primum modum perfectionis, & sine tali potest perfectè prioris naturā cognosci quidditatiuè. Secundò, quia illud conuenit ei infra primum modum perfectionis, & à tali posteriori perfecta cognitio quidditatiua depēdere potest: vt patet de perfecto & imperfecto: hic est prædicata sunt rerū infra primum modum per se: nec absque eis habetur completa quidditatiua cognitio. Vnde Aristotel. primo Cœli. primā prædicandi quòd inuestigare de mundo, est ly perfectum. Et Diuus Thom. post simplicitatē quæ pertinet primo ad quod quid est sciri, statim de perfectione Dei quæstionem subdit in princip. huius operis, cū ergo modus essendi particularium sit substātialis ei cuius est: necaliam rem, aut rationem formalem significat quam dicat aliquo modo extra prædicata primi modi nequaquā contineatur, Ac per hoc sine eius cognitione perfectè natura cognosci non potest. Et confirmatur: quia modus actus est simpliciter posterior natura sed aliqualiter. Nō simpliciter quidem: quia cùm omne prius reducatur ad illum modum, scilicet à quo non conuertitur consequens. Et patet in 5. Metaph. & cōfert, ꝙ si est homo, est homo aliquis, quamuis non hoc: & econuerso, cōsequens est, quod non sit prius simpliciter modo isto substantiali. Dico autē, ꝙ si est homo, est homo aliquis, non eo modo quo risibilis: sed eo modo, quo in nullo instanti naturæ verificari potest de aliquo, quòd sit homo: & tamē non adhuc sit homo aliquis. Quamuis enim prius natura sit genere homo quam risibile: & quodammodo, quam hic homo: non tamen quàm homo aliquis: vt patet apud Peripateticos. Aliqualiter tamen est prior: quia secundum abstractionem intellectus homo prius est, quàm homo aliquis.

*1ex. 1, in fin. innocentiæ. & 4.

*1ex. 3.

*1ex. 12.

*1ex. 3.

*1ex. 3.

*1ex. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptæcedentis,tota præce dens quæstio quærit formaliter de his,per quæ intelligimus, vt sic, ista verò de modo & ordine quo intelligim⁹,& ideo ab vniuersalissimo modo incœpit, scilicet abstractione à Phantasmatibus, hic enim modus communis est omni no stræ intellectioni,vt patebit.

¶In corpore duo,primò respõdet quæstio. Secũdo refert opinionẽ Platonis.oppositam in calce.

¶Quo ad primum conclusio responsiua affirmatiuè est hæc. Intellectus noster intelligit materialia abstrahendo à phantasmatibus. Vbi primò nota,q̃ abstrahere à phantasmate quandoque significat operationem intellectus agẽtis,quandoq; operationem intellectus possibilis. Intellectus agentis quidem quando dicitur quòd abstrahimus species intelligibiles à phãtasmatibus, Intellectus verò possibilis quando dicitur quod cognoscimus quòd quicquid est hominis abstrahẽdo ab hoc & illo homine. Tãtùm autẽ interest inter abstractionem vtranq; quòd abstractio illa est realis productio rei abstractæ, scilicet speciei intelligibilis.ista autem sõlùm est'expoliatio rei abstractæ non per realem denudationem,sed per negationem actiõis seu cõsiderationis,vt in responsione ad primum clarè patet in litera. Et quoniam secũda est effectus primæ, & eiusdẽ rationis cum ea, vt patebit:ideo præsens conclusio de vtraque intelligitur distinctè.

¶Deinde probatur conclusio, Intellectus noster sic, non est actus corporis, quòd tamen est virtus animæ existẽtis in corpore: ergo proprium eius est cognoscere formam in materia hac, non prout est in hac materia, hoc est abstrahere à phantasma ribus:ergo. Antecedens supponitur ex dictis, & declaratur distinguẽdo triplicem gradum virtutis cognoscitiuæ, scilicet actum corporis nõ actum corporis & quodammodo tic, & quodammodo non. Consequentia vero probatur ratione, quia obiectum proportionatur virtuti cognoscitiuæ. Et confirmatur distribuendo proportionata obiecta in gallis gradibus cognoscentium.

¶Nota, quòd maxima illa, obiectum proportionatur virtuti cognoscitiuæ, absque dubio tenet quo ad cognitionem & eleuationem à materia: quicquid obiici possit de aliis conditionibus. Impossibile nanque est, quod vis corporea polliti in aliquid supra corporea eleuatum,& turſus vt vis in corporea

361 b

*tex. 32. & 39.

*tex. 11.

*qõ. 84. ar. 7. & q. 80. art. 2.

d. 188.

b 425

*qõ. 76. art. 1.

d. 752. & 8.

*vt Arist. refert li. 1. meta. * tex. 6.

*qõ. 84. artt. 1.

phantasmata sicut inmẽ ad colores: quod nõ abstrahit aliquid à coloribus,sed magis eis influit⁶. Ergo nullo modo intelligimus abstrahendo à phantasmatibus.

¶5 Præterea, Philosophus in 3. de Anima * dicit q̃ intellectus intelligit species in phantasmatibus.Non ergo eas abstrahendo.

¶SED CONTRA est quod dicitur in 3. de Aĩa*, q̃ sicut res sunt separabiles à materia,sic circa intellectũ sunt. Ergo oportet q̃ materialia intelligãtur, inquãtũ à materia abstrahuntur, & à similitudinibus materialibus, quæ sunt phantasmata.

¶RESPONDEO dicẽdum,q̃ sicut suprà dictũ est*, obiectũ cognoscibile proportionatur virtuti cognoscitiuæ. Est autẽ triplex gradᵘ cognoscitiuæ virtutis. Quædam enim cognoscitiua virtus est actus organi corporalis, scilicet sensus. Et ideo obiectum cuiuslibet sensitiuæ potẽtiæ est forma, prout in materia corporali existit. Et quia huiusmodi materia est indiuiduationis principiũ,ideo omnis potentia sensitiuæ partis est cognoscitiua particularũ tantum. Quædã aũt virtus cognoscitiua est quæ neque est actus organi corporalis, neq; est aliquo modo corporali materiæ cõiuncta:sicut intellectus angelicus. Et ideo huius virtutis cognoscitiuæ obiectũ est forma siue materia subsistẽs. Et si enim materialia cognoscãt, nõ tamẽ nisi in immaterialibus ea intuẽtur, vel in seipsis, vel in Deo. Intellectus aũt human⁹ medio modo se habet. Nõ enim est actus alicuius organi:sed tamen est quædã virtus animę, quæ est forma corporis, vt ex supra dictis patet⁷. Et ideo propriũ eius est cognoscere formã in materia quidẽ corporali indiuidualiter existentẽ, non tamen prout est in tali materia. Cognoscere verò id quod est in materia indiuiduali, nõ prout est in tali materia, ẽ abstrahere formã à materia indiuiduali,quã representant phantasmata. Et ideo necesse est dicere, q̃ intellectus noster intelligit materialia abstrahendo à phantasmatibus, & per materialia sic cõsiderata in immaterialiũ aliqualẽ cognitionẽ deuenimus:sicut ecõtra Angeli per immaterialia materialia cognoscũt. Plat.⁸ verò attendens solùm immaterialitatẽ intellectus humani,non autẽ ad hoc q̃ est corpori quodammodo vnitus, posuit obiectũ intellectus ideas separatas, & quòd intelligimus,non quidem abstrahẽdo,sed magis abstracta participando, vt suprà dictum est⁸.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ abstrahere cõtingit dupliciter. Vno modo per modũ cõpositionis & diuisionis, sicut cũ intelligimus aliquid nõ esse in alio vel esse separatũ ab eo. Alio modo per modũ simplicitatis: sicut cùm intelligimus vnũ nihil cõsiderãdo de alio abstrahere igitur per intellectum ea, quæ secundum rem nõ sunt abstracta, secundũ primũ modũ abstrahendi, nõ est absq; falsitate. Sed secundo modo abstrahere p̃ intellectũ, quæ non sunt abstracta secundũ rem, nõ habet falsitatẽ⁹, vt in sensu apparet. Si enim dicam⁹ colorẽ nõ inesse corpori colorato, vel esse separatũ ab eo, erit falsitas in opinione, vel in oratione. Si verò consideremus colorẽ & proprietatẽ eius, nihil cõsiderantes de pomo colorato: vel fic quod intelligimus voce exprimamus, erit absq; falsitate opinionis, & orationis. Pomũ enim nõ est de rõne coloris. Et ideo nihil ꝓhibet colorẽ intelligi, nihil intelligẽdo de pomo. Similiter dico, quòd ea quæ pertinẽt ad ratio-

nem specici cuiuslibet rei materialis,puta lapidis, aut hois, aut equi: possunt cõsiderari sine principiis indiuidualibus quæ nõ sunt de rõne speciei. Et hoc est abstrahere vniuersale à particulari, vel specie intelligibilẽ à phantasmatibus,considerare scilicet naturã speciei absque consideratione indiuidualiũ principiorũ, quæ per phantasmata repræsentãtur. Cùm ergo dicitur q̃ intellectus est falsus qui intelligit rẽ aliter quàm sit, verum est si ly aliter, referatur ad rem intellectã. Tunc enim intellectus est falsus, quando intelligit rẽ esse aliter quàm sit⁶. Vndefalsus esset intellectus si sic abstraheret specie lapidis à materia, vt intelligeret eã nõ esse in materia, vt Plato posuit. Non est aũt verũ quod proponitur, si ly aliter, accipiatur ex parte intelligẽtis. Est enim absque falsitate, vt alius sit modus intelligentis in intelligẽdo, quàm modus rei in essendo: quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modũ intellectus, non autẽ materialiter per modum rei materialis.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ quidã putauerunt, q̃ species rei naturalis sit forma solùm,& q̃ materia nõ sit pars speciei⁶. Sed secundũ hoc in diffinitionibus rerũ naturalium non poneretur materia. Et ideo aliter dicendũ est, q̃ materia est duplex, scilicet communis & signata vel indiuidualis. Communis quidẽ, vt caro & os, indiuidualis aũt, vt hæ carnes & hæc ossa. Intellectus igitur abstrahit speciẽ rei naturalis à materia sensibili indiuiduali, non autẽ à materia sensibili cõmuni. Sicut speciẽ hominis abstrahit ab his carnibus & his ossibus, quæ non sunt de ratione speciei sed partes indiuidui, vt dicitur in 7. Meta.⁸ & ideo sine eis cõsiderari potest. Sed species hominis nõ põt abstrahi per intellectum à carnibus & ossibus. Species aũt mathematicæ possunt abstrahi per intellectum à materia sensibili, non solũ indiuiduali, sed etiam cõmuni, non tamen à materia intelligibili cõmuni. sed solùm indiuiduali. Materia enim sensibilis dicitur materia corporalis secundũ qd̃ subiacet qualitatibus sensibilib⁹,scilicet calido & frigido, duro, & molli, & huiusmodi. Materia verò intelligibilis dicitur substantia secundũ quòd subiacet quantitati. Manifestum est autem quòd quãtitas prius inest substãtiæ quàm qualitates sensibiles. Vnde quãtitates (vt numeri & dimẽsiones & figuræ, quæ sunt terminationes quãtitatũ) possunt cõsiderari absq; qualitatibus sensibilibus, qã est eas abstrahi à materia sensibili nõtamẽ possunt considerari sine intellectu substantiæ quãtitatisubiectæ,quod esset eas abstrahi à materia intelligibili cõmuni. Possunt tamen considerari sine hac vel illa substãtia: quod est eas abstrahi à materia intelligibili indiuiduali. Quædã verò sunt, quæ possunt abstrahi ẽt à materia intelligibili cõi, sicut ens vnum, potentia, & actus & alia huiusmodi, quæ etiam esse possunt absque omni materia, vt patet in substãtiis immaterialibus. Et quia Plato non consideravit qã dictũ est de duplici modo abstractionis oia quæ diximus abstrahi per intellectum, posuit abstracta esse secũdum rem.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ colores habẽt eundem modũ existẽdi, prout sunt in materia corporali indiuiduali, sicutin potẽtia visiua. Et iõ possunt imprimere suã similitudinẽ in visum. Sed phãtasmata cùm sint similitudines indiuiduorũ, & existãt in organis corporis, non habẽt eundem modũ

dam intentionalem virtutem per modum fluentis: qua reddunta bita ad abstractionẽ. Et cõfirmatur hoc quia regulariter est apud S. Th. q. Instru-

sit naturaliter obiecta ad corpoream. Et propterea intellect⁹ nostr⁹ medio modo se habens ad medio modo se habentia, vt ad primum no iecta se extendit.

¶Sed occurrit difficultas hic: quia fatemur videre quod assumptum, & haberi in litera, q̃ scilicet conferet ex natura materia non prout est in hoc, est abstrahere à phantasmatibus.Angelus primus intelligit quando quod quid est alicuius rei materialis non intelligendo hoc ipsum vt in hoc: & tamen non abstrahunt, non quoque,si vera est opinio Platonis, nihilominus intelligerentur quid erat esse hominis non intelligendo hunc vel illum, & tamen non abstraherentur, Ad hoc dicitur, q̃ Angelum illud est verisimum, modo sano intelligatur, scilicet per ipsis viribus seu potentiis sensitiuis ex hoc quòd naturaliter connata sunt cũ intellectibus: quemadmodum vegetatiuum redditur virtuosior ex coniunctione ad sensitiuum. Vnde vegetatiuum in animali generat carnem, & sensitiuum in homine potest particularia conferre. Secundum verò,quia natura ordino exposcit vt si natura naturæ, & potentia potentię coniungatur: q̃ multo magis actus actui coniungitur vigeratur. Quare hoc ex actuali abstractione phantasiæ in sentiendo intellectui agẽti fortitur: phantasmata enim habilia fieri & esse ad hoc vt abstrahatur species ab eis, nihil aliud est quã ipsa fieri & esse in summo spiritualitatis gradu eitca intelligibilẽ ordinem:& hoc conuenit eis, cũ ordinata sunt actualiter, & simẽ dispõsita vt cooperetur intellectui agẽti, tũc autẽ est cũm intellectus agens cõiungitur ei, illuminãdo ea: non formaliter sed obiectiue, sicut colores illuminantur. Phantasia ergo existẽte in actu secundo,& ordinando rẽ sua phantasmata, intellectus agẽs actiõit illustrat illis propinquus imo cõiunctus coniunctione qua lumen coniungitur colori.& sic illuminatum phãtasmata obiectiuè: & hac obiectiua illuminatione attingunt summum spiritualitatis gradum, & sic reddũntur & sunt habiles vt ex eis species intelligibilis abstrahatur.quæ est tertium inter ea & quæ aliquæ pars sensitiua, quæ abstractio nihil aliud in productione speciei est, quàm vti ipsis phãtasmatibus quo ad naturam repræsentatã, & non quo ad individualia. Sic autem est, & secundum veritatem, & apud S. Thom. non est difficile videre. Secundò veritatem quidẽ: quia ordo rerum exigit vt supremum infimi attingat in infimũ supremi:ea per hoc natura sensitiua in sui supremo,id est in cogitatiua in actu, perueniat ad summũ spiritualitatis & actualitatis gradum: cum tamen tamẽ quadam infra ordinem intellectualium. Et confirmatur quia natura horret superflua, nec superaddit intentiones his, quæ possũt per ipsas fieri perficiẽ imò hoc est addere intentiones intẽtionibus: quia phantasmata ipsa

*in cor. & ar. 7. q. præc.

90 a

meatum impotens ad principalẽ effectũ sumit à principali agente intentionem qua instrumentaliter possit in illum. Constat autẽ phantasma se habere ad intellectum agẽtem vt instrumentum, &c. A liis verò videtur hoc impossibile:quia vis illa aut est de ordine materialium, aut immaterialium: si materialium, ergo erit hæc particularizata vt phantasmata: non ergo erit propterea phantasma habilius: si immaterialis ergo non erit subiectiuè in phãtasia: quia quicquid est ibi subiectiuè, est particularizatũ, vt ipsa cũ vnũquodque recipiantis. ¶Mihi autem non proper has rationes, sed propter rerũ ordinem & literæ verba diligentius perspecta, videtur q̃ illuminatio ista nullã rem addendo habiliret.

¶Ad cuius euidentiam sciendũ est, q̃, vt in litera dicitur, pars sensitiua tria fortitur gradatim ex coniunctione ad intellectũ. Primò redditur virtuosior: secundò habilis ad abstractionem: tertiò ab ea abstrahitur species intelligibilis. Et primum quidem conuenit ipsis viribus seu potentiis sensitiuis ex hoc quòd naturaliter connata sunt cũ intellectibus: quemadmodum vegetatiuum redditur virtuosius ex coniunctione ad sensitiuum. Vnde vegetatiuum in animali generat carnem, & sensitiuum in homine potest particularia conferre. Secundum verò,quia natura ordino exposcit vt si natura naturæ, & potentia potentię coniungatur: q̃ multo magis actus actui coniungitur vigeratur. Quare hoc ex actuali abstractione phantasiæ in sentiendo intellectui agẽti fortitur: phantasmata enim habilia fieri & esse ad hoc vt abstrahatur species ab eis, nihil aliud est quã ipsa fieri & esse in summo spiritualitatis gradu eitca intelligibilẽ ordinem:& hoc conuenit eis, cũ ordinata sunt actualiter, & simẽ dispõsita vt cooperetur intellectui agẽti, tũc autẽ est cũm intellectus agens cõiungitur ei, illuminãdo ea: non formaliter sed obiectiue, sicut colores illuminantur. Phantasia ergo existẽte in actu secundo,& ordinando rẽ sua phantasmata, intellectus agẽs actiõit illustrat illis propinquus imo cõiunctus coniunctione qua lumen coniungitur colori.& sic illuminatum phãtasmata obiectiuè: & hac obiectiua illuminatione attingunt summum spiritualitatis gradum, & sic reddũntur & sunt habiles vt ex eis species intelligibilis abstrahatur.quæ est tertium inter ea & quæ aliquæ pars sensitiua, quæ abstractio nihil aliud in productione speciei est, quàm vti ipsis phãtasmatibus quo ad naturam repræsentatã, & non quo ad individualia. Sic autem est, & secundum veritatem, & apud S. Thom. non est difficile videre. Secundò veritatem quidẽ: quia ordo rerum exigit vt supremum infimi attingat in infimũ supremi:ea per hoc natura sensitiua in sui supremo,id est in cogitatiua in actu, perueniat ad summũ spiritualitatis & actualitatis gradum: cum tamen tamẽ quadam infra ordinem intellectualium. Et confirmatur quia natura horret superflua, nec superaddit intentiones his, quæ possũt per ipsas fieri perficiẽ imò hoc est addere intentiones intẽtionibus: quia phantasmata ipsa intentiones sunt. Secundum mentem verò S. Tho. apparet, quoniam docẽs illustrari phãtasmata dicit hoc esse, quemadmodum pars sensitiua vigoratur ex cõiunctione ad intellectum: vbi constat nihil aliud superaddi, &c. Nec obstat regula de instrumentalibus agentibus: quoniam de sectetis his, vt possumus, loquimur:nõ enim est sibi propriè instrumentum, cùm phantasma (vt suprà dixi) nõ tam est causa speciei quàm causa materiæ.

Super Quæstionis octauæ sim̃ equintæ Articulũ secundum.

Triplex clarissim⁹ est. Si notetur attentẽly quod intelligitur, vt distinguitur contra quo intelligitur. Et est sermo de intellectione directa: propter hanc enim est quæstio.

¶In corpore duo facit. primò tractat opinionẽ affirmatiuam impugnãdo illam. Secũdò respõdet quæstio.

¶Quo ad primum duo. Primò refertur opinio in cõmuni & in speciali. In cõmuniquidẽ quia nulla vis nostra percepiua cognoscit nisi suã passionẽ. In speciali verò:quia intellectus non intelligit nisi specie intelligibilem: & sic ipsa est id quod directè & primò intelligitur. Secundò impugnatur dupliciter. Primò quia sequeretur q̃ scientia non esset de rebus extra: & declaratur sequela ex simili apud Platonicos. Secũdò, quia omnia quæ videntur, essent vera, etiã contradictoria, & probatur sequela, quia res visa non esset nisi passio videntis: omnia patent in litera.

¶Quo ad secundũ ponuntur tres cõclusiones pro executione huius materiæ. Prima est: Species intelligibilis est quo intellect⁹ intelligit. Secunda est: Species intelligibilis est, quod'secundario intellectus intelligit. Tertia est: Rerum cuius species intelligibilis est, similitudo eit quod primò intellectus intelligit:Prima probatur sic: Intelligere est actio immanẽs:ergo fit secundũ aliquã formã:ergo fecũdum similitudinẽ obiecti. Antecedens probatur ex 9. Meta. distinguẽdo duplicẽ actionem. Prima consequẽtia relinquitur per hoc quia de vtraque actione: quia cõmune est omni agenti agere secundum quod est actus:& vt dicitur tertio Physi. text. 17. semper a simile habitur species moueret. fecũdà verò probatur ex proportionali similitudine inter actionẽ immanẽtem & transeuntem. Secũda verò cõclusio probatur ex eo, q̃ intellectus est potentia reflexiua super seipsum: hoc per hoc super ea quæ in ipso sunt: imò prius potẽs a reflectitur ordine generationis super speciem, & vi-

*tex. 16.

113

81

432
438

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertia autem cõclusio simul cum prima probatur ex autoritate. Arist. ex diãis Antiquorum manifestata duo ponebant Antiqui, obiectum, scilicet terrã extrã, & principium, scilicet terram intus: in vno reprehenduntur ab Arist. scilicet in specíes est in anima, tollat ergo obiectũ, id est id quod cognoscitur esse ré extrã, & specié illius esse prin
cipiũ intelligẽdi illam; quod est primæ & tertię conclusionis sententia.
¶ In responsione ad primum & secundum esset tractãda materia de intellectu in actu & intellecto in actu. Sed ne idẽ pluries repetatur, in cõmentariis librorum de anima vide diffusè: vbi fit quæstio specialis.
¶ In responsione ad tertium tria occurrũt. Primò notãdum, quòd hic fundat S. Thom. distinctionem verbi à specie intelligibili super testimonio partis sensitiuæ: quicquid enim perfectio nis inuenitur in inferio ribus dispersum, totum vnitum eminẽtius præinuenitur in superiori ordine. Et ꝓpterea cùm sensitiua pars perficiat dupliciter, scilicet secũdum immutationem ab obiecto, & secundũ formationem à seipsa, pars intellectiua, cui primũ quod alicuius imperfectionis est nõ repugnat, secundum consequẽter sibi vendicat: id autem quod intellectus in se format verbum, dicitur in prima operatione, & in secunda compositio & diuisio, &c.
¶ Secundò occurrit dubium: quia hoc in loco expresse dicitur, quòd sensus exterior secundũ solam immutationẽ ab obiecto operatur, & cõsequenter puré passiuè sensus videtur sentire: cuius oppositum determinatum est.
¶ Tertiò occurrit dubiũ circa principale intentum: quia ex hac responsione non satisfit difficultati tactæ in argumẽto: quia licet ex hac responsione euadatur, ꝙ voces nõ significẽt species intelligibiles nõ tamen euaditur quin significẽt ipsas cõceptiones, seu formationes, imo hoc asseritur. Et si ita est, cũ ipsę sint animę passiões, & entia in anima, sequitur quòd id quod primò intelligitur & significatur vocibus, &c. est res in anima: & cõsequenter scientia non primo est de rebus extrã: & sic redit oppositum determinationis facta in corpore articuli,

¶ Ad primam dubitationem facillimè patet ex litera responsio. Non enim ibi dicitur quòd aliqua pars sensitiua perficiatur sola immutatione, sed dicitur, quòd operatur secundum solã immutationem. Vbi manifestè præter immutationem operatio ponitur. Est igitur differentia non in operando actiuè, vel passiuè, sed in operando secundum solam formam quæ producitur ab extrã: & secundum formam quam ipsamet virtus sensitiua sibiipsi parit.
¶ Ad tertium autem dubiũ dicitur ꝙ ex vltimis verbis literæ apparet responsio. Tam enim species intelligibiles quam cõceptiones formatæ possunt dupliciter sumi, vno modo secũdũ quod res sunt quędã in anima: & sic de neutris est scientia nisi reflexa. Alio modo secundum quod sunt rerũ imagines aut intẽtiones & sic inter eas hęc est differentia, ꝙ species vt imagines sunt quibus intellectus intelligit, vt in corpore dictum est: conceptiones autem vt intentiones sunt quas intelligit: & hoc ideo, quia species præsentat intellectui rem vt comprincipium intelligendi, conceptus autem præsentat illam obiectiuè. Significari autem & sciri res extrà primò, & conceptiones non vt res, sed vt intentiones sunt res extrà, idem est: quia idem est motus animæ in imaginem vt imago est, & in rem, vt dicitur in De Memoria & reminiscẽtia,

¶ Super Quæstionis quintæ Articulum tertium.

TItulus absolutè sumẽdus est vt iacet nec est arctãdus. Et hoc bene nota propter quæstiones Modernorum de primo cognito: de quo vide sũ vis diffusam quæstionem in Commentariis de ente & essentia. vbi contra eum, qui hunc articulum quo ad quinque impugnauit, disputatum est. Intelligendus est ergo titulus hic absolutè. Et quoniam intellectus noster directè non occurrit, nisi aut vniuersalibus aut minus vniuersalibus consequẽs est quòd hic quæritur, quid absolutè primò cognoscatur ab intellectu magis aut minus vniuersale. Dico ergo absolutè, & non in tali ordine, puta cognitionis cõfusæ aut distinctæ: & consequenter hic est quæstio de primo cognito, & hic soluitur. Nec putet me aut intellexisse, aut retractare memoriam, aut retractare quod scripsi in Commentariis: quoniam & illud verum est, scilicet quòd hic non quæritur nec tractatur de primo cognito in tali ordine, scilicet cognitionis cõfusæ actualis. Et hoc verum est, scilicet quòd hic quæritur de primo cognito absolutè.

¶ In corpore quinque sunt. Primò ad hoc ponitur doctrinæ comparatio, cognitionis vniuersalis, cognitionis singularis. Secundò vniuersalioris ad minus vniuersale secũdum intellectum. Tertiò secundũ sensum. Quartò redditur ratio ostensiua. Quintò epilogus dictorum sit.

¶ Quo ad primum conclusio est: Cognitio singularis est quo ad nos prior cognitione vniuersalis. Probatur: quia sensitiua est prior intellectiua.

¶ Quo ad secundum conclusio est: Notitia vniuersalioris est prior notitia minus vniuersalis. Probatur. Omne existens de potentia ad actum prius peruenit ad actum incompletum medium perfectũ, quàm ad actũ perfectum: sed intellectus est huiusmodi existens de potentia ad actum, & intellectus actus perfectus est notitia distincta: actus verò incompletus & medius est notitia confusa: ergo prius intelligit quàm distincte cognoscit. Tum vltra cognoscere vniuersalius indistincte est cognoscere minus commune: cognoscere verò vniuersalius indistincte est cognoscere magis commune: ergo prius cognoscitur magis commune quàm minus commune. Maior est per se nota: minor probatur dupliciter, tactione, quia cognoscere aliud confuse, est cognitio secundum quid, & quodammodo in potentia: & autoritate Philosophi in primo Physic. Antecedens verò vltioris processus probatur. Tum ex ratione cognitionis cõfusæ: quia cõfusa

in hoc stat, quòd cognoscatur aliquid in quo plura continẽtur sine propria singulorum notitia. Tum ex applicatione huiusmodi cognitionum ad totum vniuersale, & ad totum integrale. Tũm tertiò explanatione huiusmodi cognitionum in toto vniuersali, puta animali & homine.
¶ Quo ad tertiũ conclusio est. Prius secundum sensum iudicamus magis cõmune, quàm minus commune. Probatur ratione eadẽ: quia scilicet sensꝰ exit de potẽtia ad actũ. Explanatur deinde secũdũ duplicem prioritatẽ, localem & temporalẽ. Confirmatúrque autoritate primi Physic. vltima ptioritas. Aduerte hic, quòd cum dicitur, sensum prius cognoscere magis cõmune quàm minus cõmune: exponẽdum est non de ipsis cõmunibus in seipsis, sed in suis individuis, id est cognosci prius individuũ rei magis cõmunis quàm individuũ minus cõmunis, vt hoc corpus quã hoc viuum: & hoc animal ẽ hũc hominẽ.
¶ Quo ad quartum redditur ratio secũdi & tertij simul: quia scilicet cognitio indistincta (media est inter potentiã & actũ, quod probatur: quia scitꝰ aliquid indistinctẽ, adhuc est in potentia vt sciat distinctionis principium: quod manifestatur exemplo generis & differentiæ animalis & rationalis.
¶ Quo ad quintum patet epilogus primi, secundi & tertij.
¶ Circa hũc processum occurrit dubium, quòd principale intẽtum: videtur enim processus iste sophisticus, & peccare secundum accidẽs.
Ad cuius euidẽtiam recolendum est, quòd vt in litera dicitur magis & minus cõmune, possunt comparari diuersimodo adinuicem sub ratione totius & partis: nã vniuersale vt sic est totum, & minus vniuersale est eius pars subiectiua. Et tamen minus vniuersale est totum diffinibile, & vniuersalius est eius pars diffinitiua. Et rursus vniuersalius & minꝰ vniuersale possunt comparari adinuicem absolutè: puta animal & hominẽ: & cõsequenter, non cõsiderando in eis rationem aliquam cuiuscunque totius aut partis. Ex hoc autem dubitandi ratio meritò cõsurgit quoniã vt processus litęrx nihil aliud habetur, nisi quòd res prius naturali ordine cognoscitur confuse quã distincte: & hoc est verissimũ. Et sub hac ꝓpositione cõsequẽter infertur optimè, quòdtotũ vniuersale prius cognoscitur quàm pars eius subiectiua vt sic: & similiter quòd totum diffinibile prius cognoscitur quàm pars eius diffinitiua vt sic. & vtrobique eadem est ratio: quia, scilicet cognitio totius præuenientis notitiam partiũ est confusa, quæ naturaliter est prior distincta. Sed ex hoc non habetur quid absolutè sit prius cognitum magis an minus vniuersale: id est res subsistata maiori vniuersalitati an minori, totus enim processus est comparatiuus rerum vt vestitæ sunt has intentiones, scilicet totius & partis, &c. Et ex hoc duo errores in hoc articulo apparent. Primus est quem diximus, scilicet quòd nescitur de ordine cognitionis rerum absolutè. Secundus est valde maior: quia non respondetur quæstito. nam vt patet ex dictis, hunc ita habemus, quòd minus vniuersale prius cognoscitur quàm magis vniuersale; sicut econtrario, diuersimode illa comparando sub ratione totius & partis.
¶ Ad hæc respondetur ordine præpostero: & ad hoc vltimò adducti incõuenięt, negatur quòd pari ratione habeatur quòd minus cõmune sit prius cognitũ ma- cognitum: nam ordo notitiæ inter totum vniuersale & partem subiectiuam ex vna parte: & ordo notitiæ inter totum diffinibile & partem diffinitiuã ex alia parte, non est vniformis. Sed ille est ordo simpliciter, ista secundum quid. Nam pars diffinitiua nõ dependet secundum se in cognosci à toto diffinibili, sed tantum secundũ quòd est pars illius: possum enim prius perfectè nosse quid est animal: & postmodũ nosse quòd animal est pars diffinitiua Pygmæi. Pars verò subiectiua simpliciter dependet in cognosci à notitia vniuersalioris, vt de se patet.

Licet ergo cognitio totius vtrobique præcedat notitiam partis: non tamen qualibet notitiam, Sed notitia totius vniuersalis præuenit cognitionẽ simpliciter partis subiectiuæ, nõ solùm inquantum pars huius est: & ideo magis hinc habetur, quòd communius sit prius notum, quàm econuerso. Ordo enim cognitionũ simpliciter magis attendendus est: & prior naturaliter est quàm secundum quid. Ad id verò quòd primò obiicitur, similiter negatur, ꝙ hinc non habeatur quid absolutè prius cognoscitur. Ex hocnãque ꝙ docemur vniuersalius esse prius notum minus vniuersali, non solùm secũdum quid, id est inquantum est pars subiectiua vniuersalioris: sed simpliciter. Id est inquantum est talis res. Prius notum autem dico ordine generationis & potentiæ ad actũ: dicere cogimur cõsequẽter ꝙ notitia vniuersalioris quantumcunque perfecta secundum id quod actualiter in ipso claudit, est potentialis ad cognitionem minus communis: ac per hoc naturaliter præcognoscitur magis commune non solùm vt totum, sed absolutè quàm minus commune. Nec est sophisma accidentis aut figuræ dictionis ab vniuersalioris i gredi ad rem, quæ nominatur vniuersalisation sed est deela ratio occulti, quasi sit causa à manifestiori effectu. Ex hoc enim ꝙ vniuersalius est notius simpliciter, potest ratiuis fieri declaratur, quod res denominata vniuersalior est notior rebus denominatis à minore vniuersalitate: imò si recte loqui volumus etiã in ipsa litera traditur iste ordo nomine magis vniuersalis, intelligitur res ipsa & secũdũ se, & vtrorum, & non tantùm vt totũ & similiter nomine minus vniuersalis, vt patet in litera, & explanatur in responsionibus argumentorũ. Quia ergo res denominata vniuersalior ẽ naturaliter nobis notior, consequẽs est, ꝙ simpliciter primum nobis sit res denominata vniuersalissima, puta ens. Et aduerte ꝙ hæc ratio fit acuto subiiciatur ingenio, valde efficax est, pro primo cognito: ostendit enim vniuersalius prius naturaliter obiici intellectui nostro, quantum est ex parte obiecti & intellectus, quam minus commune: quia medium naturaliter est, & ostendit etiam quòd hunc naturalem ordinem sensuum minus mutant aut impediunt, imò quòd ad eum conferunt: nam in sensu eiusdem secundum naturam ordo comprobatur. Ac per hoc & ex parte intellectus & sensus naturalis ordo habet quòd magis commune præueniat, absolutè loquendo, non in hoc vel illo ordine: ergo, &c.

¶ Super Quæstionis octauæ Articulum quartum.

TItulus clarus.
¶ In corpore tria: primò conclusio responsiua. secundò explanatio eius. tertiò probatio illius.
¶ Quo ad primum conclusio est: Intellectus non potest multa per modum mul-

417 *libr. 3. de ani. tex. 38.
b 280 436 c
d. 758.
426
326
a
b 1041. 340
*tex. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

torum intelligere, sed vnius.

¶ Quo ad secundum declaratur quid sit dicere per modum vnius aut plurium, scilicet per vnũ aut plures species. Et ratio huius explanationis assignatur: quia modus actionis consequitur formam quæ est actionis principium: & confirmatur hæc explanatio ex intellectionis diuinæ modo.

¶ Quo ad tertium probatur conclusio explanata: impossibile est idẽ subiectum simul perfici pluribus formis eiusdẽ generis: sed omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis: ergo, &c. maior declaratur inductiuè in corpore respectu colorum & respectu figurarum, &c. Minor probatur, quia omnes sunt perfectiones vnius intellectiuæ potentiæ.

pus pertinent. Ergo intellectus non intelligit diuersa secundum prius, & posterius, sed simul.

¶ 2 Præterea, Nihil prohibet diuersas formas non oppositas simul eidem actu inesse, sicut odorem & colorem pomo. Sed species intelligibiles non sunt oppositę. Ergo nihil prohibet intellectum vnum simul fieri in actu secundum diuersas species intelligibiles. Et sic potest multa simul intelligere.

¶ 3 Præterea, Intellectus simul intelligit aliquod totum: vt hominem vel domum Sed in quolibet toto continentur multæ partes. Ergo intellectus simul multa intelligit.

¶ 4 Præterea, Non potest cognosci differentia vnius ad alterum, nisi simul vtrunque apprehendatur: vt dicitur in libro de Anima.* & eadem ratio est de quacunque alia comparatione. Sed intellectus noster cognoscit differentiam vnius ad alterum. Ergo cognoscit multa simul.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in lib. Topic.* quòd intelligere est vnum solum, scire verò multa.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ intellectus quidem potest multa intelligere per modum vnius, non autem multa per modum multorum. Dico autem per modum vnius vel multorum, per vnã vel plures species intelligibiles[c]. Nam modus cuiusque actionis consequitur formam, quæ est actionis principium. Quæcunque ergo intellectus potest intelligere sub vna specie, simul intelligere pòt. Et inde est quòd Deus omnia simul videt per vnũ, quod est essentia sua[c]. Quæcũque verò intellectus per diuersas species intelligit, nõ simul intelligit. Et huius ratio est: quia impossibile est idem subiectum perfici simul pluribus formis vnius generis & diuersarũ specierum: sicut impossibile est quòd idẽ corpus secundũ idem simul coloretur diuersis coloribus, vel figuretur diuersis figuris. Omnes autem species intelligibiles sunt vni[*] generis: quia sunt perfectiones vnius intellectiuæ potẽtię: licet res quarũ sunt species, sint diuersorum generũ. Impossibile

¶ Circa hoc occurrunt dubia: primò circa explanationem: quia non est verum quòd idem sit dictu intelligere multa vt multa, & per multas species, & per modum vnius, & per vnam speciem. Cùm enim ponitur differentia inter hominem & lineã, hoc sit per multas species: & tamẽ non cognoscimus tunc multa vt multa, sed vnum. consequẽtia nota. antecedens probatur, quia sensus communis, qui est virtus longè inferior intellectu ponens differentiam inter albũ & dulce, discernit simul per plures species multa vt vnum: ergo. Et hæc ratio militat tam contra explanationem quàm contra respõsionem ad tertium.

¶ Circa rationẽ assignatam præfatæ explanationis dubium quoque est: quia licet aliquis modus actionis consequatur formam, quæ est actionis principium: nõ tamen omnis & perfecta liter iste, scilicet per modum vnius aut multorũ: quamuis enim intentio vel remissio actionis cõ sequatur quantitatem intentionis formæ, vt calefactio caloris principantis illata, non tamen est necesse formis existentibus multis actiones plurificari per modum plurium, cùm contingat ex duabus formis & vnam actionem prouenire, vt patet in actu discernendi apud sensum communem: & plures actiones ad vnum tendere, vt patet cum simul inducens cognoscit præmissam & conclusionem, vt dicitur in primo Posteriorum.

¶ Circa rationẽ pro cõclusione dubium occurrit: tum quia maior videtur falsa: vt patet de speciebus albedinis & nigredinis in eadem parte aëris ex oppositõ constitutis albo & nigro secundum situm: tum quia illius probatio (inquit Scot. in 1. dist. 3. q. 6. ad tertiũ) nihil valet: quia hic tollitur oppositio quæ est ratio impossibilitatis. Rationes enim oppositorũ nõ sunt oppositæ in intellectu: vt Arist. & Auer. volunt: tũ quia minor est falsa, vt patet in intellectu angelico: essentia enim sua & aliæ species non sunt eiusdẽ generis. Et ex hoc sequitur q̃ probatio minoris allata nihil valet. nam tam essentia angeli quàm species intelligibiles sunt perfectiones vnius intellectiuæ potẽtiæ: & tamen nõ sunt eiusdem generis. Tum quia ex hac ratione fit valet, concluditur quod in intellectu nõ cõseruãtur vndiq; actualiter plures species intelligibiles: quia sunt species eiusdẽ generis. Et si dicatur quòd quando sunt in habitu, non sunt in actu completo: Contra (inquit Durandus) formam informate & dare esse formaliter est ipsam esse in actu cõpleto: sed hoc habet species intelligibiles cõseruatas: ergo quòd si aliud requiritur ad hoc vt sit in actu simpliciter, expriматur illud, & dicatur quòd est actualiter operari: absque ratione, imò ridiculose hoc dicitur: quia aliud est loqui de esse completo formæ in se, & aliud de actuali operatione: hoc enim est non distinguere inter actum primum & secũdum: non enim minus est perfectè figura, aut color in corpore si causant visionem sui actualiter, quàm si non.

¶ Ad cuiditeniam horum recolenda sunt quæ superius in q. 48. dicta sunt, quæ applicando huic facile liquet quòd ad multa horum dicendum sit. Est enim sermo præsens de speciebus intelligibilibus vt sic, eiusdem ordinis & absolutè: de his enim hoc modo verificatur quòd idem est dictu, per modum vnius intelligibilis vt sic. & per vnam speciem, & per modum plurium, & per plures species: quoniã plures species intelligibiles vt sic, non habentes ordinem adinuicem & absolutè sumptæ, de necessitate ponũt plura intelligibilia vt sic, & vnitas vnitatem, nec oppositum potest intelligi à percipientibus terminos. Vnde non obstat discerni

quandoque inter diuersa per plures species: quia tunc non sunt plures species absolutè: sed vt sunt quasi partes tertiæ speciei, quæ repræsentat differentias inter illa: propter quod in litera dicitur esse idem iudicium de cognitione partium in toto, & diuersorum in diuersitate: non negatur ergo quandoque concurrere simul plures species ad intelligendũ quomodolibet, sed absolutè & simpliciter. Vt vniuersaliter tenendum, non negamus. Nec oportuit hæc in litera explicari, quia absolutè proxima fuerunt, pertanduus est. Et ex hoc patet responsio ad secundam obiectionem: quoniam multæ species ad vnum obiectum concurrentes vere sic, nõ multæ sunt, sed vnam dicerim: quia vim vnius habent. Vnde siue vna intellectio siue plures simul, ex pluribus speciebus vt ad vnum sunt intelligibile ordinatæ, proueniat: semper modus actionis modum formæ sequitur: quia forma se habẽte vt vna, sequitur actio per modum vnius, & se habente forma vt pluribus absolutè, sequuntur actiones per modum plurium.

¶ Ad obiecta autem tertio loco contra rationẽ pro conclusione dicitur notandum, quòd quia tam sensum quàm intellectum contingit dupliciter parti à sensibili aut intelligibili, scilicet vt quandam rem, & vt sensum vel intellectum: participando autem vt res est recipiendo realiter sensibile aut intelligibile similitudinẽ rei & fit sensibilis aut intelligibilis: partitur verò vt ipsius vel intellectus relationem ad obiectum, non vt causam, sed vt obiectum est obiectiuè specificans ipsum, qualiter inquam est, ideo species & intelligibilis potest dupliciter considerari, scilicet vt res, & vt intelligibilis, seu in genere est intelligibili vt sic, & in genere eius vt res sunt. Sermo autem est de eis vt res sunt, & ideo actualiter informant intellectum vt res est: sed verò in genere intelligibili considerentur actu tunc simpliciter sunt: quando intellectum vt intellectus est, actualiter informant. quod patet non accidere nisi cùm actu intelligit. In tali enim pati consistit sentire & intelligere: & quia formalis est sermo omnis philosophicus, idcirco in genere intelligibili omnia sumenda hic sunt, vbi intelligẽdi modum venamur. Ad obiectionem ergo de speciebus sensibilibus in medio dicitur, q̃ non sunt in actu completo vt sensibiles sunt vel potentiæ sensitiuæ, & non sunt in actu completo vt sensibiles sunt vel potentiæ sensitiuæ, nisi in tempore quo sentiuntur. Et sic patet ex 2. de Anima in calce: species enim sensibiles nunquam sunt in actu, nisi in sensu in actu. Ad Scot. dicitur ex responsione ad primum in litera, q̃ non oppositio, sed vnigenitas specierũ, prohibet illas esse simul in actu in eodem indiuisibili. Ad obiecta autẽ contra minorẽ & eius probationẽ, dicitur, quòd est eadem ratio de speciebus intellectæ nostri pro statu isto & de speciebus angelorũ, quoniam species nostræ sunt eiusdem ordinis, non autem angelicæ. & cùm dicitur, ergo non sumitur vnitas generica specierum ex vnitate potentiæ intellectiuæ (vt in litera dicitur) respondetur negando sequelam, & dicẽdo quòd species naturales eiusdem ordinis & subordinatæ sunt vnius generis propter vnitatem potentiæ: sed tamen species subordinatas non inconuenit simul actuare, vt patet in angelis: quia se habẽt vt cõmune & proprium, & consequenter non habẽt rationem multorum absolutè: species verò eiusdem ordinis nõ subordinatas esse impossibile: quia habent rationem multorum actuum vnius secundum idem genus, eadem modo & simul. & quamuis essentia angeli, & species sint diuersorum generum in esse reali: sunt tamen eiusdem generis in esse intelligibili.

¶ Ad vltimò verò obiecta iam patet responsio ex dictis: quia scilicet noster sermo est de his intentionibus rerum non esse reali, sed in esse intelligibili in quo non esse actu eas patet ex dictis. Vnde non fugimus de actu primo ad secundum sed naturas talium entium penettando, quid genus intelligibile habeat, penes quid eius actualitas attendatur, discutimus & docemus.

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum quintum.

Titulus clarus ex superius dictis in quæstio. de angelis: & quibus totus iste articulus clarus etiam redditur.

¶ In corpore vna conclusio responsiua, Intellectus noster intelligit componendo & diuidendo. Probatur simul ex ratione, ex proportionalitate, ex diuersitate, ex discursu: hæc enim omnia membra tanguntur simul in hac probatione. Ratio radicalis est: quia intellectus noster procedit de potentia ad actum, id est

id est, natus est naturaliter exire de potẽtia essentiali ad actum primum naturalem. Ex hoc namque oritur, quod intellectus noster propositionalem habet similitudinem cum rebus generalibus: vt sicut hæc non statim, sed successiuè suam perfectionem, ita intellectus, &c. Confirmatúrque hoc ex differentia inter intellectum angelicum diuinúmque & nostrum. Vterque siquidem ille

ditionibus. Ergo intellectus non intelligit componendo & diuidendo.

¶ 3 Præterea, Intellectus intelligit per assimilationem ad res. Sed compositio & diuisio nihil est in rebus. Nihil enim inuenitur in rebus, nisi res quæ significatur per prædicatum & subiectum: quæ est vna & eadẽ, si compositio est vera. Homo enim est verè id quod est animal. Ergo intellectus non componit & diuidit.

¶ SED CONTRA, Voces significãt conceptiones intellectus, vt dicit Philosophus in 1. Periher.* Sed in vocibus est compositio & diuisio: vt patet in propositionibus affirmatiuis & negatiuis. Ergo intellectus componit & diuidit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd intellectus humanus necesse habet intelligere componendo & diuidẽdo. Cũ enim intellectus humanus exeat de potentia in actum, similitudinem quandam habet cũ rebus generabilibus, quæ non statim perfectionem suam habent, sed eam successiuè acquirunt[c]. Et similiter intellectus humanus non statim in prima apprehẽsione capit perfectam rei cognitionem: sed primò apprehẽdit aliquid de ipsa, puta quidditatem ipsius rei, quæ est primum & proprium obiectum intellectus, & deinde intelligit proprietates & accidentia & habitudines circunstantes rei essentiam. Et secundum hoc necesse habet vnum apprehensum alij componere & diuidere, & ex vna compositione & diuisione ad aliã procedere: Quod est ratiocinari. Intellectus autem angelicus & diuinus se habet sicut res incorruptibiles, quę statim à principio habent suam totam perfectionem[c]. Vnde intellect[*] angelicus & diuinus statim perfectè totam rei cognitionem habet. Vnde in cognoscẽdo quidditatem rei cognoscit de re simul quicquid nos cognoscere possumus componendo, & diuidendo, & ratiocinando. Et ideo intellectus humanus cognoscit componendo, & diuidẽdo, sicut & ratiocinando. Intellectus autem diuinus & angelicus cognoscunt quidem compositionem & diuisionem & ratiocinationem non componendo & diuidendo & ratiocinando, sed per intellectum simplicis quidditatis[c].

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd compositio & diuisio intellectus per quandam differentiam vel comparationem fit[c]. Vnde sic intellectus cognoscit multa componendo & diuidendo sicut cognoscendo differentiam vel comparationem rerum.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd intellectus abstrahit à phãtasmatibus, & tamen non intelligit actu nõ cõuertẽdo se ad phãtasmata, sicut suprà dictũ est.* Et ex ea parte, quæ ad phãtasmata cõuertit, cõpositioni & diuisioni intellectus adiũgitur tempus.

Tertiò infert secundam conclusionem similem vltimo dicto de sensu, vt patet. Quarto ad robur primæ cõclusionis ex ea reddit rationem omnis alterius infallibilitatis inuentæ in intellectu, dicens, què d propter hoc quia intellectus circa quidditatem non falli tur oritur infallibilitas intellectus circa prima principia complexa: & consequenter circa omnes conclusiones scientificas, & quod indè nascatur hoc, probatur: quia hoc conuenit eis, quia euidentes sunt ex sola quidditate terminorum: principia enim cognoscimus inquantũ terminos cognoscimus, vt dicitur in primo Poste. habẽt ergo principia infallibilitatẽ ex vicinitate ad quidditatem, quæ est proprium intellectus obiectum: proprium enim & primum intellectus obiectum est incomplexũ, quod simplex termin[*] significat: & quia circa illud errare non potest, meritò circa ea quæ sufficiens habent lumen, ex illo errare quoque non potest. Est autem hoc ad magnam primæ conclusionis firmitatem: quoniam tunc verè sufficienté reddimus causam accidentis alicuius, quãdo ex reddita causa in omnibus accidens illud dependere ostẽdimus

Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum sextum.

Titulus clarus.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones respõsiuę quęsito. Prima, Intellectus circa quod quid est nõ fallitur, nisi per accidens. Secunda, intellectus circa ea quæ circundant quidditatẽ, potest falli componendo diuidendo, vel ratiocinando.

¶ Has cõclusiones probat dupliciter. Primò similitudine super Arist. autoritate iuniora. Secũdo ratione probante in cõmuni intentũ tam in hoc quàm in simili. Vnde quatuor in corpore articuli facit. Primò proponitur similitudo: & dicitur q̃ apud Arist. intellectus est similis sensui quo ad veritatẽ & falsitatẽ iudicij. Secũdò narrãtur duo, vel tria de sensu. Primum, q̃ respectu proprij obiecti est verus per se. Secũdũ, q̃ implicite insinuatum iã est, q̃ per accidẽs respectu ęrrij obiecti est falsus: tale accidẽs est dispositio organi, &c. Tertium est, & respectu sensibilium communiũ etiam per accidẽs fallitur, vt patet. Tertiò assignatur ratio vniuersalis & cõmunis sensui & intellectui: & est, quia ordo potentiæ ad proprium obiectũ formaliter est eodem modo se habẽs, probatur: quia conuenit potẽtiæ secũdum quod ipsa: & potes syllogizare sic, Potentia sem per eodẽ modo se habet ipsa manẽte ad proprium obiectũ: ergo nunquam ab eo deficit: & consequẽter non fallitur circa illud: cùm falli in defectu consistat. Consequenta notanda: & antecedes probatur: quia potẽtia per se & secundum quod ipsa ordinatur ad proprium obiectum, ergo semper eodem modo, & tenet sequela: quia secũdum quod ipsum infert necessitatem & sempiternũ: vt patet in primo Posteriorũ. Quarto applicatur similitudo & ratio ad intellectum, & totidem dicuntur de intellectu, proportionaliter tamen. Vnde ex dicit. Primo assignat proprũ obiectũ intellectus quasi substãmando sub ratione communi præpositã. Secundò infert primam conclusionem similem primo dicto de sensu.

Supr qõ. 17. art. 5. Et 1. dist. 39. qõ. 3. arti. 1. Et veri. q. 1. ar. 12. Et 6. Meta. li. 4. col. 2. & 3. Et lib. 9 fin. col. 2. Et 3. de anima lect. 11. fin.
* text. 8.
* qõ. 79. art. 7.
* qõ. 32.
* libr. 3. text. 51.
* text. 26.

* libr. 3. tex. 146.
* libr. 2. cap. 4.
292
433 d. 765.
* cap. 1.
293 282
d. 752
293
294
d. 142.
d 467
* in cor.
447 c
* cap. 2.
* 2a.
Sup. 55. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infallibilitatis igitur intellectus causa optimè dicta est ordo ad quod quid est cùm ex illo ostenditur omnis intellectus infallibilitas: vt hic fit. Quinrò declaratur, quomodo per accidens etiam intellectus circa quidditatem fallitur: sed hoc accidens nō sicut in sensu est impedimentū organi: sed compositio quidditatis, & propterea dupliciter cōtingit, vt patet in litera. Sexto ad plenitudinē doctrinæ dicit, quòd circa quidditates simplices nec per se, nec per accidens fallitur: sed aut verè cognoscuntur aut nō attingentur, & confirmatur autoritate noni Metaphysi. Hoc in loco recolenda sunt quæ superius in quæst. 78. dicta sunt cùm de cōpositione, veritate & falsitate in angelis esset sermo: ex illis enim patet, quòd cum prima operatio intellectus ex parte sua sit simplex: si ex parte quo quæ obiecti est incomplexio omnimoda, nulla compositio, & consequēter nulla veritas aut falsitas accidere ibi potest. Ac per hoc si accidit in prima operatione falsitas, hoc est ratione compositionis in obiecto: ratione cuius est ibi falsitas aut veritas virtualiter, &c. omnino ens simplex à simplici operatione non potest ex parte attingi: quamuis à complexa operatione possit falso attingi ex parte operationis.

108

¶ *Super Quæstionis octuagesimaquinta Articulum septimum.*

TItulus clarus: occasionatus ex Augustini verbis vt reor.

¶ In corpore respondet quæsito cum distinctione bimembri duabus cōclusionibus iuxta illa membra.

¶ Distinctio est, quòd quæstio potest habere duos sensus, scilicet ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. Prima cōclusio est negativa, Eādem rem non contingit melius intelligere: si ly melius, determinet actū ex parte obiecti. Probatur: quia falsò intelligeretur quia aliter quàm esset & confirmatur processu Augustini. Secunda conclusio est affirmativa, Eandem rem contingit melius intelligere, si ly melius, determinet actū ex parte potentiæ. probatur, quia virtus est melioris virtutis in intelligendo: & declaratur sequela à simili in visione corporali. Assumptum autem & probatur & manifestatur ex duplici capite. Primò, quia non omnes animæ humanæ sunt æquales: sed melior rum corporum meliores sunt animæ, quod probatur dupliciter: & ratione actus sunt proportionati hi quorum sunt actus: vt manifestè patet in formis diuersarum specierum, & autoritate Aristot. 2. de Anima. Secundò, quia virtutes ministrantes intellectui non sunt æquè dispositæ in omnibus: & quorum melior est dispositio, horum maior est vis ad intellectus opus.

¶ Circa causam primā secundæ conclusionis, scilicet in æqualitatem animarum nostrarum, aduertendum est quod non solùm hi qui à S. Thom. se distentire fatentur, sed etiam Thomistæ aliqui contrariantur: adeò vt dicant non esse mentem S. Thom. animarum humanarū substantias esse inæquales, cum tamen aperte hic etiam in corpore, & in responsione ad vltimum aperte hoc dicatur: & in secundo Sententiarum dist. 21. expresè idem scriptum sit. Vnde hos tāquam ex eos omittentes, ad aliorum rationes nostram dirigamus aciem. Durandus, Henricus & Bernardus de Gannaco negando substantialem hanc inæqualitatē, cōtra ipsum & eios rationem arguunt. Cōtra ipsam quidem dupliciter. Primo, quia substantia suscipere magis & minus proprie dicta, & tenet sequela ex 7. Physic. vt dicitur, quòd participatio vnius formæ secundū speciem, secundum diuersos gradus, est proprie comparatio secundum magis & minus. & in prædicamentis idem confirmatur. Secundò, quia forma indiuidualis nullam substantiam includit præter specificam formam: ergo non est substantialiter perfectio: consequentia nota, & antecedens patet, quia nec formam, nec materiam, nec compositū.

Contra fundamentū verò eius, scilicet quia forma proportionatur corpori meli° dispōsito, dupliciter etiam arguitur. Primò, q̄ dispositiones corporis non reducūtur in formam nō reductam de materia, qualis est anima nostra ergo. Secundò, quia si melius dispositi corporis melior est anima: ergo anima vnius & eiusdē variabitur substantialiter iuxta variationē dispositionis corporis eiusdē hoc est falsum: ergo, &c. probatur sequela: quia nō maioris sunt efficaciæ dispositiones præter ad introducendā formā quā dispositiones conseruantes ipsam formam in materia: sed ista possunt variari ergo corpus erit peius dispositū. ergo anima quæ erat melior, efficietur peior.

¶ Ad hæc argumenta facile satisfit ab aduersitibus qualis sit habitudo animæ intellectiuæ ad corpus: & in quo consistat suscipere magis & minus, ppter dicta. Quemadmodum enim anima in cōmuni est coaptata corpori organico physico, &c. & anima humana corpori reducto ad æqualitatē tāgibilis, &c. oportet hāc animā esse substantialiter coaptatā corpori ad talem gradum æqualitatis reducto. Nō enim cōsistit in indiuisibili æqualitas complexionis requisita ad corpus humanum, vt patet ad sensū. Alij enim alijs præstāt bonitate tactus. Et quia anima humana non causatur ex corpore, sed in suo tamen fieri dependet ex corpore nō vt causa, sed vt occasione: consequens est & anima hæc cum sit, sortiatur cōsequentiam subsistātialem ad corpus sic complexionatum, vt in eam semper reuincat & eam semper reuincat necesse est: quia intrāsmutabilis subsistātiæ est. Suscipere verò magis & minus morum, aut minus de magis in minus, aut econuerso. Aliquin propriè non sumditur quod ex eo patet: quia nihil aliud est suscipere magis & minus quàm intendi & remitti: sed hæc sine mutatione de minus in magis, aut econuerso intelligi nequeunt: ergo. Vnde ad obiecta, & ad primum dicitur, quia seclusis modis significandi, quamuis vna res sit perfectior altera siue eiusdem, siue alterius speciei: nunquam dicitur suscipere magis & minus: nisi possit esse motus aut mutatio de magis in minus, aut econuerso: vt patet ex dictis: hoc autē non conuenit animæ intellectiuæ, quoniā cōmensurationem illam quā semel accepit, impedibiliter fortita est: quia est idem realiter quod subsistātia sua quæ est ingenerabilis & incorruptibilis. Ad secundū verò dicitur q̄ propriè loquēdo, hæc forma non addit supra formam subiectantē sed modum potius subsistantiæ, qui est secundum rem substantia. Cōmensuratio enim huius animæ ad hoc corpus est indiuidualis differētia, cōtrahens animam ad hāc, & est intrinseca huic animæ: sicut differētia specifica est intrinseca speciei. Ad obiecta autem cōtra fundamentū patet similiter ex dictis respōdeo. Fatemur enim quòd dispositiones corporis redundare in animā per substātiam continuatā: & commēsuratam corpori ad talem gradum æqualitatis reducto. Nō possibile respectu animæ nostræ: secūdo vero modo est necessariū, loquendo de dispositionibus vltimis pro anima inducenda. Et cùm cōtra hoc obiicitur, quia nō sunt maioris efficaciæ præcedētes quàm cōseruātes: respōdetur q̄ ratio peccat,

tat secundum non causam vt causam. Non enim maior aut minor efficacia dat prædictis occasionare talem gradū animæ: sed status corporis dispositi per eas. Ex hoc enim q̄ afficiūt corpus in statu illo quo occasionalis causa est animæ: habēt dispositiones conseruantes, aut quæcunque aliæ infra latitudinem humanam inuenitēr in statu illo ipsæ redidarent hoc modo in substantiā animæ: quòd autem redundantia hæc rationabilis sit, iam patet ex dictis. quia anima essētialiter est perfectio coaptata suo perfectibili.

¶ *Super Quæstionis octuagesimaquinta Articulum octauum*

TItulus per prius ordine generationis: cætera sumuntur in cōmuni.

¶ in corpore tria, primò ostenditur radix & via veritatis quæsitæ. Secundò respondetur quæsito duplici cōclusione confirmatur posita radix & destruitur simul opin. Platonica.

¶ Quo ad primū est hęc cōclusio: Ordo quo indiuisibile cognoscitur à nobis, ex habitudine ad quidditatem sensibilem pēsandus est. Probatur: quia quidditas materialis est propriū obiectum intellectꝰ nostri: hoc ergo primò cognitū: ergo ex appropinquatiōe ad ipsam indiuisibile vel diuisibile erit prius notū. Omnia clara sunt.

¶ Quo ad secūdum ponitur distinctio indiuisibilis trimēbris: & circa prima duo membra ponitur prima conclusio, affirmativa, iuxta tertiū secūda negativa. Prima ergo conclusio est, Indiuisibile actu tam secundum cōtinuitatē quàm secūdum diffinitionem est prius notum opposita diuisione. Probatur vtrq; pars simul dupliciter. Primò, quia cognitio confusa est prior distincta. Secūdò, q̄ vtrū que indiuisibile est species proprij obiecti intellectus: ac per hoc secundum seipsum & non per aliud prius cognitū cognoscitur. Est enim quodlibet horum quidditas quædam rei corporeæ.

¶ Aduerte hic quòd littera in secūda parte conclusionis sīcrit quòd indiuisibile secundum tactionem, id est incomplexum, est prius notum, extam antequam intellectus componat: quod quidem probarione nō eger: quia prima operatio intellectus est prior secūda: & cognitio complexa necessariò præexigit incomplexam.

¶ Secunda conclusio est, indiuisibile omnino, scilicet actu & potētia est posterius notum diuisibili. Probatur dupliciter Primò, quia hæc propriōne cognoscuntur: vt patet de puncti distinctione & vnitatis. Secundò, quia hæc oppositionem quandam habēt ad rem corpoream: quæ est proprium intellectus motiuum.

¶ Aduerte hic quòd genus hoc tertium indiuisibiliū, quod solùm propriè dicitur indiuisibile, dicitur opponi rei corporeæ: quia priuatiue opponitur illi: dū hoc priuatione diuisionis reperibilis in cōtinuo & numero indiuisibile est, & dicitur. Quod autem tertium eliditur opinio opposita radici positæ, ex vltima cōclusione. Quia enim genus hoc indiuisibiliū, scilicet actu & potētia posterius experimur

¶ AD PRIMVM ergo patet solutio ex dictis.* Et similiter ad secundum. Veritas enim intellectus in hoc consistit quòd intellegatur res esse sicuti est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd differētia formæ quæ non prouenit nisi ex diuersa dispositione materiæ, non facit diuersitatem secundum speciem, sed solum secūdum numerum. Sunt enim diuersorum indiuiduorum diuersæ formæ secundum materiam diuersificatæ.

*in cor.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum intellectus per prius intelligat indiuisibile quàm diuisibile.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̄ intellectus per prius intelligat indiuisibile quā diuisibile. Dicit enim Philosophus in 1. Physic.* quòd intelligimus & scimus ex principiorum & elementorum cognitione. Sed indiuisibilia sunt principia & elementa diuisibilium. Ergo per prius sunt nobis nota indiuisibilia, quàm diuisibilia.

¶ 2 Præterea, Id quod ponitur in diffinitione alicuius per prius cognoscitur à nobis q̄ a diffinitio est ex prioribus & notioribus, vt dicitur in 6. Topi.* Sed i diuisibile ponitur in diffinitiōe diuisibilis, sicut pūctū in diffinitione lineæ cōmuniter sumptæ. Manifestū est enim q̄ in linea infinita & etiā in circulari nō est punctū nisi in potentia. Sed Euclides diffinit lineā finitā rectam. & ideo posuit punctū in diffinitione lineæ, sicut terminū in diffinitione terminati. Vnitas verò est mensura numeri. Et ideo ponitur in diffinitione numeri mensurati, non autem ponitur in diffinitione diuisibilis, sed magis econuerso.

¶ Ad tertiū dicēdū, q̄ similitudo, per quā intelligimus, est species cogniti in cognoscente. Et ideo non secundum similitudinem naturæ ad potentiam cognoscitiuam est aliquid prius cognitum, sed per cōuenientiam ad obiectum: alioquin magis visus cognosceret auditum quàm colorem:

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in accipiēdo scientiā nō semper principia & elemēta sunt priora: quia quādoq; ex effectibus sensibilibus deuenimꝰ in cognitiōe principiorū & causarū intelligibilium. Sed in cōplemēto scientiæ semper scientia effectuū depēdet ex cognitione principiorum & elemētorum, quia vt ibidem dicit Philosophus', tunc opinamur nos scire cū in principia possumus & causas resoluere.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ pūctum nō ponitur in diffinitione lineę cōmuniter sumptæ. Manifestū est enim q̄ in linea infinita & etiā in circulari nō est punctū nisi in potentia. Sed Euclides diffinit lineā finitā rectam. & ideo posuit punctū in diffinitione lineæ, sicut terminū in diffinitione terminati. Vnitas verò est mensura numeri. Et ideo ponitur in diffinitione numeri mensurati, non autem ponitur in diffinitione diuisibilis, sed magis econuerso.

¶ Ad tertiū dicēdū, q̄ similitudo, per quā intelligimus, est species cogniti in cognoscente. Et ideo non secundum similitudinem naturæ ad potentiam cognoscitiuam est aliquid prius cognitum, sed per cōuenientiam ad obiectum: alioquin magis visus cognosceret auditum quàm colorem:

QVAESTIO OCTVAGESIMASEXTA, *quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandū est quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum cognoscat singularia.
¶ Secundò vtrum cognoscat infinita.
¶ Tertiò, vtrum cognoscat contingentia.
¶ Quartò, vtrum cognoscat futura.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum intellectus noster cognoscat singularia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ intellectus noster cognoscat singularia. Quicunque enim cognoscit compositionem, cognoscit extremas positionis: sed intellectus noster cognoscit hanc compositionem, Socrates est homo. Eius enim est positionē formare. Ergo intellectus noster cognoscit hoc singulare quod est Socrates

52 d
89 a

439

*loco ci tato in argum.

432
4. dist. 50 q. 1. ar. 3. Et verit. q. 5. ar. 6. & qō. 6. 10. art. 5. Et de anima ar. 20. & quol. 12. art. 12. Et opuſ. 24. ca. 1. & 2. Et 3. de ani sect. 8. col. 2. & 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nã vniuersalẽ: quia, scilicet repræsentatẽ, & nõ repræsentat indiuiduales cõditiones. Ex hoc em̃ q̃ sic repræsentatur, sequitur q̃ vniuersalis rep̃sentetur: qa nec vna numero, nec vt multiplicata numero, &c. & sic patet nullitas cõsequẽtiæ.

¶ Ad argumẽta cõtra ipsam cõclusionẽ dicitur præmittendo, q̃ in actione & passione intellectus duo ordines operationũ attendũtur. Primus realis, qui cõuenit intellectui vt res est: Secund⁹ intelligibilis, qui cõuenit intellectui vt in tellectus est. Per primũ mouetur intellect⁹ possibilis ab intellectu agẽte effectiue & principaliter: ab obiecto vero in phãtasmate secũdario & specie autẽ intelligibili ab illis producta formaliter. Per secũdum verò perficitur ab intelligibili, vt intelligibile est ob iectiue ab actu verò intelligẽdi formaliter. His itaq; ităribus facile patet rẽsponsio ad omnia distinguẽdo de quo ordine operationũ fit sermo. In primo nãq; omnia sunt singularia: sed nõ singularia materialia nisi phãtasma: & nũc patet incõceptio intellectus à phãtasmate. In secundo verò obiect⁹ est vniuersale. Sigillatim ergo rñdẽdo ad primũ cõcedimus totũ in primo ordine: sed cõsequẽtia nihil valet: qa in illo nulla est intellectio. Si verò de intellectu, vt intellectus est, loquatur, dicitur q̃ intellectus incipit nõ ab eo in quo finit sensus, sed à p̃ximo sibi: hoc autẽ est vniuersale corporeũ. falsum est enim quòd potentiarũ ordinatarum posterior incipiat à termino prioris, sed bene à proximo sibi. Vnde cogitatio non à sensatis, sed elicitis intentionibus primò perficitur.

¶ Ad secundum verò dicitur falsum esse quòd oporteat, abstractionẽ fieri à noto tam de abstractione intellectus possibilis quàm agentis: & de agente quidem patet de possibili verò manifestum sit ex sensu: visus enim abstrahit colorem ab odore pomi ignoto sibi, tali enim pacto intellectus possibilis conficeret vniuersales & non particulares conditiones.

¶ Ad tertiũ autẽ dicitur, q̃ si est sermo de intellectu vt re conceditur: q̃ primum mouẽs est singulare sed nõ materiale, sed immateriale, scilicet intellectus agẽs: falsum enim supponitur, scilicet q̃ in tali motione obiectũ sit primò mouẽs. Sed tunc cõsequẽtia nihil valet: ergo singulare primò cognoscitur: quia intellectus agẽs & obiectũ in phãtasmate in hoc primo ordine nõ mouẽt obiectiue, sed actiue pot⁹. Si verò est sermo de intellectu vt intellect⁹ est: sic cõcessũ q̃ primò mouens sit obiectũ, negatur q̃ sit singulare: sed dicitur q̃ est natura vniuersalis, quæ obiectiue perficit, mouet, & facit esse in actu intellectũ: quoniã illa est primò rep̃sentata per speciem intelligibilẽ & primò intelligibilis, vt in litera dicitur.

¶ Circa secundã cõclusionẽ dubiũ occurrit: quia cũ omnis cognitio fiat per assimilationẽ, & intellectus nũquam neq; in actu recto neque reflexo assimiletur singulari, sequitur q̃ nunquã cognoscat ipsum. Et cõfirmatur: quia sic intellect⁹ intelligit singulare hoc rectè siue reflexè, sequitur, ergo format in se cõceptũ ipsius singularis: cũ omnis intellectio in cõceptu aliquo cõsistat: & propositio singularis formati nõ pòt nisi cõceptus incõplex⁹ termini singularis habeatur: sed in intellectu non pòt esse cõceptus materialis indiuidui vt sic: ergo p̃batur minor: quia cõcept⁹ est similitudo expressa rei cõcepti, repugnat autẽ intellectui nostro hic habere similitudinẽ materialis indiuidui, vt patet, quia aliter nõ abstraheret ab hic & nũc. Et nihil p̃hiberet ponere species intelligibiles singularitũ in intellectu nostro: par enim est ratio quo ad hoc de similitudine impressa & expressa.

¶ Ad oppo. autem ducit demonstratio Aristo. in 2. de Anima de sensu communi quod oportet iudicem discernentem aliqua duo, cognoscere vtrunque: sed intellectus ponit differentiam inter vniuersale & singulare. ergo.

¶ In hac difficultate dicendũ mihi videtur, & q̃ intellectus cognoscit vtrũq;, & q̃ non formar proprũ cõceptũ singularis: sed intelligit ipsum in cõceptu alterius: qui tamẽ est eius quodãmodo. Ad quorũ euidentiã sciendũ est, q̃ dupliciter experimur nos intelligere aliquid, sẽ in seipso & in alio. In seipso quidẽ: cum cognoscendo formamus in nobis conceptum illius rei quã intelligimus: sicut cũ intelligimus graue, formam⁹ in nobis cõceptũ propriæ rationis formalis ipsius grauitatis: & cũ percipimus houe, formamus in nobis conceptũ propriæ differẽtiæ, &c. in alio verò cum vnũ cõcipimus: & aliud in illo cõceptu arguimus inuenitr: quod tamen quid sit non concipimus. Sicut cũ cõcipimus sapientiã infinitã esse, rẽ quã dã excellentissimã subesse arguimus, quid tamen sit res illa ignotũ est. Sic enim res illa & nota quodãmodo & ignota est. Nota quidẽ in alio, sẽ in cõceptu sapientiæ infinitæ: ignota secundũ suã rationẽ formalẽ, & cõsequẽter in proprio cõceptu nota: arguitiue, ignota directe: nota quantũ ad quæstionẽ quia est gnota quantũ ad quæstionẽ quid est. Et hoc modo singulare materiale notũ est intellectui nostro: Nunquam enim cõcipere nos experimur siue directè siue indirectè Sorteitatem, quãuis concipiamus singularitatem in communi. Si enim cõcipe remus hoc albũ aut hunc hominẽ proprio cõceptu illo intellectus vt intellectus est, esset hoc materiale signatũ: & quidditatiuũ cognitionem haberet singularis vt sic: cũ nil aliud sit nosse qd quid erat esse alicuius quã cõcipere illud secũdũ propriũ illius cõceptũ vt sic. Sed bene experimur q̃ ponimus differẽtiã inter Socratẽ & q̃d quid erat esse hõis in ter hoc & vniuersale. Et ideo opere. tũr q̃ vtrũq; cognoscatur: sed ad hoc sufficit cognitio arguitiua, cõcipientes ẽi in nobis hominẽ & singularitatẽ: & q̃ homo nõ subsistit p se, &c. arguit & concludit⁹ q̃ infinita: à nullo intellectu possunt simul actu cognosci: cuius tamen oppositum superius in 1. q. 9. diffinitum est respectu intellectus diuini. Cũm enim infinita possint duplici. ter repræsentari & cognosci, C per modũ infiniti, id est, per partem post partem: & per modum finiti, id est simul, vt ibidem dictũ fuit. Si in antecedente est fermo de infinito per modum infiniti verum est, & infert ergo infinitũ à nullo Itellectu è cognoscibile actu. Si aũt est sermo de infinito p modũ finiti, sic falsum é antecedẽs. quia nõ repugnat finitis rẽpsentari simul vnica specie: vt patet de specie Itellect⁹ diuini.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ prima specie aspiciẽti ambigua occurrit intentio literæ: quin si attendimus ad conclusionẽ intentã, cõstat, q̃ sermo est de infinitorum actuali cognitione quocũq; mõ, sine per modum infiniti sine per modum finiti: dummodo distinctè infinita cognoscãt. Intendit nãque concludere, q̃ intellectus nostrer non p̃actu cognoscere infinita distinctè: vt patet in calce corporis arde se nouit est. Si verò attẽdimus ad mediũ ter minum: sic videtur, q̃ sit sermo restrictũ⁹ ad infinitum per modũ infiniti: quoniã medium assumpta se tenet ex parte cõditionis ipsius infiniti se cundi seriquia, f. habet rationẽ partis & imperfecti. Si ergo hoc repugnat sibi habet vnã specie: ergo rẽpresentari per vnam̃ speciẽ repugnat tibi ex extrinseco. & cõsequẽter impossibile ẽt, q̃ vna specie rẽpsentetur cuicunque: intelligat. Sed cum hoc sit falsũ, q̃ infinita vna specie repræsentant actu simul Deo & alx Christi, &c. cõsequens est vt mediũ hoc intelligatur de infinito p modum infiniti: ficenim repugnat ea in tr inseco rep̃sentari vna specie actu & cognosci. Et manifestat ei ius ilte ex secunda rationeq̃ manifestè loquit de infinito per modũ infiniti subtilius tamẽ p̃ofiecisse ambiguitatis fo. lutio apparet, recolẽdo q̃ non de quacũq; spe. & cognitione, sed de notitia intellectus & naturali pro statu isto est sermo. Ad cuius euidentiã scito primo, q̃ infinitum (sicut & quodcunque aliud obiectum intellectus nostri) dupliciter habitualiter habet respectu intellectus nostri, scil. suæ speciei & cognitionis, scilicet earũ & repræsentati. Causæ quidem, quia scientia nostra causatur & mensuratur à rebus. Rep̃sentati autem: quia res cognita per speciẽ proprium, quatenus est infinitum sensibiliter. si cognoscitur distinctè, repræsentatur per propriã speciem. Scito secundo, q̃ infinitũ repugnat ex intrinseco causare speciẽ sui adequatẽ. huc quia habet rationẽ partis & imperfecti, id est, quia id q̃ actu est, aut quid sumere, vt dicitur in 7. Physic. Ex hoc enim q̃ extra id, quod actu sum tus, habeẽde infinitis partis & imperfecti rõnem habet quòniã semper est extra aliqu

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc sensu locũ diuisio illa, sed tũc fit diuisio scientiæ à sensu, & opinione, &c.
¶ Circa probationẽ primæ partis conclusionis dubitatur: quia falsum assumitur seu supponitur, vel processus est ex particularibus. Tota enim vis probationis stat in hoc, quia contingens est contingens propter materiã quæ est indiuiduationis principium, vt patet. ex hoc enim infertur, ergo à sensu directè cognoscitur, &c. Sed hęc propositio, aut est particularis (& sic non concluditur nisi particulariter) ergo quædam contingentia directè à sensu tantum noscuntur, &c. cũm tamen litera vniuersaliter quærat de contingentibus aut est vniuersalis: & sic ex falsa. Tum quia dantur contingentia immaterialia, vt patet ī actibus liberi arbitrij: ītũ quia dantur contingẽtia vniuersalia, vt hominem comburi, &c. neutra enim ex materia indiuiduãte oriũtur, cũ ab ipsa hęc abstrahant illa verò omnino aliena sũt.
¶ Circa probationẽ vltimæ partis dubitatur: quã nulla videt esse ista differẽtia inter consequẽtia materiam quo ad necessitatẽ & contingentiã. Quoniã consequentia materiam distinguitur in necessaria, cõtingentiamors est & corruptio necessariò sunt: & tamen ex materia. Et similiter consequentia formam distinguuntur in necessaria & contingentia: ridere enim est operatio sequens formam, & tamen contingenter in est: non enim oportet Socratẽ ridere.
¶ Circa cõclusionẽ principaliter intentã totũq; articulum, dubiũ occurrit quia totus iste labor otiosus videtur, & p accidẽs. Otiosus quidem, quia nihil hinc habetur nisi q contingentia in particulari per sensum, in vniuersali per intellectum cognoscuntur: hic autem & scitum erat prius ex hoc quòd intellectus est vniuersaliũ, & sensus singularium. Et rursus in hoc nulla differentia est inter contingens, & necessarium, quoniam vtraque in particulari ad sensum, in vniuersali ad intellectũ spectant. Per accidẽs verò, quia ex vniuersalitate, & particularitate pẽdet solutio, vt patet in litera: necessitas autẽ & contingentia per accidẽs, his conditionibus annexę sunt. ergo, &c.
¶ Ad euidentiam horum ex quod quid est contingentis & necessarij procedendum est. Contingens enim cum sit quod potest esse & non esse: necessarium autẽ quod impossibile est aliter se habere: vt patet ī Met. consequẽs est, q contingentia, & necessitas entium reales non logicę differentię, diuersas habeant radices: ita q contingentia ex potentia, necessitas verò ex actu oriantur. Cuius etiam signum est, q in his inferioribus in quibus plurimum est de potentia, maximè viget contingentia: in rebus verò superioribus maximè actus naturam participan tibus: aut omnino non est aut secundum quid est cõtingentia, simpliciter enim entia illa necessaria sunt: & tantum habent contingentiæ quantum potentiæ cuiusliam admistionem patiuntur. Vnde actus purus omnino liber est, à contingentia omnino. Verum quia potentia in rebus materialibus differentia, substantialis autẽ proprietas materiæ est, & actualitas ex parte formæ se tener, ideo contingentia nõ simpliciter, sed sensibilium ex materia: necessitas autem ex forma oriti in litera de sensibilitũ cognitione tractante dicitur. Et quoniam materia vt materia est in indiuiduis tantũ sensibilibus, inuenitur in esse realiforma autẽ esse habet & perfectius absque sensibili natura admista: idcirco contingentia indiuiduis materialibus in litera attribuitur: non q sola aut omnia indiuidua materialia sint contingentia: cum etiam in vniuersalibus materialibus dentur contingentia, & in cœlestibus nihil sit contingens: sed quia indiuidua materialia sunt primò cõtingentia in genere materialium: vniuersalia enim eorũ, cum à materia recedere incipiãt & formæ rationẽ indui: secũdatiò cõtingentia sunt. Et propter hoc contingentia & singulare sensibile cõnexa sunt non p accidens, sed per rationẽ proprij principij vtriusque. Nec propterea remouetur, quin materiã aliqua necessitas sequatur, aut formã aliqua cõtingentia comitetur. Sed bene sequitur, q formæ nulla cõtingentia adiungatur, nisi ratione potẽtiæ admistæ: & similiter materia nullius necessitatis sit causa nisi tatione actus quẽ participat. Materia enim ratione potentiæ, cum vtramque contradictionis partẽ respiciat, necessarium non respicit: participatione verò actus necessitatis expers non est. Et hoc dupliciter: quia vel vt participat actualitatem, induendo modum actus: puta quia hoc ipsum quod est esse in potentia, habet actu: & sic conuenit sibi necessitas ordinis ad vtranque contradictionis partem sub disiunctione: & hinc prouenit necessitas corruptionis vtriusque. Vel vt participat actum per analogiam, seu proportionem ad ipsum: & sic conuenit sibi necessitas dispositionum materialium & hinc fit vt quædam accidentia dicantur consequi materiam vt quantitas, &c. Et similiter formam cũm ratione actualitatis non consequatur potentiã contradictionis: sed potius actuale aliquid quidam

*artic. 1. huius q.

*ibidẽ.

d. 392.

quid ipsam non inseparabiliter comitatur, eorum vt sic ratione potentiæ sequitur: dico autem vt sic, id est in quantum separabilis rationem habet: quantum enim separabilitatis, tantũ habet elongabilitatis ab actu, & proximitatis cum potentia. Vnde facilè patet responsio ad omnia quæ sita & obiecta.
¶ Ad ptimum ergo dubium dicitur dupliciter. Primò, q contingentia attribuitur tantũ sed primò: nõ sim pliciter sed ī genere sentione est quæstio: & ió ad nunc dicta in quæstione 14. videantur.
¶ In responsione ad secundum assẽruntur duę opiniões de causa prænotionis futurorum ab æa nostra, iuxta mortem præcipuè, vt Greg. vult in 4. dialogo. & in somnis, vt experimur, & similiter in ecstasi: & vniuersaliter in alienatione à sensibus.
¶ Prima est, q anima ex sui natura hoc habet. Secunda est, q anima habet hoc ex participatione superiorum causarum. Primam ex Augu. & Platonicam dicit & irrationabilem, quia talis modus cognoscẽdi, scilicet per participationem superiorum seu ideatum, non est connaturalis animę nostrę.
¶ Secũdam declarat primò distinguendo causas superiores in spirituales & corporales, &c. & reddẽdo causam, quare magis in alienatione sensuum: quia scilicet maior approximatio seu cõuertio ad spiritualia per recessum à corporalib? quo ad primas: & quia nodes silentiorẽs atq; quietus, & t somnis parui motus intenditur: & propterea liter. Joquẽdo negat. q necessaria sensibilia repugnant ratiõ, tãto minus sunt necessaria. Entia verò cognoscibilia secundũ quod sunt in actu, & non secundũ quod in potentia. Proba tur primò autoritate Arist. 9. Meta. tex. 10. Secundò ex ratione obiecti cognoscibile secundũ quod est in actu, & non secundũ quod in potentia. Probatur primò autoritate Arist. 9. Meta. tex. 10. Secundò ex ratione obiecti cognoscibilis, scilicet entia & veri, hoc modo, Nulla res habet rationẽ alicuius entis aut veri, nisi secundum quod in actu rationem illius habet, vel participat, &c. ergo cognoscibile secundũ quod est in actu rationem habet, vel participat, &c. ergo tur ratione, nec album in potentia habet rationem albi. vnde non potest cognosci vt domus & album. Tertiò inductione inchoante à sensibilibus vt cognoscitur à sensibilibus: quia coloratum non sentitur visu nisi sit actu colo- rationẽ, deinde à sensibilibus, vt percipiuntur intellectu nostro: in cuius ſgnũ materia non cognoscitur, nisi per analogiã ad formam, ex primo, Physic. Et de-

*Vtrum intellectus noster cognoscat futura.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur q intellect? noster cognoscat futura. Intellectus enim noster cognoscit per species intelligibiles quæ abstrahũtur ab hic & nunc: ita se habent indifferenter ad omne tempus. Sed potest cognoscere præsentia. Ergo potest cognoscere futura.
¶ 2 Præterea, Homo quãdo alienatur à sensibus aliqua futura cognoscere potest: vt patet in dormientibus & phreneticis. Sed quando alienatur à sensibus, magis indiget intellectu. Ergo intellectus quantum est de se, est cognoscitiuus futurorum.
¶ 3 Præterea, Cognitio intellectiua hominis efficacior est quàm cognitio quæcunque brutorum animalium. Sed quædam animalia sunt quæ cognoscunt quædam futura: sicut corniculæ frequenter crocitantes significant pluuiam mox futuram. Ergo multo magis intellectus humanus potest futura cognoscere.
¶ SED CONTRA, est q dicitur Eccle. 8. Multa hominis afflictio, qui ignorat præsentia, & futura nullo põt scire nũtio.
¶ RESPONDEO dicendum, quòd de cognitione futurorum eodem modo distinguendum est sicut de cognitione contingentium c. Nam ipsa futura vt sub tempore cadunt, sunt singularia, quæ intellectus humanus non cognoscit nisi per reflexionem, vt suprà dictum est *. Rationes futurorum possunt esse vniuersales, & intellectu perceptibiles: & de eis etiam possunt esse scientiæ. Vt tamen communiter de cognitione futurorum loquamur, sciẽdum est q futura dupliciter cognosci possunt. Vno modo in seipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci nõ possunt nisi à Deo, cui etiã sunt præsentia dũ in cursu rerũ sunt futura, infibilia directè non intelligitur, hoc est per accidens: quia sunt particularia sensibilia, sed ipsa contingentia habẽt per se repugnãtiã ad intelligibilitatẽ: quia vt contingentia sunt, q3 materia sunt, quia ex potentia quæ ex materiæ differentiã rõnes autẽ eorũ quia à materia aliqualiter abstrahũt, quantò à materia recedũt, tantò à cõtingentia se parantur, & perceptibiles sunt ab intellectu: & propterea merito ab ipsis contingentibus distinctæ sunt in proposito. Vtraquetamen repositio quo ad rem in idem redit: sed pro litera: intellectu hęc explicari expedit.
¶ Ad secundũ verò dicitur, q distinctio illa quæ adducit sane intellecta, vera est. Nec obstant differẽtiæ assignatæ in litera, vt enim ex dictis patet differẽtia inter cõsequentia formã, & materiã in hoc q3 illa necessaria, hæc contingentia sunt, intelligitur de forma vt forma seu actu, & materia vt materia seu potẽtia. Distinctio verò consequentiũ tam formã quàm materiã in necessaria & contingẽtia: intelligitur de forma vt cõplectitur in se ratione actꝰ & potẽtiæ: & similiter de materia vt habet rationẽ potẽtiæ: & sapit rõnẽ actus aliquo mõ, vt expositi est.
¶ Ad tertiũ autẽ dicitur, q articulus iste cũ suo processu necessarius & per se est. Nec est vetũ, q nihil aliud hinc habeatur, nisi, q cõtingẽtia in particulari per sensum, in vtili verò per intellectũ apprehẽduntur. Sed hic habetur q. absolutè loquendo, sensus, nõ intellectus apprehẽditur nisi indirectè. Vndenõ dicit sequitur hoc prius notũ: sed ponitur subtilis differentia inter necessaria & cõtingens quo ad cognosci: quia necessariũ spectat ad intellectũ, cõtingẽs ad sensum & hoc, quia cõtingentia in rebus sensibilibus: est cõditio cõsequens materiã indiuiduantẽ sensibilitatis necessitas autẽ formã fundantẽ omnẽ vtilitatẽ. Vnde non per accidẽs se habẽt cõtingentia & necessitas ad vtilitatẽ & particularitatẽ, sed p se quãuis nõ per se primo, sed tatiõe cõis radicis. Materia enim vt materia, radix est cõtingẽtiæ, atq; idiuiduatiõis: & similiter forma vt forma radix é necessitatis & vniuersalitatis. Et hæc cõnexio aptè assignãt litera rõ cõclusiõis, quare, &c.

*Super Quæstionis 10 magnæ sima sexta. Articulum quatuor.

TItulus clarus est. ¶ In corpore duo. Primò respondet quæstio directè. Secundò amplificando quæstionem, respondet vniuersaliter de cognitione futurorũ.
¶ Quo ad primum est vnica distinctio bimembris cum cõclusionibus suis sequentibus membra. Distinctio est, Futura dupliciter, secundum esse ſpãs, vel secundum eorum rationes, vt de contingentibus dictum est, &c. ¶ Conclusio prima futura sic intellectu non nisi reflexè nosc untur. Probatur quia sunt singularia, & scientiæ possunt esse de eis, &c. Probatur, quia vniuersales sunt. Omnia declarandã ¶ Conclusio secunda, Futurorum rationes intellectu perceptibiles sunt, & scientiæ possunt esse de eis, &c. Probatur, quia vniuersales sunt. Omnia declarandã relinquuntur iuxta distinctionem in præcedenti artic. de contingentibus.
¶ Quo ad secundũ extenditur quæstio ad omnia futura, & non solum sensibilia, & ad omnem intellectum, & non solum humanum. Atque respondetur cum distinctione trimembri singulis conclusionibus iuxta membra singula oppositis.
¶ Distinctio est, Futura dupliciter in seipsis, vel causis suis: & his vel necessariis vel in pluribus.

¶ Conclusio

¶ Conclusio prima, Futura ſ seipsis à solo Deo cognoscũ, propter ętternitatis suæ imũ.
¶ Conclusio secunda, Futura in causis necessariis à nobis noscuntur certè, vt declaratur in eclipsi.
¶ Conclusio tertia, Futura in causis vt in pluribus noscuntur per coniecturam plus, & minus iuxta inclinationem causarum, vt patet ex se. Circa hæc nihil occurrit repetendũ, sed p- tinẽtia ad primò dicta ſ præcedẽti art. pertinentia ad nunc dicta in quæstione 14. videantur.
¶ In responsione ad secundum assẽruntur duę opiniões de causa prænotionis futurorum ab æa nostra, iuxta mortem præcipuè, vt Greg. vult in 4. dialogo. & in somnis, vt experimur, & similiter in ecstasi: & vniuersaliter in alienatione à sensibus.
¶ Prima est, q anima ex sui natura hoc habet. Secunda est, q anima habet hoc ex participatione superiorum causarum. Primam ex Augu. & Platonicam dicit & irrationabilem, quia talis modus cognoscẽdi, scilicet per participationem superiorum seu ideatum, non est connaturalis animę nostrę.
¶ Secũdam declarat primò distinguendo causas superiores in spirituales & corporales, &c. & reddẽdo causam, quare magis in alienatione sensuum: quia scilicet maior approximatio seu cõuertio ad spiritualia per recessum à corporalib? quo ad primas: & quia nodes silentiorẽs atq; quietus, & t somnis parui motus intenditur: sed magis per impressionẽ aliquarum causarum ſuperiorũ ſpiritualiũ & corporaliũ. ſpiritualium c quidẽ, sicut cum virtute diuina ministerio angelorũ intellect? humanus illuminatur: & phãtasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda, vel etiã cùm p operationẽ dæmonũ fit aliqua cõmotio in phantasia e, ad præsignandum aliqua futura q dæmones cognoscunt, vt suprà dictũ est *. Huiusmodi aũt impressiones ſpiritualiũ causarũ magis nata est ãa humana suscipere, cùm à sensibus alienat: quia per hoc ꝓpinquior fit subst ãtiis spiritualibus & magis libera abexterioribus inquietudinibus. Cõtingit autẽ & hoc per impressionẽ ſuperiorũ causarũ corporaliũ materialiũ. Manifestũ est enim q corpora superiora imprimũt in corpora inferiora. vñ cùm vires ſensitiuę sint actus corporaliũ organorũ, cõsequens est q ex impressione cœlestiũ corporũ immutet quodãmodo phãtasia. Vnde cũ cœlestia corpora sint causa multorũ futurorũ, fiũt in imagi natione aliqua signa quorundã futurorũ. Hæc autẽ signa magis percipiũt ī nocte & à dormiẽtibus quã de die & à vigilãtibus: quia, vt dicitur in libro de Som. & vigi *. q

*q. 14. ar. 13. & q. 57. art. 3.

*lib. de diuin. per somn. cap. 2.

quantũ eius ęternus intuitus simul fertur suprà totũ temporis cursum, vt suprà dictũ est *, cùm de Dei scientia ageretur. Sed ꝓut sunt in suis causis, cognosci possunt etiã à nobis. Et si quidẽ in suis causis sint, vt ex quibus ex necessitate proueniãt, cognoscũtur per certitudinẽ scientiæ: sicut Astrologus p cognoscit eclipsim futurã. Si autẽ fic sint in suis causis vt ab eis proueniãt vt in pluribus, sic cognosci possunt p quandã coniecturam e, vel magis vel minus certã, secundum quòd causæ sunt, vel magis vel minus inclinatæ ad effectus.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q ratio illa, ꝓcedit de cognitione, quę fit per rationes vniuersales causarum, ex quibus futura cognosci possunt secundum modum ordinis effectus ad causam.
¶ Ad secundum dicẽdum, q sicut August. dicit 12. Confes. anima habet quãdam vim fortis, vt ex sui natura posit futura cognoscere. Et ió quãdo retrahit a corporeis sensibus, & quodãmodo reuertitur ad seipsam, sit particeps notitiæ futurorum. Et hæc q dẽ opinio rationabilis esset, si poneremus q ãa acciperet cognitionem rerum secũdum participationẽ idearum, sicut Platonici posuerũt f: quia sic anima ex sui natura cognosceret vniuersales causas omniũ effectuũ, sed impeditur p corpus. Vnde quãdo à corporis sensib? abstrahitur, futura cognoscit. Sed quia iste modus cognoscendi non est cõnaturalis intellectui nostro, sed magis vt cognitionem à sensibus accipiat, nõ est fcm naturã ãæ, q futura cognoscat, cùm à sensib? alienatur: sed magis per impressionẽ aliquarum causarum ſuperiorũ ſpiritualiũ & corporaliũ. ſpiritualium c quidẽ, sicut cum virtute diuina ministerio angelorũ intellect? humanus illuminatur: & phãtasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda, vel etiã cùm p operationẽ dæmonũ fit aliqua cõmotio in phantasia e, ad præsignandum aliqua futura q dæmones cognoscunt, vt suprà dictũ est *. Huiusmodi aũt impressiones ſpiritualiũ causarũ magis nata est ãa humana suscipere, cùm à sensibus alienat: quia per hoc ꝓpinquior fit subst ãtiis spiritualibus & magis libera abexterioribus inquietudinibus. Cõtingit autẽ & hoc per impressionẽ ſuperiorũ causarũ corporaliũ materialiũ. Manifestũ est enim q corpora superiora imprimũt in corpora inferiora. vñ cùm vires ſensitiuę sint actus corporaliũ organorũ, cõsequens est q ex impressione cœlestiũ corporũ immutet quodãmodo phãtasia. Vnde cũ cœlestia corpora sint causa multorũ futurorũ, fiũt in imagi natione aliqua signa quorundã futurorũ. Hæc autẽ signa magis percipiũt ī nocte & à dormiẽtibus quã de die & à vigilãtibus: quia, vt dicitur in libro de Som. & vigi *. q

*q. 14. ar. 13. & q. 57. art. 3.

*lib. de diuin. per somn. cap. 2.

deferuntur de die, dissoluũtur magis. Plus est enim sine turbatione aër noctis, eo ꝙ silentiores sunt noctes: & in corpore faciũt sensum propter somnũ, quia paruimotus interiores magis sentiuntur à dormiẽtib? quàm a vigilãtibus. Hi vero motus faciũt phãtasmata, ex quibus præuidẽtur futura.
¶ Ad tertium dicendum, q animalia bruta non habent aliquid suprà phantasiam, quod ordinet phãtasmata, sicut habẽt homines rationem. Et ideo phantasia brutorum animaliũ totaliter sequitur impressionẽ cœlestẽ. Et ideo ex motibus huiusmodi animalium magis possunt cognosci quædam futura (vt pluuia & huiusmodi) quã ex motibus hominum qui mouentur per consilium rationis. Vnde Philosophus dicit in lib. de Som. & vi *. q. quidem imprudentiſsimi sunt maximè præuidentes. Nam intelligentia horũ non est curis affecta, sed tanquã deserta, & vacua ab omnibus, & mota secundum mouens ducitur.

QVAESTIO OCTVAGESIMA SEPTIMA, *Quomodo anima intellectiua seipsam, & ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat. in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est quomodo anima intellectiua cognoscat seipsam, & ea quæ in se sunt. Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrũ cognoscat seipsam per suam essentiam ¶ Secundo, quomodo cognoscat habitus in se existentes. ¶ Tertiò, quomodo intellectus cognoscat propriũ actum. ¶ Quartò, quomodo cognoscat actum voluntatis.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur, quòd anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiã. Dicit enim August. 9. de Trin. * q mens seipsam nouit per seipsam, quoniam est incorporea.
¶ 2 Præterea, Angelus & anima humana conueniunt in genere intellectualis substantiæ. Sed angelus intelligit seipsum per essentiam suam. Ergo & anima humana.
¶ 3 Præterea, In iis quæ sunt sine materia, idẽ est intellectus & quod intelligitur, vt dicitur 3. de Anima *. Sed mẽs humana est sine materia: nõ enim est actus corporis alicuius, vt suprà dictũ est *. Ergo in mente humana est idẽ intellectus, & quod intelligitur. Ergo intelligit se per essentiã suã.
¶ SED CONTRA est quod dicitur ipso non habet virtutem vt intelligatur, hinc fit vt ordo intellectuum sit infra ordinem intelligibilium. Si enim perfectio intellectus nostri quam ex se habet, sufficit ad hoc quòd intelligat, & non ad hoc quod intelligatur, necessariò sequitur, quòd plus perfectionis requiratur ad hoc quòd aliquid intelligatur, quàm ad hoc quòd aliquid intelligat. Et quoniam videbat diuus Tho. hoc ex dictis consequi: & hoc prima facie non videtur esse verum, imò tanquam inconueniens poterat sibi obijci: ideo excludit hanc phantasiam, ostendens hoc esse accepta dum vt conueniens non solum Peripateticis (secundum quorum documenta processit) sed etiam Platonic. Vnde inquit, quod etiam Platonici posuerunt intellectum infra intelligibile: & probat, quia intellectus non intelligit, nisi participatione intelligibilis: participans autem constat esse infra participatum.
¶ Circa antecedens occurrit dubium, quia falsum videtur quoniã siue intellect? sit idem quod esse animæ, siue non: oportet, inquit 3co. in 1. dist. 3. q. 7. vt sit in se actus quidam. Tum quia potentia ad accidens, ita operari, non fundatur super pura potentia. Tum quia substantia animæ actus est, vt in secundo de Anima dicitur: & intellectus quoq; si potẽtia est, in ipsa essentia est vt subiecto. ergo, &c.

¶ Circa

436 2. cõtra cap. 96. princip. & col. 2. fin. Etli, 3. c. 40. & 2. veri. q. 8. ar 6. col. fin. Et 2. de Anima lc. 6. fi. Etli 3. lc. 8. co. 1. *cap. 3. *tex. 15. * q. 75. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Circa idem antecedens dubium est, an sit facienda vis in vocabulo, Intelligibilis, an ly intelligibile sumatur cõmuniter pro omni re immateriali. Et primũ est quærere, an intellectus noster sit pura potẽtia in genere intelligibilii, id est sub hoc genere quod vocatur intelligibile. Secundò verò, an sit pura potẽtia in genere intelligibilium, id est entiũ immaterialiũ. Refert autẽ plurimũ quouis modo intelligatur: quoniam iuxta primũ sensum limitata est propositio: iuxta secundũ verò extensa est tam ad ordinem intelligibilium vt sic quam ad ordinẽ intellectuum, vt sic. Ita q̃ sensus esset, q̃ intellectus noster est pura potẽtia, & in ordine intelligibilium, & in ordine intellectuũ. est autẽ præter dicta veritatẽ sensuum ratio dubitandi: quia si intellectus nõ esset pura potẽtia in genere vtroq; cõsequens est q̃ sicut ex se non habet rationẽm intelligibilis: ita non habet virtutẽ intelligẽdi cuius oppositum in littera dicitur. Stantẽ in altero genere, scilicet intelligibilium est pura potentia, sequitur, q̃ in intellectus noster nõn est infimus in ordine intellectuum: quia potest dari inferior, qui scilicet sit pura potentia in ordine intellectuum maximè distans à primo, quia est purus actus.

*loco nunc dicto.

*text. 20.

*text. 69.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur q̄ animæ separatæ cognoscant ea quæ hic agūtur. nisi enim ea cognoscerent, de eis curam non haberent. Sed habēt curam de ūs, quæ hic agun tur. secundum illud Luc. 16. Habeo quinq; fratres, vt testificetur illis, ne & ipsi veniat in hunc locū tormentorum. Ergo animæ separatæ cognoscunt ea quæ hic aguntur.
¶ 2 Præterea, Frequēter mortui viuis apparēt, vel dormiēt ibus, vel vigilātibus: & eos admonēt de iis quæ hic agūtur: sicut Samuel apparuit Sauli: vt habetur 1. Reg. 28. Sed hoc nō esset ni ea q̄ hic sunt, nō cognoscerēt. Ergo ea quæ hic agūtur cognoscūt.
¶ 3 Præterea, Animæ separatæ cognoscunt ea quæ apud eas agūtur. Si ergo quæ apud nos aguntur, non cognoscerent, impedire tur earum cognitio per localem distantiam: quod supra negatum est*.
¶ SED CONTRA est quod dicitur Iob. 14. Siue fuerint filij eius nobiles, siue ignobiles, non intelligent.
¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum naturalem cognitionem, de qua nunc hic agitur, animæ mortuorū nescīūt quæ hic aguntur. Et huius rō ex dictis* ac cipi potest. Quia anima separata cognoscit singularia per hoc q̄ quodammodo determinata est ad illa: vel per vestigiū alicuius præcedētis cognitionis seu affectionis, vel per ordinationem diuinam. Animæ autē mortuorum secundum ordinationē diuinam & secundū modum essendi segregatę sunt à conuersatione viuentiū, & coniunctæ cōuersationi spiritualium substantiarū, quæ sunt à corpore separatæ. Vnde ea, quæ apud nos agūtur, ignorāt. Et hāc rationē assignat Greg. in 12. Moralium*. dicens, Mortui vitā in carne viuētium, post eos qualiter disponatur, nescīūt, quia vita spiritus lōge est à vita carnis: & sicut corporea atq; incorporea diuersa sunt genere ita sunt distincta cognitione. Et hoc etiā Au. videtur tāgere in libr. de Cura pro mort. agenda*. dicēs, q̄ animæ mortuorū rebus viuentiū nō intersunt. Sed quantū ad animas beatorū videtur esse differētia inter Greg. & Aug. Nam Greg. ibidē subdit. Quod tamen de animabus sanctis sentiendū nō est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendū est, q̄ si foris aliquid quod ignorent. Aug. verò in lib. de Cura pro mortuis agenda*. expresse dicit, q̄ nesciunt mortui etiā sanctiquid agant viui, & eorum si lij, vt habetur in glo. super illud, Abrahā nescīuit vos. Isaiæ 63. quod quidē cōfirmat per hoc q̄ à matre sua nō visitabatur, nec in tristitiis cōsolabatur, sicut quādo viuebat. Nec est probabile, vt sit facta vita feliciore crudelior. Et per hoc q̄ Dominus promisit Iosiæ regi, q̄ prius moreretur ne videret mala quæ erāt populo superuēturā vt habetur 4 Reg. 22. Sed Aug. hoc dubitādo dicit Vnde præmittit Vt volet accipiat quisque quod dicam. Greg. autē assertiuè. Quod patet p hoc quod dicit. Nullo modo credendū est. Magis tamen videtur secundū sententiā Greg. q̄ animæ Sanctorum Deū videntes, omnia præsentia, quæ hic aguntur cognoscāt. Sunt enim angelis æquales. De quibus etiā Au. asserit, quòd ea quæ apud viuos aguntur, nō ignorant. Sed quia Sanctorū animę sunt perfectissimè iustitiæ diuinæ cōiunctæ, nec tristātur nec rebus viuentiū se ingerunt nisi secundū quod iustitiæ diuinæ dispositio exigit.
¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ animæ mortuorū possunt habere curā de rebus viuentiū, etiam si ignorent eorū statū sicut nos habemus de mortuis, eis suffragia impendendo, quamuis eorum statum ignoremus. Possunt etiā facta viuentium nō per seipsos cognoscere, sed vel per animas eorū qui hinc ad eos accēdūt, vel per angelos seu dæmones, vel etiā spiritu Dei reuelante, sicut Aug. in eodem libr. dicit*.
¶ Ad secundum dicendum, q̄ hoc q̄ mortui viuentibus apparēt qualitercūque: vel cōtingit per specialem Dei dispensationē: vt animæ mortuorū rebus viuentium interfint, & est inter diuina miracula cōputandū, vel huiusmodi apparitiones fiunt per operationes angelorum bonorū, vel malorum, etiā ignorantibus mortuis sicut etiā viui ignorantibus aliis viuentibus apparēt in somnis, vt Au. dicit in lib. prędicto*. Vnde & de Samuele dici potest q̄ ipse apparuit per reuelationem diuinam: secundū hoc quod dicitur Eccles. 46. quòd dormiuit & notum fecit Regi finem vitæ suæ. Vel illa apparitio fuit per curata per dæmones: si tamē Ecclesiastici autoritas nō recipiatur, propter hoc quòd inter canonicas scripturas apud Hebræos non habetur.
¶ Ad tertium dicēdum, quòd ignorantia huiusmodi non contingit ex locali distātia, sed propter causam prædictam*.

QVÆSTIO NONAGESIMA de Prima hominis productione quantum ad animam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandū est de prima hominis productione. ¶ Et circa hoc cōsiderāda sunt quatuor. ¶ Primò, de productione ipsius hominis. ¶ Secundò, de fine productionis. ¶ Tertiò de statu & conditione hominis primo producti. ¶ Quartò, de loco eius.
¶ Circa productionem autem considerāda sunt tria. ¶ Primò de productione hominis quantū ad animam. ¶ Secundò, quātum ad corpus viri. ¶ Tertiò, quātū ad productionē mulieris.
¶ Circa primū quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrū aia humana sit aliquid factū, vel sit de substantia ipsius Dei. ¶ Secundò, supposito quòd sit facta, vtrum sit creata. ¶ Tertiò, vtrū sit facta mediātibus angelis. ¶ Quartò, vtrum sit facta ante corpus.

ARTICVLVS I.

¶ Virum anima sit facta vel sit de substantia Dei.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ anima nō sit facta: sed sit de substātia Dei. Dicitur enim Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculū vitæ: & factus est homo in anima viuentem. Sed ille qui spirat, aliquid à se emittit. Ergo anima qua homo vivit, est aliquid de substantia Dei.
¶ 2 Præterea, Sicut supra habitū est*, anima est forma simplex. Sed forma est actus. Ergo anima est actus purus, quod est solius Dei. Ergo anima est de substantia Dei.
¶ 3 Præterea, Quæcunq; sunt, & nullo modo differūt, sunt idem. Sed Deus & mens sunt, & nullo modo differūt: quia oporteret q̄ aliquibus differentiis differrent, & sic essent compositæ. Ergo Deus & mens humana idem sunt.
¶ SED CONTRA est, quòd Aug. in lib. de orig. animæ*, enumerat quædā, quæ dicit esse multū apertè quæ peruersa, & fidei catholicæ aduersa. Inter quæ primum est, quòd quidā dixerunt, Deum animam non de nihilo, sed de seipso fecisse.
¶ RESPONDEO dicendū, quòd dicere animā esse de substantia Dei, manifestam improbabilitatem continet vt enim ex dictis patet*, aīa humana est quandoq; intelligens in potētia, & scientia quodammodo a rebus acquirit, & habet diuersas potētias*. Quæ oia aliena sunt a Dei natura, qui est actus purus, & nihil ab alio accipiens, & nulla in se diuersitatem habēs, vt supra probatū est*. Sed hic error principiū habuisse videtur ex duabus positionibus Antiquorū. Primi enim, qui natura s re rum considerare inceperūt, imaginatione transcendere nō valentes, nihil præter corpora esse posuerūt*. Et ideo Deū dicebant esse quoddā corpus quod aliorū corporū iudicabant esse principiū. Et quia animam ponebant esse de natura illius corporis, quod dicebant esse principium, vt dicitur in primo de Aia*: per cōsequens sequebatur q̄ anima esset de substantia Dei. Iuxta quam positionem etiā Manichæi Deū esse quandā lucē corpoream existimantes, quādam partē illius lucis animā esse posuerūt corpori alligatā. Secundo verò processum fuit ad hoc q̄ aliqui aliquid incorporeum esse apprehenderūt, nō tamen, a corpore separatum, sed corporis formam. Vnde & Varro dixit, q̄ Deus est anima mundi intuitu vel motū & tōne gubernans: vt Aug. narrat. 7. de ciuit. Dei*. Sic igitur illius totalis animæ partē aliqui posuerunt animā hominis: sicut homo est pars totius mundi: nō valentes intellectu pertingere ad distinguendos spiritualiū substantiarū gradus, nisi secundū distinctiones corporum. Hęc autem omnia sunt impossibilia, vt supra probatum est*. Vnde manifestē fallum est animam esse de substantia Dei.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ inspirare nō est accipiendū corporaliter. Sed idem est Deum inspirare quod spiritū facere. Quamuis & homo corporaliter spirans non emittat aliquid de iusubstātia, sed de natura extranea.
¶ Ad secundū dicendū, q̄ anima etsi sit forma simplex secūdum suam essentiam non tamen est suum esse, sed est ens per participationem vt ex supra dictis patet*. Et ideo non est actus purus sicut Deus.
¶ Ad tertiū dicēdum, q̄ differens proprię acceptū aliquo differt. Vnde ibi quæritur differētia, vbi est cōueniētia. Et ppter hoc oportet differētia esse cōposita quodammodo, cùm in aliquo differāt & in aliquo cōueniant. Sed secundum hoc licet omne differens sit diuersum, nō tamen omne diuersum est differens: vt dicitur in decimo Metaph.* Nam simplicia diuersa sunt seipsis: nō autem differūt aliquibus differentiis ex quibus cōponantur. Sicut homo & asinus differunt rōnali & irrationali differentia: de quibus nō est dicere, quòd vlterius aliis differentiis differant.

ARTICVLVS II.

¶ Virum anima sit producta in esse per creationem.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̄ aīa nō sit producta in esse per creationē. Quod enim in se habet aliquid materiale, fit ex materia. Sed anima habet in se aliquid materiale, cùm nō sit actus purus. Ergo anima est facta ex materia. Non ergo est creata.
¶ 2 Præterea, Omnis actus materiæ alicui* videtur educi de potētia materiæ. Cùm enim materia sit in potentia ad actū, actus quilibet præexistit in materia in potentia. Sed anima est actus materiæ corporalis, vt ex eius diffinitione apparet. Ergo anima educitur de potentia materiæ.
¶ 3 Præterea, Aīa est forma quædā. Si igitur anima fit per creationem, pari ratione oēs alię formę. Et sic nulla forma exibit in esse per generationē. Quod est inconueniens.
¶ SED CONTRA est quod dicitur Gen. 1. Creauit Deus hominē ad imaginē Dei secundum animam. Ergo anima exiuit in esse per creationem.
¶ RESPONDEO dicendum, q̄ anima rationalis nō pōt fieri nisi per creationē: quod non est verū de aliis formis Cuius rō est, quia, cùm fieri sit via ad esse, hoc modo alicui cōpetit fieri sicut ei competit esse. Illud autem proprię dicitur esse q̄ ipsum habet esse quasi in suo esse subsistēs. Vnde solæ substantiæ proprię & verè dicuntur entia: accidens verò nō habet esse, sed eo aliquid est: & hac rōne ens dicitur. Sicut albedo dicitur ens, quia ea aliquid est albū. Et ppter hoc dicitur in 7 Metap.* q̄ accidens dicitur magis entis quàm ens. Et eadem ratio est de omnibus aliis formis non subsistentibus. Et ideo nulli formæ nō subsistenti proprię cōuenit fieri: sed dicitur fieri per hoc q̄ composita subsistentia fiunt. Anima aūt rationalis est forma subsistēs, vt supra habitū est*. Vnde sibi proprię cōpetit esse & fieri. Et quia nō potest fieri ex materia præiacente, neq; corporali, quia sic esset naturæ corporeæ: neq; spirituali, quia sic substantiæ spirituales inuicem transmutarentur: necesse est dicere q̄ non fiat nisi per creationem
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ in anima est sicut materiale ipsa simplex essentia: formale aūt in ipsa est esse participatum: quod quidē ex necessitate simul est cū essentia animæ: quia esse per se cōsequitur ad formam*. Et eadem ratio esset si poneretur composita ex quadā materia spirituali, vt quidā dicūt, quia illa materia non est in potentia ad aliā formā, sicut nec materia cœlestis corporis. Alioquin anima esset corruptibilis. Vnde nullo modo anima potest fieri ex materia præiacente.
¶ Ad secundū dicendū, q̄ actū extrahi de potentia materiæ, nihil aliud est quam aliquid fieri actu quod prius erat in potētia. Sed quia anima rationalis non habet esse suū dependēs a materia corporali, sed habet esse subsistens, & excedit capacitatem materiæ corporalis, vt supra dictum est* prima: quia sic nō subsisteret, sed esset forma materialis & corporea. Nec sequitur quia sic subsistantiæ spirituales transmutarentur adinuicem: & cōsequenter essent corruptibiles. Haberet esse materiam communem, ex cuius potētia educerentur: sicut formæ corporales habent materiā sensibilem. Vltima consequētia est per se nota.
¶ Circa primas cōsequētias aduerte, q̄ hic est termo de esse & fieri simpliciter, id est sine additione aliqua. & est termo de corū quæ propriū subsistentiis in propositione. Ita q̄ simplex est, q̄ de solis subsistētibus verē & proprię prędicatur, est & fit quia sola hæc sunt ea quibus conuenit esse vt quid: reliquis autem cōuenit vt quo. Nec obstat q̄ animæ rationali conueniat etiam esse vt quo quia est quo homo est & vivit: quia non cōuenit ei vt quo tantum, sed vt quo & quod simul: cæteris autem formis vt quo tantum. Vnde Aristoteles, vt Auerrois decimooctauo cōment. duodecimo Metaphys. dicit, sola hæc via cuituit creationē formarū: quia negauit eas fieri, quia tamen & sunt & fiūt, dixit quòd fiunt in quantum composita fiunt, & sunt in quantum sunt ea quibus composita sunt. Et ideo subsistentia tantum fiunt, & non formæ materiales, nec accidentia. Et ideo nihil obstat creationi simpliciter & proprię præsupponere subiectum, modo id, nihil sit eius quod propriè fit: vt contingit in productione animæ rationalis. Vnde subtilissimus Thomas cum prodd. 508.
*eccl. 24. & 25.
452 Infrà q. 118. ar. 2. Et 2. dist. 28. q. 2. ar. 1. & 2. Et por. q. 3. arti. 9. Et quol. 9. arr. 1. Et opu. 3. c. 93. 131. 229. & 230. Et opus. 28. cap. 5.
*libr. 7. tex. 2.
*q. 55. art. 2.
*q. 75. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

basset quòd anima ratio nalis proprie sit, subdidit q̃ non ex materia corporali neque spirituali: quæ scilicet sit aliquid tui, sicut materia est aliquid: quia est pars eius quod sit ex ea. Et super hoc fundantur reliquæ consequētiæ, quòd esset corporea natura. Et hoc bene nota: quoniam est Peripatetica doctrina, præcipuúmque Aristotelis fundamentum.

¶In responsione ad secundum nota sectetum aliud Peripateticũ, quid scilicet est formam educi de potentia materiæ: formam esse in potentia materiæ est esse in ea vt causa non actiua, sed materialis: esse autem in aliquo, vt causa materialis, est habere esse dependēs ab ea: cùm omnis effectus à sua dependeat causa in suo genere causæ: & habere esse confusum id est indistinctè in ea. Nõ enim in potẽtia materiæ distinctè esse, habet forma aquæ, aut ignis: sed vnum est eorũ omniũ esse, vtin ea fũt. Et meritò, quia actus est distinguere, esse autem in potentia materiæ distinguitur contra esse in actu: habente ergo materia in se formã secundum esse potentiale, nihil aliud est educi formam de eius potentia, quàm materiam transmutari transmutatione sufficiẽte ita quod ex vi transmutationis materiæ forma resultet: ex quo enim erat in ea secundũ esse cõfusum: ipsa transmutatio cõtinuè approbatur & distinguit ipsam materiam ad esse illius distinctum: quoniã cõtinuè aliter, & aliter se habet secundũ illud per ipsam mutationem formaliter. Et sic completa trãsmutatione qua præcedens cõpositum trãsmutatur in aliud cõpositũ, resultat forma. Vnde per oppositũ cùm fit homo: quoniam ex vi trãsmutatiõis, qua præcedens compositũ mutatur in hominem: nunquam resultaret anima rationali. Quoniam causalitas materiæ non se extendit ad intellectus opera. Ideo nõ educitur de potentia materiæ. Educi ergo formã de potẽtia materiæ, est ipsam ex vi trãsmutationis resultare in ea, &c.

453 Locis sup. prã ar. 2. notatis.

* cap. 5. Eccles. hier.

a 2 4 2 *text. 34.

* ar. præ.

* q̃. 65. arti. 3.

454 Infrã q. 118. art. 3. Et 5. q. 6. ar. 3. & 4. Et 3. dist. 17. q. 2. ar. 2. Et 2. cõt. c. 81. Et 9or. q. 3. art. 1c. Et 9p. 30. lect. 4. & quol. 65. q. 67. q̃. 70.

* q̃. 76. & 70. * ibidẽ.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ Articulũ tertium*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæstio. Secundo soluit obiecta.

¶ Quo ad primum simul refert opinionem contrariam & impugnãdo illam, infert conclusionem intentam. Opinio opposita est pars affirmativa, scilicet, Anima fit à Deo mediantibus

pptẽrea nõ educitur de potẽtia materiæ.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ nõ est simile de aia rationali & de aliis formis: vt dictũ est*.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum anima rationalis sit producta à Deo immediatè.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ anima rationalis non sit producta à Deo immediatè, sed mediantibus angelis. Maior enim ordo est in spiritualibus, quàm in corporalibus. Sed corpora inferiora producũtur per corpora superiora: vt Dio. dicit 1. c. de diui. no. Ergo inferiores spiritus qui sunt animæ rationales, producuntur per spiritus superiores qui sunt angeli.

¶2 Prætẽrea, Finis rerũ respõdet principio: Deus enim est principium & finis rerum. Ergo & exitus rerũ à principio respondet reductioni rerũ in finem. Sed infima reducuntur per prima, vt Dio. dicit*. Ergo & infima procedũt in esse per prima, scilicet animæ per angelos.

¶ Prætẽrea, Perfectũ est quod põt sibi simile facere*: vt dicitur in 4. Met.* Sed spirituales substantiæ sunt multo magis perfectæ, quam corporales. Cùm ergo corpora faciant sibi similia secundũ speciem, multo magis angeli poterũt facere aliquid infrà, scilicet secundũ speciem naturæ, scilicet animam rationalem.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 2. quòd Deus ipse inspirauit in faciẽ hominis spiraculum vitæ.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ quidã posuerunt q̃ angeli secundũ quod operãtur in virtute Dei, causant animas rationales. Sed hoc est omnino impossibile, & à fide alienum. Ostensum est enim*, q̃ anima rationalis nõ potest produci nisi per creationẽ. Solus autẽ Deus potest creare: quia solius primi agentis est agere, nullo præpræsuppositõ: cùm semper agens secundũ præsupponat aliquid à primo agente vt suprà habitum est*. Quod autẽ agit aliquid ex aliquo præsuppositõ, agit transmutando. Et ideo nullũ aliud agens agit nisi trãsmutando: sed solus Deus agit creando. Et quia anima rationalis non producitur per transmutationem alicuius materiæ, ideo non potest produci nisi à Deo immediatè. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam quod corpora causant vel sibi similia vel inferiora, & quòd superiora reducunt in inferiora, totum hoc prouenit per quãdam transmutationem.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrũ anima humana fuerit producta ante corpus.

DQVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ anima humana fuerit q̃ducta ante corpus. Opus enim creationis præcessit opus distinctionis & ornatus: vt suprà habitum est*. Sed anima producta est in esse per creationem: corpus autem factum est in fine ornatus, vt suprà habitũ est*. Ergo anima hominis producta est ante corpus.

¶2 Prætẽrea, Anima rationalis magis cõuenit cũ angelis, quàm cũ animalibus brutis. Sed angeli creati fuerũt ante corpora, vel statim à principio cum corporali materia: corpus autem hominis formatum est sexto die, quando & bruta animalia sunt producta. Ergo anima hominis fuit creata ante corpus.

¶3 Prætẽrea, Finis proportionatur principio. Sed aia in fine remanet post corpus. Ergo & in principio fuit creata ante corpus.

¶SED CONTRA est, quòd actus proprius sit in potẽtia propria. Cùm ergo anima sit proprius actus corporis, anima producta est in corpore.

¶RESPONDEO dicẽdũ, q̃ Orig.* posuit non solùm animam primi hominis, sed animas omnium hominũ ante corpora simul cũ angelis creatas*, propter hoc q̃ credidit omnes spirituales substantias tam animas quã angelos æquales esse secundũ suæ naturæ cõditionem, sed solùm merito distare, sic quòd quædã earũ corporibus alligãtur, quæ sunt animæ hoium, vel cœlestiũ corporũ: quędã verò in sui puritate secũdũ diuersos ordines remanent. De qua opinione suprà iã dixim*. Et ideo relinquatur ad præsens. Aug. verò in 7. su Gen. ad lit* dicit, q̃ anima primi hominis ante corpus cum angelis est creata ob aliã rationẽ: quia scilicet ponit q̃ corpus hominis in illis operibus sex dierũ nõ fuit q̃ductũ in actu sed solùm secãdum causales rõnes. Quod non põt de aia dici: quia nec ex aliqua materia corporali aut spirituali præexistente facta fuit, nec ex aliqua virtute creata produci potuit. Et ideo videtur, q̃ ipsamet anima in operibus sex dierũ in quibus oia facta fuerunt, simul cũ angelis fuerit creata: & q̃ postmodũ, ppria voluntate inclinata fuit ad corpus administrandum. Sed hoc nõ dicit asserẽdo, vt eius verba demõstrãt. Dicit emẽ &, Credatur, si nulla scripturarũ auctoritas seu veritatis ratio cõtradicit, hoi em ita factũ sexto die vt corporis quidẽ humani rõ causalis in elemẽtis mundi, anima verò iam ipsa crearetur. Posset autẽ vtiq; hoc tolerari secundũ eos qui ponunt q̃ anima habet per se speciẽ & natũrã completã: & q̃ non vnitur corpori vt forma, sed solũ ad ipsum administrãdũ. Si autẽ anima vnitur corpori vt forma & est naturaliter pars humanæ naturæ: hoc omnino esse nõ põt. Manifestũ est enim q̃ Deus primas res instituit in perfecto statu suę naturæ, secũdũ q̃ vniuscuiusq; rei species exigebat. Anima autẽ cũ sit pars humanæ naturæ, non habet naturalẽ perfectionẽ, nisi secũdum quod est corpori vnita. Vnde nõ fuisset cõueniẽs, animam sine corpore creari. Sustinendo ergo opinionẽ Aug. de operibus sex dierũ, dici poterit, q̃ anima humana præcẽsit in operibus sex dierũ secundũ quandam similitudinẽ generis: prout cõuenit cum angelis intellectuali natura*. Ipsa enim fuit creata simul cum corpore. Secundum alios verò Sanctos tam anima quàm corpus primi hominis in operibus sex dierum sunt producta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ si natura animę haberet integrã speciẽ, ita q̃ secundũ se crearetur: rõ illa procederet vt per se in principio crearetur. Sed quia naturaliter est forma corporis, non fuit seorsum creanda, sed debuit creari in corpore.

¶Et similiter est dicendum ad secundum. Nam anima si per se speciẽ haberet, magis conueniret cum angelis. Sed in quantũ est forma corporis, pertinet ad genus animalium formale vt principium.

¶Ad tertiũ dicendum, q̃ animam remanere post corpus, accidit p̃ defectũ corporis, qui est mors. Qui quidẽ defectus in principio creationis animæ esse non debuit.

QVÆSTIO NONAGESIMAPRIMA de productione corporis primi hominis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandũ est de productione corporis primi hois. ¶Et circa hoc quærũntur quatuor. ¶Primo, de materia ex qua q̃ductũ est. ¶Secũdo, de autore, à quo productũ est. ¶Tertio, de dispositione, quæ ei per productionẽ est attributa. Quartò, de modo & ordine productionis ipsius.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum corpus primi hominis sit de limo terræ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ corpus primi hominis nõ sit de limo terræ. Maioris enim virtutis est facere aliquid ex nihilo quã ex aliquo: quia plus distat ab actu non ens quã ens in potentia. Sed cum homo sit dignissima creaturarũ inferiorũ, decuit vt virtus Dei maximè ostenderetur in productione eius. Ergo non debuit fieri ex limo terræ, sed ex nihilo.

¶2 Prætẽrea, Corpora cœlestia sunt nobiliora terrenis. Sed corpus humanũ habet maximã nobilitatẽ, cùm perficiatur à nobilissima forma, quæ est anima rationalis. Ergo non debuit fieri de corpore terrestri sed magis de corpore cœlesti.

¶3 Prætẽrea, Ignis & aër sunt nobiliora corpora quam terra & aqua. Quod ex eorum subtilitate apparet. Cùm igitur corpus humanũ sit dignissimũ, magis debuit fieri ex igne & ex aere, quã ex limo terræ.

¶4 Prætẽrea, Corpus humanũ est cõpositũ ex quatuor elementis. Nõ ergo est factũ ex limo terræ, sed ex omnibus elementis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 1. Formauit Deus hominem de limo terræ.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ cùm Deus pfectus sit in operibus suis, pfectionem dedit omnibus secundum eorũ modum, secundũ illud Deute. 32. Dei perfecta sunt opera. Ipse autẽ simpliciter perfectus est ex hoc, quòd omnia in se præhabet: nõ per modũ cõpositionis, sed simpliciter & vnitẽ*, vt Dio.* dicit eo modo quo diuersi effectus præexistũt in causa secundũ eius virtutem vnam. Ista autẽ perfectio ad angelos quidẽ deriuatur, secundũ quod omnia sunt in eorum cognitione, quæ sunt à Deo in natura producta per formas diuersas. Ad hominem verò deriuatur inferiori modo huiusmodi perfectio*. non enim in sua cognitione naturali habet omnium naturaliũ notitiã. Sed est ex rebus omnibus quodammodo cõpositus: dum de genere spiritualium substantiarũ habet in se animam rationalẽ. De similitudine verò cœlestium corporũ habet elongationẽ à contrariis per maximã æqualitatem complexionis. Elemẽta verò secundũ substãtiam, ita tamen, q̃ superiora elemẽta prædominantur in eo secundum virtutem, scilicet ignis & aër: q̃a vita præcipuè cõsistit in calido, quod est ignis: & humido, q̃ est aër. Inferiora verò elementa abundãt in eo secundũ substantiam. Aliter enim nõ posset esse mistionis æqualitas, nisi inferiora elementa, quæ sunt minoris virtutis secũdũ quantitatẽ in homine abundarent. Et ideo dicitur corp⁹ hominis de limo terræ formatũ, quia limus dicitur terra aquæ pmista. Et propter hoc homo dicitur* minor mundus, quia omnes creaturę mundi quodammodo inueniuntur in eo.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd virtus Dei creantis manifesta est in corpore hominis: dum eius materia est per creationẽ producta. Oportuit autẽ vt ex materia quatuor elementorũ fieret corpus humanũ: vt homo haberet cõuenientiã cum inferioribus corporib⁹, quasi mediũ quod dam existens inter spirituales & corporales substantias.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ quamuis corpus cœleste sit simpliciter nobili⁹ terrestri corpore: tamen quantũ ad actus animæ rõnalis est minus cõueniens. Nam anima rõnalis accipit notitiam veritatis quodammodo per ienius quorum organa formari non

¶Super Quæstionis nonagesimæ primæ Articulum primum.

455 TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiuè cũ vno corollario. Cõclusio est. Homo conuenienter dicitur formatur de limo terræ, id est terra aquæ commista. Probatur sic, Deus est perfectus in se & suis operibus: ergo ab eo perfectio in oẽs naturas deriuatur secundũ earum modum: ergo in hominẽ per cõpositionẽ ex omnibus: ergo cũ intellectu & elongatione à cõtrariis, per mistionẽ æqualẽ ex omnibus elemẽtis: ergo cũ abundantia inferiorum elementorũ secundũ quantitatẽ. ergo conuenienter ex limo terræ. Antecedẽs est per se notũ. Prima cõsequẽtia probatur autoritate Deuteronomij. Secũda verò probatur, cõsidendo modũ, quo perfectio est in Deo, f. vnitè, vt in causa omniũ ex autoritate. Subintellecta enim illa maxima, quòd quæ in superiori sunt vnitè, ab inferiori ibi. sparsim participãtur gradatim: optimè infertur q̃ perfectũ esse secundum omnia in Deo simpliciter existẽs, ad intelligentias intellectualiter deriuatur: ad hominẽ verò vltimã creaturatũ nobilẽ cõpositè & materialiter deuenit: & cõsequẽter homo est omniũ per fectionẽ habens, per cõpositionẽ ex omnibus. Secunda cõsequentia facilis claręt patet: q̃a aliter nõ posset omnia cõmponere vnam partialem speciem dico autẽ partialem ad differentiam vniuersi: quod vnũ ens cum sit, ex omnibus cõstat creaturis: sed hoc est totale ens & vnum nõ per vnã substantialẽ formã, sed per ordinem. Tertia verò cõsequẽtia probatur: quia aliter nõ saluaretur æqualitas mistionis: probatur: quia superioribus habentibus longè plus virtutis in parti quantitate, si essent partia in quantitate, mistio non esset æqualis. oportet ergo inferiora plus quantitatis habere, ac per hoc æquam virtutem: quia in maiori quanto est maior virtus: & sic mistio fiet æqualis vt humana requirit cõplexio à contrariis remotissima.

¶Corollarium est, quòd homo est minor mundus patet, quia constat ex omnibus.

¶Cautę hicinę fallatis ex hoc articulo putans S. Thomã obliuium doctrinæ propriæ de mansione elementorum in mixto proposita quia hic expressè dicit elementa in homine secundũ substantiam. Aduertendum est enim ad rationem dicendi: vtautem patet

¶Super Quæstionis nonagesimæ primæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito: Corpus hominis primò fuit à Deo immediatè formatũ. Hæc conclusio postquã proposita est in litera, probatur tali ratione, Corpus hominis nõ põt formari nisi aut à Deo immediatè, aut à semine humano per viã generationis: sed in prima formatione nullũ pcessit humanũ corpus, à quo per viã generationis formari potuisset corp⁹ primi hominis: ergo est formatum immediatè à Deo: huius rationis in litera primò tractatur ma ior deinde subditur minor, & infertur cõclusio. ¶In tractatu maiorem primò ponitur opinio illius contraria. Deinde improbatur, deinde excluditur obiectio quę dã & deinceps, ponitur ipsa maior & educitur vnum corollarium.

¶Opinio cõtraria est q̃ quòd aut euenit hanc differentiã cõpositi ex infusiõe & infusiõe, ac p hoc falsum, pondẽs tertiũ agẽs immediatè, scilicet formas immateriales, & hi fuit Auic. & Pla. ante ipsum & multi sequaces dicentes formas immateriales de esse immediatè à formis fine materia, corporalia autẽ agẽtia esse dispositiua agẽtia ratiõm. Improbatio est, Forma non fit nisi ex cõpositõe ergo nõ fit à forma immaterialis. Antecedẽs supponitur ex dictis: q̃ esse & fieri non est nisi subsistentiũ, consequẽtia probatur. Compositũ fit à compositõ: ergo non fit à forma immaterialis, ergo nec forma quæ solùm fit ad factionẽ ipsius compositi. Antecedens probatur: quia factum

353 375 342 373 456 Infrà q. 92. art. 4. *Libr. 4. cap. 4. *ar. præ. *libr. 7. ca. 2. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

factū & faciens oportet esse similia cōsequentia est per se nota ex eodem fundamēto, ram prima quam secunda: quia forma immaterialis nec est simili composito nec formæ in materia.

d.642. 336 *tex. 26. 27. & 32. *qō. 6. arti. 4. & 90. art. 2.

¶Obiectio autē exclusa est quia si ista ratio concludit, sequitur q̄ nec De⁹ possit esse causa proxima cōpositi, aut formę materialis: & patet sequela, quia Deus ipse est forma immaterialis: ac per hoc non est inter formā materialē aut cōpositū, & ipsum similitudo. Excluditur enim hæc obiectio ex hoc q̄ De⁹ est nō quomodolibet forma immaterialis, sed ific excellenter vt ēt materiæ causa existat: ac per hoc cōpositū est ei simile ēt rōne materię: qđ nō pōt dici de aliis. Et sic habemus maiorē. Ex quo erum habemus hæc tria, scilicet, q̄ forma immaterialis nō est immediata causa formę materialis: & q̄ cōpositū est causa immediata: & q̄ Deus ex sua excellēria, qua cōtinet ēt materiā: potest esse causa immediata, colligitur maior q̄ corpus humanū, & vniuersaliter omnis res materialis aut à Deo aut à cō posito immediatē formatur. Deducuntur autē hic duo corollaria. Primū, q̄ soli⁹ Dei est absq; admiculo præcedētis formæ trāsmutare materiā ad formā. Secūdū, q̄ angeli nō possunt transmutare materiā, nisi adhibitis actiuis passiuis: vt Aug. dicit.

452

¶Minor autē manifesta subdita patet cum conclusione: quare, &c.

p 354 *tex. 26.

¶*Super Quæstionis nonæ sextæ primæ Articulum tertium.*

d.213.

TItulus clarus, nōie dispositionis intelligēdo dispositiones qualitatiuas, & quātitatiuas, & membrales, &c.

¶In corpore duo simul fiunt: respondetur enim quæsito conclusione affirmatiua: & excluditur obiectio quædā. Conclusio responsiua est, Deus instituit corp⁹ humanū in optima dispositione secundū conuenientiā ad animam rationalem & eius opera. Probatur sic. Quilibet artifex intēdit dare effectui suo dispositionē optimam, nō simpliciter, sed secundū conueniētiam ad finem proprium illius effectus: ergo Deus dedit optimā dispositionē rebus naturalibus secundū conuenientiam ad proprios fines: ergo corpori humano secundū conueniētiam ad talem formā & illius opera scilicet animam rationalē & opera eius. Antecedens est per ad 1. Et sc̄nd⁹, & declaratur in mal. q. 5. art. 5. co. col. 1. Et de anima ar. 8.

* Loco citato in argu.

457 2. 1. qō. 164. ar. 1. ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ prima formatio humani corporis non potuit esse per aliquam virtutem creatam, sed immediatē a Deo. Posuerūt siquidem aliqui formas, quæ sunt in materia corporali à quibusdā formis immaterialib⁹ deriuari*. Sed hāc opinionē repellit Philosophus in 7. Met. * per hoc q̄ formis non cōpetit per se fieri, sed cōpositio, supra expositū est*. Et quia oportet agens esse simile facto, nō conuenit q̄ forma pura quę est sine materia, producat formam, quæ est in materia, quæ nō fit nisi per hoc q̄ compositū fit. Et ideo oportet q̄ forma, quæ est in materia, fit causa formæ quæ est in materia, secūdū q̄ compositū à cōposito generatur. Deus autē quamuis omnino sit immaterialis, tamen solus est qui sua virtute materiā producere potest creādo*. Vnde ipsius solius est formā producere in materia absq; aduminiculo præcedētis formæ materialis. Et propter hoc angeli nō possunt trāsmutare corpora ad formā aliquā nisi adhibitis seminibus quibusdam, vt Augu. dicit in 3. de Tri. * Quia igitur corpus humanū nunquā formatū fuerat, cuius virtute per viā generationis aliud simile in specie formaretur, necesse fuit q̄ primū corpus hominis immediatē formaretur à Deo.

* cap 9.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ etsi angeli aliquod ministeriū Deo exhibeant in his quæ circa corporea operantu, reliqua tamē Deus in creatura corporea facit quæ nullo modo angeli facere possunt: sicut q̄ suscitat mortuos, & illuminat cæcos. Secundū quā virtutē etiā corpus primi hominis de limo terræ formauit. Potuit tamē fieri vt aliquod ministeriū in formatione corporis primi hominis angeli exhiberent: sicut exhibebunt in vltima resurrectione, pulueres colligendo.

¶Ad secundū dicendū, q̄ animalia pfecta quæ generātur ex semine, nō possunt generari per solā virtutē cœlestis corporis, vt Auic. fingit*: licet ad eorū generationē naturalē cooperetur virt⁹ cœlestis corporis: prout Philos. dicit in 2. Phys.* q̄ homo generat hominē ex materia & sol. Et exinde est q̄ exigitur locus temperatus ad generationē hominum & aliorum animalium perfectorū. Sufficit autē virtus cœlestium corporū ad generandū quædam animalia imperfectiora ex materia disposita, Manifestū est enim q̄ plura requiruntur ad productionem rei perfectæ, quam ad productionem rei imperfectæ.

¶Ad tertiū dicēdū, q̄ motus cœli est causa transmutationū naturaliū: non tamen transmutationū quæ fiunt præter naturæ ordinē, & sola virtute diuina: sicut q̄ mortui resuscitantur, q̄ cæci illuminātur. Quibus est simile, quod homo ex limo terræ formatur.

¶Ad quartū dicendū, q̄ secundū rationes causales in creaturis dicitur aliquid præexistere dupliciter. Vno modo secundum potentiā actiuam & passiuam: vt non solum ex materia præexistēte fieri possit: sed etiam vt aliqua præexistens creatura hoc facere possit. Alio modo secundum potētiam passiuam tantum: vt scilicet de materia præexistēti fieri possit à Deo. Et hoc modo secundum Augu.* corpus hominis præexistit in operibus productis secundū causales rationes.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum corpus hominis habuerit conuenientem dispositionem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ corpus hominis non habuerit conuenientem dispositionem. Cum enim homo sit nobilissimū animalium, corpus hominis debuit esse dispositū optime ad ea quæ sunt propria animalis, scilicet ad sensum & motū. Sed quædā animalia inueniuntur acutioris sensus, quām homo, & velocioris motus. Sicut canes melius odorāt, & aues velocius mouētur. Ergo corpus hominis non est conuenienter dispositum.

¶2 Præterea, Perfectū est cui nihil deest. Sed plura desunt humano corpori, quām corporibus aliorū aīalium, quæ habēt tegumēta & arma naturalia ad sui protectionē: quæ homini desunt. Ergo corpus humanum est imperfectissimē dispositum.

¶3 Præterea, Homo plus distat à plantis, quām ab animalibus brutis. Sed plantę habent staturam rectā: animalia autem bruta pronam. Ergo homo non debuit habere staturam rectam.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Eccle. 7. Deus fecit hominem rectum.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ omnes res naturales productæ sunt ab arte diuina. Vnde sunt quodāmodo artificiata ipsius dei. Quilibet autē artifex intēdit suo operi dispositionē optimam inducere, non simpliciter, sed per coparationē ad finē. Et si talis dispositio habet secū aduncta aliqđ defectū, artifex nō curat. Sicut artifex, qui facit ferram ad secandum, facit eam ex ferro, vt sit idonea ad secādum: nec curat eam facere ex vitro, quæ est pulchrior materia: quia talis pulchritudo esset impedimentū finis. Sic igitur Deus vnicuiq; rei naturali dedit optimā dispositionē, non quidē simpliciter, sed secundū ordinē ad propriū finē. Et hoc est quod Philos. dicit in 2. Phy.* Et quia dignius est sic, nō tamē simpliciter, sed adminiscuiuslibet substantiā. Finis autē proximus humani corporis est anima rationalis, & operationes ipsius: materia enim est propter formā & instrumēta propter actiones agentis. Dico ergo q̄ Deus instituit corpus humanum in optima dispositione secundū conuenientiam ad talem formam, & ad tales operationes. Et si aliquis defectus in dispositione humani corporis esse videtur, considerādum est q̄ talis defectus sequitur ex necessitate materiæ ad ea quæ requiruntur in corpore, vt sit debita proportio ipsius ad animam, & ad animæ operationes.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ tactus qui est fundamentum aliorum sensuum, est perfectior in homine, quā in aliquo alio animali. Et ꝓpter hoc oportuit q̄ homo haberet temperatissimam cōplexionem inter omnia animalia. Præcedit etiam homo omnia alia animalia quantū ad vires sensitiuas interiores: sicut ex suprà dictis apparet*. Ex quada aūt necessitate cō tingit q̄ quantum ad aliquos exteriores sensus homo ab aliis animalibus deficiat. Sicut homo inter omnia animalia habet pessimum olfactū. Necessariū enim fuit q̄ homo inter omnia animalia respectu sui corporis haberet maximū cerebrū. Tum similiter pōt assignari ratio quare quædam animalia sunt acutioris visus & subtilioris auditus quā homo, propter impedimentū horū sensuū. Quod necesse est cōsequi in homine ex perfecta cōplexionis æqualitate. Et eadē etiam ratio est assignanda de hoc, q̄ quædā animalia sunt homine velociora: cui excellētiæ velocitatis repugnat æqualitas humanæ cōplexionis.

¶Ad secundū dicendū, q̄ cornua & vngulæ, quæ sunt quorūdam aīaliū arma, & spissitudo corij, & multitudo pilorū, aut plumarū, quæ sunt tegumēta aīaliū: attestātur abūdantiæ terrestris elemēti: quæ repugnat æqualitati & teneritudini cōplexionis humanæ. Et ideo hæc hoi non cōpetebāt. Sed loco horum habet rationē & manus: quib⁹ poteſt parare sibi arma & tegumenta & aliæ vitæ necessaria infinitis modis. Vnde & manus in 3. de Anima* dicitur organū organorū. Et hoc etiā magis competebat rationali naturæ quæ est infinitarū cōceptionum, vt haberet facultatem infinita instrumenta sibi parandi.

¶Ad tertiū dicendū, q̄ habere staturā rectā cōueniens fuit homini propter quatuor. Primò quidā, quia sensus sunt dati hoi non solū ad vitæ necessaria procurāda, sicut aliis animalibus: sed etiā ad cognoscendū. Vnde cūm cætera animalia nō detectentur in sensibilibus nisi per ordinē ad cibos & venerea, solus homo delectatur in ipsa pulchritudine sensibiliū secundū seipsam. Et ideo quia sensus præcipuè vigēt in facie, alia aīalia habent facié pronā ad terrā, quasi ad cibum quærendū, & pro uidendū sibi de victu: homo verò habet faciē erectā, vt per sensus & præcipuè per visum, & qui est subtilior, & plures differentias rerū ostendit libere posit ex omni parte sensibilia cognoscere, & cœlestia & terrena, vt ex oibus intelligibilē colligat veritatē. Secūdò, vt interiores vires liberius suas operationes habeant, dum cerebū in quo quodāmodo perficiuntur non est depressum: sed super oēs partes corporis eleuatū. Tertiò, quia oporteret q̄ si homo haberet pronā staturā vteretur manibus loco anteriorum pedum. Et sic vtilitas manuū ad diuersa opera perficiēda cessaret. Quartò, quia si haberet pronā staturam, & vteretur manibus loco anteriorum pedum, oporteret q̄ cibū caperet ore. Et ita haberet os oblongū, & labia dura & grossa & linguam etiam durā: ne ab exterioribus læderetur, sicut patet in aliis animalibus. Et talis dispositio omnino impediret locutionē, quæ est propriū opus rationis. Et tamē homo staturā rectam habens, maximè distat à plātis. Nā homo habet superius sui, id est caput versus superius mundi, & inferius sui versus inferius mundi. Et ideo est optimè dispositus secūdum dispositionē totius. Plantæ verò habent superius sui versus inferius mūdi, nā radices sunt ori proportionales, inferius aūt sui versus superius mūdi. Animalia verò bruta medio modo, nā superius animalis est pars, qua accipit alimentū, inferius autem est pars, qua emittit superfluum.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum conuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ inconuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur. Sicut enim corpus humanum est factū à Deo, ita & alia opera sex dierum. Sed in aliis operibus dicitur: Dixit Deus fiat, & factū est. Ergo similiter debuit dici de hominis productione.

¶2 Præterea. Corpus humanū à Deo immediatè est factū: vt suprà dictū est*. Ergo in cōuenienter dicitur, Faciamus hominem.

¶3 Præterea, Forma humani corporis est ipsa aīa, quæ est spiraculū vitæ. Inconuenienter ergo postquam dixerat, Formauit De⁹ hominem de limo terræ, subiunxit. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶4 Præterea, Anima quæ est spiraculū vitę est in toto corpore, & principaliter in corde. Non ergo debuit dicere q̄ inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶5 Præterea, Sexus masculin⁹ & fœminus pertinēt ad corpus, imago verò Dei ad animā. Sed anima secūdū Aug.* fuit facta ante corpus. Incōueniēter ergo cum dixisset, Ad imaginem suam fecit illum, addidit Masculum & fœminam creauit eos.

¶IN CONTRARIVM, Est autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum, ad primum, q̄ sicut Aug. dicit in 6. sup Gen.* ad lit. nō in hoc præeminet homo aliis rebus, q̄ Deus fecit ipsum hoiem, quasi alia ipse nō fecerit, cum scripsū sit, Opera manuū tuarū sunt cœli: & alibi, Aridam fundauerunt manus eius: sed in hoc q̄ ad imaginē Dei factⁿ est homo. Vtitur tamē Scriptura in productione hominis speciali modo loquendi ad ostendendū q̄ alia propter hominem facta sunt. Ea enim quæ principaliter intendimus, cum maiori deliberatione & studio consueuimus facere.

¶Ad secundū dicendū, q̄ non est intelligendum Deum angelis dixisse. Faciamus hominem, vt quidam peruersè intellexerunt. Sed hoc dicitur ad signandum pluralitatem diuinarum personarū: quarum imago expressius inuenitur in homine.

¶Ad tertiū dicendū, q̄ quidā intellexerūt corpus hominis prius tēpore formatū, & postmodū Deum formato iam corpori animā infudisse. Sed contra rationē perfectionis primæ institutionis rerū est, quod Deus vel corp⁹ sine anima, vel anima sine corpore fecerit: cūm vtrunq; sit pars humanę naturę. Et hoc ēt est magis inconueniens de corpore, quod dependetex aīa, & nō econuerso. Et ideo ad hoc excludendum quidā posuerūt, q̄ cùm dicitur, Formauit, Deus hominē, intelligitur productio corporis simul cum anima: quod autem additur, Et inspirauit in faciē eius spiraculum vitę, intelligitur de Spiritu sancto: sicut & dominus insufflauit in Apostolos dicens: Accipite spiritum sanctū. Sed hæc expositio, vt dicit Augu. in lib. de Ciui. Dei*, excluditur per verba Scripturę. Nā subditur ad prædicta, Et factus est homo in animā viuētem. Quod Apostolus 1. ad Cor. 15. non ad vitam spiritualem, sed ad viram animalem refert. Per spiraculū ergo vitæ intelligitur anima, vt sic quod dicitur, Inspirauit in faciem eius spiraculū vitæ, sit quasi expositio eius quod præmiserat. Nam anima est corporis forma.

¶Ad quartū dicendum, q̄ quia operationes vitæ magis manifestantur in facie hominis propter sensus ibi existētes, ideo dicit in faciem hominis inspiratum esse spiraculum vitæ.

¶Ad quintum dicendū, q̄ secundū Aug.* omnia opera sex dierum simul sunt facta. Vnde animam primi hominis, quā ponit simul factā cum angelis, non ponit factam ante sextam diem, sed in ipso sexto die ponit esse factam & animā primi hominis in actu: & corpus eius secundū rationes causales. Alij verò doctores ponunt & animā & corpus hominis factū sexto die in actu.

QVÆSTIO NONAGESIMA secunda de productione mulieris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de productione mulieris.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum in illa rerū productione debuerit mulier produci. ¶Secundò, vtrum debuerit fieri de viro. ¶Tertiò, vtrum de costa viri. ¶Quartò, vtrum facta fuerit immediatè a Deo.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum mulier debuerit produci in prima rerum productione

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ mulier non debuit produci in prima rerum productione. Dicit enim Philo. in li. de Generatiōe animaliū*, q̄ fœmina est mas occasionatus. Sed nihil occasionatū & deficiens debuit esse in prima rerum institutione. Ergo in illa prima rerum institutione mulier producenda non fuit.

¶2 Præterea, Subiectio & minoratio ex peccato est subsecuta. Nā ad mulierem dictū est post peccatū Gen. 3. Sub viri potestate eris. Et Greg.* dicit q̄ vbi nō delinquimus, omnes pares sumus. Sed mulier natura aliter est minoris virtutis & dignitatis quam vir. Semper enim honorabilius est agens patiēte: vt dicit Aug. 12. super Gen. ad lit.* Ergo non debuit mulier produci in prima rerum productione ante peccatum.

¶3 Præterea, Occasiones peccatorum sunt amputandæ. Sed Deus præcinit q̄ mulier esset futura viro in occasionē peccati. Ergo non debuit mulierem producere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 2. Non est bonum hominem esse solū, faciamus ei adiutorium simile sibi.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ necessariū fuit fœminā fieri, sicut Scriptura dicit in adiutoriū viri: nō q̄dē in adiutoriū alicuius* operis, vt q̄dā dixerūt: cùm ad quodlibet aliud opus cōueniētius iuuari posit vir per aliū virū, quam per mulierē, sed in adiutoriū generationis. Quod manifestius videri pōt, si in viuētibus modus generationis consideretur. Nam in quibusdam animalibus inuenitur masculus & fœmina, in quibusdam verò non inuenitur masculus & fœmina, sed ex putredine terræ vel aquæ generantur. Et hoc quidem maxima diuersitas infinuatur in hoc, quod seorsum describitur factio mulieris à productione viri, cùm in carne vna. Ex his patet ratio antecedentis taliter: Natura vtitur generatiua fortita excellentissimā operationem, scilicet in tolligere, exigit maximam fœcus diuersitatē, cùm eorum quandoque commixtione: nam humana est huiusmodi: ergo solus vir nō sufficit, sed oportuit dari sibi adiutorium ad generationis opus.

*libr. 13. c. 12. 4.

*li. 4. super gen. ad lit. ca. 34.

459 Opus. 73. c. 17. col. 2. *Libr. 2. cap. 4.

* In pastorali par. 2. c. 2 *cap. 16.

¶Circa probationē cōsequentiæ dubium occurrit. Non enim videtur verum quod ibi dicitur, Q. quod ad omne opus melius viro per aliū virum adiutorium præstatur, quā per fœminam: exceptā generatione, in quit enim Arist. in 3. Oeconomicorum, quod alia sunt propria opera viri, & alia vxo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris in domo. Et in sequẽti articulo exprimẽt dicit q̃ humana specie mas & fœmina cõiungũtur nõ solũm ad generationẽ, sed ad domesticã vitam in qua alia sunt mariis, alia fœminæ opera. Cõstat aũt q̃ vnũquodque opus melius fit per eũ, cui est propriũ, q̃ per aliũ. igitur præter generationẽ alia sunt quę per fœminã melius parãtur, quã per virũ: iuxta illud: Vbi nõ est mulier, ingemiscit æger. Ad hoc est dicendũ cum duplici distinctiõe: prima, q̃ aliud est loqui de vxore in cõparatione ad maritũ, & aliud absolutè de fœmina & vxore absolutè. Arist. & articulus sequẽs loquunt de fœmina in cõparatione ad maritũ. Et verum est q̃ multa sunt in domestica vita, quæ nõ solũm melius fiunt per vxorẽ, sed simpliciter non decent maritũ quin potius nec scire debet alia, vt ibidẽ dicitur. Sed ex hoc non sequitur quin ista melius fierent per vnũ aut plures alios viros: ex hoc enim q̃ melius per ipsam quàm per maritũ fit, nõ sequitur, ergo melius q̃ per virum. Multa quoq; sunt opera quæ melius separantur à muliere, quã à viro ratione affectus maioris, cõsuetudinis, institutionis, &c. & propter hoc vbi non est mulier, ingemiscit æger. Et secundũ hoc mas & fœmina in hominibus iunguntur ad operavitę domesticæ: q̃a maximũ vinculum amicabilis & perpetuæ cõiunctionis reddet magis idoneã fœminam vxorem ad hu iusmodi opera quam virum: cum quo nõ est ratio tanti vinculi. Srat ergo solidum dictum litęræ ex Aug. acceptum.

*li.4.c.2.

b 406 483

¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecũdæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Mulier conuenienter ex viro formata est magis q̃ fœmina cuiusque animalis. Quod probatur quadrupliciter: primo ex parte dignitatis viri, ex pte amabilitatis mulieris, ex parte finis secũdarij, scilicet domesticæ vitæ, ex parte sacramenti. Omnia patent.

*q̃o.96. arti.3.

b 136

¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecũdæ Articulum tertium.*

460

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua quę sito affirmatiuè: Conueniens fuit mulierem fórmari de costa viri. Probatur dupliciter. Primò, ex parte coniunctionis cõsideretur. Sunt enim quędã viuẽtia, quæ in seipsis nõ habẽt virtutẽ actiuã generatiõis, sed ab agẽte alteri⁹ speciei generantur: sicut plantæ & aialia quæ generãtur sine semine ex materia cõuenienti p virtutẽ actiuã cœlestium corporũ. Quædã verò habẽt virtutẽ generationis actiuã & passiuam coniunctã, sicut accidit in plantis, quæ generãtur ex semine. Nõ enim est in plantis aliquod nobilius opus vitę quã generatio. Vnde cõueniẽter omni tẽpore in eis virtuti passiuæ cõiũgitur virtus actiua generationis. Aialibus verò perfectis cõpetit virtus actiua generationis secũdũ sexũ masculinũ, virtus verò passiua secũdum sexum fœmininũ. Et quia est aliquod opus vitæ nobilius in animalib⁹ quã generatio, ad q̃d eorũ vita principaliter ordinatur: ideo nõ omni tẽpore sexus masculinus fœminino cõiungitur in animalibus pfectis: sed solùm tẽpore coitus, vt imaginemur per coitum sic fieri vnũ ex mare & fœmina, sicut in plãta omni tẽpore cõiunguntur vis masculina & fœminina: etsi in quibusdã plus abũdet vna harũ, in quibusdã plus altera. Homo aũt adhuc ordinatur ad nobilius opus vitæ, q̃d est intelligere. Et ideo adhuc in hoie debuit esse maiori rõne distinctio vtriusq; virtutis, vt eorsũ p̃duceretur fœmina à mare, & tũ carnali ter cõiungerẽtur in vnũ ad generationis opus. Et iõ statim post formatiõnẽ mulieris, dicitur Gen. 2. Erunt duo in carne vna.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ per respectũ ad naturã particularẽ fœminæ est aliquid deficiẽs & occasionatũ: q̃a virtus actiua quæ est in semine maris, intẽdit p̃ducere sibi simile p̃fectũ secundũ masculinũ sexũ. Sed q̃ fœmina generetur, hoc est p̃pter virtutis actiuæ debilitatẽ: vel propter aliquã materiæ indispositionẽ: vel ẽt p̃pter aliquã transmutationẽ ab extrinseco: puta à vẽtis australibus qui sunt humidi: vt dicitur in lib. de Generatione animaliũ*. Sed p cõparationẽ ad naturã vniuersalẽ fœmina nõ est aliq̃d occasionatũ, sed est de intẽtione naturę ad opus generationis ordinata. Intẽtio aũt naturæ vniuersalis dẽpẽdet ex Deo, qui est vniuersalis autor naturæ. Et ideo instituẽdo naturã, non solum marem, sed etiã fœminã producit.

*li.4.c.2.

¶ A secundũ dicendũ, q̃ duplex est subiectio*. Vna seruilis, secundũ quã præsidens vtitur subiecto ad suũ p̃sius vtilitatẽ. Et talis subiectio introducta est post peccatũ. Fuit aũt alia subiectio œconomica vel ciuilis secundũ quã præsidens vtitur subiectis ad eorũ vtilitatẽ & bonum. Et ista subiectio fuisset etiã ante peccatũ. Defuisset enim bonũ ordinis in humana multitudine, si quidam per alios sapiẽtiores gubernati non fuissent. Et sic ex tali subiectione naturaliter fœmina subiecta est viro: quia naturaliter in hoie magis abundat discretio rõnis. Nec in æqualitas hominũ excludit̃ p̃ innocẽtiæ statũ: vt infra dicetur*.

*li.1.d.44.q.1.a.2.q.2. *q̃o.92.ar.1.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ si omnia ex quibus homo sumpsit occasionẽ peccãdi, De⁹ sub traxisset à mũdo, remansisset vniuersum imperfectum. Nec debuit bonum cõmune tolli, vt vitaretur particulare malum*. præsertim cùm Deus sit adeò potens, vt quodlibet malũ, posit ordinare in bonũ.

*li.3.d.19.q.1.a.1.q.3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum mulier debuerit fieri ex viro.

AD SECVNDVM sic procedit̃. Videtur q̃ mulier nõ debuit fieri ex viro. Sexus enim eõmunis est homini & aliis animalibus. Sed in aliis animalibus fœminæ nõ sunt factæ ex maribus. Ergo nec in homine fieri debuit.

¶ 2 Præterea, Eorũ quæ sũt eiusdẽ speciei, eadẽ est materia. Sed mas & fœmina sunt eiusdẽ speciei. Cùm igitur vir fuerit factus ex limo terræ, ex eodem debuit fieri fœmina, & non ex viro.

¶ 3 Præterea, Mulier facta est in adiutoriũ viro ad generationẽ. Sed nimia propinquitas reddit personã ad hoc ineptam. Vnde personæ propinquæ à matrimonio excluduntur: vt patet Leui. 18. Ergo mulier non debuit fieri ex viro.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 17. Creauit ex ipso, scilicet viro adiutorium sibi, scilicet mulierem.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ conueniens fuit mulierẽ in prima rerum institutione ex viro formari magis quàm in aliis animalibus.

¶ Primò, quidẽ, vt in hoc quædã dignitas primo hominis seruaretur, vt secũdũ Dei similitudinẽ esset & ipse principiũ totius suæ speciei*, sicut Deus est principiũ totius Vniuersi. Vnde & Paulus dicit act. 17. q̃ Deus fecit ex vno omne genus hominũ.

*Gen.2.24

¶ Secundò, vt vir magis diligeret mulierẽ, & ei inseparabilius inhæreret, dum cognosceret eã ex se esse productã. Vnde dicitur Gen. 2. de viro sumpta est. Quamobrẽ relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ. Et hoc maximè necessariũ fuit in specie humana, in qua mas & fœmina cõmanent per totam vitam. Quod non contingit in aliis animalibus.

* cap.18.

¶ Tertiò, quia, vt Philosophus dicit in 8. Ethi.* mas & fœmina coniunguntur in hominibus: nõ solum propter necessitatẽ generationis, vt in aliis animalibus: sed etiã propter domesticã vitam: in qua sunt aliqua opera viri & fœminæ, & in qua vir est caput mulieris. Vnde conuenienter ex viro formata est fœmina, sicut ex suo principio.

¶ Quarta verò est ratio sacramẽtalis. Figuratur enim per hoc q̃ Ecclesia à Christo sumit principium. Vnde Apostolus dicit ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd materia est ex qua aliquid fit. Natura autẽ creata habet determinatũ principiũ. Et cum sit determinata ad vnum: etiam habet determinatum processum. Vnde ex determinata materia producit aliquid in determinata specie. Sed virtus diuina cùm sit infinita, potest idem secundum speciem ex quacunque materia facere: sicut virum ex limo terræ, & mulierem ex viro.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ ex naturali generatione contrahitur quædã propinquitas, quæ matrimonium impedit. Sed mulier non est producta à viro per naturalem generationem, sed solã virtute diuina. Vnde Eua non dicitur filia Adæ. Et propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum mulier debuerit formari de costa viri.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ mulier non debuerit formari de costa viri. Costa enim viri fuit multo minor quàm corpus mulieris. Sed ex minori nõ põt fieri maius nisi per additionem, quod fuisset, magis ex illo addito mulier formata diceretur quàm de costa. Vel est per rarefactionẽ. Quia (vt dicit Aug. super Gen. ad lit.*) nõ est possibile vt aliquod corpus crescat nisi rarefiat. Non autẽ inuenitur corpus mulieris rarius quàm viri ad minus in ea proportione quam habet costa ad corpus Euæ. Ergo Eua non fuit formata de costa Adæ.

* cap.18.

¶ 1 Præterea, In operibus primò creatis non fuit aliquid superfluum. Costa ergo Adæ fuit de perfectione corporis eius. Ergo ea subtracta remansit imperfectũ: quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præterea, Costa non potest separari ab homine sine dolore. Sed dolor non fuit ante peccatum. Ergo costa non debuit separari à viro vt ex ea mulier formaretur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Gen. 2. Aedificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ cõueniens fuit mulierem formari de costa viri. Primò quidẽ, ad significandum q̃ inter virum & mulierem debet esse socialis cõiunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum. Et ideo nõ est formata de capite. Neque debet à viro despici tanquã seruiliter subiecta. Et ideo nõ est formata de pedibus. Secũdo propter sacramentũ. Quia de latere Christi dromiẽtis in cruce fluxerunt sacramẽta, id est sanguis & aqua: quibus est Ecclesia instituta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ quidã dicũt, q̃ multiplicationẽ materiæ absq; alterius additione formatũ fuisse corpus mulieris, ad modũ quo Dominus quinq; panes multiplicauit. Sed hoc est omnino impossibile. Multiplicatio enim p̃dicta aut accidit secundũ transmutationẽ substãtiæ ipsius materiæ aut secundũ transmutationẽ dimensionũ eius*. Nõ autẽ secundũ transmutationẽ substantiæ ipsius materiæ. Tum quia materia in se considerata est omnino transmutabilis, vtpote existẽs in potẽtia & habens solùm rationẽ subiecti. Tum etiã quia multitudo & magnitudo sunt præter essentiã ipsius materiæ. Et ideo nullo modo põtest multiplicatio materiæ intelligi, eadẽ materia manẽte absq; additione, nisi per hoc q̃ maiores dimẽsiones accipiat. Hoc autẽ est rarefieri, scilicet materiam eandẽm accipere maiores dimẽsiones: vt Philosoph⁹ dicit in 4. Physic.* Dicere ergo materiam multiplicari absq; rarefactione est ponere contradictoria simul, scilicet diffinitionẽ absq; diffinito. Vnde, cùm nõ appareat rarefactio in talibus multiplicationibus, necesse est ponere additionẽ materię, vel per creationem, quod probabilius est: vel per conuersionem. Vnde Aug. dicit super Ioã.* q̃ hoc modo Christus ex quinq; panibus satiauit quinque millia hominum: quo modo ex paucis granis producit multitudinẽ segetum. Quod sit per conuersionem alimenti. Dicitur tamen vel ex quinq; panibus turbas pauisse, vel ex costa mulierem formasse, quia additio facta est ad materiã præexistentem costæ vel panum.

*li.4.d.44.q.1.a.2.q.2. *Gen.2.24 *Ioan.6.

¶ Ad secundum dicẽdum, q̃ costa illa fuit de perfectione Adæ: non prout erat individuum quoddam, sed prout erat principiũ speciei: sicut semen est de perfectione generãtis, quod operatione naturali cum delectatione ecfunditur. Vnde multo magis virtute diuina corpus mulieris potuit de costa viri formari absque dolore & per hoc patet solutio ad 3m.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum mulier fuerit immediatè formata à Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ mulier nõ fuerit immediatè formata à Deo. Nullum enim individuũ ex simili secundum speciẽ productũ fit immediatè à Deo. Sed mulier facta est de viro qui est eiusdem speciei cum ipsa. Ergo nõ est facta immediatè à Deo.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit 3. de Tri.* q̃ corporalia dispensantur à Deo per angelos. Sed corpus mulieris ex materia corporali est formatũ. Ergo est factum per ministerium angelorum, & non immediatè à Deo.

*li.3.c.4.

¶ 3 Præterea, Ea quæ præxistiterunt in creaturis secundũ rones causales, p̃ducuntur virtute alicuius creaturę, & nõ immediatè à Deo. Sed secundũ causales rationes corpus mulieris in primis operib⁹ productũ fuit: vt Aug. dicit 9. super Gen. ad lit.* ergo non fuit p̃ducta mulier immediatè à Deo.

*li.9.c.17.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in codẽ li.* Formare vel ædificare costam vt mulier esset, non potuit nisi Deus à quo vniuersa natura subsistit.

*li.8.d.3.q.1.a.1.q.1.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sicut suprà dictũ est*, vniuscuiusq; speciei generatio naturalis est ex determinata materia: materia autẽ, ex qua naturaliter generatur homo est semen humanũ viri vel fœminæ. Vnde ex alia quacunque materia induiduum humanæ speciei generari non potest naturaliter. Solus autẽ Deus qui est naturæ institutor, põt præter naturæ ordinem res in esse producere. Et ideo solus Deus potuit vel virum de limo terræ, vel mulierem de costa viri formare.

*li.3.d.3.q.3.a.1.q.1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ rõ procedit quãdo indiuiduũ generatur ex simili secundũ speciẽ generatione naturali.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ sicut Aug. dicit 9. super Gen. ad lit.* an ministeriũ Angeli exhibuerit Deo in formatiõe mulieris nescimus: certũ tamen est, q̃ sicut corpus viri de limo non fuit formatum per angelos, ita nec corpus mulieris de costa viri.

*li.9.c.17.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ sicut Aug. in codẽ li.* dicit, nõ habuit prima rerũ cõditio vt fœmina omnino sic fieret, sed tamen hoc habuit vt sic fieri posset. Et ideo secundũ causales rationes præextitit corpus mulieris in primis operibus, non secundum potentiam actiuam, sed secundum potentiã passiuam tantùm: in ordine ad potentiam actiuam Creatoris.

*li.9.c.17.

QVÆSTIO NONAGESIMATERTIA de fine, siue termino productionis hominis, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de fine siue termino productionis hominis prout dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei.

¶ Et circa hoc quæruntur nouẽ. ¶ Primò, vtrum in homine sit imago Dei. ¶ Secũdò, vtrũ imago Dei sit in irrationalibus creaturis. ¶ Tertiò, vtrũ imago Dei sit magis in angelo quàm in homine. ¶ Quartò, vtrum imago dei sit in omni homine. ¶ Quintò, vtrũ in homine sit imago Dei per operationẽ ad essentiã, vel ad personas diuinas omnes, aut vnã earum. ¶ Sextò, vtrũ imago Dei sit in homine secundum potẽtias, aut secundũ habitus, aut actus. ¶ Septimò, vtrũ per cõparationem ad omnia obiecta. ¶ Octauò, vtrum imago Dei inueniatur in homine solum secundũ mentem. ¶ Nonò, de differentia imaginis & similitudinis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum imago Dei sit in homine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ imago Dei non sit in homine. Dicitur enim Isa. 40. Cui similem fecistis Deum, aut quã imaginem ponetis ei?

¶ 2 Præterea, Esse Dei imaginẽ est propriũ primogeniti: de quo dicit Apostol. ad Col. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Non ergo in homine inuenitur Dei imago.

¶ 3 Præterea, Hil. dicit in li. de Syno.* q̃ imago est eius rei ad quã imaginatur species indifferens. Et iterũ dicit q̃ imago est rei ad rem coæquãdam indiscreta & vnita similitudo. Sed non est species indifferens Dei, & hominis, nec potest esse æqualitas hominis ad Deum. Ergo in homine nõ potest esse imago Dei.

*li. de Synodis.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sicut Aug. dicit in lib. 83. q.* vbi est imago, cõtinuò est & similitudo, sed vbi est similitudo nõ cõtinuò est imago. Ex quo patet q̃ similitudo est de rõne imaginis, & imago aliquid addit supra rõnẽ similitudinis, scilicet quòd sit ex alio expressum. Imago enim dicitur ex eo q̃ agitur ad imitationẽ alterius*. Vnde omnis, quãtumcũq; sit alteri uno simile & æquale, quia tamẽ nõ est expressum ex illo, nõ dicitur ad imaginẽ ei⁹. Æqualitas aũt non est de rõne imaginis: quia, vt Aug. ibidem dicit*, vbi est imago, nõ cõtinuò est æqualitas, vt patet in imagine alicuius in speculo relucẽte, est tamẽ de ratione perfectæ imaginis Nã in perfecta imagine non deest aliquid imagini, q̃d insit illi de quo expressa est. Manifestũ est aũt q̃ in homine inuenituraliqua Dei similitudo, quæ deducitur à Deo, sicut ab exemplari, non tamen est similitudo secũdum æqualitatem: quia in infinitũ excedit exemplar hoc tale exemplatum. Et ideo in homine dicitur esse imago Dei, nõ tamen perfecta, sed imperfecta. Et hoc significat Scriptura cùm dicit hominẽ factũ ad imaginem Dei. Præpositio enim ad, accessum quendam significat, qui cõpetit rei distãti.

*li.2.q.74. *Gen.5.3.

¶ Quo ad primum ergo conclusio est: In homine est imago Dei imperfecta, probatur dupliciter. Primò ex assignatis cõditionibus imaginis sic, In hoc est aliqua Dei similitudo deducta ab eo nõ secũdũ æqualitatẽ: ergo in eo est imago Dei imperfecta. Antecedẽs quo ad primã partem est per se notũ, quo ad secundã probatur: quia homo est exemplarus à diuina natura: quo ad tertiã probatur quia in infinitum Deus excedit hominem: consequentia tenet ex conditionibus imaginis. Secundò probatur conclusio ex autoritate scripturæ dicẽtis hominẽ ad imaginẽ Dei: quia ly, ad, exprimit imperfectionem. probatur: quia imperfectæ accessum: ergo distantiã. Accessus enim nõ nisi distãtis est.

463 1. 2. in prol. & 1. dist. 3. q. 3. & 2. dist. 16. arti 3. Et 4. cõc. ca. 26. Et ver. q. 10. in boue: imò ergo in lapide est imago Dei. patet sequela: quia oẽs illæ cõditiones saluantur in omni creatura respectu Dei, vt patet discurrẽdo per singulas. Et fit discursus, vt in articulo sequẽti dicitur, q̃ istæ conditiones non sufficiunt ad rationem imaginis: ergo sophisma cõsequentis cõmissum est hic in hac ratione à superiori ad inferius, affirmatiue inferẽdo, est similitudo deducta non secundum æqualitatem. ergo imago. Antecedẽs enim est per se notũ, ad imaginẽ, vt patet. ergo, &c. Ad hæc dicitur quòd cum hæc quæstio sit non tam de re quàm de Autore, nec cadere potest, in sapientis cuiusquam mentem, vt in cõsequentibus immediatè se, eiusdẽ quæstionis articulis obiitur fuit fuerit tantus Autor. distinguendum est quòd imago potest sumi dupliciter. Vno modo proprie, alio modo communiter. & quòd in hoc articulo vsus est imaginis vocabulo communiter, in secũdo verò proprie. & ideo nullum sophisma commissum est. Et q̃ hæc sit mens litęræ, colligitur ex calce corporis sequentis articuli vbi dicit, Solæ creaturæ intellectuales proprie loquendò sunt ad imaginẽ Dei: insinuans distinctionem prędictam de com-

*fol.2. *q̃o.91.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cõmuniter & propriè. Ratio autẽ quare diminutè in hoc articulo imaginem acceperit, fuit, vt teor, triplex. Prima, quia nõ incurritur inconueniẽs in cõclusione imaginis in homine: eo q̃ secundũ rem saluatur in eo etiã reliqua conditio perficiens imaginis rõem. Secunda est vt à cõmunioribus etiã conditionis* ad speciales procederet difficilius: nõ diuersarum quæstionũ, sed eiusdẽ quæstionis secundũ diuersos articulos: nõ enim ita exacta inprimo articulo requiritur do ctrina: sed fat est si succẽsiuè q̃ alios articulos natura quæsiti discutitur pfectè. Tertia, quia ambiguitas imaginis propriè dictæ habebat speciale difficultatẽ, vt inargumẽtis articuli sequentis patet: & ideo referuata est speciali articulo.

*c.8.10.9

¶ *Super Quæstionis nonagesimatertiæ Articulum secundum.*

464 2. dist. 16. ar. 2. Et 3. di. 2. q. 1. arti. 1. Et di. 10. q. 2. ar. 2. q. 1. co. Et 4. con. c. 20. fi. Et 1. cor. 11. le. a. col. 3. *cap. 2.

TItulus imago Dei propriè dicta.

¶ In corpore duo. Primò cõplet rationẽ imaginis propriè dictæ. Secundò respõdet quæstioni. ¶ Quo ad primum dicit duo, alterũ negatiuum, alterũ affirmatiuum. Negatiuũ est, nõ quælibet similitudo deducta ab alio sufficit ad rationẽ imaginis. Probatur, qa nec similitudo secundũ gen*, vt patet de verme respectu hois: nec secundũ accidens cõmune, vt patet de albo: nõ respectu albi formaliter, sed respectu subiecti, quod per accidẽs denominatur album. Affirmatiuũ est, q̃ requiritur ad similitudo secundũ speciẽ vt patet in filio respectu patris: aut secundũ proprium speciei & præcipuè figuram: vt patet in denario. & probatur autoritate Hilarij.

¶ Quo ad secundũ conclusio respõdet hæc est: Solæ intellectuales creaturæ propriè loquendo sunt ad imaginem Dei. Probatur, Solæ creaturę intellectuales assimilantur Deo, vt intelligit & sapit: ergo solæ creaturę intellectuales assimilãtur Deo secundũ quasi vltimã differentiã: ergo solæ assimilantur secũdum speciem: ergo solæ sunt ad imaginem. Antecedens patet: & prima consequẽtia declaratur graduando res secundũ similitudinem ad Deũ in tres gradus. Et probatur autoritate Augustini dicentis nullũ gradũ esse proximiorem Deo, quàm sit intellectiuus: tenet ergo locũ vltimæ differẽtiæ cæteræ cõsequentiæ sunt euidentes.

*cap. 12.

¶ *Super Quæstionis nonagesimatertiæ Articulum tertium.*

*In li. de synod. fol. 2.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio bimembris: Imago creationis est in omnibus hominibus, recreationis in iustis tãtum, similitudinis verò solùm in beatis. Probatur simul distinctio, Gradatio & applicatio hanc imaginũ ad assigna tã subiecta dupliciter, ratione & autoritate. Ratio est, homo est ad imaginẽ secundũ intellectuã naturã: ergo est magis & minus secundum quod magis aut minus intellectua licer Deũ imitatur: ergo secundũ quod magis aut minus intelligit & amat Deum: ergo tripliciter, scilicet vt natura, gratia, & gloria: & sic prima pars patet, secunda iustis, tertia beatis conuenit. Antecedens patet cũ prima cõsequentia. Secũda vero, q̃ pars non diuiditur cõtra totũ, sed cõtra aliã partẽ. Vnde cùm dicitur q̃ sola natura intellectualis est ad imaginẽ Dei, nõ excludit quin vniuersum secũdum aliquam sui partẽ sit ad imaginem Dei: sed excluduntur aliæ partes vniuersi.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ imago accipitur à Boë: secundũ rationem similitudinis quã artificiatũ imitatur speciẽ artis, quę est in mente artificis. Sic autẽ quælibet creatura est imago cõtingis exemplaris, quam habet in mente diuina. Sic autẽ non loquimur nunc de imagine, sed secundũ quod attenditur secundũ similitudinem in natura: prout scilicet primo enti assimilatur omnia inquantum sunt entia: & primæ vitæ, inquantum sunt viuentia: & summæ sapientiæ, inquantum sunt intelligentia.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis. Dicit enim Dio. in lib. de Diu. no. * Habẽt causata causarũ suarum contingentes imagines. Sed Deus est causa nõ solũ rationaliũ creaturarũ, sed ẽt irrationaliũ. Ergo imago Dei inuenitur in irrationalibus creaturis.

¶ 2 Præterea, Quãto est expressior similitudo in aliquo, tantò magis accedit ad rationẽ imaginis. Sed Dio. dicit 4. de Diu. no. q̃ radius solaris maximè habet similitudinem diuinæ bonitatis. Ergo est ad imaginem Dei.

¶ 3 Præterea, quãto aliq̃d est magis perfectũ in bonitate, tantò magis est Deo simile. Sed totũ vniuersum est pfectũ in bonitate, quã homo. Quia etsi bona sint singula, tamẽ simul omnia dicũtur valde bona, Gen. 1. Ergo totum vniuersum est ad imaginem Dei, & non solum homo.

¶ 4 Præterea, Boë. in lib. de Cõso*. dicit de Deo mũdũ mẽte gerẽs, similique imagine formãs. Ergo totus mundus est ad imaginem Dei, & non solũ rationalis creatura.

¶ SED CONTRA est qđ dicit Aug. 6. super Gen ad lit*. Hoc excellit in homine, quia De* ad imaginẽ suã hominẽ fecit ꝓpter hoc, q̃ dedit ei mentẽ intellectualẽ quã præstat pecoribus. Ea ergo, quæ nõ habent intellectũ, non sunt ad imaginẽ Dei.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ non quælibet similitudo etiã si sit expressa ex altero, sufficit ad rationem imaginis. Si enim similitudo sit secundũ genus tantum vel secundũ aliquid accidẽs cõmune, non propter hoc dicetur aliquid esse ad imaginẽ alterius. Non enim posset dici quòd vermis, qui oritur ex homine, sit imago hominis propter similitudinem generis. Neque iterum potest dici q̃ si aliquid fiat album ad similitudinem alterius, quòd propter hoc sit ad eius imaginẽ, quia albũ est accidẽs commune pluribus speciebus. Requiritur autem ad rationẽ imaginis quòd sit similitudo secundũ speciem*, sicut imago Regis est in filio suo: vel ad minus secũdum aliquod accidens propriũ speciei, & præcipue secundũ figurãm sicut hominis imago dicitur esse in cupro. Vnde signanter Hila. dicit*, quòd imago est species indifferens: Manifestum est autem, quòd similitudo speciei attenditur secundum vltimam differentiam. Assimilantur autem aliqua Deo, Primò quidem & maximè communiter inquantum sunt. Secundò verò inquantum viuunt. Tertiò verò inquantum sapiunt vel intelligunt. Quæ, vt August. dicit in lib. 83. q. * ita sunt Deo similitudine proxima, vt in creaturis nihil sit propinquius. Sic ergo patet quòd solæ intellectuales creaturæ propriè loquendo, sunt ad imaginem Dei.

*q6. 51.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd omne imperfectum est quædam participatio perfecti. Et ideo, etiã ea quæ deficiũt à ratione imaginis: inquantum tamen aliqualem Dei similitudinem habent, participãt aliquid de ratione imaginis. Et ideo Dio. dicit quòd causata habent causarum contingentes imagines, id est quantum contingit ea habere, & non simpliciter.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd Dionys. assimilat radium solarem ea in quibus secũdariò attenditur rõ imaginis, ergo non per se, et non simpliciter, sed secũdum quid. Antecedẽs tam pro angelo quã pro homine est euidens: prima verò consequentiæ declaratur distinguẽdo q̃ de imagine duplicitèr, quo ad principale & secundarium. Secunda verò de homine pro hãtur: quia alioquin bruta essent ad imaginem Dei: cùm in eis saluentur hæc similia. Non ergo hæc pertinẽt ad imaginem: nisi quia in natura intellectuali. vltimæ consequentiæ patent ex terminis.

*Gloss. ord. ex Ambro. *Sect. 17. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *Sect. 93. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *q. 6. a. 1. ad 3. *q. 6. a. 1. ad 2.

¶ *Super Quæstionis nonagesimatertiæ Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio trimembris: Imago creationis est in omnibus hominibus, recreationis in iustis tãtum, similitudinis verò solùm in beatis. Probatur simul distinctio, Gradatio & applicatio hanc imaginũ ad assignata subiecta dupliciter, ratione & autoritate. Ratio est, homo est ad imaginẽ secundũ intellectuã naturã: ergo est magis & minus secundum quod magis aut minus intellectua licet Deũ imitatur: ergo secundũ quod magis aut minus intelligit & amat Deum: ergo tripliciter, scilicet vt natura, gratia, & gloria: & sic prima pars patet, secunda iustis, tertia beatis conuenit. Antecedens patet cũ prima cõsequentia. Secũda vero, q̃ pars non diuiditur cõtra totũ, sed cõtra aliã partẽ. Vnde cùm dicitur q̃ sola natura intellectualis est ad imaginẽ Dei, nõ excludit quin vniuersum secũdum aliquam sui partẽ sit ad imaginem Dei: sed excluduntur aliæ partes vniuersi.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ imago accipitur à Boë: secundũ rationem similitudinis quã artificiatũ imitatur speciẽ artis, quę est in mente artificis. Sic autẽ quælibet creatura est imago cõtingis exemplaris, quam habet in mente diuina. Sic autẽ non loquimur nunc de imagine, sed secundũ quod attenditur secundũ similitudinem in natura: prout scilicet primo enti assimilatur omnia inquantum sunt entia: & primæ vitæ, inquantum sunt viuentia: & summæ sapientiæ, inquantum sunt intelligentia.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum angelus sit magis ad imaginem Dei quàm homo.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ angelus non sit magis ad imaginem Dei, quàm homo. Dicit enim Aug. in sermone de imagine*, q̃ Deus nulli aliẽ creaturæ dedit q̃ sit ad imaginem suam nisi homini. Non ergo verũ est, q̃ angelus magis dicatur ad imaginem Dei, quàm homo.

¶ 2 Præterea, Secundũ Aug. in lib. 83. q.* homo ita est ad imaginem Dei, vt interposita creatura formetur à Deo. Et ideo nihil est illi cõiunctius. Sed imago Dei dicitur aliqua creatura inquantum Deo coniungitur. Ergo angelus non est magis ad imagnem Dei quàm homo.

¶ 3 Præterea, Creatura dicitur ad imaginẽ Dei, inquãtũ est itellectualis naturę. Sed itellectualis natura nõ intẽditur nec remittitur. Nõ ẽm est de genere accidẽtis, cùm sit in genere substantiæ. Ergo angelus nõ est magis ad imaginam Dei quam homo.

¶ SED CONTRA est, quod dicit Greg. in quadã Hom.* angelus dicitur signaculum similitudinis: quia in eo similitudo diuinæ imaginis magis insinuatur expressa.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ de imagine Dei loqui dupliciter possumus. Vno modo quãtũ ad id in quo primò cõsideratur rõ imaginis: qđ est intellectualis natura. Et sic imago Dei est magis in angelis, quàm sit in hoibus: quia intellectualis natura pfectior est in eis, vt ex suprà dictis patet*. Secũdò põt cõsiderari imago Dei in hoie quatũ ad id, in quo secũdariò cõsideratur: prout scilicet in homine inuenitur quædam Dei imitatio: inquantũ scilicet homo est de homine sicut Deus de Deo: & inquantũ aĩa hominis est tota in toto corpore ei*, & iterũ tota in qualibet parte ip sius, sicut De* se habet ad mundũ. Et secundũ hæc & similia magis inuenitur Dei imago in homine, quàm in angelo. Sed quantũ ad hoc non attẽditur per se rõ diuinæ imaginis in homine nisi præsuppoñtã prima imitatione, quæ est secundũ intellectualem naturam: aliquin etiam animalia bruta essent ad imaginẽ Dei. Et ideo, cùm quantum ad intellectualẽ naturã angelus sit magis ad imaginem Dei, quàm homo, simpliciter concedendũ est angelũ magis esse ad imaginem Dei hominem autem secundum quid.

*Sect. 17. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *Sect. 93. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *q. 6. a. 1. ad 3. *q. 6. a. 1. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Aug. excludit à Dei imagine alias inferiores creaturas intellectu carentes, nõ autem angelos.

¶ Ad secundum dicendum q̃ sicut ignis dicitur esse subtilissimum corporum secundũ suam speciem, cùm tamẽ vnus ignis sit alio subtilior: ita dicitur q̃ nihil est coniunctius Deo, quàm mens humana secundũ genus intellectualis naturæ: quia licet ipse supra præmiserat quę sapiunt, ita sunt illi similitudine proxima: vt in creaturis nihil sit propinquius. Vnde per hoc nõ excluditur quin angelus sit magis ad Dei imaginem.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ cũ dicitur q̃ substãtia nõ recipit magis & minꝰ, nõ itelligitur q̃ vna spẽs substãtiæ nõ sit pfectior q̃ alia: sed q̃ vnũ & idẽ individuũ nõ participet suã speciẽ quadoq; magis quãdoq; minꝰ. Necẽt à diuersis individuis participatur species substãtiæ secundũ magis & minus

*q6. 51. ad 1. *q. 6. a. 1. ad 2. *q. 6. a. 1. ad 3. *q. 6. a. 1. ad 2.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrũ imago Dei inueniatur in quolibet homine.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd imago Dei non inueniatur in quolibet homine. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 11. quod vir est imago Dei, mulier autem est imago viri. Cùm ergo mulier sit indiuiduum humanæ speciei, non cuilibet indiuiduo cõuenit esse imaginẽ Dei.

¶ 2 Præterea, Apostolus dicit Ro. 8. q̃ illos quos Deus pscíuit cõformes fieri imagini filij sui, hos prædestinauit. Sed non omnes homines prædestinati sunt. Ergo non oẽs homines habent cõformitatem imaginis.

¶ 3 Præterea, Similitudo est de ratione imaginis, vt suprà dictum est. * Sed per peccatum sit homo Deo dissimilis. Ergo amittit Dei imaginem.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur in Psal. Verũtamẽ i imagine pträsit homo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cũ homo secundũ intellectualẽ naturã ad imaginem Dei esse dicatur*, secũdum hoc est maximè ad imaginem Dei, secundum quod intellectualis natura Deum maximè imitari potest. Imitatur autẽ intellectualis natura maximè Deum, quãtum ad hoc q̃ De* seipsum intelligit & amat. Vnde imago Dei tripliciter pót cõsiderari in homine. Vno quidẽ mõ q̃ secundũ homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum & amandũ Deum*. Et hæc aptitudo consistit in ipsa natura mentis, quæ est cõmunis omnibus hominibus. Alio modo secũdum quod homo actu vel habitu Deũ cognoscit & amat, sed tamen imperfectè. Et hæc est imago per cõformitatẽ gratię. Tertio modo secundũ quodhomo Deum actu cognoscit & amat perfectè. Et sic attenditur imago secundũ similitudinem gloriæ. Vnde super illud Psal. Signatum est super nos lu. vultui Do. Glo.* distinguit triplicẽ imaginẽ, scilicet creationis & recreationis & similitudinis. Prima ergo imago inuenitur in omnibus hominibus. Secunda in iustis tãtum. Tertia verò solùm in beatis.

*Gloss. ex Ambro. *Sect. 17. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *Sect. 93. de verb. domini. *q. 30. a. 3. *q. 6. a. 1. ad 3. *q. 6. a. 1. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ tam in viro quàm in muliere inuenitur Dei imago, quãtum ad id in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quãtum ad intellectualem naturã. Vnde Gen. 1. cum dixisset, Ad imaginem Dei creauit illũ, scilicet hominẽ subdidit, Masculum & fœminam creauit eos. Et dixit pluraliter, eos (vt Aug. dicit)* ne intelligatur in vno individuo vterque sexus fuisse coniũctus. Sed quantũ ad aliquid secũdarium imago Dei inuenitur in viro secũdũ quod nõ inuenitur in muliere. Nã vir est principium mulieris & finis, sicut De* est principiũ & finis totius creaturæ. Vnde, cùm Apostol* dixisset q̃ vir imago & gloria est Dei, mulier autẽ est gloria viri: ostẽdit quare hoc dixerit, subdẽs, Nõ enim vir est ex muliere, sed mulier ex viro: & vir nõ est creatus ꝓpter mulierem, sed mulier propter virum.

¶ Ad secundum & tertiũ dicẽdum, quòd illæ rationes procedũt de imagine, quę est secundũ conformitatem gratiæ & gloriæ.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum in homine sit imago Dei quantum ad Trinitatem personarum.*

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur q̃ in homine nõ sit imago Dei quãtũ ad Trinitatẽ diuinarũ personarũ. Dicit enim Augu. in lib. de fide ad Pe.* Vna est Sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quã factus est homo. Et Hilar. in 5. de Tri.* dicit, quòd homo fit ad cõmunem Trinitatis imaginem. Est ergo in homine imago Dei tripliciter pót intelligi. Vno modo q̃ hæc præ-

*cap. 88. *libr. 2. cap. 12. 18 *libr. de crea. hominis cap. 9.

¶ *Super Quæstionis nonagesimatertiæ Articulum quintum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò ostendit quomodo se habeant adinuicẽ imago naturæ, & personarum. Secundò respõdet quæsito.

¶ Quo ad primum conclusio est, Imago naturæ non excludit imaginem personarum, sed potius infert illã. Probatur sic: Distinctio diuinarũ personarum est secundum originẽ, seu originis relationes. ergo est secũdum quod conuenit naturæ diuinæ. ergo imitatio naturæ nõ excludit, sed causat potius imitationem personarum. etc. Antecedẽs supponitur ex antedictis. Prima consequẽtia probatur: quia mod* originis variatur secũdum quod exigit diuersitas naturarum, quod manifestatur ex differenti origine animatorum & animatorum: & rursus plantarũ & animaliũ. Modus ergo diuinæ originis est secundum quod natura diuina exigit: ergo & distinctio diuinarũ personarũ est secundum quod diuinæ naturæ cõuenit. Vnde esse ad imaginẽ Dei secundum imitationẽ diuinæ naturæ, nõ excludit hoc q̃ est esse ad imaginẽ Dei secũdum repræsentationẽ trium personarũ: sed magis vnum ad alterum sequitur. Sic igitur dicẽdũ est in homine esse imaginẽ Dei: & quãtum ad naturã diuinã, & quantũ ad Trinitatẽ personarũ. Nã & in ipso Deo in trib* pſonis vna exiſtit natura.

*cap. 6. *q. 31. art. 1. *cap. 2. *circa mediũ. *q. 40. art. 2. *cap. 5. & 8.

¶ Et per hoc patet respõsio ad duo prima.

¶ AD TERTIVM dicendum, q̃ ratio illa procederet, si imago Dei esset in homine perfectè repræsentans Deum. Sed sicut Aug. dicit in 15. de Tri.* maxima est differẽtia huius Trinitatis, quæ est in nobis. ad Trinitatẽ diuinã. Et ideo (vt ipse ibidẽ dicit) Trinitatẽ quæ est in nobis est, videmus potius quã credimus: Deum verò esse Trinitatem, credimus potius quàm videmus.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ quidã dixerũt in homine esse solũ imaginẽ Filij. Sed hoc impbat Augu. in 12. de Tri.* Primò quidẽ per hoc cũ sit ãqualitatẽ essentiæ Filius sit Patri similis, necesse est si homo sit fact* ad similitudinẽ Filij, q̃ sit fact* ad similitudinẽ Patris. Secũdo, q̃ si homo esset factus solũ ad imaginẽ Filij, nõ diceret Pater. Faciam* hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, sed tuã, cũ ergo dicitur. Ad imaginẽ Dei feci illũ, nõ est intelligẽdũ q̃ Pater fecit hominẽ solũ ad imaginẽ Filij, q̃ est De* (vt quidã exposuerũt) sed intelligendũ est q̃ trinitas Deus fecit hominẽ ad imaginẽ suã, id est toti* Trinitati. Cũ autẽ dicitur q̃ De* fecit hominẽ ad imaginẽ suã, dupliciter pót intelligi. Vno modo q̃ hæc præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

imago naturæ diuinæ. Ex his enim optime infertur, ergo in eo imago Trinitatis: quia illa imago infert istam, vt in prima parte huius articuli decisum est.

¶ Super Quæstionis nonagesimætertiæ articulum sextum.

TItulus secūdū mētē tantū Dei tā quo ad naturā quā Trinitatem. ¶ In corpore vna cōclusio bimembris: In homine inuenitur Dei similitudo per modū imaginis secūdū mentē, secūdū verò alias eius partes per modū vestigij. Probatur, imago repræsentat secūdū similitudiné speciei: vestigiū verò nō pertingēdo ad similitudiné speciei suæ causæ: ergo imago Dei inuenitur in sola rationali creatura, vestigiū verò in cæteris: ergo imago Dei inuenitur in rōnali creatura secūm id in quo excedit cæteras: vestigiū verò Dei in eadē secūm alias partes: ergo in hoīe inuenitur Dei similitudo per modū imaginis secūdū mentē, secūdū verò alias eius partes per modū vestigij. Antecedēs quo ad primā pārē patet ex dictis: Quo ad secūdā declatur, ī vestigio animalium, ignis & exercitus. Prima verò consequentia fundatur super quatuor. Primū est expressum & præmissum, f. q. in oibus creaturis est aliqualis Dei similitudo. Secundū est implicitè subintēctū, f. q. similitudo Dei aut est per modū imaginis, aut vestigij. Tertiū est differētia inter imaginē & vestigiū, & hæc assūpta ī antecedēte. Quartū est q. sola intellectualis natura pertingit ad similitudinē quasi specificā ipsius Dei. Et hoc licet supponatur quodāmodo ex primo articulo, exprimitur hic distinguēdo & applicando ad imaginē & vestigiū ad diuinā naturā, & Trinitatē duabus differentiis. Prima. Rationalis est similis specificæ naturæ diuinæ: ac per hoc per modū imaginis. cæteræ ex diffinitione earū significāt q. Deus est intellectualis: ergo vestigiū naturæ Dei. Secūda. Rōnalis est similis specificæ Trinitati: q. a principiū vtiui, &c. ergo in ea imago trinitatis: reliquę innuunt ex modo & specie & ordine, q. in Deo sūt principiū vtiui, Verbū & Amor vtriusq; ergo vestigiū. Et his manifestè patet tota prima cōsequētia explicata quo ad ly dei, f. naturā & psonas.

¶ Circa differētiam assignatā inter imaginē & vestigiū, occurrit dubiū ex Scot. in 1. distin. 3. q. 1. Nulla creatura repræsentat Deū secūdū cōceptū speciei specialissimæ; sed solū secundū cōceptus cōmunes: ergo differētia assignata nihil valet.

468 1. dist. 3. Et 2. dist. 16. ar. 3. & 4. contra cap. 26.

* cap. 7. & 24.

* ar. 1. & 2. huius quæstio.

* arti. 2. huius q.

positio ad, designet terminum factionis: vt sit sensus, Faciamus hominem taliter vt sit in eo imago nostra. Alio modo hæc præpositio ad, potest designare causam exemplarem: sicut cum dicitur, Iste liber est factus ad illum. Et sic imago Dei est ipsa essentia diuina quæ abusiue imago dicitur, secundum quod imago ponitur pro exemplari: vel secundum quod quidam dicunt, diuina essentia dicitur imago: quia secundum eam vna persona aliam imitatur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum imago Dei sit in homine solùm secundum mentem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd imago Dei non sit in homine solùm secundū mentem. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 11 quòd vir est imago Dei. Sed vir nō est solum mens. Ergo imago Dei non attenditur solùm secundum mentem.

¶ 2 Præterea, Gen. 1. dicitur, Creauit Deus hominē ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illū: masculū & fœminā creauit eos. Sed distinctio masculi & fœminæ est secundum corpus. Ergo secūdum corpus attenditur Dei imago in homine, & non secundum mentem tantum.

¶ 3 Præterea, Imago præcipuè videtur attendi secundū figuram. Sed figura ad corpus pertinet. Ergo imago Dei attenditur in homine etiam secundum corpus, & non secundum mentem tantum.

¶ 4 Præterea, Secundū Aug. 12. super Gen. ad literam*, triplex visio inuenitur in nobis, scilicet corporalis, spiritualis, siue imaginaria, & intellectualis. Si ergo secundum visionem intellectualem, quæ ad mentem pertinet, est aliqua trinitas in nobis, secūdum quam sumus ad imaginem Dei, pari ratione & in aliis visionibus.

¶ SED CONTRA est quod Apostō. dicit ad Ephe. 4 Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem. Ex quo datur ītelligi q. renouatio nostra quæ fit secundū nouī hominis indumētum, ad mētē pertinet: sed ad Col. 3. dicit induētes nouū hominē: qui renouatur in agnitionē Dei secūdū imaginē eius, q. creauit eū. Vñ renouationē, quę est secūdū nouī hominis indumētū, attribuit imagini Dei. Esse ergo ad imaginē dei pertinet solùm ad mētem.

¶ RESPONDEO dicendū, q. cum in omnibus creaturis sit aliqualis Dei similitudo, in sola creatura rationali inuenitur similitudo Dei p modū imaginis, vt suprà dictū est*, in aliis aūt creaturis per modū vestigij. Id autem in quo creatura rationalis excedit alias creaturas, est intellectus, siue mens. Vnde relinquitur q. nec in ipsa rōnali creatura inuenitur Dei imago nisi secūdū mētē. In aliis vero partib⁹ fi quas habet rōnalis creatura, inuenitur similitudo vestigij: sicut & in cæteris reb⁹ q.b⁹ secūdū tres huiusmodi assimilatur. Cui⁹ rō manifeste cognosci pōt, si attendatur mod⁹ quo repræsentat vestigium, & quo repræsentat imago. Imago enim repræsentat secūdū similitudinē speciei, vt dictū est, vestigiū aūt repræsentat per modū effectus: qui sic repræsentat suam causam, q. tamē ad speciei similitudinem nō pertingit. Impressiones enim, quæ ex motu animalū relinquūtur, dicūtur vestigia. Et similiter cinis dicitur vestigiū ignis, & desolatio terræ, vestigium hostilis exercit⁹. Pōt ergo huiusmodi differentia attendi inter creaturas rōnales & alias creaturas: & quātū ad hoc q. in creaturis rōnalibus repræsentatur similitudo diuinæ naturę, & quātū ad hoc q. in eis repræsētatur similitudo trinitatis increatæ. Nam quantū ad similitudinem diuinæ naturæ pertinet, creaturæ rationales videntur quodāmodo ad repræsētationē speciei pertingere inquantū imitātur Deū, nō solū in hoc q. est & viuit: sed etiā in hoc q. intelligit, vt suprà dictū est*. Aliæ verò creaturæ nō intelligūt, sed apparet in eis quoddā vestigiū intellectus, p. ducētis, si earū dispositio cōsideretur. Similiter cū increata Trinitas distinguatur secūdū processionē Verbi à dicēte, & amoris ab vtroq;, vt suprà habitū est*: in creatura rōnali, in qua inuenitur processio Verbi secūdū intellectum, & p. cessio Amoris secūdum voluntatē, pōt dici imago trinitatis increatæ per quandā repræsentationem speciei. In aliis aūt creaturis nō inuenitur principiū Verbi, & Verbum, & Amor: sed apparet in eis quoddā vestigiū, q. hæc inueniātur in causa p. ducente. Nā hoc ipsum q. creatura habet subsūtiā modificatā & finitā, demonstrat q. sit à quodā principio. Species verò ei⁹ demōstrat Verbū facientis, sicut forma dom⁹ demōstrat cōceptionē artificis. Ordo verò demōstrat amorē producētis quo effectus ordinatur ad bonū*: sicut vius ædificij demōstrat artificis volūtatē. Sic igitur in hoie inuenitur Dei similitudo per modū imaginis secundum mentē, sed secundum alias partes eius per modum vestigij.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd homo dicitur imago Dei: nō q. ipse essentialiter sit imago, sed quia in eo est Dei imago impressa secūdū mentē: sicut denarius dicitur imago Cæsaris, inquātū habet Cęsaris imaginē. Vnde non oportet quòd secundum quamlibet partem hominis accipiatur Dei imago.

¶ Ad secūdū dicendū, q. sicut Aug. dicit 12. de Tri.* quòd imaginē Trinitatis in homine posuerūt: nō secūdū vnū individuū, sed secundū plura: dicentes, q. vir Patris persona intimat: Filij verò persona, qui de viro ita p. cesserit, vt de illo nasceretur: atq; ita tertia persona velut Spiritus sanctus dicunt esse mulierem: quæ ita de viro processerit, vt nō ipsa esset filius aut filia. Quod prima facie absurdū videtur. Primò. q. dē, q. sequeretur q. Spiritus sanc. esset principiū Filij: sicut mulier est principiū prolis quæ nascitur de viro. Secūdò, quia vnus homo nō esset nisi ad imaginē vnius personæ. Tertiò q. a secundum hoc Scriptura de imagine Dei in homine mētione facere nō debuisset, nisi p. ducta iam prole. Et ideo dicēdū est, q. Scriptura posteà dixerat, Ad imaginē Dei creauit illum: addidit masculum & fœminam creauit eos: nō vt imago Dei secūdū distinctiones sexuum attendatur, sed quia imago Dei vtrique sexui est cōmunis: cū sit secundū mentem in qua non est distinctio sexuum. Vnde Apostolus ad Col. 3. postquam dixerat, Secundum imaginem eius qui creauit illum, subdit, Vbi non est masculus & fœmina.

¶ Ad tertium dicendum, q. quāuis imago Dei in homine non accipiatur secūdum figurā corpoream: tamē quia corpus hominis solum inter terrenorū animalium corpora nō pronum in aluū prostratum est: sed tale est vt ad conteplandū cœlum sit aptius, magis in hoc ad imaginē & similitudinem Dei quam cætera corpora animaliū factū iure videri potest: vt Aug. dicit in lib. 83. q.* Quod tamē non est sic intelligēdum, quasi in corpore hominis sit imago Dei: sed quia ipsa figura humani corporis repræsentat imaginem Dei in anima per modū vestigij.

¶ Ad quartū dicēdū, q. tā in visione corporali quā imaginaria inuenitur quædā trinitas: vt Aug. dicit in li. de Tri.* In visione enim corporali est q.dā primò species exterioris corporis. Secūdò verò ipsa visio quæ fit p. impressionē cuiusdā similitudinis p. dictæ speciei in visum. Tertiò est ibi intētio volūtatis applicans visum ad videndū, & eū in re visa detinēs. Similiter etiā in visione imaginaria inuenitur primò species in memoria reseruata. Secūdò ipsa imaginaria visio quæ p. uenit ex hoc q. acies aiæ, id est ipsa vis imaginaria informatur secūdū prædictā speciē. Tertio verò inuenitur intētio volūtatis cōiungēs vtrūque. Sed vtraq; trinitas deficit à rōne diuinæ imaginis. Nā ipsa species exterioris corporis est extra naturā animæ. Species autē quæ est in memoria, etsi nō sit extra animā, est tamē aduentitia animæ. Et ita vtrobiq; deficit repræsentatio cōnaturalitatis & coæternitatis diuinarū personārū. Visio vero corporalis nō p. cedit tātū à specie exterioris corporis, sed simul cū hoc à seipso videtis. Et similiter visio imaginaria nō solū procedit à specie quæ ī memoria cōseruatur, sed ēt à virtute imaginatiua. Et ita p. hoc nō repræsentatur cōuenienter p. cessio Filij à solo Patre.

Antecedēs patet, & cōsequentia est euidēs: quia in hoc stat tua differentia, q. imago ad speciē, vestigium non. Ad hoc breuiter dicitur q. quicquid sit de antecedente intellecto de specie specialissima repræsentante sermo de specie repræsentati: ad quam pertinet imago: non militat cōtra sensum assignatū: quia in nomine speciei in hac quæ non sunt in specie qualis est Deus specie nec differētia: sed vltimū gradū in illa natura inuentum: vt patet ex dictis. Vltimus autē, vt per Aug. probatur, est intellectiuus: & p. pterea in hoc oportimè constituit differētia inter imaginem & vestigium Dei quòd illa fundatur super imitationem speciei, id est vltimi gradus, id est naturæ intellectualis, istud verò super repræsentationē, q. talis gradus sit in Deo & non super assimilari sibi in illo.

¶ Reliqua pertinētia ad differentiam inter vestigium & imaginem tractata sunt superius in 45. quæst. art. 7. &c.

* arti. 2. huius q.

* 96. 4. & art. 6.

* lib. 6. & lib. 12.

* cap. 5.

Intētio verò voluntatis quæ cōiungit duo prædicta, nō ex eis procedit, neq; in visione corporea neq; in spirituali. Vnde nō cōuenienter repræsentatur, p. cessio Spi. sancti à Patre & Filio.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum imago Dei inueniatur in anima secundum actus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q. imago Dei non inueniatur in aīa secundū actus, dicit enim Aug. 15. de Ciui. Dei* q. homo factus est ad imaginē Dei secundum quod sumus, & nos esse nouimus, & nostrum esse ad nosse dirigimus. Sed esse non significat actum. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus.

¶ 2 Præterea, Aug. in 9. de Tri.* assignat imaginē Dei in aīa secūdū hæc tria, quæ sunt mēs notitia, & amor. Mēs autē non significat actum, sed magis potentiā, vel etiam essentiam intellectiuæ animæ. Ergo imago Dei non attenditur secūdū actus.

¶ 3 Præterea, Aug. 10. de Tri.* assignat imaginem Trinitatis in aīa secundū memoriā, intelligentiā, & volūtatem. Sed hæc tria sunt vires naturales aīæ vt Magister dicit 3. di. 1. lib. Sent. Ergo imago attenditur secundum potentias, & non secundū actus.

¶ 4 Præterea, Imago trinitatis semper manet in anima. Sed actus non semper manet. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus.

¶ SED CONTRA est, q. Aug. 9. de Tri.* assignat trinitatē in inferioribꝫ aīæ partibus, secūdū actualē visionē sensibilē & imaginariā. Ergo & trinitas quę est in mēte secūdū quā homo est ad imaginē Dei, debet attendi secundū actualē visionē.

¶ RESPONDEO dicendum, q. sicut suprà dictum est*, ad rationē imaginis pertinet aliqualis repræsentatio speciei. Si ergo imago diuina debet accipi in anima, oportet q. secundū illud principaliter attēdatur quod maximè accedit, prout possibile est ad repræsentandū speciē diuinarū personarum. Diuinæ autē personæ distinguuntur secundum processionem verbi à dicente, & amoris connectentis vtrunque*. Verbū autem in anima nostra fine actuali cogitatione esse nō potest, vt Aug. dicit 14. de Tri.* Et ideo primò & principaliter attēditur imago trinitatis in mente secundū actus, prout scilicet ex notitia, quā habemus cogitando interius, verbū formamus, & ex hoc in amorē prorūpim⁹. Sed quia principia actuū sunt habitus & potentiæ, vnumquodque autem virtualiter est in suo principio, secundario, & quasi ex consequēti imago trinitatis potest attendi in anima secundum potentias, & præcipuè secundum habitus, prout in eis, scilicet actus virtualiter existūt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q. esse nostrum ad imaginem Dei pertinet, quod est nobis propriū super alia animalia. Quod quidem esse competit nobis, inquantum mentem habem⁹. Et ideo eadem est hæc trinitas cum illa quam Aug. ponit in 9. de Tri.* quæ consistit in mente, notitia & amore

¶ Ad secūdum dicēdum, q. Aug. hanc trinitatē primo adinuenit in mēte. Sed quia mēs, etsi se totā quodāmodo cognoscat, etiā quodāmodo se ignorat, prout scilicet est ab aliis distincta, & sic etiā se quærit: vt Aug. cōsequēter probat in 10. de Tri.* ibi. Quia notitia nō totaliter mēti coæquatur, accipit i aīa tria quædā propria mentis, scilicet memoriā intelligentiā & volūtatē, quæ null⁹ ignorat se habere: & i iftis trib⁹ poti⁹ imaginē trinitatis assignat, quasi prima assignatio sit quodāmodo deficiēs.

¶ Ad tertiū dicendum, q. sicut Aug. probat 14. de Tri.* intelligere dicimur, & velle, seu amare aliqua, & quando de his cogitamus, & quando de his non cogitamus. Sed quādo sine cogitatione sunt, ad solam memoriā pertinent: quæ nil aliud est secundum ipsum, quam habitualis retētio notitiæ & amoris*. Sed quia, vt ipse dicit*, verbū ibi esse sine cogitatione nō pōt: cogitamus enim omne quod dicimus etiam illo interiori verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam: in tribus potius illis imago ista cognoscitur: memoria scilicet, intelligentia & voluntate. Hanc autē nunc dico intelligentiā intelligimus cogitantes, & eā voluntatē siue amorē vel dilectionē quæ ipsam Ptolem parentémque coiungit. Ex quo patet q. imaginem diuinæ Trinitatis potius ponit intelligentia & voluntate actuali quām secundum quod sunt in habituali retētione memorię. Licet etiam quantum ad hoc aliquo modo sit imago Trinitatis in anima: vt ibidem dicitur. Et sic patet q. memoria, intelligentia & voluntas non sunt tres vires, vt in sententiis dicitur.

¶ Ad quartū dicendum, q. aliquis respōdere posset per hoc q. Aug. dicit 14. de Tri.* q. mēs semp meminit, semper se intelligit & amat. Quod quidā sic intelligūt, quasi aīæ adhīt actualis intelligētia & amor suiipsis. Sed hūc intellectū excludit per hoc quod subdit, q. nō semper se cogitat discretā ab his quæ nō sunt, quod ipsa. Et sic patēt q. aīa semper intelligit & amat se, non actualiter, sed habualiter. Quāuis dici possit q. percipiendo actū suū, seipsam intelligit, quandocunque aliquid intelligit. Sed quia non semper est actu intelligēs, vt patet in dormiente: ideo oportet dicere, q. actus etsi non semper maneāt in seipsis, manēt tamē semper in suis principiis, scilicet potētiis & habitib⁹. Vnde Aug. dicit 14. de Tri.* Si secundū hoc facta est ad imaginem Dei anima rationalis, quòd vti ratione atq; intellectu ad intelligendum & conspiciendum Deum potest, ab initio quo esse cœpit, fuit in ea Dei imago.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum imago diuinæ Trinitatis sit in anima solum per comparationem ad obiectū, quod est Deus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q. imago diuinę Trinitatis sit in anima nō solùm per comparationem ad obiectum, quod est Deus. Imago enim diuinæ Trinitatis inuenitur in anima, sicut dictum est*: secundum quod verbum in nobis procedit à dicente & amor ab vtroque. Sed hoc inuenitur in nobis secundum quodcunque obiectum. Ergo secundum quodcunque obiectum inuenitur in mente nostra imago diuinæ Trinitatis.

¶ 1 Præterea, Aug. dicit in 12. de Tri.* q. cū quærimus in anima trinitatē, in tota quærimus, & nō separātes actionem rationalē in temporalibus à contemplatione æternorum. Ergo secundum temporalia obiecta inuenitur imago Trinitatis in anima.

¶ 3 Præterea, Quòd Deum intelligamus & amemus, conuenit nobis secundū gratiæ donum. Si igitur secundum memoriā, intelligentiam & voluntatem seu dilectionē Dei attendatur imago Trinitatis in anima, non erit imago Dei in homine secundum naturam, sed secundum gratiam. Et sic nō erit omnibus communis.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd, vt patet ex dictis etiam recitatis ab ipso Scoto, causam immortalitatis ponit litera duplicem, alteram ex parte animæ, & alteram ex parte corporis. Ex parte animæ vim quandam, qua corpus agendo in nutrimentũ non repatiebatur ab eo. Alteram ex parte corporis, & ista est lignum vitæ, habens virtutem cõseruandi ad certum longum tempus. Vnde iungendo has duas causas simul ex sumptione ligni vitæ nulla debilitatio sequebatur, quamuis debilitatio in nobis sequeretur ex ligno illo, vnde non viueremus immortales per illud, sed longo valde tempore. Propter quam diutur nitatem dictum est, eiiciendo Adam: Ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum, iuxta morem Scripturæ, quo vocantur diuturna æterna, vt montes æterni.

¶ *Super Quæstionis nonagesimooctauæ Articulum primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua ẽsitio: in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem generis humani. Probatur dupliciter, primo ducendo ad inconueniens, q peccatũ fuisset necessariũ val de propter tãtum bonũ. Secundò, Homo est secũdum animã incorruptibilis, & secũdum corp⁹ corruptibilis, ergo est medium secũdum naturam inter creaturas corruptibiles & incorrupti biles, ergo ex parte corporis conuenit naturaliter generatio ex parte animæ quòd multitudo indiuiduorum sit per se intenta. Ergo ad multiplicationẽ humani generis, etiam in statu innocentiæ, statuta est generatio. Antecedẽs supponit, & prima cõsequẽtia est clara. Secũda vero quo ad vtranque partem & declaratur & probatur ex differẽtia inter creaturas corruptibiles & incorruptibiles i hoc quòd corruptibiles non sunt per se intentę secũdum individua, sed secundum speciem, incorruptibiles vero & secundum indiuidua & secundum speciem. Quę differentia probatur ex hoc, quod intentio naturæ per se est ad perpetuum & non ad temporale. Probatur, ducendo ad inconueniens, quia alioquin cessaret intentio naturæ temporalis deficiente. Ex hac autem differentia simplicitè habetur alia, quòd in rebus corruptibilibus generatio est naturaliter instituta propter speciem, quia ipsa sola est perpetua, in corruptibilibus non oportuit generationem esse. Ex his autem manifestè patet cõsequentia quo ad vtranque partem, & clarum est.

*tex. 15.

*q. 19.

*tex. 34. & 39.

*c. 16.

*q. 19.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in statu innocentiæ non fuisset generatio. Generationi enim corruptio est 2. *de Cœl. tex. 40.* contraria vt dicitur in 5. Physic⁹. contraria autem sunt circa idem. In statu autem innocentiæ non fuisset corruptio. Ergo neque generatio.

¶ 1 Præterea, Generatio ordinatur ad hoc quòd conseruetur in specie, quod secundum indiuiduum conseruari non potest. Vnde in illis indiuiduis quæ in perpetuum durant, generatio non inuenitur. Sed in statu innocẽtiæ homo in perpetuum absque morte vixisset. Ergo in statu innocentiæ generatio non fuisset.

¶ 2 Præterea, per generationem homines multiplicantur. Sed multiplicatis dominis necesse est fieri possessionum diuisionem ad euitandam confusionem dominij. Ergo cùm homo fit institutus dominus animalium, facta multiplicatione humani generis per generationem, secuta fuisset diuisio dominij. Quòd videtur esse contrarium iuri naturali, secundum quòd omnia sunt communia, vt Isido⁹. dicit. Non ergo fuisset generatio in statu innocentiæ.

*¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Genesis primo, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Huiusmodi autem multiplicatio absque noua generatione fieri non potuisset, cùm duo tantùm fuerunt primitus instituti. Ergo in primo statu generatio fuisset.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem humani generis, alioquin peccatum hominis fuisset valde necessarium, ex quo tantum bonum consecutum est. Est ergo considerandum, q homo secundum suam naturam est constitutus quasi medium quoddam inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles. Nam anima eius est naturaliter incorruptibilis⁵, corpus verò naturaliter corruptibile⁶. Est autem considerandũ q alio modo intentio naturæ fertur ad corruptibiles, & incorruptibiles creaturas. Id autem per se videtur esse de intentione naturæ, quod est semper & perpetuum. Quod autẽ est solùm secundũ aliquod tempus, non videtur esse principaliter de intentione naturæ, sed quasi ad aliud ordinatum, alioquin eo corrupto, naturæ intentio cessaretur. Quia igitur in rebus corruptibilibus nihil est perpetuum & semper manens nisi species, bonũ speciei est de principali intentione naturæ⁷, ad cuius conseruationem naturalis generatio ordinatur. Substantię incorruptibiles manent semper non solùm secũdum speciem, sed etiã secundũ individua, & ideo etiam ipsa individua sunt de principali intentione naturæ. Sic igitur homini ex parte corporis, q corruptibile est secundum naturã suam, competit generatio. Ex parte verò animæ, quæ incorruptibilis est, competit ei q multitudo indiuiduorum sit per se intenta à natura vel potius à naturæ autore, qui solus est humanarum animarum creator. Et ideo ad multiplicationem humani generis generationem in humano genere statuit etiam in statu innocentiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q corpus hominis in statu innocẽtię quantũ erat de se, corruptibile erat, sed potuit preseruari a corruptione per animã. Et io nõ fuit homini subtrahenda generatio, q debetur corruptibilibus rebus. ¶ Ad secundũ dicendũ, q generatio in statu innocentiæ, etsi nõ fuisset ꝓpter conseruationem speciei, fuisset tamẽ propter multiplicationem indiuiduorum.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd in statu isto multiplicatis dominis, necesse est fieri diuisionẽ possessionũ, quia cõmunitas possessionis est occasio discordiæ, vt Philosoph⁹ dicit in 2. Polit⁹. Sed í statu innocẽtiæ fuissent volũtates hominum sic ordinatæ, q absque omni periculo discordiæ cõmuniter vsi fuissent, secundum quod vnicuique eorũ competeret rebus, quæ eorum dominio subdebantur, cum hoc etiam modo apud multos bonos viros obseruetur.

ARTICVLVS II.

¶ Verũ in statu innocẽti e fuisset generatio per coitũ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q in statu innocẽtię nõ fuisset generatio p coitũ. Quia, vt Dam⁹. dicit, Prim⁹ homo erat in paradiso terrestri, sicut angel⁹ q dã. Sed in futuro resurrectionis statu, qñ erũt homines Angelis similes, neq; nubẽt, neq; nubẽtur, vt dicit Matth. 22. Ergo neque in paradiso fuisset generatio p coitũ.

¶ 2 Præterea, Primi homines in pfecta ætate cõditi fuerũt. Si igitur in eis ante peccatum generatio fuisset per coitum, fuissent etiã in paradiso carnaliter cõiuncti. Quod patet esse falsum secundum Scripturam.

¶ 3 Præterea, In cõiunctiõe carnali maximè efficitur homo similis bestiis ꝓpter vehementiã delectationis. Vñ etiã cõtinentia laudatur, q quã homines ab huiusmodi delectatiõibus abstinẽt. Sed bestiis homo cõparatur propter peccatũ, secundũ illud Psal. Homo cùm in honore esset nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis fact⁹ est illis. Ergo ante peccatũ nõ fuisset maris & fœminę carnalis cõiũctio.

¶ 4 Præterea, In statu Innocentiæ nulla fuisset corruptio. Sed per coitum corrumpitur integritas virginalis. Ergo coitus in statu innocentiæ non fuisset.

¶ SED CONTRA est, q Deus ante peccatũ masculũ & fœminã fecit, vt dicitur Gen. 1. & 2. Nihil aũt est frustra in operib⁹ Dei. Ergo etiã si homo nõ peccasset fuisset coitus, ad quẽ distinctio sexuũ ordinatur.

¶ Præterea, Gen. 2. dicit⁹. Mulier est facta in adiutoriũ viri. Sed non ad aliud nisi ad generationẽ, q̃ fit per coitum, quia ad quodlibet aliud opus cõueniẽtius adiuuari posset vir per virũ quã per fœminam. Ergo in statu innocẽtiæ fuisset generatio p coitũ.

¶ RESPONDEO dicendum, q quidam antiquorum doctorum cõsiderates cõcupiscentiæ fœditatẽ, q̃ innuenitur in coitu in isto statu, posuerunt q in statu innocentiæ non fuisset generatio per coitum. Vnde Greg. Nisse. dicit in lib. quem fecit de homine, ⁹ q in paradiso aliter fuisset multiplicatũ genus humanũ, sicut multiplicati sunt angeli absque cõcubitu per operationẽ diuinæ virtutis. Et dicit quòd Deus ante peccatum fecit masculũ & fœminam, respiciens ad modum generationis, qui futurus erat post peccatum, cuius Deus præscius erat. Sed hoc non dicitur rationabiliter. Ea enim, quæ sunt naturalia homini neque subtrahũtur, neque dãtur homini per peccatum. Manifestum est autem q homini secundum animalem vitam, quam etiam ante peccatũ habebat, vt suprà dictũ est⁹, naturale est generare per coitum, sicut & cæteris animalibus perfectis. Et hoc declarat naturalia membra ad hunc vsum deputata. Et ideo non est dicendum, q vsus horum membrorum naturalium non fuisset ante peccatum, sicut & cæterorum membrorũ. Sunt igitur in coitu duo cõsideranda secundum præsentem statum, Vnũ quod naturæ est scilicet coniunctio maris & fœminę ad generandũ. In omni enim generatiõe requritur virt⁹ actiua & passiua. Vnde cũ in omnib⁹ in quibus est distinctio sexuũ, virtus actiua sit in mare, virtus verò passiua in fœmina, naturæ ordo exigit, vt ad generandum conueniant per coitum mas & fœmina. Aliud autem quod considerari potest, est quædam deformitas immoderatæ concupiscentiæ, quæ in statu innocentiæ non fuisset, quãdo inferiores vires omnino rationi subdebantur. Vnde Aug. dicit in 14. de Ciui. Dei⁸, Absit vt suspicemur nõ potuisse prolẽ fieri sine libidinis morbo. Sed eo volũtatis nutu mouerentur illa mẽbra quo cætera, & sine ardore & illecebroso stimulo, cũ tranquilitate animę & corporis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q homo in paradiso fuisset sicut angelus per spiritualem mentẽ, cùm tamẽ haberet vitam animalem quantũ ad corpus. Sed post resurrectionẽ erit homo similis angelo spiritualis effectus & secundũ animam & secundũ corpus. Vnde non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, q sicut Augu. dicit 9. super Gen. ad literam⁸, ideo primi parentes in paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicum propter peccatum de paradiso eiecti sunt. Vel quia expectabatur diuina autoritas ad determinatum tempus commixtionis, à qua acperunt vniuersale mandatum.

¶ Ad tertium dicendum, q bestiæ carent ratione. Vnde secundũ hoc homo in coitu bestialis efficitur, q̃ a delectationẽ coitus & feruorẽ concupiscentiæ ratione moderari non põt. Sed in statu innocentiæ nihil huiusmodi fuisset, quod ratione nõ moderaretur, non quia esset minor delectatio secundum sensum, vt quidã dicunt (fuisset eñ tãtò maior delectatio sensibilis, quãtò esset purior natura, & corp⁹ magis sensibile) sed quia vis cõcupiscibilis nõ ita inordinate se extulisset sup huiusmodi delectatione regulata per rationem. Ad quã non pertinet vt sit minor delectatio i sensu, sed vt vis cõcupiscibilis nõ immoderatè delectationi inhæreat. Et dico immoderatè, ꝓpter mensurã rationis. Sicut sobrius in cibo moderatè assumpto non minorẽ habet delectationem quam gulosus, sed minus eius cõcupiscibilis super huiusmodi delectatiõe requiescit. Et hoc sonãt verba Au⁸. quæ à statu innocentiæ non excludũt magnitudinẽ delectationis, sed ardorem libidinis, & inquietudinem animi. Et ideo cõtinentia in statu innocẽtiæ non fuisset laudabilis, quæ in tempore isto laudatur, non propter defectum fœcũditatis, sed ꝓpter remotionem inordinatæ libidinis. Tunc autem fuisset fœcũditas absque libidine.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd, sicut Augu. dicit 14. de Ciui. Dei⁸. í illo statu nulla corruptiõe integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Et æm ponit vtero coiugis salua integritate fœminei genitalis virilę lẽmen immitti, sicut non potest eadem integritate saluã ex vtero virginis fluxus mẽstrui cruoris emitti. Vt enim ad parturiẽdũ nõ doloris gemit⁹, sed naturalis impulsus fœminea vlcera relaxaret, sic ad cõcipiẽdum, non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtrunque cõiungeret.

QVÆSTIO NONAGESIMANONA. de Condicione prolis genitæ quo ad corpus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conditione prolis genitæ. Et primò, quantum ad corpus. Secundò, quantũ ad iustitia. Tertiò quantum ad scientiam. ¶ Circa principium quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum in statu primi

¶ In corpore tria. Primò

*ad 2. prę. 3 dz.

*cap. 3.

*cap. 16.

*cap. 4.

*cap. 26.

*induc ta in fine cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primò opinio recitatur Gregorij Nysseni. Secundò improbatur. Tertiò respondetur quæstioni.

¶ Quo ad primum quatuor refert. Primò quorūdā & specialiter Gregorij opinionē, q̄ non per coitum. Secundò rationem eius propter quam fuisset tamē multiplicatio hominum virtute diuina, sicut Angelorum. Quartò, exclusionē obiectionis, quoniā in statu innocentiæ erat distinctio sexuū, q̄ hoc fecit Deus ꝓscius futuri casus.

¶ Quo ad secundum reprehenditur opinio hæc, q̄ a naturalia per peccatum neq; ablata, neque diminuta sunt, sed hoc est vnum de naturalib⁹, ꝓbatur dupliciter. Primò, q̄a hoc est naturale omnibus animalibus ꝑfectis. Secūdò ab effectu q̄a natura dedit homini mẽbra ad hunc vsum. Inconueniens est autē horum membrorum naturalem vsum non fuisse sicut aliorum.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua est. Generatio fuisset per coitū quo ad coniunctionem maris & fœminę, non autem quo ad imoderatam concupiscẽtiam. Probatur conclusio dupliciter, primò rationē, secundò autoritate, ratio assignatur distinguēdo in coitu illa duo, & assignando radices propias eorum, ratio enim cōiunctionis est cōiunctio virtutis actiuę cum passiua, ex hac enim ꝓbatur ꝓma pars conclusionis sic, generatio fuisset per applicationē virtutis actiuæ ad passiuam, ergo per coniunctionem maris & fœminæ, ꝓbatur sequela, quia vbicūque est distinctio sexuum, virtus actiua est in mare, & passiua in fœmina. Radix verò immoderatę concupiscẽtiæ ē in obediẽtia virtū inferiorū ad rationē ꝓtrahentiū modū, ex qua arguitur sic, In statu illo vires inferiores omnino subdebantur rationi, ergo nō fuisset coitus quo ad cōcupiscẽtiā immoderatā autoritas est August. assignātis etiam modū, quo scilicet mẽbra alia voluntario vsu applicantur ad sua officia.

*lib. de nat. & gra. c. 15. & de corr. & gra. c. 11.

¶ *Super Quæstionis nonagesimænonæ Articulum primum*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio respōdua hinembris, Pueri mox nati habuissent virtutem motiuam membrorum sufficientem, non ad quoslibet actus, sed conuenientes puritiæ. Probatur conclusio sic, Ex natura pueri non habent sufficientem vsum membrorum. Ex autoritate autē Scripturę, habuissent illum quo ad conuenientia puritiæ tantum, ergo, &c. In litera primò

490 2. dist. 20. q. 2. ar. 1. Et veri. q. 18. ar. 7. ad. 4. *lib. 1. de peccator. mer. & remiss. cap. 38.

innocẽtiæ puerimox geniti habuisẽt pfectam virtutem corpoream. ¶ Secundò, vtrū omnes fuisẽt nati in sexu masculino.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum pueri in statu innocentiæ mox nati virtutem perfectam habuissent ad motum membrorum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ pueri in statu innocentiæ mox nati virtutem perfectam habuissent ad motum membrorum. Dicit enim Aug. in lib. de Bap. paru*. q̄ infirmitati mentis congruit hæc infirmitas corporis quæ scilicet in pueris apparet. Sed in statu innocentiæ nulla fuisset infirmitas mentis. Ergo neque talis infirmitas corporis fuisset in paruulis.

¶ 2 Præterea, Quędā animalia statim cum nascuntur, habent virtutem sufficientē ad vsum membrorū. Sed homo est nobilior aliis animalib⁹. ergo multo magis est naturale homini, quòd statim natus virtutem habet ad vsum membrorum. Et ita videtur esse pœna ex peccato consequens.

¶ 3 Præterea, Non posse consequi delectabile propositum, afflictionem inducit. Sed si pueri non habuissent virtutem ad mouendum membra, frequenter accidisset q̄ non possent consequi aliquod delectabile eis propositum. Ergo fuisset in eis afflictio, quę non poterat esse ante peccatum. Non ergo in statu innocentiæ defuisset pueris virtus ad mouendum membra.

¶ 4 Præterea, Defectus senectutis videtur correspondere defectui pueritiæ. Sed in statu innocẽtiæ nō fuisset defectus senectutis. Ergo neque etiā defectus pueritiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd omne generatum prius est imperfectum quàm perficiatur, sed pueri in statu innocentiæ fuissent per generationem producti. Ergo à principio imperfecti fuissent, & quantitate & virtute corporis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ sunt supra naturam, sola fide tenemus: quod autem credimus, autoritati debemus. Vnde in omnibus asserendis sequi debemus naturam rerum, præterea, quæ autoritate diuina traduntur q̄ sunt supra naturā. Manifestum est autē naturale hoc esse, vtpote & principiis humanæ naturæ competens, quòd pueri mox nati non habeāt sufficientem virtutem ad mouendū mẽbra. Quia homo naturaliter habet cerebrum māius in quātitate secundū proportionem sui corporis, quàm cætera animalia*. Vñ naturale est q̄ propter maximā humiditatem cerebri in pueris, nerui qui sunt instrumēta motus, nō sunt idonei ad mouendū membra. Ex alia verò parte nulli catholico dubiū est, quin diuina virtute fieri possit, vt pueri mox nati perfectā virtutem habeant ad motū membrorū. Constat autem per autoritatem Scripturæ, q̄ Deus fecit hominem rectum. Et hęc rectitudo cōsistit, vt Aug*. dicit, in pfecta subiectione corporis ad animā. Sicut ergo in primo statu non poterat esse in membris hominis aliquid quod repugnaret ordinatæ hominis voluntati, ita membra hominis deficere non poterant humanæ voluntati. Voluntas autem hominis ordinata est, quæ tendit in actus sibi conuenientes. Non sunt autē iidem actus conuenientes homini secundum quamlibet ætatem. Dicendum est ergo, q̄ pueri mox nati non habuissent sufficientem virtutem ad mouēdum membra ad quoslibet actus, sed ad actus puritiæ conuenientes, puta ad sugendum vbera & ad alia huiusmodi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Aug. loquitur de ista infirmitate q̄ nūc in pueris apparet, etiā quantū ad actus eorū puritiæ cōuenientes, vt patet per ea quæ præmittit, q̄ iuxta se iacentibus mammis magis possunt esurientes flere, q̄ fugere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc q̄ quædam animalia statim nata habēt vsum membrorum, nō est ex eorum nobilitate, cùm quædam animalia perfectiora hoc non habeant: sed hoc eis contingit ex ficitate cerebri, & quia actus proprij talium animalium sunt imperfecti, ad quos etiam parua virtus sufficere potest.

¶ Ad tertium patet solutio per ea quæ dicta sunt in corpore. Vel potest dici, quòd nihil appetitus esset nisi ordinata voluntate conuenisset res secundum statum suum.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ homo in statu innocẽtię generatus fuisset, sed nō fuisset corruptus. Et ió in statu illo potuissent esse alię defectus pueriles, qui cōsequuntur generationem: non autē defectus seniles, qui ordinantur ad corruptionem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in primo statu fœminæ natæ fuissent.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ in primo statu fœminæ natæ nō fuissent. Dicit enī Philosophus in lib. de Generatione animalium*, q̄ fœmina est mas occasionatus, quasi præter intentionē naturæ proueniens. Sed in statu illo nihil euenisset innaturale in hominis generatione. Ergo fœminæ natæ non fuissent.

¶ 2 Præterea, Omne generās generat sibi simile nisi impediatur, vel ꝑpter defectū virtutis vel ꝑpter indispositionē materię, sicut paruus ignis nō pōt cōburere ligna viridia. In generatione autē vis actiua est in mare. Cùm igit̄ in statu innocentiæ nullus fuisset defect⁹ virtutis ex parte maris, nec indispositio materiæ, ex parte fœminæ, videt̄ q̄ semper masculi nati fuissent.

¶ 3 Præterea, In statu innocẽtię generatio ad multiplicationē hominū ordinabatur. Sed sufficiẽter homines multiplicari potuissent per primum hominem & per primam fœminam, ex quo in perpetuum victuri erāt. Ergo non fuisset necessarium q̄ in statu innocentiæ fœminę nascerentur.

¶ SED CONTRA quòd sic natura procedisset in generando, sicut eam Deus instituit. Sed Deus instituit marē & fœminam in natura humana, vt dicitur Gen. 1. & 2. Ergo etiam in statu illo fuissent mares & fœminæ generati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nihil eorum quæ ad complementū humanæ naturæ pertinēt, in statu innocẽtiæ defuisset. Sicut autem ad perfectionem Vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiā diuersitas sexus est ad perfectionē humanæ naturæ. Et ideo in statu innocentiæ vterq; sexus per generationem ꝓductus fuisset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ fœmina dicitur mas occasionatus, quia est præter inrentionem naturæ particularis, non autem præter intentionem naturæ vniuersalis, vt suprà dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ generatio fœminę nō solùm cōtingit ex defectu virtutis actiuæ vel indispositione materiæ, vt obiectio tangit, sed quādoque, quidem ex aliquo accidẽti extrinseco, sicut Philo. dicit in lib. de animalibus*, quòd ventus septẽtrionalis coadiuuat ad generationem masculorum, australis verò ad generationem fœminarū: quādoque etiam ex conceptione animæ ad quā de facili immutatur corpus. Et præcipuè in statu innocentiæ hoc esse poterat quādo corpus magis erat animæ subiectum, vt scilicet secundum voluntatem generantis distingueretur sexus in prole.

¶ Ad tertium

¶ Ad tertium dicendum, quòd proles fuisset genita, viuens vita animali. Ad quā sicut pertinet alimento vti sic etiam generare. Vnde conueniebant q̄ omnes generarent, & non solùm primi parentes. Ad quod consequens videtur, quòd tot fuissent generatę fœminę, quot & mares.

QVÆSTIO CENTESIMA
de Conditione prolis generandæ quantum ad iustitiam in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ quātum ad iustitiam.

¶ Circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrum homines fuissent nati cum iustitia. ¶ Secundò vtrum nascerentur in iustitia confirmati.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homines fuissent nati cum iustitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines nō fuissent cum iustitia nati. Dicit enim Hug. de s. an. Vic*. quod primus homo ante peccatum generaret quidem filios sine peccato: sed non paternæ iustitiæ hæredes.

¶ 2 Præterea. Iustitia est per gratiam, vt Apostolus dicit ad Rom. 5. Sed gratia non transfunditur, quia sic esset naturalis: sed à solo Deo infunditur. Ergo pueri' cum iustitia nati non fuissent.

¶ Præterea. Iustitia in anima est. Sed anima non est ex traducere. Ergo nec iustitia traducta fuisset à parentibus in filios.

¶ SED CONTRA est quòd Anselm. dicit in lib. de cōceptu virg*. quòd simul cùm rationalem haberent anima, iusti essent, quos generaret homo, sinō peccaret.

¶ RESPONDEO dicendū, quod naturaliter homo generat sibi similē secundū speciē. Vnde quæcunq; accidẽtia consequuntur naturā speciei, in his necesse est q̄ filij parentibus similentur, nisi sit error in operatione naturæ, qui in statu innocentiæ nō fuisset. In accidẽtibus autē individualibus nō est necesse q̄ filij parentibus similentur. Iustitia autē originalis, in qua primus homo conditus fuit, fuit accidẽs naturæ speciei, nō quasi ex principiis speciei causātū, sed tantū ficut quod dam donū diuinitus datū toti naturæ. Et hoc apparet: q̄a opposita sunt vnius generis. Peccatū autē originale, q̄ opponitur illi iustitiæ, dicitur esse peccatū naturæ. Vnde traducitur à parẽte in posteros. Et propter hoc etiā filij parẽtib⁹ alsimilati fuissent quantū ad originalem iustitiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ verbum Hugo. est intelligendum non quantum ad habitum iustitiæ, sed quantum ad executionem actus.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ quidā dicūt q̄ pueri nō fuissent nati cū iustitia gratuita, quæ est merendi principiū: sed cū iustitia originali. Sed cùm radix originalis iustitiæ, in cuius rectitudine factus est homo, cōsistat in subiectione supernaturali rationis ad Deū, quæ est per gratiā gratum facientē, vt suprà dictū est*, necesse est dicere, q̄ si pueri nati fuissent in originali iustitia, q̄ etiam nati fuissent cum gratia: sicut & de primo homine suprà dixim*, q̄ fuit cū gratia cōditus. Nō tamen fuisset propter hoc gratia naturalis: quia non fuisset transfusa per virtutē seminis: sed fuisset collata homini statim cū habuisset animam rationalem, sicut etiam statim, cùm corpus est dispositum, infunditur à Deo anima rationalis: quę tamē nō est ex traducere. Vnde patet solutio ad tertiū.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum pueri in statu innocentiæ nati fuissent in iustitia confirmati.

AD SECVNDVM sic procedit ur. Videtur quòd pueri in statu innocentiæ nati fuissent in iustitia confirmati. Dicit enim Greg. 4. Moralium*, super illud Iob, Sumno meo requiescerem. Si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet nequaquam ex filios gehēnę generaret, sed hi qui nsic per Redēptorē saluā di sunt, soli ab illo electi nascerētur. Ergo nascerentur omnes in iustitia cōfirmati.

¶ 2 Præterea, Anselm. dicit in libro, Cur Deus homo*, quod si primi parentes si vixissent, vt tentati non peccassent: ita confirmarentur cum omni propagine sua, vt vltra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

¶ 3 Præterea. Bonum est potentius quam malum. Sed propter peccatum primi hominis consecuta est necessitas peccandi in his, qui nascūtur ex eo. Ergo si primus homo in iustitia perstitisset, deriuarēt ad posteros necessitas obseruādi iustitiam.

¶ 4 Præterea, Angelus adhærens Deo aliis peccantibus, statim est in iusttitia confirmatus, vt vlterius peccare nō possit. Ergo similiter & homo, si tentationi restitisset, confirmatus fuisset. Sed qualis ipse fuit, tales alios generasset. Ergo & eius filij cōfirmati in iustitia nascerētur.

¶ SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 14. de Ciuitate Dei,* Tūc fœlix vniuersa esset humana societas, si nec illi, scilicet primi parentes, malū in posteros traiicerent: nec quisquā ex stirpe eorū iniquitatem cōmitteret, quæ damnationem reciperet. Ex quo datur intelligi q̄ etiam si primi homines non peccassent, aliqui ex eorum stirpe potuissent iniquitatem committere. Non ergo nascerentur in iustitia confirmati.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ nō videtur possibile, q̄ pueri in statu innocētiæ nascerentur in iustitia cōfirmati: Manifestū est enim, q̄ pueri in sua natiuitate non habuissent plus perfectionis q̄ eorū parentes in statu generationis. Parentes autē quandiu generassent, nō fuissent cōfirmati in iustitia. Ex hoc enim creatura rationalis in iustitia cōfirmatur, quòd efficitur beata per aperta Dei visionē. Cui viso non potest non inhærere. cùm ipse sit ipsa essentia bonitatis, à qua nulli* potest auerti, cū nihil desideretur & ametur, nisi sub ratione boni. & hoc dico secundū legem cōmunē. Quia ex aliquo priuilegio speciali fecus accidere potest, sicut credi tur de virgine matre Dei. Quā citò autē ādā ad illam beatitudine peruenisset, q̄ Deū per essentiā videret, efficeretur ꝓritualis & mēte & corpore & animalis vita cessaret, in qua sola generationis vsus fuisset. Vnde manifestū est quòd paruuli non nascerentur in iustitia confirmati.

¶ AD PRMVM ergo dicendum, quòd si Adam nō peccasset, non generaret ex se filios gehēnæ: ita scilicet, q̄ ab ipso peccatum contraherēt, quòd est causa gehēnæ. Possunt tamē fieri filij gehenę, per liberū arbitriū peccando. Vel si filij gehennæ nō fierent per peccatū, hoc non esset pe hoc quia essent in iustitia cōfirmati, sed ꝑpter diuinam ꝓuidētiam, per quā à peccato

493 2. dist. 20. quæst. 2. art. 3. ad 5. & 7. & ma. q6. 5 articu. 4. ad 5. Et quo. 5. q. 5. art. 1. *cap. 36.

*cap. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinédam voluntatem in vtro bono: quoniã cuilibet alteri vt pote particulari bono, malum aliquod annecti potest. Et propterea vndique constat quòd impeccabilitas voluntatis beatitudinis proprius effectus est.

¶ *Super Quæstionis centesimæ primæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio. Pueri non nascerentur perfecti in scientia, sed absque difficultate eã acquisiuissent. Probatur, Naturale est homini non habere scientiam cõgenitam, sed acquirere eam ex sensibus. ergo in statu innocentiæ non nati fuissent scientes, & cætera Antecedẽs probatur: quia anima vnitur corpori propter indigentiam illius ad hoc opus. consequentia verò probatur, quia vbi auctoritas Scripturæ non opponitur, naturalia assentenda sunt.

¶ *Super Quæstionis centesimæ primæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio bimembris. Pueri nõ habuissent perfectum vsum rationis, sed ad opera puerilia idoneum. probatur prima pars, Organa virium sensitiuarũ ex nimia humiditate fuissent impedita: ergo ipsæ vires sensitiuæ ergo vsus rationi. Antecedens patet. prima consequentia probatur quia actus eatum pendẽt ex viribus sensitiuis: vt Patet in pluribus & dormientibus. Secunda pars: quia par ratio est de vsu rationis & membrorum, de quibus superius dictũ est: quòd fuissent idonea ad actus pueritiæ & non simpliciter. Ex eadem liquidẽ radice, scilicet humiditate nimia cerebri virtunque nascitur.

¶ *Super Quæstionis centesimæ secundæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio habens duas partes, Paradisus est locus in Oriente parte corporis tutus. prima pars, scilicet quòd sit locus probatur: quia ea quæ de paradiso traduntur, per modum historiæ narrantur, & cõfirmantur autoritate Augustini. penitus differentiam inter intellectum historicum & spiritualem quo ad hoc & similia. secunda verò pars probatur autoritate Ysidori. & confirmatur ratione: quia nobiliori loco in nobiliori celi plaga est. ergo in Oriente. Patent omnia.

conseruarentur immunes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Anselhoc nõ dicit asserẽdo, sed opinãdo. Quòd patet ex ipso modo loquendi, cùm dicit, Videtur quòd si vixissent, &c.

¶ Ad tertium dicendum q̃ ratio ista non est efficax: quamuis per eã Anselm. motus fuisse videatur, vt ex eius verbis apparet. Non enim sic per peccatũ primi parentis eius posteri necessitatem peccandi incurrunt, vt ad iustitiam redire non possint. Quod est tantũ in damnatis. Vnde nec ita necessitarem non peccandi transmisissẽt ad posteros, quòd omnino peccare non possent. Quo est tantum in beatis.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non est simile de homine & angelo. Nam homo habet liberũ arbitriũ vertibile & ante electionem & post: non autem angelus, sicut suprà dictum est cùm de angelis ageretur.

QVÆSTIO CENTESIMA prima de Cõditione prolis generandæ, quantum ad scientiam. in duos articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de cõditione prolis generandæ quantum ad scientiam.

¶ Et circa hoc quærũtur duo.

¶ Primò, vtrum pueri nascerentur in scientia perfecti. ¶ Secundò, vtrum statim post natiuitatem habuissent perfectum vsum rationis.

ARTICVLVS I.

¶ Virum in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ in statu innocentiæ pueri nati fuissent in sciẽtia perfecti. Qualis enim fuit Adã, tales filios generasset. Sed Adam fuit in scientia perfectus, vt suprà dictum est. Ergo filij nascerentur ab eo in scientia perfecti.

¶ 2 Præterea. Ignorantia ex peccato causatur, vt Beda dicit. Sed ignorãtia est priuatio scientiæ. Ergo ante peccatũ pueri mox nati omnem scientiam habuissent.

¶ 3 Præterea. Pueri mox nati iustitiam habuissent. Sed ad iustitiam requiritur scientia. quæ dirigit in agendis. Ergo scientiam habuissent.

¶ SED CONTRA est, quod anima nostra per naturam est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum: vt dicitur in tertio de Anima. sed eadem animæ naturæ est modo, quæ tunc fuisset. Ergo animæ puerorum in principio sciẽtia caruissent.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est, de his, quæ sunt suprà naturã, soli autoritati creditur. Vnde vbi autoritas deficit, sequi debemus naturæ cõditionẽ. Est autẽ naturale homini vt scientiã per sensus acquirat, sicut suprà dictũ est. Et ideo anima virtute corpori, quia indiget eo ad suam propriam operationem. Quod non esset, si statim a principio scientiam haberet nõ acquisitam per sensitiuas virtutes. Et ideo dicendum est, quod pueri in statu innocentiæ nõ nascerentur perfecti in scientia, sed eam in processu temporis absque difficultate acquisiuissent inueniendo vel addiscendo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ esse perfectũ in sciẽtia, fuit indiuiduale accidens primi parẽtis: inquantũ scilicet ipse instituebat: vt pater & institutor totius humani generis. Et ideo quantũ ad hoc non generabat filios similes sibi, sed solũ quantum ad accidentia naturalia vel gratuita totius naturæ.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ignorantia est priuatio scientiæ, quæ debet haberi pro tempore illo. Quod in pueris mox natis non fuisset. Habuissent enim scientiam quæ eis competebat secundum tempus illud. Vnde ignorantia in eis non fuisset, sed nescientia respectu aliquorum. Quam etiã Dionys. ponit in angelis sanctis in septimo Cœl. hierar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pueri habuissent sufficientem scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ in quibus homines diriguntur, & vniuersalia principia iuris, quam multo plenius tunc habuissent, quàm nunc naturaliter habemus: & similiter aliorum vniuersalium principiorum.

ARTICVLVS II.

¶ Virum pueri mox nati habuissent perfectum vsum rationis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd pueri in statu innocentiæ mox nati habuissent perfectum vsum rationis. Nunc enim pueri perfectum vsum rationis non habent, propter hoc q̃ anima per corpus aggrauatur. Hoc autem tunc non erat: quia, vt dicitur Sapien. 9. corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Ergo ante peccatum & corruptionem à peccato subsecutam, pueri mox nati perfectum vsum rationis habuissent.

¶ Præterea, Quædam alia animalia mox nata habent naturalis industriæ vsum, sicut agnus statim fugit lupum. Multo ergo magis homines in statu innocentiæ mox nati habuissent vsum perfectum rationis.

¶ SED CONTRA est, quòd natura procedit ab imperfecto ad perfectum in omnibus generatis. Ergo puer in non statim à principio habuissent perfectum vsum rationis.

¶ RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex suprà dictis patet, vsus rationis dependet quodammodo ex vsu virium sensitiuarum. Vnde ligato sensu & impeditis inferioribus viribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis non habet: vt patet in dormientibus & phreneticis. Vires autem sensitiuæ sunt virtutes, quædam corporalium organorum. Et ideo impeditis eorum organis, necesse est q̃ eorum actus impediantur: & per consequens rationis vsus. In pueris autem est impedimentum harum virium propter nimiã humiditatem cerebri. Et ideo in eis non est perfectus vsus rationis, sicut nec aliorum membrorum: & ideo pueri in statu innocentiæ non habuissent perfectum vsum rationis, sicut habituri erant in perfecta ætate. Habuissent tamen perfectiorem quam nunc, quantum ad ea quæ ad eos pertinebant, quantum ad statum illum, sicut & de vsu membrorum superius est dictum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aggrauatio accidit ex corruptione corporis in hoc, quòd vsus rationis impeditur quantum ad ea etiam quæ pertinent ad hominem secundum quamcunque ætatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam alia animalia non habent ita perfectum vsum inuestriæ naturalis statim à principio, sicut postea. Quod ex hoc patet, quòd aues docent volare pullos suos, & similia in aliis generibus animaliũ inuenitur. Et tamen in homine est speciale impedimentum propter abundantiam humiditatis cerebri, vt suprà dictum est.

QVÆSTIO CENTESIMA Secunda de Loco homini qui est paradisus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de loco hominis qui est paradisus.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrũ paradisus sit locus corporeus. ¶ Secundò, vtrũ sit conueniens locus habitationis humanæ. ¶ Tertiò, ad quid homo in paradiso positus fuit. ¶ Quarto, vtrum in paradiso debuit fieri.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum paradisus sit locus corporeus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd paradisus non sit locus corporeus. Dicit enim Beda, q̃ in tali paradiso pertingit vsq; ad lunarem circulum. Sed in nullus locus terrenus talis esse potest. tum quia contra naturam terræ esset quòd tantum eleuaretur: tum etiam quia sub globo lunari est regio ignis qui terram consumeret. Non est ergo paradisus locus corporeus.

¶ 2 Præterea, Scriptura commemorat quatuor flumina in paradiso oriri, vt patet Gen. 2. illa autem flumina quæ ibi nominantur, alibi habent manifestas origines, vt patet etiã per Phi losophũ in 1. Meteor. ergo paradisus nõ est locus corporeus.

¶ 3 Præterea, Aliqui diligentissimè inquisierunt oĩa loca terræ vsq; ad habitabilis, qui tamen nullam mentionem faciunt de loco paradisi ergo non videtur esse locus corporeus.

¶ 4 Præterea In paradiso describitur signum vitæ esse. Sed lignum vitæ est aliquid spirituale: dicitur enim Proverb. 3. de Sap. quòd est lignum vitæ his qui apprehendunt eam. ergo & paradisus non est locus corporeus, sed spiritualis.

¶ Præterea, Si paradisus est locus corporalis, oportet quòd & ligna paradisi sunt corporalia. Sed hoc non videtur, cum corporalia ligna sint producta tertio die: de plãtatione autem lignorum paradisi legitur Gene. 2. post opera sex dierum. Ergo paradisus non est locus corporeus.

¶ SED CONTRA est, quòd Auguſt. dicit 8. super Gene. ad lit. Tres sunt de paradiso generales sententiæ. Vna eorũ qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt: alia eorum qui spiritualiter tantùm: tertia eorum qui vtroque modo paradisum accipiunt. Quam mihi fateor placere sententiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augu. dicit 3. de Ciu. Dei, quæ cõmodè dici possunt de intelligẽdo spiritualiter paradiso, nemine prohibente dicãtur: dũ tamẽ & illius historiæ fidelissima veritas rerũ gestarũ narratione cõmendata credatur. Ea enim quæ paradiso in Scriptura dicuntur per modũ narrationis historicæ ꝓponũtur. In omnibus aũt quæ sic Scriptura tradit, est pro fundamẽto tenẽda veritas historiæ: & de super spirituales expositiones fabricãdæ, est ergo paradisus, vt Isi. dicit in li. Etymol. locus in Orientis partibus cõstitutus: cuius vocabulũ à Græco in Latinũ vertitur ortus. Cõueniẽter aũté in parte Oriẽtali dicitur situs: quia credendũ est q̃ in nobilissimo loco totius terræ sit cõstitutus. Cùm autẽ Oriẽs sit dextre cœli vt patet p Philosophũ in 2. Cæl. dextera autẽ est nobilior q̃ sinistra: cõueniẽs fuit vt in Oriẽtali parte paradisus terren⁹ institueret à Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Bædæ verbum non est verũ, si secundũ situ manifestũ intelligatur. Potest tamen exponi q̃ vsq; ad locũ lunaris globi ascendit non secundum situs eminentiã, sed secundũ similitudinẽ: quia est ibi perpetua aëris tẽperies vt Isid. dicit. Et in hoc alsimilatur corporib⁹ cælestibus, quæ sunt absq; cõtrarietate. Magis tamẽ fit mẽtio de lunari globo, q̃ de aliis sphæris: quia lunaris globus est termin⁹ cælestiũ corporũ versus nos: & luna etiã est magis terræ affinis inter oĩa corpora cælestia. Vnde & quasdã tenebras nebulosas habet quasi accedẽs ad opacitatẽ. Quidã aũté dicũt, q̃ paradisus ptingebat vsq; ad lunarẽ globũ, id est vsq; ad mediũ aëris interstitiũ in quo generãtur pluuiæ & venti & huiusmodi: quia dominum super huiusmodi euaporationes maximè attribuitur lunæ. Sed secũm hoc locus ille nõ esset conueniens habitationis humanæ: tũ quia ibi est maxima intemperies: tum quia nõ est tẽperatus cõplexioni humanæ: sicut aër inferior magis terræ vicinus.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, q̃, sicut Aug. dicit 8. super Gen. ad lit. credẽdũ est q̃ locus paradisi à cognitione hominũ est remotissimus: flumina aũté quorũ fõtes noti esse dicũtur⁹ alicubi esse sub terras, & post tractus prolixarũ regionũ locis aliis erupisse. Nã hoc solere nõnullas aquas facere quis ignorat?

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ locus ille secluſus est à nostra habitatione aliquibus impedimentis: vel montiũ, vel marĩ, vel alicuius æstuosæ regionis, quæ pertrãsiri nõ possunt. Et ideo scriptores locorum de hoc loco mentionem non fecerunt.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ lignũ vitæ est quẽdã materialis arbor sic dicta, quia eius fructus habebat virtutẽ cõseruandi vitã, vt suprà dictũ est. Et tamẽ aliquid significabat spiritualiter, sicut & petra in deserto fuit aliquod materiale, & tamẽ significauit Christũ. Similiter etiã lignũ sciẽtiæ boni & mali materialis arbor fuit, sic nominata, ꝓpter euentũ futurũ: quia post eã⁹ esum homo p experimẽtũ pœnæ didicit quid interesset inter obediẽtiæ bonũ & inobediẽtiæ malũ: & tamẽ spiritualiter potuit significare liberũ arbitriũ, vt quidã dicunt.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ secundũ Aug. tertio die productæ sunt plantæ, nõ in actu, sed secundũ quasdam rationes seminales. Sed post opera sex dierum productæ sunt plantæ tam paradisi quam aliæ in actu Secundũ alios verò sanctos oportet dicere quòd omnes plantæ productæ sunt in actu tertio die, & etiam ligna paradisi. Sed quod dicitur de plantatione, ignorum paradisi post opera sex dierum, intelligitur per recapitulationem esse dictũ. Vnde litera nostra habet, Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.

ARTICVLVS II.

¶ Virum paradisus fuerit locus conueniens habitationi humanæ.

DSECVNDVM sic proceditur, Videtur q̃ paradisus non fuerit locus conueniens habitationi humanæ. Homo enim & angelus similiter ad beatitudinẽ ordinantur. Sed angelus statim à principio factus est habitator loci beatorum, scilicet cœli empyrei. Ergo etiam ibi debuit institui habitatio hominis.

¶ 2 Præterea, Si locus aliquis debetur homini, aut debetur ei ratione animæ aut ratione corporis. Si ratione animæ, debetur ei pro loco cœlũ: qui videtur esse locus naturalis aĩæ, cùm omnib⁹ insitus sit appetitus cæli. Ratione autem corporis nõ deberur ei alius locus, quàm aliis animalibus. ergo paradisus nullo modo fuit locus conueniens habitationi humanæ.

¶ 3 Præterea, Fruſtra est locus in quo nullũ locatũ cõtinetur. Sed post peccatũ paradisus nõ est locus habitatiõis humanę: ergo si est locus habitationi humanæ cõgru⁹, in vanũ videt⁹ à Deo institut⁹ fuisse.

¶ 4 Præterea, Homini, cũ sit tẽperatę cõplexionis, cõgru⁹ est locus tẽperatus. Sed loc⁹ paradisi nõ est locus tẽperat⁹. Dicit enim esse sub æquinoctiali circulo. Qui locus videt esse calidissimus: cùm bis in anno sol trãseat super summitate capitũ eorũ, qui ibi habitãt. Ergo paradisus non est locus cõgruus habitationi humanæ.

SED CONTRA est quod Damaſ. dicit de paradiso, quòd est diuina regio, & digna eius, qui secundum imaginem Dei erat, conseruatio.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut suprà dictũ est, homo fic erat incorruptibilis & immortalis, nõ quia corpus eius dispositionẽ incorruptibilitatis haberet sed quia inerat animæ vis quædã ad præseruandũ corpus à corruptione. Corrũpi aũté potest corpus humanũ & ab interiori & ab exteriori. Ab interiori quidẽ corrumpitur per consumptionẽ humidi & per senectutẽ, vt suprà dictũ est. Cui corruptioni occurrere poterat primus homo p esum ciborũ. Inter ea verò, quæ exterius corrumpunt, præcipuũ videtur esse distemperatus aër. Vnde huic corruptioni maximè occurritur per tẽperiem aëris: in paradiso aũté vtrumq; inuenitur. Quia (vt Damaſ. dicit) est locus tẽperato & tenuissimo & purissimo aëre circunfulgẽs plantis semper floridis comatus. Vnde manifestum est quod paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secundum primæ immortalitatis statum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ cœlũ empyreũ est supremũ corporaliũ locorum: & est extra omnẽ mutabilitatẽ. Et quantũ ad primũ horũ est locus cõgruus naturæ angelicæ: quia sicut Aug. dicit in 3. de Trin. Deus regit creaturam corporalẽ per spiritualẽ. Vnde conueniens est q̃ spiritualis natura sit suprà omnẽ corporalẽ cõstituta, sicut & præfidẽs. Quãtũ aũté ad secundũ conuenit statui beatitudinis, q̃ est firmatus in summa stabilitate. Sic igit loc⁹ beatitudinis cõgruit angelo secundũ natura sua. Vnde ibi creatus est. Nõ aũté cõgruit homini secundũ sua natura, cùm nõ præsideat toti corporali creaturæ p modũ gubernatiõis, sed cõpetit ei solũ ratione beatitudinis. Vnde nõ est posit⁹ à principio in cælo empyreo. Sed illuc trãs ferẽdus erat in statu finalis beatitudinis.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ ridiculũ est dicere, q̃ animæ aut alicui spirituali substãtiæ sit aliquis locus naturalis. Sed per cõgruentiã quandã aliquis specialis locus creaturæ corporali attribuitur. Paradisus enim terrestris erat locus cõgruẽs homini, & quantũ ad animã & quantũ ad corpus, inquantũ scilicet in anima erat vis præseruandi corpus humanũ à corruptione. Quod nõ cõpetit aliis animalib⁹. Et ideo, vt Damaſ. dicit, in paradiso nullũ irrationalium habitat. Licet ex quadam dispensatione animalia fuerint illuc diuinitus adducta ad Adã: & serpens illuc accesserit per operationem diaboli.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ nõ propter hoc locus est fruſtra, quia nõ est ibi homini habitatio post peccatum: sicut etiã nõ fruſtra fuit homini attributa immortalitas quædã, quã cõseruaturus nõ erat. Per huiusmodi enim ostẽditur benignitas Dei ad hominem: & quid homo peccando amiserit: quamuis, vt dicitur, nunc Enoch & Elias in illo paradiso habitent.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ illi qui dicũt paradisum esse sub circulo æquinoctiali, opinãtur sub circulo illo esse locũ tẽperatissimũ propter æqualitatẽ diẽrũ & nocti ũ omni tẽpore. Et quia sol nunqua multũ ab eis elogatur, vt fit apud eos superabundantia frigoris: nec iterũ est apud eos (vt dicũt) superabundantia caloris: quia eth sol pertraleat super eorũ capita nõ ta-

¶ In resp̃onsione ad primum, nota autoritatem Aug. & rationem contra id quod communiter dici videtur, scilicet q̃ paradisus sit suprà locũ pluuiarum dispositio fiquidem illius aëris intemperata est valde humanæ complexioni quonam abundat calido & subtilitate. Vnde ad montium cacumina elevata supra pluuias, in quibus cineres inueniri dicuntur in primo Meteororum spongijs olei aërem ingrossantibus vti dicunt accedentes.

¶ *Super Quæstionis centesimæ secundæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio, Paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secundum primum primæ immortalitatis statũ. Probatur: Homo habebat corpus corruptibile qui dem ex se, sed præseruandum à virtute animę à corruptione: ergo habebat corpus corruptibile ab intrinseco & extrinseco. ergo egebat remedio alimentorum & aëris temperati. ergo conuenientissimè habitabat in paradiso. Antecedens supponitur. Prima consequentia & est per se nota, & probatur: quia poterat corrumpi per consumptionem humidi & debilitationem virtutis, & ab aëre reliquisque extrã. Secunda verò patet: quia istæ sunt propria remedia contra illos defectus, cit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltima autem probatur: quia in paradiso concurrebat vtrumque remedium, vt patet ex auctoritate Damasceni.

¶ *Super Quæstionis centesimæsecundæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duplex expositio illorum verborum. Omnia clara sunt.

¶ *Super Quæstionis centesimæsecundæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio: Homo est factus extra paradisum, & deinde positus est in eo trãsferendus post vitam animalem in cœlũ, Hæc conclusio probatur quo ad primas partes simul. vltima autẽ relinquitur pro constanti. Probatur autẽ sic, Paradisus est locus cõueniens hominiratione immortalitatis illi*. ergo est cõueniens gratuitus, ergo attributus diuinæ gratiæ. ergo nõ in eo factus est homo, sed deinde in eo positus. Antecedens supponitur ex secũdo art. consequentia probatur: quia immortalitas illa non ex natura, sed dono gratiæ erat. Secunda verò est per se nota: quia vnumquodq; propriè causæ attribuendũ est. Vltima autẽ probatur ex oppositõ, quia si factus in eo fuisset homo, videretur locus eius ex natura: cùm vnumquodque naturaliter in naturali suo loco fiat de ductis impedimẽtis: quæ in prima rerum factione non habent locum, non ergo in eo factus, sed per gratiæ donum, deinde est in eo positus, vt pote in cõuenientissimo loco naturæ gratificatæ. Meritò autem vltima pars relinquitur pro cõstanti, quia habitatio habitanti respõdere debet. Paradisus autem & cœlum in hoc manifestè differũt, quòd ille ad vitam animalem deseruit, illud vitæ omni no spirituali, vt pote immutabili, cõgruit. Et propterea dum homo vita degebat animali habitator erat paradisi. Cùm in vitã transferebatur spiritualem, cœlum inhabitare conuenientissimum erat: vt status post resurrectionem ostendit.

¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo: Primò refertur opinio falsa. Secundò improbatur, & simul respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo referuntur: opinio & eius ratio. Opinio est tenens partem negatiuam scilicet, quod mundus non gubernatur ab aliquo ratio est: quia omnia sunt fortuita.

¶ Quo ad secundum dupliciter ostenditur opinio impossibilitis. Filio ex modo operãdi na

men diu moratur ibi in hac dispositione. Arist tamẽ in lib. Meteor*. expressè dicit, q̃ regio illa est inhabitabilis propter æstũ. Quod videtur probabilius: quia terræ per quas nunquam sol pertransiit indirectum capitis, sunt intemperatæ in calore propter solam vicinitatem solis. Quicquid autem de hoc sit, credendum est paradisum in loco temperatissimo constitutum esse vel sub æquinoctiali vel alibi.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum homo sit positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quo homo non sit positus in paradiso vt operaretur, & custodiret, illum: quod enim introductum est in pœnam peccati, non fuisset in paradiso in statu innocentiæ sed agricultura introducta in pœnam peccati, vt dicitur Genes. tertio. ergo homo non fuit positus in paradiso, vt operaretur ibi.

¶ Præterea, Custodia nõ est necessaria vbi nõ timetur violẽtus inuasor: sed in paradiso nullus timebatur violẽtus inuasor: ergo non erat necessariũ vt paradisũ custodiret.

¶ 3 Præterea, Sihomo posit* est in paradiso vt operaretur & custodiret ipsum: videtur sequi q̃ homo factus sit propter paradisum, & non econuerso. Quòd videtur esse falsum. Ergo homo non est positus in paradiso vt operaretur, & custodiret illum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 2. Tulit Dominus Deus hominem, & posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum.

¶ Circa descriptiones quoquo cōmodè dubiū occurrit, quid intelligatur per formam per se causari, aut respici à causa. Cum enim sermones doctrinales sint formales oporteat accipi per se vt est modus causandi actiuè, vel passiue, vt sic autem inuenitur manifestè falsum quod dicitur: quoniā forma tunc per se respicitur ab agente: quando non per accidens respicitur. vt patet & in 1. Poste. cap. de per se. & 5. Met. vt ibi tua per se respicitur à statuifico: per accidens autem à Polycleto & similiter domus ab ædificatore, & sanitas à medico, &c. Constat autem quod multorum formæ, per se & non per accidens fiunt ab agentibus, à quibus nō dependent in esse: vt patet in exēplis datis. igitur ista ratio seu descriptio effectus in esse nulla est.

* lib. 16. Moral. ca. 18.

¶ Circa rationē assignatam in diuersa propositione inter causas vniuocas & æquiuocas dubium occurrit: vnde aut quantum valet hæc conclusio. Si Socrates esse causa per se formæ in Platone, esset causa simpliciter: quia est eiusdem rationis in vtroque. Hæc enim fundatur super illa propositione, Causa per se alicuius formæ causat illam in quocunque inuenitur. Sed hanc esse falsissimam, & ratione & inductione manifestatur. Inductione quidem: quia sic corpora cœlestia non causarent per se corpora inferiora nec substantiæ superiores substantias inferiores, nec Deus entia: illa enim sunt corpora, hæc sunt substātiæ, & hic est ens: & sic causarent seipsa: si in quocunque illud inuenitur, oportet causare. Ratione aūt, quia illa propositio destruit illam maximam, Omne agēs agit per se sibi simile secundum formam, quæ est ratio agēdi. Si enim per se agit sibi simile, ergo esse per se actiuum supponit in agente fundamentū assimilationis: & si ex alia parte, esse per se actiuum exigit actuitatem in omne in quocunq; inuenitur tale fundamentum: igitur non supponit: & sic hic duo principia cōtradicunt quare, &c.

¶ Ad primum dubium dicitur q; in æquiuoco laborat ratio. quoniam cùm dicitur, q; omne agens agit sibi simile secundum rationem formæ intelligitur indistincte sine in fieri, sine in fieri & esse simul. Cùm verò dicitur q; aliculus effectus esse non videtur nō indistincte est sermo: sed de esse, vt distinguitur contra fieri. Vnde non repugnat adinuicem non enim hic negatur effectum directè fieri, & intendit similē agentis sed quo ad esse non semper directè intendi & fieri.

¶ Ad secundum dubiū dicitur, q; per se entiam, vt modus causandi cùm sumatur dupliciter, scilicet vt distinguitur contra per accidens, & cōtra per aliud in proposito sumitur, vt distinguitur contra per aliud. Ita quod formo est de forma alicuius quā nō materialiter, sed formaliter: & de dependentia causæ actiuæ, quæ cōuenit ei per se primo. Quòd enim naturæ alicuius formæ cōuenit per se primo dependentia ab agente, patet de proprio, respectu proprij subiecti: hominī siquidē cōuenit risibilitas ab agente, patet de proprio, respectu proprij subiecti: hominī siquidē cōuenit per se primò q; ab eo fluat risibilitas; & ecōuerso risibilitas exigit ex intrinseco per se primò q; ab eo fluat risibilitas; & ecōuerso risibilitas exigit ex intrinseco q̄ fit ab homine. Intentio igitur literæ est q; forma, quæ per se primò exigit dependentiam à tali agente, est ab eo secundum esse & hæc quæ autē non hoc exigit, est ab eo secundū fieri tantùm. Et manifestatur hoc sic, Dependentia causæ actiuæ per se primò conueniens formæ non cōuenit ei ratione sui fieri per cuius actiuū fieri vt distinguitur cōtra esse, nec est inuinfecē rationi formæ, nec necessario comitatur ipsam: alioquin cessante fieri, nō maneret forma, dependētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

auté illa cõnaenit formæ per se primò. igitur conuenit secundũ esse. Omnis ergo forma per se primo dependeas ab aliquo, est effectus illius in esse. & econuerso, vt in litera dicitur. Cum enim idẽ sit iudicium de forma & esse: intelligi oportet q; aliquis effectus secundum esse ab aliquo dependeat actiuè, & directè, & tamẽ non secundũ formã per se primò. Si enim formæ eius nõ per se primò conueniebat dependẽtia ad talẽ causam, sed per aliud dependet à tali agẽte: per separationẽ illius aliàs poterit nõ dependere ab ipso: & sic simul effectus erit dependẽs secundũ esse: & non dependens secundũ formã ab eodẽ agente quod implicat dupliciter contrarioria. Ad obiectiones verò in oppositũ iã patere potest responsio: quia huiusmodi propositiones loquunt de distinctis de causa q̃ se & effectu p se, nõ distinguẽdo secundũ esse directè vel secundum fieri tantum. Potest quoq; iuxta nũc dicta dari facilis responsio, q; licet in instantibus adductis & similibus sit causa & effectꝰ per se, vt distinguitur cõtra p aliud quia sunt effectus per se fieri, quod est aliud ab esse.

¶ Ad tertiũ dubium dicitur, q; verum est consequentia illã fundari ẽ per illo principio, scil. causa per se alicuius causat illud in quocunq; inuenitur. Sed vt iam dictũ est, intelligitur de causa per se primo alicuius: ita q; perfectius seu primitas se teneat ex parte virtutis que, scilicet tam causæ quàm effectus. proportionaliter tamen sic, q; B conueniat per se primò dependere ab A, & A, conueniat per se primò esse actiuum B. Principium autem hoc non eget probatione: sed est per se notum. Quoniam si B, conueniret per se primò dependere ab A, in quocunque inueniatur, est cum tali dependẽtia impossibile est ẽnim separare aliqd ab eo quod conuenit sibi per se. Et si militer ũ A cõuenit per se primò quòd sit actiuũ B, in quocunque reperitur, est actiuum ipsius B, & sic A & B, sunt eiusdem rationis idẽ est per se primò. actiuum sui ipsius quod est impossibile in litera dictum. Instantiæ autem ad oppositũ adductæ ex litera soluuntur: in qua expressè dicitur quòd hæc dicuntur de effectu eiusdem rationis vt à quod sensus illius principii, Causa per se alicuius causat illud in quocunque reperitur, est causa per se alicuius, causat illud in quocunque reperitur secundũ eandem rationem. Nec oportet quòd causet illud in quocunque & quilibet seu analogicè inueniatur. Et in promptu huius sanè glosſæ causa est: quia quando aliquid conuenit aliqui per id non oportet propterea quòd conueniat suo æquiuoco aut analogo. sed satis est, & exigitur quòd conueniat sibi in quocunque secundum suam rationem inuenitur. Vnde si corpora cœlestia causant proprietatem inferiorum, per se, & substantiæ immateriales substantialitatem, &c. patet responsio: quia non est eiusdem rationis substantia, aut corporeitas in causatis, & in huiusmodi causis. De Deo autem constat quòd est causa per se primò entis in quantum entis: & non sequitur, ergo causat ens in seipso sed, ergo causat ens in quocunque inuenitur secundum eandem rationem qua inuenitur in causatis: modo salium est quòd in Deo inueniatur secundum eandem rationem cum ipse sit ens per essentiam: cæteris non, sed reliqua sunt quodammodo eiusdem rationis inquantum entia: quia sunt entia per participationem. Et hic bene nota, quoniam Metaphysica hæc multos latuit illustres viros. Et ex his patet responsio ad rationem in oppositum: quoniam esse per se actiuum supponit fundamentum assimilationis: non tamen semper secundum eandem rationem, quam effectus habebit: sed quandoque secundum aliorem, quam effectus imitabitur. Et similiter ex alia parte esse per se actiuum exigit activitatem in quodcunque in quo fundamentum similitudinis inuenitur non qualitercunque, sed secundum eandem rationem qua inuenitur in effectu. Et dicitco per se primò actiuum non repugnat omni causæ: sed vniuocæ, vt sic: vt in litera dicitur. Vnde illa duo principia sanè intellecta, vt decet, non contradicunt, sed consonant.

cùm homo generat hominẽ, & ignis ignẽ. Et ideo quãdocunq; naturalis effectus est natus imprẽsionẽ agẽtis recipere secundũ eandẽ rationẽ, secundũ quã est in agente, tunc fieri dependet ab agẽte, nõ autẽ esse ipsius. Sed aliquando effectus nõ est natus recipere impressionẽ agẽtis, secundũ eandem rationẽ, secundũ quã est in agente, sicut patet in oĩbus agentibus, quæ nõ agũt simile secũdũ speciẽ, sicut cœlestia corpora sunt causa generatiõis inferiorũ corporũ dissimiliũ secundũ speciẽ. Et tale agens põt esse causa formæ secundũ rationẽ talis formæ & nõ solùm secundũ q; acquiritur in hac materia: & ideo est causa nõ solum fiendi. sed essendi. Sicut igitur fieri rei non põt remanere cessante actione agentis qd est causa effectꝰ secũdũ fieri. ita nec esse rei potest remanere cessante actione agentis, quod est causa effectus nõ solũ secũdũ fieri sed ẽt secundũ esse. Et hęc est ratio quare aqua calefacta retinet calorẽ, cessãte actione ignis: nõ autẽ remanet aẽr illuminatus nec ad momentũ, cessãte actione solis: q; scilicet materia aquæ susceptiua est caloris ignis secundũ eandẽ rationẽ, qua est in igne. Vnde si perfectè perducatur ad formã ignis, retinebit calorẽ semper. Si aũt imperfectè participet aliquid de forma ignis secũdũ quãdã inchoatiõnẽ, calor nõ semper remanebit, sed ad tẽpus, ꝓpter debile participationẽ principij caloris. Aẽr autẽ nullo modo natus est recipere lumẽ secundũ eandẽ rationẽ, secũdũ quã est in sole: vt scilicet recipiat formã solis, quæ est principiũ luminis. Et ideo q; nõ habet radicẽ in aẽre, statim cessat lumẽ, cessante actione solis. Sic autẽ se habet ois creatura ad Deũ, sicut aẽr ad solẽ illuminantẽ. Sicut enim solẽ lucens per suã naturã: aẽr aũt fit luminosus, participãdo lumen à sole, nõ tamen participando naturã solis: ita solus Deus est ens per essentiã suã: q; eius esſẽtia est suũ esse, ois aũt creatura ẽstens participatiuè: nõ ꝙ sua essentia sit eius esse. Et io Aug. dicit 4 sup Gẽ. ad lit. Virtus Dei ab eis, quæ creata sunt regendis si cessaret aliqñ, simul & illorũ cessaret spẽs omnis; natura consideret. Et 3 de Trin. & 8 eiusdẽ lib. dicit, q; sicut aẽr præsente lumine fit lucidus, sic homo Deo sibi præsente illuminatur, absente aũt cõtinuo tenebratur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; esse per se cõsequitur formã creaturę, supposito tamen influxu Dei: sicut lumen sequitur diaphanũ aẽris suppositio influxu solis. Vnde potentia ad nõ esse in spiritualibus creaturis & corporibus cœlestibus, magis est in Deo, qui potest subtrahere suum influxum, quàm in forma, vel in materia talium creaturarum.

¶Ad secundũ dicendũ, q; Deus non potest cõmunicare alicui creaturę, vt cõseruetur in esse suo actione cessante, sicut nõ potest ei cõicare q; non sit causa illius. In tantum enim indiget creatura cõseruari à Deo: inquantũ esse effectus dependet à causa essendi. Vnde non est simile de agente, quod non est causa essendi, sed fieri tantum.

¶Ad tertiũ dicendum, q; ratio illa procedit de conseruatione, quæ est per remotionem corruptentis, qua nõ indigent omnes creaturæ: vt dictum est.

¶Ad quartum dicendũ, q; conseruatio rerum à Deo non est per aliquam nouam actionem, sed per cõtinuationem actionis qua dat esse. Quæ quidẽ actio est sine motu & tempore: sicut etiã conseruatio lumẽ nis in aẽre est ꝓ continuatũ influxũ à sole.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum Deus immediatè omnem creaturam conseruet.

DSECVNDVM sic procedi tur. Videtur q; Deus immediatè omnẽ creaturã conseruet. Badè enim actione Deus est conseruator rerum, qua & creator, vt dictum est. Sed Deus immediatè est creator omnium. Ergo immediatè est etiam conseruator.

¶2 Præterea, Vnaquæq; res magis est proxima sibi, quàm rei alteri. Sed non potest cõmunicare alicui creaturæ q; conseruet seipsam. Ergo multo minus potest ei communicari, q; conseruet aliam. Ergo Deus omnia conseruat absque aliqua alia causa conseruante.

¶3 Præterea, Effectus cõseruatur in esse ab eo quod est esse eius, nõ solum secundum fieri sed etiam secundum esse. Sed omnes causæ creatę, vt videtur, nõ sunt causæ suorum effectuum, nisi secundum fieri. Non sunt enim causæ nisi mouẽdo: vt supra habitum est. Ergo non sunt causæ cõseruan res suos effectus in esse.

¶SED CONTRA est quod per idẽ cõseruatur res, ꝑ qd habet esse. Sed Deus

¶ Circa explanationem prædictæ differentiæ inter causam vniuocã & æquiuocam dubium est de illa redditione causę: quare aqua recipiens calorem, & aẽr non conseruat lumen. Videtur enim quòd causa assignata falsa sit: quoniã cum aqua calefacta à sole, conseruat etiam calorem remota à sole: & tamen non est susceptiua formæ calotis secundum eandem rationem, qua est in sole: vt pater. Vnde

a. 2. ad 3.

ſi nõ esset bonitas, aqua calefacta à sole nõ conseruaret calorem, sicut aẽr nõ seruat lumen. Potest quoq; argui ex parte luminis: quoniã cum illuminatur aẽr aliquando, est susceptiuus formæ illuminantis secundum eandẽ rationẽ: quia cõmunicatur in materia: & tamẽ non retinetur, sed dependet in fieri, & cõseruatã à lucerna: ergo, &c.

¶Ad vltimũ obiectionem eadem responsione dicitur, quòd cum intellectum de rebus non nisi ex propriis fieri debeat, id rebus simpliciter & optimè attribuitur, q̃d conuenit eis ex propriis causis: quod autem in eo ordine ad causas communes inuenitur, aut reseratur ab eis, aut præpruim iudicium nõ impedit. Vnde lucem color, & lumen in hoc differant manifestè quòd color secundum esse quod habet in ꝓpria causa quam constituit esse ignem sic secundũ eandem rationẽ participabilis & his inferioribus per calefactionem: & lumen secundũ esse quod habet in propria causa quam constat esse quasi tantum, sine in omni parte illustrata, non sit participabile per illuminationẽ. Ad propria respiciens Diuus Thom. optimam rationem tetigit, quare calor remaneat & lumen non quia scilicet ille secundũ esse quod in ꝓpria habet est participabilis secundum eandem rationem, ad obiectiones dicitur, quòd ideo calor à sole factus remaneat quia calor est talis forma quæ susceipit secundum esse quod habet in propria causa, non in causa communi, quæ est sol. Et similiter lumen à lucerna non remanet: quia lumen est talis forma quæ non est nata haberi secundum eandem rationem quæ est in propria causa, non in lucerna. Quamuis etiam aẽr nec eius materia possit per illuminationem peruenire ad habendum lumen secundum eandem rationem qua est in lucerna, sed per aliquam aliam actionem. Et quod hæc vera sunt, ex eo patet quod tam ab igne, quàm à sole vterque prouenit effectus, scilicet calor & lumen. Sed quoniam respectu caloris sol est causa communis, respectu luminis propria: ignis quoque respectu caloris est causa propria, respectu luminis causa est non vt ignis: sed vt cum cœlesti natura communicat, vt dictum in secũdo de Anima. ideo propria causa caloris, vt sic, & vt calefaciens, participabilis est secundum eandem rationem in aliis: & ideo calor in aliis conseruatur vt pote non dependens in esse: quia eius propria causa est vniuoca aliis. Propria verò causa luminis, vt sic, vt illuminans, non est participabilis ab aliis secundum eandem rationem: & ideo lumen non retinetur, vt pote dependens in esse, & fieri non purgante huic propria causa: quoniam non est vniuoca aliis: & sic patet intentio & subtilitas litęræ.

¶ Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio respõsiua, Deus cõseruat res quaslibet in esse, mediantibus aliquibus causis. Hæc conclusio primò declaratur quantum ad ly conseruat: deinde probatur. Declaratur quidem repetendo distinctionem de cõseruatione & suppliciter, indirectè & directè: & dicendo quòd hoc vtroque modo verificatur. Probatur autem quo ad cõseruationẽ indirectè, ex manifesto effectu: quoniam videmus corpora animalium quarũ multas videmus prohibere corruptionẽ alicuius causæ, quo ad hoc ꝙ est dare illi esse: sed non quod dicit esse, scilicet supplere vicem

causæ essentialiter ordinatę respectu alicuius effectus secũdũ esse: ergo idẽ effectus dependet in esse primò quidẽ à Deo, secũdario ab aliis: & tãdiu magis, quãtò cãl est ꝓximios primæ. Antecedens est per se notũ. Prima quoque consequentia est manifesta ex vi præcedentis articuli, in quo decisum est, ꝙ omnis creatura dependet à Deo secundũ suum esse. Secunda similiter ex esſe suidẽs, etiam quo ad ordinẽ dependentię ad iectum. Qui tamen ordo specialiter confirmatur, & autoritate Aristo. attribuentis primo motui cõseruationem perseverantiæ motus, motui verò secũdo, alternationis, & autoritate Astrologo tũ dantiũ Saturno, qui est supremꝰ, res fixas: ex hoc enim liquet, quòd causa quanto superior, tanto magis causat ac conseruat effectum.

a. 3. ad 3.

¶In responsione ad primum aduerte, quòd cum conclusio sit particularis, scilicet ꝙ quædã res conseruãtur à Deo mediate: & augmẽtum in oppositum non cõcludit vniuersaliter, sed de rebus creatis, vt sic: non autẽ de aliis alio modo iudicis: facile potuiſſet responderi quòd omnes creaturas quo ad cõditiones creatas immediate conseruat Deus, quo ad cõditiones verò aliter. productas mediatè Sed quoniam in prima rerum institutione omnis fuerit creata, etiam alia, quorum cõseruatio pendet ex causis secundis, vt patet de primis individuis leonum & bouũ, &c. Idcirco argumentũ applicatũ ad primam institutã difficilius est, vt pater: & ad intentum respicit responsio.

In cor.

a. praec.

¶Ad cuius euidentiam scito, ꝙ res sunt in duplici ordine: quædam sunt quibus creari conuenit per se: quædam verò, quibus conuenit per accidens. Per se autem conuenire dico, non ꝙ exigant quòd creentur: sed quia exigũt, quòd si fiũt, ceteris factis sit creatio. Per accidẽs verò quę possunt fieri per creatio nem, & per aliam viam, ea quæ per se creãtur, à solo Deo conseruantur: in his est necessitatio verum, ꝙ eadem actio est cõseruatiõis & creationis. Talia sunt autem substantiæ immateriales, & vniuersaliter in generabilia, & incorruptibilia. Ea verò quę per accidens creantur, nõ oportet solo Deo conseruari: & in his conseruatio est creatio. Imaginãdum est enim quòd Deꝰ creando bouem, suppliet vicem omnium mediarum causarũ, quo ad hoc ꝙ est dare illi esse: sed non quod dicit esse, scilicet supplere vicem

a. praec.

a. 1. ad 3.

a. praec.

a. praec.

a. praec.

a. praec.

dat esse rebus mediantibus aliquibus causis mediis. Ergo etiam res in esse conseruat mediantibus aliquibus causis.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, dupliciter aliquid rem aliquã in esse conseruat. Vno modo indirectè, & per accidens, per hoc quod remouet, vel impedit actionem corrũpẽtis. Alio modo directè & perse: q; ab eo dependet esse alterius, sicut à causa dependet effectus. Vtro quę autẽ modo aliqua res creata inuenitur esse alterius cõseruatiua. Manifestũ est enim ꝙ etiã in rebus corporalibus multa sunt, quæ impediũt actiones corrumpentium: & per hoc dicuntur rerũ cõseruatiua. Sicut sal impedit carnes à putrefactione, & similè est in multis aliis. Inuenitur ẽt quod ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundũ suũ esse. Cùm enim sint multæ causæ ordinatæ, necesse est ꝙ effectus dependeat primò quidẽ & principaliter à causa prima, secundariò verò ab omnibus causis mediis. Et ideo principaliter quidẽ prima causa est effectus cõseruatiua, secundariò, verò omnes mediæ causę: & tãto magis, quãto causa fuerit altior, & primæ causæ ꝓximior. Vnde superioribus causis etiã incorporalibus rebus attribuitur cõseruatio & permanẽtia rerum: sicut Philosophus dicit in 12. Metap.* quòd primus motus, scilicet diuinus, est causa cõtinuitatis generationis. Secundus autẽ motus qui est per zodiacũ, est causa diuersitatis, quæ est secundũ generationem & corruptionẽ. Et similiter Astrologi attribuũt Saturno, qui est supremus planetarum, res fixas & permanentes. Sic igitur dicendum est, quòd Deus conseruat res quasdam in esse mediantibus aliquibus causis.

a. praec.

1. Metaph. text. 28

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus immediatè omnia creauit: sed in ipsa rerũ creatione ordinẽ in rebus instituit, vt quædam ab aliis dependerent: per quas secundariò conseruaretur in esse, præsupposita tamen principali conseruatione, quæ est ab ipso.

¶Ad secundum dicẽdum, ꝙ cùm propria causa sit conseruatiua effectus ab ea dependentis, sicut nulli effectui præstari potest ꝙ sit causa suiipsius, potest tamen ei præstari quòd sit causa alterius, ita etiam nulli effectui præstari potest ꝙ sit suiipsius cõseruatiuus: potest tamen ei præstari ꝙ sit conseruatiuus alterius.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ nulla creatura potest esse causa alterius quantum ad hoc ꝙ acquirat nouam formam, vel dispositionem, nisi per modum alicuius mutationis quia semper agit præsuppositio aliquo subiecto*. Sed postquam formam, vel dispositionẽ induxit in effectu, absque alia immutatione effectus huiusmodi formã vel dispositionẽ conseruat. Sicut in aẽre prout illuminatur de nouo, intelligitur quędam mutatio: sed conseruatio luminis est absque aẽris immutatione ex sola præsentia illuminantis.

a. praec.

1. Phys. text. 30

ARTICVLVS III.

¶Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.

DTERTIVM sic proceditur Videtur ꝙ Deus non possit aliquid in nihilum redigere. Dicit enim Aug. in lib. 83. qõ.* ꝙ Deus non est causa tendẽdi in non esse. Hoc autẽ contingeret, si aliquam creaturã redigeret in nihilum. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

qu. 23.

¶2 Præterea, Deus est causa rerũ, vt sint ꝓ suã bonitatem, quia vt Aug. dicit in lib. de Doc. Christ.* inquantũ Deus bonus est, sumus. Sed Deus non põt nõ esse bonus. Ergo nõ põt facere, vt res nõ sint. Quod facere, si eas in nihilum redigeret.

2. cap. 15.

¶3 Præterea, Si Deus in nihilũ aliqua redigeret, oportet & ꝙ hoc fieret per aliquã actionem. Sed hoc nõ potest esse: quia omnis actio terminatur ad aliquod ens. Vnde actio corrumpentis terminatur ad aliquid generatum: quia generatio vniusest corruptio alterius. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ier. 10. Corripe me domine, verũtamẽ in iudicio, & nõ in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ quidam posuerunt, ꝙ Deus res in esse produxit agendo de necessitate naturæ. Quod si esset verũ, Deus non posset rem aliquã in nihilũ redigere: sicut non potest à sua natura mutari. Sed sicut supra est habitum*, hæc positio est falsa, & à fide catholica penitus aliena, quæ confitetur Deũ res liberà voluntate produxisse in esse, secundũ illud Psal. Omnia quęcunque voluit Dominus, fecit. Hoc igitur ꝙ Deus creaturæ esse communicat, ex Dei voluntate dependet nec aliter in esse conseruat, nisi inquantũ eis cõtinuè influit esse, vt dictũ est*. Sicut ergo antequàm res essent, potuit eis non communicare esse, & sic eas non facere, ita postquam iam factæ, sunt potest eis nõ influere esse. Et sic esse definerent. Quod est eas in nihilum redigere.

qu. 19. arti. 4.

a. praec.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non esse non habet causam p se: quia nihil potest esse causa nisi inquantũ est ens. Ens autẽ per se loquendo est causa essendi. Sic igitur Deus non potest esse causa tendẽdi in non esse. Sed hoc habet creatura ex ipsa, inquãtmm est de nihilo. Sed per accidens Deus potest esse causa ꝙ res in nihilum redigantur, subtrahẽdo scilicet suam actionem à rebus.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ bonitas Dei est causa rerũ, non quasi ex necessitate naturæ* (quia diuina bonitas non dependet ex rebus creatis) sed per liberam voluntatẽ. Vnde sicut potuit fine præiudicio bonitatis suæ res non producere in esse ita absq; detrimẽto suæ bonitatis potest res in esse non conseruare.

a. praec.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ si Deus rem aliquam redigeret et in nihilum, hoc non esset per aliquã actionem, sed per hoc quòd ab agendo cessaret.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

ADQVARTVM sic procedi tur. Videtur ꝙ aliquid in nihilũ redigatur. Finis enim rei põdet principio. Sed à principio nihil erat nisi Deus. ergo ad hunc fine res perducentur, vt nihil sit nisi Deus. Et ita creaturæ in nihilum redigentur.

¶2 Præterea, Omnis creatura habet potẽtiam finitam. Sed nulla potẽtia finita se extendit ad infinitũ. Vnde in 8. Phy.* probatur, ꝙ potentia finita non potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura põt durare in infinitum. Et ita quandoq; in nihilum redigetur.

text. 28

¶3 Præterea, Formæ & accidẽtia non habent materiam partẽ sui, sed quandoque desinunt esse. Ergo in nihilum redigũtur.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 1. Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ eorũ, quæ à Deo fiunt circa creaturas, quædam ceret, si eas in nihilum redigeret.

¶3 Præterea, Si Deus in nihilũ aliqua redigeret, oportet & ꝙ hoc fieret per aliquã actionem. Sed hoc nõ potest esse: quia omnis actio terminatur ad aliquod ens. Vnde actio corrumpentis terminatur ad aliquid generatum: quia generatio vniusest corruptio alterius. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ier. 10. Corripe me domine, verũtamẽ in iudicio, & nõ in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ quidam posuerunt, ꝙ Deus res in esse produxit agendo de necessitate naturæ. Quod si esset verũ, Deus non posset rem aliquã in nihilũ redigere: sicut non potest à sua natura mutari. Sed sicut supra est habitum*, hæc positio est falsa, & à fide catholica penitus aliena, quæ confitetur Deũ res liberà voluntate produxisse in esse, secundũ illud Psal. Omnia quęcunque voluit Dominus, fecit. Hoc igitur ꝙ Deus creaturæ esse communicat, ex Dei voluntate dependet nec aliter in esse conseruat, nisi inquantũ eis cõtinuè influit esse, vt dictũ est*. Sicut ergo antequàm res essent, potuit eis non communicare esse, & sic eas non facere, ita postquam iam factæ, sunt potest eis nõ influere esse. Et sic esse definerent. Quod est eas in nihilum redigere.

qu. 19. arti. 4.

¶Præterea, Omnis creatura habet potẽtiam finitam. Sed nulla potẽtia finita se extendit ad infinitũ. Vnde in 8. Phy.* probatur, ꝙ potentia finita non potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura põt durare in infinitum. Et ita quandoq; in nihilum redigetur.

text. 28

¶3 Præterea, Formæ & accidẽtia non habent materiam partẽ sui, sed quandoque desinunt esse. Ergo in nihilum redigũtur.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 1. Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ eorũ, quæ à Deo fiunt circa creaturas, quædam

¶ Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum tertium.

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo error oppositus. Secundò conclusio responsiua.

¶Quo ad primum duo. primò error est, quòd Deus nõ potest aliquid in nihilũ redigere. Probatur, Deꝰ produxit res de necessitate naturæ, ergo non potest non dare esse. Antecedẽs supponitur, & consequẽtia probatur: quia Deus non potest aliquid in nihilum redigere. Probatur, Cõmunicare esse ex libera voluntate Dei ergo & cõseruare. ergo Deus potest fic conservare quod est annihilare. Antecedens supponitur, prima consequẽtia probatur, q; nihil aliud est conseruare, quàm in duxum essendi cõtinuare. Secunda verò probatur: quia sicut potest nõ dare esse antequam det, ita non cõtinuare postquam dedit.

118 arti. 1. & 2. hu. ius q. d. 896. d. 782.

¶ Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum quartum.

511 1. dist. 2. q. 9. arti. 2. corp. Et pot. q. 5. ar. 4. ad 1.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio respõsiua. Nihil omnino in nihilum redigitur. Probatur, Naturæ creaturarum respectu naturalium, & gratiæ manifestatio respectu mirabilium, ostẽdit quòd res non redigantur in nihilum. ergo nihil omnino in nihilum redigit. Antecedẽs quo ad primam partem probatur, ditcurrendo per naturas: quia aut materiales, & remanet materia: aut immateriales & remanet tota. Quo ad secundam vero, quia non pertinet ad gratiæ manifestationem annihilatio, probatur: quia manifestatio diuinæ bonitatis & potentiæ ostenditur conseruando. Consequẽtia veto

512

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò obstaut diffingẽdo res quæ fiunt in duos ordines, scilicet naturalium & miraculosorum. & apertẽdo quòd res naturales ex naturis suis taliter ex gratiæ manifestatione pendantur: & probatur autoritate Apostoli, primo ad Cor. 12. ¶In responsione ad secundum esto cautus: nec intelligas propter habere, aut non habere contrarium res esse naturæ, aut temporalis sed hic est manifestatio à posteriori: quia enim cœlum, & intelligentiæ sunt talis naturę, ideo in æterno conseruantur à Deo: & exemptæ à contrariis: & non econuerso, vt patet in primo Cœli & similiter, quia hic inferiora sunt talia, ideo non sunt ex se conseruabilia æterna, & sunt impedibilia à contrariis ne sint, & diuinum influxũ percipiant, &c.

¶ Super Quæstionis centesimæquinta Articulum primum.

Titulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio respondsiua Deus potest immediatè mouere materiam ad formam. Probatur, Ens in potentia passiua potest immediatè reduci in actum à potentia actiua, quę eam in potestate sua cõtinet, ergo materia potest reduci in actum per diuinam potentiam immediatè: ergo pòt moueri ad formã à Deo immediatè. Antecedens patet prima consequẽtia probatur: Materia continetur subdiuina potentia, quod probatur: quia est producta à Deo. Secunda consequentia probatur: quia actus materiæ est ipsa forma.

¶ Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio respondsiua Deus potest immediatè mouere quodcunque corpus. Probatur dupliciter. Primò necessariò secundò rõabiliter. Primò ergo sic. Erroneũ est Deũ nõ posse per seipsum facere oẽs determinatos effectus, qui fiunt per quancunque causam creatã. ergo Deus potest immediatè mouere, &c. Antecedẽs supponitur discussum in q. 55. consequentia probatur: quia vnus effectus creatæ causæ est mouere corpora: vt pater. Secundo probatur sic, Oẽs motus vel est via ad formam, vel consequitur ipsum: ergo est ab eodem à quo est forma, ergo potest esse à Deo. Antecedẽs declaratur inductiõe. prima cõsequẽtia probatur: quia eiusdem est dare formã & disponere ad eam & dare cõsequentia: quod declaratur in igne. Secunda verò consequentia probatur: quia Deus est

*qõ. 55. arti. 6.

335

241 452

512 Infrà q. 110. ar. 2. cor. *ex. 28.

proueniunt, secundũ naturalem cursum rerum, quædã verò miraculosè operãtur præter ordinẽ naturalẽ creaturis inditũ: vt infra dicetur*. Quæ autem facturus est Deus secundũ ordinẽ naturalẽ rebus inditum, cõsiderari possunt ex ipsis rerũ naturis. Quæ verò miraculosè fiunt, ordinãtur ad gratiæ manifestationẽ: secundũ illud Apo. 1. ad Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ. Et postmodũ inter cætera subdit de miraculorũ operatione. Creaturarũ autem naturæ hoc demonstrant, vt nulla earũ in nihilũ redigatur. Quia vel sunt immateriales, & sic in eis nõ est potẽtia ad nõ esse: vel sunt materiales, & sic saltẽ remanẽt semper secũdũ materiã, quę incorruptibilis est*, vtpote subiectũ existẽs generationis & corruptiõis. Redigere ẽt aliqua in nihilũ, non pertinet ad gratiæ manifestationẽ, cũ magis p hoc diuina pòtẽtia & bonitas ostẽdatur, q̃ res in esse cõseruat. Vnde simpliciter dicendũ est q̃ nihil omnino in nihilum redigetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hoc q̃ res in esse productæ sunt, postquam nõ fuerũt declarat potentiã producentis: sed q̃ in nihilum redigerentur, huiusmodi manifestationẽ impediret, cùm Dei potẽtia in hoc maximè ostẽdatur, q̃ res in esse conseruat: secundum illud Apostoli Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ potentia creaturæ ad essendũ est receptiua tantùm: sed potẽtia actiua est ipsius Dei, à quo est influxus essendi. Vnde q̃ res in infinitũ durẽt, sequitur infinitatẽ diuinę virtutis. Determinatur tñ quibusdã rebus virtus ad manendũ tẽpore determinato, inquantũ impediri possunt ne percipiãt influxũ essendi, qui est ab eo, ex aliquo cõtrario agẽte: cui finita virtus nõ pòt resistere tempore infinito, sed solũ tẽpore determinato. Et ideo ea quæ nõ habẽt cõtrariũ, quãuis habeant finitã virtutẽ, perseuerãt in æternũ.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ formæ & accidẽtia nõ sunt entia cõpleta, cùm nõ subsistat, sed quodlibet eorũ est aliquid entis. Sic enim eus dicitur, q̃a eo aliquid est*. Ettũ eo modo quo sunt nõ oino in nihilũ redigũtur, nõ quia aliqua pars eorũ remanet, sed remanet in potentia materiæ, vel subiecti.

QVAESTIO CENTESIMAquinta, de mutatione creaturarum à Deo, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de secundo effectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio creaturarum à Deo. Et primò de mutatione creaturarum. Secundò, de mutatione vnius creaturę ab alia. ¶Circa primum quæruntur octo. ¶Primò, quæritur vtrum Deus immediatè possit mouere materiam ad formã. ¶Secundò, vtrũ immediatè possit mouere aliquod corpus. ¶Tertiò, vtrũ possit mouere intellectum. ¶Quartò, vtrũ possit mouere volũtatem. ¶Quintò, vtrũ Deus operetur in omni operante. ¶Sextò, vtrum possit aliquid facere præter ordinẽ rebus inditum. ¶Septimò, vtrũ omnia quæ fit Deus facit, sint miracula. ¶Octauò, de diuersitate miraculorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Deus possit immediatè mouere materiam ad formam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus non possit immediatè mouere materiam ad formam. Sicut enim probat Philosophus in 7. Metap.* formam in hac materia nihil facere potest, nisi forma quæ est in materia: quia simile facit sibi simile in materia: sed Deus nõ est forma in materia: ergo &c.

¶2 Præterea, Si aliquod agẽs se habeat ad multa, nullum eorũ producet nisi determinetur ad vnũ p aliquid aliud: vt enim in 3. de Anima* dicitur, vniuersalis opinio nõ mouet nisi mediãte aliqua particulari apprehẽsione. Sed virtus diuina est vniuersalis causa omnium. Ergo nõ potest producere aliquam particularem formam nisi mediante aliquo particulari agente.

¶3 Præterea, Sicut esse commune dependet à prima causa vniuersali: ita esse determinatum dependet à determinatis causis particularibus, vt suprà habitũ est*. Sed determinatũ esse alicuius rei est per propriam eius formam. Ergo propriæ rerum formæ non producuntur à Deo nisi mediantibus causis particularibus.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ Deus immediatè potest mouere materiã ad formã: quia ens in potentia passiua reduci potest in actum à potentia actiua, quæ eam sub sua potestate continet. Cùm igitur materia contineatur sub potestate diuina, vtpote à Deo producta, potest reduci in actum per diuinã potentiam. Et hoc est moueri materiam ad formam quia formam nihil aliud est quàm actus materiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ effectus aliquis inuenitur assimilari causæ agenti dupliciter*. Vno modo secundum eandẽ speciẽ, vt homo generatur ab homine, & ignis ab igne. Alio modo secũdum virtualem cõtinentiam: prout scilicet forma effectus virtualiter cõtinetur in causa. Et sic anima lia ex putrefactione generata, & plantæ & corpora mineralia assimilãtur soli & stellis, quorum virtute generãtur. Sic igitur effectus causæ agenti similatur secundũ totũ illud, ad quod se extendit virtus agẽtis. Virtus autẽ Deiſe extendit ad formam, & materiã, vt suprà habitũ est*. Vnde cõpositum quod generatur, similatur Deo secundũ virtualem cõtinentiam, sicut similatur compositio generanti per similitudinem speciei. Vnde sicut compositũ generans potest mouere materiam ad formã, generãdo cõpositum sibi simile: ita & Deus. Nõ autem aliqua alia forma nõ in materia existens, quia materia nõ cõtinetur in virtute alterius subsũtiæ separatæ. Et ideo dæmones & angeli operantur circa hæc visibilia: non quidem imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina*.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ ratio illa procederet si Deus ageret ex necessitate naturæ. Sed quia agit per volũtatem & intellectum*, qui cognoscit rationes proprias omnium formarũ, & nõ solùm vniuersales: inde est q̃ potest determinatè hanc, vel illam formam materiæ imprimere.

¶Ad tertium dicendum, q̃ hoc ipsum q̃ causæ secũdæ determinantur ad determinatos effectus, est illius a Deo. Vnde Deus quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest eciã determinatos effectus producere per seipsum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum Deus possit immediatè mouere aliquod corpus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus nõ possit immediatè mouere aliquod corpus. Cùm enim moueẽs & motum oporteat esse simul, vt probatur in 7. Physic. oportet esse contactum quendam mouẽtis & moti. Sed nõ potest esse contactus Dei, & corporis alicuius. Dicit enim Dion. in 1. de Diui. no. q̃ Dei non est aliquis tactus. Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.

¶2 Præterea, Deus est mouens nõ motũ. Tale autem est appetibile apprehensum. Mouet igitur Deus sicut desideratum & apprehensum. Sed nõ apprehenditur nisi ab intellectu, qui nõ est corpus nec virtus corporis. ergo Deus nõ potest mouere aliquod corpus immediatè.

¶3 Præterea, Philosophus probat in 8. Phy.* q̃ potẽtia infinita mouet in infinitũ. Sed impossibile est aliquod corpus in infinitũ moueri: quia cùm oĩs motus sit inter opposita, sequeretur q̃ duo opposita simul inessent eidem: quod est impossibile. Ergo corpus nõ potest immediatè moueri à potẽtia infinita. Potentia autẽ Dei est infinita, vt suprà habitum est*. Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.

¶SED CONTRA, Opera sex dierũ Deus fecit immediatè, in quibus cõtinetur motus corporum, vt patet, per hoc quod dicitur Gen. 1. Congregẽtur aquæ in locum vnum. Ergo Deus immediatè potest mouere corpus.

¶RESPONDEO dicẽdũ, q̃ erroneũ est dicere Deũ nõ posse facere p seipsũ oẽs determinatos effectus, q̃ fiũt p quãcunq; causã creatã. Vnde cũ corpora moueãtur immediatè a causis creatis

dare formam vt, patet ex præcedentibus.

¶ Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum tertium.

Titulus clarus. ¶In corpore tria. Primò declarat quid & quotuplex sit mouere intellectum. Secundò respondet quæsito. Tertiò epilogat.

¶Quo ad primum duo. primò quid. Et dicit q̃ mouere intellectum est dare formam, quæ est principium intellectualis operationis: declaratur à simili in corporibus ex quibus nomen translatum est ad intellectus: quia mouere dicitur duns formam, Secundò, quoduplex, & dicit quòd est duplex iuxta duplicem formã, scilicet virtutem intellectiuam, & speciem intelligibilem.

¶Quo ad secundum cõclusio respõsiua bimembris est, Deus mouet intellectum creatum vtro quę modo, scilicet dando virtutem, & dando speciem intelligibilem. Probatur prima pars primo, Deus est primum ens immateriale. ergo primũ intelligens: ergo est causa omnis virtutis intelligẽdi. Antecedens patet, prima consequentia probatur: quia intellectualitas sequitur immaterialitatem. Secũda verò quia primum in quolibet ordine est causa cæterorum. Deinde probatur secunda pars: Deus est primũ ens: ergo in seipso omnia præexistunt intelligibiliter: ergo rationes intelligibiles omnũ primò sunt in eo ergo ab eo deriuantur in omnes intellectus. Antecedens patet. Prima consequentia probatur: & quo ad primam existentiam, quia est prima causa. & quo ad modum quia sunt in eo per modũ eius, ipsum enim supponitur intellectuale esse. Secunda ex se euidens, tertia similiter ex illa propositione: primum in quolibet ordine, verum tamen in literam manifestatur ex hoc, quòd ab ipso deriuantur omnia in esse naturæ, vt sint.

¶Quo ad tertium cpilogus patet. Et nota quòd lumen infusum non numeratur inter species, sed inter virtutes intellectuales: quia non se habet vt ratio intelligẽdi, sed vt efficacitam præstãs intellectui, cõfortando, & eleuãdo ipsum: vt superius de lumine gloriæ dictum est.

¶ Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum quartum.

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primò dicit quotuplex sit mouere voluntatem. secũdò respondet quæstioni.

*qõ. 55. arti. 3.

*ex. 18.

*qõ. 19. arti. 4.

Opulen. ar. 2. & 3.

*ex. 7.

*qõ. 44. ar. 2. & 3.

*qõ. 82. arti. 2.

513

514

74

*ex. 16. & 18.

*ex. 18. fin.

creatis nulli debet venire in dubium: quin Deus possit mouere immediatè quodcũq; corpus. Et hoc quidẽ cõueniens est ad ea, quæ suprà dicta sunt*. Nã ois motus corporis cuiuscunq;, vel cõsequitur formam, sicut motus localis grauiũ & leuiũ consequitur formam, quæ datur à generãte, ratione cuius generãs dicitur mouens*: vel est via ad formã aliquam, sicut calefactio est via ad formã ignis. Eiusdem autem est imprimere formã & disponere ad formã, & dare motum consequentẽ formã. Ignis enim non solùm generat aliũm ignem, sed ẽt calefacit, & sursum mouet. Cùm igitur Deo possit immediatè formã materiæ imprimere*, consequẽs est, vt possit secundũ quẽcunq; motũ corp̃ quodcũq; mouere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ duplex est tactus, scilicet corporalis, sicut duo corpora se tãgunt*: & virtualis sicut dicitur quòd cõtristans tangit cõtristatũ. Secundũ igitur primũ contactũ Deus cũ sit incorporeus, nõ tangit nec tangitur: secundum autẽ virtualẽ cõtactũ tangit quidem mouẽdo creaturas, sed non tangitur: quia nullius creaturę virtus naturalis pòt ad ipsum pertingere. Et sic intellexit Dio. q̃ non est tactus Dei, vt scilicet tangatur.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ mouet Deus sicut desideratũ, & intellectũ. Sed nõ oportet q̃ semper moueat, sicut desideratũ & intellectũ ab eo quod mouetur, sed sicut desideratũ & motum à seipso: quia omnia operatur propter suam bonitatem.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ Philosophus in 8. Phy.* intendit probare q̃ virtus primi motoris nõ sit virtus in magnitudine, tali ratione, Virtus primi motoris est infinita. Quod probat per hoc q̃ potest mouere tempore, infinito*, virtus autẽ infinita si esset in aliqua magnitudine, moueret in non tẽpore quod est impossibile. Ergo oportet q̃ infinita virtus primi motoris sit nõ in magnitudine. Et quo patet, q̃ corpus moueri in non tempore, non cõsequitur nisi virtutẽ infinitam in magnitudine. Cuius ratio est quia omnis virt* quæ est in magnitudine, mouet secundũ se totam, cum moueat per necessitatem naturæ. Potentia autẽ infinita improportionabiliter excedit quamlibet potentiã finitã. Quantò autẽ maior est potẽtia mouẽtis, tantò est maior velocitas motus. Cum igitur potẽtia finita non moueat tempore determinato, sequitur quòd potẽtia infinita non moueat in aliquo tẽpore: quia cuiuscunq; tẽporis ad aliud tẽpus est aliqua proportio. Sed virtus quæ nõ est in magnitudine, est virt* alicuius intelligentis, qui operatur in effectibus, secũdũ quod eis cõuenit. Et ideo cùm corpori nõ possit esse cõueniens moueri in nõ tẽpore, non sequitur q̃ moueat in non tẽpore.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Deus moueat immediatè intellectum creatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus non moueat immediatè intellectũ creatum. Actio enim intellectus est ab eo in quo est. Nõ enim trãsit in exteriorẽ materiã: vt dicitur in 9. Met.* Actio autẽ eius quod mouetur ab alio, nõ est ab eo in quo est, sed à mouẽte. Nõ ergo intellectus mouetur ab alio. Et ita videtur q̃ Deus non possit mouere intellectum.

¶2 Præterea, Id quod habet in se principiũ sufficiẽs sui mot*, nõ mouetur ab alio. Sed mot* intellectus est ipsum intelligere eius sicut dicitur quòd intelligere vel sentire est motus, quidẽ, secundũ Philosophum in 3. de Anima*. Sufficiens autem principiũ intelligendi est lumẽ intelligibile inditũ intellectui. Ergo non mouetur ab alio.

¶3 Præterea, Sicut sensus mouetur à sensibili, ita intellectus ab intelligibili. Sed Deo nõ est intelligibilis à nobis, sed nostrũ intellectum excedit. Ergo Deus non potest mouere nostrum intellectum.

¶SED CONTRA, Docens mouet intellectũ addiscẽtis. Sed Deus docet hominem scientiam, sicut dicitur in Psal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut in motibus corporalibus mouẽs dicitur, quod dat formam, quæ est principiũ motus: ita dicitur mouere intellectum quod causat formam, quæ est principiũ intellectualis operatiõis, quæ dicitur motus intellectus. Operationis autẽ intellectus est duplex principiũ in intelligente. Vnum, scilicet, quod est ipsa virtus intellectualis, quod quidẽ principiũ est etiã in intelligente in potentia. Aliud autẽ est principium intelligendi in actu, scilicet similitudo rei intellectæ. Dicitur ergo aliquid mouere in tellectum, siue det intelligẽti virtutem ad intelligendũ, siue imprimat ei similitudinem rei intellectæ. Vtroque autem modo Deus mouet intellectũ creatum. Ipse enim est primũ ens immateriale. Et quia intellectualitas consequitur immaterialitatem, sequitur q̃ ipse sit primũ intelligens. Vnde cùm primum in quolibet ordine sit causa eorum quæ consequuntur, sequitur q̃ ab ipso sit omnis virtus intelligẽdi. Similiter cùm ipse sit primũ ens, & omnia entia præexistant in ipso sicut in prima causa, oportet q̃ sint in eo intelligibiliter secundum modum eius. Sicut enim omnes rationes rerũ intelligibiles primò existunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus vt actu intelligant: sic etiã deriuãtur in creaturas, vt subsistãt*. Sic igitur Deus mouet intellectum inquãtum dat ei virtutem ad intelligendum vel naturalem, vel superadditam, & inquantum imprimit eis species intelligibiles: & vtrunque tenet, & conseruat in esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ operatio intellectualis est quidẽ ab intellectu in quo est sicut à causa secũda, sed à Deo Sicut à causa prima. Ab ipso enim datur intelligenti quòd intelligere possit.

¶Ad secundum dicendũ, q̃ lumen intellectuale simul cum similitudine rei intellectæ est sufficiens principium intelligendi: secundum tamen & ab ipso primo principio dependens.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ intelligibile mouet intellectum nostrum, inquantũ quodãmodo imprimit ei suã similitudinem, per quam intelligi potest. Sed similitudines quas Deus imprimit intellectui creato, nõ sufficiunt ad ipsum Deũ intelligendũ per essentiam, vt suprà habitum est*. Vnde mouet intellectum creatum, cùm tamen non sit ei intelligibilis: vt dictum est*.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum Deus possit mouere voluntatem creatam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus non possit mouere voluntatẽ creatã. Omne enim qđ mouetur ab extrinseco, cogitur. Sed volũtas nõ potest cogi. Ergo non mouetur ab alio extrinseco. Et ita non potest moueri à Deo.

¶2 Præterea, Deus non pòt facere q̃ contradictoria sint simul vera. Hoc autem fieret, si volũtatem moueret. Nam volũtatem mouere est ex se moueri, & non ab alio, ergo Deus non potest volũtatem mouere.

¶3 Præterea, Motus magis attribuit mouẽti

¶Quo ad primum dicit. quòd voluntatem mouere, dupliciter capitur. Vno modo sicut obiectum: alio modo sicut dans ipsum virtutem volẽdi. Declaratur à simili in intellectu ex præcedẽti articulo. Et nota quòd nõ assimilat motionem voluntatis motioni intellectus quo ad habere similitudinem ab obiecto: quæ sit principium actus: quia in voluntate non est talis progressus qualis in intellectu, sed assimilat quo ad motionẽ absolutè: q̃a scilicet vterq; mouetur ab obiecto, quãuis dissimiliter.

¶Quo ad secundũ conclusio respõsiua est, proprium est Dei mouere voluntatem vtroq; modo: & maximè secũdo, scilicet interius inclinando, hæc conclusio declaratur, & probat. Primò, quòd ad primũ modum, scilicet motionem obiectiuum, declaratur, q̃ in telligitur de motione sufficienti & efficaci, id est, quòd ex natura obiecti sufficiat nõ ad alliciendum, sed ad efficaciter diẽndum voluntatem in actum secundum respectum sui: & hoc ad differentiam aliorũ. Nã enim differt Deus ab aliis per hoc, quòd ipse solus possit voluntatẽ obiectiuè mouere: quòniã hoc potest quolibet bonum: sed per hoc, q̃ ipse solus potest sufficiẽti efficacia obiectiuè volũtatem mouere. Probatur autem sic. Sola virtus actiua excedens, aut adæquans virtutem passiuã, potest sufficienti efficacia ipsam mouere: ergo solum bonum vniuersale potest sufficiẽter efficaciterq; volũtatem mouere. Probatur minor. quòd quolibet bonum vniuersale est obiectum voluntatis secũda, quia velle nihil aliud est, quàm intellecta ratione in tale obiectũ: tertia est per se nota, cuiusdẽ etiam

*qõ. 56. arti. 3.
*qõ. 19. arti. 2.

515 Infrà q. 111. ar. 2. Et q. 115. ar. 4. Et. 2. q. 9. ar. 6. & q. 80. ar. 1. Et 2. di. 25. q. 1. ar. 3. Et 3. cõt. c. 88. 89. 91. & 92. prin. Et ver. q. 22. ar. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim est dare actum ab intrinseco & potentiam: imò per hoc dicitur dare actū ab intrinseco, quia dat principium eius. Et nota vim huius rationis, quòd nō loquitur de velle tali, vel tali, id est specificato ad tale obiectum, sed de velle absolutè, cuius proprium obiectum est bonum, non tale, aut tale: & principium est non voluntas sic, aut sic affecta, sed voluntas vt sic. Et propterea si Dei est dare hūc actum qui est velle,

oportet, vt eius sit dare voluntatem. Vltima autem pars, scilicet quòd maximè proprium Dei sit mouere secundo modo, propterea dicta est: quia mouere obiectiuè voluntatem communicare aliis, quamuis nō sufficienti efficacia. Mouere autem ab intrinseco communicatur: solus enim Deus illabi potest libero arbitrio qui solus

*ar. præ. facit, & conseruat illud. Ea quæ de motione voluntatis essent hic diffe renda, iam determinata sunt superius.

¶ Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum quintum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo principaliter. Primò excludit quendam errorē. Secundò respondet quæ sito,

d.752. ¶Quo ad primum tria: vnum suppositum alinde est ipse error. tertio reprehēsio, ipse error. tertio refellitur pro constituti, Deū quasi pro constituti, Deū operari in omnibus, sed de modo videtur tota quæstio. Error ergo est circa modum operandi. quidā enim quos refert Auerroīs 9. Meta. cōm. 7. dicunt Deum operari in omnibus, sic, quòd nulla alia virtus operaq aliquid reprehendunturautem hi duplicitер, dicendo ad impossibilia. Primò: qa peteret ordo causarum: & consequenter esset impotentia in Deo. tenet sequela, quia impotentis est nō posse facere alia cooperanda sibi. Secundò quia frustra essent virtutes operatiuæ rerum, imò res omnes. Probatur prima consequētia quod primam patrem: quia non operarentur: quo ad secundum, quia imperfectum est ypotetis perfectiōis in rebus, ergo actus primi propter secundos, ergo res omnes propter operationes suas. ergo operationes sunt fines terum. ergo fine eis fruſtra. Antecedens patet, & consequētia nota est, & confirmatur sicut materia propter formam.

*In solu. ad 2. cætera sunt clara.

*Quo ad secūdum tria facit. Primò proponit cōclusionem respōsiuam in vniuersali, Deus operatur in omni operante sic quòd ipse res habent propias operatiōes. Secundò distinguit genera causarum: vbi dicit tria, numerat, quòd sunt quatuor: differentiam reſpe

516 dat agentes: quasi vnū scilicet materiam, nō principium, sed subiectum, cætera sunt principia actionis: & ordinem, quia primò

3.cont.c. 66.& 67. Et li.4.c. 44.co.2. Et opus. 3.c.131. fi. & 145. finis, secundò agens, tertiò formā.

¶Nota hic duo primo, quòd quia hic non egemus generibus causarum in ordine ad esse, ad operari, vt patet ex titulo: ideo littera non accepit formam in

agente, aut in effectu, sed instrumento, quoniam forma instrumenti non est nisi propter operationem. Secundo, quod litera distinguit genus causæ formalis à efficiente & aliis in ordine ad operationem. Factum est autem hoc iudicio meo, non q; supponatur decisa hæc quæstio, an forma sit causa operationis in genere causæ formalis: sed propter duo. Alterum manifestum: alterū occultum. Manifestum est, quòd causa, & vt agens distinguitur, sicut causare, vt quo & vt quod. Occultum verò est an omnis operatio sequens formā sequatur eam effectiuè finaliter vel materialiter, & nulla sequatur eā formaliter. Cōstat enim sermo obtinuit, vt dicamus etiā causas formales in operādo in his in quib⁹ operatio resultat ex ea quasi esse quod dam: vt in exemplo de lumine in litera adducto pater, & in his quæ pertinent ad intellectū cōtingit. Ratio autem ad oppositū videtur. Quoius autem modo sic, vt sermo præsens omnibus opinionibus superest, dū stinctum est Deum esse non causam formalem, sed causam: ratione formæ principiatis omnis operationis, vt relatum operatiōes attribuitas materiæ principiatis omnis operationis, vt relatum ostenderet. Tertiò proponit conclusionem respondi uam: speciali iuxta hæc tria membra, Deus in quolibet operante operatur secundò hæc tria scilicet finem, & agētem & formam, & probat quo ad singulas partes figillatim. Et primò in ratione finis. Finis omnis operationis est bonum verum, aut apparens: ergo participans similitudinē summi boni: ergo ipsum summū bonū. Deinde similiter in ratione agentis, primum agens mouet secundum ad agendū: ergo agit in virtute ipsius ergo ipse est causa actionum agentium. Demū secundum formā, vbi duo primò dicit, modum quomodo hoc conuenit Deo: scilicet deducit duo corollaria ordinatæ, Deus causa operationum secundarum non solùm vt applicans, nec solùm vt dans principia actiua, sed vt dans, applicans & conseruans formas, quæ sunt principia actionū: ergo est causa omnium operationum secundum formam. Antecedens declaratur: & excludendō membra ex emplo artificis generantis ignē exemplo solis & luminis respectu manifestationis. Primum corollarium est, Deus operatur in omnibus in cimē. Probatur, Forma est intra rem: ergo quandō vt prior & vnitor cōsideratā, est interior, ergo secundū esse intima. Deo intime operatur in omnibus totus processus est clarus ex se: penultima verò consequentia probatur ex eo quòd Deus est propiè causa ipsius esse vniuersaliſ in rebus, vt patet ex superioribus. Secundum corollarium, operationes naturæ præterea attribuuntur Deo in Scripturis, vt in Ioh. 20.

¶Super

re & ordine ciuitatis, & rege & ordine regni: & clara est litera.

¶ Quo ad secundum respondetur quæsito duabus cōclusionibus iuxta duos ordines illatos ex præmissis. Distinctio ex præmissis illata est, quòd in rebus est duplex ordo. vnus est: sunt à prima causa aliter. & hic est multiplex, vt sunt à causis secundis. Prima cōclusio respōsiua est, Deus nō potest facere contra ordinem rerum: vt dependet à prima causa. Probatur dicēdo ad impossibilitur: qa si faceret cōtra talem ordinē, faceret contra præſciētiam suam: quod est impossibile. *cap.3.

¶Aduerte hic ex tertio cōtra Gen. c.98. quo modo potest dupliciter intelligi ista cōclusio, scilicet aut quoad res ordinatas, aut quoad rationem ordinis. Et quòd ſcīdo modo intelligitur hic, non primo, vide ibi circa principium cap.

¶ Secūda cōclusio respō ſiua est, Deus potest facere præter ordinē rerum prout pēdet ex qualibet secundarū causarū probatur, declaratur, & cōfirmatur. Probatur quidē. Talis ordo est subiici tur, vt procedens ab eo per arbitriū voluntarium: ergo potest præter talē ordinē agere, Antecedēs habet tres partes. Prima patet ex præmiſſis, quia scilicet causa superior nō subiicitur inferiori ordini, sed econuerſo. Secunda pro constanti supponitur ex quo omnia sunt à Deo. Tertia verò probatur: quia potuiſſet alsū ordinem instituere: cōſequētia autē hic breuitatis causa requiritur, quasi euidēs: sed in tertio cōtra Gen. c.99. in principio probatur ex differentia inter agens naturale & liberū, in hoc, q naturale oportet agere secūdū vltimum virtutis suæ: & cōsequiter effectum ſimillimum, & cōsequenter non potest immediatè agere effectū proprio causarum secundarum causam verò liberè agentem non oportet sic agere, sed potē agere immediatè imperfectiſſimum effectum vsendo virtute ſua vt vult. vt patet in acrifice pfectiſſimo, potente tamen ſi vult facere opus imperfectū, quale nouitius in arte facere. Declaratur verò ponendo duos modos, quibus Deus præter hunc ordinē facit, & patet in litera. Confirmatur autem autoritate Aug. nō ſolùm hæc, ſed prima concluſio nalis, vt patet in litera. *cap.3.

¶Circa vltimaq cōclusionem ſimul dubium occurrit quia aut hic eſt ſermo de poſſe Dei absolutè & ſic conſtat, q; poteſt Deus contra vtrumque ordinem: nec ſequitur aliquis defectus præſcientiæ diuinæ: aut eſt ſermo de poſſe Dei, quo ad exercitium actus de facto: & ſic etiam nulla eſt differentia inter vtrumque ordinem: quoniā ſicut Deus præſcio it primum ordinem, ita & alios, & quemadmodum ſit præter primum ordinem faceret, faceret contra præſcientiam ſuam: & ſic tota litera reuere videtur.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q; vt in titulo patet, hic eſt ſermo de poſſibus Dei ſecūdo modo: & q; quilibet vterque ordo ſit præſcitus & inſtitutus à Deo ab æterno, agere tamen præter primū læderet præſcientiā, præter alios autē non. Ad cuius euidentiā ſcito, q; omnis exſecutio cauſæ ſecundæ infert exſecutionē in cauſa prima: quia ab actione illius pēdet omnis actio, nō autē ecōuerſo: quia pōt cauſa prima per ſeipſam ſolā exiequi & perficere aliquid. Et inde eſt q; fieri aliquid præter exſecutionē primæ cauſæ eſt impoſſibile, fieri autē aliq; præter exſecutionē cuiuſcunque, & omniū ſimul cauſarū ſecūdarū, nō inconuenit. Cùm autē ordo ſit ad primā cauſam attendit penes exſecutionē primę cauſæ, ordo autē eaſū ad alias

¶ Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum sextum.

TItulus, poſſit fieri: nō eſt quæſtio de potētia, ſed de actu exercito ipſius, an ſcilicet de facto poſſit exire in actū faciēdi aliquid præter ordinem inditū. ¶In corpore duo. Primò diſtinguit ly ordinem. Secundò reſpōdet quæſito. Quo

multa agentia ordinata, ſemper ſecūdum agens agit in virtute primi. Nam primum agens mouet ſecundum ad agendū. Et ſecundū hoc omnia agunt in virtute ipſius Dei. Et ita ipſa eſt cauſa omnium actionū agentium. Tertiò cōſiderandum, eſt, quòd Deus mouet nō ſolùm res ad operandum quaſi applicādo formas & virtutes rerum ad operationē, ſicut etiā artifex applicat ſecurim ad ſcindendum, qui tamen interdum formam ſecuri nō tribuit, ſed etiam dat formā creaturis agētibus, & eas tenet in eſſe. Vnde nō ſolùm eſt cauſa actionum, inquantum dat forma, quæ eſt principiū actionis, ſicut generans dicitur eſſe cauſa motus grauiū & leuiū, ſed etiam ſicut cōſeruans formas, & virtutes rerū, prout ſol dicitur cauſa manifeſtationis colorū, inquantū dat & conſeruat lumē, quo manifeſtātur colores. Et quia forma rei eſt in tra rē, & tantò magis quātò cōſideratur, vt prior & vniuerſalior, & ipſe Deus eſt ꝑ priè cauſa ipſius eſſe vniuerſalis in rebus omnibus, quod inter oīa eſt magis intimū rebus⁶: ſequitur, q; Deus in omnibus intimè operetur. Et propter hoc in ſacra Scriptura operationes naturæ Deo attribuūtur quaſi operāti in natura, ſecundū illud Iob 10. Pelle, & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; Deus ſufficiēter operatur in nobis ad modum primi agentis. Nec propter hoc ſuperfluit operatio ſecundorum agentium.

¶Ad ſecundū dicendū, q; vna actio non procedit à duobus agentibus vnius ordinis. Sed nihil prohibet quin vna & eadem actio procedat à primo & ſecūdo agente.

¶Ad tertium dicendū, q; Deus non ſolùm dat formas rebus, ſed etiā conſeruat eas in eſſe & applicat eas ad agendum, & eſt finis omnium actionum: vt dictum eſt⁵.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum Deus poſſit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur q; Deus non poſſit facere aliquid præter ordinē rebus inditū. Dicit enim Augu. 26. cōtra Fauſt.* Deus cōditor & creator omnium naturarū nihil contra naturā facit. Sed hoc videtur eſſe cōtra naturam, quod eſt præter ordinē naturaliter rebus inditū Ergo Deus nō poteſt facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

¶1 Præterea, Sicut ordo iuſtitiæ eſt à Deo: ita & ordo naturæ. Sed Deus nō pōt facere aliquid præter ordinē iuſtitiæ. Faceret enim tunc aliquid iniuſtū. Ergo nō poteſt facere aliquid præter ordinem naturæ.

¶3 Præterea, Ordinē naturę Deus inſtituit Si igitur præter ordinem naturę Deus aliquid facīat, videtur quòd ipſe ſit mutabilis. Quod eſt inconueniens.

¶SED CONTRA eſt quod Aug. dicit 26 cōtra Fauſtū*, q; Deus aliquādo, aliquid facit contra ſolitum curſum naturæ. *cap.3.

¶RESPONDEO dicendū, q; à qualibet cauſa deriuatur aliquis ordo in ſuos effectus, cùm quælibet cauſa habeat ratio nem principij. Et ideo ſecundū multiplicationem cauſarum multiplicantur & ordines, quorum vnus cōtinetur ſub altero, ſicut & cauſa continetur ſub cauſa. Vnde cauſa ſuperior non cōtinetur ſub ordine cauſæ inferioris, ſed econuerſo. Cuius exēplum apparet in rebus humanis. Nā ex patrefamilias dependet ordo domus, qui cōtinetur ſub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore: cùm & hic cōtineatur ſub ordine regis, à quo totum regnum ordinatur. Si ergo ordo rerum cōſideretur, prout dependet a prima cauſa, ſic cōtra rerum ordinem Deus facere non poteſt. Sic enim ſi faceret, faceret contra ſuam præſcientiā. Si verò cōſideretur rerum ordo, prout dependet à qualibet ſecundarū causārū, ſic Deus poteſt facere præter ordinē rerum: quia ordini ſecundarum cauſarum ipſe nō eſt ſubiectus, ſed talis ordo ei ſubiicitur quaſi ab eo procedēs, non per neceſſitatem naturæ, ſed per arbitriū voluntatis. Potuiſſet enim & alium ordinē rerum inſtituere. Vnde & poteſt præter hunc ordinē inſtitutum agere cùm voluerit: puta agendo effectus ſecundarum cauſarum ſine ipſis⁶, vel producēdo aliquos effectus, ad quos cauſæ ſecundæ nōſe extendunt⁶. Vnde & Aug. dicit 26. contra Fauſtum*, q; Deus cōtra ſolitum curſum naturæ facit, ſed contra ſummam legem nullo modo facit, quia contra ſeipſum non facit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; cùm aliquid contingit in rebus naturalibus præter naturam inditam, hoc poteſt dupliciter cōtingere. Vno modo per actionem agentis, qui inclinationē naturalem nō dedit. Sicut cùm homo mouet corpus graue ſurſum: quod non habet ab eo, vt moueatur deorſum. Et hoc eſt contra naturam. Alio modo per actionem illius agētis à quo dependet actio naturalis. Et hoc non eſt cōtra naturam: vt patet in fluxu & refluxu maris, qui non eſt contra naturā: quamuis ſit præter motū naturalē aquæ, quæ mouetur deorſum. Eſt enim ex impreſſione cœleſtis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferiorū corporū. Cùm igitur naturæ ordo ſit à Deo rebus inditus, ſi quid præter hunc ordinem faciat, non eſt contra naturam. Vnde Aug. dicit 26. cōtra Fauſtum*, q; id eſt, cuilibet rei naturale quod ille fecerit: à quo eſt omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

¶Ordinatio verò horum ordinum eſt, q; vnus continetur ſub altero probatur: quia cauſa continetur ſub cauſa. Habitudo autem cauſarum ad ordines hos eſt: quòd cauſa ſuperior non continetur ſub ordine cauſæ inferioris, ſed econuerſo. Manifeſtatio demum eſt ab exēplo in Politicis, in parte & ordine domus rectę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias causas attendatur penes executiones illas ad 10. primi ordinis Diuina præscientia oportet q̃ contineat quicquid per ipsam primam causam qualitercunque exsequendum est ratio autem cuiuscunq; alterius ordinis in diuina præscientia, nõ cõtinet nisi quicquid est per talem causam exsequendũ & ideo nõ inconuenit aliquid fieri præter ipsos ordines & ratiões, ac præscitias partiales (vt ita dixerim) eorum. Sed inconueniẽs manifeste esset q̃ præter ordinis primi ratione aliquid fieret: sic enim deficiens, aut mutabilis diuina præscientia conuinceretur: quoniã, vt dictum est, debetur tali rationi comprehensio omnium executioni mandatorũ qualitercunque per primam causam, extra quæ nihil fieri de facto potest, quãuis de potẽtia absoluta multa possibilia resterent, quæ nunquam erunt.

518 Pot. q.6. ar.1.Et 2. dist. 18.q. 1.ar. 3.Et 3.cont.c. 101.&102.

¶ Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum septimum.

TItulus clarus ex articulo præcedenti.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæstiõ affirmatiuè: Vnũ miraculum est maius alio. Probatur, Miraculũ dicitur nõ per cõparationem ad diuinam potentiã, sed facultatẽ naturæ existẽtæ. ergo vnum est maius alio. Antecedẽs quo ad primam partẽ patet: q̃a respectu diuinæ potentiæ quilibet effectus creatus æquè est impossibilis. Consequentia probatur: quia ad rationem miraculi requiritur, vt sit effectus, cui nulla facultas naturæ proportionata sit. Sed hoc non requiritur, vt aliquis effectus sit maius alio. Ergo &c.

¶ Ad primum dicendũ, q̃ illa ratio probat, miraculum dici per comparationem ad facultatem naturæ creatæ, quæ nulli effectui proportionata est.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ miraculum dicitur, quia excedit facultatem naturæ, non quãtumcunq; sed quia excedit facultatem naturæ, quæ ad effectum illum requiritur. Et quia ad quemlibet effectum naturalem requiritur, vt agens naturale habeat formam, quæ sit principium actionis, & vt habeat materiam, in qua agat, & vt habeat instrumentum, quo agat, & vt habeat motum, quo applicetur materiæ, & vt habeat locum, in quo agat, & vt habeat tempus, in quo agat, & vt habeat quantitatem virtutis, quæ sufficiat ad effectum inducendum, & vt habeat concursum primi agentis, quod est causa vniuersalis, & vt habeat dispositionem materiæ, quæ requiritur ad formam, quæ est principium actionis, & vt habeat dispositionem subiecti, in quo agat, & vt habeat dispositionem obiecti, circa quod agat, & vt habeat dispositionem finis, ad quem agat, & vt habeat ordinem ad alia agentia, quæ requiruntur ad actionem, & vt habeat ordinem ad alia, quæ requiruntur ad effectum, & vt habeat ordinem ad alia, quæ requiruntur ad effectum, & vt habeat ordinem ad alia, quæ requiruntur ad effectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter debilitatē intellectualis visus: tamen quātum in se est, vt illustrātū proponitur. Ecl. x. est prima radix illuminationis intellectualis in angelis. Profert enim quitq; superior inferiori obiectum vt cognitū & illustratum. Et quoniam ex hoc solo nō sequitur, ergo proferatur obiectū vt illustrātū huic inferiori: eo q; cognitum à superiore claret vt obiectum ipsius, & nō vt obiectum cuiuscūq; claret vt obiectum illi? & non addiscentis plenius. Ideo cum hac pti materialice concurrit secunda, scilicet potentialitatio concepitui habitum, vt percipiatur à tali inferiori: vt etiā apud nos cōtingit. Et sic dum angelus illuminat alios, regulariter vtitur modo illuminationis cōsigitur quoniā & obiectum proponitur illuminatū & proportionatū inferiori, vt participāti hoc nouum lumē. Sed prius natura est lumen quām diuisio. Et illud se tenet ex parte visintellectiuę. Est enim intellectus ex illo, nō solum potens ad hoc percipiendum, sed alia, ad quæ prius nō se extēdebat: hic aūt se tenet ex parte speciei, id est cōceptus. Et sic patet respōsio ad obiecta. Superior enim angelus cōuertit se ad inferiorē eo modo quo doctor ad discipulum, subiata tamen discursus imperfectiōe. Hęc autē conuersio non consistit in actione aut cursu, aut concussu per modum naturæ, vt obiectiones procedūt: sed in actione in aliū per modum artis cooperatiuæ naturæ. Et est in superiore, actiua ordinatio cōcepti propriį illustrātis rem concepta inferioti. In inferiore verò est applicatio intellectus sui ad formandum in se cōceptum correspondentem ostensō conceptui de eadem re. Sic enim participat superioris lumen per modum disciplinæ. Sic quodammodo fit in inferiore nouū lumen, propter participationē prædictam qua redditur de potētia illuminatus actu illuminatus. Sic quodammodo lumen inferioris intendit, quia efficacior fit intelligibilium nō quōd sic proprię intentio. Sic quodammodo est duorum concursus. Ad tertium pro quanto doctor nihil prius dat discenti, sed ad formandum in ipso discente conceptum verum, propriū & clarum, & de re ita suum conceptum conuertit & ordinat. Hoc enim modo spiritualia continuantur, & confortantur continuatione: & crescunt & non per præuium aliquid adipisci: vt in corporalibus contingit. Hæc si non credis, lege quæstio. 9. de Veritate artic. 1.

521 1.2.q6.9. art.4. Et 3 contra capi. 88. & 89.

*ar.præ. arg. Sed contra.

*tex.59.

*q. præ. art. 4.

*q.præ. art.4.

¶ *Super quæstionis centesimæsextæ Articulum primum.*

TItulus clarus: Possit, intelligitur de potentia sufficiente: alioquin non diceretur posse, nisi secundum quid.

¶ In corpore vna conclusio respōsiua quæstiōi negatiuę: Vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius. Probatur hæc conclusio tali ordine: primò distinguitur ly mouere voluntatem, in duo membra. Secundò probatur conclusio quo ad primum membrum. Et tertiò quo ad secundum. Distinctio est. Voluntas potest moueri dupliciter, ex parte obiecti, & ex parte potētiæ. Ex ratiōe ex parte obiecti est duplex mouens, scilicet ipsum obiectum, & ostēdens obiectum. Omnia sunt clara ex suprà dictis. Probatio conclusionis, quo ad primum membrū continet duo: primo quid non possit, scilicet quod vnus angelus nō potest mouere voluntatem alterius ex parte obiecti: & arguitur sic, Bonum vniuersale tantūm mouet sufficienter voluntatem obiectiuè: & hoc à solo Deo ostendūtur: ergo vnus angelus non potest voluntatem obiectiue mouere. Consequentia nota est, & accidēs quo ad primum partem probatum fuit superius, quo ad secundam verò infinuatur probatio ratione & auctoritate. Ratio est, quia sol. Deus sufficiēs præsens facere obiectum beatitudinis, scilicet Deum, vt per essentiam videndum: Auctoritas. Ego ostendam tibi omne bonum. Secundò continet quid possit angelus ex hac parte, scilicet quòd potest inclinare voluntatem vtroque modo, id est vt amabile, vt ostendens amabilesquia est quoddam bonum, quo ad primum: & quia potest suadere, quo ad secundum.

¶ Probatio verò conclusionis quo ad secūdā partē est, Solus Deus est autor naturæ intellectualis: ergo solus ipse tribuit potētiā volendi: ergo solus potest immutare inclinationē illius in volitum: ergo solus potest immutare operationē voluntatis. ergo solus potest mouere eam ex parte potentiæ. Antecedēs supponitur ex dictis. prima cōsequētia relinquitur per se nota. Secūda verò probatur, Solus autor naturæ quā sequitur inclinatio naturalis, potest illā inclinationem mutare: ergo solus autor intellectualis naturæ, quā sequitur inclinatio voluntatis, potest illā mutare.

ARTICVLVS II.

¶ An vnus angelus moueat voluntatem alterius.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q; vnus angelus possit mouere voluntatem alterius. Quia secundum Dio. sicut vnus angelus illuminat alium: ita purgat & perficit, vt patet ex autoritate suprà dicta *. Sed purgatio & perfectio videntur pertinere ad volūtatem. Nam purgatio videtur esse à sordibus culpæ, quæ pertinet ad voluntatem: perfectio autem videtur esse per cōsecutionem finis, qui est obiectum voluntatis. Ergo vnus angelus potest mouere voluntatem alterius.

¶ 2 Præterea, Sicut Dio. dicit 7. ca. Cœlest. hier. nomina angelorū designāt eorū proprietates. Seraphim enim incendentes dicuntur aut calefacientes. Quod est per amorem qui ad voluntatē pertinet. Vnus ergo angelus mouet voluntatem alterius.

¶ 3 Præterea, Philosophus dicit in 3. de anima, * q; appetit' superior mouet appetitū inferiorem. Sed sicut intellectus angeli superioris superior est: ita etiam appetitus. Ergo videtur quòd superior angelus possit immutare voluntatem alterius.

¶ SED CONTRA, Eius est immutare voluntatem cuius est iustificare, cùm iustitia sit rectitudo voluntatis. Sed solus Deus est qui iustificat. Ergo vnus angelus non potest mutare voluntatem alterius.

¶ RESPONDEO dicendum, q; sicut suprà dictū est *, voluntas immutatur dupliciter. vno modo ex parte obiecti: alio modo ex parte ipsi' potētiæ. Ex parte quidem obiecti mouet voluntatem, & ipsum bonum quod est voluntatis obiectū, sicut appetibile mouet appetitū, & ille qui demōstrat obiectū, puta qui demōstrat aliquid esse bonū. Sed, sicut suprà dictū est *, alia q̄dē bona aliqualiter inclināt volūtatem, sed nihil sufficiēter mouet voluntatē nisi bonū vniuersale, quod est De'. Et hoc bonū solus ipse ostēdit, vt per essentiā videatur à beatis, qui dicēti Moysi, Ostende mihi gloriā tuam, respōdit, Ego ostendam tibi omne bonū: vt habetur Exod. 2. Angelus ergo nō sufficiēter mouet volūtatem, neque vt obiectum, neq; vt ostendens obiectū: sed inclinateā, & amabile quoddā: & vt manifestās aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatē. Et per hoc inclinare pōt ad amorē creaturæ vel Dei per modū suadētis. Ex parte verò ipsi' potētiæ volūtas nullo mō pōt moueri nisi à Deo. Operatio enim volūtatis est inclinatio quædā volentis in volitū. Hanc autē inclinationē solus ille immutare pōt, qui virtutē volendi creaturæ cōtulit *: sicut & naturalē inclinationē solū illud agēs pōt mutare, quod pōt dare virtutē, quā cōsequitur inclinatio naturalis. Solus aūt Deus est qui potētiā volēdi tribuit creaturæ, quia ipse solus De' est autor intellectualis naturæ. Vnde angelus volūtatē alterius mouere nō pōt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd secūdum modum illuminationis est accipiēda & purgatio & perfectio. Et q; 2 Deus illuminat immutādo intellectū, & volūtatē, purgat à defectibus intellectus & voluntatis, & perficit in finem intellectus & volūtatis: angeli autem illuminatio refertur ad intellectū, vt dictum est *: ideo etiā purgatio angeli intelligitur à defectu intellectus, qui est nescięti a: perfectio autem est cōsummatio in finē intellectus, qui est veritas cognita. Et hoc est quod dicit Dio. 6. ca. Cœlest. hier. q; in cœlesti hierarchia purgatio est in substātiis & essentiis tāquā ignotorū illuminatio in perfectionē scientia inducēs. Sicut si dicamus visum corporalem purgari, inquantū remouentur tenebræ: illuminari verò inquantū perfunditur lumine: perfici verò secūdum quod perducitur ad cognitionem colorati.

¶ Ad secundū dicendum, q; vnus angelus potest inducere alium ad amorem Dei per modum persuadentis: vt suprà dictū est *.

¶ Ad tertiū: dicendum, quòd Philosophus loquitur de appetitu inferiori sensitiuo, qui potest moueri à superiori itellectiuo: q; pertinet ad eandē naturā animæ: & q; inferior appetitus est virt' in organo corporali. Quod in angelis locum non habet.

ARTICVLVS III.

¶ An angelus inferior superiorem illuminet.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus inferior superiorem illuminare possit. Ecclesiastica enim Hierarch. deriuata est à cœlesti, & eam repræsentat. Sed hierarchia ab aliquo extrinseco nisi à datore volūtatis: & hæc ratio conuincit intantum, & est per se nota: cōstat enim q; moueri ad actualē inclinationē vel sic, nō nisi à se, aut à sui factore, à quo habituālē habet inclinationē, esse potestrinclinationis enim ratione habere nō potest respectu alicui', quod ab extra venit. Si quis aūt cōtēdat ex superficie literæ, & nō ex ratione inclinationis, sed variatione inclinationis processum hunc interpretāndi omnino vult, pōt dari secūda respōsio dicēdo, q; quia ciusdē rationis est moueri appetitū aliquem ex parte potētiæ ad suū actū naturalē & moueri ad oppositū: ideo ex negatione potentiæ motiuæ ad oppositū optimè infertur negatio potentiæ motiuæ ad actualem inclinationē. Quòd autē eiusdē rationis sit mouere ex parte potētię ad propriā inclinationē, & variare inclinationē, ex eo patet, q; variari inclinatio non pōt nisi variata virtute quam sequitur inclinatio: non enim potest imaginari q; varietur inclinatio lapidis respectu motus localis nisi facta mutatione circa grauitatem: sīcut enim illa semper motui deorsum sequitur, vt inclinatio. Alij autem motus possunt quidē ei inesse, sed nō vt inclinatio actualis: & ratio est in promptu, quia inclinatio actualis supponit habituālē, & est ab eadē de qua non potest actualis variari nisi variata habituali. Constat autē q; variare habituālē inclinationem est dationis naturæ cuius est illa virtus. Vnde non variatur inclinatio terræ nisi tranſmutata terra de graui in leue, quod sine substantiali transmutatione fieri nequit. Mutare igitur inclinationē etiam actualem nō potest nisi dator virtutis propter necessitatem connexionem inter actualē inclinationē & habituālē, quia prohibetur agēs extrinsecū attingere inclinationē actualē nisi media habituali. Hæc autem est ratio, quare extrinsecū agens nō potest educere appetitū aliquē de potētia ad actū secundū suum quia scilicet actus ille inest vt inclinatio: inclinatio autē vt sic nō pōt ex parte potētiæ attingi, nisi media inclinatiōe habituali ac per hoc si aliquod extrinsecū potest educere per se habituālē inclinationē: & sic patet quomodo prædictus processus valet. Prima tñ expositio breuior & formalior est.

¶ *Super quæstionis centesimæsextæ Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respōsiua quæstiōi affirmatiuę. Secundò ostendit differētiam remanentem inter illuminantem & illuminatum.

¶ Quo ad primum conclusio respōsiua est, angelos superiores illuminant inferiores de omnibus quæ ipse nouit. Probatur, vt bonum quod habet, in alio diffundant. ergo pro quāto aliqua agēta, vnde & superna Ierusalē dicitur mater nostra, Gal. 4. Sed in Ecclesia etiā superiores illuminātur ab inferioribus & docētur secūm illud Apostoli. 1. ad Cor. 14. Potestis oēs per singulos ꝓphetare, vt oēs discāt & omnes exhortētur. Ergo & in cœlesti hierarchia superiores ab inferioribus pñt illuminari.

¶ 2 Præterea, Sicut ordo corporaliū substātiarū dependet ex Dei volūtate: ita & ordo substantiarū spiritualiū. sed sicut dictū est *, Deus quādoque præter ordinem substantiarum corporaliū operatur. ergo etiā operatur præter ordinē spiritualium substātiarū illuminādo inferiores, nō per medios superiores. Sic ergo inferiores illuminati à Deo possunt superiores illuminare.

¶ 3 Præterea, Vnus angelus aliū illuminat, ad quem se conuertit, vt suprà dictū est *. Sed cū ista cōuersio sit volūtaria, pōtsupremus angel' ad infimū se cōuertere mediis præmissis. Ergo pōt eū imediate illuminare. Et ita pōt illuminare superiores.

¶ SED CONTRA est, q; dio. * dicit hāc legē esse diuinitatis immobiliter firmatā, vt inferiora reducātur in Deū ꝑ superiora.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd inferiores angeli nunquā illuminant superiores, sed semper à eis illuminātur. Cuius ratio est: quia, sicut suprà dictū est *, ordo cōtinetur sub ordine, sicut causa continetur sub causa. Vnde sicut ordinatur causa ad cām, ita ordo ad ordinē. Et ideo non est incōueniens si aliquando aliquid fiat præter ordinē inferioris causæ ad ordinadum in superiorē causam: sicut in rebus humanis præmittittur mādatum præfidis, vt obediatur principi. Et ita cōtingit, vt ꝓter ordinem naturæ corporalis aliquid Deus miraculosē operetur ad ordinandū hominum in Deū, cùm operationes angelorū nō sint nobis manifestæ, sicut operatiōes visibiliū corporū. Et ideo ordo, qui cōuenit spiritualibus substātiis, nūquām à Deo prætermittitur, quin semper inferiora moueantur per superiora: & non e conuerso.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q; ecclesiastica hierarchia imitatur cælestē aliqualiter: sed non perfectē cōsequitur eius similitudinem. In cælesti enim hierarchia tota ratio ordinis est ex propinquitate ad Deū. Et ideo illi qui sunt Deo propinquiores, sunt gradu infimi, & scientia nō eminētes. Et quidam in vno etiam secūdum scientiam eminent, & in alio deficiūt. Et propter hoc superiores ab inferioribus doceri possunt.

¶ Ad secundū dicendū, quòd non est similis ratio de hoc, q; Deus agat præter ordinem naturæ corporalis & spiritualis: vt dictum est *. Vnde ratio non sequitur.

¶ Ad tertiū dicēdum, q; angelus volūtate conuertitur ad alium angelū illuminādū. Sed volūtas angeli semper regulatur lege diuina, quæ ordinem in angelis instituit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angelus superior illuminet inferiorem.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur q; angelus superior non illuminet inferiorē de omnibus quæ ipse nouit. Dicit enim Dio. 12. ca. Cœl. hier. q; angeli superiores habēt scientiā magis vniuersalem: inferiores verò magis particularē & subiectā. Sed plura cōtinentur sub scientia vniuersali, quā sub particulari. Ergo non omnia quæ scit superiores angeli, cognoscunt inferiores per superiorum illuminationem.

¶ 2 Præterea, Magister dicit in 11. di. 2. Sent. q; superiores angeli cognouerūt a seculis mysteriū Incarnationis. Inferioribus verò ignotum fuit vsquequo completum est. Quod videtur per hoc, q; quibusdā angelis quærentibus. Quis est iste rex gloriæ, quasi ignorātibus alij respōdēt quasi sciētes, Dominus virtutū ipse est rex gloriæ: vt Dio. exponit 7. ca. Cœl hier. Hoc autē non esset si superiores angeli illuminarēt inferiores de omnibus, quæ ipsis cognoscunt. Nō ergo eos illuminat de oibus sibi notis.

¶ 3 Præterea, Si omnia superiores angeli inferioribus annūtiāt quæ cognoscūt, nihil inferioribus ignotū remanet quod superiores cognoscāt. Nō ergo de cætero superiores poterunt illuminare inferiores. Quod videtur inconueniēs. Non ergo superiores de omnibus inferiores illuminat.

¶ SED CONTRA est quod Greg. * dicit, q; in illa cœlesti patria licet quædam data sint excellēter, nihil tamē possidetur singulariter. Et Dio. dicit 15. c. Cœl. hier. q; vnaquæque cœlestis essentia intelligentiā sibi à superiori datam inferiori communicat, vt patet ex autoritate suprà inducta *.

¶ RESPONDEO dicendum, q; omnes creaturæ ex diuina bonitate participāt vt bonū quod habēt, in alia diffundant. Nā de ratione boni est q; se aliis cōmunicet. Et inde est etiā q; agētia corporalia similitudinem suā aliis tradūt, quātū possibile est. Quanto igitur aliqua agētia magis in participatione diuinæ bonitatis cōtituūtur, tāto magis perfectiones suas nituntur in alios trāsfūdere, quātū possibile est. Vnde beatus Petrus monet eos qui diuinā bonitatem per gratiā participāt, dicēs 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiā, i alterutrū illā administrātes, sicut boni dispēsatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis sācti angeli q; in plenissima partipatione diuinæ bonitatis quicquid à Deo pcipiūt, subiectis i partiūtur. Nō tamē recipiē ab inferioribꝰ ita excellēter, sicut est in superioribus. Et iō superiores sēper remanēt in altiori ordine, & perfectiorē sciētiā habētes. Sicut vnā & eādem rē pleni' intelligit magister quā discipulus, qui ab eo didicit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd superiorum angelorum scientia dicitur esse vniuersalior quantum ad eminentiorem modum intelligendi.

¶ Ad secūdum dicendū, q; verbū Magistri non sic est intelligēdū q; inferiores angeli penit' ignorauerint mysteriū icarnationis: sed quia nō ita plenè cognouerūt sicut superiores *: & in eius cognitione postmodū ꝓfecerūt, dū illud mysteriū impleretur.

¶ Ad tertiū dicendum, q; vīq; ad diem iudicij semper noua aliqua supremis angelis reuelantur diuinitus de his quę pertinēt ad dispositionem mundi, & præcipue ad salutē electorū. Vnde semper remanet, vnde superiores angeli inferiores illuminēt.

QVÆSTIO CENTESIMASEPTIMA de Locutionibus Angelorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandū est de locutionib' angelorū ¶ Et circa hoc quęrūtur quinq;. ¶ Primò, vtrum vn' angel' loquatur alijs. ¶ Secūdò, vtrū iferior superiori. ¶ Tertiò, vtrū angelus Deo. ¶ Quartò, vtrū in locutione angeli aliquid distantia localis operetur. ¶ Quintò, vtrum locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscāt.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vnus angelus alteri loquatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnus angelus alteri non loquatur. Dicit enim Gregorius. 18 Mor' quòd in statu resurrectionis 5. & 7. Et vnius cuiusq; mētē ab alterius oculis membrorū corpulentia non abscondit: multo igitur minus mēs vnius angeli abscōditur ab altero. Sed locutio est ad ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Declaratur quidem ordinando quid importat ordinare conceptum ad alterum, vt videatur iuxta singulas partes. Ordinare est actus voluntatis, probatur, quia volûtas mouet intellectû ad actum conceptû ad alterum: quia tripliciter potest intellectum inuenire in intelligente, habitualiter, actualiter, & relatû ad extra, vt percipiatur: quia dupliciter potest referri ad extra, scilicet ad faciêdum, vt patet in practicis: vel ad manifestâdum, vt patet in loquente. Probatur verò tripliciter. primò quia translatio cõceptus de habitu in actû est loqui sibiipsi: vt patet ex verbi ratione. tûc tantum formatur ergo. Secundò, quia ex ipsa ordinatione ad manifestâdû innotescit alteri: ergo. Cætera non egêt declaratione: cùm constet angelos esse intellectuales naturæ, & in eis esse potentiâ, & actû & veritatem conceptionum & voluntatis, &c.

¶ Circa minorê, & eius probationem aduertendo Scot. & sequaces naturâ intellectus aliêpurâ, modò aliarum rerû iudicantes negant hoc: & volût loqui cõsistere in causatione intellectionis in audiente, destruûntq; ordinê naturæ, ponentes inferiorê agere in superiorê: & singût auditionem differre a visione: quia angelus audiês cõcurrit pure passiuè ad intellectionê: quæ est auditio, &c. Tota aût vis rationû suarû supponit intellectû vnius angeli esse passiuû ppportionarû respectu alterius: quod est falsissimû: cû intellectus angelicus respectu nullius creaturæ habeat rationê passiui naturalis: vt ex supradictis in tractatu de angelis patet. Quamuis intellectus inferiorû habeat rationê passiui artificialis, id est disciplinabilis respectu superiorum vt in præcedête patet: vnde quo ad nos vana sunt dicta Sco. in 2. dist. 9. q. 2. nec opus est alia solutione.

¶ In responsione ad tertiû aduerte quòd dupliciter potest interpretari hæc respõsio. Primò, vt întêdat ponere aliquam spiritualem intentionê habentem vim excitatiuam ad auditûm. Et hoc licet demulceat aures, meo tamê intellectui nô cõfonat, eo q. quæ dispersa sunt in inferiori, vnite poni debêt in superiori: vt in litera dicitur. Secundò, vt intêdat ponere in intellectuali locutione vim excitatiuã: & hoc cõfonat ordini rerûm: à nõ conueniêtia inter locutionê corporalê & intellectualem posita in litera cõsistit in hoc, quòd vt robique loquens habet vim excitatiuã: ille per signum aliquod sẽsibile, ille per aliquã vim intelligibilem. Sed differentia est quia ibi signû sensibile est obiectû sensibile, hic vero excitatio intelligibilis est da ipsû obiecti ratione: ordinatio enim ipsa cõceptus ad alterû vt videatur, habet in se virtutê excitatiuam ea ratione, quia facit hunc cõceptum esse de pertinentibus ad illum cui loquitur. Oportet enim putare q; a q; omnes sensus nihil aliud sunt, qué diminutæ participationes intellectus, cû tñ vires cognoscitiuæ quorûdã specialiû generû: ipse verò totius entis intellectû ipse vbi purus inuenitur, qualis est angelicus præhabet eminêtius quicquid omnib' sensibus cõuenit ac per hoc intellectualis locutio præhabet quicquid locutio nostra habet eminêtiori modo; & cõsequenter vnite, & similiter auditio intellectualis. Vnde nõ oportet hic multiplicare entia, sed eleuare in valeat; eminenter æquiualentê ordinê: & sic omnia soluuntur.

¶ *Super Quæstionis centesimæ septimæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè, Inferiorem angeli superioribus loqui possunt. Hæc conclusio posita est tali ordine, declaratur, & probatur ex differentia inter illuminationê, & locutionê, tria faciêdo. Primo ponitur habitudo in ter illas. Secûdo assignatur propria cõstitutiua singularium, ibi, Ex verò quæ mente. Tertiò infert differêtia inter illas, quoad ordinê sapposûtorum, in qua clauditur proposita conclusio, ibi Manifestum est autem. ¶ Quo ad primum habitudo locutionis ad illuminationem est cõmunioris ad minus cõmunê. Omnis enim illuminatio est locutio, sed nõ è conuerso, probatur ex rationibus earum supra assignatis.

¶ Quoad secûdum propriũ cõstitutiuum illuminationis est dependentia ad primam veritatem: propriũ verò cõstitutiuum locutionis est dependentia à volûtate loquentis. Declaratur hæc & probatur. Declarantur resolutorie concepta in duo principia, scilicet primam veritatem & voluntatem concipientis. Nec hæc resolutio, aut distinctio principiorum egetprobatione: quoniã cognitum vt sic, cum verum quoddam sit a prima veritate dependere oportet, vt à mensura: & cum ens essentiali extrinsecum, & cui libertû quoddam fit saltem quoad vsum seu exercitiû act', vt patet ex præcedentibus. Probatur verò, quo ad voluntatem dependeat, quia enim q; fit proposita vt veritati cuius signum est, q; eundê conceptum Michaelis, puta q; ipse vult suscipere animam Martinini? Deus apponit sigillum suũ ipse Michael manifestet illis, est solã locutio. Deus enim proponit vt verũ: quia volûtas fit a fit regula veritatis. Michael autem proponit quidem verum, sed non vt verum: sed vt volitum à se, quem constat non esse veritatis regulã. Vnde in litera ex hoc q; veritas est lumen, infertur non quòd manifestatio eius sit illuminatio, sed quòd manifestatio eius, vt dependet à prima veritate, est illuminatio.

¶ Ad secûdum autê dicitur, q; velle aut intelligere sumitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur cõtra rem volitam, aut intellectam. Et sic cùm res volita aut intellecta in nullo genere causæ pendeat à volitione, aut intellectione vt sic: vt patet cùm volumus aut intelligimus Deũ esse, &c.) impertinens est ad perfectionem intellectus pertinens intelligere res ab aliis cognitas aut volitas, scire quid alij, circa illas velint, aut nouerint. Alio modo, vt ipsum velle aut intelligere est res quædam. Et sic pertinet ad perfectionê intellectus: eo modo quo cogitationes cordium pertinent ad perfectionem illius de quibus supra tractatum est. Cogitatio enim cordis cognita, sicut & quodlibet singulare cognitũ, perficit intellectum, vt perficere distinguitur cõtra a inficere. Solum enim falsum intellectum inficit. nõ autem perficit, vt perficere distinguitur cõtra facere, & denotat quêdam excessum: quia nõ cõfortat intellectũ, nõ enim ex hoc intellectus potentior redditur ad aliorũ notitiam. In præsenti litera nolle & intelligere sumûtur, primo modo, vt patet ex eo q; distinguntur tuum velle & tuum intelligere contra veritatem. Et propterea optime dicitur q; nõ pertinet ad perfectionem meri intellectus cognoscere quid tu velis aut cognoscas, sed quid rei veritas habet.

¶ Obiectio autem in oppositum facta procedit de tuo velle & intelligere inquãtum est quædam res in se, propterea non militat contra propositum. Quamuis etiam isto modo, vt ex supradictis patet, verificetur. Nec obstat præsens litera dicens q; ad perfectionê intellectus mei spectat quod rei veritas habet. Tum quia loquitur de re vt distinguitur contra cognitionê & volitionem. Tum quia non dicitur omnis rei. Tum quia sermones sunt intelligendi secundum subiectam materiam: & sic est subintelligẽda hic distributio accommoda. Tũ quòd sensus est, q; ad perfectionem intellectus mei pertinet, scire quid rei veritas habet in cognoscibilibus ab intellectu meo: quæ autem sunt cognoscibilia à me, aut angelo, &c. non est præsentis negotij discutere: sed discussa iam sunt.

¶ Quo ad tertiũ infertur conclusio intenta in differentia inter has ad propositũ

patet cum reuelantur angelis orationes nostræ. Vnde differentia hic assignata licet sit bona, malè tamen probata videtur.

¶ Circa confirmationê quoq; occurrit dubium simile. Quia si ad perfectionê intellectus spectat scire, quid rei veritas habet: aut hoc intelligitur vniuersaliter, & tûc sequitur oppositũ intentiõi: sequitur, ergo ad perfectũ intellectus pertinet scire quid rei veritas habet de meo velle & cogitare, hoc autem est scire quid ego volo: ergo. Si autem particulariter, oportet assignare materiam in qua verificatur & procedatur vt supra. ¶ Ad Primũ horum dicitur q; propositio illa est vniuersalis: sed formaliter stellecta, id est de veritate inquantũ veritas est. Et cũ infertur ex illa, ergo manifestare quodcũque verũ, est illumina re: respõdetur distinguẽdo, q; manifestare verũ, cõtingit dupliciter. Vno modo formaliter, id est inquantũ verũ & sic trãseat. Alio modo inquãtũ volitũ volûtate, quæ non est veritatis regula: & sic negatur. huiusmodi est manifestatio non est illuminatio, sed similplex, propositio, seu oblatio veri. Et propterea negatur vltima cõsequẽtia ergo loq. verũ est illuminare. Quoniã loquẽs verũ, nõ manifestat verũ vt verũ, sed vt liberũ: locutio enim nõ aliter manifestat nisi quia libere præsentat cõceptũ. Et si insteretur q; in locutione vera sunt duo: q; a est veritas, a posita & libertas propositionis; & q; licet ratione libertatis nõ sit ibi illuminatio: ratione tamen veritatis est ibi illuminatio, si veritas est lumẽ intellectũ, vt litera dicit. Tã patet quid dicendũ, q; plus requiritur ad illuminationem quã veritas. requiritur enim q; sit proposita vt veritas: cuius signum est, q; eundê conceptum Michaelis, puta q; ipse vult suscipere animam Martinini? Deus apponit sigillum suũ ipse Michael manifestet illis, est sola locutio. Deus enim proponit vt verũ: quia volũtas fit a fit regula veritatis. Michael autem proponit quidem verum, sed non vt verum: sed vt volitum à se, quem constat non esse veritatis regulã. Vnde in litera ex hoc q; veritas est lumen, infertur non quòd manifestatio eius sit illuminatio, sed quòd manifestatio eius, vt dependet à prima veritate, est illuminatio.

¶ Ad secûdum autê dicitur, q; velle aut intelligere sumitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur cõtra rem volitam, aut intellectam. Et sic cùm res volita aut intellecta in nullo genere causæ pendeat à volitione, aut intellectione vt sic: vt patet cùm volumus aut intelligimus Deũ esse, &c.) impertinens est ad perfectionem intellectus pertinens intelligere res ab aliis cognitas aut volitas, scire quid alij, circa illas velint, aut nouerint. Alio modo, vt ipsum velle aut intelligere est res quædam. Et sic pertinet ad perfectionê intellectus: eo modo quo cogitationes cordium pertinent ad perfectionem illius de quibus supra tractatum est. Cogitatio enim cordis cognita, sicut & quodlibet singulare cognitũ, perficit intellectum, vt perficere distinguitur cõtra a inficere. Solum enim falsum intellectum inficit. nõ autem perficit, vt perficere distinguitur cõtra facere, & denotat quêdam excessum: quia nõ cõfortat intellectũ, nõ enim ex hoc intellectus potentior redditur ad aliorũ notitiam. In præsenti litera nolle & intelligere sumûtur, primo modo, vt patet ex eo q; distinguntur tuum velle & tuum intelligere contra veritatem. Et propterea optime dicitur q; nõ pertinet ad perfectionem meri intellectus cognoscere quid tu velis aut cognoscas, sed quid rei veritas habet.

¶ Obiectio autem in oppositum facta procedit de tuo velle & intelligere inquãtum est quædam res in se, propterea non militat contra propositum. Quamuis etiam isto modo, vt ex supradictis patet, verificetur. Nec obstat præsens litera dicens q; ad perfectionê intellectus mei spectat quod rei veritas habet. Tum quia loquitur de re vt distinguitur contra cognitionê & volitionem. Tum quia non dicitur omnis rei. Tum quia sermones sunt intelligendi secundum subiectam materiam: & sic est subintelligẽda hic distributio accommoda. Tũ quòd sensus est, q; ad perfectionem intellectus mei pertinet, scire quid rei veritas habet in cognoscibilibus ab intellectu meo: quæ autem sunt cognoscibilia à me, aut angelo, &c. non est præsentis negotij discutere: sed discussa iam sunt.

¶ Quo ad tertiũ infertur conclusio intenta in differentia inter has ad propositũ

verò veritas est lumẽ intellectũ, & regula omnis veritatis est ipse Deus, manifestatio eius quod mente concipitur secûdum qd̃ depẽdet à prima veritate, & locutio est & illuminatio. Puta si vnus homo dicat alij, Cœlũ est à Deo creatũ, vel homo est animal. Sed manifestatio eorũ quæ depẽdent ex volûtate intelligẽtis, nõ põt dici illuminatio, sed locutio tãtũ. Puta si aliquis alteri dicat, Volo hoc addiscere, volo hoc vel illud facere: cuius rõ est, q; a volûtas creata nõ est lux nec regula veritatis, sed participãs lucẽ. Vnde cõicare ea, quæ sunt a volûtate creata inquãtũ huiusmodi, non est illuminare. Non enim ptinet ad pfectionẽ intellectũ mei, q̃d tu velis, vel quid tu intelligas cognoscere: sed solũ quid rei veritas habeat. Manifestũ est autẽ, q; angeli dicûtur superiores vel inferiores per cõparationẽ ad hoc principiũ, quod est Deus. Et ideo illuminatio quæ depẽdet à principio quod est Deus, solũ per superiores angelos ad inferiores deducit. Sed i ordine ad principiũ q̃d est volûtas, ipse volẽs est primus & suprem'. Et ideo manifestatio eorũ quæ ad voluntatẽ pertinẽt, per ipsum volẽtem deducitur ad alios quoscunq;. Et quãtum ad hoc & superiores inferiorib' ,& inferiores superiorib' loquuntur. Et per hoc patet solutio ad primum, & ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, q; omnis Dei locutio ad angelos est illuminatio. Quia cũ volûtas Dei sit regula veritatis: etiã scire quid Deus velit, ptinet ad perfectionẽ & illuminationẽ mentis creatæ. Sed non est eadẽ ratio de volûtate angeli: vt dictũ est,

ARTICVLVS III.

¶ Virum Angelus Deo loquatur.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur q; Angelus Deo nõ loquatur. Locutio enim est ad manifestãdũ aliquid alteri. Sed angelus nihil põt manifestare Deo, qui omnia nouit. Ergo angelus nõ loquitur Deo.

¶ 2 Præterea, Loqui est ordinare cõceptũ intellect' ad alterũ: vt dictũ est'. Sed angel' semper cõceptũ suæ mentis ordinat i Deũ. Si ergo aliquãdo Deo loquit', semper Deo loquit. Quod põt videri aliquib' incõue-

niẽs cũ aliquãdo angel' angelo loquatur. Videt ergo q; angel' nunquã loquat Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Zach. 1. Respõdit angel' Deo, & dixit, Domine exercituũ vsquequo non miserebe-
10 ris Ierusalẽ? Loquitur ergo angelus Deo.

¶ RESPONDEO dicendum, q; sicut dictũ est', locutio angeli est per hoc q; cõceptio mẽtis ordinatur ad alterũ. Sed aliquid ordinatur ad alterũ dupliciter. Vno modo ad hoc q; cõmunicet alteri. Sicut in rebus naturalibus agẽs ordinatur ad patiẽs, & in locutione humana doctor ordinatur ad discipulũ. Et quãtũ ad hoc nullo
20 modo angelus loquitur Deo, neq; de his quæ ad rerũ veritatẽ pertinẽt, neq; de his quæ depẽdẽt à volûtate creata: quia Deo est omnis veritatis & oĩs volûtatis principiũ & conditor. Alio mòdo ordinatur aliquid ad alterũ, vt ab eo aliquid accipiat. Sicut in rebus naturalib' passiuũ ad agẽs, & in locutione humana discipul' ad magistrũ. Et hoc modo angel' loquitur Deo, vel consultãdo diuinam voluntatẽ de angelis, vel eius excellentiã quam nunquam comprehendit admirãdo: sicut Greg. dicit
30 2. Moral. quòd angeli loquuntur Deo, cũ per hoc quòd super semetipsos respiciũt, in motum admirationis surgunt.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd locutio non semper est ad manifestãdũ alteri: sed quãdoq; ad hoc ordinatur finaliter, vt loquẽti aliq̃d manifestetur, sicut cùm discipulus quærit aliquid a magistro.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd locutione qua angeli loquũtur Deo, laudãtes ipsum & admirantes, semper angeli Deo loquũtur. Sed locutione qua eius sapiẽtiã cõsultunt super agẽdis, tũc ei loquuntur quãdo aliquid nouum per eos agendum occurrit, super quo desiderant illuminari.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum localis distantia operetur aliquid in locutione angelica.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd localis distãtia operetur aliq̃d in locutione angelica. Sicut enim dicit Damas. Angel' vbi est, cõsistẽte in hoc, illuminatio solũ modo per superiores ad inferiores deducitur. Locutio verò per æqualẽ ad quoscũq; deducitur siue superiores, siue inferiores. Probatur ex distinctiuis per assignatis sic, illuminatio est de conceptis vt à Deo: ergo secundũ ordinẽ angelorũ vt à Deo, ergo per superiores ad inferiores. Antecedês patet ex dictis: prima cõsequentia nõ nisi implicitè habetur in litera, sed propter claritatem opposita est. secunda ve rò probatur: quia angeli dicuntur superiores & inferiores per ordinẽ ad Deũ. Quo ad aliam verò partem sic, Locutio est de conceptis. vt à volûtate: ergo secundum ordinẽ ad voluntatẽ loquẽtis: ergo ad quoscũque. Antecedês patet. prima cõsequentia probatur quia in his primus loquens habet rationẽ suprẽmi principij: secunda verò est per se nota. & sic patet cõclusio probata ex hoc, quia loqui vi sic, nullam dicit excellentiam supra auditẽm, sed liberrtatem tantum ponit in loquente. ¶ In respõsione ad tertium, dubiũ esse possẽt: quia De' plures in Scriptura inuenitur locutus ad angelos absq; illuminatione: vt patet Iob 2. & 3. Reg. 22. Ad hoc pòt tripliciter dici. Primò, q; litera loquitur de locutione ennuntiatiua, quæ scilicet enũtiat verũ vel falsũm: vt patet ex ratione reddita. Secundò, & meli', q; litera loquitur de locutione propriè dicta intellectuali, in Scriptura autẽ opposità fonãs metaphoricè, locutione vti videtur, vt patet ex autoritate Greg. 1. Mora. Tertiò, q; etiã in his illuminatio quædã occurrit pro quanto ibi manifestatio diuinę per missionis, quòd adũr ad hoc vel illud.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sextæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore est vna distinctio bimẽbris cũ duabus cõclusionib' suis distributionis membra. Distinctio. Aliquid ordinatur ad alterũ dupliciter, scilicet actiuè vel passiuè. Ratio distinctionis huius, quare scilicet adducatur, assignatur in litera: quia locutio angelica in ordinatione conceptus ad alterum consistit. Membra distinctionis declarantur in naturalibus, & humana locutione.

¶ Conclusio prima iuxta primum membrum est negatiua, Angelus non loquitur Deo ordinando conceptum respectu Dei actiuè. Probatur, Deus est principium omnis veritatis & voluntatis: ergo sibi communicatiuè ordinati non potest conceptus aliquis de veritate aut voluntate.

¶ Secunda conclusio iuxta secundum membrum est affirmatiua, Angelus loquitur Deo ordinando conceptum suum respectu Dei passiuè. Declaratur ex consultatione, & adoratione, & confirmatur autoritate Gregorij.

¶ Circa hanc decisionem occurrit dubiũ. Quia distinctio posita, quamuis sit bona: non tamẽ est sufficiẽs ad propositũ. Datur enim tertius modus ordinis, quo conceptus ordinatur ad alterum, quãdo scilicet ordinatur ad alterum solum, vt innotescat, vt dictũ est fieri in simplici locutione vnius angeli ad alterũ: loquẽs enim vt sic, nihil causat in audiente secundum S. Thomæ doctrinam: agitur, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q; licet ordinans conceptum suum ad alterum ad hoc solum vt innotescat illi, non se habeat vt agens respectu audiẽtis, quia nec agit in illum, nec præsentat illi actuum: habet tamen se ad illum cõmunicatiuè, quia facit præsens visibile: quia si nõ faceret, esset illi absens. Et propterea dicitur cõmunicare illi notitiam eius quod ipse concipit: Deo autem repugnat nõ solum pati ab angelo, sed etiam cognoscere sibi aliud ab illo eadem ratione: quia scilicet sibi repugnat ratio potentiæ & imperfectionis cuiusque. Vnde hic modus cõprehendituꝛ sub primo modo in litera posito. Et ad hoc infruandum nõ dicitur in litera in primo membro, quòd ordinatur vt agat, sed quòd ordinatur quòd communicet. Declaratur autem hoc ex ratione ordinis actiui & passiui. Tum vt à notioribus traderet disciplinam. Tum quia communicatio manifestatiua quasi agere quoddam est reductiuè. Tum quia in proposito, vt dictum est, æquiualet ipsi agere: & sic sufficienter respõsum est quæsito.

¶ *Super quæstionis centesimæ septimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito negatiue, In locutione angeli

*cap. 5.

*qõ 82. art. 4.

*libr. 10 de Trin. cap. 5. 8. 9. & 10.

*cap. 5.

525 Iosue 10.

526 lib. 4. in 4. fin.

527 2. dist. 9. art. 1. ad 6. Eccliast. 11. q. 1. ar. 3 ad 5 et vers. 7. art. 6.

* libr. 1. ca. 17. & li. 2. ca. 3.

* cap. 2.

* artic. 1. huius q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullũ impedimẽtũ quæ stat distantia loci. Probatur. Locutio angeli cõsistit in intellectuali operatione: ergo abstrahit omnino à loco & tẽpore. ergo nihil operatur in ea diuersitas loci, aut temporis. ergo, &c. Antecedens patet, & prima consequentia probatur ex intelligere nostro, quia scilicet abstrahit, nisi ex parte phantasmatũ, quæ ibi nõ sunt. secũda verò est per se nota.

¶ Super Quæstionis octauæ septimæ Articulum quintum.

*art.1.2. & 3.huius quæst. d. 767.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua: quæsito negatiuè, locutionẽ vnius angeli ad aliũ nõ oẽs percipiũt. Probatur: propriũ cõceptũ mẽtis vnius angelus potest ordinare ex aliqua cã ad alterum, & nõ oẽs: ergo pcipi põt ab vno, & nõ ab aliis. Antecedẽs pbatur: qa ordinatio est volũtaria. cõsequẽtia probatur, quia per ordinationem percipitur, id est fit præsens vt pcipiatur.

¶ Super Quæstionis octauæ Articulum primum

*artic.1. huius q.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò distinguit. Secũdo respondet quæstito, iuxta duo distinctionis membra. Tertiò reprehẽdit errorem, quẽdam.

¶ Quo ad primũ distinctio est. Hierarchia põt dupliciter considerari.

*cap. 6. Vnumõ ex parte principis. Alio modo ex parte multitudinis ordinatæ, sub principe. Declaratur distinctio ex quid nois Hierarchiæ dicit enim sacrũ principatũ: principatus aũt hẽ̃ oduo prædicta claudit in se.

528 Vers. q. 9. art. 7.

¶ Quo ad secundũ sunt cõclusiones duæ. prima cõclusio respõsiua iuxta primum modũ est affirmatiua, oẽs angeli, imõ omnes creaturæ rationales, sunt vni' hierarchię ex parte principis. Probatur: quia princeps omniũ, qui possunt sacrorũ esse principes, quales sũt rõnales creaturæ, est, vnus Deus gloriosus. Et confirmatur auctoritate Aug. ponẽtis: vnã ciuitatẽ angelorũ & hominũ honorũ, alterã malorũ.

¶ Nec turberis nouitate, exista cõfirmatiõe ponẽte duas societates: & rñ adducta ad probãdã vnitatem societatis. In hac enim auctoritate duo dicũtur. Primũ, q̃ angelorũ & hominũ pucipũ sacrorũ vna est societas: & hoc est ad ꝓpositũ. Secundũ est, q̃ dæmonũ & hominũ deficiẽtiũ à sanctis, alia est societas, & hoc est ad cõplementũ autotitatis allatũ. & seruit aliqualiter ꝓposito pro quanto etiam hæc mala societas est etiam vna.

¶ Secunda verò conclusio iuxta secundum modũ est negatiua, Angeli nec cũ hominibus: nec ibi operatur. Locutio autem est quædam operatio angeli. Cùm ergo angelus sit in determinato loco, videtur quòd vsque ad determinatam loci distantiam angelus loqui possit.

¶ 2 Præterea, Clamor loquẽtis fit propter distantiam audientis. Sed Isa. 6. dicitur de Seraphim, quòd clamat alter ad alterum. Ergo videtur ꝙ in locutione angelorum aliquid operetur localis distantia.

¶SED CONTRÀ est, quòd sicut dicitur Lucæ 16. diues in inferno positus loquebatur Abrahę, non impediente loci distantia. Multo igitur minus localis distantia potest impedire locutionem vnius angeli ad alterum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ locutio angeli in intellectuali operatiõe cõsistit, vt ex dictis patet*. Intellectualis autẽ operatio angeli, omnino abstracta est à loco & tempore, nam etiam nostra intellectualis operatio est per abstractionem ab hic & nunc: nisi per accidens ex parte phantasmatum, quæ in angelis nulla sunt. In eo autem quod est omnino abstractum à loco & tempore, nihil operatur neque temporis diuersitas, neque loci distantia. Vnde in locutione angeli nullum impedimentum facit distantia loci.

*artic.1. huius q.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ locutio angeli, sicut dictũ est*. est locutio interior: quæ tamen ab alio percipitur. Et ideo est in angelo loquente: & per consequens vbi est angelus loquẽs. Sed sicut distãtia localis nõ impedit quin vnus angelus aliũ videre possit: ita etiam non impedit quin percipiat quod in eo ad se ordinatur. Quod est eius locutionẽ percipere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd clamor ille non est vocis corporeæ, quæ fit propter distantiam loci: sed significat magnitudinem rei quæ dicebatur, vel magnitudinem effectus, secũdum quod dicit Greg. 2. Moral.* Tantò quisque minus clamat, quanto minus desiderat.

*cap. 6.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscant.

AD QVINTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscant. Quod enim vnius hominis locutionem non omnes audiant, facit inæqualis loci distantia. Sed in locutione angeli nihil operatur localis distantia: vt dictum est*. Ergo vno angelo loquente ad alterum, omnes percipiunt.

*ar. præc.

¶ 2 Præterea, Omnes angeli communicant in virtute intelligendi. Si ergo conceptus mentis vnius ordinatus ad alterum cognoscitur ab vno, pari ratione cognoscitur ab aliis.

¶ 3 Præterea, Illuminatio est quædam species locutionis. Sed illuminatio vnius angeli altero peruenit ad omnes angelos: quia vt Dio. dicit 15. Cæl. hier. vnaquæque cœlestis essentia intelligentiã sibi traditã aliis communicat. Ergo & locutio vnius angeli ad alterum, ad omnes perducitur.

¶SED CONTRA est, quòd vnus homo potest alteri soli loqui. Multo igitur magis hoc in angelis esse potest.

¶RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est*, conceptus mentis vnius angeli percipi potest ab altero per hoc, quòd ille cuius est conceptus, sua voluntate ordinat ipsum ad alterum. Potest autem ex aliqua causa ordinari aliquid ad vnum, & non ad alterum. Et ideo potest conceptus vnius ab aliquo vno cognosci, & non ab aliis. Et sic locutionem vni' angeli ad alterũ potest percipere vn'

*artic.1. huius q.

absque aliis: non quidem impediente distantia locali, sed hoc faciente voluntaria ordinatione, vt dictum est*.

*in hoc artic. & præced.

¶ Vnde patet responsio ad primum & secundum.

¶AD TERTIVM dicendum, quòd illuminatio est de his quæ emanant à prima regula veritatis: quæ est principium commune omnium angelorum. Et ideo illuminationes sunt omnibus communes*. Sed locutio potest esse de his quæ ordinantur ad principium voluntatis creatæ, quod est propriũ vnicuique angelo. Et ideo non oportet quòd huiusmodi locutiones sint omnibus communes.

QVÆSTIO CENTESIMAOCTAVA de Ordinatione angelorum secundum Hierarchias & ordines, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordinatione angelorum secundum Hierarchias & ordines. *dictum est enim*, quòd superiores inferiores illuminant, & non econuerso.

*quæst. præc.

¶ Circa hoc quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum omnes sint vnius hierarchiæ. ¶ Secundò, vtrum in vna hierarchia sit vnus tantum ordo. ¶ Tertiò, vtrum in vno ordine sint plures angeli. ¶ Quarto, vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura. ¶ Quintò, de nominibus & proprietatibus singulorum ordinum. ¶ Sextò, de comparatione ordinum adinuicem. ¶ Septimò, vtrum ordines durent post diem iudicij. ¶ Octauò, vtrum homines assumantur ad ordines angelorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum omnes angeli sint vnius hierarchiæ.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur quòd omnes angeli sint vnius hierarchiæ. Cùm enim angeli sint supremi inter creaturas, oportet dicere quòd sint optimè dispositi. Sed optima dispositio est multitudinis, secundum quod continetur sub vno principatu: vt patet per Philosophum 12. Metaphy. & in 3. Politic.* Cùm ergo hierarchia nihil sit aliud quã sacer principatus, videtur ꝙ omnes angeli sint vnius hierarchiæ.

*2. dist. 9. art. 2. & Et Dio. 12. cæl. hier.

*In hierarch. Eccles. cap. 3. Politic. lib. 1. cap. 2.

¶ 2 Præterea, Dio. dicit in 3. cap. Cæl. hier. quòd hierarchia est ordo, scientia & actio. Sed omnes angeli conueniunt in vno ordine ad Deum quem cognoscunt, & à quo in suis actionibus regulantur. Ergo omnes angeli sunt vnius hierarchiæ.

¶ 3 Præterea, Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, invenitur in hominibus & angelis. Sed omnes homines sunt vnius hierarchiæ. Ergo etiam omnes angeli sunt vnius hierarchiæ.

¶SED CONTRA est, quòd Dion. 6. cap. Cæl. hierar. distinguit tres hierarchias angelorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hierarchia est sacer principatus, vt dictum est*. In nomine autem principatus duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe. Quia igitur vnus est Deus princeps, non solũ omnium angelorum, sed etiam hominum, & totius creaturæ: ideo non solum omnium angelorũ, sed etiam totius rationalis creaturæ, quæ sacrorum participes esse potest, vna est hierarchia Secundum quod Aug. dicit in 12. de ciuit. Dei, *duas esse ciuitates, hoc est societates: vnam in angelis bonis & hominibus, alteram in malis. Sed si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic vnus principatus dicitur, secundum quòd multitudo vno & eodem modo potest gubernationem principis recipere. Quæ verò nõ possunt secundum eundem modum gubernari a principe, ad diuersos principatus pertinent. Sicut sub vno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis regũtur legibus & ministris. Manifestum est autem quòd homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quàm angeli. Nam angeli percipiunt eas in intelligibili puritate, homines verò percipiunt eas sub sensibilium similitudinibus: vt dio. dicit 1. Cæl. hier. Et ideo oportet distingui humanam hierarchiã ab angelica. Et per eundem modum in angelis tres hierarchiæ distinguũtur. Dictũ est enim suprà*, dũ de cognitione angelorũ ageretur, quòd superiores angeli habent vniuersaliorem cognitionem veritatis, quàm inferiores. Huiusmodi aũt vniuersalis acceptio cognitionis secũdum tres gradus in angelis distingui potest. Possunt enim rationes rerum de quibus angeli illuminantur cõsiderari tripliciter. Primo quidẽ, secũdũ quod procedunt a primo principio vniuersali*, quod est Deus. Et iste mod' cõuenit primæ hierarchiæ, quæ immediatè ad Deũ exteditur, & quasi in vestibulis Dei collocat. vt Dio. dicit 7. c. Cæl. hier. Secũdo verò, prout huiusmodi rationes depẽdẽt ab vniuersalib' causis creatis, quæ in aliquo modo multiplicant. Et hic mod' cõuenit secũdæ hierarchiæ, Tertio aũt modo secundũ

*gub. lib. art. 3.

*cap. 5.

*angel.

*cap. 4.

inter se sunt vnius hierarchiæ, sed tres inter se constituunt hierarchias ex parte multitudinis ordinatæ. Ista cõclusio habet tres partes. Prima est de pluralitate hierarchiæ inter angelos, & homines. Secunda inter angelos. tertia est de certo numero hierarchiæ angelicæ. Et probatur quo ad primam partem, Vnitas principatus ex parte multitudinis est ex vnitate modi passiuæ gubernationis à principe, & pluralitas ex pluralitate: ergo angeli, & homines, non sunt vnius hierarchiæ. Antecedens probatur inductiuè in Politicis. consequentia probatur: quia homines & angeli diuersis modis gubernantur. Probatur: quia illi illuminationibus puris, homines verò sub sensibilium similitudinibus: vt patet ex Dionys. Secunda verò pars ex eadem autoritate probatur inferendo eodem modo. ergo angeli inter se non sunt vnius hierarchiæ. Probatur sequela: quia non eodem modo illuminãtur, quia superiores vniuersalius lumen quam inferiores recipiunt.

*arti. 6. huius q.

*locis in arg. 1. citatis.

*In cor.

530 3. dist. 9. art. 3. Et 3. contra cap. 60. 12. Et 2. Metaphe. 1. lect. 7. & 2. * cap. 3. epol. hie.

Tertia autem pars probatur sic: Rationes de quibus angeli illuminantur, possunt in triplici gradu considerari: ergo acceptio cognitionis: ergo ordo sacræ hierarchiæ. Consequentiæ sunt notæ ex dictis. Antecedẽs declaratur, quia possunt sumi vt sunt à Deo secundò, vt ab vniuersalibus secundis: tertio vt à propriis, atque applicatæ ad singula, primus modus conuenit primæ hierarchiæ, vt confirmat Dio. secũdus secundæ, & tertius infimæ.

¶ Quo ad tertium erãt, & contra intentionem Dionysij loquuntur: ponentes hierarchiam in diuinis per tonis. Probatur prima pars: quia hoc sequitur cotollariè ex dictis. secũda verò, quia hierarchia apud Diony. 4. cap. exigit inter subiecta habitudinẽ purgationis, illuminationis & perfectionis: sed hæc procul sunt à diuinis personis ergo, &c. Caiꝰ etrotis videtur: quia in diuinis personis est ordo quidam: sed ille, &c.

Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli tria. Primo ostenditur diuersitas ordinũ in qualibet hierarchia: & sic directè respondetur quæsito. Secundo penes quid attenditur ista diuersitas. Tertio ostenditur numerus.

¶ Quo ad primum ponitur conclusio respõsiua. In qualibet hierarchia sunt diuersi ordines. Probatur exratione hierarchiæ sic, Vna hierarchia est vna multitudo ordinata vno modo sub fini proprio ergo in ea sunt diuersi ordines. ꝓbatur cõsequentia: quia aliter nõ esset multitudo ordinata, sed cõfusa.

¶ Aduerte nouitie, quòd ad ordinem inter aliqua sequitur diuersitas ordinum, pro quanto sequitur diuersus ordinatorũ gradus, oportet enim in ordine vnum esse prius, & aliud posterius. Et sic consurgit duplex ordo, ordo priorum & ordo posteriorum. Nec refert ad propositum, an vnũ vel plura sint in ordine priorum aut posteriorum: atque est ex hoc, quòd multitudo est ordinata: sequitur, ergo sunt ibi diuersi ordines iuxta diuersos ordinatorum gradus: aliquos esse confusio.

* ca. 7. 8. & 9. cæl. hierar.

¶ Quo ad secundum diuersitas ordinum penes diuersa officia & actus ꝓbatur ex dispositione ordinum in politicis.

¶ Quo ad tertium, In qualibet hierarchia sũt tres ordines, summus, medius & infimus. Pro batur dupliciter. primò ratione. quia omnis diuersitas ordinum penes officia, &c. reducitur ad ternarium, quod probatur. Tum quia multitudo perfecta reducitur ad ternarium, principium, medium & finem, ex primo cœli. Tum quia in politicis hoc experimur, vbi optimates, nobiles, & populus sint summi, medij, & infimi. Tum autoritate Dionysij.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in vna hierarchia sint plures ordines.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur quòd in vna hierarchia nõ sint plures ordines. Multiplicata enim diffinitione multiplicatur & diffinitum. Sed hierarchia, vt Dionys.* dicit, est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit vna hierarchia sed multæ.

*lib. cap.

¶ 2 Præterea, Diuersi ordines sunt diuersi gradus: & gradus spiritualibus constituuntur secundum diuersa dona spiritualia. Sed in angelis omnia dona spiritualia sunt communia: quia nihil ibi singulariter possidetur. Ergo non sunt diuersi ordines angelorum.

¶ 3 Præterea, in ecclesiastica hierarchia distinguũtur ordines secundũ purgare, illuminare & perficere. Nam ordo diaconorũ est purgatiuus, sacerdotum illuminatiu', episcoporũ perfectiuus: vt Dio. dicit 5. ca. Eccles. hierar. Sed quilibet angelus purgat, illuminat, & perficit. Non ergo est distinctio ordinum in angelis.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit ad Ephe. primo, quòd Deus cõstituit Christum hominem supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, qui sunt diuersi ordines angelorum: & quidam eorum ad vnam hierarchiam pertinent, vt infrà patebit*.

*artic. 6. huius q. 2. cap.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, vna hierarcchia est vn' principatus, id est vna multitudo ordinata vno modo sub principijs gubernatione. Non autem esset multitudo ordinata, sed confusa, si in multitudine diuersi ordines non essent. Ipsa ergo ratio hierarchiæ requirit ordinum diuersitatem. Quæ quidẽ diuersitas ordinum secundũ diuersa officia & actus cõsideratur, sicut patet quòd in vna ciuitate sunt diuersi ordines, secũdum diuersos actꝰ. Nam alius est ordo iudicantium & alius pugnantiũ, & alius laborantium in agris, & sic de aliis. Sed quãuis multi sint vnius ciuitatis ordines, omnes tamen ad tres possunt reduci, secundum quod quælibet multitudo perfecta habet principiũ, medium, & finẽ. Vnde &

*cap.

in ciuitatibus triplex ordo hominũ inuenitur. Quidam enim sunt supremi, vt optimates: quidam autem sunt infimi, vt vilis populus, quidam autẽ sunt medij, vt populus honorabilis. Sic igitur & in qualibet hierarchia angelica ordines distinguntur secundum diuersos actus & officia, & omnis ista diuersitas ad tria reducitur, scilicet ad summum, medium, & infimum. Et propter hoc in qualibet hierarchia Dio.* ponit tres ordines.

*ar. præc.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ordo dupliciter dicitur. Vno modo, ipsa ordinatio cõprehẽdẽs sub se diuersos gradus. Et hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo grad' vnus. Et sic dicũtur plures ordines vnius hierarchiæ.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd in societate angelorum omnia possidentur cõmuniter. Sed tamen quædam excellẽtius habentur à quibusdã, quam ab aliis. Vnumquodque autem perfectius habetur ab eo qui potest illud communicare, quam ab eo qui non potest. Sicut perfectius est calidum quod potest calefacere, quã quod nõ potest: & perfectius scit qui potest docere, quã qui nõ potest. Et quãto perfecti' donum aliquis communicare potest, tantò in perfectiori gradu est. Sicut in perfectiori gradu magisterij est qui potest docere altiorem scientiam. Et secundum hãc similitudinem consideranda est diuersitas graduum vel ordinum in angelis secundum diuersa officia & actus.

¶ Ad tertium dicendum, quod inferior angelus est superior supremo homine nostræ hierarchiæ: secundum illud Matth. 11. Qui minor est in regno cœlorum, maior illo, scilicet Ioanne Baptist. quo nullo maior inter natos mulierum surrexit. Vnde minor angelus cœlestis hierarchię potest non solùm purgare, sed illuminare & perficere, & altiori modo, quàm ordines nostræ hierarchiæ. Et sic secundum distinctionem harum actionum non distinguntur cœlestes ordines, sed secundum alias differentias actionum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in vno ordine sint plures angeli.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quòd in vno ordine non sint plures angeli. Dictum est enim suprà*, omnes angelos inæquales esse adinuicem. Sed vnius ordinis esse dicuntur quæ sunt æqualia. Ergo plures angeli non sunt vnius ordinis.

*ar. præc.

¶ 2 Præterea, quod potest sufficiẽter fieri per vnũ, superfluũ est quòd fiãt per multa. Sed illud quod pertinet ad vnum officiũ angelicum, sufficiẽter potest fieri per vnũ angelum multo magis, quam per vnũ solẽ sufficiẽter fit quod pertinet ad officiũ solis, quãto perfectior est angelus cœlesti corpore. Si ergo ordines distinguntur secundũ officia, vt dictum est*, superfluum est quòd sint plures angeli vnius ordinis.

*cap.

¶ 3 Præterea, Supra dictum est*, ꝙ omnes angeli sunt inæquales. Si ergo plures angeli sint vni' ordinis, puta tres vel quatuor: infimi superioris ordinis magis cõueniẽt cũ supremo inferioris, quã cũ supremo sui ordinis. Et sic videtur, ꝙ magis sit vnius ordinis cũ hoc, quàm cum illo. Nõ igitur sunt plures angeli vni' ordinis.

*artic. 6. huius q.

¶SED CONTRA est quod Isa. 6. dicitur, quòd Seraphim clamabant alter ad alterum. sunt ergo plures angeli in vno ordine Seraphim.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ille qui prẽcẽte cognouit res aliquas põt

¶ Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò est vna distinctio bimembris. Secundò sunt duæ conclusiones iuxta membra distinctionis.

¶ Quo ad primum distinguitur. Ly ordo, dupliciter sumitur, communis, & specialis: & ponitur differentia inter eos, quia communis sequitur in completum notitiam ordinatorum, specialis verò perfectam. Quod declaratur & ratione: quia notitia imperfecta non distinguit nisi in vniuersali, & per pauciora, perfecta verò in singula dividit, omnia perlustrans. Et in dictione in corporib' cœlestibus, & inferioribus gradibus terum.

531 Locis sit pra ar. 2. inductis * qo. 47. ar. 2. & q. 50. art. 4.

*ar. præc.

*locis in arg. 1. citatis.

¶ Aduerte hic quòd differentia inter istos, licut & inter alias res, potest dupliciter assignari, scilicet secundum se, seu in esse: & quo ad nos, seu cognoscì à nobis. In litera vtraque differentia tangitur, secundum se quidem, quia alter communis, alter specialis: quo ad nos verò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia iste non cognoscitur, nisi perfectè cognitis reb⁹ naturalibus, ille verò imperfectè notis.

¶ Quo ad secundum ponuntur duæ conclusiones respõsiuæ quæstio. Prima est, Distinctio ordinũ in angelis perrespectũ ad finẽ naturalem inest à natura. Secũda est, Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem supernaturalem inest cõpletiuè à gratia, inchoatiuè verò à natura. Hæ cõclusiones primo probantur quo ad id, quod supponũt ambæ: suppoꝰ nitur in vtraque cõclusione, quòd ordines angelici attendãtur, & distinguantur in ordine ad finem. Et hoc probatur sic, Ordo multitudinis sub principatu existẽtis, est ordo gubernationis passiuæ: ergo est per respectũ ad finẽ, patet sequela: quia de ratione gubernationis est finem respicere. Secũdo reperitur distinctio de fine eorum, naturali scilicet & supernaturali: quæ supponitur ctiã. Tertio ponitur Prima conclusio absq; probatione, vipote per se nota. Quarto ponitur secũda, quo ad primam partẽ: quia per solam gratiam attingi potest talis finis: quo ad secundam verò, q̃ angelis data sunt gratuita secundũ capacitatem naturalium. Et ex hoc deducitur corollariè differentia inter angelorum & hominum ordines in ordine ad finẽ supernaturalem, quòd in illis est à gratia completiuè, & à natura disp ositiuè, in hominibus à gratia tantũ, & hoc quia hominibus non datur gratuita secundũ naturalia, quemadmodum angelis.

Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum quintum.

Titulus clarus.

T ¶ In corpore sunt duę cõclusiones respõsiuæ quæstio. Prima est, Distinctio ordinũ in angelis perrespectũ ad finẽ naturalem inest à natura. Secũda est, Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem supernaturalem inest cõpletiuè à gratia, inchoatiuè verò à natura. Hæ cõclusiones primo probantur quo ad id, quod supponũt ambæ: suppoꝰnitur in vtraque cõclusione, quòd ordines angelici attendãtur, & distinguantur in ordine ad finem. Et hoc probatur sic, Ordo multitudinis sub principatu existẽtis, est ordo gubernationis passiuæ: ergo est per respectũ ad finẽ, patet sequela: quia de ratione gubernationis est finem respicere. Secũdo reperitur distinctio de fine eorum, naturali scilicet & supernaturali: quæ supponitur ctiã. Tertio ponitur Prima conclusio absq; probatione, vipote per se nota. Quarto ponitur secũda, quo ad primam partẽ: quia per solam gratiam attingi potest talis finis: quo ad secundam verò, q̃ angelis data sunt gratuita secundũ capacitatem naturalium. Et ex hoc deducitur corollariè differentia inter angelorum & hominum ordines in ordine ad finẽ supernaturalem, quòd in illis est à gratia completiuè, & à natura disp ositiuè, in hominibus à gratia tantũ, & hoc quia hominibus non datur gratuita secundũ naturalia, quemadmodum angelis.

Super Quæstionem centesimamoctauam Articulum quintum.

Titulus clarus. Angeli & Archangeli & cætera nomina non

532 2. dist. 9. arti. 7.

* cap. 1. Eccl. hie.

* cap. 9.

vsq; ad minima & actus, & virtutes, & naturas earũ distinguere. Qui aũt cognoscit eas imperfectè, nõ pòt distinguere nisi in vniuersali. Quę q̃dẽ distinctio fit per pauciora. Sicut q̃ iperfectè cognoscit res naturales, distinguit earũ ordines in vniuersaliꝰ ponẽs in vno ordine cœlestia corpora, in alio corpora inferiora inanimata, & in alio plãtas, in alio animalia. Qui aũt perfectius cognosceret res naturales, posset distinguere & in ipsis corporib⁹ cœlestibꝰ diuersos ordines, & in singulis aliorũ. Nos aũt imperfectè angelos cognoscimꝰ: & eorũ officia, vt Dio. dicit 6. ca. Cœl. hier. Vnde nõ possumꝰ distinguere officia & ordines angelorũ nisi in communi. Secundũ quem modũ multi angeli sub vno ordine continẽtur. Si autem perfectè cognosceremus officia angelorũ, & eorum distinctiones, perfectè scirem⁹ quod quilibet angelus habet suũ propriũ officiũ, & suũ propriũ ordinẽ in rebus: & multo magis quã quælibet stella, etsi nos lateat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ omnes angeli vnius ordinis sunt aliquo modo q̃uales quantũ ad communẽ similitudinem: secundum quam cõstituuntur in ordine. Sed simpliciter nõ sunt q̃uales. Vnde Dio. dicit 10. cap. Cœl. hier. quòd in vno & eodem ordine angelorum est accipere primos, medios, & vltimos.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa specialis distinctio ordinũ & officiorũ, secũdum quã quilibet angelus habet propriũ officium & ordinem, est nobis ignota.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd sicut in superficie quæ partim est alba & partim nigra, duæ partes quæ sunt in confinio albi & nigri magis conueniunt secundum situm, quam aliæ duæ partes albæ: minus tamen secundum qualitatem: ita duo angeli qui sunt in terminis duorum ordinum, magis conueniunt secundum propinquitatem naturæ, quam vnus eorum cum aliquibus aliis sui ordinis: minus autem secundum idoneitatem ad similia officia. Quæ quidem idoneitas vsque ad aliquem certum terminum protenditur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura in angelis.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur quòd distinctio hierarchiarum & ordinum non sit à natura in angelis. Hierarchia enim dicitur sacer principatus. Et in diffinitione eiꝰ Dio.* ponit quod Dei formæ quantum possibile est, similat. Sed sanctitas & Deiformitas est in angelis per gratiam, non per naturam. Ergo distinctio hierarchiarum & ordinum in angelis est per gratiam, non per naturam.

¶ 2 Præterea, Seraphim dicuntur ardẽtes vel incẽdẽtes: vt Dio dicit 6. ca. Cœl. hier. Hoc autẽ videtur ad charitatem pertinere, quæ non est à natura, sed à gratia. Diffunditur enim in cordibꝰ nostris per Spiritum sanctũ qui datus est nobis: vt dicitur ad Rom. 5. Quod nõ solùm ad sanctos homines pertinet, sed etiã de sanctis angelis dici potest: vt Aug. dicit 12. de ciui. dei.* Ergo ordines in angelis nõ sunt à natura.

¶ 3 Præterea, Hierarchia ecclesiastica excẽplatur a cœlesti. Sed ordines in hominibꝰ non sunt per naturam, sed per donum gratiæ. Non enim est à natura quòd vnus sit episcopus, & alius sit sacerdos, & alius diaconus. Ergo neque in angelis sunt ordines a natura, sed a gratia tantũm.

¶ SED CONTRA est, quòd magister dicit 6. dist. secundũ sent. q̃d ordo angelorum dicitur: multitudo cœlestiũ spirituũ, quiinter se aliquo munere gratiæ similantur, sicut & naturalium datorum participatione conueniunt. Distinctio ergo ordinum in angelis est non solùm secundum dona gratuita, sed etiam secundum dona naturalia.

¶ RESPONDEO dicendum, quod ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub participatu existentis, attenditur per respectum ad finem. Finis autem angelorum potest accipi dupliciter. Vno modo secundum facultatem suæ naturæ, vt scilicet cognoscant & ament Deũ naturali cognitione & amore. Et secundum respectum ad hunc finem distinguntur ordines angelorum, secundum naturalia dona. Alio modo potest accipi finis angelicæ multitudinis supra naturalem facultatem eorum, qui consistit in visione diuinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius: ad quem finem pertingere non possunt nisi per gratiam. Vnde secundum respectum ad hunc finem ordines distinguntur in angelis: completiue quidem secundum dona gratuita, dispositiue autem secundum dona naturalia: quia angelis data sunt dona gratuita secundum capacitatem naturalium. Quod non est in hominibus, vt suprà dictum est*. Vnde in hominibus distinguntur ordines secundum dona gratuita tantùm, & non secundum naturam. Et per hoc patet respõsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶ Virum ordines angelorum conuenienter nominentur.

AD QVINTVM sic procedi-tur. Videtur quòd ordines angelorũ nõ cõuenienter nominentur. Omnes enim cœlestes spiritus dicũtur & angeli, & virtutes, & potestates cœlestes. Sed nomina cõmunia inconuenienter aliquibus appropriant. Ergo inconuenienter notat vnus ordo angelorum, & alius virtutũ.

¶ 2 Præterea, Esse dominum est proprium Dei secundum illud Psal. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus. Ergo inconuenienter vnus ordo cœlestium spirituum dominationes vocatur.

¶ 3 Præterea, Nomen dominationis ad gubernationem pertinere videtur. Similiter autem & nomen principatuum & potestatum. Inconuenienter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

¶ 4 Præterea, Archangeli dicuntur quasi principes angeli. Non ergo hoc nomen debet imponi alij ordini quàm ordini principatuum.

¶ 5 Præterea, Nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad charitatem pertinet. Nomẽ autẽ Cherubim imponitur à scientia. Charitas autem & scientia sunt dona communia omnibus angelis. Non ergo debent esse nomina spiritualium ordinum.

¶ 6 Præterea, Throni dicuntur sedes. Sed ex hoc ipso Deus in creatura rationali sedere dicitur, quòd ipsum cognoscit & & amat. Non ergo debet esse alius ordo Thronorum ab ordine Cherubim & Seraphim. Sic igitur videtur quòd inconuenienter ordines angelorum nominentur.

¶ SED CONTRA est, autoritas sacræ Scripturæ, quæ sic eos nominat. Nomen enim Seraphim ponitur Isa. 6. Nomẽ Cherubim Ezech. 1. Nomen Thronorum Colos. 1. Dominationes autem & virtutes, & potestates, & principatus ponuntur Ephes. 1. Nomen autem archangeli ponitur in canonica Iudæ. Nomina autem angelorum in pluribus Scripturæ locis.

¶ RESPPONDEO dicendum, quod in nominatione angelicorum ordinum considerare oportet, quod propria nomina singulorum ordinum proprietates eorum designant: vt Dionysius dicit septimo capite. Cœlest. hierarch. Ad videndum autem quæ sit proprietas cuiuslibet ordinis, considerare oportet, quòd in rebus ordinatis tripliciter aliquid esse contingit, scilicet per proprietatem, per excessum & per participationem. Per proprietatem autem dicitur esse aliquid in re aliqua, quod adæquatur & proportionatur naturæ ipsius. Per excessum autem, quando illud, quod attribuitur alicui, est minus quam res, cui attribuitur. Sed tamen conuenit illi re ipsa quendam excessum. Sicut dictum est* de omnibus nominibus quæ attribuuntur Deo. Per participationem autem quando illud quod attribuitur alicui, non plenarie inuenitur in eo, sed deficienter. Sicut sancti homines participatiuè dicuntur dij. Si ergo aliquid nominari debeat nomine defignante proprietatem ipsius, non debet nominari ab eo quod imperfectè participat, neque ab eo quod excedẽter habet: sed ab eo quod est sibi quasi coæquatũ. Sicut siquis velit propriè nominare hominem, dicet enim substantiam rationalem, non autẽ propriè substantiam intellectualem: quod est proprium nomen angeli: quia simplex intelligentia conuenit angelo per proprietatem, homini verò per participationẽ.

Neque

Neq; substantiã sensibilẽ, quod est nomen bruti propriũ: quia sensus est minus q̃ id quod est proprium homini, & conuenit homini excedẽter præaliis animalib⁹. Sic igitur cõsiderandũ est in ordinibus angelorum, q̃ omnes spirituales perfectiões sunt oĩbus angelis cõmunes, & omnes abundantius existũt i superioribus q̃ inferioribus. Sed cùm in ipsis etiã perfectionibus sit quidã gradus, superior perfectio attribuit superiori ordini per proprietatẽ, inferior verò per participationẽ. Ecõuerso aũt inferior attribuitur inferiori per proprietatem, superiori aũt per excessum. Et ita superior ordo a superiori perfectione nominatur. Sic igitur Dio. exponit ordinum nomina secundum conuenientiam ad spirituales perfectiones eorum.

*homil. 34. in Euang.

Greg.* verò in expositione horũ nominũ magis attendere videtur exteriora ministeria. Dicit enim q̃ angeli dicuntur qui minima nuntiãt, archangeli qui summa: virtutes, per quas miracula fiunt potestates, quibus aduersæ potestates arcẽtur vel repelluntur: principatus, qui ipsis bonis spiritibus præsunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ angelus nuntius dicitur. Omnes ergo cœlestes spiritꝰ inquantũ sunt manifestato res diuinorum, angeli vocantur. Sed superiores angeli habent quandã excellentia in hac manifestatione, a qua superiores ordines nominãtur. Infimus autẽ angelorum ordo nullã excellentiã suprà cõmunem manifestationem addit. Et ideo à similitudine manifestatiõe nominatur. Et sic nomẽ cõmune remanet infimo ordini quasi proprium, vt dicit Dionys. 5. c. Cœl. hier. a vel potest dici, q̃ infimus ordo specialiter potest dici ordo angelorũ: quia immediatè nobis annũtiant. Virtus autẽ dupliciter accipi potest. Vno modo cõmuniter, secundum quòd est media inter essentiã & operationẽ. Et sic omnes cœlestes spiritꝰ nominantur cœlestes virtutes: sicut & cœlestes essentiæ. Alio mõ, secundum quod importatʼ quẽdã excessum fortitudinis. Et sic est proprium nomen ordinis. Vnde Dion. dicit 8. cap. Cœlester. q̃ nomen virtutem significat quãdam virilem & inconcussam fortitudinẽ. Primo quidẽ, ad omnes operationes diuinas eis cõuenientes: secũdo ad suscipiendum diuina. Et ita significat quòd sine aliquo timore aggrediuntur diuina quę ad eos pertinent: quòd videtur ad fortitudinem animi pertinere.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut dicit Dion. 12. c. de Diu. no. dominatio laudatur in Deo singulariter per quendam excessum. Sed per participationem diuina eloquia vocãt dominos principaliores ornatus, per quos inferiores ex donis eius accipiunt. Vnde & Dio. dicit in 8. c. Cœl. hie. q̃ nomen dominationum primo quidem significat quandam libertatẽ quæ est à seruili conditione, & pedestri subiectione, sicut plebs subiici-tur, & à tyrãnica oppressione, quam interdũ etiã maiores patiũntur. Secundò significat quandam rigidam & inflexibilem gubernationem, quæ ad nullum seruilem actum inclinatur, neque ad aliquem actum subiectorum, vel oppressorum à tyrannis. Tertiò significat appetitũ & participationẽ veri domiꝰ nij quod est in Deo. Et similiter nomen cuiuslibet ordinis significat participationẽ eius quod est in Deo. Sicut nomen virtutum significat participationem diuinæ virtutis. Et sic de aliis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ nomen dominationis & potestatis & principatus diuersimode ad gubernationẽ pertinet. Nã dominij est solùmodo pcipere de agendis. Et ideo Greg.* dicit, q̃ quædam angelorum anima pro eo, q̃ eis cætera ad obedientis ordinationẽ quandam designat: secundũ illud Apostoli ad Rom. 13. Qui potestati resistit. Dei ordinationi resistit. Et ideo Dio.* dicit, q̃ nomen potestatis significat quandã ordinationem, & circa susceptionẽ diuinorũ, & circa actiones diuinas: quas superiores in inferiores agũt, eas sursum ducẽdo. Ad ordinẽ ergo potestatum pertinet ordinare, quæ à subditis sint agẽda. Principari verò, vt Greg.* dicit, est inter reliquos prioré exsistere, quasi primi sint ex executione eorũ quæ imperãtur. Et ideo Dio. dicit 9. c. Cœl. hier. q̃ nomẽ principatuum significat ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt, Primi inter eos existentes, principes proprie vocãtur: secundum illud Psal. Præuenerunt principes coniuncti psalẽtibus.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ archangeli secundũ Dionys.* medij sunt inter principatus & angelos. Mediũ autẽ cõparatum vni extremo, videtur alterum, inquantũ participat naturã vtriusque. Sicut tepidũ respectu calidi est frigidũ, respectu verò frigidi est calidũ. Sic & archangeli dicuntur quasi principes angelici: quia respectu angelorũ iũt principes, respectu verò principatuum sunt angeli. Secundũ Greg.* autẽ dicuntur archãgelipatuum sunt angeli. Secundũ Greg.* autẽ dicuntur archãgeli, ex eo q̃ principantur soli ordini angelorum: quasi magna nuntiantes. Principatus autẽ dicuntur, ex eo q̃ principantur omnib⁹ cœlestibus virtutibus diuinas iussiones explentibus.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ nomen Seraphim non imponitur tantùm a charitate, sed à charitatis excessu, quẽ importat nomen ardoris vel incendij. Vnde Dio. 7. c. Cœl. hier. exponit nomen Seraphim secundũ ꝓprietates ignis, in quo est excessus caliditatis. In igne autẽ tria possumus cõsiderare. Primò quidẽ, motum qui est sursum, & qui est cõtinuus: per quod significatur q̃ inclinabiliter mouẽtur in Deum. Secũdò verò, virtutem actiuam eius, quæ est calidum. Quod quidẽ non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadã acuitate, quia maximè est penetratiuꝰ in agẽdo & pertingit vsq; ad minima, & iterũ cum quodã super excedẽti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi angelorum, quam in subditos potenter exercent, eos in sublimẽ feruorem excitantes, & totaliter eos per incendium purgãtes. Tertiò consideratur in igne claritas eius. Et hoc significat, q̃ huiusmodi angeli in seipsis habẽt inextinguibilẽ lucẽ, & q̃ alios perfectè illuminant. Similiter etiã nomẽ Cherubim imponitur a quodã excessu scientiæ. Vnde interpretantur plenitudo scientiæ. Quod Dio.* exponit quantũ ad quatuor. Primo quidẽ, quãtũ ad perfectã Dei visionẽ. Secundò, quantũ ad plenam susceptionẽ diuinæ luminis. Tertio quantũ ad hoc q̃ ipso Deo cõtẽplãt pulchritudinẽ ordinis rerũ à Deo deriuatã. Quarto, quã tũ ad hoc q̃ ipsi pleni existẽtes huiusmodi cognitionẽ, eã copiosè i alios effũdũt.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ ordo Thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinib⁹ in hoc q̃d immediatè in Deo rationes diuinorum operũ cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ. Seraphim verò excellentiã ardoris. Et licet in his duab⁹ excellentiis includatur tertia: non tñ in illa quæ est Thronorũ, includuntur aliæ duæ. Et ideo ordo Thronorũ distinguitur ab ordine Cherubim, & Seraphim. Hoc enim est commune in omnibus: q̃ excellentia inferioris continetur in excellẽtia superioris: & nõ ecõuerso. Exponit autẽ Dion.* nomen Thronorũ per conuenientiam ad materiales sedes. In quibus est quatuor cõsiderare. Primò quidẽ, situm: quia super terram sedes eleuatur. Et sic ipsi angeli, qui Throni dicunt, eleuantur vsq; ad hoc q̃ in Deo immediatè rationes rerum cognoscant. Secundò in materialibus sedibus cõsideratur firmitas: quia ipsis aliquis firmiter sedet. Hic autẽ est ecõuerso. Nam ipsi angeli firmantur per Deũ. Tertiò, quia sedes sufficit sedentẽ, & ea deferri potest. Sic & ipsi angeli suscipiũnt Deum in seipsis, & eum quodãmodo ad inferiores ferunt. Quarto ex figura: quia sedes ex vna parte est aperta ad suscipiendum sedentem. Ita & isti angeli sunt per promptitudinem aperti ad suscipiendum Deum, & famulandum ipsi.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum conuenienter gradus ordinum assignentur.

AD SEXTVM sic procedi-tur. Videtur quòd inconuenienter gradus ordinum assignentur. Ordo enim Prælatorũ videtur esse supremus. Sed dominationes, principatus, & potestates ex ipsis nominibus prælatione quandam habent. Ergo isti ordines debent esse inter omnes supremi.

¶ 2 Præterea, Quãto aliquis ordo est Deo propinquior, tantò est superior. Sed ordo Thronorum videtur esse Deo propinquissimus. Nihil enim conjungitur propinquius sedenti, quam sua sedes. Ergo ordo Thronorum est altissimus.

¶ 3 Præterea, Sciẽtia est prior quàm amor: & intellectus videtur esse altior quàm voluntas. Ergo, & ordo Cherubim videtur esse altior quam ordo Seraphim.

¶ 4 Præterea, Greg.* ponit principatus super potestates. Non ergo collocantur immediate super Archãgelos, vt Dio.* dicit.

534 2. dist. 9. arti. 5.

* cap. 7. Cœl. hierarch.

* Chrys. homil. 5. de incomp. Dei natura.

* homil. 24. in Euang.

* c. 6. 7. 8. & 9. cœl. hier.

¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In corpore tria. Primo ponitur differẽtia inter Diony. & Greg. Secundo tractatur opinio Dionysij. Tertio Gregorij.

¶ Quo ad primum tria, scilicet conuenientia, differentia, & fundamentum vtriusque partis ex scriptura.

¶ Quo ad secũdum tria. Primo, qui ordines in qua hierarchia ex ratione hierarchiarũ, sic. Hierarchiæ ũc differũt, prima ratione in Deo, secunda in causis vniuersalibus, tertia in applicatione ad effectus: ergo prima de fine vniuersali, secunda de vniuersali dispositione, tertia de executiõe est: ergo ordines respicientes Deum, in prima vniuersale regimen, in secũda: & executio in tertia ponuntur. Prima sequela cõstat quia illa tria in omni operatione inueniuntur. Secundo, Ipsi ordines in singulis hierarchiis positi inter se graduãtur ex tripliciresp̃ectu ad Deum: & totidem ad regimen vniuersale, & totidẽ ad executionem. Tertio confirmatur assignata graduatio: quia supremum infimũ, attingit infimum supremi. Et declaratur in ordinibus, summo, respectu Spiritussan. & septimo & sexto & quarto & tertio omnia clara sunt in litera.

¶ Quo ad tertium ponitur clarè ratio ordinum infra dominationes ex ordine eorũ, circa quæ agũt, scilicet angelis bonis, malis natura corporali, magnis nuntiis, & paruis. Et confirmatur ordo autoritate Augusti. omnia clara sunt.

*locis proximè citatis.

*art. 1. huius q.

*tex. 32.

Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum septimum.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo Primo distinguit. Secundò respondet.

¶ Quo ad primũ distinctio, Ordo angelicus habet duo, distinctionem graduum, & executionem officiorum.

¶ Quo ad secundum respõsio consistit in duabus conclusionibus. Prima est simpliciter affirmativa, Ordines remanebunt quo ad distinctionem graduum. Probatur, Distinctio graduum inest à differenti gratia & natura. ergo semper erit. tenet sequela: quia differẽtia naturæ & gratię semper erit. Probatur, quia illa tolli non potest nisi naturis corruptis: hæc est secundum præcedens meritum, secunda est, Ordines quo ad executionem officiorum partim remanebunt & partim non. Probatur & declaratur vtraque pars. Probatur. Remanebũt vt in fine, cessabũt vt ad finẽ. Ergo. Declaratur exemplo officiorum militũ, Remanent vt in triumpho, cessant, vt in acie,

¶SED CONTRA est, q̃ Dio. ponit in prima q. dẽ hierarchia Seraphim vt primos, Cherubi vt medios, Thronos vt vltimos. In media verò dominationes vt primos, virtutes vt medios. potestates vt vltimos. In vltima principat⁹ vt primos, Arcangelos vt medios, angelos vt vltimos.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ gradus angelicorũ ordinũ assignant * & Greg. & Dio. quantũ ad alia quidẽ cõueniẽter, sed quãtũ ad principat⁹ & virtutes differẽter. Nã Dio. colocat virtutes sub Dominatiõibus & supra Potestates. Principat⁹ aũt sub Potestatib⁹ & supra Archãgelos. Greg. aũt ponit principat⁹ in medio Dominationũ, & potestatũ. Virtutes verò in medio potestatũ. & Archãgelorũ. Et vtraque assignatio fulcimentũ habere põt ex autoritate Apostoli, qui medios ordines ascendendo enumerãs, dicit Ephe. 1. q̃ Deus instituit illũ, s. Christũ ad dexterã suã in cœlestib⁹ supra omnẽ Pricipatũ, & Potestatẽ, & Virtutẽ, & dominationẽ. Vbi Virtutem ponit inter Potestatẽ, & Dominationẽ secundũ assignationẽ Dio. Sed ad Col. 1. enumerãs eosdẽ ordines, descẽdẽdo dicit, Siue Throni, siue dominatiões, siue principatus siue Potestates oĩa p ipsum, & ipso creata sũt. Vbi principat⁹ ponit medios inter Dominationes & Potestates secũm assignationẽ Greg. Primò igit videam⁹ rationẽ assignationis Dio. In qua cõsiderandũ est, q̃ sicut suprà dictũ est*, prima hierarchia accipit rationes rerũ in ipso Deo, secũda verò in causis vniuersalibus, tertia verò secũm determinationẽ ad speciales effectⁿ. Et quia Deⁿ est finis non solũ angelicorũ ministeriorũ, sed etiã totius creaturæ ad primam hierarchiã pertinet consideratio finis, ad mediã verò dispositio vniuersalis de agẽdis, ad vltimã aũt applicatio dispositiõis ad effectũ, q̃ est operis executio. Hæc omnia manifestũ est in qualibet operatione inueniri. Et iõ Dio. ex nominib⁹ ordinũ, proprietates illorũ considerans, illos ordines in prima hierarchia posuit quorũ nomina imponuntur per respectũ ad Deũ, s. Seraphim, & Cherubim, & Thronos. Illos verò ordines posuit i media hierarchia, quorũ nomina designant cõmunẽ quandam gubernationẽ, siue dispositionẽ in Dominationes, Virtutes, & Potestates. Illos verò ordines posuit in tertia hierarchia, quorũ nomina designant operis executionem, s. Principatus, Angelos, & Archangelos. In respectu aũtẽ ad finẽ tria considerari possunt. Nam primò aliquis cõsiderat finem. Secũdò verò pfectã finis cognitionẽ accipit. Tertiò verò intentionẽ suã i ipso definit. Quorũ, scũm ex additione se habet ad primũ, & tertiũ ad vtrũque. Et quia Deⁿ est finis creaturarũ, sicut dux ẽ finis exercitⁿ, vt dicit in 12. Met.* põt aliquid simile huius ordinis cõsiderari reb⁹ humanis. Nã quidã sunt, qui hoc habẽt dignitatis, vt p ipsos familiariter accedere possit ad Regẽ vel Ducẽ. Quidã verò super hoc habẽt vt etiã secreta eⁱ⁹ cognoscãt. Alij verò ipsum circa ipsum semper inhærent quasi ei cõiuncti. Et secundũ hãc similitudinẽ accipere possumus dispositionẽ in ordinib⁹ primæ hierarchiæ. Nã Throni eleuatur ad hoc q̃ Deũ familiariter in ipsis recipiãt, secundũ quod rationes rerũ in ipso immediatè cognoscere possunt. Quod est, ppriũ toti⁹ primę hierarchiæ. Cherubim verò supereminẽter diuinã secreta cognoscũt. Seraphim verò excellũt in hoc quod est omnium supremum, s. Deo ipsi vnĩ. Vt sic ab eo quod est cõe toti hierarchiæ, denominetur ordo Thronorũ, sicut ab eo quod ẽ cõe omnibus cœlestibus spiritualib⁹, denominatur ordo angelorũ. Ad gubernationis autẽ rationẽ tria pertinent. Quorũ primum est distinctio eorũ, quæ agenda sunt, quod est primum dominationũ. Secundum aũtẽ est præbere facultatem ad implendum quod pertinet ad virtutes. Tertium aũtẽ est ordinare qualiter ea q̃ præcepta vel diffinita sunt, impleri possunt, vt aliqui exequãtur, & hoc pertinet ad Potestates. Exequutio aũtẽ angelicorũ ministeriorũ consistit in annuntiando diuina. In executione aũtẽ cuiuslibet actus sunt quidã quasi incipientes actionẽ, & alios ducentes. Sicut in cantu prẽcentores, & in bello illi, qui alios ducunt, & dirigunt, & hoc pertinet ad Principatus. Alij verò sunt qui simpliciter exequũtur, & hoc ptinet ad Angelos. Alij verò medio modo se habẽt, quod ad Archangelos ptinet, vt suprà dictũ est*. Inuenitur aũtẽ congrua hæc ordinũ assignatio. Nam semper summũ inferioris ordini affinitatem habet cum vltimo superioris. Sicut inima animalia parũ distãt à plãtis. Primus aũt ordo est diuinarũ personarũ, qui terminatur ad Spiritũ sanctũ, qui est amor procedens cum quo affinitatẽ habet supremus ordo primæ hierarchiæ ab incẽdio amoris denominatus. Infim⁹ autẽ ordo primæ hierarchiæ est Thronorũ qui ex suo ordine habẽt quandã affinitatẽ cum do minationibus. Nã Throni dicuntur secundũ Greg.* per quos Deus sua iudicia exercet. Accipiũt enim diuinas illuminatio nes per conueniẽtiã ad immediatè illuminandũ secundã hierarchiã, ad quam pertinet dispositio diuinorũ ministeriorũ. Ordo verò potestatum affinitatẽ habet cum ordine principatuũ. Nã cùm potestatũ sit, ordinẽ subiectis imponere, hæc ordinatio statim i nomine Principatuũ designatur, qui sunt primi in executione diuinorũ ministeriorũ, vtpote pfidẽtes gubernationi gentiũ & regnorum, quòd est primũ principiũ in diuinis ministeriis. Nã bonũ gẽtis est diuinũ, quã bonũ vnius hominis. Vnde dicitur Dan. 11. Princeps regni Persarũ resistit mihi. Dispositio etiã ordinum quã Greg., ponit, cõgruitatem habet. Nã cum Dominatiões sint diffiniẽtes & præcipientes ea quæ ad diuina ministeria pertinẽt, ordines eis subiecti dispononuntur secundũ dispositionẽ eorũ, in quos diuina ministeria exercentur. Vt autẽ Aug. dicit 3. de Trin.* corpora quodã ordine regũtur, inferiora per superiora, & oĩa per spirituale creaturã, & spiritus malus per spiritũ bonũ. Primus ergo ordo post dominationes dicitur Principatuũ, qui etiã bonis spiritibus principantur. Deinde potestates, per quas arcentur mali spũs, sicut per potestates terrenas arcẽtur malefactores, vt habetur Ro. 13. Post quas sunt Virtutes, quæ habẽt potestatem super corporalẽ naturam in operatione miraculorũ. Post quas sunt Angeli, & Archãgeli q. nũtiãt hominib⁹ vel magna, quæ sunt supra rõnẽ, vel parua ad quæ ratio se extẽdere põt. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in angelis potius est, q̃ subiiciuntur Deo, quam quod inferioribus prẽsidẽt. & hoc deriuatur ex illo. Et iõ ordines nominati à prelatione nõ sunt supremi, sed magis ordines nominati à conuersione ad Deũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa propinquitas ad Deum quæ designatur nomine Thronorum, conuenit etiam Cherubim & Seraphim, & excellentius: vt dictum est*.

¶ Ad tertium dicendum, q̃, sicut suprà dictum est*, cognitio est secundum quod cognita sunt in cognoscente: amor autem secundum quod amans vnitur rei amatæ*. Superiora autem nobiliori modo sunt in seipsis quàm in inferioribus, inferiora verò nobiliori modo in superioribus quam in seipsis*. Et ideo inferiorum quidem cognitio præeminet dilectioni, superiorum autem dilectio & præcipuè Dei, præeminet cognitioni*.

¶ Ad quartũ dicẽdũ, q̃ si quis diligẽter cõsideret dispositiões ordinũ secundũ Dio. & Greg. parũ vel nihil differũt ũ ad rem referant. Exponit em Greg. principatuũ nomẽ ex hoc q̃ bonis spiritibus pſunt: & hoc cõuenit virtutibus secundũ q̃ in nomine virtutũ intelligitur quædã fortitudo dans efficaciã inferioribⁿ spiritib⁹ ad exequẽda diuina ministeria. Rursus Virtutes secundũ Greg. vidẽtur esse idẽ quod Principat⁹, secundũ Dio. Nã hoc ẽ primũ i diuinis ministeriis miracula facere. Per hoc em paratur via annuntiationi Archãgelorũ & Angelorũ.

ARTICVLVS VII.

¶ Virtum ordines remanebunt post diem iudicij.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordines non remanebunt post diẽ iudicij. Dicit enim Apost. 1. ad Cor. 15. quòd Christus euacuabit omnem principatum & potestatem, cùm tradiderit regnũ Deo & patri. Quod erit in vltima consummatione. Pariergo ratione in illo ſtatu omnes alij ordines euacuabũtur.

¶ 2 Præterea, Ad officium angelorũ pertinet purgare, illuminare, & perficere. Sed post diẽ iudicij vnus angelus non purgabit, aut illuminabit, aut perficiet alium: quia non proficiẽt amplius in scientia. Ergo frustra ordines angelici remanerẽt.

¶ 3 Præterea, Apostol⁹ dicit ad Hebr.* de angelis, q̃ omnes sunt administratorij spirit⁹ in ministerũ missi, ppter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis. Ex eo quo patet, q̃ officia angelorum ordinantur ad hoc. quòd homines ad salutem adducãtur. Sed omnes electi vsque ad diem iudicij salutem consequuntur. Nonergo post diem iudicij remanebunt officia, & ordines Angelorum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Iudic. 5. Stellæ manẽtes in ordine, & cursu suo. Quod exponit de angelis. Ergo angeli semper in suis ordinibus remanebunt.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ in ordinib⁹ angelicis duo possunt cõsiderari, s. distinctio graduum, & executio officiorũ. Distinctio autem graduũ est in angelis secundum differentiã gratiæ & naturæ, vt suprà dictũ est*. Et vtraq; differentia semper in angelis remanebit. Nõ enim naturarũ differẽtiæ ab eis auferri possent, nisi eis corruptis. Differẽtia etiã glorię, erit in eis semper sẽm differentiã meriti præcedẽtis. Executio aũtẽ officiorum angelicorũ aliquo mõ remanebit post diem iudicij, & aliquo modo cessabit. Cessabit quidem secundũ q̃ eorũ officia ordinant ad perducẽdum aliquos ad finẽ, remanebit autem secũdum quod cõuenit in vltima finis cõsecutione. Sicut etiam alia sunt officia militariũ ordinũ in pugna, & in triumpho.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ principatus & potestates euacuabunt in illa finali consummatione quantum ad hoc, quòd alios ad finem perducant: quia consecuto iam fine, non est necessarium tendere in finem. Et hæc ratio intelligitur ex verbis Apostoli dicentis. Cum tradiderit regnum Deo, & patri, id est, cum perduxerit fideles ad fruendum ipso Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actiones angelorum super alios angelos cõsideradę sunt secundum similitudinem actionũ intelligibilium quæ sunt in nobis. Inuenitur autem in nobis multæ intelligibiles actiones quæ sunt ordinatæ secundum ordinẽ causæ & causati. Sicut cùm per multa media gradatim in vnam conclusionẽ deuenimus. Manifestum est autẽ, quòd cognitio cõclusionis dependet ex omnibus mediis præcedentibus: non solùm quantũ ad nouam acquisitionem scientię, sed etiã quantũ ad scientiæ conseruationẽ. Cuius signũ est, quòd si quis obliuisceretur alicuius præcedentiũ mediorum, opinionem quidẽ vel fidem de conclusione posset habere, sed non scientiam, ordine causarum ignorato. Sic igitur cùm inferiores angeli rationẽ diuinorũ operum cognoscãt per lumen superiorum angelorũ, depẽdet eorum cognitio ex lumine superiorũ, nõ solùm quantũ ad nouã acquisitionem scientiæ, sed etiã quantum ad cognitionis conseruationẽ. Licet ergo post iudiciũ nõ ꝓficiãt inferiores angeli i cognitiõe aliquarum rerũ: non tamen propter hoc excludũtur quin à superioribus illuminentur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ etsi post diẽ iudicij homines nõ sint vlteri⁹ ad saluté adducẽdi per ministeriũ angelorũ: tamen illi qui iam saluté erunt cõsecuti, aliquã illustrationem habebunt per angelorum officia.

ARTICVLVS VIII.

¶ Virum homines assumantur ad ordines angelorũ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod homines nõ assumantur ad ordines angelorum. Hierarchia enim humana continentur sub infima hierarchiarum cœlestium: sicut infima sub media, & media sub prima. Sed angeli infimæ hierarchiæ nunquam transferentur in mediam, aut in primam. Ergo neque homines transferentur ad ordines angelorum.

¶ 2 Præterea, ordinib⁹ angelorũ aliqua officia cõpetũt (vtpote custodiæ, miracula facere, dæmones arcere: & huiusmodi) q̃ nõ videtur cõuenire animabus Sanctorũ. Ergo nõ transferentur ad ordines angelorũ.

¶ 3 Præterea, Sicut boni angeli inducũt ad bonũ, ita dæmones inducunt ad malum. Sed erroneũ est dicere, quòd animæ hominum malorũ conuertantur in dæmones. Hoc enim Chryso. re, pbatur super Matt.* Ergo non videtur, quòd animæ Sanctorum transferantur ad ordines angelorũ.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Matt. 22. de Sanctis, quòd erunt sicut angeli Dei in cœlo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, ordines angelorũ distinguuntur & secundum conditionẽ naturæ, & secundũ dona gratiæ. Si ergo consideretur angelorũ ordines sotum quantum ad gradũ naturæ, sic homines nullo mõ assumi possunt ad ordines angelorũ: qa semper remanebit naturarũ distinctio. Quam quidam considerantes, posuerunt, q̃ nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorum. Quod est erroneũ. Repugnat enim promissioni Christi, dicentis Luc. 20. q̃ filij resurrectionis erũt æquales angelis in cœlis. Illud em q̃ est ex parte naturæ, se habet vt materiale ; ratione ordinis. Completiũ verò est q̃ est ex dono gratiæ, q̃ dependet ex liberalitate Dei, non ex ordine natura. Et iõ per donũ gratiæ homines mereri possunt tantam gloriã, vt angelis æquentur* secundũ singulos angelorũ gradus: quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidã tamen dicunt, quòd ad ordines angelorũ non assumuntur omnes qui saluantur, sed soli virgines, vel perfecti: alij verò suũ ordinem cõstituent, quasi cõdiuisum totiũ sotietati angelorũ. Sed hoc est contra Aug. qui dicit 12. de ciuit Dei*, q̃ nõ erunt duæ societates hominum, & angelorũ, sed vna, q̃ omniũ beatitudo ẽ adhærere vni Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd gratia angelis datur secundum, ꝓportionem naturalium. Non autẽ sic est de hominib⁹, vt suprà dictũ est*. Et ideo sicut inferiores angeli nõ possunt trãsferri ad naturalem gradũ superiorum, ita nec ad gratuitum. Homines verò possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angeli secũdum naturæ ordinem medij sunt inter nos & Deum. Et ideo secundum legẽ cõmunẽ per eos administrantur non solum res humanę, sed etiam oĩa corporalia. Homines autẽ Sancti etiã post hanc vitam sunt eiusdem naturæ nobiscum. Vnde secundum legem communem non administrant humana, nec rebus viuorum interiunt: vt Aug. dicit in lib. De ci. pro mor. agenda*. Ex quadam tamen speciali dispẽsatione interdũ aliquibus Sanctis cõceditur, vel vinis vel mortuis, huiusmodi officia exercere, vel mirac. ula facicdo, vel dæmones arcẽdo, vel aliq̃ huiusmodi sicut Aug. in eo. li. dicit*.

¶ Ad tertiũ dicendũ q̃ homines ad pœnã dæmonũ transferri non est erroneũ. Sed quidãerronee posuerũt dæmones nihil aliud esse quam animas defunctorum. & hoc Chrys. reprobat.

QVÆSTIO CENTESIMANONA

de ordinatione malorum angelorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de ordinatione malorũ angelorũ. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrũ ordines sint in dæmonibus. ¶ Secũdo, vtrum in eis sit prælatio. ¶ Tertiò, vtrũ vnus illuminet alium. ¶ Quarto, vtrũ subiiciantur plationibus bonorũ angelorum.

ARTICVLVS I.

¶ Virum ordines sunt in dæmonibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordines nõ sint in dęmonibus. Ordo enim pertinet ad rationẽ boni, sicut & modus* & species (vt Augustinus dicit in lib

*cap. 1.

*art. 5. huius q.

*homil. 29.

*ar. præ. & art. 4. huius q.

*cap. 13. & 16.

*cap. 16.

b 130

537

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio affirmatiuè respõsiua ſ̃ſito, In dæmonib⁹ est prælatio. Probatur dupliciter. Primò, Naturæ dæmonũ sunt subordinatę. ergo actiones eorũ sunt subinuicẽ ordinatæ: ergo in eis est platio, antecedẽs patet: cõſequẽtia ꝓbatur dupliciter. Primò, quia actio ſequitur naturam, ac ꝙ hoc naturã ſubditã ſequitur actio ſubdita. Secũdò, quia hoc teſtãtur corpora ſuperiora, & inferiora. Secũda verò cõſequẽtia probatur ex ratione prælationis: quia, ſ. cõſiſtit in hoc ꝙ actio ſit ſubdita actioni: ſecũdò probatur concluſio ſic, Diuina ſapientia attingit à fine, &c. ergo nihil relinquit inordinatum: ergo congruit ſibi etiam in dæmonibus ordinẽ prælationis ſecundum naturã inſtituere.

*art.4. & 8 præc. quæſt.

¶ *Super Quæſtionis centeſimænonæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore eſt vna concluſio reſpõſiua q̃ſito negatiuè, cũm vna annexa ſecundariò. Reſpõſiua eſt, in dæmonibus nõ eſt illuminatio. Probat, Pertuerſitas dæmonũ habet vt vnus nõ ordinet ad Deum aliũ. ſed abducat. ergo nõ illuminat. Probat ſequela: quia illuminatio eſt manifeſtatio in ordine ad Deũ: vt patet ex differẽtia aſſignata inter duplicem manifeſtationẽ, ſcilicet illuminationẽ, & locutionem. Annexa verò cõcluſio eſt, quòd in dæmonibus eſt quædam manifeſtatio veritatis adinuicem. Probatur, q2. eſt in eis locutio.

* q.61. art.3.

*c2.4.de diui. no.

*q.49. art 3.

¶ *Super Quæſtionis centeſimænonæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõcluſio reſpõſiua q̃ſſito affirmatiuè, Boni angeli plati ſunt malis, & eos regũt, ꝓbatur, Prælatio Primò cõuenit Deo participatiuè autẽ creaturis, ergo creaturæ perfectiores habẽt influentiã ſup alias. ergo ſancti angeli ſuper dæmones. Antecedẽs eſt ꝑſe notum: conſequentia prima ꝓbatur, quia ſunt Deo ꝓpiquiores: ſecũda verò, q̃ maxima perfectio, & maximè appropinquãs Deo eſt ſtatus fruitionis in quo ſunt angeli, quo priuãtur dæmones.

538 ſupra q. 63. art. 8. Et 2. diſt. 6. art. 4 Et 4. diſt. 47. q. 1. ar. 2. q. 4.

in lib. de natura boni*) & ecõtrario ordinatio pertinet ad rationẽ mali. Sed in bonis angelis nihil eſt inordinatum. Ergo i malis angelis nõ ſũt aliqui ordines.

¶ 2 Preterea, Ordines angelici ſub aliqua hiet. cõtinentur, ſed dæmones non ſunt ſub aliqua hierarchia, quæ eſt ſacer principatus, cùm ab omni ſanctitate ſunt vacui. Ergo in dæmonibus nõ ſunt ordines.

¶ 3 Preterea, Dæmões de ſingulis ordinib⁹ angelorũ ceciderunt: vt communiter dicitur. Si ergo aliqui dæmones dicuntur eſſe alicuius ordinis: quia de illo ordine cecidederunt: videtur ꝙ deberent eis attribui nomina ſingulorum ordinum. Nunquam autem inuenitur, ꝙ dicantur Seraphim, vel Throni, vel Dominationes. Ergo pari ratione non ſunt in aliquibus ordinibus.

¶ SED CONTRA eſt quod Apoſtolus dicit ad Eph. vlt. ꝙ eſt nobis colluctatio aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, ſicut iam dictũ eſt*, ordo angelicus conſideratur, & ſecundum gradum naturæ, & ſecundũ gradum gratiæ. Gratia verò habet duplicem ſtatum, ſcilicet imperfectũ, qui eſt ſtatus merendi, & perfectũ, qui eſt ſtatus gloriæ cõſummatæ. Si ergo cõſiderentur ordines angelici quantum ad pfectionẽ gloriæ, ſic dæmones neque ſunt in ordinibus angelicis, neque nunquam fuerunt. Si autem cõſiderentur quantum ad id quod eſt gratiæ imperfectæ, ſic dæmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus angelorum, ſed ab eis ceciderũt, ſecũdum illud quod ſuprà poſuimus*, omnes angelos in gratia creatos fuiſſe. Si autem conſiderentur quantum ad id quod eſt natura, ſic adhuc ſunt in ordinibus, quia data naturalia non amiſerunt, vt Dio.* dicit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ bonũ poteſt inueniri ſine malo: ſed malũ non poteſt inueniri ſine bono, vt ſuprà habitum eſt*. Et ideo dæmones, inquantum habent naturam bonam, ordinati ſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ordinatio dæmonũ, ſi conſideretur ex parte Dei ordinantis, eſt ſacra. Vtitur enim dæmonibus propter ſeipſum. Sed ex parte voluntatis dæmonum non eſt ſacra: quia abutuntur ſua natura ad malum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nomen Seraphim imponitur ab ardore charitatis: nomen autem Thronorum ab inhabitatione diuina: nomen autem dominationum importat libertatem quandam. Quæ omnia opponuntur peccato. Et ideo peccantibus angelis huiuſmodi nomina non attribuuntur.

*q.49. art 3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in dæmonibus ſit prælatio.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in dæmonibus non ſit prælatio. Omnis enim prælatio eſt ſecundum aliquem ordinem iuſtitiæ. Sed dæmones totaliter à iuſtitia ceciderunt. Ergo in eis non eſt prælatio.

¶ 2 Præterea, Vbi non eſt obedientia, & ſubiectio, non eſt prælatio. Hæc autem ſine concordia eſſe non poſſunt. Quæ in dæmonibus nulla eſt, ſecundum illud Prouerb. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Ergo in dæmonibus non eſt prælatio.

¶ 3 Preterea, Si in eis eſt aliqua ꝓlatio, aut hoc pertinet ad eorum naturã, aut ad eorũ culpam vel pœnam. Sed non ad eorum naturã. Quia ſubiectio & ſeruitus non eſt ex natura. ſed eſt ex peccato ſubſecuta. Nec pertinet ad culpã, vel pœnã. Quia ſic ſuperiores dæmões qui magis peccauerũt, inferiorib⁹ ſubderentur. Non ergo eſt prælatio in dæmonibus.

*glo. ord.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicit gloſ.* 1. ad cor. 15. Quãdiu durat mundus, angeli angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus præſunt.

¶ RESP'ONDEO dicendum, ꝙ cùm actio ſequatur naturam rei, quorumcunque naturæ ſunt ordinatæ, oportet ꝙ etiam actiones ſubinuicem ordinẽtur. Sicut patet in rebus corporalibus. Quia eñ inferiora corpora naturali ordine ſunt infra corpora cœleſtia, actiones & motus eorum ſubduntur actionibus, & motibus cœleſtium corporum. Manifeſtum eſt autẽ ex præmiſſis*, quòd dæmonum quidam naturali ordine ſub aliis conſtituuntur. Vnde & actiones eorum ſub actionibus ſuperiorum ſunt. Et hoc eſt quod rationem prælationis facit vt ſcilicet actio ſubditi ſub datur actioni prælati. Sic igitur ipſa naturalis diſpoſitio dæmonum requirit, quod in eis prælatio. Conuenit enim hoc diuinæ Sapientiæ, quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, vt dicitur Sap. 8.

*21. pri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prælatio dæmonum non fundatur ſuper eorum iuſtitia, ſed ſuper iuſtitia Dei cuncta ordinantis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd concordia dæmonum quæ quædam aliis obediunt, non eſt ex amicitia quam inter ſe habent, ſed ex communi nequitia qua homines obediunt, & Dei iuſtitiæ repugnant. Eſt enim proprium hominum impiorum, vt eis ſe adiungant & ſubiiciant ad propriam nequitiam exequendam quos potentiores viribus videtur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dæmones non ſunt æquales ſecũdũ naturã. Vnde in eis eſt naturalis prælatio. Quod in hominibus non cõtingit, qui natura ſunt pares. Quòd autẽ ſuperioribus inferiores ſubdantur, non eſt ad bonum ſuperiorum, ſed magis ad malum eorũ. Quia cùm mala facere maximè ad miſeriam pertineat, præeſſe in malis eſt eſſe magis miſerum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in dæmonibus ſit illuminatio.

AD TERTIVM ſic proceditur videtur quòd in dæmonib⁹ ſit illuminatio. Illuminatio enim conſiſtit in manifeſtatione veritatis. Sed vnus dæmon poteſt alteri veritatem manifeſtare: quia ſuperiores magis acumine naturalis ſcientiæ vigent. Ergo ſuperiores dæmones poſſunt inferiores illuminare.

¶ 2 Præterea, Corpus q̃d ſuperabũdat lumine, põt illuminare corp⁹ q̃d in lumine deficit, ſicut ſol lunã. Sed ſuperiores dæmones magis abũdãt in participatiõe luminis naturalis. Ergo videt ꝙ ſuperiores dæmones poſſunt inferiores illuminare.

¶ SED CONTRA, Illuminatio cum purgatione eſt, & perfectione, vt ſuprà dictum eſt.* Sed purgare non conuenit dæmonibus, ſecundum illud Eccleſ. 34. Ab immundo quid mundabitur? Ergo etiam neque illuminare.

*q. 106. art. 2. & argum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod in dæmonibus non poteſt eſſe illuminatio propriè. Dictum eſt enim ſuprà*, quòd illuminatio propriè eſt manifeſtatio veritatis, ſecũdum quod habet ordinem ad Deum qui illuminat omnem intellectum. Alia autẽ manifeſtatio veritatis poteſt eſſe locutio. Sicut cum vnus angelus alteri ſuum conceptum manifeſtat. Peruerſitas autem dæmonum hoc habet, quòd vnus alium non intendit ordinare ad Deum, ſed magis ab ordine diuino abducere. & ideo vnus dæmon alium non illuminat. Sed vnus alij ſuum conceptum per modum locutionis intimare poteſt.

*q. 106. art. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non quælibet veritatis manifeſtatio habet rationem illuminationis, ſed ſolùm quę dicta eſt*.

* in corp.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum ea quæ ad naturalem cognitionem pertinent, non eſt neceſſaria manifeſtatio veritatis: neque in angelis neque in dæmonibus: quia, ſicut ſuprà dictum eſt*: ſtatim à principio ſuæ conditionis omnia cognouerunt quæ ad naturalem cognitionem pertinent: & ideo maior plenitudo naturalis luminis, quæ eſt in ſuperioribus dæmonibus, non poteſt eſſe ratio illuminationis.

* q. 55. art. 2. & q. 58. art. 2.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum boni angeli habeant prælationem ſuper malos.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ boni angeli non habent prælationem ſuper malos. Prælatio enim angelorum præcipuè attenditur ſecundum illuminationes. Sed mali angeli, cùm ſint tenebræ, non illuminantur à bonis. Ergo boni angeli non ſunt prælati ſuper malos.

¶ 2 Præterea, Ad negligentia ꝑfidentis pertinere videtur ea q̃ ſubditos male fiunt. Sed dæmones multa mala faciũt. Sicut ſubſunt

ſubſunt prælationibus bonorum angelorum, videtur in angelis bonis eſſe aliqua negligentia, quod eſt inconueniens.

*21. & 2. huius quæſt. *cap. 4. 2. homil. 34. in euang.

¶ 3 Præterea, Prælatio angelorum ſequitur naturæ ordinem, vt ſuprà dictum eſt*. Sed ſi dæmones de ſingulis ordinibus ceciderunt (vt communiter dicitur) multi dæmones multis bonis angelis ſunt ſuperiores ordine naturæ. Non ergo boni angeli prælationem habent ſuper omnes malos.

¶ SED CONTRA eſt, quod Augu. dicit 11. de Trin.* quòd ſpiritus vitæ deſertor atque peccator regitur per ſpiritum vitæ rationalem pium, & iuſtum. Et Greg.* dicit, ꝙ poteſtates ſunt angeli quorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſunt.

*cap. 4. 10.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ totius ordo prælationis primò & originaliter eſt in Deo, & participatur à creaturis, ſecundum quod Deo magis appropinquant. Ille enim creaturæ ſuper alias influentiã habent q̃ ſunt perfectiores, & Deo appinquiores. Maxima autem perfectio & per quàm maximè Deo appropinquatur, eſt creaturam fruentium Deo. Sicut ſunt ſancti angeli. Qua perfectione dæmones priuantur. Et ideo boni angeli ſuper malos prælationem habent, & per eos regũtur*.

534

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per ſanctos angelos multa de diuinis myſteriis dæmonibus reuelantur, cum diuina iuſtitia exigit vt per dæmones aliqua fiat, vel ad punitionẽ malorum, vel ad exercitationem bonorum. Sicut in rebus humanis aſſeſſores iudicis reuelant tortoribus eius ſententiam. Huiuſmodi autem reuelationes ſi ad angelos reuelantes comparentur, illuminationes ſunt, quia ordinant eas ad Deum. Ex parte verò dæmonum non ſunt illuminationes, quia eas in Deum non ordinant, ſed ad explerionem propriæ iniquitatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſancti angeli ſunt miniſtri diuinæ ſapiãtiæ. Vnde ſicut diuina ſapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos, vel homines propter bonã q̃ ex eis eſt ita & boni angeli non totaliter cohibent malos à nocẽdo.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ angelus qui eſt inferior ordine naturę, præeſt dæmonibus, quãuis ſuperioribus ordine naturæ: quia virt⁹ diuinæ iuſtitiæ cui inhęret boni angeli, potior ẽ quã virtus naturalis angelorũ. Vñ & apud homines ſpiritualis iudicat omnia, vt dicitur 1. ad Cor. 2. Philoſoph. dicit in lib. Ethic. ꝙ virtuoſus eſt regula, & menſura omnium humanorum actuũ.

*Vltim. c. 2. & 3. Ethic. 10. text. 5.

QVAESTIO CENTESIMADECIMA,
de præſidentia angelorum ſuper creaturam corporalem, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de præſidentia angelorum ſuper creaturam corporalem.

¶ Et circa hoc q̃runtur quatuor. ¶ Primò, vtrũ creatura corporalis adminiſtretur p angelos. ¶ Secũdò, vtrũ creatura corporalis obediat angelis ad nutum. ¶ Tertiò, vtrũ angeli ſua virtute poſſit imediatè mouere corpora locali ter. ¶ Quartò, vtrũ angeli boni vel mali poſſit facere miracula.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum creatura corporalis adminiſtretur per angelos.

541 1. q. 65. art. 2. ad 3. 2. q. 66. art. 3. 3. Et 2. diſt. 5. q. 2. ar. 2. 4. q. 3. ar. 1. q. 2. 4. Et 2. diſt. 14. Et 4. diſt. 49. q. 2. ar. 1. q. 1. 2. Et 2. diſt. 10. q. 1.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd creatura corporalis non adminiſtretur per angelos. Res enim quæ habent determinatum modum operandi, non indigent gubernari ab aliquo præſidente. Ideo enim indigemus gubernari ne aliter operemur quàm oporteat. Sed res corporales habent determinatas actiones ex naturis ſibi diuinitus datis. Non ergo indigent gubernatione angelorum.

¶ 2 Præterea, Inferiora in entibus gubernantur per ſuperiora. Sed in corporibus quædam dicuntur inferiora, quædam ſuperiora. Inferiora igitur gubernantur per ſuperiora. Non ergo eſt neceſſarium quòd gubernetur per angelos.

330

¶ 3 Præterea, Diuerſi ordines angelorum diſtinguuntur ſecundum diuerſa officia*. Sed ſi creaturæ corporales adminiſtrantur per angelos, totot erunt officia angelorum, quot ſunt ſpecies rerum, ergo etiam tot erũt ordines angelorum, quod ſunt ſpecies rerum. quod eſt contra ſuprà dicta*. non ergo corporalis creatura adminiſtrantur per angelos.

*gloſ. Dion. 4. cæleſt. hier. *q. 109. art. 2.

¶ SED CONTRA eſt quod Aug. dicit 3. de Trin.* quòd omnia corpora reguntur per ſpiritum vitæ rationalem: & Greg. dicit in 4. dialo.* quòd in hoc mundo vibili nihil per creaturam inuiſibilem diſponi poteſt.

*cap. 4. *cap. 3.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ tã in rebus humanis quã in rebus naturalibus, hoc cõiter inuenitur, ꝙ poteſtas particularis gubernat, & regit a poteſtate vniuerſali. Sicut poteſtas Balliui gubernat, a poteſtate Regis. Et i angelis etiã dictũ*, ꝙ ſuperiores angeli, q̃ præſunt inferioribꝰ, habẽt ſcientiã magis vniuerſalẽ. Manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ virt⁹ cuiuſlibet corporis eſt magis particularis quã virt⁹ ſpiritualis ſubſtãtiæ. Nã ois

*1. ſent. diſt. 14. q. 1. ar. 4. q. 2. 2. Et 2. diſt. 5. q. 2. ar. 2. 4. q. 3. ar. 1. q. 2. 4. Et 2. diſt. 14. Et 4. diſt. 49. q. 2. ar. 1. q. 1. 2. Et 2. diſt. 10. q. 1.

forma corporalis eſt forma in diuiduata p materiã & determinata ad hic & nũc, formæ autẽ immateriales ſunt abſolutæ & intelligibiles. Et ió ſicut inferiores angeli q̃ habẽt formas minus vniuerſales, regũtur p ſuperiores, ita oĩa corporalia regũntur p angelos. Et hoc nõ ſolũ à ſanctis doctoribꝰ ponitur, ſed etiã ab omnibus Philoſophis, qui incorporeas ſubſtãtias poſuerũt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ res corporales habẽt determinatas actiones. Sed has actiões nõ exercẽt, niſi ſcãm quod mouẽtur: quia propriũ corporis eſt quòd non agat, niſi per motũ. Et ideo oportet ꝙ creatura corporalis à ſpirituali moueatur.

¶ Ad ſecundum dicendũ, ꝙ ratio iſta procedit ſecundũ opinionẽ Ariſt.* qui poſuit ꝙ corpora cœleſtia mouentur à ſubſtãtiis ſpiritualibus. Quarũ numerũ conatus fuit aſſignare ſecundum numerũ motuũ qui apparẽt in corporibus cœleſtibus. Sed nõ poſuit ꝙ eſſent aliquæ ſubſtantię ſpirituales, quæ haberent immediatã præſidentiã ſuprainferiora corpora, niſi forte animas humanas. Et hoc ió, quia non cõſiderauit aliquas operatiões in inferioribus corporib⁹ exerceri, niſi naturales. Ad quas ſufficiebat motus corporũ cœleſtiũ. Sed quia nos ponimus multa in corporibus inferioribus fieri præter naturales actiões corporũ, ad q̃ nõ ſufficiũt virtutes cœleſtiũ corporũ*: ideo ſecundum nos neceſſe eſt ponere, ꝙ angeli habeant immediatam præſidentiam, non ſolum ſupra cœleſtia corpora, ſed etiã ſupra corpora inferiora.

*lib. 12. Met. tex. 44.

569

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ de ſubſtãtiis immaterialib⁹ diuerſimode Philoſophi ſunt locuti. Plato enim poſuit ſubſtãtias immateriales eſſe rationes & ſpecies ſenſibiliũ corporum, & quaſdã aliis vniuerſaliores. Et ideo poſuit ſubſtãtias immateriales habere præſidentiam immediatam circa omnia ſenſibilia corpora*, & diuerſas circa diuerſas. Ariſt.* autem poſuit ꝙ ſubſtantiæ immateriales non ſunt ſpecies corporum ſenſibilium, ſed aliquid altius, & vniuerſalius. Et ideo non attribuit eis immediatã præſidentiã ſupra ſingula corpora, ſed ſolũ ſupra vniuerſalia agentia, quæ ſunt corpora cœleſtia*. Auic. verò media viã ſecutus eſt. Poſuit enim cum Plat. aliquã ſubſtantiam ſpiritualẽ præſidentẽ immediatè ſphęræ actiuorũ, & paſſiuorũ, eo ꝑ ſicut Plat. ponebat, ꝙ formæ horũ ſenſibilium deriuantur à ſubſtãtiis immaterialibus: ita etiam Auic hoc poſuit*. Sed in hoc à Plat. differt, ꝙ poſuit vnam tantum ſubſtantiã immaterialem præſidentẽ omnibus corporibus inferioribus, quã vocauit intelligentiam agentẽ. Doctores autẽ ſanctι poſuerũt ſicut & Platonici diuerſis reb⁹ corporeis diuerſas ſubſtãtias ſpirituales eſſe ꝓpoſitas. Dicit enim Aug. in li. 83. q.* Vnaq̃que res viſibilis i hoc mũdo habet angelι ca poteſtatẽ ſibi præpoſitã. Et Dam.* dicit, Diabolus erat ex his angelicis virtutib⁹ q̃ præerãt terreſtri ordini & Ori.* dicit ſup illud Nume. 22. Cùm vidiſſet aſina angelũ, ꝙ opus eſt mũdo angelis, ꝙ præſunt ſuper beſtias, & præſunt animalib⁹ natiuitati, & virgultorum, & plantationũ, & cæterarũ rerũ incremẽtis. Et hoc non eſt ponendũ propter hoc ꝙ ſecundũ ſuam naturã vnus angelus magis ſe habeat ad præſidẽdũ animalibus quam plãtis, quia quilibet angel⁹ etia minim⁹ habet altiorẽ virtutẽ & vniuerſaliorẽ quam aliquod gen⁹ corporaliũ: ſed ex ordine diuinæ ſapietiæ, quæ diuerſis rebus diuerſos rectores ꝓpoſuit. Nec tamen ꝓpter hoc ſequitur, ꝙ ſint plures ordines angelorũ q̃ nonẽ: quia ſicut ſuprà dictum eſt*, ordines diſtinguũtur ſecũdũ generalia

*lib. 1. Metap. tex. 6.

263

419

*q. 76. art. 1.

*lib. 2. cap. 4.

*homil. 13. in Num.

qð. 108. art. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*homil. 34. in euang.

Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, opinio ad partē affirmatiuam: secundo simul destruitur pars affirmatiua, & cōstruitur negatiua: & sic respondetur quæsito negatiue.

¶ Quo ad primum referuntur opiniones Plat. & Auic. q̄ materia corporalis obedit substantiis immaterialibus ad mutationem formalem.

¶ Quo ad secundum ponitur conclusio negatiua, quòd materia corporalis non obedit angelis immediatè ad transmutationem formalē. Et probatur ex duabus ꝓpositionibus, scilicet compositum ex materia & forma tantum fit: & omne quod fit, fit à sibi simili. Ex his enim sequitur, q̄ trāsmutatio formalis est à solo composito, aut ex eminentius continente in seipsum compositū scilicet māteriam & formam: q̄d est solus Deꝰ, vt supraⁱⁿ dedūcta sunt omnia.

*ar. præ.

Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio respōsiua quęsito affirmatiuè: Natura corporalis nata est moueri immediatè à natura spirituali secundum locum. Probatur tripliciter. Primò ratione: diuina sapientia cōiungit fines primorum principiis secundorum. ergo natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiori. ergo natura corporalis in sui supremo attigitur à spirituali. ergo secundum motum localem. Antecedens est Dion. prima cōsequentia est euidēs. Secundo probatur: quia natura corporalis est infra spiritualem. Tertia verò probatur: quia motus localis est perfectissimus omnium motuū. quod probatur, q̄ mobile localiter vt sic, non est in potentia ad aliquid intrinsecum sed extrinsecum tantum. Secundò probatur autoritate Philosophorum.

*tex. 26. 27. & 32.

Tertiò experientia, qua corpus videmus moueri ab anima principaliter secundum locum.

¶ Circa hæc esset discutiendū quomodo, & vnde motus localis est perfectissimus omnium motuum: sed quoniam hoc spectat ad octauū Phyſ. ideo vide ibi, & in quæſt. extrauagante.

Super Quæstionis centesimæ sexagesimædecimæ Articulum quartum.

TItulus clarus.

¶ In corpore est vna conclusio responsiua quęsito negatiuè, Angeli nō possunt virtute propria miracula facere. Probatur. Sed modᵘ virtutis; illuminationis quo dāmodo est similis, & quodammodo diuersus. Dictū est enim suprà*, quòd illuminatio, q̄ est manifestatio diuinæ veritatis, secundū duo attenditur, ſ secundum q̄ intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris, & secundū q̄ proponūtur intellectui inferioris ſpecies intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. Et hoc quidem in angelis fit ſecundum q̄ superior angelus veritatē vniuerſalē conceptam diuidit secūdū capacitatē iferioris angeli, vt suprà dictū est*. Sed intellectᵘ humanus nō pōt ipſam intelligibilem veritatem nudā capere: quia connaturale est ei vt intelligat per cōuerſionē ad phātasmata, vt suprà dictū est*. Et iō intelligibilem veritatem proponunt angeli hominibus sub similitudinibᵘ ſenſibiliū, ſecundū illud q̄d dicit Dion. 1. c. Cœl. hier. q̄ impoſsibile est aliter nobis lucere diuinū radiū, niſi varietate ſacrorum velaminū circūuelatum. Ex alia verò parte intellectus humanus tanquam inferior fortificatur per actionē intellectus angelici, & ſecundū hæc duo attenditur illumi natio, qua homo illuminatur ab angelo.

*q.106. art.1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ad fidē duo cōcurrūt. Primò q̄dē habitus intellectᵘ quo diſponitur ad obediēdū volūtati tendēti in diuinam veritatē. Intellectᵘ eīm assentit veritati fidei nō quaſi cōiūctᵘ ratione, ſed quaſi imperatᵘ à volūtate. Nullus enim credit niſi volēs: vt Aug. dicit* & quantū ad hoc fides est à ſolo Deo. Secundò requiritur ad fidē, quòd credibilia proponātur credenti: & hoc quidē fit per hominē ſecundū q̄ fides est ex auditu: vt dicitur Rom. 10. ſed p angelos principaliter, q̄ quos hominibus reuelātur diuina: vnde angeli operātur aliquid ad illuminationē fidei. Et tñ homines illuminantur ab angelis, nō ſolū de credēdis. ſed etiā de agēdis.

*tracta. 26. in Io. Euan.

¶ Ad ſecundū dicendum, quòd ratio naturalis quę'est immediatè à Deo, pōt per angelū confortari, vt dictū est*: & ſimiliter ex ſpecieb' à creaturis acceptis tātò altior elicitur intelligibilis veritas, quātò intellectus humanus fuerit fortior. Et ſic p angelum adiuuatur homo vt ex creaturis ſpecialius in diuinam cognitionem deueniat.

*q.106. art.1.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ operatio intellectualis & illuminatio, dupliciter possūt cōſiderari. Vno modo ex parte rei intellectæ, & ſic quicūq; intelligit vel illuminatur, cognoſcit ſe intelligere, vel illuminari: quia cognoſcit rē ſibi eſſe manifeſtā. Alio mō ex parte principij. Et ſic non quicunque intelligit aliquam veritatē, cognoſcit quid ſit intellectus qui eſt principium intellectualis operationis. Et ſimiliter non quicunque illuminatur ab angelo, cognoſcit ſe ab angelo illuminari.

Super Quæstionis centesimæ sexagesimædecimæ Articulum primum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo reſpondet directē quæſito affirmatiuè. Secūdo tractat modum illuminationis.

*q.87. art.7.

¶ Quo ad primam concluſio eſt. Homines illuminantur per Angelos. Probatur & manifeſtatur. Probatur. Diuinæ prouidentiæ ordo habet, vt actionibus ſuperiorū ſubdantur inferiora. ergo homines angelis. tenet ſequela, quia inferiores ſunt. Manifeſtatᵘ verò à ſimili, Sicut angeli inferiores illumi nantur p ſuperiores, ita homines per angelos.

¶ Quo ad ſecundum cōcluſio eſt, Modᵘ virtuſq; illuminationis eſt quodāmodo ſimilis, & quodammodo diuerſus. Probatur, & declaratur ſimul vtraq; pars. Similis quidem eſt quo ad numerū capitū, & quo ad alterū caput. quo ad numerum quidem capitum: quia ſicut angeli illuminātur ex duobus capitibus, ſ. ex parte intellectus, & ex parte ſpecierum: ita etiam hominer ex duobus capitibus illuſtrātur ab angelis, quo ad alterum verò caput: quia eo dem modo illuminatur angelᵘ, & homo ex parte intellectus, ſ. per viā confortationis deſcendentis ab obiecto: vt illuſtrato à ſuperiori, vt ſupertius declaratū eſt. Diſſimilis autē est quo ad reliquum caput, ſ. ex parte ſpecierum: quoniam angelus illuminatur propoſitione particulatorum cōceptuum intelligibilium: homo verò applicatione ſimilitudinum ſenſibilium. Probatur ratione, & autoritate, ratio eſt quia naturale è homini cognoſcere per phantaſmata: autoritas Dion. Omnia in litera clara ſunt, quibus non hoc ordine.

Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna diſtinctio trimembris cum ſingulis cōcluſionibus. Diſtinctio eſt, voluntas poteſt immutari dupliciter, ſ. ab intrinſeco, & ab extrinſeco. & hoc duplicitᵉʳ

*q.106. art.1. & 3.

542 1.2.q.80. ar.2.cor. Et 3. contra. cap. 193 ſit po.q.6. ar.3. Et ma. q.16. art. 9. & 10. Et quol.9. art. 19.

*cap.8.

d.642.

336

*tex. 26. 27. & 32.

336

officia. Vnde ſicut ſecundū Gre.* ad ordinē poteſtatū pertinent omnes angeli qui habent propriè ꝓfidentiā ſuper dęmones: ita ad ordinem virtutū pertinere videtur omnes angeli qui habent præſidentiā ſuper res purè corporeas. Horum enim miniſterio interdum ettam miracula fiunt.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum materia corporalis obediat angelis ad nutum.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur q̄ materia corpalis obediat angelis ad nutum. Maior eſt eīm virtus angeli quàm virtus animæ. Sed cōceptioni aīę maximè obedit materia corporalis. Immutatur eīū corpus hominis ex conceptione animæ ad calorem & frigus, & quandoque vſque ad ſanitatem & ægritudinem. Ergo multo magis ſecundum conceptionem angeli materia corporalis tranſmutatur.

¶ 2 Præterea, Quicquid pōt virtᵘ inferior, pōt virtus ſuperior. Sed virtus angeli eſt ſuperior quā materia corporalis: corpus aūt ſua virtute poteſt trāſmutare māteriā corporalem ad formā aliquā ſicut patet cùm ignis generat ignē: ergo multo fortiᵘ virtute ſua angeli poſſunt materiā corporalem tranſmutare ad aliquam formam.

¶ 3 Præterea, Tota natura corporalis adminiſtratᵘr ꝓ angelos, vt dictū eſt*. Et ſic videtur q̄ corpora ſe habēt ad angelos ſicut inſtrumēta Nā ratio inſtrumēti ē ꝓ ſic mouēs motū. Sed in effectibus aliquid inuenitur ex virtute principaliū agentiū, q̄ non pōt eſſe per virtutē iſtrumēti. Et hoc eſt id quod eſt principaliᵉ in effectu. Sicut digeſtio nutrimēti eſt per virtutē coloris naturalis qui eſt inſtrumētū animæ nutritiuæ: ſed q̄ generetur caro viua, eſt ex virtute animæ ſimiliter q̄ ſecetur lignū, pertinet ad ſerram, ſed quòd perueniatur ad formā lecti, ē ex virtute artificis: ergo forma ſubſtantialis quæ eſt principalis in effectibus corporalibus, ē ex virtute angelorū. materia ergo obedit ad ſui iformationē angelis.

¶ SED CONTRA eſt, q̄ Aug. dicit. 3. de Trin.* Nō eſt putandū iſtis trāſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hanc viſibilium rerum materiam. ſed ſoli Deo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Platonici poſuerunt formas, q̄ ſunt in materia, cauſari ex immaterialibᵘ formis*, q̄ formas materiales ponebāt eſſe participationes quaſdā immaterialium formarum. Et hos quantū ad aliquid ſecutᵉ eſt Auic. qui poſuit omnes formas, q̄ ſunt in materia procedere à cōceptione intelligentiæ: & quòd agentia corporalia ſunt ſolùm diſponentia ad formas. Qui in hoc videntur fuiſſe decepti, quia exiſtimauerunt formā quaſi aliquid ꝓ le factum, vt ſit ab aliquo formali principio procederet. Sed ſicut Philoſ. probat in 7. Met.* hoc, quod proprie fit eſt cōpoſitum. Hoc enim propriè eſt quaſi ſubſiſtens. Forma autem nō dicitur ens quaſi ipſa ſit, ſed ſicut quo ad aliquid eſt: & ſic per conſequens nec forma ꝓpriè fit. Eius enim eſt fieri cuius eſt eſſe, cum fieri nihil aliud ſit quàm via in eſſe. Manifeſtum eſt autem q̄ factum eſt ſimile facienti, quia omne agens agit ſibi ſimile. Et ideo id quod facit res naturales, habet ſimilitudinē cum compoſito, vel quia eſt compoſitum, ſicut ignis generat ignē: vel quia totū cōpoſitū & quantū ad materiā, & quantum ad formam, eſt in virtute ipſius. Quod eſt ꝓprium Dei. Sic igitur omnis informatio materiæ, vel eſt a Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali, non autem immediatè ab angelo*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ anima noſtra vnitur corpori vt forma. & ſic non eſt mirum, ſi formaliter tranſmutatur ex cōceptione ipſius: præſertim cum motus ſenſitiui appetitus qui fit cum quadam tranſmutatione corporali, ſubdatur imperio rationis angelus autem non ſic ſe habet ad corpora naturalia. Vnde ratio non ſequitur.

¶ Ad ſecundū dicendū, q̄ id q̄d pōt virtus inferior poteſt ſupe rior: nō eodē ſed excellētiori mō*. Sicut intellectus cognoſcit ſenſibilia excellentiori mō quā ſenſus. Et ſic angelus excellentiori mō tranſmutat materiā corporalem quam agētia corporalia, ſ mouēdo ipſa agentia corporalia tanquā cauſa ſuperior.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ nihil prohibet ex virtute angelorū aliquos effectus ſequi in rebus naturalibus ad q̄ agētia corporalia nō ſufficerent. Sed hoc non eſt angelo obedire materiam ad nutū: ſicut nec corpus obedit materiā ad nutū: quia aliquē modū decoctionis operantur per ignem ſecundum aliqua artis moderationē, quā ignis per ſe non faceret: cùm reducere materiam in actum formæ ſubſtantialis, non excedat virtutem corporalis agētis, quia ſimile natum eſt ſibi ſimile facere.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum corpora obediant angelis ad motum localem.

543

AD TERTIVM ſic proceditur videtur q̄ corpora non obediant angelis ad motum localem. Motus enim localis corporum naturalium ſequitur formas eorum. Sed angeli non cauſant formas corporum naturalium, vt dictum eſt*. Ergo neque poſſunt cauſare in eis motum localem.

locis ſuprà ar. 2. nota- tis. *ar præ. & q. 65. ar. 4. * à tex. 54. vſq; ad 60.

¶ 2 Præterea, In 8. Phyſ.* ꝓbatur, q̄ mot' localis eſt prim' motuū. Sed angeli nō poſsūt cauſare alios motus, trāſmutādo ma teriā formaliter. Ergo neq; etiā poſſunt cauſare motū localē.

¶ 3 Præterea, Membra corporalia obediunt cōceptioni aīæ ad motum localem, inquantū habēt in ſeipſis aliquod principiū vitæ. In corporibus autem naturalibus non eſt aliquod principium vitæ. Ergo non obediunt angelis ad motum localem.

*c.8.&9.

¶ SED CONTRA eſt, quod Augu. dicit. 3. de Trin.* quòd angeli adhibent ſemina corporalia ad aliquos effectus producendos*. Sed hoc non poſſunt facere niſi localiter mouendo. Ergo corpora obediunt eis ad motum localem.

b

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ ſicut Dion. dicit 7. c. de Diu. no. diuina ſapientia coniūgit fines primorum principiis ſecundorum. Ex quo patet, q̄ natura inferior inſui ſupremo attīgitur à natura ſuperiori. Natura aūt corporalis ē infrà naturā ſpiritualē. Inter omnes autē motus corporeos perfectior eſt motus localis, vt ꝓbatur in 8. Phyſ.* Cuius rō eſt, quia mobile ſecundū locū nō eſt in potentia ad aliquid intrinſecū inquantum huiuſmodi, ſed ſolum ad aliquid extrinſecum, ſ. ad locū. & iō natura corporalis nata eſt moueri immediatè à natura ſpirituali ſecūdū locū, vnde & Philoſophi poſuerūt ſupremā corpora moueri localiter à ſpiritualibᵘ ſubſtātiis, vndevide mus, q̄ aia mouet corpus primò, & principaliter locali motu.

tex. 12.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in corporibus ſunt alij modus locales præter eos qui conſequūtur formas*. Sicut fluxus & refluxus maris non conſequitur formam ſubſtantialem aquæ ſed virtutem lunæ. Et multo magis aliqui motus locales conſequi poſſunt virtutem ſpiritualium ſubſtantiarum.

d.621.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd angeli cauſando motum locale tāquam priorem, per eam cauſare poſſunt alios motus, adhibendo, ſcilicet agentia corporalia ad huiuſmodi effectus producendos, ſicut faber adhibet ignem ad demolitionē ferri.

544

¶ Ad tertium dicendū, q̄ angeli habent virtutē minus contractam quàm animæ. Vnde virtus motiua animæ cōtrahitur ad corpus vnitū quòd per eam viuificatur, quo mediante alia po teſt mouere. Sed virtus angeli nō eſt cōtracta ad aliquod corpus. Vnde poteſt corpora non coniuncta localiter mouere.

2. 4. 9. 17. 8. 2. 4. 4. tex. 20. Et 10. 9. Et 8. & 103. Et 10. 9. 6. 2. & 4. 4. 6. 10. 2. 4. 4. 10. 2. 4. 4. 10. 2. 4. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter in homine, quia vel ab ipso bono intellecto seu præsentante ipsum, vel à passione partis sensitiuæ. Et sic sunt tria membra respectu voluntatis humanæ.

¶ Prima cõclusio est, Voluntas à solo Deo potest immutari ab intus. Probatur, vt suprà: q a eius tãtum est immutare inclinationem, cuius est dare, &c. vt supertius dictum est q.106. artic.2.

¶ Secũda est, Solus Deus mouet voluntatẽ obiectiuè efficaci sufficiẽtia: Angel⁹ verò pluribus. Probatur, vt in loco ꝓdicto.

¶ Tertia est, Angeli possunt immutare voluntatem ex parte passionum, non tamen necessitate. Probatur prima pars, quia possunt concitare huiusmodi passiones: secunda verò, quia voluntas semper remanet libera. & sic patet responsio ad quæstum, q. Angel⁹ nõ nisi aut suadẽdo, aut concitando immutare voluntatẽ potest: & hoc absque necessitatione.

¶ Aduerte hic, q subdiuisio facta non est propriè subdiuisio: quoniã non multiplicatur motiuũ voluntatis in subdiuisionis membris. Vtroque est motiuum est bonum, vel apparens bonum intellectũ. Sed est distinctio modorũ offerendi ipsum obiectũ. Potest eth offerri obiectũ intelligibili modo & sic offertur vel à solo proprio intellectu, vel etiã ab intellectu suadentis. Potest etiam offerri sensibili modo, & sic præsentatur ab intrinseca passione voluntati non cuicunque, sed humanæ propter modum essendi animæ coniunctæ, & ideo in hoc differt volũtas humana ab angelica, vt in litera dicitur.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus: nomine imaginationis intellige omnes sensus interiores.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiuè, Angelus tam bonus quàm malus potest naturali sua virtute immutare imaginationẽ. Probatur, Natura corporalis obedit Angelo ad motũ localem: ergo ad quẽcunq; possunt ex motu locali causari: ergo ad apparitiões imaginarias. Antecedẽs cũ prima cõsequẽtia patet, secunda ꝓbatur: q huiusmodi apparitiões interdũ causãtur ex motu locali spirituum & humorũ, quod ꝓbatur & in dormitiõibus autoritate Ari. & in vigilatib⁹ & phreneticis.

¶ Aduerte circa literã, q infertur cõclusio ex prædicta ratione, non nuda sed ampli⁹ illustrata præcedentibus, & cõmentãtibus. Apparitio quidẽ imaginaria extrinsus potest prouenire causis, scilicet ex volũtate imaginantis, ex commotione naturæ sanc, vel egre, & ex cõmotione ab extrinseca causa, s. Angeli & ibi infertur cõclusio, q quemadmodũ interdum ex prima, interdũ ex secũda, ita interdum ex tertia prouenit. Et sic ratio allata infert manifestius inuẽtum. Rursus, quia cõmotio est apparitiõ: ista dupliciter se habet ad sẽsus exteriores: quia, scilicet quandoq; retrahit ab eis, & quandoque non. Ideo ad plenior doctrinã apponit eam fieri quandoq; comitantibus sensibus, & quandoque absq; eis.

*cap.14.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna distinctio bimembris, & vna conclusio bimembris respõsiua quæsito affirmatiuè secundum vtrunque membrum.

*q.372. art.3.

¶ Distinctio, sensus potest dupliciter immutari ex pte obiecti, & ex parte organi. Cõclusio est. Sensus ab Angelo potest vtrinque immutari. Probatur, quia potest offerre obiectum, & commouere spiritũ atque humores. omnia clara sunt.

*cap.3.

*q. 51. art.2. & 372.

¶ *Super Quæstionis centesimæ duodecimæ Articulum primum.*

300.110. artic.4.

TItulus clarus quo ad quid nominis.

¶ In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiuè: Aliqui angeli mittuntur à Deo in ministerium, Cõclusio habet tres partes, quod mittuntur à Deo, q in ministerium, & sigillatim ꝓbatur. Primò, quòd mittuntur ex propria ratione missionis sic: Procedẽs ab aliquo, vt incipiat esse vbi vel non erat, vel non illo modo erat, mittitur angelus est huiusmodi: ergo. Maior manifestatur repetẽdo supra dicta de missione Filij & Spiritussancti, quibus cõuenit mitti, non vbi non erãt, sed nouo modo essendi vbi erant. Minor probatur ex differentia inter agens vniuersale & particulare sic proprium est agẽtis vniuersalis attingere totũ vniuersum, & consequẽter esse vbique: ergo agẽtis particulare attingit sic vnum, q nõ aliud. & consequenter est ita hic, quòd non alibi. Ergo angelus actus aliquid circa creatoram corpoream, de nouo applicat suam virtutem ad illam. ergo incipit esse vbi non erat. omnia clara sunt.

*q. 52. art.2. & 372.

*2. in cor.

¶ Et aduerte, quòd cùm minor includat duo, scilicet angelum esse alibi, & ipsum incipere esse alicubi, non fuit solicitus Autor de primo, sed de secundo. Tum quia primum constat. Tum quia in secunda parte conclusionis ſtatim probanda includitur. Secundò igitur probatur, quòd à Deo sic. Hoc totum procedit ex imperio diuino: ergo angelus mittitur à Deo, antecedens patet, & demonstrat ly hoc applicationem virtutis de nouo in: corpus subditum & esse ibi. Cõsequentia verò patet ex dictis in tractatu de missione superiùs, quia scilicet mittetur est qui est causa in ceptionis essendi alicubi simpliciter, vel nouo modo. Tertiò probatur: quòd in ministerium, ex ratione ministrifici. Actio qua angelus missus exercet, est à Deo, vt à primo imperante: & propter Deum vt vltimum finem: ergo angelus habet se vt instrumentum. ergo vt minister: ergo actiones angelorum ministeria sunt: ergo ipsi in ministerium mittuntur. Antecedẽs patet. Prima cõsequentia probatur ex ratione instrumẽti, scilicet ab alio & propter aliud: secunda probatur, quia minister nihil aliud est, quam instrumentum intelligens cæteraq; quæ enumerantur in nota.

549 Matth.6. 2.Cor.6.

gelus, vt videtur, nõ potest mutare virtutem nutritiuam, sicut nec alias formas naturales. Ergo neque virtutem sensitiuam immutare potest.

¶ 3 Præterea, Sensus naturaliter mouetur à sensibili. Sed angelus nõ potest immutare naturæ ordinem, vt suprà dictũ est*. Ergo angelus non potest immutare sensum, sed semper à sensibili immutatur.

¶ SED CONTRA est, quòd angeli qui subuerterũt Sodomam, percusserunt Sodomitas cæcitate vel aoratia, vt ostium domus inuenire non possent, vt dicitur Genes. 19. Et simile legitur 4. Reg. 6. de Syris, quos Eliæus duxit in Samariam.

¶ RESPONDEO dicendũ, q sensus immutatur dupliciter. Vno modo ab exteriori, sicut cùm mutatur à sensibili. Alio modo ab interiori. Videmus enim, q perturbatis spiritibus & humoribus immutatur sensus. Lingua enim infirmi, q a plena est cholerico humore, oia sentit vt amara. Et simile cõtingit in aliis sensibus. Vtroq; autẽ modo angelus potest immutare sensum hominũ sua naturali virtute. Potest enim angelus opponere exterius sensui sensibile aliquod vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando: sicut facit dum corpus assumit, vt suprà dictum est*. Similiter etiam potest interius cõmouere spiritus & humores, vt suprà dictũ est*, ex quibus sensus diuersimode immutentur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q principiũ sensitiuæ operationis nõ potest esse absq; principio interiori, quod est potentia sensitiua. Sed illud interius principiũ potest multipliciter ab exteriori principio commoueri, vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per commotionem interiorem spirituũ & humorum potest angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ: & similiter potentiæ appetitiuæ & sensitiuæ, & cuiuscunque potentiæ corporali organo vtentis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præter ordinem totius creaturę angelus facere non potest, sed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere potest, cum tali ordini non subdatur. Et sic quodam singulari modo potest sensum immutare præter modum communem.

QVÆSTIO CENTESIMA DUODECIMA DE MISSIONE ANGELORUM IN QUATUOR ARTICULOS DIUISA.

DEINDE considerandum est de missione Angelorum.

¶ Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primò vtrum aliquis angeli mittantur in ministeriũ.

¶ Secundò, vtrum omnes mittantur. ¶ tertio, vtrũ illi qui mittũtur, assistãt. ¶ Quartò, de quibus ordinibus mittantur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum angeli in ministerium mittantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli in ministeriũ non mittantur. Omnis enim missio est ad aliquem determinatum locũ. Sed actiones intellectuales non determinant aliquẽ locũ: quia intellectus abstrahit ab hic & nũc. Cũ igitur actiones angelicæ sint intellectuales, videtur q angeli ad suas actiones lagẽdas nõ mittantur.

¶ 2 Præterea, Cõtinens empyreũ est locus pertinens ad dignitatem angelorum. Sed igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur quòd eorum dignitati aliquid depereat: quod est inconueniens.

¶ 3 Præterea, Exterior occupatio impedit sapientiæ contemplationẽ. Vnde dicitur Eccl 29. Qui minoratur actu, percipiet sapientiã: Si igitur angeli aliqui mittuntur ad exteriora ministeria, videtur q retardentur à contẽplatione. Sed tota eorum beatitudo in contemplatione Dei consistit. Si ergo mitterentur, eorum beatitudo minueretur: quod est inconueniens.

¶ 4 Præterea Ministrare est inferioris. Vnde dicitur Lucæ 22. Quis maior est qui recumbit, an ille qui ministrat? nonne qui recumbit? Sed angeli sunt maiores nobis ordine naturæ. Ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 23. Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ex suprà dictis* manifestum esse potest, q aliqui angeli in ministeriũ mittuntur à Deo. Vt enim suprà dictum est*, cum de missione diuinarum personarũ ageretur, ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo procedit, vt incipiat esse vbi prius non erat, vel vbi prius erat per alium modum. Filius enim aut Spiritussanctus mitti dicitur, vt à Patre procedens per originẽ: & incipit esse nouo modo, id est per gratiam immutatã assumptã, vbi prius erat per deitatis præsentiã. Dei enim proprium est vbiq; esse, quia cùm sit vniuersale agẽs, eius virtus attingit omniaentia. Vnde est in omnibus rebus, vt suprà dictũ est*. Virtus autem angeli cum sit particulare agens, non attingit totum vniuersum, sed sic attingit vnũ, q non attingit aliud. Et ideo ita est hîc quod non alibi. Manifestum est autem per suprà dicta* q creatura corporalis per angelos administratur. Cùm igitur aliquid sit fiendum per aliquem angelum circa aliquam creaturam corpoream de nouo applicatur angelus illi corpori sua virtute. Et sic angelus de nouo incipit ibi esse. Et hoc totum procedit ex imperio diuino. Vnde sequitur secundũ præmissa*, q angelus à Deo mittatur. Sed actio quam angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut a primo principio, cui* nutu & autoritate angeli operãtur: & in Deum reducitur sicut in vltimũ finem. Et hoc facit ratione ministerij. Nã minister est sicut instrumẽtum intelligens. Instrumẽtum autem ab alio mouetur, & eius actio ad aliud ordinatur. Vnde actiones angelorum ministeria vocantur. Et propter hoc dicuntur in ministerium mitti.

*q.108. articu.6.

*qo. 43. articu. 1.

*qo. 10. articu. 1

*cap.20.

*capi. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd aliqua operatio dupliciter dicitur intellectualis. Vno mõ quasi in ipso intellectu cõsistentes, vt cõtẽplatio. Et talis operatio nõ determinat sibi locum: imo, vt Aug. dicit 4. de Trinita* etiã nos secundũ quod aliquid æternum mente tapimus, non in hoc mundo sumus. Alio modo dicitur aliqua actio intellectualis, quia est ab aliquo intellectu regulata & imperata. Et sic manifestũ est quòd operationes intellectuales interdum determinant sibi loca.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd cœlum empyreũ pertinet ad dignitatem angeli, secundum congruentiam quandam: quia congruum est vt supremum corporum naturæ, quæ est suprà omnia corpora, attribuatur. Non tamẽ angelus aliquid dignitatis accipit cœlo empyreo. Et ideo quãdo actu nõ è in cœlo empyreo, nihil eius dignitati superabundanter accrescit: sicut nec regi quando non actu sedet in regali solio, quod cõgruit eius dignitati.

¶ Ad tertium dicendum, quod in nobis exterior occupatio puritatem contemplationis impedit: quia actioni insistimus secundum sensitiuas virtutes, quarum actiones cùm intenduntur, retardantur actiones intellectiuę virtutis. Sed angelus per solam intellectualem operationem regulat suas actiones exteriores. Vnde actiones exteriores in nullo impediunt eius contemplationem: quia duarum actionum, quarum vna est regula & ratio alterius, vna non impedit, sed iuuat aliam. Vnde Gregorius dicit in 2. Moral*, quòd angeli non sic foris exeunt: vt interne contemplationis gaudiis priuentur.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd angeli in suis actionibus exterioribus ministrant principaliter Deo, & secundario nobis: non quia nos sumus superiores eis, simpliciter loquendo sed quilibet homo vel angelus inquantum adhærendo Deo fit vnus spiritus cum Deo, est superior omni creatura. Vnde Apost. ad Ephe. dicit, Superiores sibi inuicem arbitrantes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omnes angeli in ministerium mittantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd omnes angeli in ministerium mittantur. Dicit enim Apostolus ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi.

¶ 2 Præterea, inter ordines suprem⁹ est ordo Seraphim, vt ex suprà dictis patet*. Sed Seraphim est missus ad pur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

recitatur opinio prò pte affirmatiua. Tertiò impugnatur. & simul respõdetur quæstio negatiuè.

¶ Quo ad primum quatuor dicuntur. duo de facto. duo de possibili. Primũ pertinẽs ad factum est ordo cõmunis diuinæ prouidentiæ consistens in hoc, quòd superiora principantur & inferiora tantũ ministrãt, vt patet in angelis. & in toto Vniuerso. Secũdum pertinens quoque ad factum, est ordo diuinæ dispensatiõis consistẽs in hoc, q̃ prædictus diuinæ prouidẽtiæ ordo quandoq; in corporalibus nõ seruatur, sed superiores exequuntur per seipsũ tãtum propter altiorem ordinem, puta gratiæ diuinæ manifestationem. Declaratur hoc tam in Deo quã in angelis prætermissione cælestiũ corporum. Tertiũ pertinẽs ad possibile est, quòd dominus potest per seipsũ absq; angelis mediis revelare alicui homini aliquid. Quartum pertinẽs etiam ad possibile est, quòd angeli superiores absque inferioribus medijs possunt idem.

¶ Quo ad secundũ conclusio opinionis affirmatiuæ hæc est, Angeli inferiores tãtum mittuntur de lege communi, superiores verò ex diuina dispensatione. Hæc cõclusio non aliter probatur, nisi quòd ex prædictis de ducta videtur, tanquam possibili posito in esse, nullum debeat sequi inconueniens.

¶ Quo ad tertium duo fiunt. Quia primo tripliciter impugnatur præcedens opinio quo ad secundam partem. & sic secundo infertur conclusio negatiua respõsiua quæsito, Non omnes angeli mittuntur. Prima ratio est, Prætermissio ordinis ex diuina dispensatione fit propter altiorẽ ordinem. ergo missionis angelicæ non habet altiorem ordinem, ergo non suscipit prætermissionem, maior patet ex dictis superioribus & declaratur in ordine naturæ & gratiæ. Minor probatur: quia ordo diuinæ gratiæ caret superiore. Talis autem ordo est secundum dona diuinæ gratiæ. ergo.

¶ Secunda ratio est. Ordo communis prætermittitur, propter fidei cõfirmationem: in proposito nihil prodest ad fidei cõfirmationem, ergo. maior patet, in miraculis: minor, quia illa prætermissio est ignota nobis. Tertia ratio est, Nihil est ita magnũ quod p̃ inferiores exerceri non possit. ergo antecedẽs probatur de annuntiatione Incarnatiõnis, quod est maximum & firmatur autoritate Gregorij. Ex his sequitur conclusio respõsiua quæstionis.

gandum labia Prophetæ: vt habetur Isa. 6. Ergo multo magis inferiores angeli mittuntur.

¶ 3 Præterea, Diuinæ personæ in infinitũ excedunt omnes ordines angelorum. Sed diuinæ personæ mittuntur. Ergo multo magis quicunque supremi angeli.

¶ 4 Præterea, Si superiores angeli non mittuntur ad exterius ministeriũ, hoc nõ est, nisi quia superiores angeli exequuntur diuina ministeria per inferiores. Sed cum omnes angeli sint inæquales, vt supra dictum est*, quilibet angelus habet inferiorem angelũ præter vltimum: ergo vnus angelus solus ministraret in ministerium missus. Quod est contra id quod dicitur Dan. 7. Millia millium ministrabant ei.

¶ SED CONTRA est quod Greg*. dicit referens sententiã Dionisii, Superiora agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet*. hoc habet ordo diuinæ prouidentiæ non solum in angelis sed etiam in toto Vniuerso, q̃ inferiora per superiora administrãtur. Sed ab hoc ordine in rebus corporalib⁹ aliquãdo ex diuina dispẽsatione receditur propter aliquid ordinem, secundũ scilicet quod expedit ad gratiæ manifestationẽ*. Quod enim cæcus natus fuit illuminatus, q̃ Lazarus fuit suscitatus, immediatè à Deo factum est absq; aliqua actione cælestium corporũ. Sed & angeli boni & mali possunt aliquid in istis corporibus operari præter actionẽ cælestiũ corporũ condẽsando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo. Nec; alicui debet esse dubium, quin Deus immediatè hominibus aliqua reuelare posse non mediãtibus angelis, & superiores angelinõ mediãtibus inferioribus, & secundũ hãc considerationẽ quidã dixerũt q̃ secundũ cõmunẽ legẽ superiores, non mittuntur, sed inferiores tantũ. Sed ex aliqua dispensatione diuina, interdũ etiam superiores mittuntur, sed hoc nõ videtur rationabile: quia ordo angelicus attẽditur secundũ dona gratiarum*. Ordo autẽ gratiæ non habet alium superiorẽ ordinem propter quem prætermitti debeat: sicut prætermittit ordo naturę propter ordinẽ gratiæ. Considerãdum est etiam, quòd ordo naturę in operatione miraculorũ prætermittitur, propter fidei cõfirmationem. Ad quam nihil valeret si prætermitteret ordo angelic⁹, quia hoc à nobis percipi nõ posset. Nihil etiã est ita magnũ in ministeriis diuinis quod per inferiores ordines exerceri nõ possit. Vnde Greg*. dicit, quòd qui summa annũtiãt archangeli vocatur. Hinc est quòd ad virginem Mariam Gabriel archãgelus mittitur. Quod tamen fuit summũ inter omnia diuina ministeria, vt ibidem subditur. Et ideo simpliciter dicẽdum est cum Dionys.* quòd superiores angeli nũquam ad exterius ministeriũ mittuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut in missionibus diuinarũ personarũ aliqua est visibilis quæ attẽditur secundũ creaturã corpoream. aliqua inuisibilis quæ fit secundum spiritualẽ effectũ: ita in missionibus angelorũ aliqua dicit exterior, quę scilicet est ad aliquod ministeriũ circa corporalia exhibendũ. Et secundũ hãc missionẽ nõ omnes mittuntur. Alia est inferior secũdũ intellectuales effectus, prout scilicet vnus angelus illuminat aliũ. Et sic omnes angeli mittũtur. Vel aliter dicẽdũ quod Apost. induxit illud ad probandũ q̃ Christus sit maior angelis, g̃ quos data est lex: vt sic ostendat excellentia nouæ legis ad veterem. Vnde non oportet quòd intelligatur nisi de angelis ministerij per quos data est lex.

¶ Ad secundum dicendũ secundũ Dio*. quòd ille angelus qui missus est ad purgandũ labia Prophetæ, fuit de inferioribus angelis. Sed dictus est Seraphim, in est incendens æquiuocè propter, hoc, q̃ venerat ad incendendũ labia Prophetæ. Vel dicendũ, q̃ superiores angeli cõmunicant propria dona à quibus denominantur mediãtibus inferioribus angelis. Sic igitur vn⁹ de Seraphim dictus est pugasse incendio labia Prophetæ: non quia hoc ipse immediatè fecerit, sed quia inferior angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Pap a dicitur absoluere aliquẽ, etiã si per alium officium absolutionis impendat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ diuinę personæ non mittũtur in ministeriũ, sed æquiuocè mitti dicũtur: vt ex p̃dictis patet*.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd in diuinis ministeriis est multiplex gradus. Vnde nihil⁹ prohibet etiam inæquales angelos immediatè ad ministeria mitti, ita tamen quòd superiores mittãtur ad altiora ministeria: inferiores verò ad inferiora.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum angeli quò mittuntur assistant.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̃ etiam angeli qui mittuntur assistant. Dicit enim Greg. in Homil.* Mittũtur igitur angeli & assistunt: quia etiam circunscriptus est angelicus spiritus. Summus tamẽ spiritus qui Deus est, circunscriptus non est.

¶ 2 Præterea, Angelus Tobiæ in ministerium missus fuit. Sed tamẽ ipse dixit, Ego sum Raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante Deum, vt habetur Tobiæ 12. ergo angeli qui mittũtur assistũt.

¶ 3 Præterea, quilibet angelus beatus propinquior est Deo quàm satan. Sed satan assistit Deo, secundum quod dicitur Iob primo. Cum assisterent filij Dei coram Domino, affuit inter eos & satan. Ergo multo magis angeli, qui mittuntur in ministerium, assistunt.

¶ 4 Præterea, Si inferiores angeli nõ assistunt, hoc nõ est nisi quia non immediatè, sed per superiores angelos diuinas illuminationes recipiũt. Sed quilibet angelus per superiorẽ diuinas illuminationes suscipit excepto eo qui est inter omnes primus: ergo solus supremus angelus assisteret. Quod est contra illud quod habetur Dan. 7. Decies millies centena milia assistebant ei. Ergo etiam illi qui ministrant assistunt.

¶ SED CONTRA est quod Gre. dicit 17 Mor*. super illud Iob: Nunquid est numerus militum eius? Assistunt, inquit illæ potestates, quæ ad quædã hominibus nuntianda non exeunt. Ergo illi, qui in ministerium mittuntur, non assistunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angeli introducuntur assistentes & administrantes ad similitudinem eorum, qui alicui regi famulantur. Quorum aliqui semper ei assistunt & eius precepta immediatè audiunt. Alij verò sunt, ad quos præcepta regalia per assistentes nuntiantur, sicut illi, qui ad administrationi ciuitatum præficiuntur: & hi dicuntur ministrantes, sed non assistentes.

¶ Considerandum est ergo, q̃ omnes angeli diuinam essentiã immediatè vident. Et quantum ad hoc omnes etiã qui ministrant, assistere dicũtur. Vnde Gre. dicit in 2. Mora*. q̃ semper assistere, aut videre facié Patris possunt qui ad ministeriũ exterius mittũtur pro nostra salute. Sed nõ omnes angeli secreta diuinorũ mysteriorũ in ipsa claritate diuinæ essentiæ percipere possunt: sed soli superiores q̃ quos inferioribus denudantur*. Et secũdũ hoc soli superiores, qui sunt primæ Hier*. assistere dicuntur, cuius proprium dicit esse Dio.* immediatè à Deo illuminari. & per hoc patet solutio ad primum & secundum, quæ procedunt de primo modo assistendi.

¶ AD TERTIVM, Satan non dicitur astitisse, sed inter assistẽtes affuisse describitur: quia v t Gre dicit 2 Mor*. etsi beatitudinẽ perdidit, naturam tamen angelis similem nõ amisit.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd omnes assistentes aliqua immediatè vidẽt in claritate diuinæ essentiæ, & ideo totius primæ hierarchiæ, proprium esse dicitur immediatè illuminari à Deo. Sed superiores eorum plura percipiunt quàm inferiores, de quibus illuminant alios: sicut etiam inter eos qui assistunt regi, plura scit de secretis regis vnus, quàm alius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli secundæ hier. Omnes mittantur: angeli enim omnes vel assistũt vel ministrant, secundũ quod habetur Dan. 7. sed angeli secundæ hierar. non assistunt. Illuminantur enim per angelos primæ hierar. sicut dicit Diony. 8. cap. cæ. hier. omnes ergo angeli secundæ hier. in ministerium mittuntur.

¶ 2 Præterea, Greg. dicit 17. Moral.*. quòd plures sunt qui ministrant, quàm qui assistunt: sed hoc non esset si angeli secundæ hierar. in ministerium non mitterentur. ergo omnes angeli secundæ hierar. in ministerium mittuntur.

¶ SED CONTRA est, q̃ Dio*. dicit, q̃ dominationes sunt maiores omni subiectiõe. Sed mitti in ministeriũ ad subiectionẽ pertinet: ergo dominatiões in ministeriũ nõ mittuntur.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est*, mitti ad exteri⁹ ministeriũ propriè cõuenit angelo, secundũ quod ex diuino imperio operatur circa aliquã creaturã corporalẽ. Qđ quidẽ pertinet ad executionẽ diuini ministerij: proprietates autẽ angelorũ ex eorũ nominibus manifestantur, vt Dio. dicit 7. cap. cæ. hierar. & ideo angeli illorũ ordinũ ad exteri⁹ in ministeriũ mittũtur, ex quorũ nominib⁹ aliqua executio datur intellectui. In nomine autẽ dominationũ non importatur aliqua executio, sed sola dispositio & imperiũ de exequẽdis. Sed nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio. Nam angeli & archãgeli denominãtur à denuntiãdo, virtutes & potestates dicũtur per respectũ ad aliquẽ actũ. Principis etiã est, vt Greg. dicit*, inter alios operantes priorẽ existere. Vnde ad hos quandoque ordines pertinet in exterius ministeriũ mitti, non autẽ ad quatuor superiores.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd dominationes computãtur quidẽ inter angelos ministrãtes: nõ sicut exequẽtes ministerium, sed sicut disponentes & mandãtes qui per alios fieri debeat. Sicut architectores in artificiis nihil manu operãtur: sed solũ disponũt & præcipiũt quid alij debeãt operari.

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd de numero assistentium & ministrãtiũ duplex ratio haberi potest. Gregor* enim dicit plures esse ministrantes quã assistẽtes: intelligit enim quod dicitur. Milia milliũ ministrabant ei, nõ esse dictũ multiplicatiuè sed partitiuè: ac si diceretur milia de numero millium: & sic ministrantiũ numerus ponitur indefinitus ad significandũ excessum: assistẽtiũ verò numerus finitus. cũ subditur, Et decies milies cẽtena milia assistebãt ei: & hoc procedit secundũ rationẽ Platonicorũ: qui dicebãt quòd quantò aliqua sunt vni primo principio, p̃pinquiora, tãtò sũt minoris multitudinis. Sicut quãto numerus est, p̃pinquior vnitati, tãtò est multitudine minor. Et hæc opinio saluatur quantum ad numerũ ordinum, dũ sex ministrant, & tres assistũt. Sed Dionys ponit* cap. cæ. hierar. quod multitudo angelorũ transcẽdit omnem materialẽ multitudinẽ, vt scilicet sicut corpora superiora trãscendunt corpora inferiora magnitudine quasi in immensum ita superiora naturæ incorporeæ transcendunt omnes naturas corporeas quia quod est melius, est magis à Deo intẽtum & multiplicatum*. Et secundum hoc, cùm assistentes sint superiores ministrantibus, plures erunt assistentes quam ministrantes. Vnde secundum hoc, milia millium legitur multiplicatiuè, ac si diceretur, Milies milia. Et quia decies centum sunt mille, si diceretur decies cẽtena milia, daretur intelligi, quòd tot essent assistentes quot ministrãtes: sed quia dicitur decies milies centena milia, multo plures dicuntur assistẽtes quàm ministrantes. Nec tamen hoc pro tãto dicitur, quia tantus solum sit angelorũ numerus, sed multo maior: quia omnem materialem multitudinẽ excedit. Quod significatur per multiplicationem maximorum numerorũ supra se ipsos, sicut licet denarij, cẽtenarij, millenarij, vt Dionysius ibidem dicit.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA TERTIA DE CVSTODIA BONORVM ANGELORVM, & IMPVGNATIONE MALORVM, IN OCTO ARTICVLOS DIVISA.

DEINDE considerandum est de custodia bonorum angelorum, & de impugnatiõe malorũ.

¶ Et circa primũ quæritur octo. ¶ Primò, vtrũ omnibus singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputentur.

¶ Tertiò, vtrũ custodia pertineat solũ ad vltimum ordinem angelorum. ¶ Quartò, vtrum omni homini cõueniat habere angelum custodẽ. ¶ Quintò, quãdo incipiat custodia circa hominem. ¶ Sexto, vtrũ angelus semper custodiat hominẽ. ¶ Septimò, vtrum doleat de perditiõe custoditi. ¶ Octauò, vtrum inter angelos sit pugna, ratione custodiæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homines custodiantur ab angelis.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non custodiantur ab angelis: custodes enim deputantur aliquibus, vel quia nesciunt, vel quia non possunt custodire seipsos, sicut pueri & infirmi. Sed homo potest custodire seipsum per liberum arbitrium, & sic per naturalem cognitionem legis naturalis: ergo homo non custoditur ab angelo.

¶ 2 Præterea, Vbi adest fortior custodia, infirmior superfluere videtur. Sed homines custodiuntur à Deo, secundum illud Psal. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël. ergo non est necessarium quòd homo custodiatur ab angelo.

¶ 3 Præterea, Perditio custoditi redũdat in negligenti ã custodis. Vnde dicitur cuidã 3. Teg. 20. Custodi virum istũ, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: sed multi homines quotidie pereũt in pecca tum cadẽtes, quibus angeli subuenire possunt, vel visibiliter apparẽdo vel miracula faciendo, vel aliquo simili modo. Essent ergo negligẽtes angeli si eorũ custodię homines essent commissi: qđ patet esse falsũ. Non igitur angeli sunt hominũ custodes.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. Angelis suis mandauit de te vt custodiam te in omnibus viis tuis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secũdum rationem diuinæ prouidẽtiæ hoc in reb⁹ omnibus inuenitur q̃ mobilia & variabilia per immobilia & inuariabilia mouentur & regulãtur*. Sicut omnia corporalia per substãtias spirituales & immobiles*. & corpora inferiora p superiora*, quæ sũt inuariabiliaſecundũ substãtiam: sed & nosipsi regulamur circa cõclusiões in quibus possumus diuersimode opinari, per principia quę inuariabiliter tenemus. manifestum est autẽ quòd in rebus agendis cognitio & affectus hominis multipliciter variari & deficere possunt à bono: & ideo necessario fuit quòd hominibus angeli ad custodiam deputarentur, per quos regularentur & mouerentur ad bonum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per liberum arbitrium potest homo aliqualiter malũ vitare, sed non sufficienter: quia infirmatur circa affectum boni, propter multiplices animæ passiones. Similiter etiam vniuersalis cognitio naturalis legis quę homini naturaliter adest, aliqualiter dirigit hominem ad bonum: sed non sufficiener: quia in applicando vniuersalia principia iuris ad particularia opera, contingit hominem multipliciter deficere. Vnde dicitur Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ & in certę prouidentię nostrę, & ideo necessaria fuit homini custodia angeli.

¶ Ad secundum dicendũ: quòd ad bonũ operandũ duo requiruntur. Primo quidẽ, quòd affectus inclinetur ad bonũ: quod quidẽ fit in nobis per habitũ virtutis moralis. secũdo autem, quòd ratio inueniat congruas vias ad perficiendũ bonũ virtutis, quod quidẽ Philosophus* attribuit prudẽtiæ. Quantũ ergo ad primũ Deus immediatè custodit hominẽ, infundẽdo ei gratiam & virtutes: quãtum autem ad secundũ Deus custodit hominẽ, sicut vniuersalis instructor: cui⁹ instructio ad hominem peruenit mediantibus angelis: vt suprà habitum est*.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd sicut homines, à naturali instinctu boni diſeendunt propter pasionę peccati: ita etiam diſcendunt ab instigatione bonorum angelorum, quæ fit inuisibiliter per hoc quod homines illuminant ad bene agendum. Vnde quòd homines pereunt, non est imputãdum negligentiæ angelorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimædecimætertiæ Articulum secundum.*

IN corpore vna obiectio responsiua quæsito affirmatiuè. Singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur. Probat, Peccuidētia Dei principalitèr est circa perpetua, ita quòd circa transeuntia est vt ordinata sed perpetua, ergo aliter se habet ad homines, & aliter ad alias corruptibiles creaturas. ergo ita se habet ad singulos homines, sicut ad singula genera vel species corruptibiliū. ergo custodia angelica similiter ad hoc se habet. Ergo ratiōabile est, q̄ diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur. Antecedens supponitur ex superioribus, prima consequentia probatur: quia aliter se habet homo, & aliter cætera ad perpetuitatem: quia homo est perpetuus & species & individuo secundum formam, illa verò tantùm. Secunda consequentia probatur ex eadem radice: quia quilibet homo æquinalens vni speciei, vel generi quo ad perpetuitatem, imò præstat. Tertia verò consequentia probatur: quia custodia angelica est executio diuinæ prouidentiæ. Vltima autem probatur: quia genera diuersis secundum Greg. diuersi ordines deputantur: & secundum Augu. Dama. & Origenem singulis speciebus diuersi angeli: quod probabile hic dicitur, in his enim stat ei rationi consona dicere.

¶ In resp̄onsione ad tertium aduerte, quòd non est intentio literæ constituere hanc vniuersaliter, quod melius sit custodire vnū hominem quam alium, cum contingat plures homines ad æquale æqualiter exercendam prouidentiā ordinari, sed destruere hanc negatiuam vniuersaliter non est maius custodire vnum hominem quam alium: & hoc optimè sic.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimætertiæ Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna distinctio bimembris cum duabus iuxta membra conclusionibus responsiuis quæsito.

¶ Distinctio est, custodia hominum est duplex, particularis & vniuersalis: vt patet in responsione ad primum in præcedenti articulo.

¶ Prima conclusio est affirmatiua, Custodia particularis hominum à certo ordinem angelorum tātum, probatur, Minima secundum Gregorium pertinent ad infinitum ordinem sed malitiæ hominum. Quod autem aliquando præter legem communem hominibus visibiliter apparent ex speciali Dei gratia est: sicut etiam præter ordinem naturæ miracula fiunt.

554 4. dist. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. sol.

*capi. 3. excl. hie rarch.

*q̄o. 108. ar. 3. ad 1.

*cap. 5. excl. hier.

d. 163

b 504

*homili 34. in Euang.

*q. præ. ar. 3. ad 4.

ARTICVLVS II.

¶ Verum singuli homines à singulis angelis custodiantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nō singuli hoies à singulis angelis custodiātur: angelus enim est virtuosior quàm homo. Sed vnus homo sufficit ad custodiam multorum hominum. ergo multo magis vnus angelus multos homines pōt custodire.

¶ 2 Præterea, Inferiora reducuntur in Deū à superioribus per media. vt Dion*. dicit. Sed cum omnes angeli sint inæquales, vt supra dictum est*, solus vnus angelus est, inter quē & homines non est aliquis medius: ergo vnus angelus solus est qui immediatè custodit homines.

¶ 3 Præterea, Maiores angeli maioribus officiis deputantur. Sed non est maius officium custodire vnum hominem quàm alium, cum omnes homines natura sint pares. Cum ergo omnium angelorum sit vnus maior alio secundum Dionys*: videtur quod diuersi homines non custodiantur à diuersis angelis.

¶ SED CONTRA est, quod Hier. exponens illud Mat. Angeli eorū in cœlis dicit, Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui, angelum delegatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod singulis hominib* singuli angeli ad custodiam deputātur. Cuius ratio est, quia angelorum custodia est quædā executio diuinæ prouidētiæ circa homines. Prouidētia autē Dei aliter se habet ad hoies & ad alias corruptibiles creaturas*: quia aliter se habent ad incorruptibilitatē. Homines enim nō solùm sunt incorruptibiles quātum ad communem speciem, sed etiā quātum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales. Quod de aliis reb* corruptibilibus dici nō potest, manifestū est autē quòd prouidentia Dei principaliter & circa illa quæ perpetuo manēt. Circa vero ea, quæ transeunt, prouidētia Dei est, inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei coparatur ad singulos homines, sicut coparatur ad singula genera vel species corruptibilium rerum. Sed secūdū Gregor*. diuersi ordines deputantur diuersis rerū generibus. Puta potestates ad arcēdos dæmones, virtutes ad miracula facienda in reb* corporeis. Et probabile ē quòd diuersis speciebus rerū diuersi angeli eiusdē ordinis præficiantur. Vnde ēt rationabile est vt diuersis hominib* diuersi angeli ad custodia deputētur.

¶ AD PRIMVM ergo dicēpum, quòd alicui homini adhibē* custos cupliciter. Vno modo inquantū est homo singularis. Et sic vni homini debetur vn* custos: & interdum plures deputantur ad custodia vnius. Alio modo inquatū est pars alicuius collegij. Et sic toti collegio vnus homo ad custodiam præponitur. Ad quem pertinet prouidere ea quæ pertinent ad vnū hominem in ordine ad totum collegium. Sicut sunt ea quę exterius agūtur de quibus alij ædificantur vel scandalizantur. Angelorū autē custodia deputatur hominibus etiā quantum ad inuisibilia & occulta quæ pertinent ad singulorum salutem secundum seipsos. Vnde singulis hominibus singuli angeli deputantur ab custodiam.

¶ Ad secundū dicendū q̄ sicut dictū est*, angeli primæ hierarchiæ, omnes quātum ad aliqua illuminātur immediatè a Deo. Sed quædā sūt de quib* illuminātur superiores tātū immediatè à Deo, quę inferioribus reuelant. & idē etiā in inferioribus ordinibus considerandum est. Nā aliquis infimus angelus illuminatur quantum ad quædam ab aliquo supremo. & quantū ad aliqua ab eo qui immediatè sibi præfertur. Et sic etiā possibile est quod aliquis angelus immediate illuminet hominē q̄tamē habet aliquos angelos sub se quos illuminat.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ quāuis homines natura sint pares, tamē in æqualitas in eis inuenit, secūdā quod ex diuina puidētia quidam ordinantur ad maius, & quidē ad minus. secūdum illud q̄* dicitur Eccl. 33. In multitudine disciplinæ Domini separauit eos, & ipsis benedixit, & exaltauit ex ipsis, maledixit & humiliauit: & sic mai* officiū est custodire vnū hominē quā alium.

*cap. 6. & 9. cael. hierar.

*ar. præc.

ad 1.

*loco cit. tato.

ARTICVLVS III.

¶ Verum custodire homines pertineat solum ad infimum ordinem angelorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ custodire homines non pertineat solum ad infimū ordinem angelorū. Dicit enim Chryso*. q̄ hoc quod dicitur Mat. 18. Angeli eorum in cœlis, &c intelligitur nō de quibuscunque angelis, sed de superemine tibus. ergo supereminentes angeli custodiunt homines.

¶ 2 Præterea, Apostolus ad Hebr. dicit quòd angeli sunt in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Et sic videtur quod missio angelorum ad custodiam hominum ordinetur, Sed quinque ordines in exterius mittuntur, vt supra dictum est*. Ergo omnes angeli quinque ordinum custodiæ hominum deputantur.

¶ Præterea. Ad custodiā hominū maxime videtur esse necessariū arcere dęmones q̄ maximè pertinet ad potestates secundū Greg.* & miracula facere: q̄ pertinet ad virtutes. Ergo illi etiam ordines deputantur ad custodiam, & non solū virtutes, & archangeli, quibus attribuitur angelis, quorum ordo est infimus secundū Dion.*

¶ SED CONTRA est, quòd in Psal. custodia hominum* est*, homini custodia dupliciter adhibet. Vno modo custodia particularis secundū q̄ singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur, & talis custodia pertinet ad infimū ordinem angelorum: quorum secūdū Greg*. est minima nuntiare. Hoc autem videtur esse minimū in officiis angelorū, procurare ea, quę ad vnius hominis salutē pertinent. Alia vero est custodia vniuersalis. Et hæc multiplicatur secundū diuersos ordines. Nā quato agens fuerit vniuersali*, tāto est superior*. Sic igitur custodia humanæ multitudinis ptinet ad ordinē principatuum, vel forte ad archangelos qui dicūtur principes angelorū. Vnde & michael, quem archangelū dicimus, vn* de principibus dicitur, Dan. 10. Vlteri* autē sup omnes naturas corporeas habēt custodiā Virtutes. Et vlterius etiā super dæmones habent custodiam Potestates. Et vlterius super bonos spiritus habēt custodiā Principatus, vel dominationes secundū Greg*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd verbū Chryſ. potest intelligi, vt loquatur de supremis in ordine infimo angelorū. Quia, vt Dion* dicit in quol. ordine sunt primi, medij, & vlti mi, est autē probabile, q̄ maiores angeli deputētur ad custodiam eorum qui sunt ad maiorē gradum gloriæ à Deo electi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non omnes angeli qui mittuntur habent particularem custodiam super singulos homines: sed quidam ordines habent vniuersalem custodiam magis vel minus, vt dictum est*.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiam inferiores angeli exercēt officia superiorū, in quantū aliquid de dono eorū participat, & se habent ad superiores sicut executores virtutis eorum. Et per hunc modum etiam omnes angeli infimi ordinis possunt & arcere dæmones, & miracula facere.

*Eadem homo.

*cap. 6. cael. hier.

*in folio ad 1.

376 2. dist. 11. q. 1. ar. 3.

ARTICVLVS IIII.

¶ Verum omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ non omnib* hominib* angeli ad custodiā deputētur. dicitur enim de Christo Philip. 2. q̄ est in similitudine hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Si igitur omnib* hominibus angeli ad custodiam deputantur, etiam Christus angelum custodem habuisset. Sed hoc videtur inconueniens, cùm Christus sit maior omnibus angelis. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

¶ 2 Præterea, Omnium hominum primus fuit Adam. Sed sibi non competebat habere angelum custodē ad minus in statu innocentiæ, quia tunc nullis periculis angustiabatur. Ergo angeli non præficiuntur ad custodiam omnibus hominibus.

¶ 3 Præterea, Hominibus angeli ad custodiam deputantur, vt per eos manuducantur ad vitam æternam, & incitentur ad bene operandum, & muniantur contra insultus dæmonum. Sed homines præsciti ad damnationē, aliquā perueniūt ad vitam æternā: infideles etiā ersi interdū bona opera faciant, non tamen benefaciūt: quia nō recta intentione faciūt. Fides enim intētione dirigit: vt Aug.* dicit. Antichristi etiā aduentus erit secundū operationē Satanæ: vt dicitur 2. ad Thessal. 2. Nō ergo omnibus hominibus angeli ad custodiā deputātur.

*in præfat. Ezech.

*artic. 2. huius q. 113. ad 3. contra.

¶ SED CONTRA est auctoritas Hieron. supra inducta*, qui dicit, quòd vnaquæque anima ad sui custodiam habet angelum deputatum.

555 2. dist. 11. q. 1. ar. 2. * homin. 60. in Matt.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ homo in statu vitæ istius constitutus est quasi in quadā via, qua debet tendere ad patriā. In qua quidē via multa pericula homini imminent: tum ab interiori: tum ab exteriori: secundum illud Psalm. In via hac qua ambulabā, absconderunt laqueū mihi. Et ideo sicut hominibus per viam non tutam ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet homini quandiu viator est, custos angelus deputatur. Quando autem iam ad terminum viæ peruenerit, iam non habebit angelum custodem, sed habebit in regno angelū congregantem, in inferno dæmonē punientem.

d. 166. c 169

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Christus secundum q̄ homo, immediatè regulabatur à verbo Dei. Vnde nō indigebat custodia angelorum. Et iterum secundū animam erat comprehensor: sed ratione possibilitatis corporis erat viator. Et secundum hoc non debebatur ei angelus custos tanquam superior, sed magis minister tanquam inferior. Vnde dicitur Matth. 4. quòd accesserunt angeli, & ministrabant ei.

*q. præc. ar. 2. ad 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo in statu innocentiæ non patiebatur aliquod periculū ab interiori: quia interius erant omnia ordinata, vt supra dictū est*: sed imminebat periculum ei ab exteriori propter insidias dæmonum: vt rei probauit euentus, ideo indigebat custodia angelorum.

*98. ar. 1. & 2.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ sicut præscit & infideles, & etiam Antichristus nō priuātur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiā non priuantur exteriori auxilio totī naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet custodia angelorū: per quā etsi nō iuuentur, quantum ad hoc q̄ vitam æternā bonis operibus merentur, iuuantur tamen quantum ad hoc, q̄ ab aliquibus malis retrahuntur: quibus & sibipsis & aliis nocere possunt. Nā & ipsi dæmones arcentur per bonos angelos, ne noceant quantum volunt: & similiter Antichristus non tantum nocebit quantum vellet.

*cap. 6. cael. hierar.

ARTICVLVS V.

¶ Verum angelus deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate.

117

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ angelus non deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate. Angeli enim mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem salutis capiunt: vt Apostolus ad Hebræos dicit. Sed homines incipiunt hæreditatem capere salutis quando baptizantur. Ergo angelus deputatur homini ad custodiam a tempore baptismi, & non a tempore natiuitatis.

¶ 2 Præterea, Homines ab angelis custodiuntur in quantum ab eis illuminantur per modū doctrinæ. Sed pueri mox nati ab eis illuminantur per modū doctrinæ: quia non habent vsum rationis. Ergo pueris mox natis non deputantur angeli custodes.

¶ 3 Præterea, Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalem aliquo tempore: sicut & post natiuitatem ex vtero. Sed cùm sint in materno vtero, non deputantur eis angeli ad custodiam, vt videtur: quia neque etiam ministri Ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Non ergo statim a natiuitate hominibus angeli ad custodiam deputantur.

*loco cit. ar. 2. Matth. q. 20. ar. 2. ad 3. confirmatio.

*homil. in Matt. * loco cit tato

¶ SED CONTRA est quod Hierony.* dicit, quod vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui angelum deputatum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄, sicut Orig.* dicit super Matt super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, q̄ angelus ad custodiā homini deputatur a tempore baptismi, alij verò q̄ a tempore natiuitatis: & hanc opinionem Hier.* appro

diam deputantur, etiam Christus angelum custodem habuisset. Sed hoc videtur inconueniens, cùm Christus sit maior omnibus angelis. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

¶ 2 Præterea, Omnium hominum primus fuit Adam. Sed sibi non competebat habere angelum custodē ad minus in statu innocentiæ, quia tunc nullis periculis angustiabatur. Ergo angeli non præficiuntur ad custodiam omnibus hominibus.

¶ 3 Præterea, Hominibus angeli ad custodiam deputantur, vt per eos manuducantur ad vitam æternam, & incitentur ad bene operandum, & muniantur contra insultus dæmonum. Sed homines præsciti ad damnationē, aliquā perueniūt ad vitam æternā: infideles etiā ersi interdū bona opera faciant, non tamen benefaciūt: quia nō recta intentione faciūt. Fides enim intētione dirigit: vt Aug.* dicit. Antichristi etiā aduentus erit secundū operationē Satanæ: vt dicitur 2. ad Thessal. 2. Nō ergo omnibus hominibus angeli ad custodiā deputātur.

*in præfat. Ezech.

*artic. 2. huius q. 113. ad 3. contra.

¶ SED CONTRA est auctoritas Hieron. supra inducta*, qui dicit, quòd vnaquæque anima ad sui custodiam habet angelum deputatum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ homo in statu vitæ istius constitutus est quasi in quadā via, qua debet tendere ad patriā. In qua quidē via multa pericula homini imminent: tum ab interiori: tum ab exteriori: secundum illud Psalm. In via hac qua ambulabā, absconderunt laqueū mihi. Et ideo sicut hominibus per viam non tutam ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet homini quandiu viator est, custos angelus deputatur. Quando autem iam ad terminum viæ peruenerit, iam non habebit angelum custodem, sed habebit in regno angelū congregantem, in inferno dæmonē punientem.

d. 166. c 169

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Christus secundum q̄ homo, immediatè regulabatur à verbo Dei. Vnde nō indigebat custodia angelorum. Et iterum secundū animam erat comprehensor: sed ratione possibilitatis corporis erat viator. Et secundum hoc non debebatur ei angelus custos tanquam superior, sed magis minister tanquam inferior. Vnde dicitur Matth. 4. quòd accesserunt angeli, & ministrabant ei.

*q. præc. ar. 2. ad 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo in statu innocentiæ non patiebatur aliquod periculū ab interiori: quia interius erant omnia ordinata, vt supra dictū est*: sed imminebat periculum ei ab exteriori propter insidias dæmonum: vt rei probauit euentus, ideo indigebat custodia angelorum.

*98. ar. 1. & 2.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ sicut præscit & infideles, & etiam Antichristus nō priuātur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiā non priuantur exteriori auxilio totī naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet custodia angelorū: per quā etsi nō iuuentur, quantum ad hoc q̄ vitam æternā bonis operibus merentur, iuuantur tamen quantum ad hoc, q̄ ab aliquibus malis retrahuntur: quibus & sibipsis & aliis nocere possunt. Nā & ipsi dæmones arcentur per bonos angelos, ne noceant quantum volunt: & similiter Antichristus non tantum nocebit quantum vellet.

*cap. 6. cael. hierar.

ARTICVLVS V.

¶ Verum angelus deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate.

117

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ angelus non deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate. Angeli enim mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem salutis capiunt: vt Apostolus ad Hebræos dicit. Sed homines incipiunt hæreditatem capere salutis quando baptizantur. Ergo angelus deputatur homini ad custodiam a tempore baptismi, & non a tempore natiuitatis.

¶ 2 Præterea, Homines ab angelis custodiuntur in quantum ab eis illuminantur per modū doctrinæ. Sed pueri mox nati ab eis illuminantur per modū doctrinæ: quia non habent vsum rationis. Ergo pueris mox natis non deputantur angeli custodes.

¶ 3 Præterea, Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalem aliquo tempore: sicut & post natiuitatem ex vtero. Sed cùm sint in materno vtero, non deputantur eis angeli ad custodiam, vt videtur: quia neque etiam ministri Ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Non ergo statim a natiuitate hominibus angeli ad custodiam deputantur.

*loco cit. ar. 2. Matth. q. 20. ar. 2. ad 3. confirmatio.

*homil. in Matt. * loco cit tato

¶ SED CONTRA est quod Hierony.* dicit, quod vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui angelum deputatum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄, sicut Orig.* dicit super Matt super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, q̄ angelus ad custodiā homini deputatur a tempore baptismi, alij verò q̄ a tempore natiuitatis: & hanc opinionem Hier.* appro

bat. Et rationabiliter. Beneficia enim, quę dantur homini diuinitus ex eo quod est Christianus, incipiunt a tempore baptismi: sicut perceptio eucharistiæ, & alia huiusmodi. Sed ea quæ prouidentur homini à Deo inquantum habet naturā rationalem, ex tunc ei exibētur, ex quo nascendo talem naturā accipit. Et tale beneficium est custodia angelorum, vt ex præmissis patet*. Vnde statim à natiuitate habet homo angelum ad sui custodiam deputatū.

*ar. 1. & 4. huius quæst.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli mittuntur in ministerium, efficiciter quidem propter eos solos qui hæreditatē capiunt salutis, si considerētur vltimus effectus custodię, qui est perceptio hęreditatis. Nihilominus tamē & aliis ministerium angelorū nō subtrahitur: quamuis in eis hanc efficaciam non habeat q̄ perducantur ad salutem. Efficax tamen est circa eos angelorum ministerium, inquantum à multis malis retrahantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd officium custodiæ ordinantur quidem ad illuminationem doctrinæ, sicut ad vltimum & principalem effectum. Nihilominus tamen multos alios effectus habet qui pueris competunt, scilicet arcere dæmones & alia nocumenta tam corporalia quàm spiritualia prohibere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd puer quandiu est in materno vtero, non totaliter est à matre separatus, sed per quandam colligationem est quoddammodo adhuc aliquid eius: sicut & fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo probabiliter dici potest, quòd angelus qui est in custodia matris, custodiat prolem in matris vtero existentem. Sed in natiuitate quādo separatur a matre angelus ei ad custodiā deputatur: vt Hieronymus dicit*.

d. 165.

ARTICVLVS VI.

¶ Verum angelus custos quandoque deserat hominem.

AD SEXTVM sic procedit, Videtur quòd angelus custos quandoque deserat hominem cuius custodiæ deputatur. dicitur enim Ier 51. ex persona angelorum: Curauimus Babylonem, & nō est curata: derelinquamus ergo eam. Et Isa. 5. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem: Glo.* id est angelorum custodiam.

*glo. interlli.

¶ 2 Præterea, Principalius custodit Deus quam angelus. Sed Deus aliquando hominem derelinquit secundum illud Psal. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Ergo multo magis angelus custos hominem derelinquit.

¶ 3 Præterea, Sicut dicit Damas*. angeli cum sunt hic nobiscum, nō sunt in cœlo. Sed aliquando sunt in cœlo. Ergo aliquādo nos derelinquunt.

*libr. 2. ortho. fidei c. 3.

¶ SED CONTRA, Dæmones nos semper impugnant, secundum illud 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Ergo multo magis boni angeli semper nos custodiunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd custodia angeli, vt ex supradictis patet*, cōsistit in executione diuinæ prouidentię circa homines facta. Manifestum est autem, quòd nec homo necres aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ subtrahitur. Inquātū enim aliquid participat de esse, intantum subditur vniuersali prouidentiæ entium. Sed intantum Deus secundum ordinē suę

*ar. 2. huius q. 90.

membra. Distinctio est, Homo habet duplicem statum, scilicet vię, & termini. Prima conclusio responsiua quæstio affirmatiuè est, Omnes homines in statu viæ habent angelos custodes. Probatur, Constitutis in via in qua multa imminent pericula, dantur custodes. Omnes homine in statu viæ sunt huiusmodi. Probatur minor dupliciter. Primo rationetur quia ab interius, tum quia ab exterius sunt inimici. Secundò autoritate Psal. Secunda conclusio est, Homines in termino non habebunt custodes: sed coregnantes, aut punientes socios.

d. 164.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimætertiæ Articulum quintum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo Primo recitantur duæ opiniones circa quæstum, scilicet ab ortu vel à baptismo, Secundo reiicitur q̄ à baptismo, & probatur simul quòd ab ortu. Distinguendo duplex genus beneficiorum, scilicet communi- d. 165. bus omnibus hominibus, & propriorum Christianis: & arguēdo quod hæc cum christianitate, illa cum creatura rationali incipiunt. Sed custodia angelica est beneficium commune, Dubiū autem quod hic remanet: quia scilicet ex ista ratione videtur quod angelica custodia incipiat ab ortu in vtero secundum animam rationalem, & non à natiuitate extra vterum, soluitur in responsione ad tertium: ex hoc quòd in ortu ex vtero incipit natura rationalis prolis, vt propria illi, cum prius esset sic eius quod tamen alterius aliquid, scilicet matris: & ideo extra vterū incohatur custos proprius, sicut & natura prius existente custode communi.

*loco cit tato

¶ *Super Quæstionis centesimædecimæsextæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio responsiua quæsito negatiuè, Angelus custodes nunquam totaliter dimittit suum hominē. Probatur. Diuina prouidentia nullam rem totaliter derelinquit, quamuis quo ad aliquid defetat permittendo: ergo custodia angelica nunquā totaliter dimittit custoditum: quamuis quo ad aliquid permittitur relinquat. Antecedēs quo ad primum partem probatur: inquantum participat aliquid ad esse tantum de prouidentia diuina sed implicat quòd aliquid sit & deficiat totaliter ab esse. ergo quo ad secundā

*glo. in Matt. 18. ar. 2. ad 1. * Hieron. in Matt. 18. ar. 2. ad 1. * Bernar. in Matt. 18. ar. 2. ad 1. * Basilius. ar. 2. ad 1. * Damas. ar. 2. ad 1. * Hieron. in Matt. 18. ar. 2. ad 1. * Bernar. in Matt. 18. ar. 2. ad 1. * Basilius. ar. 2. ad 1. * Damas. ar. 2. ad 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundã verò quia Deus permittit incurri in aliquem defectum pœnæ vel culpæ. Consequentia probatur: quia custodia angelica est executio quædam diuinæ prouidentiæ circa homines. Explanantur proinde duo tritates Scripturæ ex sensu conclusionis, vt patet:

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod non dicitur in litera, quòd angelus sit similiter in cœlo, & in custodito homine per effectum actus ad hominem in illo: sed quòd in cœlo quidoque existens nõ relinquit hominem quo ad effectum: quia vigilat super illum, & statim si opus est subuenire potest. Vnde in litera hæc duo ponuntur, scilicet actus cognitionis eorum, quæ circa custodiendum hominẽ fiunt: & potentia proxima ad expedita absque interuallo temporis medij ad subueniendum. Et propter hoc dicitur non relinquere quo ad effectum custodiæ: sicut mater non dicitur relinquere infantem, quando ita prope iuxta eum vigilans occupatur, quod statim potest illi in omnibus adesse.

*col. ex libr. 14. de ciui. Dei. c. 7. & 8.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimatertiæ Articulum septimum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore est vna conclusio respõsiua quæsito negatiuè: quam probat primò, deinde explanat. Est ergo conclusio, Angeli non dolent de malis custoditorũ. Probatur, Dolor est de inuoluntario simpliciter, nihil fit in mundo inuolũtarium simpliciter angelis sanctis: ergo angeli sancti denullo dolent. Maior probatur autoritate Augustini. Minor probatur, Ordo diuinæ iustitiæ est totaliter voluntarius angelis. ergo nihil fit in mundo contra eorum voluntatem. Tenet sequela, quia nihil fit nisi secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Explanatur deinde hæc ratio distinguendo ex tertio Ethicorum, voluntarium & inuoluntarium simpliciter & in vniuersali: & applicando ad propositum. Patet omnia.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimatertiæ Articulum octauum.*

* capit. 1. Titulus clarus.

¶ In corpore quatuor, primo occasio quæstionis, & est autoritas Danielis. Secundò, expositio Hieronimi, & est remotio quòd intelligitur de pu-

Super Quæstionis centesimædecimaquarte Articulum primum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna diffinctio cum vna bimembri conclusione responsiua quæsito. Diffinctio est, In impugnatione sunt duo, ipsa impugnatio, & ordo eius. conclusio est, impugnatio dæmonum est ex malitia eorum, ordo verò à Deo. Probatur, & declaratur: probatur quidem quo ad primam partem, ex iniquidia profectus, & superbia impugnant. ergo quo ad secundam verò: quia Deus vtitur malis bene ordinando. Ergo. declaratur autem ex opposito, custodia, scilicet angelica, hæc enim secundum vtrunque est à Deo, illa secundum ordinem tantum. Omnia clara sunt.

562 de mal. quæstio. 3. art. 3. & 4. cor.

¶ Circa hanc responsionem dubitatiuncula est, quia titulus dubij est de quæstione, an est, vtrum scilicet dæmones impugnẽt nos. Responsio autem est non ad hoc, sed causas impugnationis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt patet in 2. Posterior. Omnis quæstio est quæstio medij: & nihil aliud est quærere si quadratura circuli est, quam si est aliquod medium ad ipsam. Vnde Nihil aliud est quærere si dæmones impugnent, quàm si est aliquod medium, seu causa quare nos impugnent. Et propterea responsio est ad propositum directè secundum artem sciendi dum assignat causas: ex quibus prouenit impugnatio dæmonum contra nos. Sic enim optimè à priori ostensum est impugnationem eorum esse.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimaquarte Articulum secundum.*

Titulus in corpore manifestatur.

¶ In corpore duo primò in communi declaratur quid & quotuplex est tentare. Secundò respondetur quæsito.

¶ Quo ad primũ duo dicuntur, quid est tentare, scilicet experimentum sumere vt sciatur aliquid circa tentatum, & quotuplex est: & dicitur quòd multiplicatur ex parte finis, nam quandoque fit cum solo fine proximo, qui cadit in eius diffinitione, scilicet scire quandoque cum aliquo vlteriore fine qui potest esse bonus & malus, &c.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est tentare vt noceat pertinere ad peccati, est, propriũ diaboli. Probatur ex differentia inter tentare attributum

QVÆSTIO CENTESIMA decimaquarta de Dæmonum impugnatione, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impugnatione dæmonũ.

¶ Et circa hoc quæritur quinque. ¶ Primò, vtrũ homines à dæmonibus impugnentur.

¶ Secundò, vtrũ tentare sit propriũ diaboli. ¶ Tertiò, vtrum omnia peccata hominum ex impugnatione siue tentatione dæmonum proueniant. ¶ Quartò, vtrum possint vera miracula fieri ad seducendum. ¶ Quintò, vtrum dæmones qui ab hominibus superantur, ab impugnatione hominum arceantur.

ARTICVLVS. I.

¶ Vtrum homines impugnentur à Dæmonibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines nõ impugnentur à dæmonibus. Angeli enim deputantur ad hominũ custodiam missi à Deo. Sed dæmones non mittuntur à Deo, cùm dæmonum intentio sit perdere animas, Dei autem saluare. Ergo dæmones non deputantur ad hominum impugnationem.

¶ 2 Præterea, Nõ est æqua cõditio pugnę, vt infirmus contra fortẽ, ignarus contra astutũ exponatur ad bellũ. Sed homines sunt infirmi & ignari, dæmones autẽ potentes & astuti. Non est ergo permittendum à Deo, qui est omnis iustitiæ autor, vt homines à dæmonibus impugnentur.

¶ 3 Præterea, Ad exercitiũ hominũ sufficit impugnatio carnis & mũdi. Sed Deus per mittit electos suos impugnari ꝓpter eorum exercitiũ. Ergo non videtur necessarium quòd à dæmonibus impugnentur.

¶ SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Ephesios 6. quòd nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ, cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa impugnationem dæmonum duo est cõsiderare, scilicet ipsam impugnationẽ, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiã profectum hominum impedire nituntur, & propter superbiã, diuinæ potestatis similitudinem vsurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominũ impugnationẽ: sicut & Angeli Deo ministrant in determinatis officiis ad hominum salutem. Sed ordo impugnationis ipsius est à Deo, qui ordinate nouit malis vti, ad bona ea ordinando. Sed ex parte angelorum, tam ipsa custodia quam ordo custodiæ reducitur ad Deũ sicut ad primum actorem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ mali angeli impugnãt hoies dupliciter. Vno modo instigando ad peccatũ. Et sic non mittũtur à Deo ad impugnandũ, sed aliquãdo permittuntur secundũ Dei iusta iudicia. Aliquãdo autẽ impugnant homines puniendo. Et sic mittũtur à Deo. Sicut missus est spiritus mẽdax ad puniẽdũ Achab regẽ Israël, vt dicitur 3. Reg. vlti. Pœna enim refertur in Deũ sicut in primũ actorẽ. Et tamẽ dæmones ad puniendum missi, alia intentione puniũt, quàm mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio, vel inuidia, mittuntur autem à Deo propter eius iustitiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd non sit inæqualis pugnæ conditio, fit ex parte hominis recõpensatio, principaliter quidẽ per auxiliũ diuinę gratię, secundariò autẽ per custodiam angelorum. Vnde 4. Reg 6. Eliæus dixit ad ministrum suum, Noli timere: plures enim nobiscum sunt quàm cum illis.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio, quæ est à carne & mundo: sed malitiæ dæmonum non sufficit, quæ vtroq; vtitur ad hominum impugnationem. Sed tamen ex diuina ordinatione hoc prouenit in gloriam electorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum tentare sit proprium diaboli.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd tentare non sit proprium diaboli. Dicitur enim Deus tentare, secundũ illud Genesis 22. Tentauit Deus Abraham. Tentat etiam caro & mundus. Et etiam homo dicitur tentare Deum & hominem. Ergo non est proprium dæmonis tentare.

¶ 2 Præterea, Tentare est ignorantis. Sed dæmones sciunt quid circa homines agatur. Ergo dæmones non tentant.

¶ 3 Præterea, Tentatio est via in peccatum. Peccatum autem in voluntate consistit. Cùm ergo dæmones non possint voluntatem hominis immutare, vt suprà dicta patet*: videtur quod ad eos non pertineat.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. ad Thessa. 3. Ne forte tentauerit vos is qui tentat. Glos.* id est diabolus, cuius officium est tentare.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ tentare est propriè experimentũ sumere de aliquo. Experimentũ sumitur de aliquo, vt sciatur aliquid circa ipsum. & ideo proximus finis cuiuslibet tẽtantis est sciẽtia. Sed quãdoq; vlterius ex sciẽtia quæritur aliquis alius finis, vel bonus vel malus. Bonus quidẽ, ficut cùm aliquis vult scire qualis aliquis sit, vel quantũ ad scientiam, vel quantum ad virtutem, vt eum promoueat: malus autem, quando hoc scire vult, vt eum decipiat vel subuertat. Et perhunc modum potest accipi quomodo tentare diuersis diuersimode attribuatur. Homo enim tentare dicitur quandoq; quidem vt sciat tantum. Et propter hoc tentare Deum dicitur esse peccatum, quia homo quasi incertus experiri præsumit Dei virtutẽ. Quandoq; vero tentat vt iuuet, quandoq; vero vt noceat. Diabolus autem semper tentat vt noceat, in peccatũ prẽcipitando: & secundũ hoc dicitur pro prium officiũ eius tentare. Nã etsi homo aliquãdo sic tentet, hoc agit, inquantũ est minister diaboli. Deus autẽ tentare dicitur vt sciat, eo modo loquendi, quo dicitur scire quod facit alios scire. Vnde dicitur Deut. 13. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum. Caro etiam & mundus dicuntur tentare instrumentaliter seu materialiter, indus dicuntur tentare instrumentaliter seu materialiter, inquantum scilicet potest cognosci qualis sit homo, ex hoc ꝙ sequitur vel repugnat concupiscentiis carnis, & ex hoc quòd contemnit prospera mundi & aduersa, quibus etiam diabolus vtitur ad tentandum. Et sic patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ dæmones sciunt ea quæ exterius aguntur circa homines: sed interiorẽ hominis conditionem solus Deus nouit, qui est spirituum ponderator: ex qua aliqui sunt magis proni ad vnum vitiũ quam ad aliud. Et ideo diabolus tentat explorando interiorem conditionem hominis, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dæmon etsi non possit immutare voluntatem, potest tamen, vt suprà dictum est*, aliqualiter immutare inferiores hominis vires: ex quibus etsi non cogitur voluntas, tamen inclinatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. Dicit enim Dionysius 4. cap. de Diui. nom. quòd & mal. multitudo dæmonum est causa omnium malorum suum sibi & aliis. Et Damas.* dicit quòd omnis malitia & c immunditia à diabolo excogitatæ sunt.

diabolo, & aliis, scilicet homini, Deo & carni, ac mundo: homini quidem conuenit aduersum libet, scilicet bonũ & malum: & ad malum culpæ non nisi vt ministro diaboli: Deo verò ad bonum tantũm mundo verò & carni quamuis ad malum culpæ tamen aut non actiuè, sed materialiter, aut instrumentaliter, diabolo principaliter tentante.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimaquarte articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore è vna distinctio bimembris cũ duabus iuxta membra conclusionibus responsiuis quæsito. Distinctio est, Causa alicuius dupliciter, directè, quæ scilicet directe operatur ad illud vt do

562 2. 2. q. 97. artic. 2. cor. & 2. dist. 21. q. 1 art. 1. & opus. 7. cap. 7.

* q. 111. ar. 3. & 4.

563

1. 2. q. 80. artic. 4. & 3. q. 8. artic. 4. ad 2. * lib. 2. capit. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtdonificator ad ædificandum : & indirectè, quæ scilicet operatur aliud ad quod illud sequitur : vt scindens ligna respectu combustionis.

¶ Prima conclusio est affirmatiua, Omnia peccata hominum causantur à dæmone indirectè, Probatur primò, quia fuit causa primi peccati, ex quo secuta est pronitas ad malum. Exponuntur deinde doctores Dionis.& Damasc, iuxta hunc sensum.

* cap.82. ¶ Secunda conclusio est negatiua. Nõ omnia peccata hominum causantur à dæmõe directè: Probatur primò. Seclusо dæmone, in homine sunt appetitus sensitiui & liberum arbitrium. ergo potest esse peccati: Antecedens patet etiam autoritate Orig. Consequẽtia probatur, quia regulatio appetitus ex libero pendet arbitrio. Deinde declaratur cõclusio: quoniã particularis est quo ad particularem sibi subcontrariam : quomodo scilicet fiant quædã peccata nostra à dæmone directè, & dicitur quòd eo modo quod peccatũ primorum parentum.

¶ *Super Quæstionis cẽtesimædecimæquartæ Articulum quintum.*

* libr. 3. periarth. capit.3. Titulus clarus.

¶ In corpore duo Primò distinguẽdo respõdet quæstio. Secundo ad perfectionẽ doctrinæ addit quoddam notabile.

¶ Quo ad ptimum distinctio supra posita repetitur, Miraculum dupliciter, propriè, & largè.

¶ Prima conclusio respõsiua negatiuè. Dæmones non possunt facere propriè miracula, Probatur vt suprà: quia miraculum propriè est præter ordinem & virtutẽ totius creaturæ:

Secunda conclusio est responsiua assimatiuè: Dæmones possunt per miracula largè seducere. Probatur, quia possunt aliquid, quod & facultatem & cognitionem nostram excedit.

¶ Quo ad secundum notatur, quòd aliud est dicere, hoc est vere miraculum. & aliud, hoc est vere res quæ apparet : & quamuis opera mira dæmonum nunquam sint vera miracula, vt in prima conclusione dicitur, sunt tamen quandoque vere res mirabiliter factæ vt ranæ Magorum, & ignis, & turbo Iob. Quandoque autẽ sunt rerũ phantasmata, seu similitudines tantum : vt in responsione ad secundum declaratur.

¶ 2 Præterea, De quolibet peccatore dici posset q̃ Dominus de Iudæis dicit Ioan.8. Vos ex parte diabolo estis. Hoc autem est inquantum ipsi ex diaboli suggestione peccabant. Omne ergo peccatum est ex suggestione diaboli.

¶ 3 Præterea, Sicut angeli deputãtur ad custodia hominũ, ita dæmones ad impugnationem. Sed omnia bona quæ facimus, ex suggestione bonorum angelorum procedunt: quia diuina ad nos mediãtibus angelis perferũtur. Ergo & omnia mala quę facimus, prouenĩũt ex suggestione diaboli.

¶ SED CONTRA est q̃ dicitur in lib. de Eccle. dog.* Non omnes cogitationes nostrę malę à diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergũt.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ causa alicui* potest dici aliquid dupliciter. Vno modo directè, alio modo indirectè. Indirectè quidẽ, sicut cùm aliquod agẽs causans aliquã dispositionẽ ad aliquẽ effectũ dicitur esse occasionaliter & indirectè causa illius effectꝰ, sicut si dicatur, q̃ ille, qui secat ligna, est causa cõbustiõis eorũ. Et hoc modo dicendum est, q̃ diabolus est causa omnium peccatorum nostrorũ quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædã pronitas ad omnia peccata. Et per hũc modum intelligenda sunt verba* Damasc. & Dio Directè autẽ dicitur esse aliquid causa alicuius, quod operatur directè ad illud, & hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Nõ enim omnia peccata cõmittũtur diabolo instigante, sed quædã ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia, vt Origines dicit*, etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitũ ciborũ & venereorũ, & huiusmodi. Circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationẽ talis appetitus refrænet, & maximè supposita corruptione naturæ. Refrænare autem & ordinare huiusmodi appetitũ, subiacet libero arbitrio. Sic ergo non est necessariũ omnia peccata ex instinctu diaboli prouenire. si qua tamen, ex instinctu eius prouenĩunt, ad ea cõplenda eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes, vt Isidorus dicit*. Et per hoc patet rẽsponsio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd si qua peccata absque instinctu diaboli perpetrantur : per ea tamẽ fiunt homines filij diaboli, inquantùm ipsum primo peccantem imitantur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ homo potest per seipsum ruere in peccatũ: sed ad meritũ proficere non potest, nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediãte ministerio angelorum. Et ideo ad omnia bona nostra cooperantur angeli: non tamen omnia peccata nostra procedunt ex dæmonum suggestione. Quamuis nullum genus peccati sit, quod non interdum ex dæmonum suggestione prouenĩat.

564

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum dæmones possint homines seducere.

AD QVARTVM sic procedĩtur. Videtur q̃ dæmones nõ possint homines seducere per aliqua miracula vera. Operatio enim dæmonum maximè vigebit in operibus Antichristi. Sed sicut Apostolus dicit secundæ ad Tessalonicenses secũdo eius aduentus est secundũ operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigiis mẽdacibus. Ergo multo magis alio tempore per dæmones non fiunt nisi signa mendacia.

¶ 2 Præterea, Vera miracula per aliquam corporum immutationem fiunt. Sed dæmones non possunt immutare corpus in aĩam naturam. Dicit enim Augu. 18. de ciui. Dei*, Nec corpus quidem humanum vlla ratione crediderim dæmonum arte, vel potestate, in membra bestialia posse conuerti. Ergo dæmones vera miracula facere non possunt. * cap.18.

¶ 3 Præterea, Argumentum efficaciam non habet quod sẽ habet ad opposita, Siergo miracula vera possunt fieri à dæmonibus ad falsitatem persuadendam, non erunt efficacia ad veritatem fidei confirmandam. Quod est inconueniens: cùm dicatur Marci vltimo, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit* libro. 83. quæst.* quæst. 79. quòd magicis artibus fiunt miracula plerunque similia illis miraculis, quæ fiunt per seruos Dei.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex suprà dictis patet*. si miraculũ propriè accipiatur, dæmones miracula facere non possunt, nec aliqua creatura, sed solus Deus. Quia miraculum propriè dicitur quod fit præter ordinẽ totius naturæ creatæ, sub quo ordine continetur omnis virtus creata. Dicitur tamen quandoq; miraculum largè, quod excedit humanam facultatẽ & considerationem. Et sic dæmones possunt facere miracula: quæ scilicet homines mirãtur, inquantũ eorum facultatem & cognitionẽ excedunt. Nam & vnus homo inquantum facit aliquid, quod est supra facultatem & cognitionem alterius, ducit alium in admirationem sui operis, vt quodammodo miraculum videatur operari. Sciendum est tamen, q̃ quamuis huiusmodi opera dæmonum quæ nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingãt, sunt tamen quandoque veræ res*. Sicut magi Pharaonis per virtutem dæmonũ veros serpentes & ranas fecerunt. Et quãdo ignis de cœlo cecidit, & familiam Iob cum gregibus pecorum vno impetu consumpsit, & turbo domum deiciens, filios eius occidit, quæ fuerunt opera Satanæ, phantasmata non fuerunt, vt Augustꝰ. dicit 20. de Ciui. Dei*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit ibidem*, Antichristi opera possunt dici esse signa mendacij: vel quia mortales sensus per phantasmata decepturus est, vt quæ non facit videatur facere. Vel quia si sint vera prodigia, ad mendacium tamen pertrahent creditores.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut suprà dictum est*, materia corporalis non obedit angelis bonis, seu malis ad nutum, vt dæmones sua virtute possint transmutare materiã de forma in formam. Sed possunt adhibere quædam semina quæ in elementis mundi inueniũtur ad huiusmodi effectus cõplendos: vt Aug. dicit 3. de Trini.* Et ideo dicendum est, q̃ omnes transmutationes corporaliũ rerum quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta semina, possunt fieri per operationem dæmonum huiusmodi seminibus adhibitis. Sicut cùm aliquæ res transmutantur in serpentes: vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Illæ verò transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum secundum rei veritatem perfici possunt. Sicut quòd corpus humanũ mutetur in corpus bestiale, aut quod corpus hominis mortuũ reuiuiscat. Et si aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri videatur, hoc non est secundum rei veritatem, sed secundum apparentiã tãtùm. Quod quidem potest dupliciter contingere. Vno modo ab interiori: secundum quod dæmon potest mutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliquid videatur aliter quam sit: sicut supra dictum est*. Et hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarũ rerum corporalium. Alio modo ab exteriori. Cùm enim ipse possit formare corpus ex aëre cuiuscunque formę & figuræ, vt illud assumens in eo visibiliter appareat: potest eadẽ ratione circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunq; formam corpoream, vt in eius specie videatur. Et hoc est quod Aug. dicit 18. de Ciui. Dei*, quod phantasticũ hominis quod etiã in cogitando siue somniando, per rerum innumerabilium genera variatur, velut incorporatum in alicuius animalis effigie sensibus apparet alienis. Quod non est sic intelligendum quod ipsa vis phantastica hominis, aut species eius eadem numero incorporata alterius sensibus ostendatur, sed quia dæmon qui in fantasia vnius hominis format aliquam speciem, ipse etiam potest similem speciem alterius sensibus offerre.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd, ficut Augustinus dicit in lib.83. quæstio*. cùm talia faciunt magi qualia sancti, diuerso fine & diuerso iure fiunt. Isti enim faciunt quærentes gloriam suam, illi quærentes gloriam Dei. Et isti faciunt per quæ dam priuata commercia: illi autem publica administratione & iussu Dei cui cuncta creata subiecta sunt.

ART

ARTICVLVS V.

¶ Virum dæmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

365 2. dist. 6. anim. 5. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ dæmon qui superatur ab aliquo, non propter hoc ab impugnatione arceatur. Christꝰ enim efficacissimè suum tentatorem vicit. Sed tamen posteà eum impugnauit, ad occisionem eius Iudæos incitando. Ergo non est verum quòd diabolus victus ab impugnatione cesset.

¶ 2 Præterea, Infligere pœnã ei qui in pugna succumbit, est incitare ad acrius impugnandum. Hoc autem non pertinet ad Dei misericordiam. Ergo dæmones superati non arcentur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. quarto, Tũc reliquit eum diabolus, scilicet Christum superantem.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ quidam dicunt, q̃ dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, q̃ potest alios tentare, sed non eundem. Et hoc probabilius dicitur, si tamen intelligatur vsque ad aliquod tempus. Vnde & Luc. 4. dicitur, q̃ consummata omni tentatione diabolus recessit a Christo vsque ad tempus. Et huius ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clemẽtiæ. Quia, vt Chrysost. dicit super Matth.* nõ tandiu homines diabolus tentat quandiu vult, sed quãdin ad hoc permittit. Quia & si permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam.

* q. 114. arti. 2. & 3. qui, sed. 2. ad. 1. in corpore. * In 4. c. hom. 2. in princ. Et relinquit eũ. * In 4. c. Luc. super illud git triumphari.

¶ Alia ratio sumitur ex astutia diaboli. Vnde Ambr.* dicit super Lucam, q̃ diabolus instare formidat, quia frequentius repellitur quem dimisit, patet per illud quod dicitur Matth. 12. Reuertar in domum meam vnde exiui.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO CENTESIMADECIMA QVINTA, De actione corporalis creaturæ, in sex articulos diuisa.

ONSEQVENTER considerandum est de actione corporalis creaturæ, & fato, quod aliquibus corporibus attribuitur.

¶ Circa actiones corporales quæritur sex.

¶ Primò, vtrũ aliquod corpus sit actiuum.

¶ Secundò, vtrũ in corporibus sint aliquæ seminales rationes. Tertiò, vtrum corpora cœlestia sint causa eorũ, quæ hic per inferiora corpora fiunt. ¶ Quartò, vtrũ sint causa humanorum actuum. ¶ Quintò, vtrum eorũ actionibus dæmones subdãtur. ¶ sextò, vtrum cœlestia corpora imponant necessitatem, his quæ eorum actionibus subduntur.

ARTICVLVS I.

¶ Virum aliquod corpus sit actiuum.

366 Locutus cap. 49. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ nullum corpus sit actiuum. Dicit enim Aug.* q̃ in rebus inuenitur aliquid actum & non agens, sicut sunt corpora: aliquid agens & nõ actum, sicut Deus aliquid agens & actum, sicut substantiæ spirituales.

¶ 2 Præterea, Omne agens excepto primo agẽte, in suo opere indiget subiecto. quod sit susceptibile suæ actionis. Sed infra substantiam corporalem nõ est substantia quæ sit receptibilis suæ actionis: quia hæc substantia tenet vltimũ gradum in entibus. Ergo substantia corporalis non est actiua.

¶ 3 Præterea, Omnis substãtia corporalis cõcluditur quãtitate sed quãtitas impedit substãtiam a motu & actione: quia comprehẽditeam & mergitur in ea: sicut impeditur aer nubibus a perceptione luminis. Et huius signum est q̃ quãto magis accreuerit quãtitas corporis, tanto est pòderosius & grauius ad hoc q̃ moueatur. Ergo nulla substantia corporalis est actiua.

¶ 4 Præterea, Omne agẽs habet virtutẽ agendi ex propinquita te ad primũ actiuum. Sed à primo actiuo quod est simplicissimum, remotissima sunt corpora, quæ sunt maximè composita. Ergo nullum corpus est agens,

¶ 5 Præterea, Si aliquod corpus est agẽs, aut agit ad formã substantialem: aut ad formam accidentalem. Sed non ad formam substantialem: quia non inuenitur in corporibus principia actionis nisi aliqua qualitas actiua, quæ est accidens. Accidens aut nõ potest esse causa formæ substantialis: cùm causa sit potior quam effectus. Similiter etiam neque ad formã accidentalem: quia accidens non se extendit vltra suum subiectum, vt Aug. dicit 9. de Trin.* Ergo nullum corpus est actiuum.

* cap. 4.

¶ SED CONTRA, est quòd Dion. 15. c. Cœlest. hierar. inter cæteras proprietates corporei ignis dicit, q̃ ad susceptas materias manifestat sui ipsius magnitudinem, & actiuus & potens.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sensibiliter apparet aliqua corpora esse actiua. Sed circa corporũ actiones tripliciter aliqui errauerunt. Fuerunt enim aliqui totaliter corporibus actiones subtraxerũt. Et hæc est opinio Auicebron in libro Fontis vitæ, vbi per rationes. quæ tactæ sunt, probare nititur quòd nullum corpus agit, sed omnes actiones quæ videtur esse corporũ sunt actiones cuiusdã virtutis spiritualis, quę penetrat per omnia corpora: ita quòd ignis secundum eum non calefacit, sed virtus spiritualis penetrans ipsum. Et videtur hæc opinio deriuata esse ab opinione Plato. Nam Plato posuit omnes formas, quæ sunt in materia corporali, esse participatas & determinatas & cõtractas ad hanc materiam*, formas verò separatas esse absolutas & quasi vniuersales. Et Et ideo illas formas separatas dicebat esse causas formarum quæ sunt in materia. Secundum hoc ergo quòd forma, quæ est in materia corporali, determinata est ad hãc materiam indiuiduatam per quãtitatem, ponebat Auicebron quòd à quantitate proprium esse indiuiduationis principium, retinetur & arcetur forma corporalis, ne possit se extendere per actionẽ in aliam materiã: sed solùm forma spiritualis & immateralis, quæ non est coarctata per quãtitatem, potest affluere per actionem in aliud. Sed ista ratio non concludit quod forma corporalis non sit agens, sed quòd non sit agens vniuersale. Secundũ enim quod participatur aliquid, secũdum hoc est necessarium quòd participetur id quod est prius ei. Sicut quantum participatur de lumine, tãtum participatur de ratione visibilis. Agere autem, quod nihil est aliud quàm facere aliquid actu, est per se prius proprium actus inquantum est actus. Vnde & omne agẽs agit sibi simile. Sic ergo ex hoc quod aliquid est forma non determinata per materiam quãtitati subiectam, habet quòd sit agens indeterminatũ & vniuersale. Ex hoc verò quòd est determinata ad hanc materiam, habet quòd sit agens cõtractũ & particulare. Vnde si esset forma ignis separata, vt Platonici posuerunt*, esset aliquo modo causa oĩs ignitionis. Sed hæc forma ignis, quæ est in hac materia corporali, est causa huius ignitionis, quæ est ab hoc corpore in hoc corpus. Vnde & fit talis actio per cõtactum duorũ corporum. Sed tamẽ hæc opinio Auicebron superexcedit opinionem Plato. Nam Plato ponebat solùm formas substantiales sepa ratas, accidẽtia verò reducebat ad principia materialia : quæ sunt magnum & parvum, quæ ponebat esse prima cõtraria: sicut & alij rarum & densum. Et ideo tam Plato quam Auicenna in aliquo ipsum sequentes, ponebant quòd agentia corpora ha agunt secundum formas accidentales, disponendo materiam ad formam substãtialẽ: sed vltima perfectio, quæ est per inductionem formæ substãtialis, est a principio immateriali. Et hæc est secunda opinio de actione corporũ. De qua suprà dictum est*, cùm de cratione ageretur. Tertia vero opinio fuit Democriti, qui ponebat actionem esse per effluxione atomorum a corpore agẽte, & passionẽ esse per receptionem eorundem in poris corporis patictis. Quam opinionẽ improbat Arist. in primo de Gener.* Sequeretur enim q̃ corpus non pateretur per totum, & quod

* libr. 1. de summo bono ca. 5. * cap. 82. * induct. in arg. 1. * libr. 3. periarth. capit. 2. 564 50 60 70 80

¶ *Super Quæstionis cẽtesimædecimæquartæ Articulum quintum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò referuntur opiniones. Secũdò respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duæ referũtur opiniones. Prima, q̃ superatus dæmon semper vacabit simpliciter à tentando. Secunda, q̃ vacabit à tentando tantum.

¶ Quo ad secundũ conclusio respõsiua est, superatus dæmon vacat à tentatione eiusdem ad tempus. Probatur q̃ vacet, autoritate & ratione. Autoritate tentationis Christi. Ratione, primo Chrisostomi, ex parte Dei: quia non permittit propter infirmam naturam. Secũdo, Ambrosij, ex parte dæmonis: quia refugit triumphari. Deinde probatur quo ad tempus, & non simpliciter, autoritate Matth. 12. Reuertar in domum meam. Aduertẽdum hic quãta fuerit reuerentia diui Thomæ ad ꝓcros Doctores, quòd cùm opinio propria quæ est cõclusio, sit tertia, maluit continuare illam cum secunda, trahendo illam ad bonum sensum, ne vi deretur aliis se præferre.

¶ *Super Quæstionis cẽtesimædecimæquintæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore quinq; Primò, in quo stat difficultas. Secũdo tractatur opinio Auicebron. Tertiò Platonis & Auicennæ. Quartò Democriti, Quintò respõdetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo, quid manifestũ, & quid occultum. Manifestum ad sensum est corpora agere, vt ignẽ calefacere experimur. Difficile aũt aut dispũtabile est quomodo agãt quoniã fuit circa modum agendi triplex error.

¶ Aduerte hic, quòd corpora aliquo modo concurrere ad agẽdum nullus negat. & hic experimur ad sensum. Sed quo modo concurrãt, an scilicet vt media, per quæ transeat vis actiua, an vt disponentia, an vt emittentia de se aliquã, an vt educẽtia de aliorum potentiis, &c. hoc est quod in dubium vertitur.

¶ Quo ad secũdum tria. Primo opinionem. Secundò rationem Platonicam. Tertiò differentias eius à Platonica opinio nes & omnia tam clara sunt in litera, vt non expositione egeant. Ad bonitatem tamẽ doctrinæ circa opinionem adiungit quòd hæc opinio adeò circa modum agẽdi deliruit, vt talem potuerit fuisse modum, per quo ad huc fuerit modum equinus

* q. 45. art. 8. 419 336 b 568 * A text. 57. vsque ad 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequatur negatio ipsius actionis: & ideo in litera dicitur, q̃ totaliter subtraxerunt actiones corporibus: dicendo enim, quòd corpora in agẽdo concurrunt tantùm secundum apparẽtiam, & vt media, per quæ trãsitur vis actiua, & non vt aliquid cooperantia, manifestè incidunt in conditioñem diminuẽtem, sicut dicendo hominem pictum.

¶ Circa radicẽ verò Platonicam notato quòd quãuis prima facie hæc ratio videatur cõtinere in se duas rationes positas in tertio cõtra Gentil. ca. 5 ex ageſimonono pto Auicebron, ſi quis tamen diligenter conſideret, nõ eſt ita, vt patet ex tertio argumento hic facto ex parte quãtitatis: vt etiam ſit ibi: imò hæc ratio non fuit ibi explicata, ſed hic, altioriſque ingenio firmata eſt cõſutata. Conſiſtit enim hæc ratio ſuper eſſe rei actiuæ, q̃ ſcilicet debet eſſe abſolutũ, eſſe autẽ corporeum non eſt abſolutum ſed contractum. ergo. Soluitur aũt & ſubtilius, quòd eſſe ſundat actiuitatem, ſed nõ modum agẽdi: imò ſicut à- *text.9.
ctualitas rei eſt cauſa actionis, ita modus eſſendi in actu cauſat modũ agẽdi. Et propterea cum abſolutum & contractũ dicãt modos eſſendi, & nõ actum ipſum, ex affirmatione abſoluti ſequitur modus agẽdi vniuerſaliter: & ex affirmatione contracti modus agendi particulariter. Et ſic ex negatione abſoluti non ſequitur negatio actiuitatis, ſed modi agendi, ſcilicet vniuerſaliter, cuius ſignum in litera notato, q̃ actio cõtracti eſt per contractũ duorum corporum: hoc enim eſt limitati modi actionis ſignum.

d 377 ¶ Quo ad tertium Platonis & Auicennæ, nõ Auicebron, vt multi corrupti codices habẽt, opinio ponitur, cõſiſtens in hoc, quòd corpora agũt per ſuas formas accidẽtales, vt diſponentia materiam: & in hoc bene dicit, & euitat ſtultitiam Auicebron. Et quòd corpora non agunt vt educentia formas ſubſtantiales, ſed dantur à formis ſeparatis vel intelligentia agente: & in hoc errat, vt patuit ſuperius.

567 2. diſ. 7. in expo. lit. Et di. 13. ar. 1. cor. 2. diſ. 18. q. 1. ar. 2. Et ver. q. 5. arti. 9. ad 5. *cap. 8. ¶ Quo ad quartum opinio Democriti valde ruit diſponit actionem fieri per defluxũ atomorum ex corpore agente in patiẽs. Improbatur ex parte patientis, quia nõ totum pateretur ex parte agentis, quia minueretur agendo.

¶ Quo ad quintum concluſio reſpõſiua quæſtio eſt, Corpus agit ſecundũ quod eſt actu in aliud, ſecundum quòd eſt in potentia. Hæc cõ-

quantitas corporis agentis diminueretur ex hoc quod agit: quę ſunt manifeſtè falſa. Dicendũ eſt ergo q̃ corpus agit ſecundũ quod eſt in actu, in aliud corpus ſecundũ quod eſt in potentia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ dictum Auguſtini eſt intelligendũ de tota natura corporali ſimul accepta: quæ non habet aliquam inferiorũ naturam intra ſe, in quã agat, ſicut natura ſpiritualis in cor poralem, & natura increata in creatã. Sed tamẽ vnum corpus eſt infra alterum, inquantum eſt in potentia ad id quod habet aliud in actu.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecũdum. Sciendum eſt tamen q̃ cùm Auicebron ſic argumentatur, eſt aliquid quod eſt mouẽs non motum, ſcilicet primus factor rerum ergo ex oppoſito eſt aliquid quod eſt motum & patiens tantũm: quod cõcedendũ eſt. Sed hoc eſt materia prima, quæ eſt potẽtia pura, ſicut Deus eſt actus purus. Corpus etiam cõponitur ex potentia & actu. Et ideo eſt agens & patiens.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quantitas non impedit formam corporalem omnino ab actione, ſicut dictum eſt*: ſed impediteam ne ſit agens vniuerſale, inquantũ forma in diuiduatur, prout eſt in materia quãtitati ſubiecta. Signum tamẽ quod inducitur de ponderoſitate corporũ, nõ eſt ad propoſitum. Primò quidẽ, quia additio quantitatis non eſt cauſa grauitatis, vt ꝓbatur in quarto de Cœlo & mũdo*. Secundò, quia falſum eſt q̃ ponderoſitas facit tardiorem motũ: imò quãto aliquid eſt grauius, tanto magis mouetur motu proprio. Tertiò, quia actio non fit per motum localem, vt Democr. poſuit, ſed per hoc quòd aliquid reducitur de potentia in actum.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ corpus non eſt id quod maximè diſtat à Deo. Participat enim aliquid de ſimilitudine diuini eſſe ſecundũ formã quã habet. Sed id quod maximè diſtat à Deo, eſt materia prima: quæ nullo modo eſt agens, cùm ſit in potentia tantum.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ corpus agit & ad formam accidentalem & ad formã ſubſtãtialem. Qualitas enim actiua vt calor etſi ſit accidens, agit tamen in virtute formæ ſubſtantialis*, ſicut eius inſtrumentũ. Et ideo poteſt agere ad formã ſubſtantialem, ſicut & calor naturalis, inquantum eſt inſtrumentũ animę, agit ad generationẽ carnis, ad accidens verò agit propria virtute. Nec eſt contra rationem accidentis, q̃ excedat ſuum ſubiectũ in agendo, ſed q̃ excedat in eſſendo: niſi forſan quis imaginetur idẽ accidens numero defluere ab agente in patiens, ſicut Democritus ponebat fieri actionem per defluxum atomorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in materia corporali ſint aliquæ rationales ſeminales,

AD SECVNDVM ſic procedi-tur. Videtur q̃ in materia corporali non ſint aliquæ rõnes ſeminales. Rõ enim importat aliquid ſecundũ eſſe ſpirituale. Sed in materia corporali non eſt aliquid ſpiritualiter, ſed corporaliter, ſecundũ ſcilicet modum eius in quo eſt. Ergo in materia corporali non ſunt ſeminales rationes.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit tertio de Trinit.* q̃ dæmones quædam opera faciunt adhibendo occultis motibus quædam ſemina quæ in elementis cognoſcunt. Sed ea quæ per motum localem adhibentur, ſunt corpora nõ rationes. Ergo inconueniẽter dicitur, quòd ſunt in corporali materia ſeminales rationes.

¶ 3 Præterea, Semen eſt principiũ actiuũ. Sed in materia corporali non eſt aliquod principium actiuũ: cùm materiæ non cõpetat agere, vt dictum eſt*. Ergo in materia corporali non ſunt ſeminales rationes.

¶ 4 Præterea, In materia corporali dicũtur eſſe quædã cauſales rationes, quæ videntur ſufficere ad rerum productionem. Sed ſeminales rationes ſunt aliæ à cauſalibus: quia præter ſeminales rationes fiũt miracula, non autem præter cauſales. Ergo inconuenienter dicitur quòd ſeminales rationes ſint in materia corporali.

¶ SED CONTRA eſt quod Aug. dicit 2. de Tri.* Omnium rerum quæ corporaliter viſibiliterque naſcuntur, occulta quædam ſemina in iſtis corporeis mundi huius elementis latent.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ denominationes conſueuerunt fieri à perfectiori, vt dicitur in 2. de Anima*. In totaũ tem natura corporea perfectiora ſunt corpora viua. Vnde & ipſum nomen naturæ tranſlatũ eſt à rebus viuentibus ad omnes res naturales. Nã ipſum nomen naturæ, vt Philoſo. dicit in 1. Meta.* primò impoſitum fuit ad ſignificandũ generationẽ viuentiũ quæ natiuitas dicitur c. Et quia viuentia generantur ex principio coniuncto, ſicut fructus ex arbore & fœtus ex matre cui colligatur: cõſequenter tractum eſt nomẽ naturę ad omne principium motus, quod eſt in eo quod mouetur c. Manifeſtum eſt autem, q̃ principium actiuum & paſſiuũ generatiouis rerum viuentium ſunt ſemina, ex quibus viuentia generãtur. Et ideo cõueniẽter Aug.* omnes virtutes actiuas & paſſiuas, quæ ſunt principia generationum & motuum naturaliũ, ſeminales rationes vocat. Huiuſmodi autem virtutes actiuæ & paſſiuæ in multiplici ordine cõſiderari poſſunt. Nã primò quidẽ, vt Aug. dicit 6. ſup Gen. ad lit.* ſunt principaliter & originaliter in ipſo verbo Dei, ſecũdum rõnes ideales. Secũdò verò ſunt in elemẽtis mundi, vbi ſimul à principio productæ ſunt, ſicut in vniuerſalib* cauſis. Tertiò verò modo ſunt in iis, quæ ex vniuerſalibus cauſis ſecundum ſucceſsiones temporum producũtur. Sicut in hac planta & in hoc aſiali, tanquã particularibus cauſis. Quarto modo ſunt in ſeminibus, quæ ex animalibus & plantis producũtur. Quæ iterum cõparantur ad alios effectus particulares, ſicut primordiales cauſæ vniuerſales ad primos effectus producendos.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ huiuſmodi virtutes actiuæ & paſſiuæ rerum naturalium etſi nõ poſſint dici rationes ſecundũ quod ſunt in materia corporali: poſſunt tamen dici rationes per cõparationem ad ſuã originem, ſecũdum quod deducuntur à rationibus idealibus.

¶ Ad ſecũdum dicendũ, q̃ huiuſmodi virtutes actiuæ vel paſſiuæ iunt in aliquibus partibus corporalibus. Quę dum adhibẽtur per motum localem ad aliquos effectus cõplendos, dicuntur ſemina adhiberi per dæmones.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ ſemẽ maris eſt principium actiuum in generatione animalis: ſed poteſt etiam dici ſemen id quod eſt ex parte fœminę, quod eſt principiũ paſſiuũ Et ſic ſub ſemine comprehendi poſſunt vires actiuæ & paſſiuæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex verbis Aug. de huiuſmodi rationibus ſeminalib* loquẽtis, ſatis accipi poteſt quòd ipſæ rationes ſeminales ſunt etiã rationes cauſales, ſicut & ſemen eſt quædã cauſa. Dicit eluſio ſatis probata relinquitur, ex dictis contra Auicebron. Vnumquodque quantum participat de aliquo, tantũ etiam participat de illius proprio, ſed actus proprium eſt agere, ergo corpus ſecundum quod eſt actu, actiuum eſt: & ſic habetur quòd verè agit. & modus agẽdi, & quid agit ſcilicet tam accidens, quàm ſubſtantiã, cùm ſit actu & ſecundum formam ſubſtantialem & accidentalem.

¶ Aduerte hic, quòd corpus eſſe actiuum ſecundum ſuam ſubſtantiam, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt ſit eiusmodi eſſentia alicuius ſeu principiæ actionis, puta generationis, verbi gratia quando ignis generat ignem, ſicut calor elicit alterationem præuiam, ſcilicet calefactionem: ita ſubſtantia ignis elicit generationem ſubſtantialem. Et hæc eſt opinio Scoti poſita ab eo in multis locis, ſcilicet in primo, diſtinctione trigeſimaſeptima, & in ſecundo diſtinctione nona, quæſtione ſecũda, & diſtinctione decimaſexta quæſtione prima, & in quarto diſtinctione nona, quæſtione decima, & in quinto diſtinctione nona, &c. Alio modo, vt corpus non ſit per ſeipſum eliciuum actionis, ſed ſit licuius actionis, ſed ſit radix & principiũ, quòd ita in qualitas ſua actiua elſ- ſed ciat actionem aſſimilatiuũ ſibi ſubſtantialiter. contra. Verbi gratia, Subſtantia ignis non elicit generationem huius ignis generatiui, ſed eſt prædeſpoſitiua ad ſ. ciat generationem qua & ſ. effectus fiat ſimilis ſubſtantialiter igni, id eſt. fiat ignis, quia eſt agens vniuoci. Et iſta via eſt Peripatetica, vt patet in De ſenſu & ſenſato, quã ſequitur Sanc. Thomas, expreſsè tenẽs q̃ creatæ ſubſtantiæ nullius actionis eſt proximum elicitiuum principium.

¶ In reſpõſione ad quintũ eſt quæſtio, quomodo ſubſtantia agat ſubſtantiam, & accidens in virtute ſubſtantiæ, ſed ſuprà tractata eſt.

¶ Super Quæſtionis cẽteſimadecimaquinte Articulum ſecundum.

TItulus clarus ex corpore articuli. Mox* eſt eũ articulus hic pro preter verba Auguſtini. ¶ In corpore duo. Quid & quãm conueniente ſignificet ratio ſeminalis; ſecundo reſpondetur quæſito.

¶ Quo ad primum principia actiua & paſſiua motuũ & generationum naturalium, rationes ſeminales ab Auguſtino conuenienter vocãtur. Probatur, Corpora viuentia ſunt perfectiora inter omnia naturalia: ergo ab eis conueniẽter ſit denominatio rerum

rorum, ergo à ſeminibus conueniẽter nominantur principia actiua & paſſiua omnium naturalium. Antecedens patet: conſequentia probatur dupliciter. Primò à priori: quia denominatio ſit à perfectiori, ex ſecundo de anima. Secundò à poſteriori. & ſimili ad propoſitum: quia nomen naturæ à natiuitate ortum, ad omnium rerum naturalium coniuncta principia tranſlatum eſt. ſecunda verò conſequentia probatur quia ſemina ſunt actiua & paſſiua principia generationis viuentium. ¶ Quo ad tertium conſtat, quòd rationes ſeminales ſunt in materia corporali multipliciter. Declarãtur ſumendo quatuor modi eſſendi, quos habent, in verbo, in cauſis vniuerſalibus corporalib*, in cauſis particularibus in ſeminibus: vbi patet tripliciter eſſe rationes ſeminales in materia corporali. *cap.8.

¶ Super Quæſtionis cẽteſimadecimaquinte Articulum tertium.

568 2. q. 95. art. 9. Et q. 96. ar. 2. ad 2. 3. cop. 5. 2. ad 2. 3. ad 2. q. 7.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna cõcluſio reſpõſiua quæſtio affirmatiuè, Motus inferiorum corporum cauſantur à coruſcationibus cœleſtibus. Probat. Omnis multitudo ab vnitate procedit: ergo omnis motus ab immobili: ergo quantò aliquid eſt magis immobile, tantò eſt magis cauſa magis mobilis: ergo corpora cœleſtia ſunt cauſæ inferiorum mobilium. Antecedens patet: prima conſequentia probatur, quia immobile vno modo ſe habet, mobile multiformiter. Secũda verò eſt ex ſe euidens ex eadem radice. Tertia verò probatur, quia corpora cœleſtia ſunt magis immobilia. Probatur, quia ſolo motu locali, quo etiam non fit multiformitas in aliquo intrinſeco, cætera multis motibus, alteratione, generatione, motu locali.

¶ In reſponſione ad ſecundum occurrunt tres dubitationes. Prima eſt circa proceſſum reſpõſionis: videtur enim diuertere à propoſito. Nam primo proponitur cõditionalis de proportione qualitatum actiuarũ ad formas ſubſtantiales: & deinde tranſitur ad gradus cauſandi eaſundem, nec vnquam redit ut ad deſtructionem illius conditionalis, cuius tamen deſtructio in hac reſpõſione ſuſtinetur. Secũda eſt circa rationem aſſignatam in litera, quare neceſſe eſt præter corpora inferiora ponere corpus cœleſte eſſe actiuum effectuum inferiorum. Ratio enim eſt iſta, Actiones, ſicut & qualitates elementares, ſe habent ſicut materiales diſpoſitiones ad formas ſubſtantiales: ergo oportet ponere alium actiuum, & probatur conſequentia: quia materia non ſufficit ad agendum, & deinde oſtenditur, quòd tale agens oportet eſſe mobile: ac per hoc concluditur eſſe cœlum. Hæc autem ratio non concludit in tentum; quoniam cùm in antecedente dicitur, quòd in actione ſe habẽt vt materiales diſpoſitiones, poteſt dupliciter intelligi. Primò dentia ſe habẽt vt materiales diſpoſitiones, poteſt dupliciter intelligi. Primò de iſtis accidentibus virtute propria. Secundò de eis, vt agunt in virtute ſubſtantiali. tum naturalium inferiorum, quarum ſunt. Si enim intelligitur ſecundo modo, falſum eſt antecedens: quoniã calor, vt vltima ignis, introducit actiue formã ignis, apud ſanctum Thomam quamuis vt calor diſponet tamẽ pro illa. Si autẽ intelligitur primo modo, verum eſt antecedens, quia accidẽs virtute propria non poteſt agere ſubſtantiam, ſed diſponere tantùm ſed tunc conceſſo toto proceſſu negabitur vltima conſequẽtia, ſcilicet, ergo illud aliud agent mobile eſt corpus cœleſte: dicam enim quòd illud, eſt ſubſtantia illius corporis, cuius qualitas agit diſponendo. Verbi gratia, Subſtantia ignis, cùm generatur ignis ab igne, & ſubſtantia hominis, cùm generatur homo ab homine, & ſic de aliis. In hoc enim cõſiſtit difficultas ſecundi argumenti, quod eſt ſufficientia inferiorum agentium tam ad cauſandum quàm ad ſubſtantias procedit contra neceſſitatem aſſignatam ad corpus cœleſte. Tertia dubitatio eſt circa corollarium in calce reſpõſionis poſtum, ſcilicet quòd omne generans inferius mouet ad ſpeciem, vt inſtrumentum cœleſtis corporis. Aut enim hic ſumitur ſpecies vt diſtinguitur contra individuum; & tunc reſtat oſtendere, vnde hoc efficaciter inferatur. Ex dictis enim nihil apparet ad propoſitum: tale: aut diſtinguitur contra diſpoſitionem, & tũc eſt falſum: quia cum ignis generat ignem, non concurrit ſubſtantia ignis gene rantis vt inſtrumentum: ſed vt agens principale, cuius ſignum euidens eſt, quia aſſimilat ſibi ipſi effectum: hæc enim eſt differentia inſtrumẽti à principali agente, quòd illud vt ſit facit ſimile alteri, hoc ſibi.

¶ Ad has dubitationes alio ordine reſpondendum eſt. Primò nanque ad ſecundam, ex cuius ſenſu reliquæ vendẽt, deinde ad primam & tertiam dicetur. Sciẽdum eſt ergo, quòd duplex eſt principiorum actiuorũ ordo: quædam enim ſunt principia actiua formaliter: quædam verò virtualiter. Actiua formaliter voco, quæ ſunt principia eliciti ua actionum qualia ſunt calidum & frigidum, &c. Actiua autem virtualiter dico illa quæ non eliciunt actiones: ſed ſunt quorum virtute actiones eliciuntur qualia ſunt omnia corpora ſecundũ ſubſtantias. dictum eſt enim ſuperius, quòd ſubſtantia *cap.6. creata nullius actionis eſt eliciti ua principium & quòd tamen eſt id cuius virtute qualitates & potentiæ actiuæ agunt Hoc autẽ duplex genus actiui principij in corporibus ſic ſe habet, q̃ formale ſequitur virtuale: & ſic virtuale eſt pri* formale ſecundum rem *cap.4. ſed ſecundum nomẽ eſt totum oppoſitum: quoniam actiuum formale adeò ſibi nomen actiuitatis vendicauit, vt cum muniter dicatur, vt in hac etiam litera dicitur, quòd nullum inueniatur in iſtis inferioribus actiuum principiũ niſi qualitates elementatis, &c.

¶ Hoc igitur ſuppoſito ad ſecundũ dubiũ dico duo. Primũ, Sicando infra ordinem actiuorum formaliter, optimè videtur ſequi, Omnia actiua formaliter in iſtis inferioribus ſe habent, vt materiam diſponentia, ergo neceſſe eſt ponere aliquod in ſuperioribus actiuum formale, quod ſe habeat vt perfectius: & cum tale oppreat eſſe mobile, ſequitur, ergo eſt corpus cœleſte. Nec põ contra hoc inſtari, quòd tale eſt ſubſtantia corporis huius quia illa nõ eſt in ordine actiuorum formaliter. Secundum eſt, quòd vniuerſaliter loquendo de vtroque ordine actiuorum, proceſſus literæ etiam valet: quod tali ordine manifeſtatur. Oſa hæc actiua formaliter ſunt vt materiam diſponentia, ergo præter hæc oportet eſſe aliud actiuum formale ſe habens vt informans. Tunc vltra, ſicut ſuperius principium actiuum formale ſe habẽt ad inferius principium actiuum formale: ita ſuperius virtuale ad inferius virtuale ſubſtantiæ nanque rerum ex earum accidentibus innotẽſcunt, vt in primo de Anima dicitur. ſed præter inferius formale oportet ponere ſuperius formale: ergo præter inferius virtuale oportet ponere ſuperius virtuale & ſequitur amplius, quòd quemadmodum inferius formale eſt vltimate reſpectu ſuperioris formaliter: ita inferius virtuale reſpectu ſuperioris virtualiter. Et ſic pater, quòd ſunt literam interpretemur de actiuis formaliter, quòd conſequentia eſt bona. ſuxta primum dictum: ſiue vniuerſaliter & indiſtinctè interpretemur de actiuis, conſequentia quoque eſt bona ex eadem radice, quia ſcilicet formaliter actiua ſunt tantùm diſponentia. Vnde ad obiectionem in oppoſitum dicitur, quòd antecedens intelligitur de accidentibus iſtis, vt ſunt actiua virtute propria. Et cùm dicitur, quòd tunc fiet recurſus ad ſubſtantiam corporis cuius eſt illud accidens: iam patet reſpõſio, quòd variatur ordo actiuorũ. oportet enim habere recurſum ad altius actiuum formale: vt omnis ordo actiuorum completus: & ſic fit reductio ad corpus cœleſte, quod manifeſtè actionem elicit: non per qualitatem materialiter ſe habentem ad naturas corporum inferiorum, ſed per altiores proprietates, qualis eſt lux & influxus, &c.

¶ Ad primam verò dubitationem dicitur dupliciter. Primò, quòd nullum inconueniens ſuit degetſionem talem facere, aut relinquere deſtructionem illius conditionalis, quoniã per ſe notum eſt, multam eſſe varietatem formarum inferiorum excedentem efficaciam qualitatum elementarium: vt patet ex operibus quòd enim magnes trahat ferrum, ex nulla elementi virtute prouenit: & conſequenter nec eius forma, quæ illius operis eſt principium, &c. Secundò, quòd illa conditionalis fuit deſtructa in litera non formaliter breuitatis cauſa, ſed ſimpliciter & virtualiter. Affirmando enim actiua inferiora ſe habere vt materialia reſpectu ſuperiorũ ſubſtantiarum, ſatis oſtenditur in ſimilitudinem horum actiuorum reſpectu varietatis omnium formarum ſubſtantialium horum. Si enim in potentia ſunt ad formas ipſas, oportet q̃ ſint potentia ad diuerſitatem earum: cùm diuerſitas formalis naturas formarum conſequatur: & ab eodem habeat tes eſſe vnitatem & diuerſitatem ab alio. Conſonat autem ſeries literæ huic expoſitioni quoniam cum aduerſatiua conjunctione tranſiuit ad oſtendendam impotentiam horum ex genere cauſandi accidentium eorundem.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad tertiũ dubitationem dicitur, q̃ utroque modo verificari potest corollarium illud. Et primo quidem modo sequitur ex dictis cuitellecta alia propositione tertissima, & ideo nõ explicata, scilicet quòd cœlum sit agens vniuersale ex his namque bene sequitur, ergo quæcunq; inferiora agunt ad speciem agunt vt instrumenta cœlorum: quia, vt superius dictum probatumque est, illa sola agunt directè & per se natu-
ram, quæ causant eam in quocũque inuenitur secũdum eandem rationem: hæc autem impossibile est esse vniuoca, vt suprà dictũ est. Et ideo hęc inquantum agent ad speciem, generando inditudium, agunt in virtute altioris, non quorum per se est agere ad speciem. Secundo autem modo intellectum verum est accipiendo instrumẽtum non strictè, vt arguendo acceptũ est: sed largè vt omne mouens motum vt sic, dicitur instrumẽtũ: hoc enim modo corpora inferiora sunt instrumenta superiorum: quia nõ agunt nisi mota abillis: & similiter accipiendo instrumẽtum vt actiuum conditionis materialis, est instrumẽtum actiui conditionis formalis, cùm enim omne agens agat sibi simile quantũ potest, & quanto agẽs est superius, tãto sit formalius: cõsequens est q. eoudinio causata in effectu à superiori agente, est vt formalis respectu conditionis causatæ ab inferiori. Merito autem hac ratione inferius vocatur instrumẽtum superioris, quia instrumenti est materiam parare, principalis verò agentis in formare: & vtroque modo sol & homo generant hominem. Nec sequitur q. nõ assimiletur homini generãti quia non ita strictè sumitur. Vnde in litera nõ dicitur absolutè instrumentum, sed sicut instrumentum.

¶ *Super Quæstionis cęterum decimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus humanorum actuũ. Humani actũ dicuntur qui sunt propij homini in eo quod homo, in quibus differt à brutis: & sũ sunt actus intellectus & voluntatis tam eliciti, quàm imperati, vt sic.

¶ In corpore tertia. Primò ostẽdit habitudinẽ corporum cœlestium ad ea quorum sunt causæ. Secundò ea, quæ occasionaliter mouent. Tertiò respondet quæsito.

¶ Quo ad primum tria. Primò, qualia sunt dire ctæ, & per se subdita cœli causalitati: & dicit q. sunt corpora. Secundo, qualia pet accidens subdita: & dicit q. sunt vires alterabiles organis corporeis. Tertiò q. consequenter, si intellectus esset altero horum modorũ subditus, duo. Primò quòd naturaliter omnia ageret, vt bruta: secundo, quòd non esset liberi arbitrij.

¶ Aduerte hic duo. Primum, quòd in hac litera infinuatur talis distinctio, Corpora cœlestia agere aliquid contingit dupliciter, scilicet causaliter & occasionaliter, & vterque modus subdiuiditur. Nã causalitatẽ habere super aliud contingit dupliciter, scilicet directè & per se. Et sic habet causalitatem super corpora. Et indirectè seu per accidens, id est per aliud. Et sic habet causalitatem super vires animæ alligatas corporeis organis: in eas enim agit per aliud, id est per corpus, quod est earum organum: quod probatur ex eo, quia impeditur secundũ impedimenta organorum, vt patet in visu. Occasionaliter quoque mouere aliquid dupliciter contingit. Vno modo necessitando, & sic pertingit vsque ad intellectum. Alio modo inclinando tantùm, & sic pertingit ad voluntatem: vt in litera secunda parte patet, quod per anticipationem dicendum duxi, ne introducties secundam Partem æquiuocatio illorum terminorum, scilicet indirectè, & per accidens decipiet. Intendit enim litera occasionaliter non causaliter. Vnde non dicit quod indirectè & per accidens causant, aut immediate dixerat sed peringit seu pertingere possunt: aperiens ex hoc non de causalitate, quæ impellit quædam est, sed de occasione, quæ propositionem sonat absque coactione impressione se ioqui.

¶ Secundò aduerte, quòd vires animę a sibi corporales, & aliæ formæ naturales sunt depressę in materia corporali: ama verò eleuatur super totum ordinem corporeum, vtpote excedẽs naturam, quæ est principium formale cuiusque corporei actiui, vt sic. Cuius signum est, Quòd natura nõ nisi ad vnum mouet, anima autem eadem vegetatiua mouet plures in augmento plantarum. Et propter hanc differẽtiam corpora cœlestia inquantum sunt corporalia agẽtia, deris enim nũc hic est fermẽs, dicuntur agere directè & per se in corpora, id est compositam ex materia & forma, quę non excedit naturæ rationem. In vires autem animæ recipientes dicuntur agere ganicas dicuntur agere per accidens, id est, per corp⁹: quia scilicet sunt altioris ordinis quàm formæ corporeæ.

¶ Quo ad secundum, vt iam patet, duo dicuntur. Primò, q. cœlum pertingit ad intellectũ, & voluntatẽ indirectè, & per accidens, id est per mouendum occasionaliter, propter hoc fit respectus inter cœlestia & volũtatis: quia ille necessariò sequitur sensus, ista non.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium: quomodo saluantur hæc differentia inter intellectum & voluntatẽ. Aut enim intelligitur quo ad exercitium actus, aut quo ad specificationem actus. Si primo modo, falsum est quòd intellectus necessitetur à sensu, cum liber sit vsus intellectus. Si secundo modo, nulla est inter intellectum & voluntatem differentia, cùm virtusque obiecti sit vnum & idem cognitum ex sensibilibus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd breuiter dicitur, quòd intellectus & voluntas differunt essentialiter, & per suam essentiam, & per suas potentias. Et ideo quamuis obiectum sit vnum & idem, differunt in ratione obiecti: quia intellectus est naturalis: non enim recte intelligimus, quia volumus: sed quia ad intellectionem sunt bene dispositi secundum naturam, phantasmata scilicet & intellectus agens, &c. rectitudo autem actus voluntatis est libera, ideo enim recte volumus, quia volumus sic pura, iuste, temperatè, &c. Et propterea actus intellectus necessariò sequitur dispositionem sensuum, vtpote variantium obiectum suum, ad quod habet naturalem non liberam habitudinem: actus verò voluntatis non necessariò sequitur dispositionẽ partis sensitiuæ, vtpote liberæ. Ad obiectionem aũt dicitur quòd intelligitur quo ad specificationẽ actus, sed non quo ad

¶ Quo ad tertium, primò ponitur cõclusio respõsiua quæstio. Docẽs causas scientiæ in addiscẽte, reducendo ipsum de potentia ad actũ primum. Probatur primò ex 8. Phys. Deinde probatur, limitatur, tamificatur, & explanatur. Probatur quidẽ tali ratione, Effectus, qui pòt fieri à natura & sb arte, fit ab arte eodẽ modo quo fieret à natura: sed scientia est huiusmodi ergo fit ab arte doctoris eo modo quo à natura, sed à natura fit reducẽdo seipsum de potentia ad actũ scitiæ, ergo & à doctore fit reducendo alium de potentia ad actum scitiæ. Maior probatur quia ars imitatur naturam. Et ad euidentiam huius primò distinguitur duplex genus effectuũ. Quidam mere ab extrinseco tantùm, vt domus. Quidam ab extrinseco & intrinseco, vt sanitas. & posset ex tium poni genus: quidã interioꝝ ab intrinseco tantùm, vt proprietates rerum naturaliũ. Notatur deinde identitas modi agendi respectu virtutis agentis, declarando in sanitate. Minor probatur, quia scire nostrũ fit intuentione ex vi luminis intellectus agentis: & tũc à natura, & disciplina, & tunc ab arte. Profitio verò vlteriùs subsumpta probatur, quia acquisitio scientiæ per inuentionem fit, procedendo de principiis notis ad conclusiones ignotas, &c. hoc enim est procedere de potentia ad actũ, & procedit hæc suppositio intellectu in potentia essentiali, vt patet. Limitatur verò, quoniam docẽtor ponitur vt causa nõ principalis, sed vt ministret naturæ & coadiuuans: & sic scilicet ministerialiter reducit de potentia ad actũ. Et ad euidẽtiam huius limitationis notatur in communi ordo inter artem & naturam respectu illius effectus, qui potest esse ab vtraque: & dicitur, quòd est ordo cosdiuuãtis principale: & quòd semper agens principale est idem, scilicet natura. Ramificatur autem dũ distinguitur duplex modus: quo Doctor docet, scilicet auxilia præbẽdo. Positionũ minus vniuersalium, similium, distinctiuorum, exemplorum, &c. & confortãdo vi syllogisticæ ordinationis propositionum propriarum, iuxta illud. Demonstratio est syllogismus faciens scire. Explanatur quoque inter hæc diffusa declaratione

*qõ. 79. ar. 1. & 2. & q. 79. ar. 4. & 5.

¶ *Super*

QVÆSTIO CENTESIMADECIMASEPTIMA de Pertinentibus ad hominis actionem, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de iis, quæ pertinent ad actionem hominis, qui est compositus ex spirituali & corporali creatura. Et primò considerandum est de actione hominis. Secundò de propagatione hominis ex homine.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum vnus homo possit docere alium, causando in ipso scientiam. ¶ Secundò, vtrum vnus homo possit docere angelum. ¶ Tertiò, vtrum homo per virtutem suæ animæ possit immutare materiam corporalem. ¶ Quartò, vtrum anima hominis separata possit mouere corpora

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vnus homo possit alium docere.

576 AD PRIMVM sic prdceditur. Videtur quòd homo non possit alium docere. Dicit enim Dominus Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. Vbi dicit glos. Hiero. * Ne diuinum honorem hominibus tribuatis. Esse ergo magistrum pertinet proprie ad diuinum honorem. Sed docere est proprium magistri. Homo ergo non potest docere: sed hoc est proprium Dei.

¶ 2 Præterea, Si homo alium docet, hoc nõ est nisi inquantum agit per scientiam suam ad causandũ scientiam in alio. Sed qualitas per quã aliquis agit ad faciẽdum sibi simile, est qualitas actiua. Ergo sequitur quòd scientia sit qualitas actiua sicut & calor.

¶ 3 Præterea, Ad scientiam requiritur lumen intelligibile & species rei intellectæ. Sed neutrum istorum potest causare vnus homo in alio. Ergo vnus homo non potest docendo, causare scientiam in alio.

¶ 4 Præterea, doctor nihil agit ad discipulum, nisi quod proponit ei quædam signa, vel vocibus aliquid significando, vel nutibus. Sed proponendo signa non potest aliquis alium docere, causando in eo scientiam. Quia aut proponit signa rerum notarum, aut rerum ignotarum. Si rerum notarum, ille ergo cui signa proponuntur, iam habet scientiam, & eam non acquirit à magistro. Si autem rerum ignotarum, per huiusmodi signa nihil addiscit. Sicut si aliquis proponeret alicui Latino verba Græca, quorum significationem ignoraret: per hoc eum docere non posset. Nullo ergo modo vnus homo potest alium docendo scientiam in eo causare.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 1. ad Tim. 2. In quo positus sum ego Prædicator & Apostolus Doctor Gentium in fide & veritate.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc diuersæ fuerunt opiniones. Auerrois enim in comment. 3. de Anima * posuit vnum intellectum possibilem esse omnium hominum, vt suprà dictum est*. Et ex hoc sequebatur, quòd eædem species intelligibiles sint omnium hominum. Et secundum hoc ponit, quòd vnus homo per doctrinam non causat aliam scientiam in altero ab ea, quam ipse habet, sed communicat ei eandem scientiam quam, ipse habet per hoc quod mouet eum ad ordinandum phantasmata in animam suam, ad hoc quòd sint dispositæ cõueniẽter ad intelligibilẽ comprehensionẽ. Quæ quidem opinio quãtum ad hoc est vera, quòd est eadẽ scientia in discipulo & magistro, cõsiderentur identitas secundũ vnitatem rei scitæ. Eadem enim rei veritas est quã cognoscit & discipulus & magister. Sed quantum ad hoc quòd ponit esse vnum intellectum possibilem omniũ hominum, & easdem species intelligibiles differentes solùm secundũ diuersa phãtasmata, falsa est eius opinio, vt suprà habitũ est*. Alia est opinio Platonicorũ, qui posuerunt, q̃ sciẽtia ineſt à principio animabus nostris per participationẽ formarum separatarum, sicut suprà habitũ est*: sed anima ex vnione corporis impeditur ne possit cõsiderare liberè ea, quorũ sciẽtiam habet. Et secundũ hoc discipulus à magistro nõ acquirit scientiam de nouo, sed ab eo excitatur ad considerandum ea, quorũ sciẽtiam habet, vt sic addiscere nihil aliud sit quàm reminisci, sic etiam ponebant q̃ agentia naturalia solùm modo disponunt ad susceptionẽ formarum, quas acquirit materia corporalis per participationẽ specierum separatarũ. Sed cõtra hoc suprà ostẽsum est*, quòd intellectus possibilis animæ humanæ est in potentia pura ad intelligibilia, secundũ quod quidẽ aliqua virtute actiua quasi superioris naturæ, sicut suprà dictũ est* de angelis illuminantibus: quia oẽs humani intellectus sunt vni* gradus in ordine naturæ: sed inquãtũ proponit discipulo ordinẽ principiorũ ad conclusiones, quiforte per seipsum non haberet tantam virtutẽ collatiuã, vt ex principiis posset cõclusiones deducere. Et ideo dicitur in primo Poster.* q̃ demonstratio est syllogysmus faciens scire. Et per hunc modum ille, qui demonstrat, auditorem scientem facit.

*¶ Ad primum dicendũ, quòd magister nõ causat lumẽ intelligibile in discipulo, nec directè species intelligibiles: sed mouet discipulum per suã doctrinã ad hoc quòd ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa sibi proponit exterius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd signa quæ magister discipulo proponit, sunt rerum notarum in vniuersali & sub quadam cõfusione: sed ignotarũ in particulari, & sub quadam distinctione. Et ideo cùm quisq; per seipsum sciẽtiam acquirit, non potest dici docere seipsum, vel esse suipsius magister: quia non præexistit in eo scientia completa, qualis requiritur in magistro.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum homines possint docere angelos.

577 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd homines possint docere angelos. Dicit enim Apost. ad Ephes. 3. Vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Sed Ecclesia est congregatio hominum fidelium. Ergo angelis per homines aliqua innotescunt.

¶ 2 Præterea, Angeli superiores, qui immediatè de diuinis à Deo illuminantur, inferiores angelos instruere possunt: vt vt supra dictum est*. Sed aliqui homines immediatè de diuinis per Dei verbum sunt instructi: sicut maximè patet de Apostolis, secundum illud ad Hebr. 1. Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. Ergo aliqui homines aliquos angelos docere potuerunt.

¶ 3 Præterea, Inferiores angeli à superioribus instruũtur. Sed quidam homines superiores sunt aliquibus angelis, cùm ad supremos ordines angelorum aliqui homines assumantur: vt Greg. dicit in quadam homilia *. Ergo aliqui inferiores angeli per aliquos homines de diuinis instrui possunt.

¶ SED CONTRA est, quod Do. dicit 4. c. de di. no. quòd omnes diuinæ illuminationes proferũtur ad homines mediãtibus angelis. Nõ ergo angeli instruũtur per hoies de diuinis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà habitum est*) inferiores angeli loqui quidẽ possunt superioribus angelis, manifestãdo eis suas cogitationes, sed de rebus diuinis superiores ab inferioribus nũquã illuminãtur. Manifestũ est autem, q̃ eo modo quo inferiores angeli superioribus subduntur, supremi homines subduntur etiam infimis angelorum: quod patet per id quod Dominus dicit Matth. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista: sed qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Sic igitur de rebus diuinis ab hominibus angeli nunquam illuminantur: cogitationes tamen suorum cordium homines angelis per modũ locutionis manifestare possunt, quia secreta cordiũ scire solius Dei est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Aug. 5. super Gen. ad lit. sic exponit illã Apostoli auctoritatẽ. Præmiserat enim Apostol*: Mihi omniũ sanctorũ minimo datæst gratia hæc illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo: ita dico absconditi, vt tamẽ innotesceret principibus & potestatibus in cœlestib* per Ecclesiã, scilicet multiformis sapiẽtia Dei: quasi dicat, Ita hoc sacramentũ erat absconditum hominibus, vt tamen Ecclesiæ cœlesti, quæ continetur in principibus & potestatibus, hoc sacramentum notum esset à seculis, non ante secula: quia ibi primitus Ecclesia fuit, quo post resurrectionem: & ista Ecclesia hominum congregãda est. Potest tamen & aliter dici, q̃ illud quod absconditum est, nomen tantum in Deo innotescit angelis: verùm etiam hoc eis apparet cum efficitur atq; propalatur: vt Aug. ibidem subdit*. Et sic dum per Apostolos impletasunt Christi & Ecclesiæ mysteria, angelis aliqua apparuerunt de huiusmodi mysteriis quæ ante erant eis occulta. Et per hunc modum potest intelligi quod Hier.* dicit quòd Apostolis prædicantibus, angeli aliqua mysteria cognouerunt: quia scilicet per prædicationem Apostolorum huiusmodi mysteria explebantur in rebus ipsis. Sicut prædicante Paulo Apostolo conuertebantur gentes, de quo Apostolus ibi loquitur.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd Apostoli instruebãtur immediatè à verbo Dei, non secundũ eius diuinitatem, sed inquantum eius humanitas loquebatur. Vnde ratio non sequitur.

¶ Super Quæstionis centesimædecimæseptimæ articulum secundũ.

TItulus. Homines in statu viæ vt patet ex tertio argumento, & eius resoonsione. De hominibus enim in statu patriæ nihil hic dicitur.

¶ In corpore vna cõditio responsiua quæsito negatiuè, Homines non possunt docere angelos, sed tantummodo eis loqui. Probatur, Supremi homines se habẽt ad infimos angelos, sicut angeli inferiores ad superiores: sed inferiores nũquam illuminant superiores loquuntur tamen eis. ergo, &c. Maior patet ex natura ordinis, & ibatur autoritate Matthæi 11. quo ad statum gratiæ. Minor ex dictis. Et quoniam homines non secundum statum gloriæ, sed secundũ statum naturæ & gratiæ huius viæ sunt inferiores omnib* angelis, ideo præsens ratio in viatoribus tantùm hominib* habet locum.

2. dist. 7. art. 4. & Ephes. 3. lectio. 3. col. 2.

¶ 2 Præterea, Inferiores angeli à superioribus instruũtur. Sed quidam homines superiores sunt aliquibus angelis, cùm ad supremos ordines angelorum aliqui homines assumantur: vt Greg. dicit in quadam homilia *. Ergo aliqui inferiores angeli per aliquos homines de diuinis instrui possunt.

* Homi. 23 in Euang.

¶ SED CONTRA est, quod Do. dicit 4. c. de di. no. quòd omnes diuinæ illuminationes proferũtur ad homines mediãtibus angelis. Nõ ergo angeli instruũtur per hoies de diuinis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà habitum est*) inferiores angeli loqui quidẽ possunt superioribus angelis, manifestãdo eis suas cogitationes, sed de rebus diuinis superiores ab inferioribus nũquã illuminãtur. Manifestũ est autem, q̃ eo modo quo inferiores angeli superioribus subduntur, supremi homines subduntur etiam infimis angelorum: quod patet per id quod Dominus dicit Matth. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista: sed qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Sic igitur de rebus diuinis ab hominibus angeli nunquam illuminantur: cogitationes tamen suorum cordium homines angelis per modũ locutionis manifestare possunt, quia secreta cordiũ scire solius Dei est.

* qõ. 107 art. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Aug. 5. super Gen. ad lit.* sic exponit illã Apostoli auctoritatẽ. Præmiserat enim Apostol*: Mihi omniũ sanctorũ minimo datæst gratia hæc illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo: ita dico absconditi, vt tamẽ innotesceret principibus & potestatibus in cœlestib* per Ecclesiã, scilicet multiformis sapiẽtia Dei: quasi dicat, Ita hoc sacramentũ erat absconditum hominibus, vt tamen Ecclesiæ cœlesti, quæ continetur in principibus & potestatibus, hoc sacramentum notum esset à seculis, non ante secula: quia ibi primitus Ecclesia fuit, quo post resurrectionem: & ista Ecclesia hominum congregãda est. Potest tamen & aliter dici, q̃ illud quod absconditum est, nomen tantum in Deo innotescit angelis: verùm etiam hoc eis apparet cum efficitur atq; propalatur: vt Aug. ibidem subdit*. Et sic dum per Apostolos impletasunt Christi & Ecclesiæ mysteria, angelis aliqua apparuerunt de huiusmodi mysteriis quæ ante erant eis occulta. Et per hunc modum potest intelligi quod Hier.* dicit quòd Apostolis prædicantibus, angeli aliqua mysteria cognouerunt: quia scilicet per prædicationem Apostolorum huiusmodi mysteria explebantur in rebus ipsis. Sicut prædicante Paulo Apostolo conuertebantur gentes, de quo Apostolus ibi loquitur.

* loco cõtato in princip. cor. p.

* super verbum Pauli citatum 2. Cor. 12.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd Apostoli instruebãtur immediatè à verbo Dei, non secundũ eius diuinitatem, sed inquantum eius humanitas loquebatur. Vnde ratio non sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis centesimæ decimæ septimæ Articulum tertiũ.

d. 31. 316 TItulus, Homo ex virtute animæ ingẽtum anima est. Immutate immutatione formali corporalem naturam, directe supponit pro extrinsecis corporibus, quamuis, vt patebit etiã de intrinseco aliquo modo verificetur conclusio.

578 ¶ In corpore vna conclusio respõdiua quæsito negatiue, Anima sua virtute non potest. materiam corporalem immutare nisi mediante aliquo corpore. Probatur: Materia corporalis à solo Deo aut composito ex materia & forma potest immediatè immutari, ergo. Antecedens patet ex dictis: cõsequentia est per se nota. Et confirmatur, Angeli non possunt hoc nisi mediante corpore: ergo multo minus anima. Antecedent patet ex primo antecedente. Consequentia nota.

¶ In resonsione ad tertium aduerte quòd, vt ex illa patet, anima nec corpus proprium directè immutare potest formaliter immutatione: quoniã anima non est directè principium alicuius mutationis, vt patet discurrendo per mutationes, alterationem augmentationem & generationem. Nihil enim horum anima facit per operationem animalem, id est apprehensionem aut volitionem directè: quia

* cap. 8. non est tanta efficacitas: sed, vt in litera dicitur, ad apprehensionem animæ sequitur actus appetitus sensitiui: pura timor quem concomitatur commotio alicuius humoris, &c. & sic indirectè anima humana immutat corpus proprium.

*qõ. 110. ar. 2. *¶ Super Quæstionis centesimæ decimæ septimæ articulum quartũ.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respõdiua quæsito, Anima separata sua naturali virtute non potest mouere aliquod corp*. Probatur: Anima coniuncta non mouet corpus nisi viuificatum à fe. ergo separata nullũ corpus potest mouere. Antecedens probatur, quia membrum mortificatum non obedit ei ad motum localem. cõsequẽtia probatur, quia nullum corpus viuificatur ab anima separata.

¶ Circa hanc consequẽtiam dubium occurrit quoniam consequentia ista supponit idem iudicium esse ne anima separata & cõiuncta, quod non probatur. Et apparet falsum in simili consequentia. Anima coniuncta nõ intelligit aliquid nisi phantasiatum ergo separata nihil intelligit probatur: q̃ anima separatæ nihil offertur phantasiatum: ista cõsequẽtia dicitur nõ tenere: quia non est idẽ iudicium de anima separata & cõiuncta. ergo nec illa quæ facit. est nunc nisi probatur identitas iudicij.

¶ Ad hoc prima facie dici potest, q̃ quia anima separata nõ est maioris virtutis motiuæ, quàm coniuncta, idcirco cõsequentia tenet. sed cõtra hanc. respõsionem sunt primò, quòd nõ est maioris virtutis mouere lapidem quàm corpus coniunctum. Secundò, quòd licet anima separata nõ sit maioris virtutis, est tamẽ altertius modi virtutis illa virtute: sicut est alterati modi essendi & intelligendi. & propterea cõiuncta mouet viuificando, vnde dicẽdum est, q̃ cõsequentia fundatur super vna proprietate & implicitè declarata in illo, & explicata in resonsione ad primum: & est ista, Anima humana est ex propria natura determinata, ad mouendum corpus à se viuificatum tantum. ex hac enim optimè valet consequentia: quoniam quod conuenit ei ex natura, non variatur ex ya autem claudit. & declaratur in antecedente assumpto. Clauditurque idem, quoniam cùm vis motiua vt sic, respiciat corpus: quia respiciemo bile, quod oportet esse corpus iuxta doctrinam 6. Physic. text. 32. & anima secundum statum coniunctionis respiciat etiam corpus: cõsequẽs est quòd tota vis motiua statu coniunctionis cõcludatur. Declaratur autẽ, quia patefacto quòd anima in statu coniunctionis determinata est ad corpus viuum, palam fit quòd anima absolutè est virtutis limitatæ ad mouendum tale corpus & ad instantiam, quæ fit de diuersitate modi mouendi, dicendum est ex differentia inter virtutem motiuam, ac intellectiuam, & volitiuam vt sic. Intellectus enim secundum totum genus suum habet pro obiecto ens inquantum ens, nec est contractus ad aliquod particulare ens siue in genere, siue in specie. Virtus autem motiua ex sua propria ratione habet pro obiecto certum ens, scilicet corpus mobile & propterea intellectum coniunctum, qui non potest attingere ens nisi phantasmatis. oportet separatum habere aliũ modum intelligendi, quo proprium obiectum possit attingere, ex quo obiectum adæquatum suum nõ erat ens phãtasmatum. Vnde

¶ Ad tertium dicendũ, & aliqui homines etiam in statu vix sunt maiores aliquibus angelis, non quidem actu, sed virtute: inquantum scilicet habent charitatem tãtæ virtutis, vt possint mereri maiorem beatitudinis gradum, quam* quidam angeli habeant. Sicut si dicamus semen alicuius arboris esse maius virtute quam aliquã paruam arborem, cum tamen multo minus sit in actu.

ARTICVLVS III.

¶ Virum homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare. Dicit enim Greg. 2. Dial.* q̃ Sanctimiracula aliquãdo ex prece faciunt, aliquando ex potestate. Sicut Petrus qui Tabitam mortuam orãdo suscitauit Annianm & Saphirã mentientes, morti increpando tradidit. Sed in operatione miraculorum fit aliqua immutatio materiæ corporalis. Ergo homines virtute suæ animæ possunt materiam corporalem immutare.

¶ 4 Præterea, Super illud ad Gal. 3. Quis vos fascinauit, veritati non obedire: dicit glo.* quòd quidam habent oculos vrentes, qui solo aspectu inficiunt alios, & maximè pueros. Sed hoc non esset nisi virtus animæ posset materiam corporalem immutare. Ergo homo per virtutem suæ animæ potest materiã corporalẽ immutare.

¶ 3 Præterea, Corpus humanum est nobilius quam alia inferiora corpora. Sed per apprehẽsionem animæ humanæ immutatur corpus humanũ ad calorem & frigus, vt patet in irascentibus & timentibus: & quandoque etiam hæc immutatio peruenit vsque ad ægritudinem & mortem. Ergo multò magis anima hominis potest sua virtute materiam corporalẽ immutare.

¶ SED CONTRA est, quòd dicit Augu in 3. de Trinit.* Materia corporalis soli Deo obedit ad nutum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) materia corporalis non immutatur ad formã, nisi vel ab agente aliquo cõposito ex materia & forma, vel ab ipso Deo, in quo virtualiter & materia & forma præexistit, sicut in primordiali causa vtriusq;. Vnde & de angelis suprà dictũ est*, quòd materiam corporalẽ immutare nõ possunt naturali virtute, nisi applicando corporalia agentia ad effectus aliquos producendos. Multo igitur minus anima sua virtute naturali potest immutare materiam corporalem, nisi mediantibus aliquibus corporibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Sancti dicuntur miracula facere ex potestate gratiæ, non naturæ. Quod patet per illud quod Gregor. ibidem* dicit, Qui filij Dei ex potestate sunt, vt dicit Ioannes, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?

¶ Ad secundum dicendum, quòd fascinationis causam assignauit Auicen. ex hoc q̃ materia corporalis nata est obedire substantijs agentibus in natura. Et ideo quando anima fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur secundum eam. Et hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Sed suprà ostensum est*, q̃ materia corporalis nõ obedit substãtiæ spirituali ad nutum, nisi soli Creatori. Et ideo melius dicendum est, q̃ ex forti imaginatione animæ immutatur spiritus corporis cõiuncti. Quæ quidẽ immutatio spirituum

* cap. 11. * Homil. 19. in Matth. autem motiua cum ex genere suo ad certũ ens, scilicet corpus determinetur: consequens est, q̃ secũdum species suas ad certas species corporis determinetur. & sic cùm suprema vis motiua ad corpus determinas, nõ tamen ad multitudinem eius nec magnitudinem eius limitetur (quia est infinita) consequens est q̃ paulatim descendendo, infima vis motiua ad corpus minimum multitudine & magnitudine determinata sit. Constat autem quòd anima humana est vltimus motor inter spiritus: igitur ei* vis ad corpus humanũ, quod est paruissimum respectu mobilium ab angelis, & vniuersi corpus humanum, scilicet vnificatum à se determinatur: alter non esset in infimo gradu limitationis. Et propterea non potest rationabiliter diffingui modus mouendi iuxta modum essendi & intelligendi. nõ enim remanet in anima separata habitudo ad obiectum potentiæ motiuæ. quia nonest vniuersale, sicut intellectus. Et ideo optimè litera ex efficacia animæ coniũctæ subintelligẽs efficaciam illius simpliciter quo ad vim motiuam, intulit q̃ non potest separata mouere, quod non potest coiuncta.

¶ Super Quæstionis centesimæ decimæoctauæ Articulũ primum.

TItulus, cum semine, id est, communicetur à generante per hoc quod ab eo decidit: semẽ ita quoad in semine vehatur anima sensitiua formaliter, vel virtualiter.

¶ In corpore duo principaliter. Primò tractatur opinio. Secundò respondetur quæstio.

¶ Quo ad primum duo. Primò opinio ipsa. Tenet enim partem negatiuam, dicens animam sensitiuam à solo Deo fieri. Secundò, reprehenso illius ex causis eius: quod est, fieri oportere per creationem, scilicet simplicitate, & subsistẽtia simul. Cui enim hæc duo insunt, oportet creari: & cui non, non: nisi forte propter excellentiam ordinis rei factæ, vt de gratia dicitur. Ex his enim arguit, Si habetur anima sensitiua hęc, creatur: sed quia non habetur, quod probatur, quia non est incorruptibilis. ergo.

¶ Quo ad secundum cõclusio respõsiua est affirmatiua, Anima sensitiua, causatur ab anima generantis principaliter. & à semine instrumentaliter. hæc conclusio includit duo. primũ commune animæ sensitiuæ & cæteris formis corporalibus, scilicet quòd sit ab agente corporeo. Secundum, quòd sit tali modo. scilicet per semen. Et quo ad vtrumque probatur. Primò, quòd ab agẽte corporeo, qualecũque generãs, probatur ex principio pluries repetito. Forma quæ sic solum est, quia inest compósito, fit ad factionem compositi: ergo ab agẽte corporeo. sed anima sensitiua est huiusmodi. ergo. Antecedens probatur: quia fieri conuenit alicui eo modo quo esse. consequentia probatur: quia oportet vnumquodque fieri à simili, minor iam patet ex dictis. ergo. Secundum verò probatur ex differentia inter agẽtia superioris ordinis & inferioris, sic. Inter corporalia agentia quanto virtuosius, tanto indistantius potest. ergo vniuentia possunt & sine medio & cum medio agere sibi similia: ergo per semen. Antecedens probatur inductione in calido, &c. Prima consequẽtia probatur: quia viuentia sunt suprema corpora, & consequẽter virtuosissima. Secunda verò probatur: Secunda verò probatur: quia semen est illud medium quo generans attingit distans. Declaratur quo que in litera consequẽs primæ consequentiæ. Et vltimò docetur, quòd nihil refert dicere animam causari ex semine aut generante, quia se exigunt sicut agens & instrumentum.

¶ Aduerte hic, quòd probato, quòd anima sensitiua sit ab agente corporeo, quia compositum oportet à simili fieri, satis probatum est quod sit ab animali: quia oportet animal à sibi simili fieri. Non enim ab alio corporeo agẽte fieri intelligitur quàm à sibi simili. Et probato quod agentia quę viuũt, possunt per semen sibi similia producere, satis probatum est, quòd ita est de facto. in causis enim necessariis etiam necessitate philosophica vt sic, idem est possibile, & necessarium quo ad rerum ordinem: sicus quo ad miracula.

¶ Circa hanc conclusionem occurrit dubium ex Scoto in 18. dist. secũdi libri, vbi tenet ns q. semen nec est actiuum generationis substantialis, nec organicatiuum, sed cuiusdam p. quæ alterationis tãtum: & duplicitèr probat quòd semen nõ est actiuum animæ sensitiuæ. Primo sic, Semen aut causat animam in instãti generationis, aut ante: non ante, quia habet rationẽ passiui. probatur: quia est conuertibile de proximo in substantiam geniti. Nec in instanti

Universidad de Deusto
Biblioteca

instanti generationis, quia tunc non est, sed conuertitur, & conuersum est simul in substantiam geniti. Secundò sic: Imperfectius non est causa actiua sufficiès perfectioris, sed semen cum omnibus suis spiritibus est imperfectius animali genito: ergo. Etiã dicatur, quòd semen agit in virtute seminantis, contrà, nihil agit in virtute non entis: vel sic: sed animal à quo decisum est semen, respectu

quorũ etiã virtute agentia inferiora agũt ad speciẽ: vt suprà dictum est.* Et quia in huiusmodi spiritu cõcurrit virtus animæ cum virtute cœlesti dicitur q̃ homo generat hominem, & sol. Calidum autẽ elementare se habet instrumentaliter ad virtutem animæ: sicut etiam ad virtutem nutritiuam, vt dicitur in 2. de Anima*.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in animalibus perfectis quæ generantur ex coitu, virtus actiua est in semine maris, secundũ Philosophum in libr. de Generatione animalium.* Materia autem fœtus est illud quod ministratur à fœmina. In qua quidẽ materia statim à principio est anima vegetabilis, non quidẽ secundũ actum secundum, sed secundum actum primum: sicut anima sensitiua in dormiẽtibus. Cùm aũt incipit attrahere alimentũ, tunc iam actu operatur. Huiusmodi igitur materia trãsmutatur à virtute, quæ est in semine maris, quousq; perducatur in actum animæ sensitiuæ: nõ ita q̃ ipsamet vis, quæ erat in semine, fiat anima sensitiua: quia idem esset generãs & generatũ. Et hoc magis esset simile nutritioni & augmento, quã generationi: vt Philosophus* dicit. Postquã autem per virtutẽ principij actiui, quod erat in semine, producta est anima sensitiua in generato, quãtum ad aliquã partem principalem: tunc iam illa anima sensitiua prolis incipit operari ad cõplemẽtũ proprij corporis per modum nutritionis & augmenti. Virtus autem actiua quæ erat in semine, esse definit dissoluto semine & euanescẽte spiritu in quo inerat. Nec hoc est inconueniẽs: quia vis ista nõ est principale agẽs, sed instrumẽtale. Motio aũt instrumẽti cessat, effectu iam producto in esse.

quæst. 90. 115. art. 3. ad 2.

text. 50.

libr. 1. c. 2. & 20.

libr. 1. text. 33. & 34.

possunt sustinere semen esse homo geneum. Alij verò putant semen distingui in partes grossiores & subtiliores. & quòd paternum semen secundum aliquam partem conuertitur in genitum. & secundum aliquam concurrit vt causa actiua. Et hæc est opinio Alberti: & secundum hoc manifestè ponitur heterogeneum. Et recurrat propter diuersitatem, quæ est inter spiritus, & reliquas partes seminis videtur heterogeneum ponẽdum. Componitur enim ex his semen, sicut ex partibus integralibus, cùm sint corpora actu existentia in eo.

¶ Ad primam ergo obiectionem Scoti dicitur, Semẽ agit in instanti generationis & antemec est verum quòd ante habeat rationem passiui, secundũ se totum saltem: quoniam non est totum conuertibile in substantiam geniti, sed aut secundum partem, aut nihil. Vnde aut totum, aut pars, remanet in instanti generationis: & sic non prohibetur ex hoc agere.

¶ Ad secundam verò optime responsum ex Aristotele 12. Metaphysicorum, text. 40. & Sancti Thomæ huic in corpore, & ad secundum, & ad primam instantiam in oppositum dicitur quòd semen agere in virtute seminantis, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd fit constructio transitiua: & sic non dicimus. Alio modo intransitiuè, id est, quòd est ipsa virtus seminantis non coniuncta, sed separata. In hoc enim, vt in corpore articuli dicitur, excedunt viuentia non viuentia, quòd hæc habent tantum virtutes suas coniunctas: illa autem habent & coniunctas & separatas, per decisionem tamen à coniunctis. Ex hoc enim sensu patet responsio ad instantiam primam: quia maior licet sit vera de agente in virtute alterius transitiuè, non tamen intransitiuè, sicut est in proposito. Ad secundam verò negatur antecedens: non enim semen & seminans concurrunt ad genitum, vt pater & auus: sed quemadmodum in litera dicitur, vt agens & instrumentum agentis. Sed quoniam duplex est instrumenti genus, quoddam participans virtutem ab agente deriuatam in esse permanenti: quoddam verò in esse successiuo: creditur, & male, quòd instrumentum participans virtutem actiuam in esse permanenti, non sit instrumentum, sed causa ipsa agens: cùm tamen hoc nihil refert. Non minus enim serra faceret scamnum instrumentaliter, si actis vim, etiam artifice submoto, retineret, vt patet in horologiis, & in molendinis, & aliis huiusmodi: quibus non oportet adesse semper artifices, quandiu scilicet vim artis impressò ordine participant. Ad probationem autem ex conditione causarum accidentaliter ordinatarum dicitur, quòd non sufficit ad hoc quòd aliqua duo se habeant vt causæ accidentaliter ordinatæ, quòd non simul sint aut causent, sed exigitur quòd ambæ sint veræ causæ & ejusdem ordinis. Quorum neutrum hic saluatur: quia, vt in 12. Metaphysico. commentat. 14. Alexand. dicit, instrumentum non causa agens sed causæ agentis organum dici debet, & est per quia causa agens facit sibi similẽ, instrumentum autem non sibi, sed agenti assimilat. Diuersitas autem ordinis inter semen & seminantem patet ex 12. Metaphysico, & ad sensum: quia semen est imperfecti ordinis rerum & causarum: viuens autem ipsum à quo decidit, perfecti est rerum & causarum ordinis. Vnde manifestè patet quomodo differre potest, quando duæ causæ non simul causantes se habent vt

accidentaliter ordinatæ, & quando non attendẽdo ad conditiones has, & quare patet, & alius sunt causæ accidentaliter ordinatæ: quia vterque est eiusdem ordinis in essendo & in causando, & vterque est verè causa. cùm vterque generet sibi simile. Et ideo neuter agit in virtute alterius, sed semen generat non sibi, sed animali, à quo decisum est simile: & eius & causa est inferioris ordinis, quia eius imperfectum & causa instrumentalis est.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum anima intellectiua causetur ex semine.*

581

Supra c. 90. art. 2. & Et. dist. 18. qũ. 2. art. 1. & 2. Et 2. cõ. tra c. 86. 88. & 89. Et po. q. 3. art. 9. Et quoli. 2. art. 11. & opusc. 3. q. 94. art. 3. libr. 2. cap. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua causetur ex semine. Dicitur enim Gen. 46. Cũctæ animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, sexaginta sex. Sed nihil egreditur de femore hominis, nisi inquãtum causatur ex semine. Ergo anima intellectiua causatur ex semine.

¶ 2 Præterea, Sicut suprà ostensum est *, in homine est vna & eadem anima secundum substantiam, intellectiua, sensitiua & nutritiua. Sed anima sensitiua in homine generatur ex semine, sicut in aliis animalibus. Vnde & Philosophus dicit in lib. de Generatione animalium *, quòd nõ simul fit animal & homo, sed prius fit animal habens animam sensitiuam. Ergo & anima intellectiua causatur ex semine.

¶ 3 Præterea, Vnum & idem agens est cuius actio terminatur ad formam & materiã: alioquin ex forma & materia nõ fieret vnũ simpliciter. Sed anima intellectiua est forma corporis humani, quòd formatur per virtutem seminis. Ergo & anima intellectiua per virtutem seminis causatur.

¶ 4 Præterea, Homo generat sibi simile secundum speciem. Sed species humana cõstituitur per animam rationalem. Ergo anima rationalis est à generante.

¶ 5 Præterea, Inconueniens est dicere q̃ Deus cooperetur peccatib*. Sed si animæ rationales creantur à Deo, Deus interdũ cooperaretur adulteris, de quorum illicito coitu proles interdum generatur. Non ergo animæ rationales creantur à Deo.

¶ In responsione ad quartum posset dubitari ad hominem: quia in 93. de potentia, art. 9. ad decimumsextum dicitur, Virtus quæ est in semine, remanet etiam adueniente anima rationali, & similiter spiritus, & quæ erat corporis formatiua, efficitur regitiua: hic verò dicitur quòd non remanet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia remanet formaliter, definit materialitas: id est, remanet secundum speciem, & corrumpitur sec undũ numerum, ideo dixisse locutus inueniatur, hic tenet quod corrumpitur illa vis numero, ibi verò quod manet secundum speciem: quia vis regitiua & factiua corporis existens in parte primò producta, puta in corde, est quasi eiusdem rationis cũm virtute seminis: & propterea vis seminis excellentius saluata in illa parte quàm in ipso semine dicitur manere: quia scilicet non per se, sed per accidens corrumpitur, sicut dispositiones indutæ pro forma generanda dicuntur manere, & non corrumpi nisi per accidens: quia in meliori esse adueniunt. Hanc autem esse mentem Sancti Thomæ patet ibi: vbi idem de hac virtute, spiritibus, & dispositionibus iudicium esse dicit.

¶ *Supra quæstionis centesimædecimæoctauæ Artículum secundum*

IN corpore vna conclusio respõsiua quæsito negatiuè: Hæreticum est animã intellectiuam traduci cum semine. Hæc conclusio claudit in se duo, scilicet & quòd anima intellectiua non traducitur cum semine, & oppositum est hæreticum. Vnde probatur in litera, primò primum dupliciter, secundò vtrumque simul. Et quoniam semen est instrumentum participans virtutem agentis in esse permanenti, oportet vim seminis aliquid habere ex conditione ipsius seminis, & aliquid ex ratione formæ agentis, cuius est instrumentum. propterea in litera dupliciter ratio affertur. Prima tenens se ex conditione seminis. Secunda ex ratione formæ hominis, quæ agit ad generationem per semen: sic ex parte causæ, efficientis sufficienter ostendatur, quod non potest anima intellectiua per semen fieri: & demum ex parte termini, id est, ipsius animæ intellectiuæ, in tertia ratione non solùm idem probetur, sed ad hæresim deducatur oppositum. Est ergo prima ratio. quia virtus materialis non potest terminare actionem suam ad effectum immaterialem. Virtus seminis est materialis: anima intellectiua est immaterialis. ergo. Maio patet, & minor pro prima parte, pro secunda verò probatur: quia habet operationem in qua non communicat corpus. ergo.

¶ Secunda vero ratio est, Virtus seminis agit in vi animæ generantis, prout anima virtute organo corporeo. ergo non agit in vi animæ, prout est intellectiua ergo non potest producere animam intellectiuam. Antecedens patet. prima consequentia probatur, quia vt intellectiua, non virtute organo. secunda est per se nota. Et confirmatur autoritate Aristotelis, imò ex hac ratione redditur ratio dicti Aristotelis.

¶ Aduerte hic, quòd quia posset aliquis dicere, quòd etsi semen, quoniam materiale est, non possit virtute propria producere animam intellectiuam: tamen virtute principalis agentis immaterialis potest. Sicut dicitur de phantasmate, quod etsi non possit producere speciem intelligibilem: tamen virtute intellectus agẽti, qui est immaterialis, potest in effectũ immaterialem. Idcirco diuus Thom. ex hac ratione excludens talem viam probat quòd semen non agit in virtute agentis immaterialis vt sic: quamuis agat in virtute formæ, quæ est immaterialis. Anima enim intellectiua licet in se sit simplex, & immaterialis forma liter: quia tamen præhabet eminenter quicquid aliæ formæ materiales habent, sicut tetragonum, trigonum, ideo distinguitur in seipsam inquantum est actus corporis, & de ipsam inquantum excedit corpus. Et primò habet organa corporea: secundò verò nullo vitutur corporeo organo. Primo modo est principium omnium actionũ pertinentium ad partem sensitiuã & vegetatiuam, Secundo verò modo est principium pertinentiũ ad intellectionẽ. Vnde cùm seminatio & generatio exerceatur per corporeum organum: consequens est quòd cõueniat animæ, inquantum est actus corporis: & sic est ab animaimmateriali, sed non inquantum immaterialis est, actio autem intellectus agẽtis qua agit ad species intelligibiles, non exercetur per organum: sed est actio formæ immaterialis, inquantum immaterialis est, quia non inquantum vtitur organo corporeo.

¶ Tertia autẽ ratio probãs integraliter propositam conclusionem est, Anima intellectiua est substantia subsistens & immaterialis: ergo sibi debetur & esse & fieri proprium, & per creationem solùm: ergo ipsam generari per semen, est ipsam non subsistere: ergo esse corruptibilem. ergo hæresis. Antecedẽs supponitur: consequentia probatur, deducendo singulas partes consequenti ex singulis antecedentis, scilicet sibi deberi & esse ac fieri ex subsistentia, & per creationem tantùm, ex immaterialitate adiuncta. si enim aliquid subsistit, est ipsum quod est: sed tamen si est materiale, potest per generationem fieri: vt patet de hoc homine & illo boue. fed si cum substantia habeat immaterialitatem, seu quod ei æquiualet in proposito, simplicitatem: non potest nisi per creationem fieri, eo quòd omnis generatio congregat inter subiectum præsuppositum & formam: & consequenter præhabet geniti materiam, & componit. Secunda verò consequentia patet ex destructione consequentis ad destructionem antecedentis primæ consequentiæ ponere enim animam generari, destruit ipsam, solùm per creationem fieri: quod erat consequens, ad subsistentiam immaterialem in antecedente assumptam.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium simpliciter & ad hominem simul, Semen humanum disponit materiam pro anima intellectiua dispositione necessitante: ergo agit in virtute animæ intellectiuæ vt sic Antecedens & consequentia patent: quia vis animæ sensitiuæ non necessitate potest intellectiuam, cùm altioris sit ordinis. Et expressiè hoc dicitur à Sanct. Thom. in quæstio. 3. de potentia, art. 9. ad 5.

¶ Ad hoc dicitur quòd animam Socratis intellectiuam vt intellectiuam esse adum corporis, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd reduplicetur radatio formalis: & sic est falsum, sic enim nullo corporeo organo vtitur. Alio modo, vt reduplicetur conditio ipsius animæ generantis. Et sic est verum: quoniam entitas illa immaterialis animæ intellectiuæ est actus corporis. Et iuxta hoc potest & concedi & negari, animam rationalem generantis habere aliquod organum: quoniam secundum conditionem habet organum: & sic semen disponit vt instrumentum animæ intellectiuæ vt sic: quantum ad condirionem quam de facto habet: secundum verò rationem suam non debetur sibi organum. Et propterea semen in virtute etiam animæ intellectiuæ non potest in animam intellectiuam, sed in dispositiones materiæ: quæ respiciunt animam inducendam non secundum suam formalitatem qua nullo vtitur corporeo organo aut dispositione: sed secundum suam conditionem, qua est perfectio, & actus corporis: vt sic terminus proprius actionis respondeat principio. Quia enim principium actionis non est anima intellectiua absolutè, sed secundum conditionem qua est actus corporis: ideo terminus actionis sui instrumenti non est anima intellectiua absolutè, sed secundum conditionem qua est actus corporis, id est, secundum dispositiones & vnionem, vt

cap. 24.

libr. 2. cap. 3.

96. 75. art. 2.

472

¶ SED CONTRA est quod dicitur in lib. de Eccle. dog. * quòd animæ rationales non seminantur per coitum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est virtutẽ actiuam, quę est in materia, extẽdere suã actionem ad producendũ immaterialem effectũ. Manifestum est autẽ, quòd principium intellectiuũ in homine, est principium trãscẽdens materiam. Habet enim operationem, in qua nõ communicat corpus*. Et ideo impossibile est quòd virtus, quæ est in semine, sit productiua intellectiui principij. Similiter etiã quia virtus, quæ est in semine, agit in virtute animæ generãtis, secundum quod anima generãtis est actꝰ corporis vtẽs ipso corpore in sua operatione. in operatione autẽ intellectus non cõmunicat corpus. Vnde virtus intellectiui principij prout intellectiuũ est, nõ potest ad semẽ peruenire. Et ideo Philosophus in lib. de Generatione animaliũ * dicit, relinquitur intellectꝰ fol* de formis aduenire. Similiter etiã anima intellectiua, cũ habeat operationẽ vitæ sine corpore subsistẽs, vt supra habitũ est*. & ita sibi debetur esse & fieri. & cũ sit immaterialis subsistãtia, nõ potest causari per generationẽ, sed solùm per creationem à Deo. Ponere ergo animã intellectiuã a generante causari, nihil est aliud quã ponere eam non subsistentem, & per cõsequens corrumpi eam cum corpore*. Et ideo hæreticum est dicere, quòd anima intellectiua traducatur cum semine.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in autoritate illa ponitur per synecdochẽ pars pro toto, id est alia pro toto homine.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd aliqui dixerunt q̃ operationes vitæ, quæ apparent in embryone, non sunt ab anima eius, sed ab anima matris, vel à virtute formatiua, quæ est in semine. Quorum vtrunque falsum est. Opera enim vitæ non possunt esse à principio extrinseco, sicut sentire, nutriri, & augeri. Et ideo dicendum est, quòd anima præexistit in embryone, à principio quidẽ nutritiua, postmodũ autẽ sensitiua, & tandem intellectiua. Dicunt ergo quidã, quòd suprà animam vegetabilem, quæ primò inerat, superuenit alia anima, quæ est sensitiua: suprà illã iterũ alia quæ est intellectiua. Et sic sunt in homine tres animæ: quarũ vna est in potentia ad aliã. Quod suprà improbatum est*. Et ideo alij dicunt quòd illa eadẽ anima, quæ primò fuit vegetatiua tantùm, postmodum per actionẽ virtutis, quæ est in semine, perducitur ad hoc, vt ipsa eadẽ fiat sensitiua: & postmodum eadẽ perducitur ad hoc, vt ipsa eadẽ fiat intellectiua nõ quidẽ per virtutẽ actiuam seminis, sed per virtutẽ superiori agẽtis, scilicet Dei de formis illustrãtis. Et propter hoc dicit Philosophus*, q̃ intellectꝰ venit ab extrinseco Sed hoc stare nõ põt. Primò quidẽ, q̃a nullo forma substantialis recipit magis & minus*: sed superadditio maioris perfectionis facit aliã speciẽ, sicut additio vnitatis facit aliã speciem in numeris. Non est autẽ possibile vt vna & eadẽ forma numero sit diuersarũ specierũ. Secundò, quia sequeretur quòd generatio animalis esset motus cõtinuus paulatim procedẽs de imperfecto ad perfectum, sicut accidit in alteratione. Tertiò quia sequeretur quòd generatio hominis aut animalis nõ sit generatio simpliciter: quia subiectum eius esset ens actu. Sienim à principio in materia prolis est anima vegetabilis, & postmodum vsque ad perfectũ paulatim perducitur, erit semper additio perfectionis sequẽtis sine corruptione perfectionis præcedẽtis: quod est contra rõnẽ generationis simpliciter. Quartò, quia aut id quod causatur ex actione Dei, est aliquid subsistens: & ita oportet quòd sit aliud per essentiam à forma præexistente, quæ nõ erat subsistens: & sic redibit opinio ponentium plures animas in corpore. Aut nõ est aliquid subsistens, sed quædam perfectio animę præexistentis, & sic ex necessitate sequitur quòd anima intellectiua corrũpatur corrupto corpore: quod est impossibile. Est autem & alius modus dicendi secundum eos, qui ponũt

* cap. 24.

* 90. art. 2. ad 4.

* 76. art. 1. & 2.

* 118. art. 2.

* 365

* 76. art. 1.

* 90. art. 2. ad 4.

* loco citato.

* 76. art. 5.

* 76.

* 272

inferius patebit clarius, non repugnãt his dictis in litera, quæ de anima intellectiua absolutè & formaliter loquitur.

¶ In responsione ad tertiũ, aduerte, quòd quia positio ista distinguit corporeum generans, compositum dispositum disponendo materiam ab introducente formam: quod ab Aristot. reprobatur, destruendo ideas: quas ad hoc ponebat Plato. idcirco ne videamur in cidere in id quod reprehendimus, ab ipso Arist. facta est exceptio de forma hominis, inquantũ homo: & assignata ratio ex parte termini, q̃a intellectus habet operationem in qua non cõmunicat corpus. ergo non educitur de potentia alicuius materiæ: ergo venit de formis: & sic nullum inuenĩri potest corporeum agẽs respectu ipsius: & cũ manifestè semen humanũ agat, consequens est quòd disponat, & aliunde mens veniat. Nec potest similiter fieri exceptio de aliis formis: quia respectu earum inueniri potest sufficiẽs agens corporeũ pertransmutatione materiæ: nulla enim aliarum habet operationem absque organo corporalis materiæ: & idcirco meritò potest de materiæ potẽtia educit ac per hoc non est opus idea. Sanctus Thomas verò hic videtur aliam tãgere rationem huiusexceptionis ex parte agentis: quia scilicet Deus & naturalia agentia se habent sicut agens principale & instrumentale. Idea autem & agẽtia naturalia se habent potius, vt agentia disputata: eo quòd naturalia nõ agunt mota ab ideis, sed vtraque propriis virtutibus nõ subordinatis inter se, quamuis quo ad effectus agerẽt: sed omnia agunt mota à Deo ad actiones, &c. vt suprà dictũ est. & ideo non inconuenit Dei actionem terminati ad formam, & naturæ ad materiã: quoniam non vt duo agentia, sed vt agens & agentis instrumentum concurrunt: quæ non duo. sed vnum completum agens constituunt.

¶ In responsione ad quartum aduerte primò, quòd ad hoc quòd aliquid dicatur effectiuè producere aliquod compositum, non exigitur quòd faciat omnes eius partes, nec requiritur quòd faciat aliquam eius partẽ: sed sufficit quòd effectiuè causet coniunctionem partium, ex qua resultet illud compositum. Declaratur singula. Primò, quòd non requiritur quòd faciat omnes partes: alioquin nullum agens naturale faceret aliquod compositum, quia non facit materiam. Secundò, quòd non aliquem eius partem: alioquin dealbans artificialiter parietem, non diceretur facere parietem album: quia nec parietem nec albedinem facit, sed addit vnum alteri. Et vniuersaliter si formæ præexisterent per se ipsas ante generationem, & generans esset tantæ vis, vt generando coniungeret formam cum materia: nihilominus esset causa illius compositi, puta bouis, si forma bouis præexisteret. Et ex hac conditionali patet tertium, in quo clauduntur duo prima. Aduerte secundò, quòd in generatione hominis sunt duæ actiones, & duo termini intrinseci earum. Actio quidem vna est simplex emanatio seu creatio à prima causa Deo glorioso. Altera autem est seminis, vt instrumentum animæ intellectiuæ modo exposito, seu, quod est idem, hominis generantis inquantum homo. Terminorum autem distinctio ex eo patet, quod anima intellectiua in instanti quo fit, fortitur duo, scilicet esse quia est, & modum essendi quia inest corpori, seu materiæ corporali, vt actus in eo cuius est actus substantialis. Talis autem modus essendi seu inesse, potest sumi dupliciter. Vno modo pro relatione actualis vnionis inter animam & materiam. Alio modo pro fundamento illius: quod nihil aliud est quàm materiam esse actu formaliter per animam: quod pertinet ad genus substantiæ, non relationis. Sed rursus: illud inesse seu vno fundamentaliter potest vtrunque accipi, scilicet ex parte formæ: quia est animã esse qua formaliter materia est actu in specie substantiæ humanæ: & ex parte materiæ, quia est materiam esse actu per animam, &c. Vnde applicando singula singulis, dicendum est primò, quòd anima rationalis ratione sui esse est terminus intrinsecus creationis in instanti primo, quo Sort. incipit esse: quo ad suum verò modum essendi seu inesse, non terminat creationem nisi cõcomitanter, & in quantum illud inesse se tenet ex parte animæ. Dicendum est secundò, quòd eadem anima rationalis quo ad inesse, seu vnionem, &c. vt se tenet ex parte materiæ, est proprius terminus actionis seminis humani: ita quòd ab ex parte materiæ, est proprius terminus actionis seminis humani: ita quòd ab eo effectiuè causatur per se & directè: quoniam propria actio humani seminis

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminatur ad hoc quòd materia subsit animę intellectiuæ. de foris aduenienti: hic enim operatur, & non frustra tanto tẽpore natura laborat. Vnde si propriè loqui volumus, anima ipsa est terminus creationis.

*qõ.76. art. 1. & 2. & qõ. 79. ar. 4. & 5.

Vnio verò animæ & corporis est terminus generationis. Et quia non ex anima rationali, nec ex materia, sed ex vnione earũ, resultat tertia entitas, scilicet humanitas, apud ponentes dari tertiam entitatem, vel saltẽ ex, vel in tali vnione consistit compositum, quod est homo, ideo iũgendo hæc cum antedictis, sequitur, quòd quia homo mediante suo semine, causat actiuè cõiunctionem animæ intellectiuæ cum materia corporali, ex vel in qua vnione cõsistit compositũ, scilicet homo: quòd homo verè generat hominem: quamuis neutram partem faciat. Ex his tu solers disputator distinguendo animam quo ad esse vel in esse: distinguas quod generationem oportet habere terminum formalem quo ad inesse, nõ quo ad esse, & similiter quo ad similia. Videas San. Tho. in quæstio. 3. de potẽtia, artic. 9. & inuenies hæc consona vero.

*qõ. 110. art. 1.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimæoctauæ Articulũ tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò refert opinionẽ affirmatiuã. Secundò reprobat eam. Tertiò infert respõsionẽ ad quæstum.

¶ Quo ad secũdum duo, opinio & radix illius. Opinio est, quòd animæ ab initio mundi fuerunt simul creatæ. Radix illius est in duabus propositionibus consequenter se habentibus. Prima est, quòd animæ sunt eiusdem conditionis cum angelis. Secunda, quæ nascitur ex prima, est, quòd animæ intellectiuæ accidit vniri corpori.

582 2. contra cap. 83. & 24. Et Hebr. 2. lectio. 4. col. 2.

¶ Quo ad secundum tria, iuxta prædicta tria, quæ reprehenduntur ordine, quo in litera recitata sunt, & non à priori secundum naturam ad vltimum, nec ab vltimo ad primum. Secundum enim naturæ ordinem primum est animæ illa conditio qua communicat angelo. Secundò vnibilitas per accidens. Et tertiò, quod de facto fuerit ab initio mundi. reprehenditur ergo primo in litera vnio per accidens, ducendo ad impossibile. Anima vnitur per accidens: ergo aut homo est ens per accidens, scilicet si hominis nomine intelligimus compositum, &c. aut homo est ipsa anima vtens corpore, vtrũque

¶ cap. 18, & 19.

vnum intellectum in omnib⁹, quòd suprà improbatum est*. Et ideo dicendum est, quòd cũ generatio vnius semper sit corruptio alterius, necesse est dicere quòd tam in homine quàm in animalibus aliis quando perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris: ita tamen quòd sequens forma habet quicquid habebat prima, & adhuc amplius. Et sic per multas generationes & corruptiones peruenitur ad vltimam formam substantialem, tam in homine quàm in aliis animalibus. Et hoc ad sensum apparet in animalibus ex putrefactione generatis. Sic igitur dicendum est, quòd anima intellectiua creatur à Deo in fine generationis humanæ: quæ simul est & sensitiua & nutritiua corruptis formis præexistentibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa locum habet in diuersis agentibus non ordinatis adinuicem. Sed si sint multa agentia ordinata, nihil prohibet virtutem superioris agentis pertingere ad vltimam formam: virtutes autem inferiorum agẽtium pertingere solùm ad aliquam materiæ dispositionem. Sicut virtus seminis disponit materiam, virtus autem animæ dat formam in generatione animalis. Manifestum est autem ex præmissis*, quòd tota natura corporalis agit vt instrumentum spiritualis virtutis, & præcipuè Dei. Et ideo nihil prohibet quin formatio corporis sit ab aliqua virtute corporali: anima autem intellectiua sit à solo Deo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo generat sibi simile, inquantum per virtutem seminis eius disponitur materia ad susceptionem talis formæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in actione adulterorum illud quod est naturæ. bonum est: & huic cooperatur Deus Quod verò est inordinatæ voluptatis, malum est: & huic Deus non cooperatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum animæ humanæ fuerint creatæ simul à principio mundi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd animæ humanæ fuerint creatæ simul à principio mũdi. Dicitur enim Genes. secundo. Requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Hoc autem non esset si quotidie nouas animas crearet. Ergo omnes animę sunt simul creatæ.

¶ 2 Præterea, Ad perfectionem Vniuersi maximè pertinent substantiæ spirituales. Si igitur animæ simul crearẽtur cum corporibus, quotidie innumerabiles spirituales substantiæ perfectioni Vniuersi adderentur. Et sic vniuersum à principio fuisset imperfectum. Quod est contra illud quod dicitur Genes. Deum omne opus compleſſe.

¶ 3 Præterea, Finis rei respondet eius principio. Sed anima intellectiua remanet destructo corpore. Ergo incœpit esse ante corpus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in libr. de Eccle. dog. * quòd simul anima creatur cum corpore.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidã posuerũt quòd animæ intellectiuæ accidat vniri corpori, ponentes eam esse eiusdem cõditionis cum substantiis spiri-

tualibus, quæ corpori non vniuntur*. Et ideo posuerunt animas hominum simul à principio cum angelis creatas. Sed hæc opinio falsa est. Primò quidem quantum ad radicem. Si enim accidentaliter conueniret animæ corpori vniri, sequeretur quòd homo qui ex ista vnione constituitur, esset ens per accidẽs, vel quòd anima esset homo. Quod falsũ est, vt suprà ostẽsum est.* Quòd etiam anima humana non sit eiusdem naturæ cũ angelis, ipse diuersus modus intelligendi ostendit. vt suprà ostẽsum est*. Homo enim intelligit à sensibus, accipiendo & conuertendo se ad phantasmata, vt suprà ostensum est*, & ideo indiget vniri corpori, quo indiget ad operationem sensitiuæ partis.

¶ Quod de angelo dici non potest. Secũdò apparet falsitas ĩ ipsa positiones enim animæ naturale est corpori vniri, esse sine corpore est sibi contra naturam, & sine corpore existens non habet suæ naturæ perfectionem Non fuit autẽ coueniẽs, vt Deus ab imperfectis suũ opus inchoaret & ab his, quæ sunt præter naturam. Non enim fecit hominem sine manu, aut sine pede, quæ sunt partes naturales hominis. Multo igitur minus fecit animã sine corpore. Si verò aliquis dicat, quòd nõ est naturale animæ corpori vniri: oportet inquirere causam quare sint corporib⁹ vnitæ, oportet autẽ dicere ꝙ aut hoc sit factũ ex eius voluntate, aut ex alia causa. Si ex eius voluntate, videtur hoc esse inconueniens. Primò quidem, quia hæc voluntas irrationabilis esset, si non indigeret corpore & vellet ei vniri. Si enim eo indigeret, naturale esset ei ꝙ corpori vniretur, quia natura nõ deficit in necessariis*. Secũdò, quia nulla ratio esset quare animæ à principio mundi creatę post tot tempora volũtas accesserit, vt nũc corpori vniatur. Est enim substantia spiritualis supra tempus, vt potereuolutiones cœli excedens. Tertiò, quia videretur à casu esse quòd hæc anima huic corpori vniretur, cùm ad hoc requiratur concursus duarum voluntatum, scilicet animæ aduenięntis & hominis generantis. Si autem præter voluntatem ipsius corpori vnitur, & præter eius naturam, oportet quòd hoc sit ex causa violentiam inferẽte. Et sic erit ei pœnale & triste. Quod est secundum errorem Origenis*, qui posuit animas incorporari propter pœnam peccati. Vnde cùm hæc omnia sint inconuenientia: simpliciter confitendum est quòd animæ nõ sunt creatæ ante corpora, sed simul creãtur, cùm corporibus infunduntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Deus dicitur cessasse die leptimo: nõ quidem ab omni opere, cùm dicatur Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, sed à nouis rerum generibus & speciebus condendis, quæ in operibus primis non aliquo modo præexiterint. Sic enim animæ quæ nunc creantur, præexiterunt secundum similitudinẽ speciei in primis operibus*, in quibus anima Adæ creata fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quod perfectioni Vniuersi quantum ad numerum indiuiduorũ, quotidie potest addialiquid, non autem secundum numerum specierũ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd anima remanet sine corpore, cõtingit per corporis corruptionem, quæ consecuta est ex peccato. Vnde non fuit conueniens quòd ab hoc inciperent Dei opera. Quia, sicut scriptum est Sap. 1. Deus mortem non fecit, sed impij manibus & verbis acciserunt eam.

est falsum, vt pater ex dictis. ergo. Consequentia autem quo ad sufficientiam membrorum consequẽtis euidẽs est, quia oportet alterum horum dicere, scilicet quòd vel homo significat compositum. vel formam vtentẽ materia. Quo ad vltimum autem illationis primi membri probatur in litera, quia compositum ex, aut in tali vnione consistit: constat enim quòd per accidẽs nõ sunt entia per se. Secũdò arguitur altera radicalis propositio de identate naturæ animæ & angeli. Homo intelligit natura liter accipiendo à sensibus: angelus non. ergo. Tertiò arguitur, Potest vniri corpori, aut est animæ naturale. Si naturale est sine corpore, est præter naturã, ergo anima sine corpore non habet suam perfectionem naturalem: ergo non fuit conueniens produci à Deo sine corpore. Vltima consequẽtia probatur, Deus non inchoat opus suum ad imperfectis: quoniam nõ deficit in necessariis, sicut nec natura. Et declaratur in homine respectu organorum suorũ: ergo animæ cum naturali organo. Et similiter cum naturali organo suo. corpore scilicet, fieri debet. Si non est naturale, aut ergo est à voluntate propria, aut ab alia causa. Non à voluntate propria: tum quia effet voluntas irrationabilis probatur, quia respectu superfluꝰ probatur, quia si nõ superflui, sed oportuni: ergo naturalis: probatur quia natura nõ deficit in necessariis. Tum quia nõ esset maior ratio, quòd nunc, quàm olim hæc anima velleꝛ vniri. probatur, quia est supra cẽpus: probatur, quia est supra tẽpus: propter quòd in cõsequente hius rationis ponitur duplex nouitas volitionis & vnionis & quamuis nouitas vnionis possit reduci in nouitatem materiæ dispositæ nunc & non prius, nouitas autem volitionis cũ sit supra omnes corporales dispositiones, vt in litera dicitur: in quid reducetur. Tum quia vnio esset casualis probatur, quia ex concursu duarum voluntatum non subordinatarum, nec cõdictarũ: nec ab alia causa, quia vnio esset violenta, tediosque error Origenis. Probatur sequela, quia quod est præter naturam & voluntatem ab extrinseco, est violentum & triste.

¶ Quo ad tertium concluſio respõsiua quæstiõnis est negatiua: Animæ pora, sed simul creantur cũ corporib⁹ infundun-

268

qõ. 75. art. 4.

qõ. 55. art. 2.

qõ. 84. art. 7.

* Ita refert Epiphanius lib. 2. cõtra hæreſes.

64

356

tur. Probatur, quia aliter accidunt prædicta, quæ in conuenientia sunt.

¶ *Super Quæstionis centesimædecimanonæ Articulum primum.*

Titulus in corpore declaratur,

¶ In corpore quatuor. Primò declaratur titulus. Secundò tractatur vna opinio. Tertiò tractatur alia. Quartò alia respondendo quæsito.

¶ Quo ad primum duo, definitur, enim & distinguitur pertinere ad veritatem humanæ naturæ. deficitur enim quod est esse de constitutione ipsiꝰ naturæ humanæ. & probatur quia vniquodque ita se habet ad veritatem sicut ad esse ex secũdo Metaphysi. Distinguitur autem, quia natura dupliciter sumitur, 2. diſt. 30. 1. 3. q. 3. art. 1. 3. q. 4. dist. 44. q. 1. art. 4. q. 4. Et quol. 2. art. 5 6ol. ſ. in communi id est secundum speciem & in particulari individuo. Et consequenter pertinere ad naturę veritatẽ, & esse dupliciter contingit, ſ. naturæ specificè sumptæ, vel numeraliter. Primo modo forma & materia communis, vt anima intellectiua & corpus humanum ad veritatem naturę humanę spectant. Secũdo modo non solum hæc, sed hæc anima & hoc corpus.

Pars 3. 34. & 37.

¶ Quo ad secũdum duo. Primò opinio consistẽs in tribus propositionibus. Prima est, Ad veritatẽ humanę naturæ per tinet tantùm illa materia quę est primo forma ta in primo homine. Secunda verò est, q illa materia multiplicatur in seipsa: & sic à primo parente ad omnes seriatur. Tertia est, q alimentum non sumitur vt cõuertatur in veritatẽ naturæ humanę, sed vt formentum naturæ ad resistentium consumptiuo, vt plumbum argento. Secundò reprobatur hæc opinio quadrupliciter. Prima quidem proportio duabꝰ rationibus primis qua satis clarè sunt in litera. Secunda verò & tertia simul duabus reliquis ratiõnibus. Quarum altera est, Multiplicatio materiæ aut est per rarefactionẽ aut per conuersionem, aut creationem nouæ materiæ, eadem substãtia materiæ manẽte, non potest dici quòd sit multiplicata. Quia idem ad seipsum non constituit multitudinem, cùm necesse sit omnem multitudinem ex aliqua diuisione causari. Vnde oportet ꝙ aliqua alia substantia materiæ adueniat, vel per creationem, vel per conuersionem alterius in ipsum*. Vnde relinquitur ꝙ nõ potest aliqua materia multiplicari nisi vel per rarefactionẽ, sicut cum ex aqua fit aër, vel per additionem alterius rei, sicut multiplicatur ignis per additionem lignorum, vel per creationẽ materiæ. Sed manifestum est multiplicationẽ materiæ in humanis corporibus non accipere per rarefactionem. Quia sic corpora humana perfectæ ætatis essent imperfectiora quàm corpora puerorũ. *lib. 32. Nec iterum per creationem nouæ materiæ. Quia secundum moral. c. Greg.* omnia sunt simul creata secũdum substantiã materiæ, .o.

Prima S. Thomæ Hh 5 licet

QVÆSTIO CENTESIMADECIMANONA, de Propagatione hominis quantum ad corpus, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de propagatione hominis quantum ad corpus. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ. ¶ Secundò, vtrum semen quod est humanæ generationis principium sit de superfluo alimenti.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nihil de alimento transeat in veritatem humanæ naturæ. Dicitur enim Mat. 15. Omne quod in os intrat, in vẽtrem vadit, & per secessum emittitur. Sed quod emittitur, non transit in veritatem humanæ naturæ. Ergo nihil de alimento in veritatem humanæ naturæ transit.

¶ 2 Præterea, Philosophus in 1. de Ge.* distinguit carnem secundum speciem & secundum materiam, & dicit quòd caro secundum materiam aduenit & recedit Quod autem ex alimento generatur, aduenit & recedit. Ergo id in quod alimentum conuertitur, est caro secundum materiam, & non caro secundum speciem. Sed hoc pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quòd pertinet ad speciem eius. Ergo alimentum non transit in veritatem humanæ naturæ.

¶ 3 Præterea, Ad veritatem humanę naturæ pertinere videtur humidum radicale, quod si deperdatur, restitui non potest, vt medici dicunt posset tamen restitui si alimentum conuerteretur in ipsum humidum. Ergo nutrimentum non conuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶ 4 Præterea, Si alimentum transiret in veritatem humanæ naturæ, quicquid in homine deperditur, restaurari posset. Sed mors hominis non accidit nisi per deperditionem alicuius. Posset igitur homo per sumptionem alimenti in perpetuum se contra mortem tueri.

¶ 5 Præterea, si alimentũ in veritatem humanæ naturæ transiret, nihil esset in homine quod nõ posset recedere & reparari. Quia id quod in homine generatur ex alimento, & recedere & reparari potest. Si ergo diu viueret, sequeretur ꝙ nihil quod in eo fuit materialiter in principio suæ generationis finaliter remaneret in ipso. Et sic non esset idem homo numero per totum viam suam, cùm ad hoc quod sit idem numero requiratur idẽtitas materię. Hoc autem est inconueniens. Non ergo alimẽtum transit in veritatem humanæ naturæ.

¶ SED CONTRA est, quòd dicit Augustinus in lib. de Ver. rel.* Alimenta carnis corpora, id est amittentia formam suam, in membrorum fabricam migrant. Sed fabrica membrorum pertinet ad veritatem humanę naturæ. Ergo alimenta transeunt in veritatem humanæ naturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundũ Philosophũ, secundo Metaphy.* hoc modo se habet vnumquodq; ad veritatem, sicut se habet ad esse. Illud ergo pertinet ad veritatẽ naturę alicuius, quod est de cõstitutione naturæ ipsius. Sed natura dupliciter cõsiderari potest. Vno modo in communi secũdum naturam speciei. Alio modo secundum quod est in hoc indiuiduo. Ad veritatem igitur naturæ alicuius in communi consideratæ pertinet forma & materia eius in communi accepta. Ad veritatem autem naturę in hoc particulari cõsideratę pertinet materia indiuidualis signata, & forma per huiusmodi materiam individuata. Sicut de veritate humanæ naturæ in communi est anima humana & corpus, sed de veritate humanæ naturæ in Petro & Martino est hęc anima & hoc corpus. Sunt autem quædam, quorũ formæ non possunt saluari nisi in vna materia signata. Sicut forma solis non potest saluari nisi in materia, quę actu sub ea cõtinetur. Et secundum hunc modum aliqui posuerunt quòd forma humana non potest saluari nisi in materia signata, quæ scilicet à principio fuit talis forma formata in primo homine, ita ꝙ quicquid aliud præter illud quod ex primo parente in posteros deriuatur, additum fuerit, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quasi non verè accipiat formam humanæ naturæ, sed illa materia, quæ in primo homine formæ humanæ fuit subiecta, in seipsa multiplicatur. Et hoc modo multitudo humanorum corporum à corpore primi hominis deriuatur. Et secundum hos alimentum non conuertitur in veritatem humanæ, sed dicunt quòd alimẽtum accipitur, vt quoddam fomentum naturæ, id est vt resistat actioni caloris naturalis, ne consumat humidum radicale, sicut plumbum vel stagnum adiungitur argento ne consumatur per ignem.

¶ Sed hoc positio est multipliciter irrationabilis. Primò quidem, quia eiusdem ratiõis est, quòd aliqua forma possit fieri in alia materia, & quòd possit propriam materiam deferere. Et ideo omnia generabilia sunt corruptibilia, & econuerso. Manifestum est autem, quòd forma humana potest deficere ab hac materia quæ ei subiicitur, alioquin corpus humanum corruptibile non esset. Vnde relinquitur, ꝙ & alij in materia aduenire possit, aliquo alio in veritatem humanæ naturę transeunte. Secundò, quia in omnibus quorum materia inuenitur tota sub vno indiuiduo, non est nisi vnum indiuiduum in vna specie. Sicut patet in Sole & Luna, & huiusmodi. Si igitur non esset nisi vnum indiuiduum humanæ speciei. Tertiò, quia non est possibile quòd multiplicatio materiæ attendatur nisi vel secũdum quantitatem tãtùm, sicut accidit in rarefactis, quorã materia suscipit maiores dimẽsiones, vel etiam secundum substantiam materię. Sola autem eadem substãtia materiæ manẽte, non potest dici quòd sit multiplicata. Quia idem ad seipsum non constituit multitudinem, cùm necesse sit omnem multitudinem ex aliqua diuisione causari. Vnde oportet ꝙ aliqua alia substantia materiæ adueniat, vel per creationem, vel per conuersionem alterius in ipsum*. Vnde relinquitur ꝙ nõ potest aliqua materia multiplicari nisi vel per rarefactionẽ, sicut cum ex aqua fit aër, vel per additionem alterius rei, sicut multiplicatur ignis per additionem lignorum, vel per creationẽ materiæ. Sed manifestum est multiplicationẽ materiæ in humanis corporibus non accipere per rarefactionem. Quia sic corpora humana perfectæ ætatis essent imperfectiora quàm corpora puerorũ. *lib. 32. Nec iterum per creationem nouæ materiæ. Quia secundum moral. c. Greg.* omnia sunt simul creata secũdum substantiã materiæ, .o.

Prima S. Thomæ Hh 5 licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

& p se sequitur habitudo ad infinitatem successiuam indiuiduorũ. Quicquid nanque de facto fit, quantum tamen est ex parte vis generatiuæ multiplicabilitas in infinitũ ptomouetur. Vnde iungendo huic veritati positionem cõtrariam, scilicet esse quandam certam materiam in qua sola omnia generabilia illius speciei saluari possint, sequitur necessario quòd illa certa materia sit extensibilis vltra omnem certam quantitatem, quoniam indiuidua generabilia sunt vltra omnem certũ numerum, quorcunque nianque genitis possit alij ex illis generari, & iterum alij ex illis, & sic in infinitum, quamuis de facto non ita futurum sit. Non est tamen ergo inconueniẽs ex hac fuga; quia semper sequitur, ergo materia illa est in potentia ad quantitatem vltra omnem certitudinem quantum est ex se.

¶ Quo'ad tertium duo similiter sunt. Primò, opinio cõsitẽs in quinque ꝓpositionibus. Prima Anima humana vni uersaliter sumpta in cõmuni non habet vnam numero certam materiam, & in hoc differt hæc opinio à præcedente, quæ ponebat vnam certam materiam, quæ fuit in primo homine, oportere informari ab omni humana anima. Secunda est, Anima humana hæc materiam illam cui primò imprimitur in generatione huius indiuidui, nequit vlque ad mortẽ deserere. Et in hoc conuenit hæc opinio cum præcedẽte. Apud vtrũque enim ponitur id quod initio infusionis animę informabatur, oportere manere fixum ac stabile vsq; ad dissolutionẽ indiuidui. Tertia est, Sola illa materia cui primò imprimitur anima, pertinet ad veritatem humanæ naturæ principaliter. Probatur, quia sola pertinet ad esse indiuidui. Quarta, Alimentum cõuersum in substantiam aliti pertinet ad veritatem humanæ naturæ secũdario. Probatur, quia talis substantia est necessario propter alimentum, & quantitatem debitam indiuidui, esse autem quantum est esse secũdarium, igitur. Quinta, est Quuicquid aliud ex alimento prouenit, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Secundò ponitur reprobatio huius opinionis. Et directè quidẽ contra tertiã & quartã ꝓpositiões, omnes rationes allatæ tendunt, consequenter autem etiam secundum propositionẽ destruũt, vt patet deducenti. Prima ergo ratio est ducẽs

* q.præ. articu.1.

d.261.

* rex.45.

licet non secundum speciem formæ. Vnde relinquitur, quòd multiplicatio corporis humani non fit niſi per hoc quòd alimentum cõuertitur in veritatem humani corporis. Quartò, quia cùm homo nõ differt ab animalibus & plãtis secundum animã vegetabilem, sequeretur quòd etiã corpora animalium & plantarũ non multiplicarentur per conuersionem alimenti in corpus nutritum, sed per quandam multiplicationem, quæ non potest esse naturalis, cùm materia secundum naturã non extẽdatur niſi vsque ad certã quãtitatem, nec iterũ inueniatur aliquid naturaliter crescere niſi per rarefactionem, vel conuersionẽ alterius in ipsum. Et sic totum opus generatiuæ & nutritiuæ, quę dicuntur vires naturales, esset miraculosũ. Quod est omnino inconueniens. Vnde alij dixerunt, ꝙ forma humana potest quidem fieri de nouo in aliqua alia materia si consideretur natura humana in communi, non autã si accipiatur prout est in hoc indiuiduo, in quo forma humana fixa manet in quadam materia determinata, cui primò imprimitur in generatione huius indiuidui, ita ꝙ illam materiam nũquam deserit vsq ad vltimam indiuidui corruptionem. Et hãc materiã dicũt principaliter pertinere ad veritatem humanę naturę. Sed quia huiuſmodi materia non sufficit ad quantitatem debitã, requirit vt adueniat alia materia per conuersionem alimenti in substantiã nutriti quantum sufficiat ad debitum augmentum. Et hanc materiam dicũt secundariò pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quia non requirit ad primũ esse indiuidui, sed ad quantitatẽ eius. Iamverò si quid aliud aduenit ex alimento, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, ꝓpriè loquendo. Sed hoc etiã est incõueniẽs. Primò quidẽ, quia hæc opinio iudicat de materia corporum viuentium ad modũ corporũ inanimatorum, in quibus etsi sit virtus ad generandũ simile in specie, non est tamen virtus in eis ad generandũ aliquid sibi simile secundum indiuiduũ. Quæ quidem virtꝰ in corporibus viuẽtibus est virtus nutritiua. Nihil ergo per virtutẽ nutritiuam adderetur corporibus viuẽtibus, si alimentum in veritatem naturæ ipsorum non conuerteretur. Secundò, quia virtus actiua, q̃ est in semine, est quædã impressio deriuata ab anima generãtis, sicut supra dictum est*. Vnde non potest esse maioris virtutis in agendo, quã ipsa anima, à qua deriuatur. Si ergo ex virtute seminis, verè assumit aliqua materia formã naturę humanæ, multo magis anima in nutrimentum cõiunctum poterit veram formã naturæ humanę imprimere per potentiã nutritiuã. Tertiò, quia nutrimento indigetur non solum ad augmẽtum, alioquin terminato augmento necessarium non esset, sed etiã ad restaurandũ illud quod deperditur per actionẽ caloris naturalis. Non autẽ esset restauratio, niſi id quod ex alimẽto generatur, succederet in locũ deperditi. Vnde sicut id qđ primò inerat, est de veritate humanæ natutæ, ita id quod ex alimento generatur. Et ideo aliter dicendũ est, quod hæc distinctio Philosophi non est secundum diuersas carnes, sed est eiusdem carnis secundum diuersam cõsiderationem. Sienim considereretur caro secũdum speciem, id est secundũ id quod est formale in ipsa, sic semper manet, quia semper manet natura carnis & dispositio naturalis ipsius. Sed si consideretur caro secundum materiam, sic non manet, sed paulatim consumitur & restauratur, sicut patet in igne fornacis, cuius forma manet, sed materia paulatim consumitur, & alia in locum eius substituitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ad humidum radicale intelligitur pertinere totũ id in quo fundatur virtus speciei. Quòd si subtrahatur, restitui nõ potest, sicut si amputetur manus, aut pes, vel aliquid huiusmodi. Sed humidum nutrimentale est quod nondum peruenit ad suscipiendum perfectè naturam speciei, sed est in via ad hoc. Sicut est sanguis, & alia huiusmodi. Vnde si talia subtrahantur, remanet adhuc virtus speciei in radice, quæ non tollitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnis virtus in corpore posibili per cõtinuam actionem debilitatur, quia huiusmodi agens tia etiam patiũtur. Et ideo virtus conuersiua in principio quidem tam fortis est, vt possit conuertere non solùm quod sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiam ad augmentum. Postea vero non potest conuertere niſi quantũ sufficit ad restaurationem deperditi. Et tunc ceſſat augmẽtum. Demũ nec hoc potest, & tunc fit diminutio. Deinde deficiente huiusmodi virtute totaliter animal moritur, sicut virtus vinicõuertentis aquam admistam*, paulatim per admiſtionem aquæ debilitatur, vt tandem totum fiat aquosum, vt Philosoplus exemplificat in 1. de Genera*.

¶ Ad quintũ dicendũ, ꝙ sicut philosoph* dicit in 1. de Gene*. quãdo aliqua materia per se conuertitur in ignem, tunc dicitur ignis de nouo generari. Quãdoverò aliqua materia couertitur in ignẽ pexistentẽ, dicitur ignis nutriti. Vnde si tota materia simul amittat speciẽ ignis & alia materia cõuertatur in ignẽ, erit aliud ignis numero. Si verò paulatim cõsũto vno ligno aliud subſistat. & sic deinceps quousque omnia prima cõsumantur, semper remanet idem ignis numero, q̃a semper quod additur. transit in prædictum est. Cùm autem tres animæ vegetatiuæ virtutes, scilicet nutritiua, augmentatiua & generatiua, sta à natura sint ordinatæ, vt semper prior & habeat opus propriũ prius, & nunquam ꝑueniat illius superfluũ ad opus posterioris, vt patet de generatiua, cui quod ſupereſt perfectio animali instituti est semẽ (vt in 2. seq. dicetur & in quarto Metaph. dicitur, ꝙ cum potest aliquid generare, perfecti est) oportet ꝙ superfluũ nutritiuæ sit materia augmẽtatiui, ac ꝑ hoc nutritiuũ vt sic prius respiciat ipsam consistentiã animalis, quæ materiam augmẽti. Vñ immediatè post instans generationis opus eius oportet esse

¶Ad secundũ dicendũ quòd assimilatio generãtis ad geni. ũ non fit propter materiã, sed propter formã agentis, quod generat sibi simile. Vnde non oportet ad hoc q̃ aliquis assimilatus auo, q̃ materia corporalis seminis fuerit in auo, sed quò ad fit in simile aliqua virtus deriuata ab aia, aut mediãte patre.

¶Et similiter dicendum est ad tertium. Nam affinitas non attenditur secundum naturam, sed magis secundum deriuationem formæ.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd verbum Aug. non est sic intelligendum, q̃ in Adã actu fuerit aut seminalis ratio huius hominis propinqua, aut corpulenta eius substãtia. Sed vtrũq; fuit in Adam secundum originem. Nã & materia corporalis quę ministrata est à matre (quam vocat corpulentã substantiam) deriuatur originaliter ab Adam, & similiter virtus actiua existẽs in semine patris, quæ est huius hominis propinqua ratio seminalis. Sed Christ⁹ dicitur fuisse in Adã secundũ corpulẽtiã substantiam, sed nõ secundum seminalẽ rationem, quia materia corporis eius quę ministrata est à matre virgine, deriuata est ab Adã, sed virtus actiua nõ est deriuata ab Adã, quia corpus eius nõ est formatum per virtutẽ virilis seminis, sed operatione Spiritussancti. Talis enim partus decebat eum qui est super omnia benedictus Deus in secula, Amen.

Primæ partis sacræ Theologiæ Sancti Thomæ Aquinatis, cum Thomæ de Vio Caietani clarissimis Commentariis, Finis.

SANCTI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, DE PRAESCIENTIA ET PRÆDESTINATIONE TRACTATVS.

PROLOGVS.

INSTANTISSIME rogastis me, charissime frater, vt vobis aliquem tractatum breuem facerem in stylo facili, de prescientia & prædestinatione diuina, per quę possetis aliquib⁹ quęstionibus & obiectionibus, quæ de ipsis communiter fiunt ab hominibus, respõdere. Vnde vestrę instantiæ pro posse satisfacere cupiens, aggressus sum facere, auxilio Dei præuio, quod rogastis.

¶ Scire tamen debetis, quòd ab antiquis Philosophis & etiam ab Ecclesiæ doctoribus & magistris tam antiquis quam modernis, hæc quæstio fuit multipliciter & subtilitẽr ventilata. Quorum ergo profundissimas & perplexas rationes euitans leniores aliquas & vestræ capacitati accommodas prælegi, non tamen quæ penitus satisfacere possint in hac profundissima & insolubili quæstione. Nam secundum Apostolum ad Romanos 11. incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles vię eius, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? & cætera.

¶ Sunt autem hæc quæ in hoc opusculo perstringuntur. ¶ Primo, quid sit prescientia & prædestinatio Dei, & in quo a seinuicem differant. ¶ Secundò, quid sit reprobatio Dei, & quis prædestinationis & reprobationis effectus. ¶ Tertio, vtrum prescientia Dei sit causa rerum prescitarũ, vel res causa prescientiæ. ¶ Quarto, vtrum prescientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat. ¶ Quinto, vtrum prædestinatio certitudinem habeat. ¶ Sexto, vtrum prædestinatis necessitatem imponat. ¶ Septimo, quare Deus fecit hominem, quem sciebat esse damnandum.

CAPVT I.

¶ Quomodo ista quatuor scilicet scientia, prescientia, prouidentia, & prædestinatio se habeant in Deo.

SCIENDVM est igitur, quòd ista quatuor, videlicet scientia, prescietia, prouidẽtia, & prædestinatio, diuersimode, siue diuersis respectibus de Deo dicuntur, & habent per se additionem vnius ad alterum.

¶ Scientia enim siue sapientia de omnibus est, scilicet de bonis & malis, de præteritis, præsentibus & futuris, & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse suos seipsum perfectè nouit, cuius scientiæ cõparationẽ omnis creaturæ scientia imperfecta est.

¶ Prescientia verò addit super scientiam quandam præcognitionem: est enim de futuris tantùm, sed de omnibus, de bonis scilicet, & de malis.

¶ Prouidentia verò includit in se prescientiã, & addit suprà ipsam quandam præparationem siue promotionem in finem vltimum. Est enim de rebus præcognitis faciendis siue gubernandis, vnde & prouidus dicitur, qui bene coniectat de conferentibus ad finem vltimum consequendum, & de his quæ ipsum possunt impedire. Prouidentia ergo dicitur, quæ rebus prescitis & ordinatis tribuit ea, quæ ordinem conseruent, & propellit omnem inordinationem.

¶ Prædestinatio autẽ in suo intellectu includit nõ solũ prescientiã, sed etiã prouidentiã, & addit suprà eam aliquid, scilicet quendam specialem modũ, tam ex parte prædestinatorũ, quam ex parte ipsius finis, quam etiã ex parte prædestinatis. Cum enim prudentia Dei sit omnium rerum, & speciali quodãmodo rerũ habentiũ voluntatem, prædestinatio includit in se prouidentiã secundum illũ specialẽ modum, quo est hominum & habentiũ voluntatẽ. Est enim prædestinatio de hominibus saluandis.

¶ Item cùm prouidẽtia respiciat ordinẽ vniuscuiusq; boni ad quæmlibet finem, prędestinatio est tantùm respectu eorũ quę homo ex naturalibus suis consequi non potest, sed sunt eleuata suprà facultatem humanæ naturæ. Est enim respectu gloriæ, quæ est in perfecta Dei fruitione, & respectu gratiæ promouentis in ipsam gloriam. Vnde dicit Damas. quòd prædestinatio est eorum quæ non sunt in nobis.

¶ Itẽ licet quidẽtia sit promotio vel directio alicuius in finẽ, prædestinatio tamẽ includit in se prouidẽtiã cum quadã speciali acceptiõe & electione volũtatis. Quamuis enim prædestinatio præsupponat actum cognitiõis: nominat tñ actũ voluntatis eligentis, ad ea quæ sola gratuita volũtate cõferũtur. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præscinit prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, & Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ secundun voluntis suæ propositum. Si igitur de essentia prædestinationis est præscientia & volũtas aliquorum.

¶ Ex prædictis itaque manifestum est quid sit præscietia & prædestinatio Dei, & in quo à se inuicẽ differãt. Est enim præscietia Dei, certissima præcognitio omniũ futurorum, tam bonorum quam malorum. Prædestinatio verò secundum Aug. in lib. de Prædestinatiõe sanctorũ, est gratiæ præparatio, id est diuinæ electio, qua elegit eos quos voluit ante mũdi cõstitutionẽ, vt ait Apostolus Ephe. primo. Vel secundũ diffinitionẽ, magistralẽ prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti. & gloriæ in futuro. Vnde patet q̃ prædestinatio sine præscientia esse non potest, sed sine prędestinatione præscientia esse potest, prædestinatione quippe Deus ea præscuit, quæ fuerat ipse facturus, sed præscuit Deus etiam quæ non est ipse facturus, id est omnia mala, prædestinauit enim eos, quos elegit reliquos autem reprobauit, id est ad mortem æternam præscuit.*

*alias præscuit.

CAP. II.

¶ Quid sit reprobatio, & quid prædestinationis ac reprobationis effectus.

SICVT AVTEM prædestinatio Dei propriè est præscientia & præparatio beneficiorum Dei, scilicet gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, ita reprobatio Dei est præscientia malitiæ in quibusdam non finiendæ, & præparatio pœnæ non terminandæ, vt dicit Augu. in lib. de Bono præseruantiæ. Reprobatio enim Dei, qua ab æterno non eligendo, quosdam reprobauit, secundum duo consideratur, quorum alterum præscit, & non præparat, scilicet iniquitatem siue malitiam, vnde Aug. ad Prosperum & Hilarium, Hęc quidem regula in cõcussę tenenda est, peccatores in peccato præscitos esse, non præparatos, pœnam autẽ esse præparatam.* Præparauit enim Deus malis (vt ait Fulgentius) ignem æternum, illis vtique, quos nõ præparauit ad facienda peccata*. Præparauit enim De⁹ quòd diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim sicut præparauit Sanctos ad iustitiam prosequendam, sic præparauit iniquos ad iniustitiam admittendam, quia prauitatis operator nunquam fuit.

*alias il mals; præparauit.

¶ Prædestinatio quãtùm est de se, nõ tãtùm importat scientiã, sed etiã voluntatẽ & potentiam. Sed quoniam causalitas gratiæ & gloriæ attribuitur p̃ propriè volũtati vt efficiẽti, scientiæ autẽ vt dirigenti, potẽtiæ verò vt exequenti. ideo etã prædestinatio importat illa tria, tamẽ principalis est in genere volũtatis, & ideo ab Aug. diffinitur prædestinatio per illa tria. Primò per id quod respicit potẽtiam, in libro de Fide ad Petrũ, Prædestinatio est gratuitæ donationis præparatio. Secundò p id quòd respicit scientiã, in libro de Bono perseuerantiæ. Prædestinatio est prescientia beneficiorũ Dei. Tertiò per id quod respicit voluntatẽ & propriissimè in libro de Prædestinatione Sanctorũ. Prædestinatio est propositũ miserẽdi. Prędestinationis aũt effectus est appositio illius gratiæ, qua in præsenti iustificamur, & atque ad recte viuendũ in bono perseuerandũ adiuuamur, & qua in futuro beatificamur. Quę quidẽ effectũ notificat Apostol⁹ Roma. tertio, Vt iustificati gratia, ipsi⁹ hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Et sicut p̃destinationis effectus est gratiæ appositio, ita reprobationis effect⁹ est quodammodo priuatio siue subtractio gratię. Quę interdũ in Scriptura obduratio & excæcatio dicitur. Vnde Apostol⁹ ait Roma. 9. Cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat, misericordiam appellãs prædestinationẽ (vt ait Aug. ad Xistum) & principiũ prædestinationis effectũ id est gratię appositionem, obdurationẽ verò gratiæ priuationem. Hic etiam de exceptione dicit secundæ Corin. quarto. quòd Deus huius seculi excæcauit mẽtes infidelium, quod vna glossa de deo vero exponit.

¶ Sciendum tamen est, q̃ quia bonum subiacet prouidentiæ Dei vt causatum & ordinatũ, ideo prædestinatio est idẽ quod causa gratię, & gloriæ ad quã gratia ordinatur. Sed quia malũ non subiacet prouidentiæ, vt intentũ vel causatũ (cum omnis defectus accidit præter intentionẽ) sed solum subiacet ei vt præscitũ & ordinatũ, sicut dictum est, ideo reprobatio est tantum præscietia culpæ, & nõ causa, sed pœnæ per quã culpa ordinatur, est præscietia & causa. Vnde Augustin. dicit ad Xystũ

Non obdurat Deus immittendo malitiã, sed non impertiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus enim nõ impertitur, nec digni sunt, nec merentur. Idẽ ad Simplicianũ dicit, Nõ est intelligẽdum, q̃ Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat. sed tantùm quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur. Et ob hoc eos inducare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miseretur, quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima iudicat quã nõ aperit. sed admirat̃ Apostol⁹ dicẽs O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ & sciẽtiæ Dei, &c. Roma. Vndecimo.

CAP. III.

¶ Vtrum scientia vel prescientia Dei sit causa rerum prescitarum.

CONSEQVENTER considerandũ est, vtrum scientia vel prescientia Dei sit causa rerum præscitarũ, vel res futuræ sint causa præscientiæ Dei. Et vt melius veritas appareat, producantur in medium aliqua argumenta.

¶ Circa primã partẽ sic proceditur. Videtur q̃ prescientia Dei sit causa rerum præscitarum. Nam omne id quod antecedit aliud, & ipso posito, ponit ipsum, est causa illius, vt patet per diffinitionẽ causæ. Causa est ad cuius esse sequitur aliud. Sed diuina præscientia præcedit omne futurũ, & ea posita, ponuntur futura respectu *quorum est. & ea remota remouẽtur futura: quia nec futura fuissent nisi ea Deus præsciuisset, alias ignorantia poneretur in Deo, quod est absurdum. Ergo præscientia videtur esse causa præscitarũ rerũ.

*alias ratio.

¶ 2 Adhuc, Sicut voluntas Dei est ipse Deus ita & sciẽtia eius. Sed voluntas Dei absolutè est causa omnium volitorum, vnde dicit Psal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Ergo scientia eius debet dici causa omnium scitorum.

¶ 3 Huic etiam sententię Augustinus attestari videtur in decimoquinto libro de Trinit. sic dicens, Vniuersas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, nouit eas Deus, sed ideo sunt, quia nouit. non enim nesciunt quæ fuerat creaturus: quia ergo sciuit creauit, non quia creauit sciuit.

¶ IN CONTRARIVM est, quia si præscientia esset causa præsciti, cùm Deus præsciat omnia mala, esset causa omnium malorum, & per consequens esset actor omnium malorum, quod falsum est.

¶ SCIENDVM est ergo circa istam materiam, q̃ scientia siue præscientia Dei pòt considerari dupliciter. Vno modo secundum propriã rationem. Et sic cùm præscientia nihil aliud dicat nisi præcognitionem, nõ importat aliquam causalitatẽ, alias omnis sciẽtia vel prescientia causa esset rerũ præscitarũ, quod falsum est. Videmus enim q̃ præscientia medici quando certitudinaliter nouit infirmũ breui moriturũ, non est causa mortis infirmi, præscientia etiã speculatoris, qua videt hominẽ euntẽ per viã, in qua paratus est leo ad deuorandũ, non est causa perditionis illius, & huiusmodi. Alio modo pòt considerari, inquantùm est sciẽtia artificis operãtis res præscitas. Et sic habet rationẽ causæ respectu rei operatæ per artẽ, vnde secũdum modũ quo scientia artificis operantis per artẽ suam est causa artificiati, cõsiderãda est causalitas sciẽtiæ diuinæ. est ergo iste p̃gressus in p̃ductione artificiati. Primo scientia artificis ostẽdit finem. Secundò voluntas eius intendit finẽ illũ ostensum. Tertiò voluntas imperat actum, per quẽ educatur opus. Quartò scientia dirigit illum actum. Quintò circa opus quod per actum educitur, scientia artificis ponit formã cõceptam.

¶ Si igitur scientia artificis se habet vt ostendẽs finem, vt dirigens actum, & vt informãs opus operatũ. Et ideo cõstat quod quicquid effect⁹ vel deuiatiõis à forma artis vel à fine accidit in effectu, nõ reducitur in scientiam artificis sicut in causam, etiam si defectus ille fuerit præscitus ab eo. Patet etiam quòd principalitas causalitatis cõsistit penes voluntatem, quæ imperat actum. Vnde manifestum est, quòd scientia vel prescientia Dei causalitatem non habet respectu mali, quod est deuiatio à forma & à fine, sed tantùm respectu bonorum, secundũ quod conseruntur formam diuinæ artis & finem. Non tamen ita quòd respectu eorum dicat perfectam rationem causalitatis, nisi secundum quod adiungitur voluntati. Et tõ dicit Magister sententiarũ, q̃ scientia beneplaciti est causa rerum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum est, quòd aliquid potest aliud sequi dupliciter. Vno modo per modũ productionis, secundum quod vnum p̃ducitur ab alio. Et sic id ad cuius esse sequitur aliud, est vere causa eius in essendo. Alio mõ per modum consecutionis. Et sic id ad cuius esse sequitur aliud, non est causa in essendo, sed solùm in consequendo. Et omne tale dicitur esse causa sine qua non. Et talis causa dicitur esse sciẽtia vel prescientia diuina, si tamẽ scientiam ad simplicẽ notitiã referamus. Si verò scientiæ sit adiuncta voluntas (q̃ dicitur scientia beneplaciti) tunc est causa omniũ quæ fecit De⁹.

¶ Ad secun

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad secundum dicendum, quòd volũtas habet completã rationem causæ, inquantum obiectum eius est finis secundũ rationẽ boni, qui scilicet finis est causa causarum. Vnde & volũtas imperiũ habet super alias vires animæ. Et iõ volũtas Dei absolutè dicitur causa rerũ, sed de scientia non est ita, sicut patet per ꝓdicta. Licet eñ in Deo sit vna res, tamẽ aliquid attribuitur vni quod nõ attribuit alteri, & iõ rario non procedit.

¶Ad certium dicendum, quòd Augustin loquitur de scientia beneplaciti, sicut patet. Agit enim de bonis tantùm, scilicet de creaturis, quas Deus facit. Quas quidem nouit non solùm scientia simplicis notitiæ, sed etiam scientia beneplaciti.

¶LICET autem scientia vel præscientia Dei aliquo mõ sit causa rerum scitarum (vt dictum est) nullo tamen mõres possunt esse causa scientiæ vel præsciẽtiæ Dei non enim De⁹ accipit cognitionẽ a rebus, sicut nos accipim⁹, sed se ipsum intelligit & cognoscit. Quamuis igitur res nõ præscirẽtur nisi essent futuræ, non tamẽ ideo præsciũtur, quia futuræ. Si enim hoc esset, tunc temporale esset causa æterni & creatũ causa creati, & ex creaturis penderet scientia Creatoris. Et ideo dicit Aug. in 15 lib. de Trinit. Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit.

1. sen. di. 38. art. 5. ¶Cùm ergo dicitur. Res non præscirentur nisi essent futuræ, non notatur ibi causa, nisi forte sine qua non, sed importatur solùm consequentia vnius ad alterum.

CAPVT IIII.

¶Vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat.

EX PRÆDICTIS colligi potest, ꝙ sprascientia Dei necessitatem eueniendi rebus non imponit. Si enim præscientia Dei accipiatur ꝓ simplici notitia futurorum, certum est quòd ipsa non est causa rerum præscitarum, vt ex iam dictis apparet, & ideo licet præsciat res futuras, non tamen eis necessitatem imponit. Vnde Augu. super Ioan. Deus, inquit, faturorum præsciuus, per Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit. Nõ enim ideo quẽquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit, illorum enim præscinit peccata, nõ sua. Si autem scientia Dei accipiatur pro notitia beneplaciti, similiter necessitatem rebus cõtingentibus non imponit. Omnia enim sic cognoscit esse futura, sicut ventura sunt, & cuncta quæ contingenter eueniunt (vt illa quæ sunt à libe. arbi. & à casu, & à fortuna) sic præscit esse futura contingenter, sicut etiam præscit modum contingentiæ, secundum quem sunt. Vnde sicut erroneum est dicere, quòd humani actus & euentus præscientiæ & ordinationi diuinæ non subsint, ita erroneum est dicere, quòd ex prescientia vel ordinatione diuina humanis actibus necessitas ingeratur. Tolleretur enim libertas arbitrij, legum vtilitas, consiliandi opportunitas, solicitudo bene viuendi, & pœnarum præmiorumque iustitia.

¶SED CONTRA hoc obiicitur. Dictum est suprà quòd præscientia beneplaciti est causa rerum. Sed omnis causa necessaria inducit necessarió effectũ, posita enim causa necessariò ponitur effectus, nisi fit deficiens in minori parte, sicut est causa naturalis. Cùm ergo præscientia Dei non sit deficiens, videtur quòd id quod præscitum est à Deo, sit necessarium.

¶2 Amplius, Omne quod Deus præscit, est verum, quia scientiæ Dei falsum subesse non potest. Sed (vt dicit Philosophus in 1. Periher.) omne quod est, quando est, necesse est esse. Ergo si præscitum est modò verum, necesse est nunc esse verum. Sed futurum est præscitum. Ergo necessarium est futurum esse. Ergo est necessitate eueniet.

¶3 Præterea, Ponatur, ꝙ Deus præscit aliquid in partẽ affirmatuam, vt Socratẽ currere. Tunc sic, Aut est possibile Socratem non currere, aut non est possibile. Si nõ est possibile ipsum nõ currere, ergo ab æquipollenti necesse est ipsum currere: & sic habetur propositũ. Si autẽ possibile est ipsum nõ currere, potest ergo (possibile enim est secundũ Philosophũ, quo posito, non sequitur inconueniẽs) sed positum erat, ꝙ Deus præsciret Socratem currere, ergo præscit esse futurũ quod nõ est futurum. omnis autem talis scientia falsa est, ergo sciẽtia vel præsciẽtia Dei falsa erit: quod est impossibile. Relinquitur ergo ꝙ Socratẽ non currere, non sit possibile, sed necessarium.

¶4 Item, Si Deus præscit Socratem currere, aut est possibile aliter euenire, aut non est possibile. Si non est possibile aliter euenire, ergo necessarium est sic euenire sicut præscitum est: & sic habetur propositum. Si autem possibile est alter euenire quam Deus præscit, ergo diuina præscientia est fallibilis & incerta quod est falsum.

¶5 Adhuc, Secundũ Philosophũ in lib. Priorum, ex maiori de cessario & minori de in esse, sequitur conclusio de necessario. Inde sic, Omne præscitũ a Deo necesse est esse verum. Sed Socratem currere est præscitum à Deo ergo necesse est esse verum. Et sic idem quòd prius.

¶ Item, In omni vera cõditionali si antecedẽs est necessariũ absolutè. & cõsequens est necessariũ absolutè, quia ad antecedens semper sequitur cõsequens, & ad necessariũ nũquam sequitur nisi necessarium, sicut ad verũ nunquã sequitur falsum quanuis ad falsum aliquando sequatur verũ vt probatur in 1. Priorũ. Sed in hac cõditionali. Necesse est Socratem currere si est præscitũ à Deo, antecedens est necessarium absolutè, tum quia omne præscitum est necessarium, tum quia omne ærernũ est necessariũ. Ergo Socratem currere est necessariũ absolutè.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Augustini sumpta à simili in lib. de Libe. arb. dicentis, Sicut tu memoria tua non cogis esse facta quæ præterierunt, sic præscientia non cogit fieri, quæ futura sunt.

¶Item potest ostendi per rationes ducentes ad impossibile. Si enim præsciẽtia Dei necessitatẽ rebus imponeret (sicut dictũ est) tolleret libertas arbitrij, periret cõsiliandi opportunitas, frustra bonis præmia, & malis supplicia ponerent in iustè boni præmiarentur, & mali punirentur, laus & vituperium deperiret (quia vt dicit Hieron. nemo peccat in eo quod vitare non potest) peccata nostra ad autorem bonum omnium referrentur nec speculãdi aliquid vel deprecãdi ratio vlla esset.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ propter huiusmodi difficultates duplex fuit error circa istam materiã. Quidam enim propter ordinẽ causæ ad causatum, dixerunt ꝙ cum præsciẽtia Dei sit causa rerũ, & sit immutabilis rebus necessitatẽ imponit, & ideo absoluerunt liberum arbitrium & peccatum. Et hæc positio fuit hæretica & iniqua, quia destruit bonos mores. Alij verò propter ordinẽ scientiæ ad scitum, dixerunt ꝙ conscientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis, requirit determinationẽ in re scita. Sed in futuris cõtingẽtib⁹ non est alterũ determinatè verum, & ideo de eis certa cognitio esse non potest, nisi quando sunt. Cùm autẽ Dei cognitio sit certissima & infallibilis, negauerunt Deũ de futuris cõtingẽtibus præscientiã habere, cogitates intellectum diuinũ ad modum intellectus nostri cognitionẽ accipere. Et hæc similiter positio hæretica fuit & impia, quia derogat nobilitati diuinæ. Et ideo positio vera & catholica est (q̃ Deũ honorat & bonos mores conseruat) ꝙ in Deo est certissima præscientia futurorum omniũ, nec tamen rebus cõtingentibus necessitatẽ imponit. Quomodo aũt hoc esse valeat, sic percipi potest. Manifestũ est, quod quando sunt multæ causæ ordinatę, effect⁹ vltimus non sequitur causam primã in necessitate vel cõtingẽtia, sed causam proximam, quia virtus causæ primæ recipitur in causa secunda secundum modum causæ secũdæ nam omne quod recipitur in aliquo, est in eo secundũ modũ recipientis, & non secundũ modũ recepti. Effectus enim ille non procedit a causa prima, nisi secundũ quod virtus causæ primæ recipitur in causa secũda, vt patet in fructificatione arboris, cui⁹ causa remota siue prima est mot⁹ solis, proxima verò est virt⁹ generatiua plãtæ. Fructificatio aũtimpediri potest per impedimẽtũ virtutis generatiuæ, quamuis motus solis inuariabilis sit. Similiter etiã scientia Dei licet sit inuariabilis causa omnium, effectus tamen producuntur ab ipsa per operationes causarum secundarum. Et ideo mediantibus causis secundis necessariis producit effectus necessarios, & mediantibus causis secundis contingentibus, producit effectus contingentes.

¶Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ præscientiæ, quia licet prima causa posit stabilis esse cum defectu causæ secũdæ (sicut motus cœli cum sterilitate arboris) scientia tamen Dei non potest stare cum defectu causę secundæ non enim potest esse, quòd Deus sciat simul hunc hominem currere, & ipse deficiat a cursu. Et hoc est propter certitudinem scientiæ ipsius. Ad hoc ergo quòd sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem in re scita.

¶Secunda est igitur ꝙ antequam res sit non habet esse nisi in causis suis, sed causæ quædam sunt ex quib⁹ necessariò sequitur effectus, quæ impediri non possunt. Et in istis causis habet effectus esse certũ & determinatũ, adeo ꝙ potest ibi fieri demõstratio, sicut est ort⁹ Solis, & eclipsis Solis & Lunæ, & huiusmodi. Quædã aũt sunt, ex quib⁹ sequitur effect⁹ in maiori parte, sed tamẽ deficiunt in minori. Vnde in istis causis effectus futuri nõ habent certitudinẽ absolutam, sed quanda, inquantum sunt magis determinatæ causæ ad vnũ, quàm ad aliud. Et ideo per istas causas potest accipi sciẽtia cõiecturalis de futuris. Quæ tantò magis est certa, quãto sunt causæ magis determinatæ ad vnũ, sicut est cognitio medici de sanitate iſirmi ac morte futura & iudiciũ astrologi de vẽtis & pluuijs futuris. Quædam verò causæ sunt, quæ se habent ad vtrumlibet. Et in istis causis effectus futuri nullã habent certitudinem vel determinationem. Et ideo contingentia ad vtrumlibet, in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quando iam efficiuntur in rerum

in rerum natura, tunc habẽt in seipsis esse determinatũ. Et iõ quãdo sunt in actu, certitudinaliter cognoscũt, vt patet de eo qui videt Socratem currere, quia tunc certã cognitionẽ habet de Cursu ipsius, nã Socratẽ currere dum currit, necessariũ est intellectus aũt diuinus ab æterno intuetur vnumquodq; cõtingentiũ: nõ solùm prout est in causis suis, sed prout est i esse suo determinato, nisi em hoc esset, aliter cognosceret rẽ postquam est, quàm antequã fieret: & sic ex euẽtibus rerũ aliquid accresceret cognitioni eius. At verò cognitio Dei nõ causat à rebus sicut nostra, sed potius ipsa est causa rerum cognitarũ.

¶Scientia ergo Dei cùm sit vera & perfecta, eo mõ quo res futuræ sunt, eas euenire cognoscit. Et iõ ab æterno vno intuitu vidit singula tẽpora, & cunctos hominũ actus, & rem talẽ esse in hoc tempore, & in hoc deficere. Patet igitur ꝙ præscientia Dei pfectè & inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniũtur nec tamẽ rebus cõtingentibus necessitatem imponit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus non trahit necessitatem à causa prima, sed solùm à causa proxima, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ dictum Philosophi intelligitur de eo ꝙ aliquid in actu ponit circa subiectũ, quod postquam positum est, impossibile est non esse positum. Sed verũ de futuro nisi ponit circa subiectũ quia non est verum pro præsenti, sed solùm pro futuro, & ideo nullam habet necessitatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd duplex est necessitas, scilicet absoluta & conditionata, siue respectiua. Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentiæ dicitur necessitas consequentis, quæ est ex causis necessariis. Necessitas autem conditionata est ex suppositione siue cõditione, vt dicitur necessitas cõsequentiæ. Et hæc non opponitur contingentiæ, quia non est ex causis necessariis absolutè. Nam aliquod contingens necessariò sequitur facta suppositione, vt sit ponatur quòd Socrates currit, necessariò sequitur quòd moueatur.

¶Dicendum est ergo, ꝙ actus diuinæ cognitionis transit super cõtingens (etiam si futurum sit nobis) quia ei semper est præsens, sicut trãsit visus noster super ipsum cum est præsens. Et quia omne quod est, dum est, necesse est esse, ꝙ tamen absolutè non est necessarium, ideo in se cõsideratum est contingẽs, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsam refertur secundum quod est in esse actuali, cùm æternitas omnia sint præsentia. Non enim Deus videt tantum hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri esse prẽteritam, sed videt id tempus, in quo est præsens, & rem esse præsentẽ in hoc tempore. Vnde omnino simile est, si ergo videam præsentialiter Socratem currere, quod quidẽ in se contingens est, sed relatum ad vsum meum, est necessarium. Vnde secundum distinctionem positam dicendum est, quòd præscitum est necessarium necessitate cõsequentiæ siue conditionata, & non necessitate cõsequentis siue absoluta.

¶Ad quartum dicendum, quòd infallibilitas & certitudo præscientiæ Dei, Prouenit ex hoc, quòd rem videt semper vt præsentem, sicut dictum est. Non tamen ex hoc quòd res præscitum necessitatem absoluta acquirit, sed conditionatam solùm, vt iam patuit.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ista propositio, Omne scitum à Deo necesse est esse, est duplex. Potest enim esse de dicto, & sic est composita, & est vera, quia hoc dictum est necessarium, s. scitum à Deo est verum. Vel potest esse de re. & sic est diuisa & falsa: hanc enim rem quæ ponitur scita à Deo, non est necesse fieri, quia contingenter fit. Et similiter cõlusio duplex est. Huius autem distinctionis ratio est, quia potest istud sumi secundũ conditionẽ quæ subiacet diuinæ scientiæ & hoc est secundum quòd habet esse determinatum in actu, & sic necessitatem habet. Vel potest ista res sumi sine vlla conditione, & sic non est necessarium, quia potest considerari prout est in causis suis antequam fit in actu, & ibi habet necessitatẽ, nec ibi tantum est scita à Deo futura esse, non enim scit Deus esse futurum contingentem esse determinatum in sua causa, quia esset falsa scientia, cùm in causa sua non sit determinatus.

¶Ad sextum dicendum, quòd ad hoc argumẽtum quidam sic respondent, & dicunt ꝙ hoc attecedens, scilicet esse præscitum a Deo est necessarium nec tamẽ cõsequẽs est necessariũ, quia illa regula intelligitur tantùm in illis conditionalibus in quibus antecedens est causa cõsequentis. Sed quia regula illa non ꝓbatur à Philosopho ex ratione causalitatis, sed ex ratiõe consequentiæ (secundũ quã ex necessario sequitur necessariũ, siue sit causa siue effectus) ideo aliter potest dici, quòd antecedens est necessarium, absolutè tamẽ illa res non potest subiacere diuinæ scientiæ, nisi dum est in actu secundũ quod determinationẽ & certitudinem habet, ipsam enim necesse est esse dum est. Et ideo similis necessitas inferenda est in cõsequente, vt scilicet accipiatur ipsum quod est Socratem currere secundum quod est in actu, & sic determinationem & necessitatẽ habet. Vnde patet quòd sumatur Socratẽ currere secundum hoc quòd ex antecedente sequitur, necessitatem habet. non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum quod subdatur diuinæ scientiæ, cui subiicitur prout consideratur præsentialiter in suo esse actuali: vnde sic etiam sumendum est consequens. Et hoc modo patet, quòd consequens necessarium est: necesse est enim Socratem currere dum currit.

CAP. V.

¶Vtrum prædestinatio habeat certitudinem.

POST HAEC etiam de prædestinatione restat inuestigare. 1. dist. 40. q. 3. art. vnic.

¶De qua hic ad præsens, præterea quæ dicta sunt, duplex cõsideratio erit. ¶Prima quidem, vtrum prædestinatio certitudinem habeat.

¶Secunda, vtrum necessitatem imponat.

¶AD PRIMVM ergo sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio certitudinem nõ habeat. Dicitur enim Apoc. 3 Tene quòd habes, ne alius accipiat coronam tuam. At hoc intelligitur de corona præsentis iustitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona præsentis iustitiæ, quia gratia quam quis habet, eo peccante destruitur, nec de subiecto in subiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non est alicuius in statu vitæ, nisi secundum quod est ei prædestinata. Ergo videtur quòd vnus possit accipere quod alij prædestinatum est, & sic prædestinatio certa non erit.

¶2 Præterea Greg. in Mora. dicit, quòd aliis cadentibus, in eo rum locum alij succedunt. Sed locus gloriæ non potest dici eo rum, nisi quia est ei prædestinatus, ergo idem quod prius.

¶3 Item In Psal. dicitur, Deleantur de libro vitæ, & cum iustis non scribantur. Sed non potest deleri de libro nisi quod ibi scriptum est. Cum ergo prædestinatio sit liber vitæ, videtur quòd aliquis à prædestinatione possit deficere, & ita certitudinem non habebit.

¶4 Amplius, Eorum quæ non sunt determinata, nec in se nec in causis suis non potest esse certitudo. Sed motus liberi arbi. (quod est causa ad vtrumlibet) nõ sunt determinati nec in se nec in causis suis, antequam sint. Cùm igitur effectus prædestinationis expleatur motib⁹ liberi arbit. qui sunt opera meritoria (quòd prædestinatio nullã certitudinẽ habeat.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Augustini in libro de Corruptione & gratia, * dicentis, Certus est numerus electorum, qui non potest minui nec augeri. * cap. 13.

¶Præterea, Secundo Timo. 2. dicitur, Nouit Deus qui sunt eius. Cùm ergo diuina cognitio sit certa & infallibilis (vt supra dictum est) & prædestinatio in sui ratione præscientiam includat, prædestinatio certa erit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm diuina cognitio perfecta sit, certa est & infallibilis. Et ideo non solùm numer⁹ prædestinatorũ Deo certissimus est (licet incertus sit nobis) sed etiam numerus reproborum. Sciendum tamen est, ꝙ secundum statum præsentis iustitiæ, quidam habẽtes gratiam, perdunt eam, dum in peccata labuntur, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipsorum in charitate facta, quæ sibi & aliis proderant (secundũ quod charitas omnia merita sanctorum communia facit) ipsis peccantibus, eis prodesse desinunt ad æternæ vitæ meritum, eorum aũt fructus in illis manet, qui in gratia perseuerant. Non tamen ita ꝙ eadem gratia numero quæ in vno erat ipso peccante, in alium transmutetur. Vnde secundum statum præsentis iustitiæ, nunquam Ecclesia destituitur existentibus in gratia, quia quibusdam peccantibus, in gratiã alij à Domino aduocantur. Et totum est certissimum apud Deũ, vnde Apoly p. 3. super illo verbo, Tene quod habes, &c. dicit glos. Cùm sit Deo cert⁹ numer⁹ suorum, siquis labatur, alius misericordia in locũ eius subinducitur, sicut per superbiam Iudæorũ Gentilitas subintrauit. vbi supra ad primũ, & secundum.

¶Et per hoc patet responsio ad primum & secundum argumentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd prædestinatio, dicitur liber vitæ, secundum quod in eo dicitur aliquid scribi, non solùm quantum ad præsentem iustitiam, sed etiam quantum ad futuram gloriam, & sic nullo modo potest dici aliquis deleri de libro Vitæ. Sed illud quod est ibi scriptum quantum ad præsentem iustitiam tantum, dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri, vt in eo aliquid fuerit quod postmodum non fit, sed ex parte illius qui in eo scriptus erat, in quantum scilicet ipse mutatur à statu præsentis iustitiæ. vbi supra ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, quòd contingens futurum (vt motus liberi arbit.) quamuis non sit determinatum in causa sua, prà ad est tamen determinatum in esse suo secundum quod est in quartũ. actu. Et sic subiacet certitudini præscientiæ. sicut supra dictum est de futuris contingentibus in præcedenti capite.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VI.

¶ Vtram prædestinatio necessitatem imponat.

DEINDE inuestigandum est, vtrũ prædestinatio necessitatem imponat. Et videtur quòd sic, quandocũque enim aliqua causa est tantæ virtutis ad ꝓducẽdum effectum, ꝙ impediri non potest, necessitatem & coactionẽ inducit. Sed prædestinatio (quæ est causa salutis hominũ) voluntatem Dei nominat, quæ impediri non põt. Vnde dicitur Hester 13. Nõ est qui tuæ possit resistere volũtati. Ergo prædestinatio necessitatẽ imponit. Cui rei videt attestari Apostolus Roma. 9. dicens, cui' vult miseretur, & quẽ vult indurat. Et Psal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit.

¶ Præterea, Nulla voluntas legata vel impedita ad eliciendum proprium actũ. est libera sed coacta. Sed voluntas humana per prædestinationẽ ligatur & impeditur ad eliciendum actum propriũ quod est velle, vt videtur dicere Apostol' ad Roma. 9. dum dicit, Non est volẽtis nec currentis, sed miserẽtis Dei: Interli. non est volentis, s. velle, & currentis s. currere, id est operari. Ergo voluntas humana per prædestinationem cogitur. Et sic idem quod prius. Hoc idem confirmatur per id quod dicitur Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, s. sua, vt dicit Interli. Ergo talis erit vniusquisque qualẽ vult Deus, cùm nihil possit nisi quod De' vult. Ad idem ostendendum valet id quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.

1. dist. 40. q. 4. ar. 2. ¶ Vlterius, Videtur quòd Deus sit causa reprobationis & excæcationis, sicut est causa prædestinationis, & eodem modo reprobatis necessitatem imponat.

¶ Primò per id quod dicit Apostolus 2. Cor. 4. Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, & vna glo. exponit hoc de Deo vero. Ergo ipse est causa excæcationis.

¶ 2 Ad Idem est quod dicitur Roman. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

¶ 3 Amplius, Secundũ Philosophum in Posterioribus, si affirmatio est causa affirmationis & negatio est causa negationis. Sed velle diuinum est causa quòd iste habeat gratiam, quia scilicet ipse Deus vult. Ergo videtur quòd non velle Dei, sit causa quare iste gratiam non habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda est causa obdurationis.

¶ 4 Præterea, Sicut Dicit Philosophus in secundo Physic. id quod per sui præsentiam est causa salutis nauis, scilicet gubernator, per sui absentiã est causa periculi. Sed Deus per sui præsentiam in anima est causa gratiæ, Ergo per sui absentiam est causa obdurationis.

¶ SED CONTRA, Nullus iustè culpatur vel laudatur, punitur vel remuneratur de eo quod ipsi necessitatẽ & coactionem ingerit, & cuius causa in ipso non est. Sed homo iustè laudatur vel culpatur, punitur vel remuneratẽ de his, quæ ab eius voluntate proceditur. Ergo prædestinatio voluntati hominis necessitatem non ingerit, & obdurationis causa non existit.

1. dist. 40. q. 3. art. 1. cor. post. me. ¶ RESPONDEO dicendum ad primam quæstionem, q licet prædestinatio certitudinẽm habet, non tamen, illa certitudo necessitatem saluãdis imponit, sicut enim suprà dictũ est in 1. c. Prædestinatio in suo intellectu includit præscientiã, voluntatẽ, & prouidentiam. Prouidentia autẽ quamuis sit omnium (vt dictum est) non tamen oia necessariò euenunt, sed secundum conditionem proximarum causarum, quarũ naturas & ordinẽ prouidentia non destruit, sed cõseruat. Præsciẽtia etiã non imponit necessitatem rebus, nec inquantum est causa, cùm sit causa prima, cuius conditionẽ effectus non sequuntur, sed causæ proximæ. Nec inquantum certitudinẽ & determinationẽ habet, quia illa certitudo diuinę præsciẽtię attenditur non secundũ quod res in suis causis (in quibus est vt possibile futurũ tantum) sed secũdum quod habet esse determinatũ in actu, prout est præsens, & nõ futurũ, vt suprà expositum est cap. quarto. Voluntas etiam cùm sit causa vniuersalis & prima omnium rerum, non excludit omnes proximas causas rerum. Nec hoc est insufficientia voluntatis, sed ex ordine sapientiæ ipsius, quæ effectus mediantibus aliis causis prouenire disposuit, vt sic etiam causandi dignitas creaturæ communicaretur. Vnde diuinæ voluntatis efficacia exigit, vt non solùm sit quod Deus vult, sed etiam vt hoc modo sit, sicut Deus vult illud esse. Et ita patet quòd certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

1. dist. 47. q. 1. ar. 2. ad 2. ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis Dei voluntas sit immutabilis & inuincibilis, non tamen sequitur quòd omnis effectus eius sit necessarius necessitate absoluta (quam habet res a causa proxima) sed solùm necessitate conditionata, sicut etiam de præscientia dictum est.

¶ Ad autoritatem autem Apostoli qui dicit, Cuius vult miseretur, &c. dicendum est, quòd Apostolus intendit ꝙ Deus non

prædestinat aliquem vel infundit ei gratiam coactus quasi ex necessitate naturæ, vel iustitiæ vel ex meritis præcedentibus alicuius, sed ex mera liberalitate voluntatis suæ. Et quòd ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Esau, de quibus ibi dicitur, Cùm enim nõdum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocatione dictum est ei, quia maior seruiet minori.

¶ Autoritas enim Psalmistæ non cogit dicere quòd voluntas Dei necessitatem imponat, sed quòd semper infallibiliter impleatur. Sciendum tamen est quòd Deus dicitur velle aliquid dupliciter. Vno modo propriè & sic dicitur velle aliquid cuius volũtas verè in eo est, & ꝙ sibi cõplacet. Et hic dicit volũtas beneplaciti, quæ semper in omnibus infallibiliter impletur. Et de hac loquitur Psalm. & Isa. 46. Omnis voluntas mea fiet. Alio modo dicitur velle aliquid metaphoricè, id est, per similitudinem, eo quòd ad modum volentis se habet, inquantum præcipit vel consuluit, prohibet vel permittit aliquid. Et hæc dicitur voluntas signi, quæ non semper impletur. De qua dicit Apostolus 1. ad Timot. secundo. Qui vult omnes homines saluos fieri. Cùm tamen omnes salui non fiant, sed multi damnentur. De hac etiam dicitur Matthæ. decimotertio. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub aliis suis, & noluisti.

1. dist. 4. art. vlt. cor. post princi. pium.

¶ Ad aliud dicendum, ꝙ voluntas humana per prædestinationem non ligatur, nec impeditur ad eliciendum proprium actũ sed iuuatur. Ideo autẽ dicit Apostolus, ꝙ non est volentis vel, nec currentis currere, se miserentis Dei, quia nemo potest per conatũ propriæ voluntatis consequi gratiam, vel per naturalia propria opus gratuitũ elicere sine diuino auxilio. Vnde ipse Christ' dicit Ioã. 3. Sine me nihil potestatis facere. Cui' ratio est, quia licet voluntas hominis libera sit, tamen hanc libertatẽ non habet nisi à Deo, qui est causa efficiens huius modi libertatis, Et sicut dicit in libro de Causis, Omnis causa prima plus est influens super suum causatum, quàm causa secunda, quia virt' & esse causæ secundæ totũ est a causa prima, & sic act' & operatio causæ secundæ reducitur in causam primam, cuius virtute operatur. Et per hunc modum dicit Apostolus, quòd Deus operatur in nobis velle & perficere.

¶ Ad id verò ꝙ dicitur, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, dicendum ꝙ homo trahitur tripliciter, aliquando enim trahitur violentia, sicut Susanna trahebat ad mortẽ, vt dicitur Danie. 13. & Eleazarus trahebatur ad supplicij. vt dicitur 2. Machab. 6. Et de hac tractione dicit Prou. 24. Qui trahuntur ad interitũ, liberare ne cesses. Aliquando verò trahit homo amore vel delectationibus allect', vel beneficiis ꝓuocatus, sicut trahitur puer ouo vel pomo sibi ostenso, vt dicitur. Trahit sua quenque voluptas. De hac tractatione dicitur, Oseæ. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et Canti. 1. Thahe me, &c. & Ioan. 12. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Aliquando autem trahitur timore supplicij territus, sicut trahuntur qui timẽt supplicia. De hac tractione dicitur Iacobi 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Tractio ergo ista, de qua loquitur Christus (vt ostendit glos.) non est violẽtiæ, nec necessitatis, nec inuiti, sed volũtatis & desiderij.

¶ AD SECVNDVM quæstionem dicendum, ꝙ reprobatio in suo intellectu tria includit, scilicet æternam præsciãtiam meritorum, temporalem obdurationem siue excæcationem, & finalem damnationem. Primũ, scilicet præscientia meritorum causam non habet, cùm enim Deus non accipiat cognitionem à rebus, sicut nos accipimus, sed ex ipso res intelligat & cognoscat, nullo modo res futuræ possunt dici causa præscientiæ Dei, sicut suprà in fine tertij capituli dictum est. ¶ Item, Cùm præscientia secundum propriam rationẽ non aliud dicat nisi simplicẽ notitiam futurorum, nõ importat aliquam causam, & ideo futurorum & præcipuè malorum causa esse non potest, sicut suprà tertio capit. dictũ est. Et secundum hoc reprobatio est tãtùm præscientia culpæ, sed non est causa. ¶ Secundum autem & tertium, scilicet temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem causam habent, vnã ex parte hominis per modum meriti, aliam ex parte Dei per modum iustitiæ, culpæ merito pœnam adhibentis. Obduratio enim quandoque dicitur actus voluntatis obstinatæ malo, cui pertinaciter adhæret. Et sic constat quòd obdurationis causa nõ est Deus, sed homo, sicut nec alterius actus peccati inquantum deformis est. Aliquando autẽ obduratio dicitur ipsa priuatio gratiæ, quæ etiã excæcatio dicitur: quia gratia est quoddam lumen animæ: & perfectio quæ dã habilitas ipsum ad bonum. Aliquem autem carere gratia, ex duobus contingit, tum quia ipse non vult recipere, tum quia Deus non ei infundit, vel non vult infundere. Horum autẽ duorũ talis est ordo, vt secun

vt secundum non sit nisi ex suppositione primi. Cum enim Deus nihil velit nisi bonum, non vult aliquem gratia priuare, nisi secundum quod bonum est, sed quòd aliquis careat gratia, non est bonum simpliciter. Vnde hoc absolutè consideratum, non est volitum à Deo. Est tamen bonum vt careat gratia, si eam habere non vult, vel si negligenter ad eam habendam se præparat: quia iustum est. & hoc modo est volitum à Deo. Patet ergo ꝙ huiusmodi defectus absolutè causa prima est ex parte hominis qui gratia caret: sed ex parte Dei non est causa huius defectus, nisi ex suppositione illius, ꝙ est causa ex parte hominis. Et per hunc modũ quãdoque inuenitur Deus dici causa excæcationis vel obdurationis, non quidem immittendo malitiam, sed non impertiendo gratiam: sicut nec digni sunt: vt dicit Aug. Si enim nõ necessario impertitur, in ipso est impertiri & non impertiri. vnde eius quod est non impertiri, aliquo modo causa est. Obduratio igitur ex parte hominis habet rationem culpæ: sed ex parte Dei habet rationem iustitiæ. Similiter finalis damnatio habet duplicem causam, scilicet ex parte hominis, commissionem culpæ, & ex parte Dei, illationem pœnæ.

¶ Et per hoc patet respõsio ad primas duas autoritates, quòd Deus excæcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, sed iustè subtrahendo gratiã. Similiter, obdurat quẽ vult quia non cogitur cuiquam indigno conferre. Nec est contra volũtatem Dei: sed secundum voluntatẽ ipsius, ꝙ aliquis pro merito malitiæ suæ obdũretur: inquantum obduratio dicit pœnam iusto iudicio culpæ obstinationis illatam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ effectus non sequitur nisi concurrentibus omnibus causis: sed ex defectu vnius causæ tantũ cõsequitur negatio effectus. Dico igitur ꝙ causa gratiæ sicut agens est ipse Deus: & sicut recipiens, ipia anima per modum subiecti & materiæ. Et ideo quia formæ inductæ non est causa materia neque subiectum, nisi sit tale subiectũ, ex cuius principiis fluit accidens (quale accidens non est gratia) ideo non dicitur simpliciter anima causa gratiæ, sed recipiens tantum: Deus autem est causa: dicitur tamen anima causa malitiæ. Nec oportet quòd omnis defectus incidat ex parte agẽtis, sed potest incidere ex parte recipientis. Et ita est in proposito ipsa enim anima est causa obdurationis inquantum obduratio culpam dicit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Deus quantum est in se, nulli est absens: sed homo à Deo præsente se absentat, sicut se absentat à præsenti lumine qui claudit oculos. Et ideo non est simile quod pro simili ponitur.

CAPVT VII.

¶ Quare Deus creet hominem, quem præscit esse damnandum.

VLTIMO considerandum est quare Deus facit hominem quem præscit esse damnandum. Sunt enim quidam vesani, qui Deo in hoc iniquitatis maculam imponere non verentur, dicentes eum iniquum & impium, qui opus suum facit ad intolerabiles & interminabiles cruciatus.

¶ Rationes igitur adducendæ sunt ad tantam vesaniã refrænandam, & Dei iustitiam demonstrandam. Et primò ostendendum est quòd voluntas Dei facientis hominem quem præscit esse damnandum, nõ est iniqua. Deinde ponendæ sunt rationes probabiles, quare Deus facit hominem quem præscit esse damnandum. Sciendum est itaque, quòd ratio quare Deus hoc facit, est sua voluntas: quæ causa est omnium quæ a deo fiunt: vnde dicit August. in 3. lib. de Trin. Non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis & ægritudinis, præmiorũ atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hæc igitur sola est vnde ortum est quicquid est Voluntas autem eius iniusta vel iniqua esse non potest. Ex duobus enim contingit voluntatẽ alicuius à rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione peruersa. Quæ quidem duo in Deo inesse nõ possunt Cùm sit summè sapiens ignorãtia in eum non cadit: vnde dicitur Iob. 12. Apud eum est sapientia & fortitudo: & ipse habet consilium & intelligentiam Et ideò clamat Apost. Rom. 11. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Hinc etiam Iob. 9. dicitur. Sapiens corde & fortis robore. Item cum omnis artifex naturaliter diligat opus suum, impossibile est opificẽ omniũ odire aliquam creaturam: & ideo affectio inordinata in eo esse nõ potest. Vnde dicitur Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quę fecisti, nec etiam odiens aliquid cõstituisti aut fecisti Ex his ergo apparet Dei voluntatem creatricem omniũ iustissimã fore, nec maculam aliquam iniquitatis habere. Et hoc est quod dicitur Deut. 32. Deus fidelis, & ẽsabsque vlla iniquitate iustus & rectus. Item

Abacuc. 1. Mũdi sunt oculi tui, ne videas malũ, & respicere ad iniquitatem nõ poteris. Et ideò dicit Psal. Iustus Dominus, & iustitias dilexit, quantũ ad ornatissimam affectionẽ æquitatẽ vidit vultus eius, quantũ ad perfectissimam cognitionẽ. Licet aũt Deus sit rectissimus, & nihil odiat eorũ quę fecit: dicitur tamẽ odire aliqua metaphoricè, nõ inquantũ ab ipso procedunt, sed inquantũ egrediũtur à regula rectitudinis suæ. Illud enim quod nõ esse volumus, odire dicimur: vnde cũ mala fiãt cõtra regulã rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, speciei & ordinis, vt dicit August.) ea vult non esse: & ideo malos odio habere dicitur. Vnde Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Dicitur etiã odire illos quorũ punitionẽ vult. Sic enim ad modum odiẽtis se habet. Et ideo dicit Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. Quia verò diuina voluntas est causa rerũ omnium ipsa causam habere nõ potest. Volũtatis enim causa volendi est, finis autẽ diuinę voluntatis est sua bonitas, ipsa enim bonitas Deo est causa volendi. Et ideo dicit Aug. in lib. 83. Quæstionũ, quòd volũtatis eius causa quærẽda non est: nam vt idem dicit in lib. contra Manichæos. Qui dicit quare Deus voluit facere cœlũ & terrã, maius aliquid quærit quam sit volũtas Dei: nihil autem maius inueniri potest. quamuis autem diuina volũtas causam nõ habeat aliquid creatũ: nihilominus tamen potest ei aliqua volẽdi ratio assignari, vel bonitas ipsius, vel aliquid quod ad bonitatis, vel sapiẽtiæ ipsius pulchritudinẽ ordinetur. si enim nulla posset diuinæ bonitatis ratio assignari, cogeremur in quorũdam errorẽ declinare, dicentium omnia procedere à Deo secundũ simplicem voluntatem, vt de nullo oporteat reddere rationem, quare Deus vult. Quod diuinæ Scripturæ manifestè contrariatur, quæ Deum perhibet secundum suam sapientiam omnia fecisse: secundum illud Psal. Omnia in sapientia fecisti, &c. Et Eccl. dicitur ꝙ Deus effudit sapientiam suam super omnia opera. Aug. etiam in lib. 1. super Genes. ad lit. dicit, Mouentur quidam dicentes, Cur creauit Deus quos futuros malos præsciebat? Et respõdẽs dicit, quia prouidit quod boni de malis eorum esset facturus: si enim eos fecit vt in eis relinqueret, vnde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligerẽt, illum de se laudabiliter operantem inuenirent.

* Alias nisi quia.

¶ COMPESCAMVS igitur humanam temeritatẽ, quę Deo iniquitatis maculam imponere nõ veretur, & approbantes diuinam iustitiã, assignemus aliquas rationes, quare Deus creat hominem quem præscit esse damnandum. Si igitur prima ratio talis ex parte diuinæ liberalitatis: melius est esse aliquid cum aliquo defectu, quam non esse simpliciter. Cum autem in peccatore damnãdo duo sint: videlicet natura quæ bona est, & culpa quæ mala est, non debuit Deus propter culpã subtrahere naturam, alias liberalitatem suam subtrahere videretur. Sicut videmus ꝙ bonus artifex arcã facit, quã etiam præscit aliquam maculã contractura. Et hæc ratio potest colligi ex illo verbo Apost. 2. Timot. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum nõ potest. Si autem obiciatur, quòd artifex si sciret arcam in breui combureꝺam, eam nõ faceret, respondendum est ꝙ si artifex sciret etiam in ipsa combustione suam sapientiam relucere & arcam in igne non deficere, non propter hoc se subtraheret a factione ipsius. Vnde cum Deus sciat etiam in damnatis suam iustitiam & suam sapientiã relucere (dum culpam per supplicium punit) conueniens est, vt propter hoc non se subtrahat.

¶ Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ prouidẽtiæ. Bonum enim totius est melius quàm bonum particulare. Nã bonum particulare ordinatur ad bonum vniuersale, sicut imperfectũ ad perfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potius promouere & conseruare bonum vniuersale quam bonũ particulare, aliquando propter bonũ vniuersale particulare negligere: imo aliquãdo cõtra particulare propter vniuersale facere. Sicut ad conseruationẽ Reip principes & rectores suspendũt latrones & interficiũt homicidas. Cum igitur natura humana per generationẽ propagetur & conseruetur, si Deus hominẽ damnandũ propagari vel nasci non fineret, vel animam non infunderet, ordinem generationis humanæ destrueret, & sic bono vniuersali particulare præponeret, & rectitudo suæ prouidẽtiæ cassaretur: quod pẽnitus est absurdũ. Congruum est igitur vt propter generalius bonum fiat homo etiam damnandus, Deo aliquid melius prouidente: vt dicit Apost. ad Heb. 11.

¶ Tertia ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentię & reuerentiæ simul. Nã quãto magis rector auget Rempubl. & ipsos Reipublic. cõseruatores gloriosius promouet, & potioribus donis remunerat etiã cũ supplicius aliquorũ, deprimẽdo scilicet: & cruciando eorũ aduersarios & Reipublic. destructores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantò laudabilior redditur. Cùm igitur gloriâ beatorũ augeat consideratio tormẽtorum hostium suorũ, quę ipsi Dei beneficio euaserunt, congruum fuit vt Deus etiam homines conderet quos sciebat esse damnãdos. Beatis enim accrescit gloria de perditione malorum: tum quia gaudent de vindicta eorum, iuxta illud Psalm. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Tum quia ipsi eorum supplicia euaserunt: & propter hoc in gratiarum actiones & laudem & reuerentiam exuberant Creatoris, secundum illud 1. Machab. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agimus ipsi. vnde dicitur in Psal. Lætetur mons Sion, & exultẽt filię Iudæ, propter iudicia tua Domine. Et ideo dicit Aug. super Genesim, Frustra dicitur. Non debet Deus creare quos præsciebat malos futuros: sciebat enim eos bonis profuturos: & iustè pro mala voluntate puniendos. Hanc rationẽ innuit Apost. Rom. 9 dicens Volens Deus ostẽdere iram, & notam facere potentiã suã, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitũ, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

¶ Si autem obiiciatur, ꝙ nullus debet procurare propriã reuerentiam & aliorũ vtilitatem cum dispendio aliorũ, respondendum est, ꝙ hoc verum esset, si fraudulentia, vel aliqua iniustitia cõmitteretur, sed quando iustitia nõ deseritur, sed seruatur (vt in proposito fit: sicut ostensum est suprà) semper debet bonorum vtilitas procurari.

¶ Quarta ratio sumitur ex parte diuinæ potentiæ & sapientiæ simul. Nullus enim Rex præpotens & veritatem diligens, debet occultare potentiam suam, & impotentiam simulare: ne infirmus & impotens reputetur. Item nullus bonus artifex debet occultare sapientiam suam, & ignorantiam simulare, ne insciꝰ videatur. Vnde dicitur Eccles. 20. Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui absconditsapientiam suam. Si ergo Deus non fecisset quem sciebat esse damnandum, potuisset insciꝰ & impotens reputari: & quòd plus posset malitia, quàm diuina potentia vel sapientia. Cuius cõtrarium scriptum est Sapien. 8. Sapientia vincit malitiam: attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

¶ Hanc rationem tangit Apostolus Rom. 9 cum dicit, An non habet potestatẽ figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

¶ Si autem obiiciatur, ꝙ nullus debet ostendere potentiã suã in alicuius iniuriam: respondendum est ꝙ Deus ex hoc nulli facit iniuriam, vel iniustitiã, nec homo de Deo iustè conqueri potest. nam quicquid boni habet, à Deo habet, scilicet esse suũ. Malitiam autem habet à seipso: vt suprà ostensum est. Vnde dicit Aug. super Genes. loquens de futuris damnandis, A se habent voluntatem malam, à Deo naturam bonam & iustã pœnam. Quòd autem homo de bono conqueratur, iniustum est, & ideo dicit Apostol. Roman. 9. Nunquid iniquitas est apud eum? absit. & subditur. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? Et Isa. 45. Væ qui contradicit factori suo: testa de samiis terræ, nunquid dicit lutum figulo suo, Quid facis?

¶ Si autem obiiciatur, ꝙ damnatus vellet potius nõ esse quàm sic esse, iuxta illud Matt. 26. Bonũ erat illi si non natus fuisset homo ille. ergo iniustitia fit illi: respondendũ est, ꝙ licet damnati vellent potius non esse quàm sic esse, non tamẽ absolutè vellent non esse. Nullus enim potest simpliciter appetere destructionem sui esse, propter naturalem appetitum cuiuslibet rei ad esse. Cum autem esse absolutum sit melius quàm conditionatum, non debuit Deus propter appetitum conditionum, absolutum esse cassare.

¶ Quinta ratio sumitur ex parte humanæ arrogantiæ. Si enim Deus non fecisset aliquẽ hominẽ damnandum, humana præsumptio salutem suã propriis meritis, & non Dei gratiæ ascripsisset: dum credidisset per virtutem propriam, & suis naturalibus: vel ex suis operibus se posse saluari. Hæc ratio tangitur Rom. 9. cum dicitur, Vt secundum electionem propositũ Dei maneret: non ex operibus, sed ex vocante dictum est, &c. Vnde Tit. 3. dicitur. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ad humiliandam humanam superbiam loquitur Iob 40. dicens. Nunquid irritum facies iudicium meum, & nõ condemnabis me, vt tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas, circunda tibi decorem, & in sublimi erigere, & esto gloriosus, & ego cõfitebor, quòd saluare te possit dextera tua.

¶ SVNT etiam nonnulli, qui secundum suam dementiam diuinam prouidentiam reprehendunt, dicentes, ꝙ Deus talẽ hominem facere debuit, quòd omnino peccare non posset, sequentes potius suam fatuam conceptionem, quàm diuinæ prouidentiæ rectissimã rationem. Si enim Deus creasset hominem talem quòd peccare non posset, plura inconuenientia sequerentur.

¶ Primum inconueniens est, ꝙ libertas arbitrij tolleretur, & per consequens natura, & nobilitas hominis cassaretur. Nobilitas enim hominis in hoc consistit, quòd liberam habet electionem, dum ad vtrumlibet flecti potest. Quod quidem animalia bruta quæ carent ratione, non habent, licet sensum & sensualitatis habeant appetitum. Vnde dicere, quòd Deus facere debuisset hominem qui peccare non posset: simile est ac si diceretur, quòd debuisset eum facere animal brutũ, vel aliquid aliud minus nobile. Talibus contingit sicut dicit Psalm. Homo cum in honore esset, non cognouit seipsum, comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Hominis ergo nobilitas, quam cõtulit ei Deus, est ꝙ habeat arbitrij libertatem, per quam potest ad vtrumliber flecti, habens discretionem boni & mali. Vnde dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et subditur, Ante hominem vita & mors, bonũ & malũ: quod placuit ei dabitur illi. Et ideò dicit Psalm. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, &c.

¶ Aliud inconueniens est, ꝙ meritorum & præmiorum ratio & iustitia deperiret. Nullus enim meretur de eo cuius causa & libertas in ipso nõ est. Vnde dicit Poëta. Quid meruere boues, animal sine fraude dolóve? Vnde ratio merendi ex parte nostra est in libertate arbitrij. Et cum omne præmium causetur ex merito, cui respondet: si meritum non esset, sublata libertate arbitrij, præmium non daretur: secundum illud Apostoli 2. Timot. 2. Nõ coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Ad hoc ergo vt cœleste præmium daretur homini, oportuit vt meritum præcederet causatum ex conatu arbitrij, cui tale præmium datur: sicut dicit Apostol. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, &c.

¶ Tertium incõueniens est, ꝙ bonitati & perfectioni Vniuersi detraheretur. Nam perfectio vniuersi consistit in hoc ꝙ omnes gradus bonitatis creaturæ communicabiles continet. Si autem natura humana à suo gradu translata, in altiorem per Dei prouidẽtiam mutaretur, quamuis aliquod bonum humanæ naturæ accresceret: tamen bonitati Vniuersi aliquid detraheretur, dum non omnes gradus bonitatis impleti essent, illo gradu ex quo natura humana translata esset, vacuo remanẽte. Cum autem bonum Vniuersi excedat bonum particulare cuiusque naturæ creatæ (sicut etiã bonũ gentis excedit bonũ singularis hominis, vt in 1. Ethi. dicitur) debuit Deus humanã naturam facere qualẽ fecit: scilicet quæ peccare posset: vt omnes gradus bonitatis impleret. Vndè dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.

¶ Quartum inconueniens est, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiã Deus multum laudabilis, dum per misericordiam parcit, & per iustitiam punit. Cum ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, non debeat impedire, non debuit Deus omnino impedire peccatum, faciendo hominem qui peccare nõ posset, vt perpetuo dici posset illud Psalm. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

¶ Quintum inconueniens est, quia si homini daretur ꝙ peccare non posset secundum conditionẽ suæ naturæ, arbitrij libertate seruata quædam contradictionis implicatio sequeretur. Arbitrium enim ideò dicitur liberum, quia ad vtrumlibet flecti potest: potest enim aliquid facere & non facere, & potest facere & bonum & malum. Si ergo haberet liberum arbitrium ad peccandum, & peccare non posset per naturam, duo contradictoria essent simul, quod est impossibile.

¶ Si autem obiiciatur de arbitrio diuino vel angelico, ꝙ cum sit liberum, peccare non potest: dicendũ est, ꝙ cum Deus non habeat esse causatum, vel dependens ab aliquo, secundũ conditionem suæ naturæ, deficere nunquã potest, nec quantũ ad esse, nec quantum ad rectitudinem bonitatis: & ideo peccare nõ potest. Sed quælibet creatura habet esse dependens & causatum ab alio, scilicet à Deo: & ideo secundũ conditionẽ suæ naturæ quælibet creatura deficere potest, & quantũ ad esse & quantum ad rectitudinem voluntatis. Vnde dicit Greg. ꝙ omnia tenderent in nihilum, nisi manu Conditoris tenerentur. Et ideo quibuscunque confertur, vt in bono sic confirmentur vt peccare non possint: hoc non habent per naturam, sed per Dei gratiam: per quam filij Dei efficiuntur vt quodammodo diuinæ naturæ consortes: secundum illud Psal. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.

¶ Patet

¶ Patet igitur ex præmissis, quòd omnia quæ à Deo fiunt, & bona & ordinata sunt. Et ideò dicitur Gene. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Apostolus etiam dicit Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.

PRÆDICTORVM EPILOGVS.

¶ Non posse naturaliter ab homine sciri, quare Deus in particulari hunc prædestinet, & hunc vel illum reprobet.

QVAMVIS autem superius inductæ sint rationes ad ostendendũ quòd nulla iniustitia apud Deum est, ex eo quòd facit hominem quem præscit esse damnandum: vnusquisque tamen caueat diligenter, ne nimis incautus præsumat assignare causam in speciali, quare hunc, vel hos determinatè Deus eligat, & illum vel illos non eligat. Hoc enim nullus mortalium scire potest, nisi fortè Deus vellet hoc alicui specialiter reuelare. Vnde dicit August. Cur potius hunc vel illum Deus liberet vel non liberet, scrutetur qui potest tam magnum profundum iudiciorum Dei, veruntamen caueat præcipitium. Item quare hunc trahat & illum non trahat, noli diiudicare, si non vis errare. Et Roman. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Qui enim hoc præsumeret perscrutari, Deo non præstaret obsequium, sed sibiipsi iudicium generaret: iuxta illud Prouerb. vigesimoquinto. Sicut qui mel multum comedit, non est bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria: illo scilicet disponente à cuius narratione cunctæ linguæ deficiunt. Qui & ipse consummatio sermonum existens, est Rex regum & Dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in secula seculorum, Amen.

¶ In signis angelici Docto. diuin. Thom. Aquin. de diuina præscientia & prædestinatione tractatus, per Ioann. Daniel. facræ paginæ bacchalarium Louanien. studiosissimè reuisus & correctus explicit.

¶ Laus vni & trino.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes sunt quaterniones, præter *, qui est quinquernio: & Ii, qui est vnio.

LVGDVNI EXCVDEBAT NICOLAVS GVERIN, ANNO M. D. LXXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO PRÆCLARISSIMA EXIMII MAGISTRI CHRISOSTOMI IAVELLI ORDINIS PRÆDICATORVM,

Theologi disertissimi in primum tractatum primæ partis Angelici Doctoris. D. Thomæ Aquinatis,

Incipit faustè.

QVÆSTIO PRIMA.

ARTICVL. I.

Vtrum præter physicas disciplinas sit necessarium habere alias scientias?

Necessario acceptiones.

CIRCA titulum Aduerte necessariũ. ex fine siue simpliciter, siue ad bene esse præter physicas nõ ex obiecto, sic enim metaphysica, & supernaturalis. Dicitur enim metaphisica. i. transphysica, vel superphysica. Sed ex obiecto, & principio productiuo. s. sit de rebus diuinis, & à lumine diuino immediate causante hanc notitiam, & non à lumine intellectus agẽtis aliam doctrinam. i. notitiam quæ secundum respectum ad Deum docentem, dicitur doctrina: & vt respicit hominem suscipientem eam à Deo, dicitur disciplina. Vtrum autem hac notitia sit meta fides, vel mera scientia Theologiæ, dicam infrà.

Conclusio 1.

Vnde necessarium fuit homini. &c. Ly, necessarium, in prima quæstione stat pro omnino necessario ex fine aliter homo non posset dirigere actiones suas in finem supernaturalem.

Quædam per reuelationem diuinam &c. Et aduerte quòd quædam per reuelationem formaliter, vt articuli fidei, quædam autem virtualiter i. correlariè vel deductiuè. Nam si Deus reuelauit vnum, & trinum ex consequenti dicitur reuelata productio personarum per actiones immanentes, & distinctio per sõlas relationes. igitur demonstratio. S. Tho. intelligitur vtroque modo.

Conclusio 2.

Necessarium igitur est, vt salus &c. ly necessarium, stat pro vtili, & expedienti, quoniam diuina bonitas non solùm non deficit in necessariis omnino, sed abundanter processit.

Dubium primum.

Necessarium igitur fuit præter physicas disciplinas. Contra hanc conclusionem duplex dubium consurgit: Primum quomodo sumitur ly doctrina, an pro fide tantum. & hoc non, quia in articulo sequenti quærit vtrum sit scientia, & concluditur quòd sic. Constat autem quòd fides non est scientia: vel pro scientia Theologiæ deducta ex principiis fidei, & hoc non, quia idiota non posset saluari.

Ad hoc dico quòd non sumitur pro fide præcisè neque pro scientia Theologiæ præcisè: sed pro notitia reuelata in lege antiqua, & noua siue formaliter, siue virtualiter, quæ secundum se abstrahit à fide & scientia Theologiæ: sicut animal secundum se abstrahit ab homine, & equo, & sicut animal cum determinatione varia trahitur ad hominẽ, & equum, puta per differentias suas: sic hæc notitia varia determinatione trahitur ad fidem, & scientiam. Nam si sumatur quo ad primũ ptima reuelata trãscendẽtia intellectũ nostrum quo ad hanc partem est fides, si quo ad reuelata virtualiter vt declarauimus, sic erit scientia vt videbitur in secũdo articulo. Et si quæratur secũdum quam partem est necessaria? Dico quòd non secũdum primam præcisè, nec secũdum secundam præcisè, sed secũdum primam vt continet virtualiter secundam. Vnde necesse est omnem idiotam esse Theologum virtualiter, obligatur enim credere non solum principia fidei, sed omnia, quæ deducuntur necessario ex eis: credere dico non expresse, sed implicitè.

Dubiũ secundum.

Ad argumẽta igitur patet quid dicendum sit. Nam ad primum concedo quòd non sumitur pro fide præcisè: & similiter ad secundum quòd non sumitur pro scientia Theologiæ præcisè, sed pro notitia reuelata, vt abstrahit &c. In articulo autem sequenti descendit ad hanc notitiam, non vt abstrahit: sed vt determinatur ad conclusiones deductas ex principiis primis credibilibus, & sic determinabit quòd est scientia Vnde D. Tho. doctrinaliter processit, primò quærens de doctrina sacra in sua communitate sumpta, secundo de eadem contracta ad conclusiones deductas ex principiis creditis. Secundo quia tam conclusio, quam ratio D. Thom. pro prima conclusione, videtur supponere falsum. s. quòd finis hominis, ad quem ordinatur, nempe: Visio Dei sit supernaturalis hominis ex consequẽti naturaliter incognoscibilis, quantumcunque pro præsenti statu cognoscatur natura animæ nostræ. Contra hoc fũdamẽtum arguit Scot. in primo sent quæstione prima. prologi. ibi, contra istas rationes instatur. quòd iste finis comparatus ipsi animæ est naturalis licet denominatione extrinseca dicatur supernaturalis. Patet quia est in obiecto supernaturali, quod cognoscitur modo supernaturali, idest. lumine diuino, quod acquiritur medio supernaturali, & gratia, & charitate. Quod ergo respectu animæ sit naturalis, probat dupliciter: primo quia secundũ Augustinum de prædestinatione sanctorum. Pcsse habere fidem licut & charitatem naturæ est hominum. Tunc sic, naturale est homini posse habere medium ad illum finem: nempe ad fruitionem Dei: ergo & posse habere illum finem. Ad hoc vt inquit Capr. in primo prologi, quæstone prima, ad argumenta contra secũdã (& ab eo accepit expositor) decipitur Scot. in ly naturæ: credidit enim conuerti cum naturali, quod est falsum. Nam ad hoc quòd aliquid conueniat naturæ hominum sufficit esse intellectiuum: ad hoc autem quòd sit naturale, est necesse, vt possit reduci ad actum per agens naturale. Vnde concedo quòd secũdum Augustinum est naturæ hominum posse habere charitatem. & conuenit homini vt est intellectualis ad differentiam aliorum animalium, quibus repugnat talis finis, & talia media. quia sunt naturæ non intellectualis. Non autem concedo quòd sit naturale, nec id intẽdit Augustin. Et si quæras quomodo sumitur ab Augustino, ly posse dico quòd non sumitur pro potẽtia naturali, sed pro obediẽciali, quæ dicitur non repugnãtia. Homo naturaliter appetit finem illum ergo est ei naturalis. Confirmatur, homo naturaliter cognoscit primum obiectũ intellectus esse ens, & q in Deo perfectissimè saluatur ratio entis, sed naturaliter appetit cognoscere eos, ergo & Deũ. Ad hoc dico quòd nihil cõcludit contra nos: Nam ad primum negatur antecedens sumendo finem illum secundum proprium rationem beatificam pura Deum clarè, & essentialiter visum. Nec ipsum antecedẽs probat Scot. Ad confirmationẽ concedo totum: non enim concludit aliud nisi quòd naturaliter desiderat cognoscere Deum, non tamen sub ratione propria beatifica, vt reuelatum est nobis. Tertiò deceptus est Scotus, quia credidit nullam supernaturalitatem conuenire potentiæ passiuæ comparatæ actui suo, sed tantum in ordine ad agens, per quod reducitur ad actum. Vnde vult quòd actus esse vel naturalitatem, si inclinatur in illum, vt ignis ascendere, vel violentiam, si repugnat ei vt igni moueri circulariter sub concauo lunæ: nunquam autem supernaturalitatem, nisi per respectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad agens supernaturale, si modo supernaturale reducit potentiam ad actum, nec id aliter probat. Nos autem dicimus quòd etiam respectu actus datur supernaturalitas, & est quando per talem actum vel dispositionem ad ipsum trahitur recipiens ad ordinem diuinorum entium, & super statum naturalem, Quoniam vero anima ex visione diuina, & fruitione trahitur & eleuatur ad talem statum, ideo illi beatifici actus sunt sibi supernaturales vt declarabitur diffusius in q. 89. agentes de cognitione animæ separatæ.

In responsione ad secundum aduerte. D. Thom. expresse non concludit ex sua ratione nisi distinctionem Theologiæ à scientiis physicis, propter media diuersa: consequenter tamen, & implicitè concludit necessitatem. Nam si per lumen creatum non possent haberi multæ veritates complexæ de Deo sine quibus homo se non potest ordinate in finem, ergo non solum erit alia scientia sed & necessaria. Exemplum autem de astrologo, & physico adductum est præcisè ad declarandum distinctionem, sed non ad declarandam necessitatem. Et propterea Scotus in prima q. prologi (ibi ad secundum dicitur, quòd diuersa &c.) nihil concludit contra D. Thom. Arbitratur enim quòd D. Thom. intendat concludere necessitatem ex ipsa responsione: quod non est verum principaliter, sed consequenter tantum vt diximus. Vel aliter, & meliùs: D. Thom. in articulo duas conclusiones determinauit, & in prima concluit quòd erat omnino necessaria ex fine, in secunda autem quòd erat vtilis, & non necessaria tantum, sicut in prima Ideo arguendo formauit duo argumenta, quorum primum est directè contra primam conclusionem, & ideo respondens sustinet necessitatem, secundum est contra secundam probans, quod non est necessaria, & quòd non est alia. In ratione igitur quasi concedens quòd non est necessaria, nisi sumendo necessitatem pro vtili immoratur ad declarandum distinctionem ab aliis & sic patet quòd Scotus nihil concludit contra eum, quoniam non fuit mens sua sustinere necessitatem principaliter, sed distinctionem.

ARTICVL. II.

Vtrum sacra doctrina sit scientia?

Circa titulum, Aduerte quòd cùm, ex declaratione primi articuli, sacra doctrina in se contineat principia sua, quæ pro nunc supponuntur esse articuli fidei: & conclusiones deducibiles ex eis, hic non quæritur vtrum secundum se totam sit scientia, quoniam de principiis non habetur scientia, sed solùm pro illa parte qua continet conclusiones deducibiles ex suis principiis. Item ly scientia sumitur propriè, vt distinguitur contra alios habitus intellectuales. Item sumitur ly, doctrina sacra, non tantum secundum se, sed vt recipitur in intellectu viatoris, vt sit sensus? Vtrum sacer Theologus viator ex discursu Theologico quo deducit conclusiones suas, ex articulis fidei acquirat scientiam?

Cõclusio. *Respondeo sacram doctrinam esse scientiam &c.* Aduerte quòd de ratione scientiæ abstractè dictæ, vt distinguitur contra alios habitus est, vt sit notitia conclusionis demonstratæ ex primo posteriorum, quæ demonstratio sit ex eo quod demonstrans copulat, & continuat conclusiones superiori habitui necessario, & euidenti ipsi demonstranti, vel superiori scienti, cui innititur demonstrans: qui quidem habitus, vel est habitus principiorum, vel scientia quæ supplet vicem habitus principiorum: sicut scientia Geometrica respectu perspectiuæ habet rationem principij, quoniam fidelis viator discurrens copulat conclusiones Theologicas habito superiori necessario, & ineuitabili, & euidenti non quidem ipsi viatori, sed Deo, & beatis, qui est habitus articulorum fidei, cui fidelis innititur. Ideo D. Thom tenet hanc esse veram. Sacta doctrina est scientia.

Differentia subalternantis & subalternata. *Sed sciendum quòd duplex est genus scientiarum, &c.* Aduerte quòd perfecta differentia scientiæ subalternantis, & subalternatæ, stat in hoc, quòd prima continuat conclusiones suas suis principiis vltima resolutione, in quibus videt immediatè veritatem suarum conclusionum: ita quòd non sunt resolubiles adhuc in superiorem habitum. Secunda verò cõtinuat conclusiones suas mediante aliquo habitu scientifico, & mediante ipso principiis suis, & pro quanto Inhæret tali habitui scientifico veluti principio proximo, deducit demõstratiuè conclusiones suas non quidem demonstratione potissima, sed tali, quali sufficit in scientia subalternata. Ex his sequitur alia differentia, scilicet quòd scientia subalternans requirit euidentiam suorum principiorum proximiorum: subalternata autem non, sed sufficit quòd innitatur subalternanti vt principio suo: vnde talis continuatio cum tali innixu sufficit ad causandam scientiam subalternatam. Istæ duæ differentiæ sunt communes, & necessariæ omni subalternanti, & subalternatæ. Aliæ autem non conueniunt omni. p. quòd subalternata cõtrahat subiectum subalternantis per differentiam accidentalem. Nam Deus, sua ratione Deitatis est subiectum in theologia, beatorum, & viatoris, vt dicemus infra. Similiter quòd subalternans dicat quid: subalternata, quia. Non conuenit omni, sed tantum humanæ habitæ per verum discursum, qui non saluatur in Deo, nec in beato. Non enim debet admitti quòd intellectus Dei, aut beati propriè dicat propter quid de articulis fidei, nisi in hoc sensu, quòd in diuina essentia immediate videntur veritates talium articulorum. Viator autem acceptat has veritates, quia reuelatæ sunt. Ex quibus sequitur correlariè quòd quantum ad conditiones per se requisitas Theologia nostra perfectè subalternata est Theologiæ beatorum, non autem quantum ad conditiones accidentales, siue cõmunes solis subalternãtibus physicis, & quoniam Philosophus in primo posteriorum non potuit inuestigare subalternationem, nisi in scientiis physicis, quibus tales conditiones conueniunt. Ideo solus Theologus, vt D. Tho. subalternationem absolutè attingit, sub qua constituit nostram Theologiam, remouens omnem conditionem accidentalem, sustinet eas, quæ sunt per se, & id quidè innuit in articulo, cum dicit. *Et hoc modo sacra doctrina.* q. d. non quo ad omnes conditiones, sed solum quo ad duas primas supradictas. Ex his declaratis potetis soluere omnia argumenta aduersantium, quæ recitantur à Capreol. in q. prologi, & versantur circa duas conclusiones positas in arte. Nam ferè omnes negant quòd sit scientia licet Greg. in prima q. prologi concedat quòd sit habitus creditiuus causatus ex discursu Theologico in fideli acceptanti articulos fidei. Et quia negant quòd sit scientia, negant etiam quòd sit subalternata. Igitur Aureolus, Scot. Greg. Durand. probãt quòd non sit scientia præcipuè, vt reperitur in intellectu viatorum, & quoniam eorum principalia argumenta adducuntur compẽdiosè ab expositore, & soluuntur solutionibus resolutis non discordãtibus à Capreol. ideo vide tu expositorem, & sufficit, quoniam satis clarus est. Similiter arguunt quòd non sit subalternata scientiæ Dei, quorum argumenta, & solutiones elarè sunt in expositore. Tu verò aduerte hoc solum quòd qui probant eam non esse scientiam, fundãt se super hanc propositionem falsam, Omnis scientia est ex principiis ex se notis &c. Hanc non acceptamus nisi in scientia, quæ est simpliciter perfecta, & non in subalternata, quæ vtique non est scientia nisi vt innititur superiori, & vt sic habet quandam vnitatem cum illa, & nisi habeat talem vnitatem non est scientia, & stante tali continuatione fides est sufficiens principium huius talis scientiæ, & non aliter. Item qui probant eam non subalternati, fundant se super hanc propositionem quam non acceptamus. Omnis scientia subalternata dicit quia, & subalternans propter quid, & contrahit subiectum per extranea, & se compatiuntur in eodem subiecto. Nam licet Capreol. & conformiter expositor laborent ad saluandum etiam has conditiones in Theologia virtori, tamen quoniam vt supra diximus istæ conditiones non sunt essentiales, sed tãtum duæ quas supra posuimus. Ideo gratis cõcedo quòd Theologia nostra non subalternatur scientiæ, siue Theologiæ Dei & beatorum, nisi quo ad conditiones essentiales, & hæc fuit mens D. Thom in articulo, & ideo arguentes vanè laborauerunt &c. Sed quia omnis scientia pro hoc statu causatur ex aliquo discursu, ideo declarãdũ est ex quo discursu causatur hæc scientia in intellectu viatoris. Vnde aduerte vt in metaphys. D. Tho. infra in articul. 8. ad secũdũ: Theologia nostra ad aliquã cõclusionẽ, vtitur multiplici discursu. Nam aliquãdo procedit ex propositionibus metaphysicis, vt Deus est æternus. Aliquando ex propositionibus physicis, & conclusio est physicalis, vt anima est actus corporis, cælum est incorruptibile. Aliquãdo ex probabilibus, & cõclusio est probabilis, vt Angeli sunt creati in gratia. Angeli non discurrunt. Aliquando ex propositionibus contentis in scriptura sacra & conclusio est de his quæ deducuntur ex reuelatis. Aliquando ex propositionibus sanctorum doctorum, & etiam gẽtilium, & cõclusio est ex his quæ deducuntur ex scriptura sacra. Iuxta primum discursum causatur in nobis metaphysica scientia, iuxta secundum physica. iuxta tertium opinio, iuxta quartum scientia Theologiæ, de qua conclusimus esse subalternatam, iuxta quintũ opinio de conclusione Theologiæ necessaria sed differenter. Nam quando proceditur ex autoritatibus Sanctorum, ptoceditur ex propriis probabilibus, quando autem ex dictis gẽtilium ab extraneis, secundum autem quod moderno tempore docetur Theologia vt in pluribus procedit per primũ, secũdum, & quintum discursum, & ideo non causatur in nobis scientia Theologica, vt in pluribus, quæ nũc intẽdimus nisi vtamur quarto discursu qui

Theologiam sub alternans aut subalternata.

Sciũ qua discursu causat. in intellectu.

su, qui solus est ex propriis & necessariis, quoniã reuelatum. vt reuelatum necessarium est &c.

ARTICVL. III.

Vtrum sit vna scientia sacra doctrina?

Circa titulum ly, sacra doctrina non sumitur pro Theologia in sua communitate, vt sub se continet Theologiam Dei, & Beati, & viatoris: constat enim quòd sunt plures formaliter, sed sumitur præcisè vt reuelata, & in eo sensu, quo concluditur esse subalternatam. Ly, vna non sumitur genericè, nec individualiter, sed specificè vt sit sensus: Vtrum sit vna, i. indiuisibilis in plures species, theologia, dato quòd consideret de distinctis pius quam specie. p. de Deo, de Angelo, de Christo &c.

Sed secundum rationem formalem obiecti, &c. Aduerte quòd ratio formalis obiecti duplex est, quædam est obiecti vt res est & est diffinitio obiecti, siue quidditas sua, à qua fluunt passiones propriæ, & per quam demonstratur passiones de subiecto, & dicitur ratio obiecti ex parte rei. Quædam est obiecti vt obiectum est. i. vt respicitur à potentia, & est illa, sub qua attingitur à potentia, sicut ratio obiecti visus, vt obiicitur visui, est visibile. D. Tho. accipit rationem formalem secundo modo. Nam dato quòd ratio obiecti, vt res est multiplicetur, si tamen stata thoma ratio obiecti, vt attingitur à potentia, non multiplicabitur specifice potentia, nec habitus vt patet in visu. Et ideo dato quòd alia sit ratio Dei, vt Deus est, & Dei vt principiũ theaturæ, & Dei vt redemptor quia tamen ratio, sub qua attingitur Deus à viatore in hac doctrina stat a thoma, & est adæquata. sc. reuelatio: Ideo secundum D. Tho. stat vna species specialissima scientia Theologiæ in genere scieciarum. Ex hac distinctione dicitur quòd species obiecti, vt obiectum est, non coincidunt. Illæ enim sunt species in genere rerum. Istæ autem sunt species in genere cognoscibilium. Inde prouenit quod obiectum vt res distinguitur per species sicut sapor in amarum, dulce, põticum: vt obiectum autem. i. vt attingitur à potentia, stat indiuisibilis in plures species in genere intelligibilium: quoniam illæ non multiplicantur, nisi multiplicato modo immutandi. Similiter prouenit quòd obiectum vt res, stat indiuisibile in plures species, & tamen vt obiectum multiplicatur in species, quoniam multiplicantur modi, quibus potest attingi à diuersis potẽtiis, vt idem pomum distinguitur in gustabile, appetibile, intelligibile, quoniam alia ratione attingitur à gustu, alia ab appetitu, alia ab intellectu. Stantibus prædictis videbis soluta tria argumenta Aureoli in Capreol. in primum questione prima prologi, contra tertiam conclusionem, quibus probat quòd vnitas formalis rationis pius obiecti, non sufficit ad vnitatẽ habitus vel potentiæ: procedunt enim de vnitate formalis rationis obiecti vt res est, sed non vt obiectum est. i. sub qua attingitur à potentia. Quoniam vero propositum B. Thom. intelligitur in secũdo sensu, & non in primo. Aureolus laborat in primo, ideo argumenta sua nihil valent contra nos, licet expositor adducat ea & soluat, tu tamen vide responsiones Capreol. quoniam completæ. & claræ sunt, nec expositor discedit à sensu earum.

Quia igitur sacra scriptura vsque ibi, diuinitus reuelata &c. Aduerte quòd vt recitat. Capreol. in primo quæstio. tertia prologi. Contra quartam conclusionem, adducit Aureolus quatuor argumenta, quibus probat quòd esse reuelatum, non est sufficiens causa vnitatis vnius scientiæ: & licet. vt videbis in Capr. clarè soluantur: tamen aduerte quòd illa argumenta. f. primum, tertium, quartum peccant in falso supposito: Tacite supponit enim Aureolus, quòd lumen diuinæ reuelationis se habeat ad hanc scientiam tantum, vt causans: sicut lumen intellectus agentis est merè causans scientiam humanam, sed non sic est hic: Imo diuinũ lumen, & est causans. & est ratio formalis ex parte nostra sub qua attingimus diuinam. Nam interrogatus Theologus. Quare hæc conclusio est vera, Deus Deum genuit? & Mundus factus est in tempore? respõdet quia reuelatum est sic à Deo, à quo non est falsum, quæ quidem ratio non valet de intellectu agente, quoniam lumen deficiens est. argumentum autem secundum concludit quod obiectum Theologiæ duas habet rationes formales, vnam ex parte obiecti, vt res est hæc est ratio Deitatis, sed ab ea non sumitur vnitas specifica Theologiæ. Aliter Theologia Dei, & Beatorum esset vna specie cum Theologia nostra: alia ex parte obiecti, vt obiectũ est, vt attingitur ab intellectu, & hæc est Diuinum lumẽ comparatum intellectui beato, & intellectui nostro. Illud enim est lumen clarum, hoc autem obumbratum, & quoniam sub hac ratione stat a thoma, quæ dicitur diuina reuelatio, intellectus viatoris attingit diuinam. Ideo Theologia nostra stat vna specie, sicut & Theologia Beatorum, stat etiam vna specie.

Sed contra rationem D. Thom. Expositor monet dubium, quoniam videtur cadere in æquiuocationem, nam in prima propositione, scilicet vnitas habitus confideanda est secundum rationem formalem obiecti vt res est, vnde exemplificat in colorato respectu visus: conitat autem rationem coloati esse rationem obiecti visus vt res est. In alia autem propositione in qua applicat se, scilicet, quia igitur sacra scriptura constiderat aliqua secundum quòd sunt diuinitus reuelata, & sumit rationem formalem obiecti, vt obiectum est. idest, vt attingitur à potentia. ergo in prima propositione, & in secunda æquiuocat de ratione formali, & ex cõsequenti, nulla est ratio. Expositor in sua responsione dicit quod in prima propositione ratio formalis obiecti, supponit indistinctè pro ratione formali obiecti vt res est, & vt obiectum est, licet exemplificet de colorato quod videtur importare rationem formalem obiecti vt res est, quoniam vult quòd istæ duæ rationes se consequantur conuertibiliter sicut subiectum, & passio: ideo in alia propositione potuit subsumere rationem formalem obiecti vt obiectum est. idest reuelabilitas, & non vt res est: idest, deitatem, quoniam ex deitate non potest concludi vnitas specifica Theologiæ, sic nec ex reuelabilitate, vel si ex reuelabilitate concluditur vnitas specifica quòd etiam ex deitate, quoniam vt dicit ipse, conuenientia in subiecto, conueniunt etiam in passione Hæc autem omnia sunt falsa, ergo sua responsio nulla. Ad hanc instantiam non potuit respondere nisi diuittẽdo illam propositionẽ, quam proposuerat scilicet quòd vtraq; ratio se consequatur conuertibiliter. Dicit enim quòd hæc non est, vera, nisi quando ratio obiecti, vt obiectum est adæquatur rationi obiecti vt res est, & quoniam conuertibilitas non adæquatur deitati, sed diuino lumini. potest enim aliter cognosci Deus, quàm reuelabilitate. Ideo instantia non concludit secundum ipsum. Sed non aduertit quòd sic respondendo non saluat rationem D. Thom Nam cum assumat hãc vniuersalẽ, *Vnitas potentiæ vel habitus &c.* Et secundum te non vere se consequatur conuertibiliter vtraque ratio obiecti, contra ly, ratio obiecti non supponit indistincte pro vtraque ratione, & ideo dico quod D. Thom. in prima propositione, sumit rationem formalem obiecti, vt obiectum est, & licet exemplificet de colorato, tamen non sumit coloratum secundum se, sed vt respicitur à visu, ideo adiunxit quod est obiectum visus. Non autem respicitur à visu, nisi quia est sub tali modo immutandi. purè intentionaliter: & per talem modum immutandi, sumitur ratio formalis obiecti visus, vt obiectum est: Sic intellecta prima propositione D Thom. potuit conuenienter subsumere solam rationem formalem obiecti, vt obiectum est sicut fecit, potuit etiam sic formare eam. Cum igitur scriptura sacta consideret ens diuinum, vt reuelatum &c. per ly ens diuinum insinuasset rationem formalem obiecti, vt res est, per ly, reuelatum rationem formalem obiecti, vt obiectum est, sic intellecta ratio stat in robore suo, & non est necesse cadere in responsionem expositoris, & stat litera clarior.

ARTICVL. IIII.

Vtrum sit practica?

Circa titulum aduerte quòd cum practica, & speculativa dertiuantur à praxi, & à speculatione, primo videndum est quid sit praxis, & speculatiua, deinde quid sit scientia speculatiua, & practica. Quantum ad praxim propriè sumptam quid sit, vide Scot. in primum, Quæstione quarta prologi, ibi, Dico igitur &c Ibi inuenies diffinitionem completam quamquo ad singula sufficienter declarat, & in hoc non deuiat à via nostra. Eandem definitionem desumpsit Paulus Soncinas in metaph. qõ. 2. cõformiter à Scoto, licet non nominet, Scotum, vide quem voluetis. Speculatio autem vt distinguitur contra praxim est operatio solius intellectus, nõ ordinata ad aliquã operationem alterius potentiæ ab intellectu regulandam, sed gratia ipsius scire. Dico verò ordinata quia dato quòd ordinaretur ad aliam operationem intellectus regulandam propter hoc non perdit, quin sit speculatio licet remissè. Vnde licet syllogizare sit ordinatum, ad regulandum nitellectum in scientiis acquitendis, tamen non est extra genus speculationis omnino. Scientia practica propriè est, quæ est proxima, & ex prima intẽtione regulatiua praxis. idest, operationis subiecta voluntati siue elicite, siue imperatè, dummodo quòd imperata, sit elicita ab alia potentia, quàm ab intellectu, aliter poneretur logicam esse practicam: quod est contra D. Thom. vbi supra &c. Speculatiua autem est cuius finis proximus & principalis est speculari vel scire. Vtrum autem sit scientia practica simpliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex obiecto, vel ex fine præsenti articulo est impertinens ideo pertranseo donec erimus in q.1.ar.16.

Sacra tamen doctrina comprehendit sub se vtramque &c. Aduerte quòd hæc comprehentio non est per modum congregationis, eo modo quo secundum aliquos extrema congregantur in medio, vt calidum, & frigidum in tepido, sed per modum eminentiæ: qui quomodo sit, & quàm rationabiliter id ponatur, vide Capreolum in primum Quæst. 2. prologi ad secundam rationem, contra sextam conclusionem, ibi aliter tamen & secundum mentem B Thom. &c. Expositor traxit ab eo si benè aduertas, nec est laborandum sicut ipse laborat ad improbandam opinionem eorum, qui dicunt D. Thom mentem esse quòd est comprehendens practicum, & speculatiuum per modum congregationis. Isti enim sunt rudes, & destruunt vnitatem specificam huius scientiæ, quam in præcedenti articulo determinauit, ideo vt rudes relinquãtur. Item scias quòd illam declarationem quomodo sit practica, & speculatiua non aggregatiuè sed virtualiter, & eminenter inuenies in Ioann. Bacon. in primum Sen. quæst. 4. prologi articulo quinto, & est veluti commentum viæ nostræ &c.

Magis tamen est speculatiua, quàm practica &c. Hanc conclusionem intellige sicut præcedentem. f. quòd est magis speculatiua, quam practica, non quia magis aggregatur ex speculatiua, sed quia vna existens, magis declinat ad conditiones speculatiuas eminenter, siue virtualiter: est enim de rebus speculatiuis principaliter, & sic est de practicis vt ordinat eam ad speculationem, Dei scilicet visionem. Sed contra primam conclusionem arguit Aureolus in Capr. primo quæst. prologi contra sextam, duobus mediis, quæ iam soluta videbis ex declaratione primæ conclusionis: supponit enim duo falsa. Primum est, quòd scientia, prima diuisione diuidatur in practicam, & speculatiuam, vt in differentias oppositas, quæ non possunt eidem conuenire: hoc inquam est falsissimum, quoniam illa diuisio non conuenit nisi scientiæ finitæ, & causatæ iumine finito, aliter esset necesse ponere in Deo duas scientias, vnam qua cognoscit se, & a iam, qua operatur ad extra sicut artifex. Quando vero dicit hanc esse mentem Philosophi in 6. metaphis. dico quòd Philosophus non potuit loqui de scientiis, nisi lumine naturali acquisitis, de quibus concedo talem diuisionem. Secundum est quòd credidit D. Thom. tenere Theologiam esse speculatiuam simpliciter, & practicam secundum quid, per aggregationem, quòd nos non dicimus, sed per eminentiam vt expositimus. Vnde non debemus concedere quòd sit formaliter magis speculatiua, & formaliter secundum quid practica: hæc enim sonant aggregationem, & compositionem per accidens. Sed quòd eminenter, magis æquipollet speculatiuæ, quàm practicæ. Tu itabis in hac resolutione, & virabis variam responsionem Capreol. hæc enim est magis stricta, & tuta in via nostra, à qua non deuiat Expositor.

Contra secundam. f. quòd non sit principaliter speculatiua, imo quòd sit omnino practica: arguunt Aureolus, & Gregorius in Capreol. primo q 2. prologi contra sextam ibi tertio principaliter in vno dicipitur: credit enim finem Theologiæ nostræ esse præcisè speculationem Dei in hac vita, & hanc esse mentem D. Thom. & quoniam melius est deligere Deum, & seruare mandata eius, quam speculari ipsum siue metaphysice, siue ex reuelatis, ideo concludit Aureolus quòd est omnino practica. Sed dicimus, quòd finis nostræ Theologiæ est speculatio Dei inchoata in via, & perficienda in patria, ita quòd hoc totum copulatum est finis, & non præcisè altera partium: & stante huiusmodi copulato, patet quòd nulli actus practici sunt excellentiores tali fine: supponendo pro nunc quòd intellectus sit nobilior voluntate, & ex hoc videbis solutum suum argumentum septimum, quòd magis videbatur vigere: alia autem non sunt difficilia, & diffusè soluuntur à Capreolo. Gregorius autem supponit duo falsa. Primum est quòd omnes conclusiones speculatiuæ, consideratæ in Theologia ordinantur ad praxim. f. dilectionem Dei. quod est falsum: vt patet de ista. Relationes diuinæ constituunt personas. & ista: Essentia non generat. Secundum est, etiam dato quòd omnis talis conclusio sit ordinata ad praxim: & non tantum occasionaliter, sicut accidit in proposito, aliter omnis scientia speculatiua esset practica: quoniam ex proœmio commentatoris in primo physicorum est occasio benè viuendi moraliter, & ex hoc videbis solutum primum argumentum suum, quoniam minor est falsa & probatio sua. Ideo autem concludit de proximo intento, sed non de totali fine huius scientiæ. Nam ille est, quem assignauimus contra Aureolum, scilicet illud copulatum. Potes etiam dicere quòd Sancti intendunt totam scripturam esse ordinatam ad dilectionem Dei. Sed secundum vnam partem, vt excitatiuam, & secundum aliam vt regulatiuam, & quantum ad hanc solam partem est practica. Non enim esse excitatiuam, sed esse regulatiuum optis voluntatis constituit scientiam practicam &c.

Qui finis nostræ theologiæ.

ARTICVL. V.

Vtrum sit Dignior?

Circa titulum aduerte quòd Sacra doctrina potest dupliciter considerari. Primò secundum se, prout est scientia diuina, & altioris ordinis quàm quælibet scientia humana. & sic D. Thom. non quærit hic vtrum sit dignior: quoniam constat q̃ sic. cum sit quædam participatio diuinæ scientiæ, vt D. Tho. dicit in articulo tertio, ad secundum, quòd est quædam impressio diuinæ scientiæ, & potest dici sigillata à Deo in intellectu viatoris. Secundo prout determinauit in articulo præceden. q̃ est pract. & specul. &c. quærit hic vtrum sit dignior. poterat enim quis dubitare, vtrum vt speculatiua sit dignior omni alia purè speculatiua, & vt practica licet secundum quid sit practica, tamen sit dignior omni simpliciter practica, &c.

Secundum certitudinem quidem &c. Aduerte quòd B. Thom. non sumit certitudinem quo ad nos, nam sibi contradiceret: concluderet enim in articulo secũdo: quòd sacra doctrina procedit ex principiis reuelatis, quibus credit, sed sumit certitudinem secundum se, vt etiam innuit in responsione ad primum. Etsi initas, quòd ergo non est scientia, quoniam secundum Philosophum in primo physicorum, innata est nobis via procedendi à notioribus nobis, ad notiora naturæ. Respondeo quòd hoc est verum dummodo non tradantur nobis principia à superiori, & infallibili scientia. Nam & perspectiuus non procedit à sibi notioribus: vel dicendum quòd Philosophus intendit de scientia perfecta, qualis non est scientia subalternata vt supradiximus.

Practicarum vero scientiarum illa dignior est, quæ ad vlteriorem finem &c. Aduerte quòd B. Thom. fundat se in ratione dictum hi losophi in primo Ethicorum, lectura prima, ibi: In omnibus itaque architectonicatum &c. vbi Philosophus comparat adinuicem artes practicas subordinatas, & non abiit ete siue disparatè sumptas: nam eum in il is inferior ad superiorem sit ordinata, contat q̃ maior nobilitas est in suprema. In disparatis autem non oportet: nam nobilius est depurare aurum quàm facere nauem: quoniam sculptiua cui deseruit depuratiua auri non subordinatur ad sculptiuã vel figuratiuam, sic, & tu intelige propositionem D. Thom. in subordinatis tantum &c.

Finis autem huius doctrinæ inquãtum practica, est beatitudo æterna. Aduerte q̃ cùm apud B. Tho. beatitudo sit speculatio. quia est actus intellectus: finis autem practicæ sit operatio alterius potentia ab intellectu, vt supra diximus: hæc propositio non debet exponi de fine intrinseco, sed extrinseco i visione Dei, ad quem Theologia etiam vt practica ordinatur vt dictum est in arti. 4. ibi, in quibus autem. Ad quam vt ad vltimum finem ordinantur omnes alij fines scientiarum practicarum. Aduerte q̃ D. Tho fundat se super dictum Philosophi in Primo ethicorum lect. 2. Ibi. Videbitur autem principalissima &c. vbi Philosophus declarat quomodo ad scientiam nobilissimam practicam summum bonum spectat: sub speciali ratione. Item aduerte quòd dicit omnes fines aliarum scientiarum. q. d quantum sit ex parte scientiarum, non autem sem per quantum sit ex parte operãtium: nam multi vtuntur artib. practicis, & scientijs non in ordinem ad veram beatitudinem, benè ad beatitudinem, quam inordinatè sibi constituunt. Hæc tamen est vera quòd omnes scientes practici operantur propter beatitudinem veram vel æstimatam &c.

ARTICVL. VI.

Vtrum sit Sapientia?

Circa titulum ly, sapientia, sumitur pro scientia, quæ est honorabilissimorum entium, & caput omnium scientiarum, & ordinatiua, ac iudicatiua de aliis, has enim conditiones attribuit sibi Arist. partim in proœmio Metap. partim in 6. Ethicorum, ibi, & quidem causant has &c.

Hæc doctrina maximè scientia est &c. vsque ibi, sed secundum &c. Aduerte quòd B Thom. in hac cõclusione respõsiuè innuit distinctionem de sapietia in genere, & sapietia si pliciter, quam habemus ex Arist. 6. Ethicorum ibi, Sapientiam autem in artibus certissimis &c. & ibi. esse autem quosdam sapientes &c. Tu vide eum, scias igitur quòd sapientia in genere est quæ cõsiderat primas causas alicuius gẽris, vel in aliquo artificio. simplr autẽ est, quæ cõsiderat primas causas totius entis, & hæc est Metaphy

metaphysica secundum Aristote. Sensus igitur cõclusionis est quòd Theologia est magis sapientia, quàm quæcũque humana sapientia in genere, & etiam quàm Metaphysica quæ dicitur simpliciter sapientia &c.

Sacra autem doctrina propriissime considerat de Deo &c. Aduerte duos terminos: ly propriissime, & secundum quòd altissima causa. Nam in his intendit differentiam inter Metaphysicam & Theologiam, & possunt malè & benè intel igi, malè quidẽ si pessly, propriissime, intelligatur quod Theologia considerat prædicata diuina nõ solum communia in Deo, & alijs abstractis, sed etiam propriissima. Metaphysica autem tãtum communia, hoc enim est falsum; quoniam esse finem extrinsecum vniuersi, & esse actionẽ eius, & esse penitus independẽs in omni genere causæ sunt propriissima Dei, & tamen inuestigata sunt in 12. Metaphysices.

Item si ly, secundum quòd est altissima causa &c Dicat. rationem formalẽ obiecti in hac scientia malè intelligitur; si ly propriissimè intelligatur quo ad conditiones proprias, & particulares. p. quòd est finis totius vniuersi vniuersalis, sed naturæ intellectualis sub particulari ratione. p. vt clarè visus. Similiter quòd cum independẽtia stat productio personarum in Deo, similiter quòd ex actione sua immanenti producũtur verbum, & amor. Nam has conditiones sola Theologia reuelata attingit, & ideo benè dicit ad differentiam Metaphysicæ humanæ quæ propriissimè de Deo considerat. Item ly, secundum quòd est altissima causa, debet intelligi consequenter. Nam quia Theologus considerat Deum, vt Deus est, & à deitate prouenit altissima, vt vniuersalissima causa, & inimius quàm Metaphysicus, quoniam ipse non considerat Deum, vt subiectum nec Deum sub ratione Deitatis.

ARTICVL. VII.

Vtrum Deus sit subiectum in hac scientia.

Circa titulũ aduerte quòd hæc propositio: Deus est subiectum &c. Dupliciter potest intelligi: primò abstractè id est, non descendendo ad aliquam rationem particularem Dei & sic communiter conceditur quòd est subiectum in hac scientia. Denominatur enim Theologia à Deo, sed hæc assignatio subiecti in scientia est confusa & non sufficit. Secundò determinate id est, assignando rationem formalem ex parte Dei, & non solùm ex parte nostra: hæc enim est reuelabilitas vt diximus in articulo tertio, & sic est varia opinio sub qua ratione sit subiectum, & in hoc sensu D. Tho. formal articulum

Ad cuius notitiam aduerte, vt bene notat Scot. in primo q. 3. prologi, ibi ex his directè respondeo ad secundã quæstionem &c. quòd Deus potest quadrupliciter intelligi. primò sub prædicato respectiuo ad extra, vt Deus inquam & primũ mouens in quantum creator, in quãtum prouisor, in quantum redemptor. Secundò sub prædicato habente modum qualitatis, & passionis vt Deus inquãtum bonus, vel iustus. Tertio sub prædicato communi vt Deus in quantum ens primum, actus simplex &c. Quartò sub ratione formali quidditativa vt Deus inquantum Deus vel sub ratione deitatis, quæ est ratio formalis Dei vt res est: quærit igitur B. Thom. vtrum Deus sit subiectum in hac scientia, sub sua ratione formali quidditativa, an in primo vel in secundo, vel in tertio sensu.

Subiecti conditiones.

Proprie autem illud assignatur obiectum alicuius habitus vel potentiæ &c. vsque ibi vel habitus. &c. Aduerte quòd B. Thom. in primo tertiarium Quæst. prima prologi articulo quarto assignat tres cõditiones subiecti. f. vniuersalitatẽ, prædicationẽ, distinctionem, & principalitatẽ vt videre poteris & sic videtur inuere illic, quòd omne subiectum in scientia debet esse aliquod commune sub se continens inferiora. nec ideo prædicatur. vnde illic ex hac conditione posuit eos reuelabile diuinum vel reuelatum, esse subiectum in Theologia, sed in præsenti articulo melius considerans, aduertit illam conditionem non esse necessariam, sed tãtum hanc, quòd omnia considerata in scientia habeant habitudinem ad ipsum & sic dimisit illam. Ex quibus sequitur quòd licet obiectum vniuscuiusque potentiæ, sit aliquid commune, non tamen hoc est necesse de obiecto scientiæ, potest enim esse aliquod non multiplicabile vt Deus. Et si dicas quare ergo B. Tho. loquitur de obiecto & de obie&o potentiæ vniformiter. Dico quòd illa vniformitas per se non intenditur nisi quo ad hãc conditionem, obiectum potentiæ est illud, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, & hæc eadem salvatur necessariò in obiecto cuiuscũque scientiæ. illa autem communitas nõ est necessario requisita &c. Vnde sequitur quòd Deus verè sit subiectum scientiæ sub ratione Dei. Aduerte q̃ hæc cõclusio impugnatur à Gregorio, cuius tria argumenta, licet petant idem, soluuntur & formantur à Capreolo in primum Quæst. 1. prologi post solutionem argumentorum Aureoli contra S. Tho. Quoniam autem Capreolus clarè soluit, nec alio modo sciuit soluere expositor, ideo tu vide Capreolum: sed aduerte quòd cum Capreolus se resoluat ad hoc, quòd licet Deus sit subiectũ Theologiæ nostræ sub ratione Deitatis, quæ est ratio obiecti vt res est, tamen contrahitur per rationẽ reuelabilitatis sub qua tantum cognoscuntur à nobis, & ideo non sequitur quòd possimus cognoscere omnia cognoscibilia à Deo, propterea postquam solueris argumenta Gregor. tu solues argumẽta Aureoli in Primũ Quæst. 4 prologi contra quintam, & sextam quæstionem in Capreolo in quibus probat quòd reuelabile non potest esse ratio formalis obiecti huius scientiæ. Non adduco illa quoniam Capr. ibi clarus, & sufficiens est.

Cum tota scientia virtute continetur in principijs &c. Aduerte quòd in hac continentia virtuali differentias est inter Scot. & B. Tho. Nam Scot. in pr. q 3. prologi ibi, secundo dico quòd ratio primi subiecti est &c. Dicit quòd conditio necessaria requisita ad hoc, quòd aliquid sit primum, id est, adæquatum subiectum in aliqua scientia est, vt in se ipso, id est, in sua ratione diffinitiua contineat virtualiter, sufficienter & simpliciter omnes veritates pertinentes ad talem scientiã id est, quòd ratio subiecti sit adæquata, & sufficiens causa, per quam probentur propriæ passiones, inquantum sunt propriæ huius vel illius. & quotiã quælibet species disparata habet proprias passiones, quæ nõ continentur in ratione alterius species, imo repugnant sibi, sicut propriæ passiones hominis, repugnãt asino. Stante illa continentia virtuali requisita, secundum ipsum, ad subiectum scientiæ, tenet consequenter quòd duarum specierum disparatarum, sunt duæ scientiæ specificè distinctæ & sic tot sunt Geometriæ specie distinctæ quod sunt species figurarum: quoniam secundũ ipsum figuratiua Geomet. sumpta nõ continet adæquatè & sufficienter quæstiones demonstrabiles de etiãgu o, vt distinguitur à quadrato: sed B. Thom. qui tenet quòd non solùm duarum specierum disparatarum, sed distinctarum genere, in rerum natura est vna scientia specie vt diximus supra in articulo tertio, dummodo stet ratio obiecti vt obiectum & tenet hanc continentiam esse conditionem requisitam ad primum subiectum scientiæ nõ adæquatæ sufficienter &c. vt exposui de Scot. sed radicaliter tãtum. id est vt prima & vniuersalis radix, puta q̃ in numero qui est subiectum Arithmeticæ cõtineantur vniuersaliter omnes passiones specierũ numeri vt in tertio fundamento: id est, adæquato tamen cuilibet speciei. & quoniam ratio numeri vt numerus est, non est sufficiens, & adæquatum medium ad probandum passionẽ binarij, vt distinguitur à ternario, ideo est necesse si numerus debet continere sufficienter & proximè veritatem huius quæstionis, binarius est primo par. quòd contraharet per differentiam ad ipsum binarium, & tunc est verum quod numerus cõtractus ad ipsum binarium continet virtualiter, adæquatè & proximè veritates binarij. Idem dico contractus ad quamlibet aliam speciem numerorum, sed hæc continentia non est necessaria, secundum B. Thom. in subiecto primo alicuius scientiæ: sufficit enim illa communis radicalis. Aduerte tamen quòd nec ab illa, nec ab ista continentia pendet vnitas specifica scientiæ, sed à ratione formali a thoma obiecti vt obiectum est, vt determinauimus in tertio articulo Scot autem vbi supra duplici medio probat intentum suum primo sic,

Propositionum immediatarũ differentia.

Obiectum primum continet propositiones immediatas, nam talium propositionum subiectum continet prædicatum, ex consequenti euidentiam totius propositionis, propositiones autem immediatæ conclusiones continent, ergo subiectum propositionum immediatarum continet omnes veritates illius habitus.

Ad hoc dico quòd propositiones immediatæ sunt duplices: quædam primæ vt diffinitio lineæ & numeri, quædam proximæ vt definitio trianguli binarij &c & ex primis non concluditur passio specifica de subiecto specifico vt patet, sed bene ex primis quãdo sunt cõuertibiles cum subiecto. Ex his dico ad argumentum quòd prima propositio est falsa de propositionibus immediatis proximis, de quibus intendimus quòd ex his deducuntur passiones specificæ. Si autem Scotus intendit de immediatis non proximis cõcedo eam, sed nego secundam, quoniam in eis non continentur conclusiones specificæ, nisi sint in prima, & communi radice &c.

Secundo sic, primum obiectum id est, adæquatum, se habet ad habitum, vt causa adæquata ad effectum: sed non est causa adæquata nisi contineat virtualiter totum effectum: ergo &c.

Ad hoc nego maiorem si stat obiectum primũ in sua com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munitate: quoniam vt sic non adæquatur quæstionibus specificis, sicut figura non adæquatur triangulo. ex consequēti ratio figuræ non est adæquatum vt sufficiens medium ad concludendam proprietatem triangli de triangulo, si autem contrahatur ad speciem: concedo quòd se habet ad habitum non secundum se totum, sed pro hac, vel pro illa quæstione vt causa adæquata, sed apud nos obiectum sic cōtractum non est primum obiectum in scientia, quæ specie est vna, imo in sua communitate sumptum, dummodo sub vna ratione formali vt est obiectum attingatur ab intellectu nostro: & quoniam Sco. non consideratæ hanc duplicem rationem de qua locuti sumus in articulo tertio, ideo deceptus est in vnitate specifica habitus scientifici.

ARTICVL. VIII.

Vtrum sit argumentativa?

Circa titulum Argumentativa ideſt, ſufficienter probativa quæſtionum ſuarum & ſolutiva oppoſitarum, neque enim vera ſcientia eſſet, ſi non poſſet ſufficienter ſoluere ſignum enim veritatis eſt ſolutio dubitatorum. Hæc doctrina non argumentatur ad probanda ſua principia, quæ ſunt articuli fidei, &c. Aduerte quòd ly, ſua principia probanda, intelligendum eſt demonſtratiuè quoniam conſtat q. B. Tho. & alij. & Auguſt in lib. de Trinitat. conantur declarare rationibus perſuaſuis Trinitatem eſſe in Deo, & quòd incarnatio, eſt poſſibilis, & plures alios articulos, & quòd nullus articulus implicat contradictionem, cum hoc tamen ſtat quòd ſint principia: quoniā ex eis, vt ex principijs Theologicis deducit quæſtiones ſuas diſcurſu Theologico, & per hoc videbis ſolutum primū, ſecundum, tertium, quartum argumentum Aureoli, qui probat, articulos fidei eſſe quæſtiones, vide ea in Capre. primo q. 1. prologi contra quintam queſtionem. Quintum ſuum argumentum, fundatur ſuper illud primæ Petri. 3. Parati reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide, & ſpe ſed reddere rationem de fide non poſſumus niſi probando articulos fidei quæ ſunt quæſtiones, & non principia. Ad hoc dico quòd per ly: rationem, B. Petrus non intendit probationem articulorum fidei per medium naturale vt Aureolus arbitratur, ſed per medium diuinum quod eſt eſſe reuelatum, q. d. ſiquis petat a nobis quare tenemus Deum eſſe incarnatum, parati ſimus reddere rationem, quia reuelatum eſt a Deo, a quo non poteſt eſſe falſum. & hæc eſt ratio optima, quoniam vt diximus in 3. artic. lumen diuinæ reuelationis eſt ratio formalis ex parte noſtra ſub qua attingimus tradita in hac ſcientia:

Locus 1. Petri 3. explicatur.

Si vero aduerſarius nihil concedat &c. vſque ibi, contra fidem &c. Aduerte quòd ideo non habet viam ad probādum, quia probatio debet eſſe ex euidentiori & notiori & certiori, & ideo ſi non cōcedat argumētū, non eſt via ad probādū, ſed tantum habet viam ad reſpondendum: quia reſpōſio non requirit talem euidentiam, qualem probatio, ſed ſufficit oſtendere quòd probatio vel medium aſſumptum non cogit intentum meum, dato caſu quòd neſciam ſuum oppoſitum eſſe verum. Et hoc modo vt in plurimum doctores ſoluunt rationes contra fidem, quæ quidem ſolutiones licet non ſint ſemper ex cræditis, poſſunt tamen eſſe Theologicæ, quia aliqua latitudo ſtat in ſolutionibus, quæ non ſtat in diſcurſu Theologico quoniam vt diximus. probatio requirit euidentiam vel acceptationem alicuius principij. Solutioni autem ſufficit euidentia, vel oſtenſio per diſtinctionem, aut alio modo quod medium aſſumptum non cogit intellectum &c.

Argumenta omnia contra fidem ſolubilia ſed nō omnia.

Cum enim fides infallibilis veritati innitatur &c. vſque in finem Aduerte quò omnes credentes fidem eſſe veram, & vero conſonat verum, iudicant omne argumentum contra fidem eſſe falſum, & per conſequēs ſolubile, non tamen omnes poſſunt ſoluere, ſed qui exercent ſe ad inueſtigandum defectum, & ſic exercent ſe doctores: & B. Tho non dicit quòd ſciant ſoluere, ſed quòd ſciunt eſſe ſolubilia, eo quòd firmiſſimè teneant oppoſitum eſſe verum, quia a Deo reuelatū, vnde dato quòd Theologus vt Theologus ſit potens ad ſoluēdum, non tamē hic, vel ille, & propterea non demonſtrat. Venit aliquod argumentum fieri contra fidem, quòd nullus ſignatus Theologus poſſet ſoluere, quoniam forte pro aliquo tēpore nullus habet completè habitum Theologæ ſicut & ſentit Holcot. in 1. ſententiarum in illa q. v. Creator generis humani: in ſolutione argumenti.

Vtitur tamen ſacra doctrina, & ratione humana. &c. Aduerte quòd licet B. Thom. in proſecutione reſponſionis, non nominet gradum in quo debeat locari probatio ſumpta a ratione humana, tamen debent locari in extranea: ſic vt locauit authoritates philoſophorum, ſunt enim eiuſdem ordinis, quia ſub lumine naturali, licet alterum vt neceſſarium, alterum vt probabile: lumen autem naturale eſt extraneum a ſcientia reuelata vt reuelata. Autoritas autē ſanctorū & ſacrorū doctorū, ſacræ ſcripturæ ideo locantur inter propria, quia ſunt ſub lumine diuino. Nam Spiritus ſācto inſpirati, loquuti ſunt ſancti homines Dei, non tamen pro æquali gradu, & ideo B. Thom. diſtinxit ens in neceſſarium & contingens. Sed dices cur doctores Theologiæ: tantum immorantur in rationibus naturalibus: & præcipuè B. Thom. ſi ſunt extraneæ ab hac ſcientia. Reſponſio eſt, vt condeſcendant imbecillitati noſtri intellectus, qui naturaliter ex his aſcendit ad diuina, & iſte modus eſt ſibi naturaliter inditus, vt oſtendat ſapientibus ſeculi, quòd hæc non ſunt adeo repugnantia intellectui vt ipſi exiſtimant, imo quòd conſona ſunt, & nullum inrationabile continent ſic vt B. Thom. in quatuor lib. contra Gentiles conatur oſtendere, & B. Auguſtin. in libro de Trinitate.

Natura rationis quare Deo. fidem confirmet.

ARTICVL. IX.

Vtrum debeat vti metaphoris?

Circa titulum, aduerte primò quòd metaphora propriè ſumpta non verificatur de eo de quo dicitur ſecundū proprium ſignificatum: ſed ſecundum aliud ſimile tantum. Aduerte ſecundo quòd cum Ariſt. in Secundo poſteriorum in tractatu qui incipit ſi autem diſputa &c. in metaphoris &c. prohibeat diſputationes, & diffinitiones per metaphoras primo aſpectu videtur inconueniens hanc nobiliſſimam ſcientiam Dei, vti metaphoris, & ideo B. Thom. notanter mouet articulum vt oſtendat quòd, licet. id ſit vitium in ſcientiis hūanis non tamen in hac &c.

Metaphora vtitur ſcriptura neceſſario.

Conueniens eſt ſacra ſcriptura &c. Aduerte quòd ly: conueniēs non debet interpretari ſolum pro vtili communiter ſumpto. ideſt, pro eo, quod ſolum confert, ſed pro neceſſario, non quidem ſimpliciter dicto, ſed prout illud ſine quo cum maxima difficultate aliud conſequimur, vel ſaltem pauci, poteſt dici neceſſarium vt etiam diximus in primo articulo pro ſecunda quæſtione: & hæc expoſitio conſonat dicto Dionyſij quòd aſſumitur in probat. Nam impoſſibile non eſt correſpondens ly: conueniens communiter dicto, vt patet. Accepit autem Dionyſius ly: impoſſibile non ſimpliciter dictum ſed eo modo, quo etiam diximus de neceſſario. Item hæc expoſitio conſonat reſponſioni ad primum vbi dicit, quod non ſolum propter vtilitatem, ſed etiam propter neceſſitatem: vtitur metaphoris &c.

ARTICVL. X.

Vtrum contineat plures ſenſus?

Circa corpus aduerte *In cuius poteſtate eſt vt non ſolum voces &c.* ſed & res ad ſignificandum. Aduerte quòd B. Tho. videtur ſentire eſſe proprium ſolius Dei accōmodare res ad ſignificandum, & non ſolum voces quod quidem eſt verum, ſi ſumātur res vniuerſaliter tractatæ, conſiderandæ in aliqua ſcientia, qualis eſt hæc ſcientia. Nam ſi ſumantur res ſpecialiter non inconuenit, quòd etiam homo accōmodet rem a ſe factam ad ſignificandam aliam, ſic vt illi, qui dicant amico ſuo cum fecero tale quid & ad te miſero. intelliges hoc vel illud ſignificare per ipſum. Ex his ſequitur correlatiuè quòd non inconuenit authorem alicuius ſcientiæ humanæ, in aliquo tradito poſſe exponi multiplici ſenſu, licet non quo ad totam doctrinam niſi forte conſtet quòd totam doctrinam ſub metaphoris velauerit, vt philoſophi primi tractantes diuina: neque enim metaphora eſt intenta vt primum ſignificatum. Potes etiam dicere quòd nec vniuerſaliter, nec particulariter homo poteſt accommodare rem ad ſignificādum ex proprietate rei, quoniam non eſt author rei quo ad ſubſtātiā neque naturalis, nec artificialis &c.

Non eſt inconueniens vt dicit Auguſtinus &c. vſque in finem. Aduerte quod idem tenet in quæſt. de potentia q. 4. art. 1. ibi omnis veritas, quæ poſt diuinæ ſcripturæ. Tu tamen nota quòd vna litera non conprehendit plures ſenſus literales, æque primò intentos ab authore, ſed quodam ordine ita quòd primo intentus eſt vnus, qui ſimpliciter eſt literalis, & de hoc intendit B. Tho. in reſponſione ad primum cum dicit: Cum omnes fundentur ſuper vnum, a quo ſolo. ſ. literali poteſt trahi argumentum quòd vero B. Thom. ſentiat hos ſenſus comprehendi quodam ordine manifeſtat in q. de potētia q. quarta. vbi non eſt incredibile Moyſi: & illic dicit quòd ſub vna ſerie literæ. ideſt, ſub quodam

quodam ordine deſignātur plures ſenſus, qui ſunt ſenſus authoris quis autem ſit primo intentus, ab authore quærendum eſt alio loco ſcripturæ, vt innuit B. Tho. in reſponſione ad primū quòd ſi nō poteſt haberi propter multitudinem expoſitionum, recurrendum eſt ad caput eccleſiæ vt caput eſt.

QVÆSTIO SECVNDA.

ARTICVL. I.

Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum?

Circa titulum, aduerte quòd ly per ſe notū, conuertitur cum ly: per ſe euidens & ly: per ſe euidens conuertitur cum propoſitione immediata. Nam vt inquit Philoſophus in primo poſteriorum immediata propoſitio eſt, qua non eſt altera prior per quam ſ. fiat euidens ſeu demonſtretur. Intendit ergo B. Thom. vetrum hæc propoſitio Deus eſt, ſit ex ſe ipſa & immediate euidens.

Et ex hoc enim aliqua propoſitio eſt per ſe nota &c. Aduerte quòd propriè loquendo D. Thom. non intendit hanc eſſe propriè diffinitionem propoſitionis per ſe notæ, quoniam definitum eſſet in plus. Nam ſtat plures propoſitiones eſſe ſufficienter euidentes, ſine alia & tamen prædicatum non eſſe de ratione ſubiecti vt quando negatur prædicatum a prædicato. Nec enim quantitas eſt de ratione ſubſtantiæ, ſic vt ſunt propoſitiones notæ ad ſenſum, vt totum eſt maius ſua parte, & ſic de aliis maximis mathematicis & in naturalibus ſicut iſta. Motus eſt. Ignis eſt calidus. Nam licet prædicatum non ſit de ratione ſubiecti, vanè tamen demonſtrarentur cum ſint notiſſimæ. Dicendum igitur eſt quòd B. Thom. intendit aſſignare cauſam, per quam infallibiliter ſit propoſitio per ſe nota, & eſt quando prædicatum eſt &c. Non tamen intendit hanc ſolam eſſe vt declarauit. Eſt tamen hæc cauſa talis conditionis quòd quotiens ponitur, redditur propoſitio per ſe nota, ſicut eſſe ſenſitiuum infert infallibiliter eſſe vegetatiuum, non tamen adæquatè, ſtat enim eſſe vegetatiuum ſine ſenſitiuo.

Deſcriptio quo tuplex.

Contra hanc propoſitionem arguit Aureolus, ſed nihil valent ſtante declaratione prædicta argumenta Aureoli. Credit. enim B. Thom. hīc definite propoſitionem, per ſe notam vel ſaltem adducere cauſam adæquatam quod non eſt verum, & ideo poteſt concedi quòd omnes propoſitiones, quas adducit, ſint per ſe notæ quatenus non poſſunt intellectui per euidentiores declarari, ſed ſufficit ſenſus, vel experientia.

Gregorius quoque arguit, & conatur deſtruere cauſam adductam a B. Thom. arguens quòd dantur plures concluſiones in quibus prædicatum eſt de ratione ſubiecti, & tamen non ſunt per ſe notæ, ſed decipitur quoniam credit non dari propoſitionem per ſe notam niſi ſit nota cuilibet potenti vti ratione, ſic enim ipſe definit in primo d. 2. Quæſt. 2 propoſitionem per ſe notam. Vnde apud ipſum propoſitio per ſe nota in ſua maxima vniuerſalitate ſumpta conuertitur cum communi animi conceptione: ſed apud B. Thom. vt patet in articulo hoc eſt falſum aliter non poſſiſſet diſtinctionem propoſitionis per ſe, in ſecundum ſe, & quo ad nos, & ideo fantaſia Gregorij apud nos nihil eſt.

Propoſitio eadem vni nota & alteri ignota.

Propoſitio quidem quantum ſit in ſe erit per ſe nota non tamen &c. Aduerte quòd B. Thom. ex hoc innuit eandem numero propoſitionem poſſe eſſe per ſe notam vni, non alteri: vel ſecundum ſe, non tamen viatori. quam quidem identitatem intellige quo ad terminos, non autem quo ad conceptum vel conceptus. Nam ſi ijdem conceptus eſſent in omni intellectu, talis propoſitio eſſet omni vel nulli cognita, & quoniam ex terminis & re ſignificata propoſitio habet identitatem materialem ſeu ly: eandem propoſitionem quoad identitatem materialem, ſed non quo ad formalem. Etenim ſi quæras vnde eſt quòd propoſitio habens duos cōceptus ſecundum vnum eſt per ſe nota, & non ſecundum alterum. Reſpondeo quòd hoc prouenit quia contingit alterum iſtorum conceptuum eſſe ex propriis, & intrinſecis rei ſignificatæ: alterum autem eſſe ex extrinſecis, vel a poſteriori, & ideo intellectui habenti primum conceptum erit euidens, nō autem habēti ſecundum. Hinc eſt quòd Deum eſſe eſt per ſe notum Beato non autem viatori ex his videbis ſoluta duo argumenta Aureoli in Capreol. d. 2. quæſt. 2. contra ſecundam.

Dicitur quod hæc propoſitio Deus eſt &c. vſque ibi in finem articuli. Aduerte vt diximus quòd ly: hæc propoſitio debet intelligi quo ad identitatem materialem, & non quo ad formalem & quòd ideo eſt non per ſe nota nobis quia alio, modo intelligitur a beato in patria in ipſa diuinitate, & alio modo a nobis in ipſa creatura propter hoc argumenta Aureoli apud Capre. in pri. d. 2. q. 1. contra tertiam quæſtionem, nihil concludunt. Credit enim quòd nos teneamus eandem formaliter, ſra quòd ſub eodem conceptu ſit nota beato & nobis quòd habeamus eundem conceptum quem habet beatus de Deo. Aduerte tamen quòd aliud falſum ſupponit in ſecundo ſuo argumento, quòd beatus reſoluat hanc in priorem. ſ. Deus eſt, in hanc, actus purus eſt, vt ſic arguat actus purus eſt, ergo Deus eſt & propterea credit hanc Deus eſt. eſſe mediatam tam beato quam viatori, ex conſequenti non per ſe notam. Fallitur inquā quoniam talis reſolutio non ſtat in intellectu beati, ſed intuetur eam immediatè in diuina eſſentia: ſicut intuentur prima principia in cognitione terminorum. argumenta autem Gregorij contra eandem quæſtionem in Capre. vbi ſupra fundantur in falſo de quo ſupra diximus. ſ. quòd omnis propoſitio per ſe nota ſit nota omni vtenti ratione hoc ſupra reprobauimus. ex conſequenti non probat niſi quòd hæc Deus eſt, non eſt nota omnibus, cum hoc tamen ſtat quòd ſit nota ſecundum ſe &c.

In reſponſione ad ſecundum aduerte vt ſcias quomodo hæc deſcriptio, id quòd eſt excedens, omne cogitabile attribuitur huic quod dico Deus. Quod deſcriptiones ſunt in triplici differentia. Quædam dantur de his quibus repugnat exiſtentia, vt deſcriptio contradictoriorum. vacui, infiniti, impoſſibilis & nō verificantur de deſcripti, niſi ſecundum eſſe obiectiuum. ideſt, vt apprehenduntur ab intellectu. Quædam dantur de his quæ apprehenduntur ab intellectu, & vt ſic abſtrahunt ab exiſtentia, non exiſtentia, vt homo eſt nobiliſſimum animalium, Roſa eſt pulcherrima florum. Quædam autem dantur de his, quæ apprehenduntur ab intellectu & inquantum exiſtunt: vt cœlum eſt primum genitans & cauſa genitationis perpetuæ. Deſcriptio allegata a B. Thom de Deo nō ponitur in primo ordine: quoniā conſtat non exiſtentia repugnare Deo. Nec in tertio quoniam tunc argumentum cōcluderet. ſ. quòd Deum eſſe ſit per ſe notum. Nam hęc eſſet communis animi conceptio Deus eſt quid exiſtens in rerum natura, quo maius excogitari non poteſt. Sed ponitur in ſecundo ordine, nam intellectus cogitans de ly: Deus, inuenit has conditiones ſibi eſſe attribuendas ſiue exiſtat ſiue non, ſicut cogitans de perfectiſſimo duce vel legiſlatore, attribuit ſibi, quòd ſit iuſtiſſimus prudentiſſimus &c. Dato etiam quòd nullus talis eſſet in natura & propterea hæc conſequentia non valet perfectiſſimus dux eſt ille qui iuſtiſſimus &c. ergo talis eſt in rerum natura, ſic nec iſta. Deus eſt quo maius &c. ergo eſt in rerum natura & hæc fuit intentio B. Thom. in reſponſione ad ſecundum. Nam cùm dicit non tamē propter hoc ſequitur, &c innuit quòd hæc deſcriptio locatur in ſecundo ordine & cum dicit nec poteſt argui quod ſit &c innuit quòd non locatur in tertio ordine, & ideo non eſt per ſe nota.

Deſcriptio quo tuplex.

Sed contra hoc inſtatur ab aliquibus: Ergo adhuc ſtat argumentum, nam ſi hæc deſcriptio loquatur in ſecundo ordine, & non in tertio: ergo Deus non eſt id, quo maius. Probatur cōſequentia, maius enim eſt quod apprehenditur & eſt, quam quod apprehenditur tantum: ſed ſi locatur in ſecundo ordine, tantum apprehenditur, in tertio autem apprehenditur & eſt &c. Ad hoc nego conſequenciam, ad probationem nego illam cōparationem. Nō enim valet, niſi id, quod apprehenditur, locetur tantum in primo ordine ſicut vacuum & infinitum &c. ſi autem locatur in ſecundo non valet, quoniam licet expreſſè non ponat exiſtentiam non tamen negat eam, ſtat enim quod exiſtat, licet non ſit euidens cogitanti, euidentia autem vel in euidentia exiſtentiæ ipſi cogitanti non ponit maioritatem, vel minoritatem in re ex parte rei.

In reſponſione ad tertium. Aduerte quòd Thom. acceptat hanc cōſequentiam factam in argumento. Nulla veritas eſt ergo verum eſt nu lam veritatem eſſe, & ratio acceptationis eſt quia ad propoſitionem de ineſſe ſequitur modalis de vero vel falſo: nam benè ſequitur, Nullus homo eſt lapis ergo verum eſt nullum hominem eſſe lapidem & hoc immediatè ſequitur ex illa.

Scotus autem in primo d. 2. q. 2 reſpondens ad tertium principale nō conſiderans hanc regulam de propoſitione modali, negauit prædictam conſequentiā, dicens quòd ad hanc: Nulla veritas eſt, ſequitur hæc ergo nō eſt verum aliquam veritatem eſſe, & non ſequitur hæc ergo verum eſt nullam veritatem eſſe. eſſe, & non ſequitur hæc ergo verum eſt nullam veritatem eſſe. Nos autem dicimus vtramque ſequi ſed immediatè illam modalem hāc autem tanquā æquipollentē vniuerſali negatiuę ſecundū regulas æquipollentiarū propoſitionū. Nā nulla veritas

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, & aliqua veritas est, sunt contradictoriæ, si autem ponatur negatiua sic non est verũ, aliquam veritatem esse: Patet quòd æquipollet. Quod autẽ illa modalis non sequatur probat Scotus: quia veritas aut accipitur fundamẽtaliter aut pro veritate iuxtè dictus cõponentis vel diuidentis, sed neutro modo potest accipi non fundamẽtaliter quia si nulla veritas est nulla res fundans remanet. Fundamentum enim veritatis est entitas rei ergo ex illa negatiua non sequitur illa affirmatiua verum est &c. Nam si verum est, ergo aliqua veritas est: quoniam esse verũ, & esse aliquam veritatem æquipollent si ergo nulla veritas est sequitur veritatem fundamentaliter non esse, nec potest sumi formaliter, quia nullus intellectus est remanens posito quòd nulla veritas sit. ergo ex illa negatiua non sequitur prædicta affirmatiua modalis &c. Scotus.

Ad hoc dico quòd ex negatione sequitur affirmatio prædicta, & per consequens stat aliqua veritas: nam bene sequitur verũ est nullam veritatem esse, ergo veritas est nullã. s. veritatem esse. Et cum quæritur quomodo sumamur in hac affirmatiua veritas, dico quòd sumitur fundamẽtaliter. & cum arguitur, quoniam nulla res fundãs remanet, ergo &c. negatur consequ. nam licet omnis propositio modalis de veto, tam dicto, quam de modo affirmatiuè fundamentum sit entitas rei, vt hominem esse animal, est verum, tamen negatiuè de dicto fundamentum est nõ esse rei, vt hominẽ non esse lapidem, est verum: sic in proposito nullam esse veritatem est verum, fundamentum est non esse veritatem. Deceptus est ergo Scot. quia credidit omnis propositionis veræ tam affirmatiuè quàm negatiuè esse, vel entitatem rei esse fundamentum, quod nos non concedimus nisi in affirmatiuis quorum termini sunt positiui ad differentiam istatum, non ens, est non ens, non homo est non homo &c.

ARTICVL. II.

Verum Deum esse sit demonstrabile?

Duplex est demonstratio, vna quæ est per causam &c. Aduerte quòd B. Thom. fundat se in primo posterior. lec. 25. secundum signationem B. Thom. sed ly. per causam. non sumitur abstractè, sed pro causa proxima, & immediata nobis notiori quam effectus. nam illic Arist. tenet quòd demonstratio quæ est per causam remotam est demonstratio quia, vt videre poteris, alia est per effectũ &c. Aduerte quòd Philosophus illic docet facere demonstrationem per effectum conuertibilem siue adæquatum, & per conuertibilem. B. Tho. in litera ly per effectum, accepit indistinctè, & eum applicat in proposito necesse est vt intelligat de non conuertibili & non adæquato, quoniam in creatis non datur effectus adæquatus diuinæ omnipotentiæ. Differentia autem demonstrationis per effectum adæquatum, & non adæquatum stat in hoc, quòd per effectũ adæquatum non solum concluditur causam præexistere, sed, causa in se sufficienter cognoscitur, ita quòd comparatur talis cognitio, cognitioni quidditatiuæ: vt possit elici ex B. Thom. infra in qõ 88. articul. 2. ad 7 per effectum autem inadæquatum concluditur causam præexistere, quæ quidem cognitio est valde imperfecta.

In respon. ad primum præambula ad articulos fidei &c. Aduerte quòd B. Thom. non intendit omnia quæ possunt sciri de Deo cognitione naturali esse secundum se præambula, idest, prioa articul. fidei in se acceptis, hoc enim esset falsum: nam aliqua præcedunt vt Deum esse, & esse vnum præcedunt Deum esse trinum: quoniam trinitas fundatur, in essentia vna. Aliqua autem subsequuntur vt Deum esse creatorem vel principium efficiens omnium, quoniam predicata respectiua subsequuntur absoluta, vt sua fundamenta. Intendit igitur quòd omnia sunt præambula, vt veniunt in cognitionem nostram & comparãtur ad articulos fidei, non in se acceptos sed vt creduntur à nobis: Vnde vt sic, sunt ergo dispositio acceptandi articulos fidei, vnde dicit B. Tho quòd sicut natura deseruit gratiæ, sic cognitio naturalis deseruit fidei. Sed dices: ergo articuli fidei non sunt prima principia in hac de Trinitate quoniam secundum te habent propositiones has præambulas in cognitione nostra, Deus est. Deus est vnus &c. Respõdeo nego consequentiam, ad probandum, non sequitur: quoniam non possunt præambula eodem lumine quo accipiuntur articuli fidei. Deinde illud præambulum, non est necessarium simpliciter vt declarat B. Thom. in secunda ratione ibi nihil tamen prohibet &c. Prius & posterius Deo alterius comparatur se secundum nostram intelligẽtiã nõ ex sua natura.

In respõsione ad secundum quæstio quia sequitur quæstionem an est &c. Aduerte quòd B. Thom. fundat se super philosophum in Secundo posteriorum lectura prima, ibi quædam autem alio modo, quærimus, Vbi dicit Philosophus quòd dum quærimus de aliquo empe. de Deo, vel centauro per secundum adiacens cognoscentes quia est, postea quærimus quid sunt, vt quid est Deus, quid est homo, sed quia significatum nominis præsupponitur cuilibet quæstioni, ideo in nostro intellectu iste est ordo vt prius statuamus, & sciamus quid nominis, secundo ex quid nominis scrutemur si est per secundum adiacens. Tertiò ex si est scrutemur quid rei. Quartò ex quid rei, scrutemur si est, vel quia est per tertium adiacens, & est quando scrutamur passiones, de subiecto, per quod quid est deducentes. & hunc ordinem seruauit infra B. Thom. vt declarabitur in articulo sequentis quæstionis.

ARTICVL. III.

Verum Deus sit?

CIrca titulũ occurrit dubium, quia statim videtur iste articul. inconuenienter motus, nam si in qualibet scientia supponitur de subiecto quid, & quia ex primo posterior. & B. Tho. concluxit Deum esse subiectum in hac scientia, ergo inconuenienter quæritur, an Deus sit.

Ad quod vltra responsiones duas quas adducit expositor, quarum prima est quòd hæc scientia probat suum subiectum per accidens non per se. per accidens quidem, qui non participamus tantum de lumine diuino, à quo est hæc scientia, quod possit nobis constare Deum esse, cui libet autem scientiæ prohibetur probare per se suum subiectum esse, per accidens autem non officit: quoniam ea quæ sunt per accidens, non repugnant arti.

Secunda est quòd hæc scientia probat suum subiectum esse non per medium diuinum & sibi proprium: supponitur enim ex reuelatione iuxta illud Exodi tertio, Cui est. Sed per medium extraneum, & naturale vt patet in rationib. huius articuli, licet autem sit contra aitem probare subiectum ex proprijs, non tamen ex extraneis.

Tu potes addere quòd mens philosophi est de subiecto supposito quia est, dummodo possit esse per se notum sensui, vel intellectui, qualia sunt subiecta scientiarum naturalium, & cum hæc sit altioris ordinis non inconuenit quòd scrutetur suum subiectum esse, eo quòd non constat sensui, nec intellectui, & sicut diximus in quæst. præcedenti quòd hæc scientia vt diuina habet multa priuilegia super alias, vt quòd est simul practi. & specul. ex obiecto, & non inconuenit, vt probet suum subiectum esse à posteriori tamen &c.

Quantum ad rationes B. Thom. Aduerte quòd licet expositor teneat has rationes non efficaciter concludere expresse Deum esse, quoniam prima & secunda non deducunt nisi ad primum corpus, idest, cælum, & animam intellectiuam, & similiter aliæ non concludunt, sed tantum concludunt quædam modo vel qualiter sint, tamen sequendo doctrinam Capreoli 1. d. 3. quæst. 1. a. 1. melius est quòd sustineas has esse sufficientes, supponendo vnum quod non fuit necesse B. Thom. inquoriet tuo libro, in quo recitat aliquas rationes vniformiter ad vltima resoluere. Vnde quia in primo contr. Gent cap 15. prima rationem huius articuli, vsque ad suprema deducit ex Aristotele, ideo sufficit sibi in hoc articulo tangere fundamentum ne fieret inutilis repetitio, quasi innuens resolutionem supremam quærendã esse in primo contr. Gent. ca. 15. Et ideo si Grægorius hoc considerasset, vel librum contra Gent. vidisset, non ita hãc rationem primam contemptibiliter dicens: quòd non deducit nisi ad animam cæli vel motorem coniunctum. Similiter ratio secunda quæ deducit ad vnum primum efficiens optimè sustinetur à Capreolo, vbi supra, & declarat quomodo compleatur in secundo contra Gent. 15. Videtur illum. Tertia verò, & quarta, & quinta sufficienter concludunt vt formantur in articulo, & sustinebimus contra Aureol examinando propositiones singularum rationum. In prima ratione postquam resoluetis eam sicut B. Thom in primo contr. Gent. 1. Quæst. per totum sustinebis duas propositiones. Prima impossibile est, quòd secundum idem & eodem modo aliquid moueat seipsum. & mouea tur. Scot in 1. d. 2. q. 10. tenet oppositum in intellectu & voluntate, & in inanimato agente se, & in graui mouente se & in aqua calida infrigidante seipsam. Eius argumenta recitantur à Capreolo 1. d. 6. Quæst 1. contra primam. & ab eodem facilimè soluuntur: licet enim probent quod aliquid est mouens & motum, non tamen id est verum penitus secundum idem vide eum. De hac tamen materia diffusius loquemur in tractatu de Angelis in Quæst. 53. articulo primo &c. 1. propositio.

Secunda est mouentia non mouent, nisi quia sunt mota à primo &c. Et aduerte quòd coincidit cum illa, quæ ponitur in ratione secunda, primum est causa medij &c. æquipollet huic causa media pendet à prima: quæ propositio potest habere triplicem sensum, primò quòd causa media, vt media, & sic non est vera. quoniam non est de ratione medij vt medium pendet ab aliquo primo, sed tamen ab hinc, & inde siue mediatè inter duo extrema Secundo quòd causa media vt causa, & sic non test vera: quoniam non est de ratione causæ vt causa pendet ab aliquo primo, aliter omnis causa esset dependens. Tertio quòd causa media vt causa media, & sic est vera, est enim causa media ratione causalitatis non à se, ergo causalitatis, idest, virtutem causandi recipit ab alio, vt prioti, & quidem si illud causat à se, ergo erit prima causa, & si non est à se, ergo est à priori & sic ascendendo, vel datur primum vel tota ista cõplexio causarum in infinitum trahitur, ideo enim causant, vt compleant causationem suam in effectum, sed si mediæ tandem non reducantur ad primum, non complebitur causatio sua: ideo ne euacuetur omnis causalitas in natura, necesse est vt causa media, inquantum causa media, producatur à prima. Et si dicas quòd remota prima, omnes causæ essent mediæ. ergo non necessario pendent à prima. Respondeo, nego antecedens immo nulla esset causa, nec effectus vt ait Beatus Thom. in secunda tatione ibi, sed si procedatur in infinitum, vsque ibi efficientes mediæ &c. Et dicit Aristotel. in secundo Metaphysic. text. 6. Nihil est toto prius. nec ex toto causa illa est, sed contra Beat. Thom. in secundo metaphysices, exponens text. 6. concedit illud antecedens: dicit enim si proceditur in infinitum omnes causæ sunt mediæ Respondeo quòd sumit ly causas, non quo ad causalitatem, sed quo ad denominationem secundum communem modum loquendi, sed pro rei veritate nulla causa remaneret, & hæc fuit mens philosophi illic.

In secunda tatione postquam resolueris eam vt Capreolus in primum Sen. Dist. 3. q. 1. ar 2. & est defensio præuiæ rationis Beati Thom. contra Aureolum. Declarabis illam propositionem: Nec est possibile quòd aliquid sit causa efficiens suipsius, quia sic esset prius seipso, Et aduerte, quòd hæc ratio est S. Augustini in decimo de Trinitate, vbi inquit, Si quid enim seipsum gigneret seipso priùs & posteriùs esset &c. Hæc quidem ratio quantum ad ly, priùs, & posteriùs, alio modo verificatur in productione, in qua productum essentialiter distinguitur à producente, & alio modo, quando vtrumque est coessentiale, vt in diuinis. nam in primo modo ly, priùs stat pro prioritate durationis, vel saltem naturæ vt in coæuis. In secundo modo stat solum pro prioritate causalitatis. & dicitur prius: à quo vt diffusè tractabitur de Trinit. Nam si omne producens esset priùs duratione vel natura suo producto, vitare non possemus, quin talis prioritas esset in diuinis inter personas. Intelligatur ergo dictum B. Thom. indistinctè, non præcisè primo modo. Prius & posterius natura vel causa.

In tertia ratione sunt propositiones impugnatæ ab Aureolo, vt recitat Capreolus vbi supra. Prima est, quod est possibile non esse, quandoque non est &c. Aureolus dat instantiam de elementis, quæ contingentia sunt, vt patet, & tamen sunt æterna etiam secundum fidem, quoniam terra in æternum stat & cætera.

Ad hoc dico quòd si mundus esset æternus, & generatio esset æterna, nulla pars elementi signata esset æterna, ex secundo de generatione. Et sic esset verum dicere, quòd ideo terra corrumpetur, nec foret æterna, nisi per æquipalentiam, quoniam si in vna parte orbis, partes terræ tranmutantur in aquam in alia pars aquæ, redeunt in terrã & sic tali vicissitudine elementa seruantur in æternum ab Authore vniuersi secundum fidem autem dico quòd elementa non seruantur æterna, nisi secundũ potentiam diuinam, qua etiam cessabit generatio. per actionem contra ij approximati, & non impediti.

Secunda omne necessarium habet causam suæ necessitatis vel non habet &c. Aduerte quòd Aureolus & fortiùs Gregorius in Primo. distinction. tertia, quæstione prima. negant hãc, & dicunt Philosophum non concedere, necessarium habere aliquam causam efficientem, & quando sibi adducitur ex hilosopho in 5. Metaphysic. in capitu. de necessario & complexo, dicit Gregorius quòd intelligũt de complexis, vt sunt quæstiones, sed quòd etiam loquatur de incomplexis declarani in duodecimo metaphysic. in quæstion. 43. vide illic vltimam resolutionem, quam si non videris, non proficeret tibi allegationes, quas adducit Capreolus, vbi supra pro defensione prædictæ propositionis. In quarta ratione, impugnatur ab Aureolo hæc propositio. Quod autem dicitur maximè tale in aliquo

genere &c. dat instantiam de albedine quæ est maxima in genere colotis, & ideo non est causa omnium colorum, vt patet. Tu igitur aduerte primo quòd ly, maximè non stat pro aliqua specie alicuius generis sumendo genus stricte pro aliquo vniuoco diuisibili in differentias oppositas, sed stat pro aliquo primo & perfectissimo, cui primo conuenit ratio formalis alicuius generis, id est alicuius communis saltem mediatè vniuoca, vel analoga. Et hoc dico, quoniam sumpto genere propijssimè dicto & non alio modo, ratio B. Thom. in proposito non concluderet, quoniam apud ipsum nec ens, nec aliud transcendens est vniuocum, nec verè genus, Est ergo sensus: Quod est primum & perfectissimum, cui primò conuenit ratio formalis alicuius communis, ita quòd in se contineat omnes perfectiones illius communis, & non solùm, quia magis participat de illis, est causa effectiua omnium aliorum cui conuenit talis ratio. Aduerte secundo, secundum B. Thom. in Quæstio. de potentia Dei quæstione septima, articulo quarto. Quod accidentium, licet proxima mensura sit aliquod accidens. p. perfectissima species illius generis, non tamen est primo prima. sed hæc est substantia maximæ entitatis & de mensura primoprima quæ dicitur primo proxima, quæ dicitur primo primum, & perfectissimum intelligitur illa maxima.

Ex his ad instantiam de albedine, dico quòd non valet quoniam non est primo primum, vt mensura colorum, sed mensura proxima, vt homo est mensura proxima, omnium animalium, vnde sicut homo non est causa effectiua omnium animalium sed id, quod est primum in entitate, sic albedo non est causa effectiua omnium colorum, sed quòd est primo primum in esse.

Non tamen obstat concedere Aureolo, quòd albedo est causa omnium colorum non quidem quo ad entitatem rationis dicta, sed quo ad cognitionem, pro quanto maximè participat lucem, & cognoscimus alias species coloris, tãto perfectiores, quanto magis participant de albedine, & tanto imperfectiores quanto magis distant, & hoc habet inquantum est proxima mensura & prima species coloris, sed ex hoc non infringitur supradicta maxima.

In ratione quinta, impugnatur ab Aureolo in Capreol. vbi suprà hæc propositio. Ea autem, quæ non habent cognotionem &c. Dicit Aureolus quòd hæc potest negari. nam dicetur, quòd omnia talia dirigũntur, in finem, & ipsi inantur ex suis formis, & qualitatib. inter se. sicut lapis inclinatur & dirigitur in centrum sua grauitate, Sed hæc responsio non euacuat, quoniam illæ formæ non sufficiunt, vt bene & ordinate dirigantur, sicut requirit vnitas ordinis in vniuerso, & quòd contraria in vnum ordinem complectantur, sed requiritur moderator extrinsecus, qui talia & tali modo dirigat vt seruetur perfectio totius vniuersi. de hoc vide Beatum Thomã, tertio contra Gentiles ca. 64. accipe rationem quintam & sextam, in quibus B. Th. virtualiter euacuat responsionem Aureoli.

In responsione ad primum. Aduerte quòd illa propositio in argumento quæ est conditionalis, Si vnum contrariorum fuerit infinitum, totaliter destruet reliquum: vera est, & respectu sui obiecti, quoniam secum non compatitur aliquem gradum sui oppositi, vt patet de maximo ea ido, cum quo non stat aliquis gradus frigidi, & respectu alterius subiecti exitentis sub opposito, in quo agit vt assimilet illud sibi, vt si summè calidum, summè calefaciat aquam frigidam, totaliter destruet frigiditatem. Duo tamen calus dantur, in quibus non totaliter destruetur oppositum.

Primus est, si alterum infinitum agat & destruat oppositum non naturaliter, sed voluntarie, & quantum expedit.

Secundus est, si torum vnum contrarium non potest recipi in alio subiecto in quo est oppositum, vt calor ignis esset infinitus, & non posset recipi in aqua nisi finitè. Non inconuenit in aqua cum calore remanere aliquem gradum frigiditatis, suppono enim pro nunc duo contraria in gradu remisso se cõpati. de quo inferiùs determinabitur. Et quoniam in proposito, bonum infinitum, idest Deus, est agens voluntarium, increatum, & sua bonitas non potest tota recipi in altera natura: ideo Beatus Thom. in responsione ex vtroque intendit negare illam conditionalem assumptam ex primo: Ibi Deus cum sit summè bonus &c. Ex secundo ibi Hoc contra ad infinitam bonitatem pertinet &c. Potest tamen vtrumque dictum ad voluntatem inferri, præcipuè quia in secundo vtitur ly permittitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO TERTIA.

ARTICVL. I.

Vtrum Deus sit corpus.

IN CA titulum, aduertè quòd licet B. Thom. de Deo quem concluſit in articulo præcedenti exiſtere, poſſit quærere, an ſit ens quod eſt accidens, vel ens, quod eſt ſubſtantia, tamen ſtatim illis prætermiſſis, quærit an ſit corpus, quoniã communis animi conceptio eſt apud omnes tenentes Deum eſſe, quòd eſt quid valde nobile, & indepẽdens, & ſitmum, ex conſequẽti eſt ſubſtantia, & ideo quærit: An ſit corpus, quoniam conſiderata nobilitate aliquorum corporum vt cælestium apud aliquos poſſet credi quòd ſit corpus.

Aduerte ſecundo quòd ly, corpus, ſtat pro qualibet ſubſtantia. ſub quantitate diuiſibili, ſiue ſit cõpoſita ex materia & forma, ſiue non, vt fingunt illi, qui negant materiam à cælo &c.

Concluſio. Reſpondeo dicendum abſolutè Deum non eſſe corpus &c. Aduerte quòd ly, abſolute intendit negare Deum eſſe corpus, non ſolum quia nõ eſt ſubſtantia ſub quantitate. ſed quia nullam conditionem corporeitatis habet, ita quòd nec eſt actus corporis extenſus ad differentiam cuiuſcunque formæ extenſæ. Non autem quæritur hic vtrum poſſit eſſe forma corporis, qualis eſt anima rationalis vt ipſemet dicit in primo contra Gent 21. ibi & ad hoc dicendum.

In prima tatione *nullum corpus mouet non motum &c.* Aduerte quòd hæc ratio correſpondet primæ quam formauit in quæſtio. præcedenti in articulo tertio, vbi probauit quòd eſt deuenire ad vnum mouens immobile, & conſtat quòd illa ratio procedit de motu locali, & ſic ad mẽtem Phyloſophi & B. Thom. in primo contra Gent. 20. & eſt ſua ratio ſeptima applicat a ad motum localem. Et dicit nullum corpus mouet localiter niſi moueatur ab aliquo mouente, quoniam mouens, & motum oportet eſſe ſimul, applicata igitur hac propoſitione ad motũ localem nullam habet inſtantiam apparentem. Si autem ſumeretur in quolibet motu vniuerſaliter, videtur eſſe inſtantia de magnete qui manens immotus trahit ferrũ, & aqua frigida ſtans infrigidat aetem, & obiectum ſtans immutat potentiam, ſiue viſum, ſiue tactum &c.

In ſecunda ratione, *neceſſe eſt id, quod eſt primum ens in actu.* Aduerte quòd hæc propoſitio extrahitur ex 9. Met. 13. & ex 12. ex. 32. &c.

In tertia ratione. *Corpus viuum nobilius eſt corpore non viuo.* Aduerte quòd aliqui inſtant de cœlo, quoniam ſaltem ſecundum Theologos & præcipuè B. Thom. infra in q. 10 Cælum eſt non animatum ergo videtur ex hac propoſitione pomum & vermis ſint nobiliora cælo quod videtur ridiculum, nam communiter dicitur diuinum corpus. Ariſtotel in Secundo cæli. tex. ſecundo: dicit benè poſſe appellari diuinum corpus & immortale &c. Ad hoc iam reſpondimus in 12. Metaphyſ. quæſtio. 15. & breuiter nunc dicendum eſt primo ad mentem Philoſophi 2. ſecundum veritatem.

Quantum ad Philoſophum, ſi teneatur quòd apud ipſum cælum ſit verè animatum, argumentum, vt patet, nihil valet, ſi autem teneas, quòd non eſt verè animatum, diſtinguendum eſt de ly, nobiliori, quoniam poteſt eſſe nobilius, vel quantum ad gradum eſſendi, vel quantum ad modum eſſendi Gradus eſſendi ſunt eſſe, viuere, ſentire, & modi ſunt, poſſibile, neceſſarium corruptibile, incorruptibile potentia, actus, cã eſt actus. Ex his dico ad inſtantiam quòd forma, & cælum ſe habent in nebilitate, vt excedentia, & exceſſa. Nam in gradu eſſendi forma eſt nobilior, in modo autem eſſendi, cælum eſt nobilius, quoniam neceſſarium, incorruptibile, vniuerſalis cauſa conſeruãs, reſpectu ſuorum inferiorum & animatorum. Et ſi dicas quòd Ariſtoteles in ſecundo Phyſicorum textu quadrageſimoquinto appellat cælum diuinius inter ſenſibilia, comparans etiam animalibus & plantis, ergo eſt ſimpliciter nobilius. Ad hoc dico quòd maiores etiam laudes attribuit, in principio ſecundi de Cælo, dicit enim ipſum eſſe diuinum, immortale, impaſſibile, & inalterabile, quas tamen laudes non concludit ex animatione. Nam de ea nondum mentionem fecerat. Incipit enim hæc conſiderare in ſecundo libro, tex. ſeptimo. vbi agit de differentiis localibus, & tamen has laudes ſibi attribuit in tex. ſecundo, & tertio ex ipſemet declarat has ſibi competere. quoniam ingenitum, & incorruptibile, & quoniam eſt æterni motus, & æternæ actionis in qua arguitur quoddam diuinum. Et quoniam antiqui attribuunt cælo locum eſſe Deorum, ideo inquit Ariſt. ponunt ipſum ſolum inter corpora eſſe immortale: patet igitur quomodo nobilius eſt, & in quo ſenſu, & ſi non ſit animatum, quoniam ſecundum veritatem, & B. Thom. non eſt animatum, ideo ad inſtantiam non reſpondeo, aliter quàm in prædictis immediatè.

Cælum, in quo ſenſu corporis inanimatorum alterius ſit nobiliſſimus.

ARTICVL. II.

Vtrum ſit compoſitus ex materia & forma?

CIrca titulum aduerte quòd ſi omnes concederent compoſitionem ex materia, & forma non poſſe eſſe ſine quantitate, ex conſequenti omne tale corpus eſſe: hic articulus ſuperfluereꝛ, ſed quoniam Auicebron tenet in ſpiritualibus, materiam & formam, ideo propter ipſum hic articulus eſt neceſſarius.

Primò quidem quia materia eſt id, quod eſt in potentia. Aduerte quòd hæc prima ratio fundatur in duodecimo Metaphy. text. 30 ibi. Oportet igitur eſſe principium &c. Et infert immediatè, ampliùs igitur, tales oportet eſſe ſubſtantias ſine materia & B Tho. commentans dicit. Nam materia eſt in potentia, quaſi dicat repugnat quòd ſit tantum actus, & habeat materiam: quoniam ſequetentur contradictoria &c.

Secundò *quia omne compoſitum ex materia & forma &c.* Aduerte quòd hæc ratio fundatur in primo Phyſicorum, textu 81. ibi. Exiſtente enim quodam diuino, vbi Philoſophus declarat, quòd ex tribus principiis naturalibus, materia eſt ſicut natura recipiens, priuatio ſicut maleficium. forma autem vt diuinum, quoniam dat eſſe & bonitatem, & perfectionem rei, vnde benè ſequitur quòd ex quo non eſt bonum per materiam, quòd non ſit ſecundum ſe totum bonum, & ſic non eſſet bonum per eſſentiam.

Tertiò, *quia vnumquodque agens agit per ſuam formam.* Aduerte quòd hæc ratio fundatur libro 9 Metaphyſic. textu 13. ibi Semper enim ex potentia fit actu ens ab actu ente. Vbi vult Philoſophus, quòd agens agat quia eſt actu contra, ſi ex ſe toto eſt actu ex ſe primo agit & non per partem, & ſic erit primum agens: ſi autem non ex ſe toto, ſed parte eſt actu, non erit primum agens &c. Et ſic ſecundum hoc fundamentum, ratio B. Thom. concludit. Et ſcias quòd ly, forma vel per ſuam formam ſumitur non pro forma phyſicali, quæ dicitur informans, ſed pro forma metaphyſica, quæ dicitur actus, ſecũdum quod ſubſtantiæ ſimplices dicuntur formæ abſtractæ. Nam ſi intenderet de forma phyſica, præcisè concluſio in articulo eſſet falſa. Ceſt igitur per eſſentiam formæ &c.

Forma ac copiuum.

Quod igitur primum eſt & per ſe agens: patet quòd ſit primo & per ſe forma &c. Aduerte quòd ly, primũ, excludit agens prius à quo recipiat virtutem agendi: per ly, per ſe, excludit agens per aliud tam extrinſecum, quàm intrinſecum. Nam tex agens per gubernatores agit per aliud, & agens per partem, vt homo videns per oculum, intelligens per animam agit per aliud. Eſt enim pars aliud à toto. Intendit ergo quod illud, quòd eſt primum in ordine agentium, & non agit per aliud eo modo quo expoſitum eſt, oportet quòd ſit primò & per ſe forma. Ratio huius eſt, quoniam ſi eſt primum & non per aliud agens, ergo, ſe toto eſt actu, ſi ex ſe agit per ſe totum eſt actu, ergo totum quod eſt actus, eſt ptimò & pet ſe formia. 1. actus. Et propoſitio ne intellecta non habet inſtantiam. Nam quod dicunt aliqui Soiem eſſe primum illuminatium, & tamen non eſt primum lumen, non valet: quia etſi ſit primum in ordine illuminatiuum, non tamen in ordine agentium ſimpliciter. Nunc enim loquimur de primo agente ſimpliciter. Præterea licet ſit primum illuminans, non tamen eſt illuminans per ſe, vbi ly, per ſe, excludit omnino per aliud Nam lumen eſt aliud à ſole, & manifeſtum eſt quòd per lumen illuminat.

Individua duo organizata non conuenient totum in patre, & ſuperiora inferiora.

In reſpõſione ad tertium *Formæ quæ ſunt ſimpliciter receptibiles in materia &c. vſque hi primum ſubiectum.* Aduerte quòd indiuiduo dupiex indiuiſio competit. Prima negatio diuiſionis in plura diſtincta realiter, quia diuiſione reali diuidicur homo in Sottem & Platonem &c. Et albedo in hanc & in illam albedinem. Et hanc indiuiſionem trahit à materia poſitiuè, vel negatiuè. poſitiuè quidem reſpectu formarum receptibilium in materia, ſit enim hæc poſitiuè albedo quia eſt in hac materia. Negatiuè autem reſpectu formarum non receptibilium in materia quoniam enim non habent materiem, vnde multiplicentur, remanent per ſeipſas ſingulares & indiuiſæ, & hæc conſideratio indiuidui realis eſt, & talis eſt in reſponſione ad tertium.

Secãda eſt negatio diuiſionis: qua diuiditur ſuperi*in inferiora. & hæc

& hæc competit indiuiduo vt ſtat ſub ſpecie ſpecialiſſimã, & eſt conſideratio logica, Hæc indiuiſio originatur ex prima: nã ex eo, quod forma recipitur in hac materia, vel non eſt receptibilis, ſequitur quòd non eſt plurificabilis in plura: ex conſequenti ſequitur quòd non eſt prędicabilis de multis. Et hæc indiuiſio eſt formale conſtitutiuum indiuidui ſub ſpecie, ſicut indiuiſio quædam formalis conſtituit ſpecialiſſimum ſub genere. De hac indiuiſione non facit mentionem B. Thom. in reſponſione, quoniam non oportebat, ſed tantum de prima. Et propterea Durandus credens dici indiuiduum per ſolam negationem diuiſionis in inferiora decipitur: quia hæc originatur ex prima & illa, vt diximus originatur ex materia, vnde ipſe conſiderat indiuiduum ſolum logicè, ſed B. Thom. ſolum realiter. propterea non prævalet contra nos. hæc ſufficiant pro reſponſione ad tertium. Infra autem pleniùs tractabimus de principio indiuiduationis, &c.

ARTICVL. III.

Vtrum Deus ſit ſua eſſentia?

CIrca titulum aduerte primò, quòd Deus licet ſit terminus communis, prædicatur enim de hoc Deo, ſicut homo de hoc homine, tamen hic non ſumitur vt communis, ſed vt hic Deus, quem poſumus eſſe ſubiectum in hac ſcientia: vt ſit ſenſus, vtrum hic Deus ſit ſua deitas, ſicut ſi quæreremus vtrum hic homo ſit ſua humanitas. Aduerte ſecundò quòd cùm deciſio fiat in articulo per diſtinctionem, vel per identitatem inter ſuppoſitum & naturam, inſinuat quòd ly, Deus eſt ſuppoſitum, quod vtique eſt verum, ſi ſumatur ſuppoſitum Metaphyſicum & non Theologicũ. Nam apud metaphyſicum ſuppoſitum eſt ſingulare completum in natura, indiſtinctum in ſe, & diſtinctũ à quolibet alio, quod non eſt ipſum: omnes autem hæ conditiones conueniunt ly, Deo ſumpto pro hoc Deo conſiderato Metaphyſicè ex lumine naturali. Apud Theologum vero vt dicetur in tractatu de Trinitate, eſt ſingulare cõſtiturum in relatione diuina, & in hoc ſenſu quæritur in quæſt. 39. articulo primo, vtrum ſuppoſitum. nempe patet ſit, eſſentia diuina, ſed tale eſt acceptatum ex ſola reuelatione, ſuppoſitum autem metaphyſicum. nempe hic Deus, manifeſtatum eſt lumine naturali, & quoniam conſideratio de Deo eſt quæſt. Metaphyſica in hoc primo.

Suppoſitũ metaphyſicum & theologicum quid ſimile & quo differant.

In rebus compoſitis ex materia & forma neceſſe eſt quòd differat ſuppoſitum, & natura. Aduerte vt ſcias vniuerſaliter differentiam inter ſuppoſitum & naturam.

In materialibus & in abſtractis ſi qua ponitur, quòd poteſt imaginari quadrupliciter, vt clarè expoſuimus in noſtro reſolutorio de vnione verbi in determinatione primi dubij.

Natura & ſuppoſitũ qua dupliciter differant.

Primò quidem quòd differant ſecundum rationem logicã. id eſt ſecundum modum ſignificandi, ſicut abſtractum, & concretum quo & quòd habens & habitum, modo totius, & modo formæ. & hęc differẽtia ſeruatur in omni natura etiam in Deo. differt enim ſic Deus & deitas vt patet, ſed hæc non infert diſtinctionem realem, alitet ens & entitas diſtingueretur realiter quantum tamen valeat talis differentia in Deo prædicabitur in tractatu de Trinitate, vbi oſtenderur hanc concedendam. Deus generat, hanc autem abijciendam. Deitas generat.

Secundò differunt vt res duæ diſtinctæ numero & ſubiecto. Ita quòd vna non ſit in altera ſicut differunt Sottes & Placo, & ſic in nulla natura hoc modo differunt. Cõſtat enim quòd ſuppoſitum includit naturam vt ſuum formale.

Suppoſitũ dicit quid & natura quo.

Tertiò differunt, quia ſuppoſitum includit ſuam rationem formalem ſi diffiniatur aliquod, quod non includit natura vel eſſentia, & quia ſuppoſitum connotat aliquid, quod non connotatur à natura, & vtroque modo in rebus compoſitis ex materia & forma differunt ſuppoſitum & natura. p. hic homo & humanitas. Nam hic homo ſi diffiniatur includit materiam ſignatam, & connotat eſſe: ſuppoſitum enim eſt id, quod eſt. Natura autem vt humanitas excludit materiam ſignatam, & includit tantum materiam in communi. Nec connotat eſſe, quoniam eſt id, quo eſt, & non quod eſt.

Quartò, differunt: quia ſuppoſitum connotat eſſe, & operationem, quæ licet ſint ipſius ſuppoſiti: tamẽ diſtinguuntur realiter ab ipſo. Natura autem non connotat ea: quoniam Natura in abſtracto, nec eſt id, quod eſt, nec operatur, & ſic in quolibet creato abſtracto differunt ſuppoſitum & natura, vt declarat B. Thom. in ſecundo Quodlibet. quæſt. 2. articul. 2. ad primum. vt benè recitat Capreol. in 1 diſt. 4. quæſtio 2 in concluſione 4. Ex his differentiis B. Thom. in artic. non tangit primam nec ſecundam relinquens quaſi manifeſtas, nec quartam, quoniam hic intẽdebat adducere ſolam differentiam intrinſecam, qualis eſt tertia, quarta autem eſt extrinſeca, ideſt ex connotato, quam tamen ad compleram doctrinam voluit addere in Quodlibet. Vnde locus ille in Quodlibet complet omnino præſentem articulũ. Num ex eo ſolo concluditur eſſe propriè Dei, non habere aliquam differentiam realem inter ſuppoſitum & naturam. ex articulo autem præſenti, quod concluditur de Deo, poteſt concludi etiam de quolibet abſtracto, ſic etiam concluſit in ſeptimo Metaphyſic. ſuper tex. 41. & eſt ſua lectn. vndecima. & id quidem rationabiliter fecit quoniam Ariſt. de omnibus abſtractis quaſi de vno genere loquitur.

Vnde hæ carnes, & hæc oſſa &c. vſque ibi, idem homo & humanitas. Aduerte quòd licet in hac propoſitione & propter hoc non eſt totaliter idem homo &c. ponat ly, homo, qui eſt terminus ſpecificus, & tamen non ſumit ipſum, vt ſtat ſpecificè, ſed pro ſuppoſito, & indiuiduo vagè ſumpto, alioquin egrederetur propoſitum. Nam comparatio hominis, vt homo eſt ad humanitatẽ, non eſt comparatio ſuppoſiti ad nataram, ſed cõparatio huius vel illius hominis intelligitur: quia ly, homo, ſicut ly, Deus in titulo quæſtionis ſtat pro hoc Deo, vt diximus, ſed humanitas ſignificatur vt pars formalis hominis. Aduerte quòd B. Thom. in hac propoſitione inſinuat duplicem differentiam inter humanitatem vt naturam & hominem vt ſuppoſitum.

Prima eſt quia homo vt ſuppoſitum includit plura. f. materiam indiuidualem.

Secunda eſt quæ ſequitur ex prima, quia homo ſignatur vt totum, natura autem vt pars, quia vt principium formale, & hæc differentia, eſt, ſecundum modos habendi, quæ quoniam communis eſt in omni re, inter ſuppoſitum, & ſuam naturam vt ſupra diximus. ideo non eſt principaliter hic intenta, ſed ponitur in materialibus, vt ſignum, quod cauſatur ex prima.

Pro vniuerſali reſolutione, & definitione præſentis articuli, aduerte quinque.

Primo, licet B. Thom. in toto articulo comparet ſuppoſitũ, ad naturam ſpecificam, vt hunc hominem ad humanitatem, de clarans quomodo differunt realiter, tamẽ ex doctrina ſua poſſumus habere, quòd etiam inter ſuppoſitum, & naturam indiuidualem ſignificatam in abſtracto, eſt differentia realis: nam ſuppoſitum cõnotat eſſe & operationem ſuam, & includit propria accidentia, non vt partes, ſed vt determinatiua & ſingularizantia, & hæc nõ connotantur ab hac humanitate: quoniam non eſt quod eſt. nec eſt quod indiuiduatur, ſed ſignificatur vt principium formale ipſius indiuidui. Ex hoc videbis ſolutum argumentum Berardi in Capreol. 1. d. 4. quæſt. 2. contra ſecundam concluſionem, & eſt ſecundum in ordiae.

Secundò aduerte licet vt dicit B. Thom Natura puta humanitas comprehendat in ſe principia diffinientia, quæ ex ſui natura prædicantur de diffinito: tamen nõ poſſunt prædicari ſub nomine abſtracto, quoniam homo non eſt humanitas, prædicatur autem ſub nonmine concreto, vt Sortes eſt homo: & propterea Aureolus vt recitat Capreolus, vbi ſuprà contra ſecundam concluſionem, volens probare quòd natura non comprehendit principia nihil concludit quia natura non prædicatur in recto de concreto. p. de homine. Illa etiam prædicantur in primo modo per ſe, definientia quia licet non prædicentur ſub nomine abſtracto, tamen bene ſub concreto nec oppoſitum dixit B. Thom in artic &c.

Tertiò, aduerte quòd quando dicit B. Thom. in articulo, quod in eo quod eſt, includuntur materia indiuidualis, & accidentia deſignantia hanc materiam, non intendit quòd eadem ratione includantur, ſed materia includitur vt pars, accidentia vero ex quibus cauſatur ſua indiuiduatio importat vt determinatiua, & non vt ſui partes, propter quod ſuppoſitum non eſt per accidens, ſicut homo albus. Ex hoc videbis ſoluta argumenta Aureoli recitata à Capreolo. in primum diſtinctione, 41. quæſtione ſecunda, contra ſecundam quæſtionem.

Quartò, aduerte quòd licet ſuppoſitum connotet eſſe, non tamẽ importat, & includit ipſum in ratione ſua quidditatiua, & ideo poteſt conſiderari abſtrahendo ab exiſtentia. Ex hoc videbis ſoluta argumenta Aureoli à Capreolo, in primũ diſtinc. 42. quæſtione ſecunda, contra quartam quæſtionem, credidit nos tenere quòd includatur in ratione ſuppoſiti & excludatur à ratione naturæ.

Quintò, aduerte quòd Philoſophus in ſeptimo Metaphyſ. à capite ſecundo, vſque ad vigeſimumſecundum ex intentione probat, quòd in entibus per ſe, vt in homine, in animali &c. non autem in entibus per accidens vt in homine albo

idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem sunt quid est, & id, cuius est, & probat multiplici ratione, sed inaduertas inuenies quòd Philosophus intēdit agere contra Plat qui ponebat quòd quid est hominis, id est per se homi nem separatum à singularibus, & per consequens diuisum, sicut rem à re, quam diuersitatem non ponimus nos. imo quòd quid est, est intrinsecum ei cuius est. Philosophus igitur probat quòd nō est separatum nec aliud imo quòd est idem Quod vtique est verum quantum ad ea, quæ conueniunt naturæ specificæ per se, vt Sortes & homo, & quæ conueniunt per se homini conueniunt per se Sorti licet non primo. Cum his tamen stat quòd Sortes sua ratione addat quid reale s. materiam hanc super hominem, vt homo est, & cōnotet multa, puta esse, & accidentia quæ non connotantur ab ipsa natura, imo ab ipsa sumpta, in abstracto præscinduntur: ab ipsa vero sumpta in concreto, nec expresse connotantur, nec præscinduntur, sed virtualiter connotantur: nam ideo hæc est vera, homo est quia Sortes aut Plato est.

Ex quibus videbis soluta argumenta Scoti recitata à Capreolo Primo Se d. 4. q. 1. contra tertiam quæstionē, quæ dicit esse sumpta ex Philosopho, & videbis quòd concludunt identitatem quo ad prædicata, quæ per se inunt naturæ communi, sed non quo ad prædicata individualia, & quo ad connotata. Et sciaspro certo quod nullus arguens contra hanc viam nostram, ex his qui recitati sunt, penetrauit sensum B. Thom. ideo facile est respondere.

ARTICVL. IIII.

Vtrum in Deo sint idem essentia & esse.

Circa titulum aduertē quòd ly, essentia sumitur pro significato definitionis. & ly, esse pro existentia. & est sensus, Vtrum id, quod est Deus, & existentia Dei sint idem. Ita quòd hæc sit vera. Deus est sua existentia, sicut est sua bonitas & vita &c.

Aduerte quòd hæc quæstio de identitate essentiæ & esse in vniuersali est metaphysica, nec sic pertractatur hic, sed tantum applicando ad ipsum Deū, & propterea pro præsenti articulo non est necesse adducere argumenta recitata à Capreol 1. d. 8. quæst. 1

Quicquid est in aliquo quod est præter essentiam &c. vsque ibi, *causatur ab igne* &c. Aduerte quòd hæc distinctio, sic debet intelligi, quicquid est in aliquo, vel est causatum ab intrinseco principio & extrinseco simul, ab intrinseco quidem naturali sequela, ab extrinseco autem vere productiue. & hoc dico propter necessaria principia, quæ licet apud D. Tho. causentur à principiis essentialib. & sic quodammodo actiue resultant vt ipse dicit in q. 77. artic 6. ad secundum & tertium, tamen vere, & propriè producit, e sunt ab eo, à quo res ipsa producitur: nam dans formam dat consequentia formæ, nisi causatum tantum à principio extrinseco, sicut sunt accidentia communia.

Impossib le est autem quòd esse sit causatum tantum &c. Aduerte quod dicit, tantum, quoniam non negat, quòd in eo, in quo distinguitur essentia ab esse, causatur esse ab essentia, ita quòd fluat ab ipsa, nam si passio fluit & quod est intimius fluet, quale est esse: vnde sicut natura rei respectu suæ passionis est causa quodammodo actiua, & susceptiua, sic proportionaliter se habet ad suum esse. Dato ergo quòd sit causatum ab intrinseco. tamen principium intrinsecum, nō sufficit quoniam nihil est sibi sufficiens causa essendi, & ideo dicit tantum. Hinc patet quòd Ant. Andreæ in 9. Metaphys. q. 1. in prima cōne erranr. Vult enim quòd forma substantialis sit sufficiens & totale principium suæ passionis, p. quòd forma ignis sufficienter in suo subiecto, idest in igne causet caliditatem. & leuitatem, remoto quocunque calefaciente, & leuificante extrinseco. & ratio sua est hæc.

Ignis ex calore suo habet potentiam leuificandi: proprium enim caloris est leuificare, & ipse ignis est receptiuus leuitatis, cum sit proprietas sua, ergo potest in seipso causare leuitatem.

Ignis non est causa sufficiēs sui ēo ipso sed generans ignē.

Ad hoc dico quòd non sufficit ignem esse leuificariuum ex calore & leuificabilem ad hoc quòd in eo causetur leuitas, sed necessē est leuificatem distingui realiter à leuificabili. eo quòd sicut nihil est sibi sufficiens causa essendi, sic nec seipsum reducendi à potentia ad actum: & hoc vt principium vniuersale tenemus, apud Arist. & B. Thom. quoniam cot. tenens idem agere in seipso non seruat hanc distinctionem realem, nec Ant. Andreæ. ideo ratio sua apud nos nulla est. Vnde vt diximus agen. producens ignem, producit proprietates ignis: quoniam stat distinctio realis inter producens ignem, & productum ignem.

Esse. est actualitas omnis formæ vel naturæ. Aduerte quòd ly, actualitas, potest dupliciter exponi, per verbum est, vt est secundum adiacens, vt anima est, lapis est, quòd autem nulla natura præter Deum, sit tantæ actualitatis, quòd possit actu seipsa præcise existere, nisi ei imprimatur hæc actualitas, quæ dicitur esse à primo existente, & authore naturæ, vide Capreol. 1. d. 8. q. 1. in prob. 5. conclusionis, & est allegatio domini Ægydij in primo quodlibet. quæst 7. & in hoc sensu B Thom intendit quòd esse est actualitas omnis formæ. vnde dicit in articulo, non enim bonitas significatur in actu, nisi prout signi causa esse. s. per propositionem de secundo adiacente.

Potentia & actus duplicater. Physica & metaphysica

Oportet igitur quod ipsum esse comparetur ad potentiam &c. vsque ibi ad primo Aduerte quòd B. Thom. in articulo hac consequentia esse expedit, & ideo vt perfectè resolueretur in secundo Contr. Gent 52. & 54. duo pertractat. primò. probat resolutis rationib. q esse est actus, & essentia est potentia vt videbis in c. 53. Secundò declarat quòd non eadem ratione dicitur esse & essentia actus, & potentia, qua ratione materia est potentia, & forma actus: nam vt verificantur de materia & forma sumuntur potentia, & actus physicè, vt autem verificantur de essentia, & esse summuntur metaphysicè, prout omne perfectibile dicitur potentia, & omne perficiens dicitur actus. Vide in c. 54. clarum, & resolutum, & quasi commentum huius articul.

Aliquid esse tale per essentiam contingit dupliciter.

Sicut illud quod habet ignem. & non est ignis &c, vsque in finem rationis. Aduerte quòd hæc ratio videtur fundari super hoc principium tacitum, quòd habet aliquid, & non est illud, est tale per participationem. Sed hoc principium videtur falsum. Nam sol habet lucem, & non est lux, cum sit qualitas: & tamē est falsum, quòd sit lucidus per participationem, quoniam est primo lucidus & causa omnis luminis, ergo ratio B. Thom. non concludit. Ad hoc dico quòd aliquid esse tale per essentiam contingit dupliciter. Primo quando tale prædicatum, cōuenit ei ex se, & à se, ita quòd excludat quodcunque agens, siue superioris ordinis, siue eiusdem ordinis, & tale prædicatum nō pōt ei conuenire per essentiam nisi sit illud. Nā si illud prædicatum, vt dictum est in prima rōne, non erit causatum vel ab intrinseco, vel ab extrinseco, ex consequenti non conuenit ei per essentiam, hoc modo. sed per participationem. Secundo quādo tale prædicatum conuenit ei primò ita quòd non est causatum in eo per aliquod agens eiusdem ordinis licet non inconueniat esse causatum ab agente superioris ordinis, sicut esse calidum, conuenit hoc modo per essentiam igni, quia conuenit ei primo vt exposuimus: & in hoc sensu, non est necesse rem esse illud prædicatum, quòd conuenit ei per essentiam, sed sufficit quòd conueniat ei non mediante aliquo eiusdem ordinis. Dico igitur quòd B. Thom. fundat rationem suam super illud principium intellectum in primo sensu, sed instantia adducta de Sole, siue de igne. inclinat pro secundo sensu, ideo non infringitur ratio B Thom &c.

In responsione ad secundum. *Alio modo significat compositionem propositionis &c.* Aduerte quòd B. Thom. fundauit hanc distinctionem in 5. Metaphysic. capi. de ente. ibi *amplius autem & esse*

Aduerte iterum, quòd illud esse significans compositionem, aliud significat in compositione tertij adiacentis præcipuè substantialis: aliud in compositione secundi adiacentis respectu positiui, & id dico, ad differentiam negatiui aut priuatiui, vt cum dicitur cæcitas est. Nam in compositione tertij adiacentis præcipuè substantialis significat habitudinem prædicati ad subiectum, per accidens autem significat existentiam. Accidit enim hominem existere, ad hoc quòd hæc sit vera, homo est animal, sed in secūdo adiacente significat per se, & habitudinem prædicati ad subiectum & existentiam subiecti in positiuis. Neque enim hæc potest esse vera, lapis est, nisi lapis existat, vnde in secundo adiacente. esse verum quod significat in compositione, fundatur super existentiam rei, ex consequenti, si cognosco esse in tali propositione, cognosco esse rei non abstractè, sed vt fundat veritatem propositionis. Quando igitur dicit B. Thom. quòd non possumus scire esse Dei, vt significat actum essendi sicut nec essentiam, intendit scire abstractè & in se vt est prædicatum quidditatiuum in primo per se. est enim deratione Dei vt diximus in quæst. 2. articul. 1. & quando dicit quòd cognoscimus esse Dei solū n secundo: non intendit quòd nostra cognitio terminetur solūm ad esse, verum quòd dicit relationem rationis, sicut terminatur in propositionibus de tertio adiacenti, vt diximus: sed intendit quòd licet terminetur ad esse, siue ad existentiam, tamen non terminatur, nisi vt fundat veritatem propositionis, siue vt correspondet q. An est, & non. q. Qs id est. Quòd hæc sit intentio B. Thom. patet cū dicit, & hoc scimus ex effectibus. Nam ex tertio articul. secundæ quæstionis concludimus ex effectu, primum motorem existere, hunc autem dicimus Deum, ergo intellecta attingimus existentiam Dei, vt fundat hanc, Deus est. ex his patet quòd obiectio Scoti in primo dist. 3. q. 1. ibi. Nec oportet distinguere, de, si est, &c. nō est alicuius valoris cōtra B. Tho. Credit enim B. Tho. tenere quod in hac propositione, Deus est cognoscimus tantum veritatem propositionis, & non cognoscimus existentiam Dei, hoc autem est falsum, quoniam vt dicit B. Thom. respondens Deum existere concluditur ex effectibus.

ARTICVL. V.

Vtrum Deus sit in aliquo genere?

Generis acceptiones.

Circa tit. Aduerte quòd non quæritur de genere subiecti, vel obiectinam cōstat quòd continetur sub ente vt est subiectum metaphysices, nec de genere prædicabili communiter dicto, prout analogum potest dici genus, sic substātia vt substantia communis finitæ & infinitæ, corporeæ, & incorporeæ, potest dici genus licet in via nostra, substantia in sua maxima communitate, non dicatur vniuocè vt declarabitur cum soluemus argumenta Gregorij: sed quæritur de genere prædicabili propriè dicto i. vniuoco quod sit verè genus generalissimum vel subalternum.

Sed contra genus est prius secundum intellectum eo quòd in genere continetur &c. Aduerte quòd ly, secundum intellectum, iumitur ex parte rei, siue secundum rationem metaphysicam, quæ fundatur in natura rei, & non solūm ex parte nostri modi apprehendendi: aliter propositio minor esset falsa. prius enim apprehendimus ens, & substantiam quàm ipsum Deum, & prius sapientiam vt sapientia, quam sapientiam infinitam, & tamen ex parte rei nec ens, nec substantia est prior Deo, cum sit omne ens, omnis substantia perfectionaliter, vnde verificatur illa minor, sicut verificatur apud Philosophū in 7. Metaphy. text. 21. loquens de quod quid est, & de eo cuius est, ibi: At vero nō solūm sunt vnum, sed etiam eadem ipsorum ratio similiter enim ly, ratio pro ratione obiectiua, & non pro formali præcisè ex parte nostri intellectus: nam esse diffinitum & esse diffinitionem, distinguuntur ratione ex parte nostri intellectus, licet non ex natura rei &c.

Privationes in propriè reduci possunt ad genus, habitus contrarij.

Also modo per reductionem vt principia & priuationes &c. Aduerte, quòd hæc reductio non est eiusdem rationis respectu principiorum, & respectu priuationum. Nam principia, vt punctus & vnitas sunt verè entia realia, licet indiuisibilia, & ideo verè reducuntur ad genus prædicabile quod est pars subiectiua entis extra animam ex 6. Metaphysic. text. 4. Priuationes autem cum sint negationes ex consequenti non entia, non ita propriè & intrinsecè sed potiùs extrinsecè reducuntur ad genus prædicamentale. id est, gratia oppositi habitus contrariè negantis vnde sicut datur denominatio intrinseca & extrinseca: sic in proposito datur reductio intrinseca, respectu principiorum, & extrinseca respectu priuationum.

Genus & differentia, idem re, sed ratione diuersa sint.

Semper autem à quo sumitur differentia, vsque ibi *similiter manifestum est &c* Aduerte quòd hæc propositio potest dupliciter intelligi: primò quòd id à quo sumitur genus, sit potentiale distinctum realiter ab eo, à quo sumitur differentia, vt ab actu, & hæc nō est mens B Thom. quoniam sensitiuum, & intellectiuum non sunt in eadem distincti realiter, vt patet infra Quæstion. 75. articul. 3. Secundo quòd eadem res sit, à quo sumitur genus & differentia, sed vt fundat conceptum generis est verè possibilis, & determinabilis, & vt fundat conceptū differentiæ est vt, actus & determinans. Vnde licet sit identitas realis stat tamen distinctio rationis fundamētalis potētiæ, & actus & propterea ex natura rei potest dici eadem natura determinabilis, & determinans, possibilis, & actualis. Et quoniam omne ex natura rei possibile est imperfectum, ideo omne contentum in genere, vt sic imperfectum est: propter quòd Deus non est in genere, dico igitur quòd B. Thom. intendit dictum suum in secūdo sensu, vt ipsemet declarat in Q. 76. art. 3. ad quartum, vide eum. Hinc patet quòd argumenta Gregorij in Capreol. in primo dist. 8. q. 1. contra tertiā conclusionem, nihil concludunt. Arguit enim contra dictum. B. Thom. supponens quòd B. Thom. teneat ipsum in primo sensu, quod est falsum vt declarauimus ideo nō aliter soluo ea. Vide tu Capre.

Reposita in genere componitur ex esse & essentia i. differt in ea esse ab essentia.

Si Deus esset in aliquo genere, oporteret quòd eius esset genus eius &c. Aduerte quòd B. Thom. intentio in hac ratione est hæc. Dum quælibet res colligetur in genere per essentiam suam, illud erit genus Dei si ponitur in genere, quod significat essentiam simpliciter. id est illimitatè, quia est essentia diuina, & suum esse: sed nullum assignatum sub ente significat essentiam illimitatè, sed determinatè, vt patet de quolibet generalissimo: sunt enim partes entis subiectiuæ, vnde substātia non continet in se essentiam quantitatis, nec quantitas essentiam qualitatis, solūm autem ens vniuersalissimè sumptum, & nominaliter significat essentiam vniuersalissimè, & participialiter sumptū significat esse vniuersalissimè. Cum ergo diuina essentia, & diuinum esse, sint omnis essentia, & omne esse perfectionaliter, ergò optimè sequitur quòd si Deus esset in genere tantum ens esset genus suum.

Ex hac ratione sic formata & intellecta videbis solutum argumentum Greg. in Capreol. 1. dist. 8. q. 2. contra quartam conclusionem, & est quartum in ordine. Nam ens nominaliter sumptum non significat illimitatè essentiam creaturæ, & immediatè, sicut significat essentiam Dei; similiter dico de ente participialiter sumpto, vt significat esse: & ideo dato quòd de facto significet essentiam rei creatæ, non sequitur quòd sit genus &c.

Ostendit autem philosophum in 3. metaph &c. vsque ibi: *vnde relinquitur. &c.* Aduerte quòd hæc probatio fundatur super duo, quæ defendimus in nostris quæstionibus metaphysicis in 3. & in 4. libr. Primum est quòd differentia est extra rationem formalem generis, & è conuerso. Secundum est quòd ens prædicaretur formaliter de omni contento sub ipso, & tam de differentiis vltimis quam de passionibus suis, & ideo ne fiat, inutilis repetitio, recurrere ad illa &c.

Omnia quæ sunt in genere communicant in quidditate, vel essentia, &c. vsque ibi *illius hominis.* Aduerte quòd B. Thom. non intendit quòd cōueniunt in quidditate vel essentia, quasi quòd vnitate reali conueniant in natura generis: neque enim datur vnitas realis apud B. Thom. nisi vnitas singularis, siue vniuersalis. Vnde sicut duæ species differunt realiter in esse. i. non solùm differunt esse specifico, & esse, actualis existentiæ, sed etiam non conueniunt quidditatiuè in ipso, quoniam vt reponuntur in genere, abstrahunt ab esse existentiæ, non tamen ab essentia cum prædicatur de eis in primo modo per se. Et scias cum dicit differunt autem secundum esse intendit principaliter, de esse existentiæ ad quòd vltimatè deducit differentia ex intentione naturæ. Ideo enim rationale, aduenies animali, constituit hominem, vt sit pars vniuersi, ex consequenti vt existat. Ex his videbis solutum argumētum Greg. in Capr. in primo d. 8. qō. 2. contra quartam conclusionem, & est vltimum in ordine procedit enim ac si B. Tho. intenderet communitatem in essentia secundū vnitatem realem, quod non fuit intentum B. Thom. Videbis solutum etiam argumentum expositoris qui arguit, quòd videtur B. Thom. per æquiuocationem peccare; quoniam in antecedenti, cùm dicit: differunt autem secundum esse &c. accipit ly, esse pro esse specifico. In cōsequenti autem, cum dicit & sic oportet quòd quæcunque sunt in genere, differant in esse &c. stat ly, esse pro essentia, ergo &c. Sed vt diximus in antecedenti sumit principaliter, & prima intentione ly, esse pro existere, sicut & in consequenti, quoniam est vltimum intentum propter quod constituitur species, & indiuiduum: ideo non est æquiuocatio.

Et sic oportet quæcunque sunt in genere &c. vsque ibi, *essentia.* Aduerte primò quòd B. Tho. non dicit quæcunque sunt in genere componuntur ex esse, & essentia: quoniam natura animalis. & lapides præcisè sumptæ, vt abstrahunt ab esse, sunt in genere, & tamen vt sic, non componuntur ex esse, & essentia, sed dicit quòd differt esse ab essentia. i. omne, quod ponitur in genere tale est, quòd si essentia comparetur ad esse suum, differunt realiter. & si inuenias B. Thom. dicentem quòd reponitur in genere componitur ex esse, & essentia, sic intelligas. quòd habet essentiam vel est essentia, cōponibile est cum suo esse, ita que propriè est compositio cum his: ex his videbis soluta argumenta Greg. in primo d. 8. q. 2. contra secundam conclusionē, & sunt 4. & 5. in ordine. Aduerte 2. quòd hæc propositio, *& sic oportet quòd quæcunque &c.* est cōsequens illarum ex illo antecedente quæcunque sunt in genere & c. Sed difficile est videre, quomodo sequitur realis distinctio in essentia & esse, ex illo antecedente: Nam si communicatio in essentia esset secundum vnitatem realē, & differentia in esse secundū distinctionem realem, vtique consequentia esset manifesta, sed iam dictum est, quòd sicut distinctio in esse, ita & distinctio in essentia est realis. Alia enim est natura animalis in homine, alia in asino, sicut aliud & aliud esse. Cum igitur illa vnitas in essentia sit tantum formalis, & distinctio esse sit formalis, conueniunt enim in distinctione reali, tam in essentia quam in esse, quia si in esse non conueniunt conceptu quidditatiuo, cum non sint de ratione eorum, vt diximus nō videtur sequi distinctio realis inter essentiam & esse, alioquin inter genus & differentias esset distinctio realis: species enim conueniunt formaliter in genere, & differunt formaliter differentiis, ergo consequentia B. Thom. videtur nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad hoc dico quòd regulariter cõſequentia non tenet, vt patet in iſtãtia de genere & differentia: ſed in præſenti materia valet. Nam quodcũque illud, in quo plura conueniunt formaliter, eſt verè actuabile, & perfectibile, per illud, quo plura differunt formaliter ex conuenientia & differentia formali, infertur diſtinctio realis inter ea, ſic eſt in propoſito. Nam in quibuſcunque eſſentia eſt de ſuo concepti quidditatiuo, non autem eſſe exiſtentiæ verè, & realiter perficitur ſuo eſſe, vt declarauimus ſuprà, quoniã nullius creati eſſentia ſibi ſufficit ad exiſtẽdum. Dico igitur, quòd conſequẽtia B. Tho. valet ex antecedente: quæcunq; ſunt in genere, conueniunt formaliter in eſſentia verè perfectibili, & differunt in eſſe verè perfectiuo: ergo in eis diſſert realiter eſſentia, & eſſe. Et ſi dicas, quòd genus determinatur differentiis, ex conſequenti actuatur, ergo ſequitur quòd differat realiter ab eis. Reſpondeo hęc determinatio eſt logica, ideo non ſequitur ſicut in propoſito.

Quod autem Deus non ſit in genere per reductionem &c.

Deus. quomodo ad genus aliquod.

Aduerte quòd Capreol in 1. diſt. 8. q. 1. in prob. ſecundæ quæſtionis ibi, *ſecundum tamen quod oppoſitum &c.* tenet quod dixerit, & tenuerit oppoſitum, exiſtens iuuenis in 1. d. 8 quæſt. 4. artic. 2. ad 3. & in q. de potẽtia. q. 7. arti. 8. ad 7 & cõcordat ipſum, ſed dicit ſtandum eſſe in Summa. Expoſitor autem ſic concordat eum quod eſt in genere reductiuè, eſt duplex: quoddam vt principium contentum, & determinatum ad tale genus, & ſic negat in hoc artic. Deum eſſe reductiuè in genere: quoddam autem cõtinens generis, & tale non eſt neceſſe, vt ſic determinatum præcisè ad vnum genus: poteſt enim eſſe principium plurium generum, & ſic concedit in primo ſententiarum & q. de potentia Dei, Deũ eſſe in genere reductiuè, nec hoc negatur in præſenti artic. Hæc concordia poteſt admitti. Vetuntamen ſententia Capreol eſt apparens: quoniam ſi aduertas B. Thom ijſdem exemplis, ſpuncto, & vnitate quibus declarauit negatiuam in præſenti artic. vtitur in primo ſententiarum & clarius in q. de potentia ad declarandam affirmatiuam, ergo in eo ſenſu in quo negat hic Deum eſſe in genere reductiuè, ſicut punctum & vnitatem, affirmat in q. de potentia. Dicit enim illic poteſt dici, quòd ſit in genere ſubſtantiæ per reductionem ſicut principium, & ſicut pũctũ eſt principium quantitatis continuæ, & ſicut vnitas in genere numerorum: hæc ille. Poſſumus ergo dicere cum Capreol. quòd ſtandum eſt in Summa &c. Poſtquam ſuſtinueris rationes B. Thom. pro prima quæſt. Deus non eſt in genere, videbis Capreol vbi ſuprà contra quartam concluſionem & inuenies tria argumenta prima in ordine, quibus arguit directè contra cõcluſionem verum quia Capreol. clarè, & ſufficienter ſoluit ea, ideo vide tu illa. Et aduerte, quod omnia peccant in hoc fundamẽto quòd ſubſtãtia, ſpiritus, pater, agẽs, &c. dicantur vniuocè de Deo, & creatura. Super omnia nota tertium quod fundatur in Ariſt. 12. met. à tex. primo vſq; ad textum 3. &c. in ratione ad 1. Aduerte duo, primum quia in præſenti artic. tenet Deum nullo modo eſſe in genere, ideo ſimpliciter negat in hac reſpõſione, ad ſecũdum Deum eſſe menſuram homogeneã, ita quòd ſit eiuſdem generis cum ſuo menſurato, nec per ſe nec reductiuè. In q. autem de potentia. q. 7. artic. 3. ad 7. ſoluens argumentum idem: quia tenet, quòd Deus eſt reductiuè in genere, vt principium generis, concedit quod eſt eiuſdem generis menſura cum menſurato reductiuè, tamen ex conſequenti quòd poſſit dici homogenea reductiuè: veruntamen ſtandum eſt vt diximus, in Summa.

Secundo, Aduerte quòd licet B. Thom. ſaluet. Auerr. in q. de potentia Dei in eodem loco, quoniam concedit Deum eſſe primum in genere ſubſtantiæ, tamen in præſenti reſponſione non cutat de intentione eius ſed in illis verbis, dicitur tamen menſura &c. declarat ſecundum veritatem, quomodo debeat intelligi propoſitio illa. Quod autẽ talis declaratio ſit ad mentem Auerr vel non, non curat: & propterea licet arguens adducerit ipſum, tamen reſpondens non nominat eum, quaſi innuens, q. negat eum in ſenſu, quo ipſe loquitur: loquitur enim de menſura homogenea: nos vult quòd ſicut albedo eſt menſura omnium colorum, ſic primus motor omnis ſubſtantiæ, & propterea nõ placet mihi Expoſitor in hoc, quod conatur declarare quòd B. Tho reſpondens in illis verbis. *Dicitur menſura &c.* loquitur ad mẽtem Commentatoris, quod non eſt verum, conſtat enim inſpicienti, totũ commentum ſeptimi, in x met, quòd talem homogeneitatem ponit cõmentator in Deum, vt menſuram, & alias ſubſtantias, qualis eſt inter vnitatem, & numerum, inter albedinẽ, & alios colores, quæ homogeneitas nõ eſt illa, quam ponit expoſitor in 3. membro ſuæ diſtinctionis cum dicit: & hoc modo Deus eſt menſura homogenea coordinationis. De hac autem menſura quæ attribuitur primæ cauſæ, ordinaui quæſtionem in x. met. & eſt 7. in ordine.

ARTICVL. VI.

Vtrum in Deo ſint aliqua accidentia?

Circa tit. Aduerte quòd hic quæritur de accidenti prædicamentali, cuius eſt inhærere, & facere cõpoſitionem in ſubiecto. Nõ autem hic quæritur de accidenti prædicabili, ſed prædicamento accidentali: conſtat enim quòd reperitur in Deo. hoc enim eſt per accidens. Eſſentia eſt pater, vt tractabitur in tractatu de Trinitate, aliter non poſſet committi in Deo fallacia accidentis &c.

Forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum &c. Aduerte quòd Boẽtius in lib. de Trinitate, non loquitur de forma ſimplici in tota ſua latitudine, ſed de ſimpliciter ſimplici, qualis eſt Deus eſſentia, & propterea non verificatur, niſi de Deo. Nam ſubſtãtiæ abſtractæ, & ſi ſint ſimplices ſimplicitate oppoſita compoſitioni ex materia & forma, non tamen ſimpliciter ſimplices, quoniam actio ſua non eſt ſubſtantia eorum, & ideo poſſunt habere compoſitionem cum his.

Subiectum comparatur ad accidens, ſicut potentia ad actum &c. Aduerte, quòd hęc ratio fundatur in 12. met. tex. 31. 101: *tam ſi non intelligi &c.* ſicut potẽtia ad actũ, & perfectibile ad perfectionẽ &c. *Licet id quod eſt aliquid poſit habere additum.* Aduertes, quòd 8. Tho. inducit hanc cõparationem, ſicut ſe habent albedo, & album ad hoc, quod eſt eſſe aliud, quam ipſum, ſic ſe habent eſſe abſtractè ſumptum & id, quod habet eſſe, ſiue ens concretũ. i. compoſitum ex eſſentia & eſſe: ſed albedo eſt tantum aliquid, album autem non eſt ſolùm album, ſed poteſt eſſe dulce, & graue, & lapis ergo eſſe eſt tãtũ eſſe. i. omne quod eſt, eſt ipſum, & tantum concretum non eſt ſolum eſſe, ſed & eſt. eum ergo Deus ſit eſſe ſuum, ſequitur quod omne, quod eſt in Deo ipſe Deus ergo accidens non eſt in Deo &c.

Accidens duplices ac cidens per ſe & acci dens per accidens.

Omne quod eſt per ſe, eſt prius eo quod eſt per accidens &c. Aduerte quòd B. Tho. intendit à Deo excludere omne accidens, & primò accidens per accidens. i. quod facit propoſitionem per accidẽs, deinde accidens per ſe, & ſupponit quòd in Deo non ſit prius & posterius, aliter non ſeruaret ui omnimoda immutabilitas in Deo. Aduenit enim poſteriori aliter ſe habenti, & ſuper hoc fundamentum tacitum, fundat totam rationem ſuam. Conſtat enim quòd cum accidens per ſe, naturali ſequela emanat à principiis eſſentialib. prius eſt accidenti per accidens tanquam extraneo.

In reſpõſione ad primum Aduerte quòd illa propoſitio Phyſica in primo Phyſicorum tex. 27. Quod verè eſt nullè accidit inducitur ab Ariſt. contra Parmenidem, & intendit quod id, quod ex natura ſua eſt ſubſtantia, in quocunque inueniatur vniuocè dictum, nõ poteſt eſſe accidens, ſicut nec id, quòd eſt accidens ex natura ſua, in quocunque inueniatur vniuocè, poteſt eſſe ſubſtantia. Patet quoniam ſecundum doctrinam noſtram, nomen commune Deo, & Creaturæ eſt analogum, non concludit, ſicut concluderet contra Scotum.

In reſpõſione ad ſecundum. *Principia accidentium reducuntur ad principia ſubſtantiæ &c.* Aduerte quod hæc reſponſio fundatur in 7. meta. circa finem, vbi vult philoſophus, quod ſubſtãtia non producatur nihi à ſubſtantia præexiſtente in actu, ſed quãtum ad quale producitur in eſſe non quali, aut quanto præſuppoſito in actu, ſed tantũ ia potentia, & propterea ſecundum ipſum principium accidentis tam receptiuum, quam effectiuum erit ſubſtantia, & vniuerſale effectiuum, erit prima ſubſtantia, quæ dicitur prima cauſa. ſimiliter principium primum formale accidentium erit ſubſtantia, quoniam qualitates non agunt niſi in virtute ſubſtantiæ vel formæ ſubſtantialis.

ARTICVL. VII.

Vtrum Deus ſit omnino ſimplex.

Circa tit. Aduertes ly *omnino ſimplex.* excludit omnino compoſitionẽ intrinſecã, vt ſit ſenſus, Vtrum Deus in ſua ſubſtantia, non contineat aliqua plura diſtincta realia abſoluta, vt præſeruemus diuinas perſonas, & non eſt intentio ſua excludere compoſitionem extrinſecam. i. cum alio ſibi extrinſeco: aliter artic ſequens eſſet ſuperfluus, vt videbis &c.

Omne compoſitum eſt prius ſuis componentibus, & dependem ab eis, &c. Aduerte quòd hæc ratio fundatur in 3. met. in c. de toto, vbi habetur, quòd totum ex partibus reſultat, ex conſequenti comparatur ad partes, vt effectus ad cauſam. ergo eſt posterius & dependens, & in 7. Phyſicorum textu ſecundo, quòd motus totius pẽdet ex motu partium ergo posterius, poſt eius ſufficit. q. verificetur tẽpore vel natura, conſideradõ totũ & partes quo ad ly entitates, non autẽ vt relatiua ſunt, ſic enim ſunt ſimul natura, licet depẽdens ſufficit quòd verificetur pro aliquo genere cauſæ. ſaltẽ materialis vel formalis, vel vtroq; modo.

Omne corpus cum habet &c. Aduerte quòd ly, cauſam ſtat pro cauſa actiua, & fundatur hæc ratio princ. 8. meta. text. vltimo vbi. quare cum nulla alia &c. vbi vult Philoſophus, quòd in com

poſitione oportet aſſignare agens, in cuius actione ex partibus diuerſis nempe potentia & actu fiat vnum.

In compoſito oportet eſſe potentiam & actum &c. Aduerte quòd hæc ratio fundatur in 7 Meta text. 49. ibi, duo namque ſic actu nunquam ſunt vnum: Vbi philoſophus arguit cõtra Platonem dedueens quòd neceſſe eſt omnium componentium alterum eſſe potentiam, alterum verò actum, vt clarius manifeſtatur in 8. lib. text. vltimo vel vtrumque eſt potentia vt partes lineæ componentes lineam. Aduerte tamen quòd licet vtroque modo fiat vnum per ſe tamen multum differunt vt declarauimus in 8. Meta. q. 7 vide tu ad placitum.

In reſponſione ad primum. *Eſt autem de ratione cauſati quòd ſit aliquo modo compoſitum &c.* Aduerte quòd ly cauſati ſtat ex eo, quod terminat actionem agentis, & dicitur cauſatum vt quod, & eſt illud, quod habet eſſe completum in ſe, vt homo, lapis &c. nam ſumendo cauſatum communiſſime, prout ſe extendit ad materiam ad formam, & accidentia, non eſt verum quòd, talia ſunt compoſita, vt determinat B. Tho. in 1. d. 8. q. 5. art. primo: vnde reſpondens ad primam q. probat aliquam creaturam eſſe omnino ſimplicem, quia forma eſt creatura, & tamen eſt ſimplex & inuariabilis, ex diffinitione ſua: dicit hæc ratio procedit de creaturis, quæ non habent eſſe completum, quæ non componuntur ex aliis, quales ſunt formæ & accidentia. Ex his patet. quòd ſi Sco. in 1. d. 8. q. 1. ibi ſurta hoc quæro, Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex, adduciſſet hanc deciſionem B. Tho. non impugnaſſet reſponſionem B. Tho. datam hic ad ſecundum: Probat enim Scot. quòd partes alicuius cauſati ſunt cauſatæ. nempe materia, & forma, & tamen non ſunt cõpoſitæ, aliter eſſet proceſſus in infinitum, vel dabitur cauſatum non compoſitum. Hoc idem argumentum formatur B. Tho. in 1. d. 8. q. 5. art. 1. & eſt tertium in ordine, & reſpondens dicit quòd concludit de eo, quod non habet eſſe completum, quod ſolet dici concauſatum, ſed B. Thom. intendit de propriè & per ſe cauſato, ergo inſtantia Scoti non valet, &c.

Cauſatũ quod eſt habet eſſe in ſe cõpletum.

In reſponſione ad ſecundum. Aduerte quòd B. Tho. intendit nec compoſitionem, nec ſimplicitatem abſolutè ſumptas eſſe perfectiones ſimpliciter. Aliter ſimplicitas in quolibet ente, vt ens eſt, eſſet melior compoſitione, & ſic forma eſſet melior compoſito & nobilior, & res quanto minus compoſita tanto nobilior eſſet, & ex conſequenti elementum eſſet nobilius elementato: ſed intendit quòd ſimplicitas cum tali conditione eſt nobilior ſimpliciter, quæ autem ſit illa conditio, ſunt de hoc variæ opiniones.

Robertus Holco. in 1. ſententiarum. q. 6. reſpondens ad primum dubium dicit quòd requiritur quòd res cui ineſt ſimplicitas, non ſit compoſita ex his, nec ſit componibilis cum altero nempe cum accidentib. ſed hoc non conſonat doctrinæ B. Tho. ſequeretur enim quòd in ſolo Deo eſſet perfectio. qui ſolus non eſt componibilis alteri, vt patet. in artic. ſequenti, Et tamen in lib. de ente & eſſentia. c. 2. tenet quod licet tam ſubſtantiæ compoſitæ quam ſimplices. i. abſtractæ habeant eſſentiam, tamen ſimplices habent veriori modo, ſecundum quod etiam habent nobilius eſſe, hæc ille. vult ergo ſimplicitatem eſſe perfectionem in qualibet ſubſtantia abſtracta.

Scotus autem in 1. d. 8. q. 2. ad primum, tenet quòd eſt perfectio ſimpliciter, dummodo excludat compoſitionem vel componibilitatem ex actu, & potentia, vel ex perfectione, vel imperfectione, ſed quia talis conditio ſaluatur in ſolo Deo, ideo dicendum eſt ad Scotum ſicut ad Holcot. Aduerte tamen quòd Scotus tenet in progreſſu ſimplicitatem, vt ſimplicitas eſt eſſe perfectionem ſimpliciter, licet in multis naturis repugnet, & conatur gloſſare definitionem Anſelmi ſuo modo, cõtra quem expoſitor ſuper lib. de Ente, & eſſentia, ſuper c. 2. ſufficienter ſe habet nec volo immutare eum &c. Eſt igitur tertia opinio, quę eſt ipſius expoſitoris in eodem loco, & ſtat in hoc, ſimplicitas ſi adiungatur ſubſiſtentiæ, & naturæ eius tota perfectio apta eſt ſtare indiuiſa. i. non reſultare ex partibus integralibus, nec eſſentialibus, dicit perfectionem ſimpliciter: propter primam conditionem, excludo formas materiales naturales, accidentia, & materiam, propter ſecundam: excludo omnia corpora à cælo vſque ad elementum incluſiuè, & hanc ſententiam vt veriorem & magis conformem B. Thom. ſuſtinet.

ARTICVL. VIII.

Vtrum Deus in compoſitionem aliorum veniat?

Circa titulum, Aduerte ad hoc, quod aliquid faciat cõpoſitionẽ cum altero in ſignificato proprio, neceſſe eſt quòd ſit forma ſubſtãtialis vel materia prima, in compoſitione ſubſtantiali, vel ſit forma accidentalis, vel ſubiectum in compoſitione accidentali. Nam vnio ſecundum operationem vel aſſiſtentiam, vel indiſtinctionem ſitus, non facit compoſitionem.

Mercur Termegiſtus. Deus eſt anima mundi.

Quidem enim poſſerunt quod Deus eſſet anima mũdi &c. Aduerte quòd ex his fuit Mercurius Termigiſtus in Pimandro in quo ſequitur Platonem in Timæo: quoniam apud eos diſſinitur anima ex motu, quicquid habet virtutem motricẽ dicitur anima apud eos, & quoniam Deus mouet mundum ſiue ipſum vniuerſũ. ideo dicitur anima mundi. Ex ſua tamen poſitione non ſequitur quòd faciat compoſitionem, quoniam vt declaranimus in tit. vnio ſecũdum operationem, & aſſiſtẽtiam non facit cõpoſitionem: & ad hoc, &c. reducitur quod quidam dixerunt Deum eſſe animã primi cæli &c. Hic videtur eſſe Cõmentator in 12. Met. comm. 44. In quo appellat ptimum motorem, motorem omnium, & applicat ipſum primo cælo. & hos motores appellat formas & ſecundum eos in cõment. 36 ponit cælum animatum. ergo ſequentes intelligẽtiæ ſunt animæ ſequentium cælorum. ſecundum ipſum, ſic Deus eſt anima primi cæli: verum ſecundũ Auer. non facit compoſitionẽ talem, qualem expoſuimus in titul artic. quoniam apud ipſum repugnat principium intellectiuum eſſe formam, dandam eſſe materiæ. ex tertio de anima comm. 5. vt diffuſè pertractabitur. in q. 76. art. 1 ideo pto nunc tranſeo.

Vnio ſecũdum aſſiſtentiam vel operationem nõ facit cõpoſitionẽ.

Auerrois Deus eſt anima primi cæli.

Nec ſicut principium formale, nec ſicut principium materiale, &c. Aduerte quòd B. Thom. determinat ſe ad reptobandum tertium & quartum errores, conſiderans quòd prima & ſecunda opinio, ſiue veræ ſiue falſæ ſint non intendãt veram componibilitatem, ideo te inquietes eas.

Primo quidẽ quia ſupra diximus Deum eſſe cauſam efficientem &c. Aduerte quòd B. Thom. in hac ratione hanc conditionalem ſupponit, ſi Deus in compoſitionem alicuius venit vt forma, vel vt materia tale erit effectus Dei: ſed conſequens eſt impoſſibile. ergo & antecedens. Conſequentia probatur ex precedentib. quoniam dictum eſt, omnium eſſe causam efficiẽtem. ergo omnium extra ipſum. Falſitatem veto conſequentis probat in hac ratione declarans, quomodo forma agentis non incidit in idem numero omnis effectui, nec materia in idem ſpecie, quod eſt principium apud Philoſophum vniuerſaliter acceptatum.

Anima eſt primo & per ſe intelligẽs.

Quod autem venit in compoſitionem, non primo & per ſe agit, ſed magis &c. Aduerte quòd prima propoſitio. ſ. Quod autem &c. Videtur pati inſtantiam de anima intellectiua, quæ venit in compoſitionem, & tamen reſpectu intellectionis eſt primo & per ſe intelligens, cum ſit eſſentialiter à ſola anima ad differentiam aliarum operantium. Et ideo quomodo verificatur de animo & de coniuncto magis proprie, quam de anima declarabitur in q. 75. artic. 6. pro nunc ſufficit. quod ratio B. Tho. cõcludit Deum non eſſe formam omnium rerum, vt dicebat tertia opinio. Conſtat enim quòd non eſt forma lapidis, quoniam cum illa forma non habeat operationem per ſe, vt ad ſenſum patet. ſed omnis operatio lapidis ſit operatio compoſiti, non poteſt eſſe primo, & per ſe agens quale eſt Deus.

Item aduerte quòd per ly, ſed magis cõpoſitum non intendit B. Tho. affirmare aliquod compoſitum eſſe primo & per ſe agens, concludit enim oppoſitum in arti. 2. in 3. ratione, ſed loquimur comparatiue q. d. ſi deberet admitti quòd forma vel ſuum cõpoſitum ſit primo & per ſe agens, eſſet magis concedendum de compoſito, quoniam eſt, quod agit, forma autem quo agit tamen de neutro ſimpliciter concedendum eſt &c.

QVÆSTIO QVARTA.

ARTICVL. I.

Vtrum Deus ſit perfectus?

Perfectũ dupliciter ſubſtantialiter, et attributaliter.

Ad hoc quod Deus ſit perfectus ſubſtãtialiter quatuor requiruntur.

Circa titul. Aduerte quòd ly perfectus põt triplicitèr accipi, primo quòd ſit perfectus ſubſtãtialiter i. quòd ſit ens perfectiſſimũ, & in optimo modo eſſendi, q. eſt eſſe maximè actu, ſicut eſſe maximè in potentia eſt imperfectiſſimus modus. 2. q. ſit perfectus attributaliter. i. quod in ſe contineat perfectiones, vt bonitatem ſapientiam &c 3. quòd ſecundum vnumquodque attributum, ſit perfectus. i. quod omne attributum contineat in ſe perfectiſſimo modo.

In titul. intendit de perfecto in primo modo nam eſſe ſubſtantialiter perfectum prius eſt, quam eſſe, ſupradictum: ſicut prius eſt eſſe Sortem perfectum ſubſtantialiter, quã eſſe doctũ, ſapientem, iuſtum &c. Ad hoc autem, quod Deus ſubſtãtialiter ſit perfectus quatuor cõditiones requiritur ſimpliciter, & abſolutè, Primò quòd nihil pertinens ad ſubſtantiam, ſiue eſſentiã lutè, Primò quòd nihil pertinens ad ſubſtantiam, ſiue eſſentiã deficiat ſibi. Secundo quod non poſſit ſibi fieri additio, ſuam deficiat ſibi. Secundo quod non poſſit ſibi fieri additio, Tertio quòd nihil ſit perfectius eo. Quarto quòd nihil poſſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse perfectius ipso. Et id breuiter tetigit Philosophus in 5. Met. c. de perfecto, vbi dicit Cõmentator: perfecta vniuersaliter sunt illa, in quibus nihil inuenitur per q̃ dicatur imperfecta aut extrinsecũ, & hoc est dispositio primi principij. s. Dei, In secundo autem argumẽto ager de perfecto in secundo sensu, De tertio autẽ sensu non formaliter agit in hac quæstione, sed potest reduci ad tertium articulum, vt videbitur sicut Philosophus narrat &c. Aduerte quòd Aristo. in 12. Metaph. textu 4. postquam concluserat Deum esse optimum, & fœlicissimũ: adducit opinionẽ Pythagoræ & Leucippi, qui tenebãt prima principia esse imperfecta & sumebãt signũ ex seminibus plantarũ, quæ sũt imperfectiora his, quæ nascuntur ex eis, vtpote quia animata sunt tantùm in potẽtia: sed vt inquit illic Aristo. decipiũtur quia semen non est primum principiũ, sed illud, à quo producitur semen Et vide tu illic. B. Tho. autem adducit fundamẽtũ vniuersale, in quo philosophi prius conueniebant, vt habetur in primo Physicorum & in Primo Metaphysic quòd. s. non est aliquod principium rerum nisi materiale. Vnde dicit Aristote. in primo Metaphysi in principio opinionum recitatarum. Primi igitur Philosophi ea sola principia existimarunt, quæ sub ratione materiæ collocantur &c. In responsione ad secundum aduerte quòd ista fuit opinio Pythagoræ, & Leucippi, vt recitat Philosophus in 12. Metaphys. text. 40 & responsio, quam B. Thom adducit, est responsio Philosophi illic. &c.

In responsione ad tertium, Aduerte quòd B. Thom. non negat quin esse sit communissimum sed negat quòd sit cõmunissimum recipiens, hoc enim est imperfectissimum: quoniam vnumquodque in tantum est recipiens, inquantum est potentiale, & propterea materia prima est imperfectissima. Concedit ergo quòd est communissimum receptum, sed ex hoc non sequitur quòd sit imperfectissimum imo oppositum: quia receptum actuat, & perficit & ex consequenti perfectio est.

Hinc patet quòd ratio Scoti in primo dist. 8. q. 1. ibi. Non enim esse est perfectissimus effectus: nullius est efficaciæ, sic enim argu it. Quo 1 includitur in multis, non põt esse perfectius quocũque illorum, in quo includitur. sed esse includitur &c. cum sit communissimum ergo &c. Patet quòd hæc ratio coincidit cum arg. B. Thom & ideo eadem responsione soluitur Nam maior non est vera nisi de communissimo recipiente: esse autem communissimum receptum, quia est actualitas omnium, Scias tamen quòd ratio Scot. ad plenum soluitur q. 45. art. 5, vbi sustinebitur quòd esse est effectum solius Dei, ideo pro nunc sufficit.

ARTICVL. II.

Verum in Deo sint perfectiones omnium rerum?

Perfectio duplex simplex & limitata.

Circa titulum, aduerte primò quòd perfectio propriè est id, quod pertinet ad bonitatem rei, & significatur termino qualitatiuo vt sapientia, bonitas, vita, intellectus &c. Aduerte secũdo quòd perfectiones rerum sunt duplices: quædam simpliciter dictæ quas melius est in vnoquoq; inesse, quã non inesse: quædam limitatæ, vt visibilitas in homine, fortitudo in leone. in titulo sumitur ly, perfectiones indistinctè non descẽdendo ad has vel illas, Tertiò aduerte quod perfectiones possunt inesse, aliquando formaliter, vt Deus formaliter est sapiens: quædam virtualiter vel eminenter. i. quamcunque perfectionem dicat ritibilitas in homine, calor in igne, lux in sole, torũ est in Deo virtualiter. In titulo ly, sint, stat indistinctè.

In Deo sunt perfectiones omnium rerum, vnde & dicitur vniuersaliter perfectus &c. vt que ibi in 5 Metaphysicæ Aduerte quòd ly, vniuersaliter perfectus, alio modo intelligendum est secundũ mentem Commentatoris, alio modo secundum veritatem. Nam quoniam Commentator. t. nec Deum esse finitæ virtutis, dicit quòd est vniuersaliter perfectus, prout continet omnes perfectiones cuiuscunque generis, quæ sunt actu in rerum natura: & quoniam illæ, vt sic, finitæ sunt, ideo Deus secundum ipsum est vniuersaliter perfectus. finitè tamen secundum veritatem non est vniuersaliter perfectus, quia continet perfectiones omnium generum non solum actu existentes sed possibiles produci, tales autem sunt infinitæ in potentia, quia non tot sunt, quin plures possunt à Deo produci, vt declarabitur infra, ideo Deus est vniuersaliter perfectus, & infinitè.

Pefectiones rerum omnium quomodo sint in Deo.

Igitur licet B Thom. adducat dictum commentatoris in 5. met, capitulo de perfecto, non tamen intelligendum est ad mẽtem commentatoris, sed secundum veritatem &c. Præexistere autem in virtute causæ agentis, & vsque ibi inquantum huius modi est perfectio. Aduerte primo quòd ly, perfectiori modo, potest dupliciter intelligi. primo comparando effectũ ad causam efficiẽtẽ præcisè, & sic non est verum nisi in causa æquinoca, aliter B. Tho. sibi cõtradiceret in litera. Dixerat enim quòd si agens est vniuocum, quicquid perfectionis est in effectu, etiã est in causa effectiua, sed secũdum eãdem rationem, ergo non perfectiori modo, sed æqualiter: secũdo cõparando effectũ ad causam suam efficiẽtẽ, & causam materialem, & sic dictum B. Tho. est verum, tam in causa efficienti vniuoca quã æquinoca: intẽdit enim quòd licet cõtineatur effectus tam in cã efficienti quam in materia tamẽ in efficienti perfectiori modo non essẽtialiter, sed ex principalitate, & independentia: sicut exponitur dictũ Philosophi & Cõmentatoris in 7. Metaphy. textu & cõm. 7 cùm dicitur q̃ forma est prior & magis ens compositio, quod vtique est verũ principaliter, & indepẽdenter, non tamẽ essẽtialiter, quoniam compositum est id, quod est: forma verò quo.

Forma est prior, & magis ens compositio, glosa principaliter & independenter non essentialiter nam ens positum est id quod est: forma autem quo.

Aduerte secundo quòd ly, causæ agentis, non debet intelligi de quacunque causa agente, sed de causa principali, ad differẽtiam instrumẽtalis, quale est semen plantarum, & animalium, & instrumenta in artificialibus. Nec enim tanta perfectio inuenitur in semine quanta in animali genito, cum illud sit animatum tantum in potentia, hoc autem actu Item debet intelligi de causa efficienti per se, & non accidentali, quoniam vt accidentalis non influeret in effectum hæc autem est doctrina Cõmentatoris in 12. Metaphys. com. 24. in fine, cum dicit: ista igitur propositio verificatur tribus cõditionib. s. in agente non instrumento, in propinquo non in remoto, in agente essentialiter non accidentaliter &c.

Quomodo perfectiones diuinæ distinguantur.

Cum ergo Deus sit prima causa &c. Aduerte quòd per ly, prima innuit quòd sit æquinoca. Nam si est prima causa effectiua omnium rerum, ergo rerum diuersarum rationum contra æquinoca: paret consequentia hæc ex diffinitione causæ æquinocæ, & vniuocæ: & quoniam per primam intendebat æquinocam: ideo infert quod oportet omnium rerum perfectiones præexistere in Deo, secundum eminentiorem modum.

In responsione ad primum, & si quæ sunt diuersa, & opposita in seipsis in Deo sunt vt vnum &c. Ex his habemus in via B. Tho. q̃ perfectiones diuinæ non distinguũtur realiter, cum autem non sint synonima, aliter esset nugatio dicere, Deus iustus fortis, sapiens, & de eis verificentur contradictoria. Nam intellectus diuinus intelligit, & voluntas non intelligit, ergo nesscce est quòd aliqua distinctione distingantur, & quoniam hæc quæst. satis vulgata est, & à multis pertractata, ideo resolutè procedens, tria tantum perstringam primo opinionem B. Thom. secundo opinionem Greg. & soluam argumenta sua, tertio opinionem Scoti, & soluam rationes suas.

Quantum ad primũ oponionẽ B. Tho. perfectè habemus in 1. d. 2. q. 1. art. 1. Dico q̃ stat in sex. primò q̃ non distinguitur realiter, & in hoc cõcordãt oẽs, quoniã pluralitas absolutorũ, destruit omnimodã simplicitatẽ, secundò q̃ non sunt synonima, & in hoc cõcordãt oẽs ne fiat nugatio, 3. q̃ distinguũtur ratione, ita q̃ alia est ratio sapientiæ, alia iustitiæ Intelligo aũt per rationẽ id, quod intellectus apptehendit de significatione huius nominis sapiẽtia, & huius nois bonitas, & harũ rationũ subiectum quidẽ est intellectus, fundamentũ aũt & causa est diuina essentia, quæ sufficientissimè correspondẽt, nec intellectus põt vnico conceptu eam sufficienter apprehendere, nisi intellectus diuinus. Dico igitur q̃ distinguũtur ratione, non solum ex parte intellectus, sed ex parte rei, & hanc conclusionem sufficienter probat B. Thom clarè in 1. d. 2. q. 1 art. 3. ibi. Quantum verò ad quartam &c Diffusius autẽ Capr. in 1. d. 8. q. 4. in probatione secundæ quæstionis, ibi adducit quatuor rationes. vide tu.

Distinctio rationis quadruplex.

Quarto non distinguntur plus quam rõne sumpta ex parte rei. i. cui correspondet natura rei: quoniam apud B. Thom. non datur distinctio nisi realis aut rationis, & non distinguntur realitet vt conceditur, ergo non plus quam ratione.

Quinto non solùm istæ rationes plurificantur ex extrinseco. i. ex eo, quòd in creaturis cognoscimus has perfectiones distinctas. & sic de eis distinctas rationes formamus, quas Deo attribuimus, sine tamen diffinitione reali diuersarũ perfectionum: sed etiam ex intrinseco. i. ex plenitudine, & excedentia diuinæ perfectionis, quæ nec vno cõceptu, nec vno nomine sufficienter manifestari põt. Vnde dixit B. Tho. in 1. d. 2. q. 1. art. 1. ibi. Sed tñ si intellectus videns Deũ &c. quod esset necesse Beato si de essentia diuina formaret cõceptũ, multiplicare cõceptus, & noĩa propter eãm dictã, vnde secundũ Chrisostomum. Quidam Angeli laudãt Deũ vt Maiestatẽ, & quidã vt bonitatẽ &c.

Quòd istæ rõnes non plurificãtur solũ, ex cõnotato in creaturis. i. ex eo, quod diuersos effectus causãt in creaturis. p. quòd Deus dicitur bonus, quia cõmunicat se creaturis, q̃ dicitur iustus, quia præmiat vel punit iuste, iusta opera &c. sed quia istæ perfectiones verissimæ sunt in Deo, & licet sint vnũ, tñ concepibiles plurib. rõnib ab intrinseco. i. ex correspondentia, & æquivalentia diuinæ essentiæ, quæ in se continet eas. Et sicut sapientia in creaturis distincta, à Iustitia fundat distinctã rõnem à ratione iustitiæ: ita diuina natura & nobiliori modo stante, sua simplicitate fundat distinctas rationes: æquipollet enim ex sufficienti distinctissimis & etiam oppositis realiter. Hæc est summa distinctionis B. Thom. & eius intentionis, quam intendimus defensare contra Gregor. & Scot. Isti enim sunt principaliores. Et scias quòd illi tenent extrema, vt videbis, & B. Thom. medium contra, rationabilius, nam Scot quod formaliter ex natura rei, ac intrinsecè, Greg. extrinsecè per connotata.

Quantum ad Gregorium, aduerte quòd in 1. dist. 8. q. 2. art. 3. in principio, quia tenet quòd non distinguãtur ex natura rei contra Scot. nec ratione ad sensum B. Thom. proponit distinctionem trium membrorum, & in secundo articul. adducit quartum membrum, ego autem sic ordino eum breuiter. Aliqua possunt distingui ratione quadruplicitet, primo, quia sunt distinctæ rationes vel conceptus, sicut conceptus hominis & lapidis, vt sunt formati ab intellectu, & sic attributa non distinguntur tatione, quoniam non dicunt conceptum, sed rem significatam, quæ est perfecto & res æternaliter existens.

Secundò, quia sunt plura, & vniuscuiusque est propria distincta ratio, sic homo & capra distinguntur ratione, & hoc modo attributa non distinguntur tatione, quoniam falsum est, quòd sint plura, imo quid vnum simplicissimè in Deo, hæc enim est identica, bonitas est iustitia.

Tertiò, quia aliquid vnum potest concipi distinctis rationibus, & in quantum concipitur vna ratione, ac fundat eam, differt à se vt fundat & concipitur sub alia ratione, & in hoc sensu dicit Gregor. intelligitur quæstio, & ponit quæstionem negatiuam, quam probat pluribus rationibus, & quoniam hic est sensus B. Thom. ideo volo soluere eas, sed prius pono quartum membrum.

Quartò quia alia est ratio vnius à ratione alterius, hæc tamen varietas rationum non ex diuersitate rei significatæ, sed præcisè ex diuersitate extrinsecus connotatorum siue in complexo, siue complexe significatorum, vt Sol alia ratione dicitur calidus, quia causat calorem in extrinseco. p. in aqua, & alia ratione dicitur siccus, quia causat &c. istæ tamen rationes non significant diuersa in Sole, quia eadem fundamẽti qualitate causat, hos diuersos effectus. In hoc sensu tenet Gregor. & non aliter quòd attributa distinguãtur ratione in Deo pura dicitur Misericors, quia libertat nos à malo, dicitur bonus, quia seipsum communicat nobis. Hanc suam imaginationem non probat ratione, nisi quia apparet sibi quòd non alio modo saluentur inconuenientia pura quòd in Deo non sit multiplicitas absolutorum. Fundat autem seipsum suprà dictum Magistri in 4. dist. 46. in c. sed quomodo inquit. Vbi Magister sic arguit, Iustitia Dei, & misericordia sunt idẽ quia sũt essentia Dei, ergo non sunt alia opera iustitiæ, & alia opera misericordiæ: & indens, Magister dicit his locutionib. non diuersitas rei subiacencis sed varietas sensuum & effectuum in creaturis monstratur. hæc ille. Ecce inquit Greg. quòd dicit varietatem non sumi ex parte rei diuinæ, sed ex parte effectuum, ergo ex diuersitate præcisa, connotatorum extrinsecè. Hoc est totum fundamentum Gregor. quisi B. Thom. aduertisset in Primo d. 2. q. 1. articul. 3. ibi, qui contra dixerunt quòd pluralitas &c. Non tantum magnificasset se, nam Beat. Thomas illic excusat hanc opinionem, & dicit quòd est vera in quatum ad occasionem multiplicandi has rationes. Nam quia intellectus noster ex creatis in Deum ascendit, & aduertit has perfectiones distingui re & ratione in creaturis, & quod causantur à Deo, ideo prima occasio multiplicandi has rationes sumpta, est ex effectibus connotatis, sed vt dicit Bea. Thom. hæc non est totalis causa multiplicandi has rationes. Nam & si nullam creaturam fecisset Deus in se talis est, vt posset fundare omnes has rationes. Dicendum ergo est Magister non tangit totalem causam, sed solum causam quæ fuit prima occasio in nostro intellectu multiplicare has rationes.

Nunc igitur adducam præcipuas rationes quibus probat Greg. tertium membrum distinctionis, in quo stat sensum B. Thom. esse falsum & soluam eas, licet eadem Capreol addu cat, & soluat in primo d. 8. q. 4 cõtra secundam. Compendiosè igitur procedens propono fundamenta.

Primum est, stat aliquam rem esse vnam simpliciter æquipollere tamen pluribus distinctis realiter, inquantum vna est apta fundare vnum conceptum sibi adæquatum inquantum æquipollet distinctis, est apta fundare plures conceptus, quorum nullus adæquatur ei. sed quilibet partitur rem illam non realiter, sed obiectiuè, vel secundum quod fundat hunc conceptum, ex qua partitione, potest dici res plurificata obiectiuè: inquantum est obiectum vnius conceptus distinguitur à seipsa, vt est obiectum alterius conceptus, stante tamen semper sua vnitate reali. Exemplum patet in luce Solis, quæ vt

vna, apta est concipi adæquatè vno conceptu: vt autem æquipollet calori, & siccitati, & humiditati. est apta fundare plures & inquantum fundat conceptum calotis distinguitur à seipsa, vt fundat conceptum siccitatis, & huius distinctionis causa est æquipollentia ipsius lucis ad plures qualitates. Intellectus autem partialiter concipiens, complet hãc distinctionem, ex hoc fundamẽto, tenemus has propositiones verificari cõtra Greg.

Prima, aliqua ratio, siue conceptus non adæquatus, sed partialis est alicuius rei, & non est eiusdem rei prout diuersimodè æquipollet multis, patet ratio principij, est ratio puncti, vt inchoat, & non est ratio puncti, vt terminat.

Secunda, eadem res sit in plura entia rationis. Non quòd res vna realis muretur in plura entia rationis, sed quia vna res æquipollens, multis præsentata intellectibus inadæquatè, secundum virtutem efficitur fundamentum plurium inadæquatorum conceptuum vnde quot sunt conceptus, tot possunt dici obiecta correspondentia.

Tertia, vna res, vt fundat conceptum adæquatum est vna in se, sed sit plures obiectiuè partialiter in intellectu.

Quarta, hæc propositio Res distinguitur ratione à seipsa, est vera tantum in hoc sensu: res vt habet ordinem ad hanc rationem. p. punctus vt habet ordinem ad rationem principij qui ordo est habitudo fundati, ad fundamentum, distinguitur à seipso: vt habet ordinem ad aliam rationem. p. finis, distinctione quidam non secundum se, sed ad intellectum.

Quinta, licet accidentia non distinguant rem aliquam à seipsa tamen diuersæ rationes distinguunt, quoniam accidentia licet inhæreant rei, nunquam sunt ipsa res: rationes autem sicut, & species intelligibiles, sunt ipsa res inesse intelligibili, & ideo si rationes partiales, multiplicantur, & ipsa res multiplicatur obiectualiter, partialiter.

Sexta, licet distingui secundum rem non conueniat enti rationis sumendo ly, distingui, secundum rem pro distinctione reali, tamen enti reali, conuenit distingui re & ratione, vt homo differt ab asino re, & definitione, & ideo dato quòd nullum ens rationis differat re à seipso, tamen non inconuenit ens reale distingui ratione à seipso. Ex his propositionibus simul cum fundamento, videbis soluta sex argumẽta Gregorij, quæ cùm recitentur à Capreol. vbi suprà nolo aliter adducere, vide tu illa &c.

Tertium fundamentum, dato quòd aliqua res æquipolleat multis, & fundet plures rationes, quarum vna non est a. 12. imo aliquando sunt rationes oppositæ, tamen non est necesse concedere quòd distinguatur ratione à seipsa, sed sufficit dicere, quòd est vna secundum rem, & distinguitur secundum rationem. ideò fundat distinctas rationes, & hæc via videtur probabilior quoniam distinctio alicuius à seipso importat distinctionem intrinsecam in esse rei, quod non est totum, ideo re, nec ratione. Præterea vt inquit Capreol. si non sequitur Pater & Filius distinguntur, realiter & Pater & Filius sunt eadem res, ergo eadem res distinguitur realiter à seipsa: sed bene sequitur, ergo in eadem re stat distinctio realis, sic in proposito non sequitur, ergo in eadem re stat, distinctio rationis. Ex hoc fundamento patet, quòd argumenta Gregorij non tangunt viam nostram, quoniam dato quòd eadem res habeat plures rationes, hæc tamen consequentia non valet quasi eadem res distinguatur ratione à seipsa. Et omnia argumenta sua tenduntad probandum falsitatem consequentis, quam iuxta hanc, responsionem concedimus, sed negamus consequentiam, & si sic respondeteris, Greg. concordat nobiscum, quantum ad hoc, dicit enim d. 8. q. 2. artic. 1. ibi ad aliud de agere, & pati &c. Dici potest, quòd scilicet attributa differunt ratione, quoniam ratio secundum vnum, non est illa ratio, quæ est secundum aliquid nomen, sic tamen semper remanent, quòd res illa non re, nec ratione differt à se ipsa, sed rationes adinuicem, & nomina seipsis, & rationibus differunt, hæc ille & sufficiat quantum ad viam Gregorij.

Quantum ad viam Scoti, aduerte quòd eandem distinctionem tenet, vt dicit ipse in primo d. 8 q. 3. ibi ista autem non identitas formalis &c inter diuina attributa, & inter essentiam, & proprietatem in patre. f. innascibilitatem, & paternitatem: hanc autem distinctionem, ponit mediam inter distinctionem rationis, & distinctionẽ realem, ita q̃ est maior distinctione rationis, & minor distinctone reali. Tria igitur agenda sunt: primò ponentur oẽs distinctiones formalis antium Scot. quas ordinauit infra in q. 28. arti 2. Secundò declaranda est distinctio ex natura rei, quam tener Scot. vbi suprà inter diuina attributa, in quo sensu. potest acceptari in via nostra, & in quo nõ. vt cõsequenter possimus arguere contra Scot. in sensu, in quo accesequenter possimus arguere contra Scot. in sensu, in quo accesequenter possimus arguere contra Scot. in sensu, in quo acces

Universidad de Deusto
Biblioteca

stinctionem ex natura rei, inter diuina attributa. Tu igitur aduerte quòd Capreol. in 1. dist. 8. contra primam, adducit 6. rationes, non quidem, quòd omnes sint Scot. formaliter, sed partim Scoti, partim sequentium ipsum. Et si aduertes inuenies, quòd omnes rationes illæ concludunt attributa non distingui præcisè ratione sumpta ex parte intellectus collatiui, quòd & nos concedimus: & quando infertur, primò distinguuntur, ex natura rei, negabis hanc consequentiam ad sensum, quem tenet Scotus de distinctione ex natura rei, quam declarauit infra in quæst. 28. articu. 2. sed tinferes tu: contra distinguuntur ratione ex parte intellectus, & ex parte rei: vt declarauit suprà in declaratione opinionis B. Thom. Verùm quia Capreol. non recitat rationem Scot. nisi dist. 8. q. 3. quæ tamen est principale motiuum suum, ideo adduco eam, & soluo, sic igitur dicit Scotus. Inter diuinas perfectiones est distinctio, præcedens intellectum omnimodo, & est illa quòd sapientia est in re nempe in Deo ex natura rei, & bonitas est in re ex natura rei, & sapientia in re formaliter, non est bonitas in re: his verbis proponit quæstionem suam. Quomodo autem intelligat sapientiam in re formaliter non esse bonitatem in re; declarat infra, dicens. Est igitur aliqua non identitas formalis sapientiæ & bonitatis, inquantum earum essent distinctæ diffinitiones, si essent diffinibiles: Diffinitio autem, non tantum indicat rationem causatam ab intellectu, sed quidditatem rei, est ergo non identitas formalis ex parte rei. hæc ille. Ex quib. constat quòd cùm diffinitio apud ipsum, indicet quidditatē, & duæ perfectiones diuinæ si diffiniantur primo modo, haberent distinctas diffinitiones, item quòd duæ pefectiones importāt duas quidditates, quas concedit, esse formalitates in re, ex consequenti duas entitates absolutas, præcedentes intellectum omnimodo, & distinctione, ex natura rei, eas dicit esse distinctas quā nos Thomistæ in tali sensu negamus, quoniam non concedimus talem distinctionem formaltarum quidditatis entitatis in diuina essentia. Hanc igitur quæstionem sic declaratam probat tali modo. Sapientia in cōmuni non est formaliter bonitas in communi: ergo sapientia infinita non est formaliter bonitas infinita sed quasi distinguuntur ex natura rei Antecedens pater, includete formaliter, est includere aliquid in sua ratione essentiali, ita quòd si definitio includentis assignaretur inclusum esset diffinitio sua, vel pars diffinitionis. Conitat autem q; bonitas in communi non est diffinitio, nec pars diffinitionis sapientiæ in communi, ergo &c. Consequentia autem sic probatur: infinitas addita alicui non aufert rationem formalem eius, quoniam in quocunque producto inueniatur, remanet ipsum formaliter, ita vt in omni gradu albedinis, conseruatur albedo ex consequenti ratiò formalis albedinis. Ergo si sapientia in communi non est formaliter boni as in communi, cum sapientia infinita sit vere sapientia, & bonitas infinita sit verè bonitas, sequitur quòd sapientia infinita non includit formaliter bonitatem infinitam, ergo distinguuntur formaliter.

Seo quòd inter diuinas perfectiones sit distinctio ex natura rei.

D. Thom. negat distinctionē formalitatiū in diuina essentia. Probatio Scoti.

Respont. ad Scoti opinionē.

Ad hoc respondeo primò quòd apud B. Thom. sumendo distingui formaliter, prout idem est, quòd habere distinctas rationes formales in intellecta fundatas, tamen in re argumentum non concludit, nisi quod sicut sapientia in communi, & bonitatis in communi, est alia, & alia ratio formalis, sic de sapientia infinita, & bonitate infinita, sed tunc negatur vltima consequentia, quasi distinguūtur ex natura rei, sed bene sequitur, quasi distinguuntur rationibus sumptis ex parte rei Secundo dico, distingui formaliter sumitur pro vt idem est quod habere distinctas formalitates in re, ex consequenti apud Scot. distinctas quidditates, nego consequentiam. Ad probationem, cùm dicitur, infinitas &c nego illam probationem quando ab eo, cui additur, aufert vniuocationem sicut est in propositio in via nostra, quoniam, sapieatia in communi non est quid vniuocum ad sapientiam infinitam, & finitam ideo non est mirum si sapientia infinita immutat rationem formalem sapientiæ in communi, nam in non vniuoco, non stat vna vera ratio formalis communis suis contentis, & quoniam Scot. tenet vniuocationem talium, communium nominum, vt prædicamenta de Deo & creatura, id o apud ipsum argumentum est apparens, sed no apud nos. Tertio sumendo ly, distingui formaliter, in eodem sensu, nego consequentiam. Ad probationem, dico quòd illa propositio infinitas &c. non est vera nisi in re, quæ est infinita, vt aliquo genere puta linea infinita, vel albedo infinita. In re autē, quæ est simpliciter, & in ratione entis infinita, illa propositio est falsa, quoniam talis res vna existens, continet in se omnem gradum entis, & omnem perfectionem, vnde sapientia infinita est bonitas infinita & iustitia, ita quòd dici: eandem formalitatem, idest quidditatem loquendo ad sensum Scoti de formalitate.

In responsione ad tertium argumentum, in articulo aduerte quòd B. Thom. intendebat sic arguere à superiori ad inferius affirmatiuè non valet, sed ens est superius adviuens & sapiens, sicut esse ad viuere, cùm igitur Deus sit ipsum esse non valet, ergo est viuens &c. Et respondens inter dit negare quòd arguitur sic. quoniam Deus non est esse contrahibile per viue re, sed est esse subsistens in se cōtinens omnem gradum essendi sine contractione: pro tota tamen responsione, vide Expositorem, quoniam text. B. Thom. bene exponit.

ARTICVL. III.

Vtrum aliqua creatura possit dici similis Deo?

CIrca titulum, aduerte duo. Primò quòd in initio primi articuli huius quæstionis diximus, in tertio hoc articulo, intendit quærere, Vtrum Deus ita sit perfectus secūdum quamlibet perfectionem, quòd nu la creatura sit similis nempe quòd Deus tantam habeat sapientiam quòd quæcunque inueniatur in creatura, non possit ei compatari. Vnde intentio sua non est principaliter quærere de perfectione creaturæ, sed de quantitate cui scunque perfectionis diuinæ, in comparatione ad perfectionem creaturæ. Aduerte secundo quòd dicit aliqua creatura, vt præseruet se à diuinis personis, inter quas stat æqualitas perfectionis, vt dicemus in tractatu de Trinitate, vel vt dicit expositor, vt præseruet se ab alio Deo, quoniam nondum probauit impossibilitatem plurium deorum, sed id reseruatur in quæstio 23. tunc enim patebit quòd nec alius Deus potest esse similis Deo: quoniam similitudo supponit possibilitatem extremorum.

Cum omne agens agat sibi simile, inquantum est agens, vsque ibi fortius agentes. Aduerte quòd hæc propositio sumpta est ex septimo Metaphys. textu 30. vbi inquit Philosophus, Palam vero ex dictis, quia modo quodam omnia fiunt ex vniuoco, & in 12. metaphys. textu 13. dicit postea quæque substantia ex vniuoco fit. Quæ quidem propitiones non vetificantur simpliciter: nisi vt dicit Commentator, in 12. Metaphysic. com. 13. in fine. In causa per se ad differentiam accidentalis, non enim inter musicum ædificantem & domum est similitudo, nec vniuocatio, ratione musici. Et ideo dicit B. Thom. quòd est similes, inquantum est agens. idest quantum ad illud, quod est sibi ratio agendi, hoc autem in ædificatore est, ars ædificandi, siue domus in mente, & in causa principali ad differentiam instrumentalis, & in causa proxima ad differentiam remotam inue vniuersalis. In aliis autem productionibus per se sufficit q aliquis gradus similitudinis seruetur, qui ponitur in artic. nēpe similitudo virtualis, vt inter Solem calefacientem, & aquam calefactam, vel similitudo in forma generica p quòd animal generat animal corpus generat corpus: & hoc intendit B. Tho. cum dicit, sed secundum similitudinem generis, vel similitudo in forma siue perfectione analogicè dicta de causa & effectu, & hæc sola seruatur secundum doctrinam nostram inter Deum, & creaturam: nam ens causat ens, bonum causat bonum, sapies causat sapientem &c & quoniam in hoc gradu similitudinis non est determinata proportio inter causam & effectum ideo tenet infimum locum &c. In responsione ad quartum. Aduerte pro authoritate Dyonisij duo, primò quòd in loco hoc, ea dicuntur esse vnius ordinis, quæ ita se habent quòd vnum non necessario præcisè, & formaliter pendet, siue causatur ex altero, vt duo alba, duo realia eiusdem figuræ, & inter hæc stat mutua similitudo, & æqualitas. Dixi non necessario præcisè, & formaliter, quoniam dato quòd vnum causetur ab altero, hæc causatio erit matetialis & accidentalis. Nam licet homo per se generet hominem: tamen humanitas Sortis formaliter sumpta, non causatur formaliter ab humanitate p. Platonis: sed & per oppositum, illa dicuntur diuersorum ordinum quæ ita se habent quòd vnum necessario præcisè, & formaliter pendet ab altero, & non è conuerso sicut in speculabilibus, scientia pendet a scibili, imago ab imaginato, creatura a primo agente. Et quantum ad relationem situatur in tertio modo relationum posito ab Aristotel. in 5 Metaphys. & inter hæc non stat mutua similitudo, sed tantum ex parte dependentis, ad independens. Aduerte secundo quòd cùm dicit, non autem in causa, & causato, non accipit causam & causatum absolutè, & vniuersaliter quoniam esset falsum, quòd inter nullam causam & causatum sit mutua similitudo. Diximus enim quòd quando sunt eiusdē speciei, stat mutua similitudo, vt inter Sortem generantem & Platonem genitum, sed accipit causam, & causatum, quando causatum per se formaliter pendet à causa, sicut homo à sole, imago, ab imaginato, effectus à prima causa. tunc enim semper sunt

Agens est simile sibi secundum formam qua agit, non autem secundum rationem agentis, & propinquius, quia principalius.

Ordo quæstionis de Deo vt venit in argumentum nostrum.

Illa vnius ordinis dicuntur, quorum vnum non necessario nec primo & formaliter pendet ab altero. Diuersorum ordinum quæ ita se habent quòd vnum necessario pendet ab altero.

Imaginatum sit effectus primo modo. Platonis sed quia è hac.

sunt diuersorum ordinum, & ideo non stat mutua similitudo inter causam & causatum, sed tantum causati ad causam. Vel potes dicere breuius, quòd tunc causa & causatum sunt eiusdem ordinis, quando causa est causata ab aliquo alio, quod est eiusdem speciei, vel generis cum causato eiusdem causæ, vt quoniam Sortes patet prolis est causatus ab aliquo qui est eiusdem speciei cum Platone, ideo stat inter secundam causam & causatum, mutua similitudo, sed tunc sunt diuersorum ordinum, quando causa licet, sit causata vel possit esse, non tamen ab aliquo quod sit eiusdem speciei aut generis cum suo causato. licet enim imaginatum possit esse causatum, non tamen ab aliquo quod sit in genere imaginis & licet Sol sit causatus, non tamen ab aliquo quod sit in genere suorum causatorum, & in hic non est mutua similitudo, quare multò magis id seruatur in Deo, & hæc expositio est ad mentem Dyonisij.

QVÆSIO QVINTA.

De bono in communi.

ARTICVL. I.

Vtrum ens & bonum sint idem.

Bona dupliciter considerantur secundū ordinē transcendentiū & sic, 1. ens. 2. vnum. 3. aliquid 4. Res. 5. verum. 6 bonum.

CIRCA ordinem huius quæst. ad præcedentes, aduerte, quòd dupliciter potest considerari ens, & bonum. primo quo ad rationes suas formales, secundum ordinem transcendentium, & sic quæstio hæc & sequens non essent rectè ordinatæ: nam cum post ens ante quodcunque transcendens concipiamus vnum, vt docet B. Thom. in 4. Metaphys. & post vnum concipiamus aliquid, & post aliquid concipimus rem, & post rem concipimus verum, & vltimo bonum, vt declarauit in tractatu particulari quem formaui de ordine transcendentium, patet, quòd prius prædicatum verificatum de Deo, post ens erit vnum ergo bonum secundò, secundum ordinem boni ad perfectum, de quo in quæstione præcedenti tractauit, & sic rectè ordinatur, quoniam sicut dicit B. Thom. Aliquid sicut perfectum est, sicut bonum est, Cum igitur consideratio perfecti non compleatur, nisi ex consideratione boni, rectè subsequitur, hæc quæstio. Sed dices contra quæst. tertia & quarta malè ordinatæ sunt, non enim ad esse Dei immediatè, sequitur simplicitas vel perfectio, sed vnitas, & veritas, quo enim ordine hæc verificantur de ente in communi verificantur applicata primo enti, ergo &c.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non intendit ordinare has quæstiones iuxta ordinem proprietatis entis, nec ipsius Dei, sed vt venit in conceptionem nostram, venit autem vt dicit B. Thom. ordinans quæstionem septimam, potius remotiùs, quam affirmatiuè, & ideo incepit à negatione compositionis, attribuens sibi simplicitatem, deinde à negatione imperfectionis attribuens ei suum oppositum, ad quod sequitur bonitas,

Sunt idem secundum rem, sed differunt secundum rationem tantum. Aduerte quòd ly, secundum rationem tantum, dupliciter potest exponi. primo quòd secundum rationem tantum sumptam præcise ex parte intellectus ratiocinantis, secundo ex parte rei significatæ. in primo sensu est falsum, in secundo est verum: Nam eadem natura, quæ est ens & bonum alio modo fundat rationem entis, alio modo rationem boni vt declarabitur. Intendit igitur quòd ex parte rei distinguuntur tantum ratione, & nullo modo realitet & differentiam aliquorum, quæ distinguuntur ratione, & aliquo modo realiter, vt quando idem comparatur ad se ipsum vt minus includens ad magis includens: nam Sortes albus differt à se ipso, vt Sortes est, præcisè & ratione, & re, idem diximus supra de supposito, & natura in materialibus, quoniam igitur res vt bona nihil reale addit ad seipsam, vt ens est, sed tantum respectum rationis vt dicemus, ideo dicit B. Thom. quòd differunt ratione tantum.

Ratio boni in hoc consistit quòd sit aliquod appetibile. Circa hanc propositionem tria inuestiganda sunt, Quomodo primo appetibilitas sit de ratione boni, secundo si conuertatur cum bono, tertio si facit bonum esse relatiuum.

Quantum ad primum, aduerte vt recitat Capreol. 2. d. 34. q. ad secundum contra secundam quæstionem quòd ista appetibilitas non est prædicatum quidditatiuum & essentiale ipsius boni, sed consequens vt propria passio, sicut visibilitas consequitur colorem, Quando ergo B. Thom. dicit quòd ratio boni consistit &c. intelligendum est quòd appetibilitas est de ratione boni vt identificata à posteriori, & ex denominatione extrinseca. f. in ordine ad appetitum, & non quòd sit differentia essentialis: ideo enim aliquid est appetibile quia bonum & nō est è conuerso. sicut aliquid est visibile, quia homo & non è cōuerso. Quòd hæc ratio boni sit conueniens declarat B. Thom. in primo ethycorum, exponens textum: Bonum est quòd omnia appetunt, vbi dicit Thom. quòd eum bonum & verum sint transcendentia, ex consequenti, prima quæ cadunt in nostra apprehensione non possunt notificari per priora, sed à posteriori. Aduerte tamen quòd dicit Expositor, si appetibile sumatur fundamentaliter. id est pro re, quæ est fundamentum appetibilitatis, sic potest sustineri quòd sit de ratione formali & quidditatiua, & non solùm notificatiua, & dicit hanc esse intentionem. B. Thom. in artic. Sed cum B. Thom. in hoc artic. fundet se suprà Philosophum in primo Ethycorum, quasi videtur quòd in eo sensu teneat appetibilitatem esse, de ratione boni, in quo illic declarauit præcipuè, cùm illic dicit quòd prima non possunt notificari per priora, sed per posteria vt causæ per effectus, ergo nec in hoc articulo potest notificari per priora

Bonum verū vel apparens cū appetibilis cōuertitur.

Quantum ad secundum, Aduerte quòd apud S. Thom. sunt æquales prædicationis bonum & appetibile, sumendo bonum pro eo, quod est, vel æstimatur bonum, ita quòd malum vt malum non est appetibile Contra quod tamen arguit Scotus, vide eum in 2. d. 41. quæst. 2. ibi vtrum voluntas creata (vt recitat Capreol. in 2. d. 3. q. 1. contra secundum quæstionem) si apprehendatur odium Dei, ab aliquo intellectu creato non errante, & per consequens non apprehendat illud, sub aliqua ratione boni, sed mali tantum, quæro an voluntas, potest velle illud aut non, si sic habetur intentum. si non, ergo oportet rationem esse prius excæcatam ita f. quòd iudicet esse bonum, Deum odisse. Sed hoc est in conuenies, quoniam secundum articulos Parisienses stante ratione recta in vniuersali & particulari actu, & habitu, voluntas potest peccare, ergo potest odisse Deum, ratione non excæcata.

Ad hoc dico, quod non potest velle illud stante ratione recta, & concedo, quòd oportet rationem prius excæcari, & ad articulos Parisien. dicitur quòd non acceptantur nisi in hoc sensu quòd voluntas habet potentiam peccandi, non tamen de facto exibit in actum peccati, nisi ex defectu rationis, qui defectus sit aut obliquitas, aut insideratio, &c. vt manifestius etir eum loquemur de peccato Angeli.

Quantum ad tertium. Aduerte secundum doctrinam Beat. Thom. de Verit. 7. q. 21. art. 6. quòd relatiuum est duplex: quoddam est, cuius significatum est respectus vt pater, filius &c. Et tale non dicit perfectionem, nec est perfectiuum appetitus, nec est conuertibile cum ente, quia non omne ens est respectiuum, quoddam enim est cuius significatum est absolutum, sed ad ipsum consequitur respectus, vt scientia, imago & mensura, & tale potest dicere perfectionem ratione absoluti importati. Ex his dico quòd appetibile non facit bonum esse relatiuum, primo modo sed secundo modo, & dicitur relatium secundum dici vel quia conceptum relatiuo, licet sit quid absolutum. Ex his videbis soluta omnia argumenta in Capreol. in secundo d. 34. quæstio. 1. contra primam quæstionem, concludunt enim de relatiuo in primo sensu, ideo non valet contra nos.

Appetibile facit bonū relatiuum secundum dici.

ARTICVL. II.

Vtrum bonum secundum rationem sit prius quam ens?

Prius ratione i. apprehensione.

CIrca titulum, Aduerte quòd esse prius ratione, est esse prius apprehensione, vt sit sensus, cum eadem res sit apta concipi, vt ens, & vt bona, quæritur an prius concipiatur sub ratione entis, vel sub ratione boni, ita quòd talis ordo sit non solùm ex parte intellectus concipientis, sed ex parte rei fundamentaliter

Et sic est primum intelligibile. Aduerte quòd Expositor contra hanc propositionem sic arguit, Si ens est primum intelligibile, vel ex se, vel quo ad nos, si quo ad nos, non satisfit quæsito. Vertitur enim in dubium, an ratio entis sit prior secundum se, quàm ratio boni, & non quo ad nos. si secundum se, contra datur intelligibile prius Deo. f. ipsum ens, sed hoc contradicit his, quæ dixit in q. 3. articul. 5. ibi, Non est prius Deo, neque secundum intellectum &c. Ad hoc dico quòd hæc propositio. Ens est primum intelligibile) potest dupliciter accipi: primò quòd ly, primum dicat ordinem ad alias rationes formales, quæ sunt aptæ fundari, in eadem natura rei. p. homo fundat rationem entis, & boni; & substantiæ, verum est dicere quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo, vt ens, est prius intelligibilis, quam vt bonus &c. vel quam vt substãtia, & sic in hoc ordine est verum absolutè quòd ens est primum intelligibile, & verificatur etiam in Deo:nam cum diuina natura fundet rationem entis & boni, priùs fundare intelligitur vt ens, quam vt bona, quia bonum fundatur in esse, & hunc sensum intendit B. Thom. in articul. dum dicit primò in conceptione intellectus cadit ens. Secundo quòd ly, Primum dicat ordinem, ad alia intelligibilia, quæ sunt contenta sub ente, nempe.homo Angelus Deus cælum, & tunc distinguo de talibus intelligibilibus,quoniam quoddam est participans esse vel ens,vt omne intelligibile creatum, quoddam autem est ipsum totum ens perfectionaliter, & contentiuè,siue æquipollenter & huiusmodi est solus Deus,& in hoc sensu propositio B. Tho. est vera in ordine tolùm ad intelligibilia participantia esse, non autem in ordine ad Deum, & sic patet quòd B. Thom non contradicit sibi,nam cum dicit suprà,quòd nõ est prius Deo,secundum intellectum sumit ly prius, non in ordine ad intelligibilia,& non in ordine ad rationes formales,quæ ordine quodam fundãtur super ratione intelligibilium. Cum autem dicit hîc quòd ens est priùs intelligibile,intendit in ordine intelligibilium,non abstractè sed quatenus participatur ens & sic excluditur Deus.

Aduerte quòd quæstionem huius articuli,potes etiam aliter probare,& sic,conceptus entis est absolutus,conceptus boni est relatiuus, ergo ille est prior , quoniam relatiuum fundatur in abstracto, quia conceptus boni addit super conceptum entis, quia bonum est,cui debetur esse appetibile : ens autè est cui debetur esse.

In responsione ad tertium, aduerte quòd B. Thom. intendit primam radicem cuiuscunque appetitus fundati in aliquo esse perfecto vel verè,vel apparenter : ideo enim appetimus, vt perficiamur : omne autem perfectum est,quòd apprehenditur non admixtum grandi miseriæ,accidit autem,quod tale esse consequi non possimus, sed aliud esse admixtum miseriæ aduenit nobis. puta licet appetam esse liberum,tamen subijcior esse seruiii. Si apprehendimus, non posse vitare seruitutem, non desinam esse, ideo vt fugiam seruitutem appeto non esse, appeto autem non esse in seruitute, quia appeto esse liberum, & damnatus appetit non esse in pœnis , quia appetit esse beatum , & ideo B. Tho. bene dicit quòd esse est per se appetibile, non esse vero per accidens tantum,inquantum. sq uoddam esse p. perfectum appetitur.

Primò, sed contra hoc aliqui arguunt probantes quòd non esse nullo modo est appetibile:quoniam si est appetibile magis quam esse in aliquo casu. p. in miseria,quasi est ligibile,quòd falsum patet, consequentiæ falsitas probatur. Cuicunque dicit malle hoc, aliquid eligit, secundum Augustinum in lib.de lib. arbitr. cap. 13. sed non esse non est aliquid, vt patet cum sit non ens,ergo non est eligibile.

Secundò,sic omnis electio est ad aliquid melius,sed non esse non est melius,quam esse vt patet ergo.

Tertiò, dicit B. Augustin.vbi suprà. quòd quisque eligit ratione appetendum necesse est,vt cum ad illud peruenerit etiam melior fiat,sed nullus efficitur melior ex non esse,quam ex esse vt patet, ergo &c. Adhoc dupliciter responderi potest, primò quòd omnia argumenta,concludunt de eligibili per se, tale enim est aliquid,& quid melius saltem extimatiue, & reddit appetentem meliorem, sed de eligibili per accidens. quale est non esse, quoniam suum oppositum est adiunctum miseriæ, prædicta argumenta non concludunt, quoniam omnes maiores sunt falsæ. Secundo potest dici iuxta doctrinam D. Roberti Olchot in 4. sententiarum.q 7 iuxta finem:quòd appetitus, & electio potest cadere super incomplexum , vt appeto panem, scientiam &c. & potest cadere super infinitum verbi , vt appeto currere, vel ædificare, quoniam cadit super incomplexum, tale est aliquid & bonum &c.quando autem cadit super infinitum non est necesse quòd cadat super aliquid,quoniam nulla res est currere in mente secundum terministas,& quoniam non est sicut nec currere est infinitium , ideo potest esse eligibile, & tamen non est aliquid vetuntamen sequere primam responsionem, quoniam melior est.

Eligibile per se est aliquid melius & reddit appetentem meliorem Non autem de eligibili per accidens.

ARTICVL. III.

Vtrum omne ens sit bonum?

Bonum quando & quomodo conuertatur cum ente.

Omne ens inquantum est ens, est bonum. Aduerte quòd ly, inquãtum est ens debet exponi , inquantum est existens dicit enim subsequenter. *Omne ens inquantum est ens est actu.* Ex quibus infinuatur quòd bonum non conuertitur cum ente sumpto intota sua latitudine , sed tanntum cum ente reali actu, vnde entia rationis non dicuntur bona , nec entita in potenta non in ordine ad esse,& propterea B Thom respondens ad tertium non concedit materiam primam esse bonam , nec in potentia, nec mathematicè esse bona , vt considerantur à mathematico. Item aduerte quòd licet , probet intentum,eadem ratione, qua probauit quæstionem primi articuli,ordine retrogtado , non tamen committit circulum , quoniam prima est à posteriori, Appetibile enim est passio boni, secnnda est à priori , quoniam esse actu, est ratio formalis,esse participaliter sumpti,quòd solùm conuertitur cum bono.

In responsione ad primum , aduerte quòd responsio stat in hocilla quæ addunt suprà ens sunt duplicia : quædam addunt modos generales, vt transcendentia,quædam modos speciales vt generalissima & subalterna &c nullum autem addit differentiam , ex 3. maraph. prima non contrahunt ens,sed tantum secunda,quoniam bonum est inter prima. ideo licet addat,non tamen contrahit,quomodo autem & quo ordine transcendentia adduntsuper ens modos generales , vide B. Thom. in q. de verit. q. 1. articul.3.ibi vnde oportet quòd omnes aliæ conceptiones.

In responsione ad quartum , sunt tria examinanda, primo quomodo hæc ratio B. Thom. valeat, mathematica ideo non sunt bona quia non subsistunt separata , nam à simili : videtur quòd nec naturalia sint bona.p.homo ideo, quia non subsistunt separata,vt volebat Plato,sed habent tantum esse in singularibus sensibilibus. hoc autem est falsum , vt patet,ergo ratio B. Thom. non valet. Ad hoc dico quod mathematica dupliciter accipiuntur , primo secundum se, & vt res sunt,& quoniam vt sic,sunt termini rerum naturalium, & habent esse actu,in substãtia vt in subiecto,ideo sunt bona,sicut etiam qualitates inhærentes subsantiæ , sed in hoc sensu non loquitur de eis. B. Thom.nec Philosophus in tertio Metaphæricæ text. 3. imo sub hoc sensu. B.Thom.in 3.metaphysices in fine lect. 4. concedit quòd in eis est bonum, & idem probat Philosophus lib.11. Secundo accipiuntur vt sunt subiectum Metaphyæces , & vt sic dicuntur abstracta,& separata à materia apud Pythagoram,secundum esse,apud Aristotel.& veros mathematicos, secundũ rationem tantum,quoniam nec de ratione lineæ , nec huius lineæ est aliqua materia sensibilis , & in hoc sensu principaliter loquitur de eis B. Thom. & Aristotel. in 3. Metaphysices. text. 3. & vt sic separata, cùm non subsistant, nec ponat aliquod esse in rerum natura non sunt bona Ex his dico quòd instantia de naturalib. nulla est , quoniam nec secundum se , nec vt cadunt sub consideratione physica , sunt abstracta secundum esse, nec secundum rationem, & ideo ad hoc,quòd sunt bona etiam vt cadunt sub consideratione physica , non est necesse quòd subsistant:ad hoc autem quòd mathematica vt cadunt sub consideratione mathematici sint bona, cum vt sic,sint separata esset necesse , vt subsisterent,sicut sunt metaphysica:vt intelligentiæ , quæ & secundum se, & vt cadunt sub consideratione metaphysica subsistunt separata. Et quoniam Pythagoras censebat idem de metaphysicis & mathematicis, ideo secundum eos vt separata erant bona quia subsistunt. Secundò quomodo hęc consequentia valet , abstrahunt à materia , & motu, ergo abstrahunt à ratione finis : nam in immaterialibus,& immobilibus,vt in substantiis separatis datur finis, ex 12. metaphys. text. 36. mouet autem vt amatum, ergo consequentia B. Thom.non valet.

Ad hoc dico quòd cum consequentia B. Thom. funderut super textu Philosophi in 3. metaphys. textu 3. vbi inquit finis autem cuiusdam actus est finis, sed actus omnes cum motu quærere,in immobilibus nõ contingit hoc esse. neque esse aliquid non est vera nisi in sensu , in quo propositiones Philosophi adductæ sunt veræ. Licet autem prima sit vera absolutè f. finis cuiusdãm actus. id est alicuius operationis est finis, tamen secunda non est vera , nisi de actionib. materialibus f. actus omnes cum motu : sumendo motum pro motu physico & ex consequenti, hæc propositio quæ abstrahunt à motu, abstrahunt à fine,non est vera,nisi de fine acquisibili motu physicoram intelligens gratia alicuius intelligit, & tamẽ ibi non est motus naturalis , sed metaphysicus, qui est actus perfecti, vnde & tertia propositio non est vera , nisi de fine & bono acquisibili motu naturali, f. quærete in immobilibus non contingit &c.Et sic sequitur quòd ratio B.Tho. concludit in mathematicis non esse bonum, & finem acquisibilem per huiusmodi motum , & breuiter omnes propositiones Beat. Thom. hîc in quib. ponitur motus ant mouens, intelligendæ sunt de motu physico,& sic tu videbis in B. Thom. in 3. Metaphysices. lect. 4. circa finem.ibi Hanc autem q. Aristotel. inuenies declarationem

rationem Philosophi esse veram de fine, & bono, vt exposuimus. Sed dices, ergo nec Aristot.nec B. Thom.sufficienter probat bonum , & finem non esse, in mathematicis,ex quo potest esse finis & bonum sine motu physico.

Ad hoc respondet virtualiter B. Thom. in eodem loco , & tendit quòd in entib. immobilibus, quæ tamen sunt principia mouentia vt intelligentiæ , datur in eis finis , & bonum. Gratia enim alicuius mouentis, dato quòd non mouentur. Item si darentur aliquæ substantiæ separatæ , vt Ideæ Plat. & nos ponimus angelos quòd licet non sint principia mouentia respectu alicuius determinati mobilis, tamen intelligunt, & volunt , in eis erit bonum & finis ex solo motu metaphysico. Cum igitur mathemathica non moueant , nec mouentur,nec intelligant nec velint,non potest eis inesse finis nec bonum ex motu physico nec metaphysico , & propterea Aristot. & B. Thom. probantes , quòd in eis non est bonum ex motu physico sufficienter probant id tentum : quoniam eum non sint entia metaphysica, constatque alio modo , non potest eis inesse bonum & finis.

3. Quomodo B. Thom. satisfacit argumento , nam videtur sic arguere:in nullis mathematicis est bonum : omnia mathematica sunt entia , ergo quædam entia non sunt bona : Argumentum est in Felapton: & maior est Philosophi vbi suprà cõstat. sunt enim subiectum mathematicæ , quod autem non est non contingit scire,ergo. Ad hoc dico quod B. Thom. occupãs se ad declarandum Authorem & determinans quòd non subsistunt vt mathematica innuit non esse concedendum simpliciter , sed tantum in hoc sensu mathematica sunt entia separata secundum rationem , & tunc bene concludit, ergo quædam entia nõ vt entia,sed vt separata secundum rationem non sunt bona. Et hæc consequentia est vera , quoniam licet vt entia.i. vt secundum se considerata habeat esse actu, vel potentia , vt alia accidentia naturalia , tamen vt separata secundum rationem. i. secundum nullum modum abstractionis , nec existunt nec existere possunt.ideo non est in eis bonum,& hanc responsionem intendebat B. Thom. cum dixit non est autem inconueniens,quòd in aliquo ente secundum rationem. idest sic cõsiderato ab intellectu non sit bonum , quoniam sub tali consideratione non est natum existere, & tamen non sequitur quòd sit non ens,quoniam sub alio modo est aptum exiitere.p. vt est terminus corporis naturalis,& hoc ideo est quia ratio entis est prior ratione boni.

Bonũ & finis quomodo sint idem.

ARTICVL. IIII.

Vtrum bonum habeat rationem causæ finalis.

Aduerte quòd in tribus articulis comparãs bonum ad ens, locutus est de bono secundum quid , in hoc autem, & sequentib. de bono simplicitet vt patebit in declaratione.

Circa titulum aduerte,quòd potest habere triplicem sensum. primo vtrum bonum , & causa finalis sint idem,& sic non quæritur hic, quoniam hoc constat, & est concessum ab omnib. in cuius signum Aristoteles in 2. Physicorum , & in 5. Metaphysices,commento de causa cum loquitur de causa finali,adiungit bonum , inquit enim,a ia vero scausa vt finalis,& bonum alio rum. Super quod dicit commentator , Complementum & bonum & largitas non inueniuntur in reb. nisi per causam finalem , & ideo quod caret causa finali caret bono:hæc ille.

2. Vtrum bonum habeat rationem fundamentalem causæ finalis. i. vtrum bonum sit fundamentum propter quod aliquid fit : hæc enim est ratio causæ finalis ex 5. Meta. & sic quidem sensus est verus & intentus ab Arist. & B. Thom.in 5. Meta.cõmento de causis ibinã cuius causa optimum & finis a iotũ. & B.Tho.illic. inquit, quod enim agit,agit per se,loquendo propter bonum , sed vt apparet in determinatione huius articuli, non videtur esse sensus hic intentus .

3. Vtrum bonum habeat rationem causæ finalis i. vtrum bonum conueniat cum causa finali , siue cum fine in prædicato formali complenre rationem finis , ita quòd ratio boni, sit ratio finis.& hic sensus est B. Thom. in hoc articulo,nam in art. i. dixit rationem boni consistere in hoc,quòd aliquid sit appetibile,& in præsenti articulo dicit hoc autem.i. esse appetibile habet rationem finis. Nam vt dicit in responsione ad primum: appetitus est quasi quidam motus ad rem, vt appetibile m. bene concludit,vt quòd cum appetibile habeat rationem finis formaliter,& bonum sit quid appetibile formaliter,bonum habebit rationem finis , aut causæ formalis formaliter , hæc est determinatio. B. Thom. in præsenti. artic vsque ad ibi, sed tamen ratio boni.

Sed tamen ratio boni. Aduerte vsque in finem articuli quòd intendit declarare,quomodo sit potentiale bonum habere rationem causæ finalis,cum causa finalis habeat rationem primi inter omnes causas,ex 5. Metaphys.& 2.Physicorum, & bonum habeat rationem vltimi. ex articul.1. ad primum vbi dixit:bonum dicit rationem perfecti , quod est appetibile, & per consequens dicit rationem vltimi. hæc ille. Ideo intendit distinctionem implicitè , quam expressè posuit in 5.Metaph. in commento de causis , declarans causam finalem , quomodo habeat rationem vltimi & primi. Est igitur distinctio hæc bonum & finis dupliciter considerantur. Cui esse, & in causare : quo ad esse habet rationem vltimi, vt declarat ibi, videmus enim quod id, quod est primum quo ad causare habet rationem primi , & declarat ibi in causando. Aut primum inuenitur.

Finis primum in causando & vltimum in generatione.

Videmus enim quòd id, quod est primum in causando, vltimum est in causato. Aduerte quòd sensus huius est, id quod est primũ bonũ in ordine causalitatis , est vltimũ in ordine generationis, vel productionis in esse. Et quoniã hæc propositio est metaphysicalis & vniuersalis , & quia priùs in Deo,non potest declarari , nisi exemplaritet ex his, vel illis visibilibus,vnde B. Thom. declarat ex ordine inuento in igne , in quo videmus in ordine essendi , formam ignis esse priorem calore ignis,sequitur enim naturali sequela , & tamen in ordine causandi priùs ignis calefaciat,nempe. aquã, quam introducat formam luam in materia aquæ,ergo finis primum in causando posterius est inesse producto. Sed videtur hoc principium esse falsum, si intelligitur absolutè , & vniuersaliter & sic est falsum , quoniam bonitas diuina est prima in causando : Quicquid enim Deus agit propter suam bonitatem agit , & prima in essendo cum sic inproducta. Præterea patet quo est falsum in exemplo adducto de igne,nam si forma ignis,prior est in essendo, quàm calor ignis ita priùs causat formaliter ignem. i. facit , quòd ignis est ignis formaliter, quàm ignis calefaciat : aut intelligitur particulariter , & sic licet sit verum. p. in sanatione, in qua sanitas est prima in causando , & vltima in esse , tamen non satis facit quæstioni,hic enim quæritur de causalitate boni vt boni,&non tantum respectu boni huius, vel illius.

Ad hoc dicitur quòd illud principium intelligitur abstractè: sed instantiæ procedunt ex malo intellectu ac ti B. Thom intendat quòd id,quod est primum in causando, illud i sem numero sit vltimum in essendo,sed hic non est sensus B. Thom. quoniam instantia , de diuina bonitate concluderet,sed intendit quòd siue numero, siue specie, siue genero, siue analogia sit vltimũ in essendo & hoc est vniuersaliter verũ , nam in Deo ratio propter quam agit est bonitas sua, & sic est prima in causando. ideo autem agit vt producat bonitatem in creatura quæ bonitas est eadem analogicè cum bonitate Dei : & hæc est posterior in esse vt patet similiter. Instantia de igne non valet, quoniam cùm dicitur id, quod est primum in causando non intelligitur de causalitate formali . quæ est respectu formæ constituentis suum compositum tale formaliter , sed de causalitate effectiua,& finali,vt patet in articul. quæ seruatur respectu alicuius agentis aliquid aliud, vel saltem ab eo distinctum realiter,vt agens est,quæ quidem causalitas finalis simpliciter prior est effectiua & formali. Nam forma ignis non facit ignem formaliter, sed facit producta ab aliquo efficiente : produxit autẽ efficiens propter aliquod bonum, vt finem intentum p. propter operationem,vel propter conseruationem specici, vel propter, perfectionem vniuersũ, hæc est responsio Expositoris,quæ non videtur B. Thom nam vt patet in artic ibi sed tamen ratio boni præsupponit &c. non loquitur de bono , nec ex consequenti de fine absolutè,sed vt producuntur actione agentis, Cum igitur bonorum & finium aliquid præsupponatur non existens in rerum natura, vt thesaurus inueniendus , aliquod autẽ producitur per actionem agentis , dico quòd illud principium primum in causando eus sufficit , vt verificetur quando tale primum producitur in esse per actionem agentis, & hæc videtur intentio B. Thom. in 5. Meta. commen. de causis. quod facta declaratione causæ finalis , inquit Sciendum autem est quòd licet finis sit vltimus in essendo in quibusdam, in causando tamen est prior. hæc ille. Ergo secundum ipsum primum in causando & vltimum in essendo , non sunt æqualis ambitus & sic patet quòd instantia de bonitate Dei,non valet : instantia autẽ de igne saluatur vt suprà,& stante hac sentẽtia patet quòd illud principiũ verificatur respectu eiusdem secundum naturam,Sed dices ergo B. Tho. nõ comparat bonum, vt bonum ad alia,sed sed tantũ bonũ productũ,vel producibile ab aliquo agẽte , sed hoc videtur falsum,quoniã quæst. hæc est de bono in cõmuni.

Ad hoc dico licet ex professo B. Thom. hîc pertractet de bono in communi , tamen non inconuenit quòd aliquos articulos formet ad abundantiorem doctrinam , de bono in particulari vel particulariter, nã distinctio de bono,quam pertractat in 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in 5. artic. conuenit proprie secundum Augustinum bono creato, & distinctio pertractata in 6. articulo proprie conuenit bono habendo. licet vt dicit B. Thom. bono in communi etiam possit attribui, sic dico in proposito, licet illud principium possit saluari, vniuersaliter iuxta sensum datum ab Expositore, tamen vetius apparet in sensu à nobis dato, nec repugnat B. Thom. vt adduxi in 5. Metaph. sic dicendum mihi occurrit. Tu vero tene quod placuerit.

Bonum in triplici gradu.

Vnde ergo esse oportet in causato vsque in finem articul. Aduertè quòd hæc declaratio distincta in triplici gradu, fundata est in articul. 1. in responsione prima, & intendit. In primo gradu cum dicit formam per quam est ens bonum secundum quid vt dixit. suprà. In secundo gradu cum dicit, secundum quod est perfectum in esse, intendit bonum subsantialiter. i. cum habet virtutem productiuam, est bonum bonitate debita naturæ suæ, quo ad ea, quæ conueniunt ei per se & primò, & secundo modo. In tertio gradu cùm dicit, consequitur ratio boni per quam in ente, intendit bonum simpliciter, quo ad omnia debita rei, tam substantialiter, quam accidentaliter, tunc enim vt dixit in arti 1. ad primum dicitur res perfecta simpliciter, Et ibi dicit quòd perfectio finitur in ente per rationem boni. i. per habere omnia sibi conuenientia. Aduerte vltimo quòd ex quo B. Thom. conclusit bonum habere rationem causæ finalis, possumus elicere tem, ex eodem esse bonam, & ex eodem esse causam finalem. Est autem bona, vt patet ex primo articul. propter esse quod est prima actualitas, ergo est causa finalis propter suum esse reale, appetitur enim vt habeatur realiter, est tamen vetum quòd non completur hæc causalitas nisi tale esse in intentione, & apprehensione sit, vnde est conditio sine qua non.

Esse in natura est ratio finis in intentione cõdito sine qua non, in executione effectum.

Quod autem esse in intentione non sit finis patet, quoniam infirmus non desiderat sanitatem cogitatam, & cognitam, quæ est in mente medici, sed sanitatem realem, quam tamen non appeteret nisi apprehenderet. Hinc patet deceptio Pauli Soncinatis. in 5. Metaphy. quæst. 3. quia nesciuit distinguere inter causam finalem, & esse conditionem causæ finalis. Credebat enim hanc consequentiam inexitabilem esse, causa finalis non est res, quo ad esse in executione, sic enim habet rationem effectus, ergo est quo ad esse in intẽcione. Verum datur medium. f. quo ad esse realeposibile produci, vel acquiri, & in hoc stat causalitas finalis, adiuncta conditione prædicta. f. quòd apprehendat, & quoniam de hoc ordinauit quæstionem. in secundo physicorum. recurre illuc.

ARTICVL. V.

Vtrum ratione boni consistat in modo specie, & ordine?

Circa titul. Aduette quòd ly, bonum non sumitur abstractè, sed pro bono creato, nam in q. de ver q. 21. art. 6. sic proponitur. vtrum bonum creaturæ &c. & hæc fuit intentio Augustini, vt patet in lib. de natura boni. Ratio est in promptu, quoniam diuinum bonum, existens illimitatum non potest subijci modo siue mensuræ, ponderi, & numero &c.

Item ly, bonum stat pro bono concreato, & non creato. f. quod est bonum, vt quod, non vt quo. vt patet in artic. in responsione ad secundum, & in q. de vetit. vbi suprà. in responsione ad septimum aliter modi esset modus, speciei esset species in infinitum.

Rerũ omnium creatarũ est mensura species & ordo.

Item consistere in modo, specie & ordine dupliciter potest intelligi. Primo vt in partib. integralibus suæ propriæ materiæ, sicut ratio hominis consistit in carnib. ossib. &c. Secundò vt in partibus essentialib, & quidditatiuis, sicut ratio hominis consistit in animali, & rationali expositor dicit intentionem B. Thom. esse in primo sensu, & non in secundo. tu tamen vide. q. de verit quæst. 21 art. 6. 8. vbi B. Thom. declarans quomodo necessariò, in his tribus modis consistat ratio boni creati. dicit quòd sicut non potest Deus facere hominem, qui non esset animal rationale, sic nec bonum &c. ergo potest interpretari intentio B. Thom. etiam in secundo sensu, & videtur magis consonum declarationi, quam facit Aug in lib. de veta religione, vbi inquit: quælibet res modum habet, quoniam vnum eit, & speciem, quoniam distinguitur à cæteris, & ordinem, quoniam rerum ordinem non excedit, hæc ille: patet autem quoniam vnum & distinctio, & non excedens sunt prædicata essentialia. ergo &c.

Respondeo dicendum, quod vnumquodque bonum dicitur &c. Aduerte quòd B. Tho. in declaratione horum trium, aliam expositionem dat hic aliam in 1. secundæ quæ. 85. art. 4. aliam in q. de ver q. 21 6. ar. quæ omnes sunt bonæ adaptationes, nec multum laborandum, est in his, si tamen cupis reducere ad vnam sententim. Vide expositorem ad placitum. Capte. autem in primo dist. 3. q. 3. in 4. conclusione acceptat omnes, vt conuenientes, nec quantum ad hæc patimur impugnationes. Item aduerte quòd super hęc tria fundatur vestigiũ Trinitatis, & solet inuestigati quomodo sint vnum, vel distinguantur respectu eius, in quo sunt vnum & comparata inter se, sed locus determinandi hoc erit 1. q. 93. quæ determinatur à Capt. in 1. d. 3. q. 3. in probat 4. conclusionis, vide ad placitum.

Præexigitur autem ad formam determinatio, & vsque per modum &c. Sed contra itante hac declaratione modi sequitur, quòd in bono creato abstracto, vt est Angelus non sit modus, quoniam non possunt in eo designari determinata efficientia, cum sint à solo Deo qui est interminatus & infinitus, & cum careant omni materia, ex qua, & in qua non possunt assignari principia materialia. ergo.

Ad hoc dico quòd propositio B. Thom. primo & euidenter habet locum in bono creato sensibili siue naturali, secundariò verificatur etiam in abstracto, Et cùm arguitur quòd sunt à solo Deo, vt efficiente interminato, dico quòd cùm B. Thom. dicit determinatio principiorum efficientium, potest dupliciter exponi. Primum quòd sit determinatum efficiens, vel secundũ se, vel vt est efficiens huius, & sufficit secundam partem esse veram. & verificatur de Deo: cum enim produxit Gabrielem per Ideam Gabrielis non potest per eandem Ideam aliud producere, vnde efficitur determinatum eius producens. Secundò potest exponi ly, determinatum pro certo efficiente, quæcunque enim per se producuntur ita ab hoc quod non ab alio producantur & sic verificatur de Deo, qui est certum & distinctum producens, efficiens ipsius Angeli. & iuxta hunc sensum obiectio tendit in æquiuoco, neque enim determinatum agens in hoc sensu opponitur agenti interminato. i. infinito, sed incerto, & vario quale assignatur effectui fortuito, similiter obiectio de materia non valet, non enim B. Tho. sumit principia materialia, pro vera materia, sed pro vera materia vel subiecto & natura perfectibili suo esse, & talis superadditur qualitatibus & effectionibus. & secunda pars saluatur in Angelo.

Bonũ nõ conuertitur cum ente abstracte, sed existente.

In responsione ad primum, Aduerte quòd ex ea habes bonum non conuerti cum ente abstracte sumpto, sed vt perfecto. i. vt existente actu sicut suprà declarauimus in arti. 3.

ARTICVL. VI.

Vtrum conuenienter diuidatur per vtile delectabile honestum?

Circa hunc articulum non cadit difficultas. Aduerte solum quòd hæc diuisio boni est diuisio totius in partes subiectiuas, & fundatur in 5. Ethicorum, in cap. quod incipit Differunt autem hęc adinuicem specie, vbi inquit Philosophus. Tres enim amicitiæ, species sunt æquales numero amabilib. &c.

QVÆSIO SEXTA.

ARTICVL. I.

Vtrum esse bonum conueniat Deo.

CIRCA conclusionem huius articul. Aduerte quòd B. Thom. doctrinaliter procedens, & breuitati studens non curauit probare eam, nisi ex fundamento posito in q. precedenti scilicet ex distinctione boni, & intendit hanc rationem, quæ libet res creata appetit suam perfectionem perfectio huiusmodi est effectus primi agentis, secundum quod communicat suã perfectionem creaturæ, ergo quælibet res appetit primum agens, ergo est appetibile, ergo bonum, hoc autem est Deus vt patet in Secunda. q. articul. 3. ergo &c. Hanc autem propositionem, *Perfectio autem est forma effectus &c.* vsque ibi. similem sibi declarauimus in q. 4. art. 3. vide ad placitum poteris autem tu eandem conclusionem multipliciter probare ad maiorẽ doctrinam, & primò ex ratione Philosophi, in 12. Metaph. textu. 37. ibi: at vero &c Quod bonum vbi declarat quòd coordinatio intelligibilium, & appetibilium corteſpondet, ergo primum intelligibile est primum appetibile, sed primum mouens est primum intelligibile, cum sit maxmè actu, ergo &c. Secundo ex 12. Metaph. text. 52. ibi perfertur andum autem est, vbi concludit vniuersum habere bonum intrinsecum: idest ordinem, & bonum separatum, quod est ipsius vniuersi, prius finis vt dictum est. tertio ex fundamento posito in. q. præcedent. arti. 1. vbi inquit, vnumquodque. in tantum est appetibile inquantum est perfectum, sed ex. q. 4. Deus est perfectus, ergo bo

go bonus. Quarto ex fundamento posito in eadem. q. art 1. vbi inquit. vnumquodque intantum est perfectum inquãtum est actu, sed Deus est maximè actu, ergo maximè perfectus ex q. 2. artic. 3. ergo non solum bonus, sed maximè bonus & has rationes tangit B. Thom. in primo contra Gentiles. capitul. 36.

In responsione ad primum confirmatur id, quod dixi in q. præcedenti art. 5. vbi declarauimus diuisionem boni, & materiam, speciem & ordinem non conuenire nisi bono causato. In responsione ad secundum. Aduerte quòd B. Thom. in q de vetit. q. 21. art. 2. formar totum illum articulum ad propositum huius solutionis, declarans quomodo causa efficiens secunda non influit in effectu agendo, non influente causa prima, sicut nec secundi fines influunt in effectu agendo, nisi primus, finis, qui est Deus influat: hoc autem influere, est desiderari. vide tu illic de desiderio implicito, & explicito.

ARTICVL. II.

Vtrum Deus sit summum bonum?

Circa tit. Aduertte ly *summum* debet exponi iuxta regulam superlatiui. *Vtrum Deus sit bonum, & non sit aliud à Deo, ita bonum sicut Deus &c.* Non autem debet sic exponi *& nõ sit aliud, melius Deo*: cùm hoc enim staret aliquid æquale ei in bonitate. quod B. Thom. intendit hic excludere.

Summum bonum duplex absolutum, & summum in aliquo genere.

Respondeo dicedum quod Deus est summum bonum simpliciter &c Aduerte quòd Philosophus simpliciter innuit distinctionem de summo bono, quoniam aliud est summum in aliquo genere puta fœlicitas dicitur summum bonũ in genere bonorum humanorũ, ex primo Ethicorum, vbi dicit Philosophus summum bonum, & fœlicitas non irrationabiliter videtur esse ex ijs bonis, quæ sunt huius vitæ. Humanæ: aliud est summum abstracte & est illud, de quo dicit Philosophus in Primo Ethicorum ad mentem Platonis. Quidam autem existimauerunt præter hæc multa bona: aliud esse secundum seipsum, quod est omnibus causa essendi bonum, hæc ille. Et tale bonum quærere Deo, intendit hic B. Thom. Vnde asserunt hoc principium quod etiam fuit Platonis. f. sicut enim bonum Deo attribuitur inquantum omnes perfectiones. &c.

Similitudo autem effectus contra causam quidẽ vniuoca, vsque ibi propter hoc dicitur summum bonum. Aduerte quòd si attendas ad exemplum solum datum à B. Thom. f. de calore solis, hæc ratio, non concluderet Deum esse formaliter summum bonum, sic nec posset concludere solem esse formaliter summè calidum, sed tantum virtualiter, & ideo hæc ratio supponit determinationem præcedentis articuli. f. quòd Deus est bonus formaliter, deinde declarat in præsenti articulo, quòd cùm sit causa non vniuoca omnium, excellentissimè ei conuenit bonum formaliter; nam non inconuenit perfectionem effectus inueniri in causa æquiuoca & formaliter, & virtualiter, vt lux & (diaphaneitas) in cælo: aliquando autem tantum virtualiter: semper tamen siue hoc, siue illo modo excellentiùs reperitur in causa, quam in effectu.

In responsione ad secundum. Aduerte quòd in hac difficultate, *bonum est, quod omnia appetunt ly*, bonum posset tripliciter intelligi. Primo pro vno primo, & vniuersali bono, quale est fœlicitas & sic distinctio esset clara, sed hæc non fuit intentio Philosophi in primo Ethicorum, sed de bono in communi. Secũdo pro bono cõmuni sante distributiue. f. pro huiusmodi, & illo bono, & sic definitio esset falsa, quoniam vt dicit hic B. Tho. vnumquodque bonũ non appetitur ab omnibus, vt patet.

Tertiò pro bono communi communiter tento, non quòd bonum commune. i. vniuersale appetatur, quoniam vniuersale vt vniuersale non est perfectiuum appetitus, sed quia si aliquid appetitur ad hoc appetitur, quia cõtinet aliquam bonitatem, siue veram, siue existimatam, & ideo bene dixit expositor, quòd si conuertatur manifestiùs, sic id, quòd omnia appetunt, ideo appetũt, quia est bonũ, & teneat ly, omnia diuisiuè.

In responsione ad tertium, *siquidem sunt in diuersis generibus. nullo modo sunt cõparabilia*: Aduerte quòd hęc responsio fundatur in 7. Physicor. text. 29. & 31. vbi Philosophus nõ admittit comparationem inter ea, quę sunt diuersorum generum secũdum magis, & minus, nõ enim congruè dicitur, quòd aqua est subtilior oleo, nec inter ea, quæ sunt vnius generis, & differunt specie, non enim congruè dicitur album esse magis coloratum nigro, sed comparatio propriè inuenitur respectu alicuius specialissimi, vt A. est magis album quam B.

Sed aduerte quòd propositio B. Tho. quæ etiam est Philosophi vt dixi, debet intelligi: quo ad prædicata, in quibus distinguũtur genere. p. aqua, & oleum dicũtur subtilia æquiuoce, ita quòd subtilitas dicta de aqua, differt genere à subtilitate dicta de oleo, vel aëre, vel voce &c. Et ideo in ea non possunt comparari: cum hoc tamẽ stat quòd sint comparabilia in aliquo prædicato dicto de eis vniuocè. p. in frigiditate vel aliqua specie coloris: neque enim respectu illius distinguuntur genere, sed sunt eiusdem speciei specialissimæ vt aqua, & oleum, inquantum frigida.

ARTICVL. III.

Vtrum esse bonum per essentiam sit proprium Deo?

Tale per essentiã. Tale per participationem.

Circa titul. Aduerte quòd ly per essentiam opponitur ei, quod est per participationem, & distinguitur in hoc, quoniam tale per essentiam, est primo & per se, & à se perfectissimè tale, per non superaddita, quod autem est tale per participationem, est suppositis conditionibus.

Item ly proprium stat quarto modo, & æquipollet exclusiuè, vt proprium est homini esse risibile, ergo tantum homo est risibilis. Item ly per essentiam, quãdo stat à parte prædicati, exponitur cum conditionib. præcitorum, & hoc dico, quoniã cum stat à parte subiecti, idem significat quod per intrinseca vel per sui naturam, vel non per addita, & sic potest conuenire aliis, quam Deo respectu alicuius prædicati substantialis, licet non respectu ly, boni: nam quælibet res per essentiam suam est vna, & Sortes per essentiam suam est homo: hæc tamen est falsa quælibet res est vna per essentiam, quoniam non est vna cum conditionib, prędictis, est ergo sensus tituli: Vtrum solus Deus sit per essentiam bonus. i. per intrinseca & non per superaddita, non autem quærit, vtrum sit bonus per essentiam à parte prædicati, quoniam vt sic æquipollet summo bono, de quo egit in artic. præcedenti.

Hæc autem triplex perfectio nulli creaturæ competit. Aduerte quod B. Thom. in prima perfectione supponit duo. Primo quod in quolibet creato distinguũtur essentia & esse, sicut discutiẽdum est infra, cùm loquemur de Angelis. Secundo quod nulla essentia creata ex se habet perfectionem, nec comparata alteri essentiæ est perfectior vel imperfectior: sed omnem perfectionem trahit ab esse. Hoc autem impugnat Scotus in primo quoniam finitum, & innitum entitatiuè conueniunt eis in primo modo per se, si præcisè sumantur, quoniam radix omnis perfectionis est esse: si autem sumantur in ordine ad esse: p. quia hæc est apta nobilius existere illa autem ignobilius concedo, quod vna potest dici perfectior altera, non quidem formaliter, nisi actu existat, sed fundamentaliter. Et si arguas, quod apud Philosophum in 5. meta. text. 18 natura rerum sunt sicut nun eri: ergo &c. Dico, quod dictum Philosophi non verificatur nisi in ordine ad esse. Aduerte etiam, quod in secunda perfectione supponit, in nullo creato subsistantiam esse immediatum principium operationis sed id dilucidè infra cum loquemur de potentijs animæ, quæremus: Vtrum anima sit potentia sua.

ARTICVL. IIII.

Vtrum omnia sint bona bonitate diuina?

Denominatio duplex extrinseca & intrinseca.

Circa titul. *bonitate diuina* non constituitur in ratione causæ efficientis, constat enim quod sic: quoniam à primo bono est omne bonum, sicut à primo ente est omne ens: sed constituitur in ratione causę formalis, & denominantis, vt sit sensus, *omnia sunt bona &c.* sicut aqua est calida calore, & homo est sciens scientia, & corpus locatum loco.

Aliquid ab extrinseco denominari Aduerte denominationẽ esse extrinsecam quando id, à quo fit denominatio non inest rei denominatæ: intrinsecam autem esse, quando oppositio modo. exemplum primi: lapis est visus visione quæ non est in lapide, sed in vidente: & lapis est locatus loco, qui est in locante exemplum secundi. Aqua est calida calore, & homo humanitate est homo.

Et quamuis hæc opinio irrationabilis. Aduerte quod ibi intendit ponere

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponere diſcordiam,& concordiam Ariſtotelis cum Platone & intendit quòd diſcordant in poſitione ſpecierum naturalium ſeparatarum:ex conſequenti negat Ariſtoteles quòd indiuidua denominentur ab illis,quia à non ente non ſit denominatio:concordat autem,quòd detur vnum per ſe bonum ſeparatum, ad quod omnia ordinantur,vt ad ducem ; à quo pendet omne bonum in entibus particularib.vt patet in 12.Metap.tex. 52.Sed contra Ariſtoteles in 1.Ethicorum improbat Platonem ponentem fœlicitatem conſiſtere in quodam per ſe bono, ſeparato, quod ſecundum Platonem eſt cauſa omnis boni, ergo non concordat cum eo.

Ariſtotelis & Platonis de ſummo bono opiniones.

Ad hoc reſpondit B.Thom.in primo Ethicorum lect. 5. vel 6.ſuper text.qui incipit. *Tenentes autem opinionem hanc.* & dicit, Atiit.non intendit reprobare Platonem,quantum ad hoc quòd ponebat vnum bonum ſeparatum,à quo dependent omnia bona;nam ipſe Ariſtoteles id cõceſſit in 12. Metaphyſi:improbat autem eum quantum ad hoc, quòd ponebat vnum bonum ſeparatum, eſſe quandam ideam communẽ omnium bonorum, hæc ille. Idea autem ſecũdum Platonem,vt ſibi attribuit Ariſtoteles dicit rationem. & eſſentiam communem omniũ eorum quæ participant Ideam, & ideo facto, hoc fundamento Ariſtoteles illic triplici ratione probat non dari hanc Ideam boni:primo quia quæ habent vnam Ideam, ſunt vnius ordinis: ita quòd in eis non eſt priùs & poſterius:ſed omnia bona non ſunt vnius ordinis,cum quædam ſint ſubſtantia,quædam qualitas quædam actiones &c. ſecundam & tertiam rationem vide tu ad placitum in 1.Ethic. in eodem text.& eadem lect.

Idea Platonis quid.

A primo igitur per eſſentiam ente,& bono , &c. vſque in finem art. Aduerte,quòd hic ponit determinationẽ ſuam ad mentem etiam Ariſtotelis,& intendit diſtinctionem, ex qua ſoluantur quæſtiones. Diſtinctio eſt hæc , omnia poſſunt dici bona bonitate diuina dupliciter.primo denominatione cauſali extrinſeca quæ denominatio poteſt fieri à cauſa exemplari,& effectiua & finali. Secundò denominatione cauſali intrinſeca quæ poteſt fieri à materia & forma , dicimus enim gladium ferreum , quia conſtat ex ferro:& hominem animatum,quia habet animam.

Bona bonitate diuina dupliciter.

Prima Concluſio omnia poſſunt denominari bona bonitate diuina in primo ſenſu : eſt enim bonitas diuina exemplar, & efficiẽs,& finis omnit bonitatis. ſed diuerſimodè hi hæc denominatio : nam ſecundum cauſam exemplarẽ fit per ly,*ad vt* omnia ſua bona ad bonitatem diuinam , i. ad ſimilitudinem tamen deficientem bonitatis diuinæ, ſecundum autem cauſam efficientem fit per ly,à:ſecundum vero cauſam finalem fit per ly, propter.

Secunda Concluſio. Nullum poteſt denominari bonum bonitate diuina in ſecundo ſenſu : quoniam in abſolutis, non eſt denominatio formalis niſi à forma intrinſeca dante eſſe ipſi denominato: vanum enim eſt dicere, quòd ſit homo albus albedine agni:ſed bonum eſt quid abſolutum:bonitas autem diuina eſt extrinſeca ab omni creato , ergo:Propterea B. Tho. concludit,quòd vnumquoque eſt bonum bonitate ſibi inhærente : dixi autem in abſolutis, quoniam non inconuenit in relatiuis. Dicitur enim vtina ſana , vt ſignum ex relatione ſigni ad ſanitatem in animali , & locatum dicitur ex relatione continentiæ paſſiuæ ad locum , & menſuratum,ex relatione ad menſurani.

In relatiuis ſit formalis denominatio à forma extrinſeca.

QVÆSTIO SEPTIMA.

ARTICVL. I.

Vtrum Deus ſit infinitus.

CIRCA tit. Aduerte quod ly. *Deus* proprijſſimo ſignificato pro natura diuina in concreto accipitur,vt ſit ſenſus. Vtrum id,quod eſt Deus. Item ly, *Infinitum* dupliciter. ſ. quantitatiuè, & perfectiuè : conſtat quòd ibi non quæritur in primo ſenſu,quoniã omnis corporeitas remota eſt à Deo ſupra quæſtione 1. artic. primo. ergo finitas & infinitas conſequentes corporeitatem.

In ſecundo ſenſu autẽ iterũ dupliciter,quoniam perfectiuè ſubſtãtialiter,& perfectiuè attributaliter. Infinitũ primo modo eſt illud, cuius natura & eſſe non terminatur ad aliquos limites,nec gradus entis, ſed permanet omninò interminatum: Infinitum autem ſecundo modo eſt illud , cuius perfectiones ſupradictæ ſunt illimitatæ, vt ſi Sortes haberet potẽtiam motiuam infinitam vel ſcientiam infinitam:In hoc artic.B.Tho. intendit de infinito perfecto, primo modo vt patet ex probatione cõcluſionis ſuæ,& correſpõdet.q.4 art.1.De infinito autem perfectiuè, ſecundo modo quæretur in q. 25. cùm loquemur de potentia Dei actiua,quæ ſe habet ad eſſentiam,vt perfectio ſuperaddita,non re quidem cum ſint idem , ſed ſecundum rationem. Cum igitur ibi ſit ſermo de infinitate tantum perfectionali ſubſtantiali,nõ oportet vt hinc ſoluas argumenta quæ adducit Capreol.1.d.43.q. 1.contra quintam & ſextam. Probant enim quòd non habeat potentiam productiuam infinitam,nec infinitam motiuam,ex conſequenti,quòd non eſt infiniti vigoris:ſoluentur autem in q.25.artic.2. Nunc autem ſufficit, vt, ſoluas argumẽta quæ recitantur ibidem à Capreol. contra tertiam, tangunt enim propoſitum & probationem B. Thom. vt dicemus.

Infinitũ dup. ſcilicet affectiuè ſubſtãtialiter. & perfectiuè attributaliter.

Omnes antiqui philoſophi &c. Aduerte vt patet 3.Phyſic. text. 26.ibi:de natura autem omnes,quòd ly, omnes non ſtat abſolutè.ſed pro illis , qui poſuerunt tantum vnum primum principium omnium entium vt Thales. aquam &c. nam illic expreſsè dicitur *finita autem facientium elementa.* puta qui ponunt duo tantum,aut quatuor. vt Empedocles , nullus infinita ponit , quoniam vt illic dicit B.Thom.diſtinctio elementorum contrariari videtur eorum infinitati.

Forma vero finitur per materiam inquantum &c. Aduerte quòd hæc finitio non ſit quia materia det aliquid formæ,quoniam cauſalitas materiæ eſt tantũ recipere:ſed ideo fit,quia eo ipſo, quòd forma recipitur in materia,non habet omnem modum perfectionis ſibi debitum,ſecundum rationem ſuæ ſpeciei : limitatur enim ad capacitatem ſui ſuſceptibilis,prout & quodlibet accidens ad capacitatem ſui ſubiecti. Item ſit, non quia forma extra materiam ſit apta eſſe infinita ſecundũ eſſentiam & ſecundum eſſe,cum ſit a b alio producta,ſed quia extra materiam nil pertinens ad perfectionem ſuæ ſpeciei ſibi deeſſet: in materia autem non habet totum illud,& hoc eſt ex defectu materiæ,quæ nõ poteſt ipſum ſuſtinere:vnde ſequitur, quòd forma non recepta in materia ſit infinita ſecũdum quid , quia vna exiſtens , habet totam ſuam amplitudinem ſibi debitam. Et quę recipitur in materia nõ eſt in finita ſimpliciter nec ſecũdũ quid,imo penitus arctata ex gradu ſingularitatis,ſumpto ex materia.Ex his videbis ſoluta argumenta Aure in Capr.1. diſt.43.q.1.cõtra tertiam in primo loco. nõ enim intelligit B. Tho nõ excludit ſiquidem B.Thom.tenere formam nõ receptam in materia habere naturam infinitam ſimpliciter:ſimiliter & eſſe,& q̃ materia finiatur recipiẽs formã, dãs finitatem ei & in natura & in eſſe,ac ſi nullã finitatẽ haberet ex ſe,& ſibi intrinſecam,ſicut materia nullum haber eſſe ante aduẽtũ formæ: Sed hæc tam abſurda non ſomniauit B. Thom. imo eius ſententia fuit quam adduximus conſoniter Capre. vbi ſuprà

Forma vero finitur per materiam inquantum &c.

Forma autem non perficitur per materiam, vſque ibi, *habetur ratio eius perfecti.* Aduerte quòd intendit finitatem formæ ex materia dicere imperfectionem quod quidem eſt verum ſumendo formam metaphyſicè,prout conuertitur cum actuam intelligentia, non finita per materiam vna exiſtens & completa habet omnem perfectionem ſuã,quæ vtique arctaretur ſi vniretur;materiæ vt forma naturalis:nõ autem eſt verum de forma tali.puta cui non competit eſſe , niſi per eſſe compoſiti,vt ſunt formæ naturales, vel quæ non eſt product gratia ſui,ſed vt compleat tertiam naturam , dato quòd habeat eſſe per ſe, qualis eſt anima intellectiua.

Forma autem non perficitur per materiam, vſque ibi, habetur ratio eius perfecti.

Illud autem,quòd eſt maximè formale omniũ,eſt ipſum eſſe Aduerte q̃ B.Tho.licet incepit determinationẽ ſuã à forma,& à finitate formæ & infinitate eiuſdẽ per receptionẽ, & nõ receptionẽ in materia:amẽ nunc rationabiliter,tranſit ad eſſe vt maximè formale ratio huius eſt,quia ſi ſteriſſet in infinitate formæ ex eo , quod non recipitur in materia,non maiorem infinitatem conſeciſſet de Deo,quam de Angelo,quæ eſt infinitas ſecundum quid. Dato enim quòd aliqua forma non finitaretur per receptionem in materia, poteſt infinitari intrinſecè per differentiam per quam trahitur ad determinatum gradum entis, vt patet de Angelis, Vt igitur cõcluderet infinitatem ſimpliciter de Deo, tranſuit ad infinitatem, quæ debetur eſſe non recepto in aliqua eſſentia, hæc autem eſt infinitas ſimpliciter, quoniam cum eſſe vt eſſe dicat perfectionem nõ poteſt imaginari quòd dicat perfectionem limitatæ, niſi adiungatur limitatio eſſentiæ vt eſſe hominis , eſſe leonis. Propterea Beatus Thom.concludit Deum infinitum ſimpliciter , ex intreceptibilitate diuini eſſe in eſſentia, ſicut concluſerat infinitatem , ſecundum quid alicuius formæ ex irreceptibilitate eius in materia. Hinc videbis quòd Scot.in.1.diſt.2.q.2. ibi, *vltimo obiicitur* non impugnat B.Thom quo ad ſenſum : credit enim B. Tho. in præſenti art concludere infinitatẽ Dei. ex hac ratione præcisè,forma finitur per materiam ergo forma quæ non recipitur in materia,eſt infinita:talis eſt Deus,ergo:Sed vt diximus: hæc non fuit mens eius , quoniam,vt inquit Scot.ſi hæc ratio concluderet

Infinitũ per eſſentiam dupliciter accepto.

cõcluderet infinitatem ſimpliciter:omnis Angelus eſſet infinitus ſimpliciter. Propterea ex ſua natura quælibet forma & entitas habet intrinſecè talem vel tantam perfectionem , vt præintelligitur omni comparationi ſui ad aliam eſſentiam,in qua eſt apta recipi , vel non recipi , ergo intrinſecè , finitur, vel non finitur, & non ſolùm per comparationem ad alterum. Dico igitur quòd B. Thom. ex forma non recepta in materia concludit infinitatem ſecundum quid , ſed ex eſſe non recepto concludit infinitatem ſimpliciter , & ſecundum quid. Sed contradicet Scotus:Quælibet entitas habet gradũ intrinſecum ſuæ perfectionis in quo eſt infinita , ſed gradus eſt infinitus: ergo infinita ſi finitus,ergo eſſe habet in ſe finitatẽ, vel infinitatem:etiam non comparando ad alterum, puta ad eſſentiam: ergo falſum eſt,quòd eſſe habeat finitatem,ex eo,quòd recipitur in eſſentia & in infinitatem ex eo , quod non recipitur in ea, ſed eſt per ſe ſubſiſtens.

Ad hoc dico,quòd licet eſſe in ſe,ſit tantæ perfectionis,puta finitæ,vel infinitæ:etiam non comparatum ad eſſentiam,vt receptibile vel non receptibile in ea tamen talis finitas, vel infinitas non innoteſcit noſtro intellectui,niſi per recipi, vel nõ recipi in eſſentia,hæc enim conſequentia eſt clara nobis. Hoc eſſe eſt in receptum:ergo eſt infinitum,& è conuerſo.Vnde ratio B.Thom.eſt ratio à ſigno,& non à priori,quæ conueniens eſt noſtro intellectui, pro hoc ſtatu ad pertractandum diuina modo metaphyſicali. Congruit enim quòd ſicut concluſimus, Deum eſſe ab effectu & à poſteriori ſic concludamus. Deum eſſe infinitum à ſigno. Ad argumentum igitur, concedo totum,ſed non eſt contra nos:quia B. Thom non intendit dicere primam & præciſam cauſam infinitatis ipſius eſſe conſiſtere in irreceptibilitate in alio, ſed quòd ſignuum infinitatis eſt ipſa irreceptibilitas ; ſicut ſuum oppoſitum eſt ſignum finitatis.Vn le pate: quòd Scot.decipit ſeipſum,credens B. Tho. in toto hoc articu. procedere à priori, cum tamen procedat à ſigno. Si autem vis tenere, quòd procedat à priori,dic, quòd licet forma & eſſe ſint intrinſecè tantæ perfection :tamen hęc tanta perfectio ſumitur ab extrinſeco:quoniam ordinem habent ad alterum , ſicut potentia ſumit vnitatem, & diſtinctionem & perfectionem ab obiecto,& actum à termino, Vnde illa propoſitio Scoti nõ habet veritatem niſi in entib quæ ſunt gratia ſui, & non ſunt in entia propter alterum,conſitat autem, quòd forma & eſſe ſunt intenta propter alterum.

In reſponſione ad tertium , Aduerte, quod intendit negare illam conſequentiam quod ita eſt hic,quod non alibi eſt finitum ſecun ſum locum : ergo quòd ita eſt,hoc &c. Ratio eſt, quia omne,quod ita eſt hoc, quòd non alibi, terminatur loco diſtincto realiter à locato ſed non omne , quod ita eſt hoc, quod non aliud , terminatur aliquo principio quo diſtinguatur ab alio.poteſt enim ſeipſo diſtingui à quolibet alio, licut albe lo ſubſiſtens diſtingueretur ſe ipſa ab omni albedine recepta in ſubiecto,& propterea dato, quod nõ ſit omnis alia albedo formaliter,licet ſit perfectionaliter , non tamen ſequitur, quòd ſit finita ad aliquem gradum albedinis. Sic in propoſito,dato quòd Deus diſtinguatur à lapide,& homine, non tamen eſt neceſſe,quòd ſit finitus ſecũdum ſubſtantiam,quoniam ſeipſo diſtinguitur,lapis autem diſtinguitur à Deo principio contractiuo naturæ lapidis ad certum gradum,puta differentia ſpecifica, & ideo licet omnia diſtincta à Deo,diuerſentur ſecundum ſubſtantiam , non tamen Deus , qui ſub nullentia non arctatur.

ARTICVL. II.

Vtrum aliquid præter Deum poſſit eſſe infinitum per eſſentiam?

CIrca tit. Aduerte ly.*infinitum per eſſentiã* dupliciter poteſt exponi primo vt ſit idem quod habere infinitã perfectionem in ſua eſſentia,& ſic nõ quæritur hic quoniã in q.6 art.3. cõcluſit quod eſſe ſummum bonum ex conſequenti continere in ſe perfectionem infinitam , eſt proprium Dei. Secundo vt ſit idem quod habere eſſentiam ſuam interminatam , ſiue illa eſſentia ſit materiæ ſuæ , ſiue compoſiti ſiue formæ : inteadit ergo vtrum ſit,vel poſſit eſſe aliquid,in rerum natura ſiue materiale, ſiue immateriale , quod habet eſſentiam , non limitatam ad certos terminos qualis eſt diuina eſſentia. In corpore articuli nota Capreol. difficultates. Quantum ad argumenta, aduerte quod in reſponſione ad primum intendit negare hãc conſequentiam. Virtus Dei eſt infinita : ergo poteſt producere effectum infinitum,& declarat quare , ſtante infinitate virtutis, non poteſt &c. Aduerte tamen quòd per illam propoſitionem *Cum quantitas virtutis &c.* intẽdit probare conſequentiam. & reſpondens non facit mentionem de illa probatione : quoniam infra in quæſt.25.oſtendetur,quòd virtus infinita deprehenditur non ſolum ex producto,ſed ex modo producendi,puta ex nullo ſubiecto.

Infinitũ per eſſentiam dupliciter accepto.

In reſponſione ad ſecundum intendit concedere infinitatem ſecundum quid,non autem ſecundum eſſentiã : quoniam tam Angelus, quam anima ſunt terminatæ naturæ ad terminatum gradum eſſendi.

In reſponſione ad tertium per formas naturales intendit, quas poteſt inducere agens naturale præcisè, nã reſpectu Dei habet tantum potentiam obedientialem:de qua loquitur.

ARTICVL. III.

Vtrum poſsit eſſe aliquid actu infinitum ſecundum magnitudinem.

CIrca tit. ly. *poſſe* ſtat pro potentia nõ ſolùm naturali, ſed etiam logica, vt ſit ſenſus. Vtrum non implicet contradictionem eſſe aliquid &c.ly *ſecundum magnitudinem* ſtat præcisè pro magnitudine molis , nam de inmitate magnitudinis quæretur infrà in quæſt. 25.

Infinitũ ſecundum eſſentiam, & ſecundum magnitudinem.

Aliud eſt eſſe infinitum ſecundum eſſentiam & ſecundum magnitudinem Aduerte quòd eſſe infinitum ſecun ſum eſſentiam eſt habere eſſentiam , non limitatam ad aliquem gradum entis, ſed contentiuam omnis entis,ex conſequenti,non contractam ad genus , & differentiam.

Eſſe infinitum ſecundum magnitudinem,eſt habere quantitatem non terminatam ad aliquem gradum vel menſuram. Differunt autem iſtæ duæ infinitates; quoniam non repugnat vnam inueniri ſine alia:nam in Deo datur prima & non ſecunda. in corporeis autem ſi aliquid eſſe actu infinitum, puta Aër, daretur ſecunda & non prima , vt explicat B. Thom. de aëre infinito.

Non tamen eſſet infinitum ſecundum eſſentiam , quia eſſentia ſua, &c. Sed cõtra Aër infinitus vel ignis haberet virtutem caloris infinitam:quoniam in 8.Phyſicor. text.51 in magnitudine infinita eſt virtus infinita : ſed virtus infinita requirit eſſentiam infinitã : emanat enim ab eſſentia & radicatur in ea,ergo non poteſt excedere eam &c,

Ad hoc dico, quòd aliud eſt ignẽ eſſe infinitum , ſecundum eſſentiam infinitam:nam ad veritatem primi requiritur quòd habeat eſſentiã non limitatam ad aliquem gradum entis , ſed ſit omne ens æqualiter. Ad veritatem autem ſecundi ſufficit, quòd illa eſſentia ſit illimitata aliqua illimitatione , puta quo ad quantitatem. Ad argumẽtum ergo,dico ad minorem quòd eſt vera de infinitate magnitudinis , non autem de infinitate quo ad gradus entis,& ſic B. Thom.concederet eſſentiam ignis poſſe dici infinitam non tamen ignem eſſe infinitum ſecũdum eſſentiam. Et rationem adducit,dicens, quia eſſentia ſua eſſet terminata ad aliquam ſpeciem. Vtrum autem ſecundum Philoſophum ſit neceſſe virtutem exiſtentem in magnitudine infinita eſſe infinitam inquiẽ, dicam in q 2. art. 2.

Corpus triplex Phyſicũ, mathematicum, & metaphyſicum.

Corpus eſt magnitudo completa,dupliciter ſumitur Aduerte quòd hic non ſumitur corpus, quoniam vltra phyſicum, & mathematicum aſſignatur metaphyſicum , quod dicitur eſſe ipſum compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali,vt præuenit aptitudinem ſui ipſius ad quantitatem & motum : ſed diuiditur corpus , vt poteſt eſſe ſubiectum finitatis, vel infinitatis. non quòd eſt, aut eſſe poteſt ſubiectum , niſi ratione quantitatis, quoniam finitum & infinitum ſunt paſſiones quantitatis , ex 1. Phyſicor. Corpus autem vt ſic ſufficienter diuiditur in phyſicum & metaphyſicum : quoniam metaphyſicum præuenit quantitatem mathematicum dicit ipſam trinam dimẽſionem, & phyſicum dicit complexum ex materia , & forma naturali, exiſtens ſub trina dimenſione.

Num omne corpus naturale &c. Aduerte quòd hæc ratio ſumitur ex primo Phyſic text.36 contra Anaxag. & ex 2. de Anima text.41.ibi *omnium natura conſtantium* & in vtroq;loco exponẽs B.Thom vtitur eadem quaſi ratione , vt hic. Tu tantum aduerte quòd Philoſophus præcipuè in ſecundo de Anima intendit de animalibus,quæ propẽſione augẽtur quòd in eis eſt terminata magnitudo , ex conſequenti non poteſt dari animatum infinitè magnum.

Sed B.Tho. in præſenti art.accipit hanc vniuerſalem quòd tam in animatis quam in non animatis non poteſt dari infinitum ſecũdum magnitudinem : ex conſequenti in omni corpore naturali dato ſile eſt maximum.

Cum igitur ad formam ſubſtantialem conſequantur accidentia vſq; ibi *interquę.* Aduerte primò quòd ſecundum viam noſtram in eo inſtanti,in quo forma introducitur in materia , concomitantur eam proprię qualitates. & propterea quantitas, vt conſeruatiua ipſius formæ in materia, originantur à forma, vt à

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuo principio licet recipiatur in compoſito, vt in ſubiecto: ita quod forma poteſt dici cauſa horum accidentium, & ipſa ſunt effectus formæ.

Aduerte ſecundo, quòd conſequentia B. Thom. fundatur in hoc: determinata cauſa, & limitata ad ſpeciem, cauſat terminatos effectus & quo ad numerũ, & quo ad gradum, aliter effectus excederet virtutem cauſæ. Sed omnis forma naturalis eſt determinata ad ſpeciem, vt patet: ergo cauſat determinata ſua accidentia, & diſpoſitiones quo ad numerum & gradum: ergo determinatam quantitatem, quo ad gradum, puta bicubitum, vel tricubitum, ſicut & determinatam qualitatem, puta vt calorem vt quatuor, frigus vt duo.

Vnde omne corpus naturale habet determinatam qualitatem. &c. Aduerte quòd dicit omne corpus naturale quod ſ. habet eſſe per ſe & ſeparatum, exiſtens diuiſum actu à quocunque alio, vt hic lapis, hic homo ſiue ſit homogeneum, vt hæc aqua ſiue hæterogeneum ad differentiam partium corporum naturaliũ inexiſtentium, & quæ non dicuntur habere determinatam formam, nec per ſe eſſe, ſed participant formam, & eſſe totius: in his enim nõ datur terminata magnitudo in maius & in minus. Vnde ſolet dici, quòd in naturalibus datur maximum & minimum tam in homogeneis quam in hæterogeneis, ſeparatim & per ſe exiſtens, non tamen inexiſtens, & id pertractauimus in q. noſtris ſuper 1. Phyſicorum, vnde recurre illuc, & in Capreol. in 2. diſtinct. 19. q. 1. concluſ. 1. verum quia B. Thom in tota 1. parte non ita ad propoſitũ loquitur de minimo & maximo, ſicut hic Scot. in 2. diſtin. 2. quæſt. 9. ibi. *Sed contra hanc reſponſionem &c.* Labotat ad probãdum, quòd etiam non datur in homogeneis minimum exiſtens, ſicut nec inexiſtens, & Philoſophus in ſecundo de Anima tex. 41. videtur concedere ignem augmentabilem in infinitũ ex conſequenti non dari maximum ignem. Ideo quãtum ad minimum adduco argumenta Scot. quæ recitantur à Capreol. in 2 diſt. 19. q. 1. contra primam & illa, quæ directè probat, non dari minimum ſeparatim exiſtens, incipiunt ibi. *Dicitur forte quod licet non ſit aliqua caro.* & quoniam Capreol. clarè, & completè ſoluit ea, ideo vide tu ſolutiones eius, quas formalizauit expoſitor ſuper præcedente articulo non recedens à ſententia Capreoli, ideo ad libitum vide quem volueris, quia claræ ſunt.

Quantum autem ad dictũ in ſecundo de Anima, quòd non detur maximus ignis, ſcias quod illud dictũ expoſui in quæſtionibus noſtris ſuper lib. de Anima, & eſt quæſt. 15. in ordine: vbi poſt expoſitionem commentatoris, & Aegidij teneo, quod Philoſophus non intendit de eodem igne numero, ſed de aggregato ex plurib ignibus, qui licet videatur vnus, non tamen eſt verè vnus: igitur vide illam. q. in qua non diſcedo à mente expoſitoris in præſenti articulo.

Neceſſe eſt quod ad terminatam formam ſequãtur terminata accidentia, inter quæ eſt quantitas. Contradicit B. Tho. in 5. Metaph. cap. de ente, accidens conſequens materiam, eſt quantitas: accidens conſequens formam eſt qualitas: ergo hic malè computat quantitatem inter accidentia conſequentia formam.

Ad hoc dico, quòd ſicut materia eſt propter formam, ſic omnia accidentia, quæ inſunt materiæ ante aduentum formæ: ſunt propter formam introducendam, & per cõſequens quantitas. Ideo autem dicit in 5. metaphyſic. quantitatem conſequi materiam, quoniam primò diuidit materiam. Et quoniam in nullo reperitur ſecundum viam noſtram, in quo non ſit materia, qualitas autem ideo conſequitur formam, quia remota materia, adhuc qualitas reperitur, vt patet in ſubſtantiis intellectualib. Et quoniam qualitas eſt vt inſtrumentum formæ in agendo, non autem materiæ, quantitas autem, quoniam non eſt actiua, & multum habet de poſſibilitate, ideo ex hac ratione dicitur conſequi materiam, vtpote potentiam & non actum.

Corpus autem infinitũ non poſſit habere motum naturalem rectum. Aduerte quod hæc ratio poteſt trahi ex primo Cæli text. 62. vbi probat Aureolus, quòd corpus infinitum non poteſt moueri motu recto. Sed aduerte quòd B. Tho. & Philoſophus loquuntur de corpore infinito, ſecundum omnẽ dimenſionem, conſtat enim quòd cùm occuparet omnem locum non poſſet moueri ad aliquem locum extrinſecum ſibi: ſi autem daretur corpus infinitum ſecundum longitudinem ex vtraque parte, & finitum ſecundũ latitudinem nõ occuparet omnem locum: ſecundum latitudinem patet, quòd tale eſſet mobile motu recto: ergo poſſet transferri per motum in latus in alium propinquum, vel diſtantem. Si vero daretur corpus infinitum ſecundum longitudinem ex vna parte, puta ex parte orientis, & finitum ex parte occidentis, eſſe immobile ex vtraque parte motu recto in longum: & quidem ex parte orientis patet, quoniã occupat omnem locum in lõgum ſibi correſpõdentem, quod etiam ex parte occidentis probatur, quoniam ſi moueatur verſus occidentem, ergo relinquet aliquam partem loci verſus orientem, & ſic non erit infinitum: quod eſt contra poſitum.

Sed contra hoc arguitur, etcet Deus corpus graue infinitũ ex parte ſurſum, & finitum ex parte Deorſum, ita quòd ſtet ſuſpenſum à terra per vnam lanceam, & relinquatur natura ſuæ, tunc quæro aut deſcendet, aut non. ſi ſic, habetur intentum: ſi non ergo violentum erit perpetuum. Præterea corpus finitum graue poſitum in illo ſpatio deſcendet: ergo & infinitum: quoniam pono per caſum quòd ſint eiuſdem ſpeciei.

Ad hoc dico, quòd non deſcendet: quoniam ſtante caſu, non daretur ſurſum reſpectu illius corporis, ſurſum enim eſt verſus cælum, & non extra cælum, per conſequens non daretur deorſum. omnis autem deſcenſus eſt à ſurſum deorſum verſus ex conſequenti non erit violentum ſi non erit ſurſum. Quod autẽ dicitur de corpore finito graui, nõ valet, quoniã vltra hoc, quod eſſet eiuſdem ſpeciei, reſpectu ipſius ſeruatur ſurſum, & deorſum, quod non ſeruatur reſpectu corporis infiniti: & ideo non eſt eadem ratio. *Et ſimiliter etiam ſecundo motum circularem.* Aduerte quod hæc ratio eſt Philoſophi in primo Cæli. tex. 55. Et eſt ptima in ordine. Sed aduerte quòd Gregorius in p. d. 44. q. 4. art 3. ibi *ex hac concluſionem infert quod Philoſophus nõ demonſtrauit &c.* licet concedat demonſtrationem factam de motu recto, tamen hanc de motu circulari conatur ſoluere, & dicit ad illam conſequẽtiam: protractis duab. lineis, ſequitur quòd infinita diſtantia pertranſiretur. Infinitum ſpatium eſſe per tranſitum, poteſt intelligi dupliciter: primò quod certa pars ſucceſſiuè pertranſeuntis commenſuret ſe infinitis partibus ſpatij ſibi æqualib quarum vna ſit prima & aliqua vltima pertranſita, & ſic concedit conſequens eſſe impoſſibile, ſed negat conſequentiam; quoniam dicit ipſe, inter nullas lineas ſic protractas intercipitur diſtantia infinita, ſignaris quibuſcunque duabus lineis, ſic egredientibus à centro, ſiue cubitalibus, ſiue bicubitalibus, & ſic in infinitum: repugnat enim inter duo ſignata extrema dari diſtantiam infinitam. Secundò nulla pars pertranſeuntis ſucceſſiuè, commenſurat ſe infinitis partibus & æqualib. ſed finitis: quibuſcunque enim & quotcunque vna ſe commenſurat, alia remotior à centro plurib ſe commenſurat, & alia adhuc remotior plurib. & alia ad hoc plurib. & ſic in infinitũ cum remoueantur à centro infinitè, & tunc negat, conſequens eſſe impoſſibile, & cõcedit concluſionẽ. Hoc eſt enim pertranſire infinita ſyncategorematice, quod non inconuenit, vt communiter conceditur, ſed non aduertit Greg. quòd dato tali corpore infinito & protractis lineis, ſequitur ſpatium interceptum eſſe finitũ & infinitum categorematice: finitũ quidem quodcũque ſignatur inter duas partes, determinatè acceptas illarum duarũ linearũ egredientium à centro: infinitum autem, cõſideratа tota diſtantia, ex quo lineę illæ cõtinuę protenduntur, ſine fine. Ex quo ſequitur quòd pertranſitur ſpatiũ finitum ſumpta quacunque parte ſignata in ſpatio, ſiue diuiſum, & pertranſitur ſpatium infinitum ſumpto toto ſpatio intercepto, ſiue coniunctim, licet in infinito non proprie verificetur totum. Fuit igitur mens Philoſophi, quòd pertranſiretur ſpatium finitum in infinitum, & ſpatium infinitum ſumptum totum, ſiue coniunctim. Gregorius autem conſiderauit hoc ſpatium partialiter. ideſt ſeorſum ſumendo partem ſignabilem ſeorſum, & non conſiderauit totalitatem illius, & propterea ere iidit ſe ſoluiſſe rationem Philoſophi, declarans, quòd quælibet certa pars eſt finitæ quantitatis. ſed ex hoc non ſequitur. quin illud ſpatium ſic coniunctum infinitum, & vt ſic pertranſitum, licet diuiſim non, & vt patet Philoſophus intendit de toto ſpatio, & nõ diuiſim, ideo reſpõſio eius tendit cõtra ſenſum Philoſophi. Et aduerte, vt dicemus infra in tota hac materia Gregorius ſeipſum decipit ſemper arguẽdo, & ſoluẽdo non ponens differentiam inter ſeorſum diuiſum, & coniunctum.

De corpore etiam mathematico: eadem ratio eſt. Aduerte quod Gregorius in 1. d. 44. art. 1. ibi *ſecunda concluſio quòd poſſibile eſt, eſſe a ſquam magnitudinem* probat contra intentum B. Thom. quatuor mediis, quæ recitantur à Capreol in 1 d. 43. quæſt. 1. contra tertiam ibi, *ſecunda loco arguit contra eandem concluſionem:* ſed vt videbis in Capreol. peccat primo in hac conſequentia: finis non aufert rationem magnitudinis. ergo nõ repugnat magnitudini potenti exiſtere actu, nos autem negamus cõſequentiam: quoniam infinitas repugnat actui, & infinitas magnitudinis prohibet collocari in aliqua ſpecie quantitatis. quod autem non eſt locabile, in aliqua ſpecie, poteſt exiſtere. Reliqua tria, vt videbis in Capr. peccãt arguendo à ſenſu diuiſo ad coniunctum.

In reſpon

In reſponſione ad primum, Aduerte quòd Philoſophus in 3. Phyſicorum text. 71. ibi *non reſinquet ratio &c.* ſoluit eandem obiectionem, & reſpondet eiidem propoſitionib. quib B. Tho. vtitur hic.

In reſponſione ad primum, Aduertre, quòd argumentum videtur fundatum in 1. Phyſicorum tex. 15. vbi dicit. Ariſt. contra Meliſſum, infinitum in quantitate eſt; Item infiniti ratio congruit quantitati, & propterea neceſſe eſt vt reſponſio B. Thom. tendat ad ſenſum Philoſophi. Non eſt autẽ ſenſus hui ſophi illic concedere, quòd infinitum poſſit inueniri in quantitate de facto, hoc enim negat tertio libr. ſed contra Meliſſum qui ponebat ens infinitum, facit hanc cõſequentiam, ſi infinitum eſt: ergo quantum eſt: & hoc ideo quia hæc conditionalis eſt vera: ſi datur infinitum, non datur niſi in quantitate, ſubitantia enim & qualitas non poſſunt eſſe infinitæ, niſi per acci ens. i. ratione quantitatis patet autem. quod ex illa cõſequentia non poteſt inferri, ergo infinitum poteſt eſſe, aliter ex hac conſequentia, ſi datur vacuum, datur circa locum, poſſet inferri, ergo vacuũ poteſt eſſe: quod tamẽ repugnat philoſopho 4. phyſ.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd hæc reſponſio trahitur ex 3. Phyſicorum text. 67. & verba B. Thom. illic ſunt clariora: inquit enim manifeſtum eſt autem exiis, quæ dicta ſunt lib, 2. quòd totum habet rationem formæ. i. perfecti, & partes rationem materiæ: cum ergo in magnitudinibus à toto itur ad partes per diuiſionem, rationabile eſt, quòd ibi nullus terminus inueniatur, qui non tranſcendatur per infinitam diuiſionem: ſed in additione itur à partib. ad totum, quod habet ratio nem formæ & terminantis: vnde rationabile eſt, quòd ſit aliqua determinata quantitas, quam infinita appoſitio non tranſcendit: hæc ille. Aduerte ſecundò, quòd Bea. Thom. in fine reſponſionis intendit hanc conſequentiam: per additionem aſcendimus ad totum, ſiue vt ad formam; ergo non inuenitur infinitum in additione magnitudinis. Circa quod nota, quod antecedẽs debet ſic intelligi: accedere ad totũ vel vt ad formã ſimpliciter ſine admixtione potentiæ: & hoc dico, quoniam in numeris materialibus, licet omnis numerus ſit vt forma, & ex conſequenti additio in numeris materialib. ſit ad formam: tamen propter hoc non impeditur, quin additio in numeris ſit in infinitum, quoniam ſita additio non eſt niſi cum admixtione potentiæ. ideſt diuiſionis ex parte continui, neceſſe eſt enim fieri additionem in numeris, ex additione continui ex tertio Phyſicorum. Et quoniam diuiſio tendit in infinitum, ſicut & appoſitio in numeris: ergo infinitas in numeris potius eſt ex parte materiæ & potentiæ, quam ex parte formæ. in magnitudine autem ſimpliciter ex parte formæ. Et ideo ſi conſequẽtia B. Thom trahatur ex illo antecedenti ſic intellecto, erit bona. Quantum autem ad conſequens illius conſequentiæ, nota, quòd non eſt abſolutè intellectum: nam Philoſophus in 3. phyſicorum text. 59. & 60. ponit infinitum in magnitudine ſecundum appoſitionem, ſicut & ſecundum diuiſionem: & B. Thom. in multis locis concedit idem, præcipuè in tertia parte quæſt. 5. art. 1. ad 1. Vbi ait ſi loquamur de quantitatib. mathematicis cuiliber finitæ poteſt fieri additio, quia ex parte quantitatis finitæ non repugnat additio. hæc ille. Tu igitur limita ipſum conſequens dup icter. primò vt limitat Philoſophus in tertio Phyſicorum text. 60. ſcilicet quòd non excedat quamcunque determinatam magnitudinem, cum modo fiat additio per partes proportionales in infinitum, vt illic declarat Philoſophus, & B. Thom. vide eum. Secundo quòd non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, ſtando præciſè in ratione continui, & hoc dico, quoniam ſi induit rationem diſcreti, non inconuenit: nam vt bene inquit Capreol. in 1. d. 43. quæſt. 1. in probatione quartæ concluſionis, ſicut quocunque numero dato, poteſt dari maior, ita quacunque magnitudine denominata à numero poteſt dari maior, & ſuprà bicubitam dari tricubitã, & quatricubitam &c. in infinitum. Et hæc etiam eſt ratio, quòd ſpecies figuratum quæ denominantur à numeris, tendunt in infinitum. ſi autem ſtemus præciſè in ratione continui, eſt impoſſibile, quoniam illæ acceſſus eſt ad totum, & ad formam, quæ habet rationem terminantis. Sed Aureol. vt recitat Capr. 1. diſtinct. 43. queſt. 1. contra quartam probat quòd eſt impoſſibile ſimpliciter magnitudini, vt induit rationem diſcreti, ita addere quod excedat omnem terminatam magnitudinẽ quoniam ſecundum ipſum de facto eſſet dabilis magnitudo infinita actu. nam in tali magnitudine erunt poſſibilitates ſi finitæ diſtinctæ numeraliter per quas magnitudo, poteſt creſcere in infinitum, puta per vnam poſſibilitatem, etiam creſceret bicubita, per aliam vt tricubitam: ſed ex omnibus iſtis poſſibilitatibus, poteſt integrari vna totalis poſſibilitas quæ ab aliqua potentia poteſt reduci ad actum, ergo eſt dabilis magitudo infinita actu.

Ad hoc concedo illas infinitas poſſibilitates: ſed nego quòd ex eis poſſit integrari &c. imo dico quòd neceſſe eſt, ſi vna ponitur in actu, aliam eſſe poſſibilem poni, ita quòd non niſi ſucceſſiuè ſunt ponibiles in actu: ideo per nullam potentiam poſſunt ſimul poni actu, quoniã repugnat ex natura rei infinitas actu in magnitudine.

ARTICVL. IIII.

Vtrum poſſit eſſe multitudo infinita in rebus?

IN titulitur *multitudo* abſoluté, & eſt talis: Vtrum poſſit eſſe multitudo, ſiue in abſtractis ſiue in rebus materialibus & in hoc eleuat ſe ſupet Ariſtotelem, quoniam in 3. hyſicorũ loquitur tantum de materiali multitudine, quæ cauſatur ex diuiſione continui.

Dicitur enim multitudo infinita per ſe, &c. vſque ibi. *ſi infinito tẽpore.* Aduerte quòd multitudo infinita per ſe in hoc loco æquipollet cauſis infinitis, eſſentialiter ſubordinatis: & multitudo per accidens infinita æquipollet cauſis accidentaliter ordinatis, & inter has triplex eſt differentia: prima eſt, quòd in eſſentialiter ſubordinatis cauſa ſecunda, vt cauſat ideſt, inquantum habet virtutem cauſandi, pẽdet à prima: in accidentaliter vero ordinatis non: licet in eſſe vel in alio aliquo modo poſſit depẽdere, ſecũda in eſſentialiter ſubordinatis eſt cauſalitas alterius rationis, quia ſupetior eſt perfectior in cauſalitate. & eſſentialiter: in accidentaliter vero ordinatis non: nam omnes malleĩ ſunt eiuſdem rationis in cauſando gladium, & omnes homines in generãdo hominem, tertia omnes cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum: alioquin aliqua cauſalitas per ſe deficeret effectui. In accidentaliter vero ſub ordinatis non patet enim quòd non eſſet neceſſe vno malleo percutiente, omnes malleos percutere.

Per hunc igitur modum poſuerunt. Aduerte quòd omnes conuenerunt non poſſe dari infinitam multitudinem in eſſentialiter ordinatis. ita enim conſtat, vt deducit Philoſophus in 7 metaph. quòd omnis cauſalitas tolleretur quoniam in his ſecunda dependet à prima in cauſando. & media non cauſat, non mota à prima vt declarauimus. in 2. q. articul. 3 in infinitũ autem non datur primum & hanc rationem etiam tangit Auicenna in 8 lib. ſua metaphy. cap. 1. vbi cum ludit eſſe ſtatum in cauſis eſſentialib. non autem accidentalib. Vnde dicit in fine eiuſdem capitul non eſt opus nobis oſtendere finitionem niſi in rebus quæ ſunt per eſſentiam cauſæ: & in 6 capitul. dicit nõ nego cauſas non eſſentiales procedere in infinitum imo de facto debere hoc, &c.

Quia omnem multitudinem oportet. Aduerte quòd non dicit ſpecies multitudinis ſunt ſpecies numerorum, quoniam non eſt neceſſe, ſpecies communionis adæquari ſpeciebus minus communi, vt patet de corpore animato, & de animali. Mundo autem communior eſt quam numerus, quoniam addit ſuper ipſam mẽſurationem per vnum: ſed dicit quòd ſunt ſecũdum ſpecies numerorũ quia ſ. proportionatur ſpecieb. numerorum, quoniam non poſſumus cognoſcere ſpecies multitudinis niſi à denominatione facta per ſpecies numerorum, vt pote notiores: vt potes dicere, q̃ multitudo, & numerus ſunt convertibilia, ſed differunt ſecundum rati nem magis & minus contracti, ſicut ratio entis, & ratio viui.

Quãtũ duplex multitudinis & magnitudinis.

Item aduerte, q̃ ratio B. Tho. ſumpta eſt ex 5 Phyſic. text. 55. vnde inquit Philoſophus neque poſſibile eſt quantitatem eſſe infinitã quãtũ e im aliquid erit aut bicubitũ, aut tricubitum, hæc quidẽ ſignificat quantũ & Cõmentator expreſsè dicit. impoſſibile eſt quòd infinitũ dicatur quãtũ ſimpliciter, niſi ſecundum quod habet aliquã ſpeciẽ quãti vebi gratia bicubitũ aut tricubiti: quantũ enim non inuenitur niſi in ſuis ſpecieb. hæc ille Eſt igitur ratio B. Tho. ratio Philoſophi & Cõmentatoris differẽs forſi in hoc, q̃ Philoſophus loquitur de quanto in magnitudine, & B. Tho. trahit ad multitudinẽ ſed hoc non impedit: quia omnis magnitudo eſt in aliqua ſpecie magnitudinis determinata à numero. pari rõne omnis multitudo, ſed aduerte quòd Grego in 1. d. 43. q. 4. art. 2. ibi *ad aliam probationem dico quod vtiq;* quoniã on obligat ſe philoſophos dicit hæc tõ ẽ nõ cõclud re. quia quantitas prima diuiſione diuiditur per ſi. ſtam & i fluitã, & vtraq; in ſpecies ſuas, ſed ſpecies finitæ denominantur à numero non autẽ ſpecies infinitæ. vnde concedit hãc conſequentiam, ergo erit in aliqua ſpecie quãtitatis, ſed negat hanc, ergo in aliqua denominata à numero.

Sed contra, cum omnis ſpecies dicat aliquid determinatum ſub ſuo genere, quoniam ſpecies rerum ſunt ſicut & numeri, q̃ varia tur per additionem, & ſubſtractionem ergo omni ſpecies quantitatis ſiue finitæ, ſiue infinitæ dicit quid determinatum, ergo ſi datur quantitas infinita, non erit in aliqua ſpecie, tum, ergo ſi datur quantitas infinita, non erit in aliqua ſpecie,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde patet quòd responsio Greg. non potest stare.

Præterea non dantur duæ species æquales sub eodem genere: ergo vna erit maior altera, ergo neutra erit infinita. Alij dicunt, quòd ratio D. Tho. & Philosophi non est necessaria: quoniam philosophus sibi cõtradiceret, nam in 5. Metaphys. capi de quanto dicit pluralitas quidem finita est numerus: ergo secundum ipsum non omnis pluralitas est numerus, sed tantum finita. quasi excipiens infinitam, ergo non est necesse omnem quantitatem continuam siue discretam esse in aliqua specie numeri, vt videtur dicere in 3. Physicorum.

Ad hoc dico, quòd intentio Philosophi in 5. Metaphys. non est excipere pluralitatem infinitam à finita, quasi quoddam possibile esse: determinauit enim oppositum 5. Physicorum, sed quo ad mensurationem, quasi dicat, pluralitas finita est numerus, idest, mensurabilis, ad differentiam infinitæ, quæ si daretur non esset numerus: & hæc conditionalis vtique est vera: sed ex ea non potest haberi, quòd Philosophus excepit quantitatem infinitam vt possibile esse, & est simile huic: omnis locus naturalis est conseruatiuus: per quam propositionem excipio vacuum non vt possibile esse, sed quoniam si esset, non conseruaret: sic applica in proposito.

Item omnis multitudo in rerum natura existens. Aduerte quòd B. Thom. intendit hanc consequentiam omnis multitudo &c. est creata, & omne creatum sub certa intentione creantis comprehenditur: ergo sub certo numero. Consequentiam probat quoniam agens in vanum nil operatur, ergo &c. Quoad primam partem antecedentis, aduerte, quòd ly, rerum non stat vniuersaliss. mè, sed pro rebus terminantib. productionem creantis, & actu existentibus, ad differentiam rerum concausatarum quibus propriè non conuenit esse, vt accidentia communia, partes materiales, forma materialis, excepta anima intellectiua: & ad differentiam rerum præteritarum, vt sit sensus: omnis multitudo rerum per se existentium, præsentium in rerum natura, est creata, idest, pendet effectiuè à D.o, dato etiam, q ad aliquarum productionem concurrunt agentia secunda.

Secunda pars antecedentis quantum ad ly, sub certa intentione, intelligitur de certa intentione finis intrinseci, & non solum extrinseci: ita quòd quicquid Deus creat, & producit, non solùm creat propter bonitatem suam vel propter integritatem vniuersi, vt fines extrinsecos, sed propter proprium finẽ, qui est propria operatio ipsius rei. Qui enim aufert proprium operationem rei, remouet rei naturam ex secundo Cæli: & hoc dico, quoniam ex intentione finis extrinseci tantùm, non valeret consequentia, ergo sub certo numero &c. Sed tãtum hoc valeret, ergo omnis multitudo rerum existentium est creata propter aliquam finem, ex intentione autem proprij, & intrinseci finis bene sequitur, ergo in certo numero: quoniam agens multos effectus ad proprios, & distinctos fines si non intendit determinatum numerum, non totaliter comprehẽditur sub intentione agentis: ergo agens primum vanè & præter intentionem aliquid operatur, puta quod sint tot, vel tot.

Item propositio assumpta ad probationem cõsequentiæ: non enim agens &c. debet intelligi de primo, & vniuersali agente, qualis est Deus, respectu cuius nihil est vanum, nec à casu, vt dicemus infra: non autem est vera de agente, indistincte sumpto, alitet non seruaretur fortuna, & casus. Sed contra hanc rationem dici posset, quod concludit de multitudine creatorum, essentialiter & per se ordinatorum, quã necesse est esse in certo numero, non autem in ordinatis per accidens, quales sunt animæ intellectiuæ: sic forte responderet Auicenna.

Sed hæc responsio non valet, quoniam sub illo antecedẽte: omne creatum sub certa intentione creantis, quo ad intrinsecum finem comprehenditur, optimè subsumitur, omnis multitudo essentialiter & accidentaliter ordinata: licet enim in animabus, vna comparata alteri, non ordinentur per se, tamen omnes comparatæ Deo creanti, sunt ordinatæ per se: quoniam per se intentæ & per se ad intentos fines proprios productæ.

Impossibile est ergo esse multitudinem infinitam actu etiam per accidens. Sed contra hanc conclusionem duo insurgunt, primò doctrina B. Thom. secundò argumenta Grego. Nam B. Tho. in 2. contra Gent. 81. dicit non repugnare principiis Philosophi, dari infinitum in actu i. non essentialiter ordinatia substantiis separatis, quoniam Philosophus in 3. Physicorum & in primo Cæli non loquitur nisi de infinito materiali.

Præterea B Thom. in quæst. 46 articu 2. concedit mundum potuisse produci ab æterno: ergo animæ potuerunt ab æterno esse: & cũ sint incorruptibiles, & multiplicentur secundum corpora, sũe essent actu infinita saltem ex parte vnius extremi.

Ad primum dico, quòd loquitur ad mentem Philosophi, hic autem secundum sententiam propriam: vnde dato, quod Aristotel. cõcordaret cum Auicenna. & Algazele in separatis, tamẽ hic B. Thom. non assentiret eis, quoniam in Prima parte determinat ex propria sententia.

Ad secundum de infinitate animarum. Aduerte quòd Beat. Thom. infra in q. 46. articul. 2. formauit idem argumentum, & postquam recitauit opiniones multas, dicit ex propria sententia, quòd hæc ratio est particularis propter quòd hæc consequentia non valet, mundus est æternus, ergo homo: stat enim primas partes mundi, scilicet quinque prima corpora esse æterna, non tamen hominem, nec posse esse, quoniam sequeretur dari impossibile, scilicet animas infinitas actu. Vnde ad argumentum B. Thom. negat primam consequentiam. Et si dicas pono quòd diuina voluntas determinauerit hominem producere ab æterno, sicut & mundum, ergo homo erit æternus & sic animæ erunt infinitæ actu.

Ad hoc dico cum Herueo in 2. distinct. 1. quæst. 1. articul. 3. ibi ad secundum, quòd illo casu posito, cùm teneamus infinitum in actu omnino impossibile, animæ migrarent de corpore in corpus, vel desinerent esse in morte, Deo subtrahente influentiam suam ab esse actu: nam licet esse animæ non dependeat à corpore, tamen dependet à conseruatione Dei. Si dicas hoc non decuisset. Respondeo, licet non deceret secundum hunc ordinem, quem nunc videmus in rebus, tamen dato illo casu alius ordo, & cursus fuisset in rebus possibilis Deo, per quem Deus sufficienter remunerasset hominem bonum hac vita & malum punisset. Secundo Greg. vt recitatur Capr. 1. d 43. q 1. artic 2. contra tertiam, in primo loco, formatria argumenta contra conclusionem B. Thom. Verum quia peccãt per sensum diuisum, & compositum, sicut & causa posita supra, contra conclusionem de infinitate magnitudinis: ideo non adduco ea, videtur Capreol. vel Expositorem qui & eodem modo soluit vt Capreol. sed compendiosius.

In responsione ad primum. Aduere, quòd tracta est ex 3. Physicorum text. 57. ibi, *Non oportet autem.*

QVÆSTIO OCTAVA.

ARTICVL. I.

Verum Deus sit in omnibus rebus?

CIRCA titul. Aduerte quòd ly, *Deus* stat pro substantia sua, vt sit sensus, Vtrum Deus sit secundum suam substantiam in omnibus rebus, & ideo consonat. quæstioni præcedenti, in qua pertractatum est: vtrum Deus secundum substantiam sit infinitus, Vnde hic articulus est consequens ad articul. 1. quæst. præcedentis, nam bene sequitur: Deus est infinitus secundum substantiam, ergo est in omnibus, rebus secundum substantiam, quoniam proprium est infinitis esse in omnib. aliter non esset infinitum simpliciter. Non ergo quæritur in hoc articulo de virtute vel potentia Dei, sed ad quæretur in 3. artic.

Oportet omne agens cõiungi ei, in quod immediate agit &c. Aduerte q B. Thom. per ly, *agens* intendit agens proximum & per ly, immediatè intẽdit immediatione suppositi, & non solum virtutis: aliter enim si intelligeret de quocunq; agente absolute, & de immediatione indifferenter, falso fuudaret, se super dictum philosophi in 7 physicorum text. 9. Dicit enim Philosophus primum autem mouens, vnde est primus motus est simul cum eo, quod mouetur: & B. Thom. exponens dicit per ly, primum intẽdit vt distinguitur cõtra remotum, quod non est immediatum mobili: patet ergo q intendit de primo i. proximo & immediato suppositaliter. Præterea si intelligeret de agente & immediatione indifferenter, B. Tho. non concluderet intentum: patet enim. q hæc consequentia non valeret: omne agens cõiungitur &c. ergo Deus secundũ substantiã, vel secundum seipsum est in omnib. reb: sufficeret enim q esset vel secundum substantiã, vel secundũ suam virtutẽ in reb. sicut Sol est in inferioribus secundum virtutem, non autem secundum seipsum.

Motum & moues simul sunt.

Cum autem Deus sit ipsum esse per essentiam oporteat quod esse creatum sit proprius effectus eius. Aduerte q B. Tho. infra q. 45. artic 5. adducit hãc eandem propositionem. s. esse est proprius effectus causę primæ & vniuersalissimæ qui Scot. impugnat ex 4 posito de creatione, ideo differo vsq; ad q. illã totaliter defendendã. Pro nunc sufficit declarare mentẽ B. Tho in præsenti articulo. Dico igitur quòd nõ intendit Deũ esse solã causam ipsius esse creati: nam omne generans deducitur ad esse, ex quinto Physicorum per diffinitionem generationis, sed intendit quod solus Deus est primo & per se causa esse creati: dico primo quia dat omnia

dat omnia, quæcunque pertinent ad esse, agentia vero nõ causant totum, non enim producunt materiam. Dico per se, dupliciter primo quia propria virtute, causæ verò secundæ non propria virtute. Secundo quia respectu cuiusque creati agit per se tertio modo, nam immaterialia sunt à solo Deo, & materialia quo ad materiam primam: patet ergo quòd in omni creato Deus ex se ipso solo producit esse, vel secundum totum, vel secundum partem. Et propterea dicitur propriè effectus Dei. Itẽ aduerte, quod B. Thom. intendit hanc consequentiam, Deus est ipsum esse per essentiam, ergo solus Deus est causa, primo & per se esse creati: ergo esse est proprius effectus Dei, secunda consequentia patet. Prima autem sic probatur: calidum per essentiam, vt ignis est primo & per se causa omnis calefactionis: ergo à simili cum sit Deus esse per essentiam, vt ignis, est primo & per se esse creati, & propterea dicit B. Thom. sic ignire est proprius effectus ignis, supple tu, quia est primo & per se ab igne: si autem aliis conuenit, est quia agunt virtute ignis.

Esse autem est illud, quod est magis intimum cuilibet. Aduerte q esse dicitur magis intimum: quia est fundamentum omnium aliarum perfectionum, & est actualitas omnis formæ & naturæ vt dicit B. Tho. in q. 3. ar. 4. Non enim bonitas aut humanitas significatur in actu. nisi per esse, vt bonitas est, homo est & quoniam fundamentum est omnium: ideo vniuersalius est, licet enim pluta careant multis gradibus essendi, non tamen ipso esse, aliter nullo modo existerent.

Vnde oportet, quòd Deus sit in omnibus rebus, secundum sepsum, idest, secundum substantiam suam, exconsequenti esse præsentem secundum substantiam cuilibet rei creatæ, deducitur ex hoc, quòd Deus est proximum agens respectu esse creati: proximum autem agens simul est cum suo effectu. Sed contra hanc quæstionem insurgit Scot. multipliciter, primo q illa propositio: Omne agens proximum est simul cum eo, in quod immediate agit, est falsa. Secundo quòd propositio Philosophi adducta à Beat Thom. in 7. Physicorum. *Motum & moues esse* non valet in hoc proposito Tertio, quòd ex toto processu articuli non potest B. Thom. inferre hanc consequẽtiam, Deus est in omnibus rebus.

Quantum ad primum, Aduerte quòd Scot in 1. distin. 37. q. vnica ioi *quando autem agens*, arguit. duplicitet: primo quia Sol per suam formam substantialem, est proximum & immediatũ agens aurum in visceribus terræ, & tamen non est simul cum auro vt patet, ergo agens proximũm potest agere ad distans. Dicetur fortè, q non agit per formam suam substãtialem, sed per radiũ siue lucẽ, quia necesse est attingere effectũ productũ.

Sed contra dicit Scot Substantia non est nisi à substãtia, aliter effectus esset nobilior sua causa: ergo radius non est productius substantiæ auri.

Ad hoc dicitur secundum doctrinam nostram, nulla forma substantialis est immediatum principiũ actionis: sed qualitas sua est vt organum ipsius, in cuius virtute agit: vnde licet sit primum principium: non tamen proximum. Et concedimus substantiam non esse nisi à substantia vt principio primo, & esse à non substantia, vt principio proximo: nec inconuenit effectum esse nobiliorem causa sua, nõ quidem principali sed organica. Secundo quòd agens proximum non potlit agere in distans, quin prius agat in præsens, & sibi vnitum, est propter alteram duarum conditionum, vel quia in ipso agente sunt dũæ potẽtiæ subordinatæ actiuæ, vt in Sole illuminatiua & generatiua. Sic autem sunt subordinatæ, quòd non potest generare. pura ranam, quin prius illuminet medium: & ideo licet sit proximum agens respectu ranæ, tamen non producet ranam sibi distantem, nisi prius illuminet omnia intermedia vsque ad terram: vel quia virtus agentis est deficiẽs, & non introducit formam substantialem, nisi prius alteret. Sed neutra harum conditionum necessario requiritur in omni agente proximo: nam agens primum vt Deus neutrum habet, vt patet, ergo propositio assumpta est falsa, oportet omne agens proximum coniungi secundum seipsum in id quod immediatè agit.

Ad hoc dicit Expositor quòd non est propter aliquam illarum conditionum necessario, sed propter imperfectionem, negatiuè pertinentem ad virtutem actiuam: quia scilicet virtus cuiuslibet agentis naturalis est limitata, & ideo reseruatur hoc soli Deo, hæc ille.

Sed contra: si hoc reseruatur soli Deo propter il'uminationẽ virtutis suæ, ergo Deus potest agere in aliquod distans, quod est falsum. quoniam non necessario esset in omnibus rebus, cuius oppositum tenet B. Thom. Consequentia vero probatur, quoniam secundum te in hoc differt agens naturale & Deus quod agens naturale est limitatæ virtutis, & ideo non potest in distans: ergo si Deus est virtutis illimitatæ, poterit in distans & Propterea dico cum Capr. 1. d. 37. qõ 1. contra primam ad tertium, quòd non est propter aliquam illarum conditionum, sed est, quia agens est quodammodo actus ipsius passi, & passum est quodammodo in potentia ad ipsum agens: actus autem & potentia de sua ratione sunt indistantes ex 9 Metap. vnde repugnat agenti proximo vt agens proximum est, distare à suo immediatè passo, vnde conflat quòd Scot. in hoc non fuit bonus Metaphysicus.

Quantum ad secundum Aduerte quòd Scot. in 1. distin. 37. q. vnica respondens ad argumentum in oppositum fundatum super illud. 7. Physicorum mouens, & motum sunt simul, dicit dictum Philosophi esse verum in agentib. naturalib. quæ agũt per qualitates naturales, vel suas formas substantiales, quæ non sunt principia agendi in remotum, nisi sint aliæ formæ cõcurrentes, quæ sunt principia agendi in propinquum: ita aurum non est de voluntate Dei, qua in omni re præsens agit: ergo non valet in proposito. Ad hoc dicimus quod imaginatio Scoti decepit eum imaginatur enim in abstractis, posse esse duplicẽ præsentiam, & duplicem rationẽ præsentialitatis primam vocat præsentiam substantialem siue secũdum substantiam, qua vult substantiam abstractam ante omnem virtutis suæ applicationem, posse fieri præsentem, siue coniunctam alicui loco, vel alicui rei. Et huius præsentiæ rationem dicit esse ipsammet substantiam Secundam vocat præsentiam virtualem, qua substantia abstracta coniungitur effectui suo propter applicationem siæ potentiæ, in qua præsentia non est necesse substantiam secundum seipsam fieri præsentem, & hoc modo ponetur Solẽ esse præsentem mineræ auri, licet secundum illam non sit præsens: sed vt declarabitur in tractatu de Angelis, hæc imaginatio est falsa, quoniam licet sit verum substantiam fieri præsentem alicui, non tamen est ratio suæ præsentialitatis, sed ratio huiusmodi est quantitas in corporeis, vel applicatio virtutis in ratione agentis in abstractis. Propterea licet ex applicatione virtutis ad quodcunque passum non posset inferri præsentia agentis secundum substantiam: potest tamen inferri ex applicatione ad aliquid passum, in quod immediate agit: quoniã talis applicatio, est ratio formalis præsentiæ Angeli secundum substantiam, quæ non stat, sine effectu formali. Vnde sicut in corporeis ex vnione quantitatis ad aliquem locum infertur præsentia substantiæ corporeæ, sic ex vnione virtutis ad passum immediatũ, infertur præsentia substantiæ ipsius agentis. Et ideo considerans Philosophus, dixit vniuersaliter, primum. autem mouens, idest, proximum & immediatum, est simul cũ eo, quod mouetur. Et quod intendit id verificari abstractè in omni agente proximo, & immediato: patet in eodem libr. 7. text 12. vbi idem ostendit seruari etiam inter sensum, & obiectum motiuum sensus, & tamen ibi nõ est motus, nec actio, nisi intentionalis Vnde patet quod Scot. potius inntrus suæ imaginationi quam rationi retrinxit dictum Philosophi.

Quantum ad tertium, Aduerte quòd Scotus in 2. distinct. 2. qõ. 6. ibi contra cõclusionem huius opinionis, argumentatur, Primo quòd sic ponens contradicat sibiipsi &c. probat quòd ex toto processu non concludatur intentum: & arguit sic. Ex eo, quòd Deus est primum efficiens & mouens, ru concludit, quòd est in omnibus rebus, quæro igitur aut intendis concludere quod est præsens omnibus. idest, efficiens & mouens omnia, & tunc tu petis principium, quoniam idem sunt medium à te assumptum, & cõclusio & non loquetis ad propositũ: debes enim concludere, Deum esse præsentem omnib. rebus, i quantum est infinitus: quoniam in 1. q. introduxisti conuenire Infinito esse in omnib. & non concludere, quòd sit agens in omnib Aut intendis concludere illam præsentiam in omnibus, quæ cõperit Deo, inquantum est immensus, & infinitus, & tunc per medium tuum assumptum ex operationib. Dei in omnib secundum esse, sequitur præsentia Dei in omnibus quæ competit Deo inquantum est immensus: ergo prius naturaliter erit præsens inquantum immensus, quam inquantum operans, & hoc concludis ex hoc, q est in omnib. per operationẽ, sicut ex posteriori igitur vltra præsentiam per operationem, substantialem tenes præsentiam in abstracti. quam tamen negasti in tractatu de Angelis, vbi tenes, q incorpor-a non possunt esse in loco. nisi per operationẽ vnde patet q tibi contradicis. Ad hoc dico. q B. Tho. intendit cõcludere secundum, scilicet Substãtia Dei infinita est præsens omnib; ex eo q operatur in omnib Et nego, q hoc sit cõcludere à posteriori. mo proba tio procedit ex rõne formali sicut enim quãtitas dimẽsiua est ratio formalis, qua corpus est in hoc, vel in illo loco, sic in abstractis se habet operatio vel applicatio virtutis. Vnde licet quo ad entitatem quãtitas sit posterior substantia, similiter in abstractis operatio: tamen quod ad presentialitatem. siue locabilita-

Deus in omnibus qa operatur in omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem est prior: est enim ratione presentialitatis. Tenet igitur B. Thom. substantiam Dei immensam esse præsentem omnibus sed non ex seipsa, sed ex operatione: & hæc probatio vt diximus est à priori. Nego igitur Scot illam consequentiam: ergo prius naturaliter erit præsens inquantum immensus quam inquantum operans: credit enim ibi esse duas præsentialitates, quarum vna sit secundum substantiam immensam, alia secundum operationem, posterior illa, sed hoc est falsum, quoniam ibi non est nisi præsentia, & ratio præsentialitatis, quæ sumitur ex operatione, vnde non sunt duæ præsentialitates propriæ, neque nec ibi lapis est præsens huic loco secundum substantiam, & secundum quantitatem: nam ly, secundum substantiam dicit locatum, & ly, secundum quantitatem dicit rationem locatiuam. Patet ergo quòd Beat. Thom. sibi non contradicit sed Scot non intellexit eum.

In responsione ad tertium nota duas propositiones, prima *Nullius agentis* &c. ly, *distans*. stat pro distantia suppositali, quasi dicat, si agens non agit in passum per media, necesse est quantumcunque sit virtuosum, vt supposititer sit præsens suo passo, Rationem designauimus in articu. contra Scot. & non stat pro distantia naturali, quæ est differentia agētis, & passi in naturis propriis: nam secundum hunc agens quanto virtuosius, tanto in magis distans secundum naturam agit, quoniam trahit passum de potentia ad actum, & quāto virtuosius trahit ex maiori potentia, sicut generās substantiale ex ente in pura potentia, & primum agens ex nihilo, quod in infinitum distārius est, nec stat pro distantia situali: quoniam hæc non seruatur inter quodlibet agens & suum, passum, cum contingat vtrumq; esse incorporeum, aliquando autem agens tantum.

Deus præsens aliquo est in creatione actiua in productione.

Secunda hoc autem ad maximam virtutem Dei &c. vsque ibi, *in omnibus agit*: ly, immediate, potest exponi quo ad virtutem, & simpliciter est vera, quoniam nullum agens secundum agit nisi virtute primi. Sed hæc immediatio non est intenta hic à B. Thom in hoc artic loquitur enim de præsentia substātiæ Dei in omnib, potest igitur exponi de immediatione secundū supositum, & sic debet intelligi cùm dicit quòd immediate in omnibus agit: sed alio modo verificatur in creatione, alio modo in productione naturali. Nā quod creatur, totum est à Deo immediate: quod autem producitur naturaliter, secundū partem est à Deo immediatè, quoniam materia prima est à solo Deo, & Propterea aduerte quòd B. Thom non dicit, Deum, agere immediate in omnibus quo ad omnia requisita ad eorū esse, sed dicit indistinctè, agit in omnib. ex consequenti concludit, quòd Deus a nullare, quæ vel creetur vel producatur naturaliter, distat suppositaliter.

ARTICVL. II.

Vtrum Deus sit vbique?

Circa titu. Aduertē, quòd si Deus esset infinitus corporaliter, constaret quòd existeret in omni loco, quoniam occuparet omnem locum sed quoniam est incorporeus, & incorporea non sunt in loco, ideo, dato quòd ex sua infinitate incorporea sit in omnire vt operans, & efficiens vniuersale, tamen non constat, quòd sit in omni loco, cum leges loci repugnent ipsi Deo, ideo ex proposito mouet hunc articulum nec superfluit ad præcedentem.

Loci acceptiones duæ.

Cum locus sit res quædam &c. Aduerte, q; intendit sic distinguere, locus capitur dupliciter: primò vt res habēs esse, puta quātitatis, & talem perpetuitatem, puta virtutem locatiuam, & conseruatiam, hic Deus est in loco, sicut in lapide & in homine, vt efficiens in suo immediato passo, vel effectu, vt conclusum est in primo artic. & sic Deus non est aliter in loco, quam sit in aliis rebus. Secundò vt locus est, i. vt receptiuus locati, & replebilis ab eo, & sic distinguēdum est de repletione, quoniam alia est formalis, alia effectiua formalis competit quanto: sua enim quantitate occupat locum & hæc non competit Deo, cū sit non quātus effectiuè vt competit illi agenti, quod dat corpori quantitatem, quæ formaliter replet locum: & quoniam tale agens primum est ipse Deus, ideo dicitur esse in omni loco, vt locus est replens effectiuè omnem locum, in tantum q; esse sic in loco, non est esse in loco simpliciter, sed secundum quid & propterea licet B. Thom. concedat Deum esse in omni loco, vt res est simpliciter, non tamen in omni loco, vt locus est, nisi secundum aliquid, vt expositum est.

In responsione ad secundum, *Et hoc modo substantia incorporea vt Deus & Angelus & anima*, vsque in finem, Aduerte, quod non est intētio B. Tho. concludere indifferēter tam de Angelis quam de Deo, quòd possint esse in vno & in plurib. locis, sibi enim contradiceret in tractatu de Angelis, sed cōcludit, quòd ex parte substantiæ incorporeæ, vt incorporea est, nihil repugnat, propter quod non possit esse in vno, & in plurib. locis, Si autem repugnat alicui substantiæ incorporeæ, non est quia incorporea est, aliter repugnaret etiam Deo, sed quia est talis incorporea limitatæ virtutis.

In responsione ad tertium aduerte, quòd responsio formalis stat in hoc, quod est totum quantitatiuum si alicubi est, neque secundum totum, neque secundum partem est extra locū illum, quoniam terminatur loco: quod autem est totum, prout idem est, quod perfectum, si alicubi est, nil eius est extra, quin ibi etiam sit totum, cum sit impartibile, igitur cum Deus sit totum non quantitatiuum, sequitur quòd non terminatur loco, propter quod nihil impedit quin possit esse in alio loco, dummodo, quòd vbicunque est, totū sit, Vnde illa propositio quod est totum alicubi nil eius est extra locum illum, solùm in hoc sensu verificatur in incorporeis. f. incorporeū, quod est totum alicubi nil est extra, quin ibi sit totum.

ARTICVL. III.

Vtrum Deus sit in omnibus per essentiam præsentiam, & potentiam?

Circa titul. *esse per essentiam in omnib*: est esse immediatè, in qualibet re immediatione suppositi: *esse per præsentiam*, est penetrare omnia per operationem suam. *Esse per potentiam*, est esse in omnib. immediatione virtutis, sta quòd nullum agens agat, nisi virtute Dei, & nihil producatur, nisi virtute Dei.

Deus dicitur esse in aliqua re dupliciter. Aduertē quòd intendit sic dittinguere: Deus dicitur esse in aliqua re modo generali, & modo speciali. Modum generalem exemplificat dicens, modo causæ agentis: quod tamen exemplum non æquipollet modo generali, aliter non posset subdividere infra modum generalem in essentia & præsentiam: esse enim per præsentiam nisi aliud addatur, non est esse modo causæ agentis: Modum specialem exemplificat de anima siue creatura rationali, quæ habet cognitionem Dei ex gratia, quod tamē exemplum non æquipollet huic modo speciali, quo. f. Deus est in creatura rationali ut obiectum cognitum &c. est enim in dæmone, & intellectu Philosophi gentilis: non tamen per gratiam.

Alio modo sic obiectum operationis &c. Aduertē quòd Auteolus vt recitat Capr. primo dist. 3. q. 1. contra tertiam quæstionem, contra hunc modum speciarem in declaratione arguit tripliciter: Primo sic, Deus est in paruulis baptizatis, speciali modo. f. per gratiam, & tamen non sicut cognitum aut desideratus, cùm non habeant vsum rationis.

Ad hoc dicitur, quòd sufficit Deum esse in eis vt cognitum & desideratum actu, vel habitu: & quoniam in baptismo recipiunt habitū fidei, & charitatis: ideo hoc speciali modo Deus est in eis habitu vt obiectum operationis immanentis in operante habitu, licet non actu, & sufficit.

Secundo Deus est in Dæmone, & in infideli, vt obiectum cognitum &c. vt in philosopho extra fidem.

Tertio est speciali modo in aliquibus etiam sine gratia: B. Tho. ergo male dicit, quòd hoc habeat creatura per gratiam.

Ad hoc potest dici quòd B. Tho. non intendit de omni notitia, quæ potest haberi de Deo, sed tantum de notitia, quæ causatur per donum sapientiæ, & quando filius mittitur inuisibiliter, & hoc non est in carente gratia.

Potest etiam dici quòd licet intendat de omni notitia, tamen non exemplificat de omni, sed tantum de hac specie, scilicet quæ habetur ex gratia, quæ præcipuè meretur dici cognitio Dei, vt radix dilectionis, & charitatis. 3. non adduco quoniam nullius est ponderis.

Fuerunt ergo aliqui. f. Manichæi &c. Aduerte quòd hæc opinio tangitur etiam à Commentatore in 12. metaph commento 52. vbi dicit, quòd aliqui posuerunt duos Deos, Deum creantem bona, & Deum creantem mala.

Contra hos, ergo oportet dicere quod Deus sit in omnib. per suam potentiam &c. Aduerte quòd Aureolus vbi suprà in Capreol. arguit contra B. Thom. sicut ponis Deum esse in omnib. per potentiam, sicut Rex in toto regno per potentiam: ergo Deus nō est realiter in omnib. per potentiam, sed tantum metaphoricè sicut rex, non enim alio modo est rex in toto regno, nisi quia subditi apprehendunt mandatum regium, & aliqui positi à rege exequuntur ipsum mandatum: ex consequenti potentia regis non stat nisi in respectu rationis, hoc autem est falsum de Deo, ergo est malè assignatus hic modus à B. Thom.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non intendit per illam similitudinem

tudinem concludere potentiam Dei in rebus esse eiusdem rationis cum potentia regis, sicut nec diuinum dominium esse eiusdem rationis cum dominio humano: sed intendit assignare differentiam inter modum essendi per essentiam & modum essendi per potentiam in Deo proportionaliter sicut in rege, & ad hoc tendit similitudo inducta, & non vltra.

Fuerunt vero alij qui licet crediderint. Aduerte quòd hic fuit cōmentator qui in 12. Metaphys. comment. 37 in fine dicit quòd Deus non habet curam de individuis, nisi vt communicant tātum in aliqua proprietate speciei, & è conuerso. Sic dicit quòd Deus non scit omnia, nisi inquantum sunt entia, & sic sequitur quòd non habet prouidentiam de omnib. in singulari. Et commento 52. comparat ea, quæ sunt in cælo seruis & bestiis, quæ sunt in aliqua domo, de quib. paterfamilias non habet curam, nisi pro quanto ordinantur ad bonum domus.

Et contra hos oportet dicere quòd sit in omnibus per præsentiam. Auteolus, vbi suprà in Capr. arguit quòd B. Thom. hunc modum malè assignauerit: dicit enim B. Thom. per præsentiam vero suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu eius sunt.

Sed contra inquit Auteolus, ergo Deus est in essentia sua, cum sit in eius prospectu: præterea per cognitionem, non est cognoscens in cognito, sed è conuerso, quia sit per assimilationem: ergo per præsentiam Deus debet dici præsens omnib. quia omnia sunt in ipso intelligibiliter.

Ad primum dico, quòd non inconuenit dicere, Deum esse in essentia sua hac ratione, quia penetrat ipsam sua comprehensione.

Ad secundum dico, quòd vtrumque est verum, & cognitum est in cognoscente, quo ad similitudinem, & cognoscens est in cognito præcipuè per cognitionem intuitiuam perfectam, qua penetrat intima cogniti.

Fuerunt alij qui licet dicerent omnia ad Dei prouidentiam &c. Aduerte hic fuit Plato, qui in Timæo introducit Deum alloquentem cælites. i. intelligentias, mortices cælorum vt producant hominem, & alia inferiora ne sint incorruptibilia, existimauit enim Plato, quòd quicquid est in Deo immediate sit incorruptibile: & propterea animam nostram dicit esse incorruptibile, & diuinum semen. Platonem sequutus est Auicen. in lib 9. suæ Metaphysicę capit. 4. qui posuit quòd à primo non est nisi vnū, eo quod nulla multiplicitas est in eo: & contra ipsum propriissimè loquitur B. Tho. in præsenti artic. Error Auicen. improbabitur infra, cum loquemur de multitudine, & distinctione rerum in q. 47. ar. 1.

Et contra hos oportet dicere, quòd sit in omnib. per essentiam Aureolus vbi supra in Capr. arguit quòd B. Tho. ma è assignauit hunc modum: dicit enim B. Tho. est in omnib. per essentiam inquantum adest in omnibus, vt causa essendi.

Sed contra dicit Aureol. modus essendi per potentiam distinguitur à modo essendi per essentiam, sed adesse omnibus, vt causa essendi, est modus essendi per potentiam, ergo non per essentiam.

Ad hoc dico quòd vterque modus fundatur super operationem Dei: sed modus potentiæ super operationem mediante alio supposito vt agente secundo, licet immediatione virtutis: modus autem per essentiam, super operationem immediatione suppositi & virtutis, & sic intellexit B. Thom. cum dixit inquantum adest omnib. vt causa essendi eo modo, quo concluditur est in 1. artic. quoniam in omni re vel operatur totum immediatè, vel aliquis ad ipsam pertineos. puta animam vt in homine vel materiam, vt in aliis infectioribus homine: nego igitur minorem argumenti, non enim est vera, nisi addatur vt causa essendi immediatione suppositi & virtutis.

In responsione ad primum, *etiam sola gratia facit singularem modum.* Aduerte quòd B. Tho. innuit se locutum fuisse in ar. de notitia gratuita, & nō vniuersaliter: propterea facit copularū, cognitum, & amatum: Sed dices ergo Deus non est speciali modo in philosopho gentili: quod tamen videtur absonum, dico quòd B. Tho hic vt Theologus non multum æstimat illam cognitionem habitam ex sensatis tantum, & multis ettotibus admixtam, quæ non meretur comparari gratuitæ, quæ est principium electionis, & charitatis diuinæ: ideo non propriè facit singularem modum existendi Deum in rebus, licet igitur in articulo ad argumentum Auteoli. dupliciter respondeti possit, tu tamen sequere primam.

ARTICVL. IIII.

Vtrum esse vbique sit proprium Dei?

Circa titul. ly proprium. hic debet exponi. scilicet vtrum conueniat Deo, & nulli alij à Deo, & æquipolleat soli Deo.

QVÆSTIO NONA.

ARTICVL. I.

Vtrum Deus sit omnino immutabilis.

PRIMO quia suprà ostensum est. Aduerte quòd hæc prima ratio fundatur in 3. Physicorum super text. 60. vbi Philosophus ostendit id, quod mouetur manere secundum aliquid. idest, secundum substantiam, & transire secundum aliquid. i. respectu termini à quo.

Quia omne, quod mouetur motu suo. Aduerte quòd hæc ratio potest trahi ex 6. Physicor. text. 32. vbi habet Philosophus omne, quod mutuatur, se habet aliter nunc, quam prius, sed id nō conuenit Deo, cum habeat in se omnem perfectionem actu.

Actus immanens perfecta transiens vero imperfecta.

In responsione ad primum, Aduerte quòd intendit sic distinguere: motus duplex. f. actus perfecti, & actus imperfecti prior est in Deo, & de eo intelligit August. aliter non est, & de eo intendit in artic. Motus autem qui est actus perfecti, idem est est quòd actio immanens, & talis dicitur actus perfecti, quia actio immanens est perfecta & completa, non ordinata ad aliquid melius ipsa actione, quoniam vel actio ipsa est finis agētis, vel si quid per ipsam actionem producitur, vt per intelligere verbum, & per actus morales habitus: tale productum licet ad actionem ordinatur, vt plenius declarauimus in q. 27. art 1. Actio autem transiens dicitur actus imperfecti, quia non est ex se, sed est via ad acquirendam perfectionem, vnde diffinitur per hoc, quòd est esse actu existentis in potentia, & de ijs plenius diximus in quæstio. Metaphys. in q. æstio. 1. & q. 22. vbi signauimus viam Ioannis Bacconis, in secundo distinct. 25. q. 2. in fine.

ARTICVL. II.

Vtrum esse immutabile sit proprium Dei.

Circa titul. ly, *immutabile* stat vt in primo articul. pro omnino immutabili, vnde proponens conclusionem in articulo, & concludens dicit. *Vnde cum Deus nullo istorum modorum sit mutabilis pro rum eius est esse omnino immutabile* Ly, proprium sic exponitur vt conueniat Deo & nulli alteri à Deo, & supponens affirmationem ex 1 art. immoratur in toto hoc articul. ad declarationem negatiuæ

Ens productum aut necessarium aut possibile.

Omnes enim creaturæ antequam essent, vsque ibi *in esse producere &c.* Aduerte quòd B. Thom. non renet dari nisi potentiam passiuam, & actiuam, & ideo Scot. qui renet mediam. f. potentiam obiectiuam non acceptat hanc distinctionem vt sufficientem. Vetum defensionem B. Thom. ponemus in q. de anima, cum loquemur de potentiis, vtrum sint idem cum substantia animæ: nam locus proprius est ibi & Scot. loquitur in illo proposito.

Deo autem potentiam passiuam secundum quam, vsque ibi *vel in consequendo finem.* Aduerte quòd per ly, perfectionem in effectu. i. tenuit esse actuale subiectantiale sibi debitum, & perfectum ex concomitantibus, & *perfectionem in consequendo finem*, intendit operationem perfectam, ad quam vt ad finem res producitur.

Si igitur attendatur, mutabilitas rei secundum potentiam ad esse sic non in omnibus Aduerte quòd ex immutabilitate essendi sequitur impossibilitas non essendi, & ex hac infertur necessitas essendi, ergo secundum B. Tho. aliquod creatum est impossibile non esse, & est necessarium ex consequenti ens productum diuiditur in necessarium & possibile, vt igitur sciamus fundamentum B. Thom. aduertē quòd in q. de potentia. q. 5. artic. 3. adducit duas sententias. f. Auicen. & Commentatoris. Auicena

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem tenet, quòd omne ens productum est possibile esse, & nõ esse, & ideo solũ Deum ponit necesse esse. Commentator vero vt habetur in 12. Metaph. comm. 41. tenet quòd necessariorum quoddam est per se, quoddam per aliud: quod est ex se, improductum est: quod autem est ex alio, productum est. Ex his duabus sentẽtiis B. Tho. sequitur eã, quæ videtur Commentatoris: vt rationabiliorem, Aduerte tamen, quòd dissentit in hoc, quòd Commentator non concedit necessarium ex alio nisi ex motu, eo quòd motus est a mouẽte, concedit igitur motum cæli esse necessarium ex alio. idest ex mouente, non tamẽ concederet in permanentibus necessarium ex alio: vnde dicit in 12. Metaphy. commen. 41. æternum esse necessarium ex alio, eo quòd necessariorum quoddam est necessarium per se, & quoddam necessarium ex alio, non est verum nisi in motu cæli tantum.

Quòd autem aliquid sit possibile in sua substantia, & per aliud sit necessarium in causa, impossibile est, motus autem possibile est, vt sit necessarius ex alio, & possibilis ex se: causa in hoc est, quòd esse habet ex alio. id est, ex mouẽte, hæc ille. sed B. Thom. intendit quòd etiam in permanentib. vt in corpore cælesti, & in abstractis sit necessarium, pendens ex alio, vt patet hic in artic. & in q. de potentia, vbi suprà. Scot. vero vt patet in 1. distin. & q. 4. ad tecundum in fin. q. sequitur Auicen. Vnde tenet quòd repugnat ens productum distingui per necessarium & possibile: sed omne productum est possibile. posito quòd Deus agat de necessitate naturæ. Sed hæc eius opinio impugnatur, cum loquemur de voluntate Dei, Vtrum sit causa rerum. Nunc autem sufficit defensare B. Tho. contra Aureolum, cuius argumenta sunt in Capreol. 1. d. 8. q. 3. contra secundum. Tu igitur scias, quòd septem argumenta eius peccant per ignorantiam distinctionis de possibili, & impossibili & necessario vt bene notat Capreol. ibidem possibile est duplex. s. logicum & naturale: logicum est, quòd nue ponatur, siue nominen sequitur contra dictio. vt sortem currere, est possibile. Naturale autem est quod in se habet principium quo potest non esse, vt omnia composita ex contrariis. Impossibile duplex. s. logicum & naturale: logicum est, cuius oppositum implicat contradictionẽ, vt hominem esse asinum, est impossibile. Naturale est in quo non datur principium intrinsecum quo possit deficere, vt cæli non esse, est impossibile, possibili naturali. Necessarium duplex logicum, & naturale, siue metaphysicũ, logicum est, quod æquipollet, Impossibili non esse, impossibilitate logica: metaphysicum est quod æquipollet impossibili non esse, impossibilitate naturali, siue reali: Inter hæc autem talis stat differentia, quòd possibile logicum non est respectu alicuius potentiæ intrinsecæ, sed tantum dicit non repugnantiam: possibile autem naturale dicit potentiam intrinsecam, qua res potest esse, & nõ esse: Impossibile & necessarium logicè non sufficiuntur alicui potentiæ intrinsecæ, nec extrinsecæ: quoniam nulla potentia potest in id, quod implicat contradictionem. Impossibile autem & necessarium reale non negat impotentiam intrinsecam. Vnde respectu causæ intrinsecæ conueniuntis per subtractionẽ influxus generalis, impossibile non esse, & necesse esse, potest deficere esse. Si autem detur ens, quod vtraque impossibilitate sit impossibile, & vtraque necessitate sit necesse: id est penitus est indefectibile, qualis est solus Deus, & ideo meretur solus dici omnino necesse esse. Ex his dico, quòd B. Thom intendit rerum creatarum aliquam esse possibilitem naturali possibilitate: aliquam necessariam necessitate metaphysicali, ex consequenti impossibile ad non esse impossibilitate metaphysicali: nullam autem necessariam logicè, nec impossibilem ad non esse logicè, imo omne possibile logicè. Argumenta autẽ Aureol. vt videbis in Capr. concludunt de impossibilitate, & necessitate logica & possibilitate logica, & ideo nec valet cõtra sensum B. Thom. Argumentum vero octauum, quoniã præclarè dubium petit ideo volo ad ducere. Sic igitur arguit: Aut conseruatur à Deo, quia est defectibilis in se, aut quia non est defectibilis in se: non secundum quod enim non est defectibile in se, non indiget conseruante, cum posit permanere per se: ergo datur primum, ergo possibilis non esse in se: ergo non necessaria in se. ergo non est necessaria logicè, neque metaphysicè.

Possibile duplex est logicũ & naturale.

Ad hoc dico, quòd vtraque est vera alia, & alia ratione, nam non est defectibilis in se, pro quanto non habet principium intrinsecum suæ defectionis, puta compositionem ex cõtrariis, vel materiam cum priuatione, & est defectibilis in se, pro quanto est talis naturæ, quæ non habet esse à se. acquirit esse ab alio, & perseuera: in esse manutentione sui agentis. Vnde illud est simpliciter, & omnino indefectibile, quod habet esse ex se, & hoc tantum non indiget conseruante, vt Deus. Ad argumentum ergo dico, quòd ideo conseruatur, quia est defectibilis in se, non per principium intrinsecum defectionis, sed quia est talis naturæ, quæ non habet esse ex se, sed ab alio Et cũ arguitur: ergo est possibilis, non esse in se, nego consequentiam: quoniam non est defectibilis per principium intrinsecũ: Similiter alia consequentia non valet: ergo non est necessaria logicè nec metaphysicè: logicè quidem concedo. quia non habet esse ex se, ex consequenti non implicat contradictionem, ipsam non esse: metaphysicè autem nego, quoniam caret principio suæ defectionis intrinseco, Hæc est via B. Thom. quam reputamus Peripateticam, secundum quam necessarium & possibile debet sumi species causas proximas & intrinsecas, vt dicemus, cum loquemur de voluntate Dei, quomodo est causa rerum.

In responsione ad secundum, Aduerte quòd B. Thom. perfunctorie transit, quoniam de Angelis nondum tractatum est: sufficit ergo pro nunc soluere argumentum, vnde autem Angelus sortiatur immobilitatem electionis, & cuius electionis, dicemus cum loquemur de voluntate Angeli. Item quomodo in Angelo beato vltra immutabilitatem loci, remaneat variatio secundum intellectionem obiectorum naturalium, dicemus cum loquemur de intellectu Angeli.

In responsione ad tertium, Aduerte quòd intendit formas esse variabiles, non quia ipsæ variẽntur per se, sed per accidens, puta variato subiecto, variatur accidens, quia desinit vnum accidens, & aduenit alterum, idem intellige de materia prima & formis sibi inuicem succedẽtibus in ea. Vnde solet dici quòd forma licet non sit subiectum variationis: s.d tamen terminus, à quo aut ad quem.

QVÆSIO DECIMA.

ARTICVL. I.

Vtrum æternitas bene diffiniatur à Boëtio?

SIC VT in cognitionem simplicium oportet nos venire per composita. 1. prius cognoscere conditiones compositorum & earum oppositas attribuere. simplicibus, ita in cognitionem æternitatis oportet nos venire per tempus. s. assignare conditiones temporis & rei mensuratas per tempus, & earum oppositas attribuere æternitati & rei æternæ

Cum enim in quolibet motu sit successio. Aduette quòd hæc declaratio sumitur ex 4. Physicorum, text. 100. & 101. vbi Philosophus declarat, quòd tunc apprehendimus tempus, quando in motu apprehendimus partem & partem, & vnam succedere alteri & posteriorem ad priorem: vt diffusius illic videre poteris.

Quod nil. aliud est quam numerus prioris, & posterioris in motu. Aduerte quòd ly. *numerus* stat pro mensura & est formale in tẽpore ly. *prioris & posterioris*, stat pro materiali, & quoniam numerare est opus animæ, inde videtur quòd tempus non habeat suum esse completũ nisi per animam, sed de hoc iam formaui quæstionem. in 4. Physic. recurre illuc, quoniam hic est velut impertinens.

Sic igitur ratio temporis consistit vsque ibi *consistit ratio æternitatis &c.* Aduerte quòd ly. in apprehensione potest dupliciter exponi, primo vt idem sit quod in apprehendere & in cognoscere respectu nostri intellectus & sic non est verum, quòd in tali actu cognoscendi vniformitatem diuini esse, consistat ratio completæ æternitatis, nam cum illa apprehensio habet rationem formalem proportionaliter, sicut numero in tempore requireretur quòd ibcut tempus non habet esse completum, nisi per animam, sic nec æternitas, quod videtur absurdum, cum sit attributum, & diuina perfect.o, quæ nullo modo pendet à nostro intellectu. Secundo vt sit idem, quòd ratio vniformitatis, sumẽdo rationem non formatam à nostro intellectu, sed ex parte rei. quasi dicat: sicut ratio prioris, & posterioris in motu est ratio temporis ex parte rei, sic, ratio vniformitatis diuini esse est ratio æternitatis, & hoc est verum, & intentum Beati Thom. Sed quæritur quando dicit Beat. Thom. quòd in apprehensione vniformitatis &c. Vtrum ly, vniformitatis in definitione æternitatis habeat rationem formalis, aut materialis necesse est enim proportionaliter tempori inueniamus formale, & materiale in definitione æternitatis. Capreol. in 1 distinct. 9. q. 1. artic. 2. ad secundum Aureoli, contra primam dicit quòd stat pro materiali, & vult quòd sicut ratio temporis compleatur per hæc duo s. numero prioris & posterioris, ita ratio æternitatis compleatur per hæc duo. s. vnitate, vt habet rationem mensuræ, & opponitur numero, & vniformitate diuini esse

Ratio æternitatis vnde sumatur.

uini esse, & primum est formale, secundum autem materiale, oppositum difformitati motus: Et fundat se Aureolus super B. Thom in 1. distin. 20. q. 2. ar 2. vbi dicit permanentiam actus secundum quod intelligitur in ratione vnitatis, quæ habet rationem mensuræ, complet rationem æternitatis, hæc B. Thom. & Capr. per ly, permanentiam actus intelligit vniformitatem esse diuini.

Expositor tenet, quòd stat pro formali, quoniam in scientia semper formalis intellectus præponitur materiali, quando æquè saluari potest, & dicit quòd Capr. committit nugationẽ, dicendo æternitatem esse vnitatem vniformitatis diuini esse, quoniam non differunt vniformitas & vnitas, nisi vt genus, & species: est enim vniformitas species vnitatis, ergo sicut est nugatio, dicere animal homo: sic in proposito, & dicit quòd B. Th. in primo sententiarum pro eodem suscepit vnitatem pro quo & hic suscipit vniformitatem. s. pro formali in æternitate: sed in primo sententiarum assignauit genus remotum. s. vnitatem. hic autem genus proximum. s. vniformitatem. & propterea secundum ipsum declaratio posita in prima parte est melior, & magis propria.

Contra Caietanũ

Sed hæc obiectio parùm valet, falsum est enim quòd semper committatur nugatio, quando apponitur species generi. potest enim apponi vt contractiua generis, vt cum dicitur animal appositiuè homo currit: sicut posset dici in proposito: sed aliud est quòd Capr. dùm format diffinitionem æternitatis declarat se virtualiter q uomodo sumat vniformitatem, non enim accipit ipsam in abstracto & in recto, vt credit Expositor, sed in obliquo, & in concreto proportionaliter diffinitum tempotis, vnde sic dicit: sicut ratio temporis est numerus prioris & posterioris in motu, sic ratio æternitatis est vnitas diuini esse non difformis, nec variabilis: hæc ille, Et sic patet quòd non committit nugationem & optimè declarat rationem æternitatis per oppositas conditiones temporis, vt docuit agendum Beat. Thom. in præsenti articulo. Sequẽdo viam Capreol. videbis soluta quatuor argumenta Aureoi. quibus probat, quòd æternitas non consistit in ratione vniformitatis, sicut nec ratio temporis in ratione difformitatis &c. Omnia enim concludunt, quòd vniformitas non ipsum formale, sicut nec difformitas in motu. item quòd præcisa vniformitas non perficit rationẽ æternitatis, quod & nos concedimus, & ideo non adduco ea. vide tu in Capreol. 1. d. 9 quæst. 1. art. 2. contra primam in primo loco.

Item ea dicuntur mensurari tempore quæ. vsque ibi *finem habere potest* Aduerte quòd ly. *principium & finem* non intelligitur quo ad tempus rei, quasi quod omne mẽsuratum tempore incipiat esse, & desinat esse in tempore, aliter cælum non esset æternum, nec esset, nec posset esse incorruptibile, sed intelligitur quo ad durationem, pro quanto mensuratur tempore, mensurantur autem inquãtum existunt sub motu, intendit ergo quòd ea mensurantur tempore, quæ vt existunt sub motu, habent principium & finem sui motus in tempore, principium autem & finis motus sumuntur à principio & fine existentiæ vel magnitudinis rei mobilis existentiæ quidem vt in omnibus generalibus & corruptibilibus in quib. datur alteratio. Magnitudinis vero, vt in omnibus mobilibus, motu locali, aliter tamen, & aliter in mobili motu recto, & in mobili motu circulari. Nam in primo datur principium & finis distincta formaliter, & realiter: in secundo vero sufficit distinctio secundum rationem: Idem enim punctus est principium & finis in motu circulari, & hoc intendit B. Thom. cum dicit *& hoc ideo, quia in omni re, quod mouetur.* Sed contra: si ea solùm mensurantur tempore, quæ vt existunt sub motu, habent principium & finem sui motus in tempore, sequitur quòd cælum, vt motum non mensuretur tempore.

Ad hoc negatur consequentia: quoniam licet totalis motus secundum Philosophum non inceperit in tempore, tamen quilibet circulatio incipit, & terminatur in tempore, & hoc sufficit vt mensuretur tempore. Vnde verum est dicere, quòd totus motus cæli mensuratur tempore exponendo sic, quia nulla est circulatio, nec est, quæ non mensuretur tempore, non tamen totus vt totus, quoniam si esset æternus, esset infinitus, ex consequenti immensurabilis.

Quod vero est immutabile omnino. Sicut nec successionem idest variationem & difformitatem habet in se, ita nec principium nec finem. s. nec in esse, nec in magnitudine, nec quocunque alio modo potest habere. Et scias, quòd tota haec ratio fundata est in 4. Physicorum text. 117. vbi inquit Philosophus, necesse est est omnia quæ sunt in tempore contineri sub tempote, vt quæ sunt in loco sub loco. hæc ille: & paulo infrà ponit correlarium dicens, quare manifestum est, quoniam quæ semper sunt, secundum quod semper sunt, non sunt in tempore. neque enim continentur sub tempote, neque esse eorum mensuratur tempote.

Sic ergo ex duobus notificatur &c. vsque in finem articuli. Aduerte q. noẽt. tres partes intimat, prima interminabilis vitæ, secunda tota simul, tertia est perfecta possessio, & B. Tho. reddit rationem primæ & secundæ, sed non tertię expressè, quoniam hanc declaraturus erat in responsione ad quintum, potes etiam dicere, quòd tertia non distinguitur à secunda, quod enim totum simul perfectum est: vnde & in tertio Physicorum torum & perfectum sunt idem: apposuit autem Boëtius perfecta causa maioris expressionis & ornatus.

ARTICVL. II.

Vtrum Deus sit æternus?

NEc solum est æternus, sed est sua æternitas, cùm tamen nulla alia res sit sua duratio. Aduerte, quòd ex his verbis trahuntur tria: primò quòd Deus est sua æternitas, secũdò quòd nulla alia res est duratio, tertio elicitur, quòd æternitas, potest dici duratio: ideo ante primum probat secũdum, & intendit hoc mediũ: Nulla alia res à Deo, sumendo rem pro existente, vt quod est suum esse: ergo nec est sua duratio: antecedens supponitur & probatur consequentia. Magis distat duratio a re durante, quã esse rei: ergo si esse rei, quod & proximius non est idem cum re, nec duratio: ergo magis distat: Ex hoc secundo probatur primum: quoniã esse Dei est ipse Deus, ergo est sua æternitas, nam si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis. Quantum ad tertium quòd æternitas sit duratio.

Duratio sine omni temporis differitia pro æternitate in Deo accipitur.

Aduerte quod duratio formaliter dicit manentiam siue moram in esse: sicut autem diuerificatur ipsum esse, sic & ipsa mora. Est igitur quoddam esse omnino immutabile & vnitorme, vt esse diuinum, est aliud esse coniunctum mutationi, siue substantiali, & accidentali vt in corruptibilibus, siue accidentali tantum, vt in superioribus corpotibus, & in abstractis: durtatio igitur diuini esse, quoniam est proportionata illi, caret omni priotitate & posteriotitate, ante & post, maioritate & minoritate, & omni distensione, sed est sicut indiuisibile, & vnitas.

Duratio vero esse creati compatientis secum aliquam variationem aliquo modorum, vt dixi secum habet omnes has cõditiones, maior & minor, ptior & posteriot: sed diuina duratio habet has tantum eminenter: Vel vt dicit Capreol. in 1 distin. 9 quæstio 2. ad primum Aureoli in 4. loco duratio diuina, potest dici mensura non quia inferant prius, & posterius sed quia attingit omnes alias durationes, & non exceditur, sed excedit eas sine omni distensione: ex hac declaratione videbis soluta argumenta Aureoli in Capr. vbi suprà: omnia enim probant q duratio includit diuisionem & ante & post: quod non est verũ de durationc vt duratio est, sed tantũ de durationc esse nõ omnino immutabilis aut secundum se, aut ratione aduc ẽtis de durationc autem diuini esse, cum sit altetius rationis & ordinis, non verificantur hæc nisi eminentur.

In responsione ad primum, nota, quòd B. Tho in 4. Physicorum textu 104. & est lectio 18 adducit eandem sententiam quam & hic, & incipit, *ex hac autem considerationc de facili potest accipi intellectus æternitatis.*

Punctum vt lineam ita nunc causa temporis est, non realiter sed ex apprehensione.

Aduerte secundo quòd B Thom. vt patet ibidem nõ aliter intendit, nunc, suo fluxu causare tempus, quam punctum suo fluxu causare lineam: constat autem quòd punctus non potest realiter fluere, quoniam ex 6. Physicorum nullum impartibile potest per se moueri ille igitur fluxus est imaginatus & apprehensus tantum. Et ideo dicit B. Thom. ibidem: imaginemur secundum Geometras. quòd punctus motus faciat lineã, ex consequenti causat lineam non realiter, sed apprehensiuè in nostro intellectu: quoniã nõ possemus cognoscere solã longitudinẽ, nisi imaginemur tale indiuisibile se habere ac si fiat: rectè ex consequenti ipsum nunc non realiter causat tempus, sed apprehensiuè in nostro intellectu: realiter enim causatur tempus à quo causatur primus motus, quoniam vel est idem realiter cum primo motu vel est passio eius. ab eodem autem causatur subiectum, & passio quodam ordine, & propterea dicit B. Tho. quod causatur in nobis apprehensio tẽporis ex fluxu non reali, sed imaginato ipsius nunc, & non dicit quòd causatur realitas temporis. Eodem modo intelligendum est, quod nunc stans. idest, apprehensum ac si staret, causat non realiter æternitatem (quoniam cum sit attributum diuinum est impteducibilis) sed apprehensiuè: apprehendimus enim quod sicut nunc si flueret, causaret durationem fluentem, ita si stat, caunc si fluerct, causaret durationem fluentem, ita si stat, causat dura

Universidad de Deusto
Biblioteca

sat durationem permanentem,& indiuisibilem,qualis est æternitas: causat igitur notificatiue, sed non realiter. Aduerte tertiò quòd Aureolus,vt refert Capr. in 1. dist. 9 quæst. 1. arti. 1. in 3. loco arguit contra hanc propositionem, *nunc stans causat æternitatem*, & principaliter arguit, quòd non possit concipi, nec apprehendi,nunc vt stans:imo est implicare contradictionem, dicere,nunc stans: sicut si dicerem motus permanens: & eius, principale fundamentum est, quia credit quòd instare, ac sedere,adesse,& non posse bis demonstrari, sint de ratione quiditatiua instantis,vt instans est, sed nos dicimus,quòd instans, vt instans, non dicitur vniuoce de instanti temporis & æternitatis, & quòd illæ conditiones non conueniunt nisi instanti temporis, nec Philosophus aut Commentator cognouerunt nisi hoc instans,sed hoc solum est de considetatione physica:si autem quæres,quæ ratio formalis instantis,vt instans est. Respõdeo quod est esse indiuisibile quid in omni duratiõe, nec pluta sunt de ratione eius formali: ideo argumenta Aureoli non valent contra nos. Aduerte quarto, quòd arguit contra hoc: nũc stans causat ætetnitatem, vt recitat Capreo. ibidem in secundo loco: sed non est necesse,ea adducere: peccant enim sicut præcedentia in hoc fundamento quod imaginatur,nũc,& nunc esse vniuoca ad nunc temporis & æternitatis. & durationem omnem includere successionem & distinctionem, ex consequenti, quòd omnis duratio causata ab ipso nunc sit extensa successiua, sicut esse causarum à puncto est extensum permanens: Sed vt iam diximus de ratione formali durationis est tãtum manentia in esse: quòd autem sit successiua vel non, hoc pendet ab esse mensurato, sicut tempus ex motu habet successionem & prius & posterius: & propterea nunc stans causat durationem stantem, quæ est mensura esse omnino stantis. id est diuini: nunc autem fluens causat durationem fluentem. Quæ autem differentia sit inter nunc æternitatis & nunc æui cum vtrumque videatur stans,dicam infra. patet igitur quòd Aureolus laborat in æquiuoco. Et si dicas sicut se habet punctus ad lineam, sic nunc ad durationem, sed punctus non potest causare lineam inextensam, ergo nec nunc durationem inextensam,& non successiuam qualem ponis æternitatem. Ad hoc dico, quòd similitudo non valet nisi in hoc, quòd sicut punctus est quid indiuisibile causatiuum lineæ,sic nunc est quid indiuisibile causatiuum durationis: in præsenti autem applicatione, non valet,quoniam punctus vt punctus est vniuocum: & ideo non causat lineam diuersarum rationum, puta extensa,& non extensa: nunc autem est non vniuocum ad nunc principium temporis, & ad nunc æternitatis: ideo non est par ratio de puncto,& de nunc.

Instãs sine momẽtum quid.

ARTICVL. III.

Vtrum esse æternum sit proprium Dei?

A Eternũ triplex.

Circa tit. Aduette,quòd æternum vt patet ex arti. 1. duo includit. Cimmutabilitatem & interminabilitatem,quæ potest esse ex parte vtriusque extremi, vt si ponatur motus cæli non incœpisse, nec desinere: vel ex parte alterius extremi, vt si ponatur cælum incœpisse, & tamen non desinere vel é conuerso. B. Thom. in tit. intendit de æterno quo ad vtramque conditionem simul,& propterea respondens ponit conclusionem per exclusiuam. quantum enim ad interminabilitatem patet:quòd conuenit alteri à Deo vt cælo, & Angelo,licet de facto ex parte vnius extremi, tamen de possibili ex parte vtriusque:& philosophi tenent de facto mundum æternum, & tempus æternũ: quod tamen veritas fidei non concedit.

Quædam igitur quantum ad hoc &c. & vsque ibi *æternitas Angeli*, Aduette quòd licet in definentia in esse conueniat terræ, & aliis elementis,& Angelis,non tamen eadem ratione:quoniam Angeli nullomodo quo ad esse subsantiale desinunt esse, elementa vero cum habeant materiam subiectam priuationi secundum partes desinunt esse, cum ad inuicem transmutentur, ex secundo de Generatione, & perseuerant secundum totum. id est per æqualentiam tantũ, vt exposuimus supra in q. 2. art. 3. defenlantes B. Thom. contra Aureolum: in defensione tertiæ responsionis. Post cessationem autem motus cæli terra cõseruabitur in esse sine termino durationis, & secundum partes, & secundum totum ex diuina virtute, & pro statu illo propriè verificatur dictum scripturæ: Terra in æternum stat.

In responsione ad secundum: *vnde tamen in inferno non est vera æternitas sed magis tempus.* Aduette quòd ex hac responsione duo elicuntur, primum est quòd æternitas ex principali importat immutabilitatem, eo quòd est mensura esse omnino vniformis: & propterea ex sola interminabilitate non datur vera æternitas. Secundum est, quòd post motum cæli adhuc dabitur tempus in inferno: ergo non omne tempus est mentura primi motus, quale autem sit hoc tempus, an continuum an discretum,dicemus,cum loquemur de motu Angeli.

Necessarium dupliciter. Incõplexum & cõplexum.

In responsione ad tertium, Aduertẽ,quòd intendit implicitè necessarium esse duplex,Cincomplexum. vt Deus,cælum Angelus: & de hoc negandum est, esse æternum. quòd sit necessarium ab intrinseco,& ab extrinseco qualis est solus Deus, vt diximus inq. præsedenti. artic. 2. Et complexum,vt propositiones per se & principia prima, & tale necessarium concedit omne æternum non quo ad esse, sed quo ad veritatem. sunt enim immutabilis veritatis ad differentiam propositionum contingentium: quarum veritas mutabilis est. Vnde propositio categorica in materia contingenti reducta ad modalem significatur per ly, possibile, vt Sortem sedere,est possibile: per quod notatur,quòd modus veritatis importatus per talem modalem est mutabilis de vero in falsum, & è conuerso. Categorica autem in materia naturali & per se reducta ad modalem significatur per ly necesse,vt hominem esse animal, est necesse: per quod notatur quòd modus veritatis importatus, per talem modalem est, immutabilis, ex consequenti æternus, & hoc est,quod dicit B. Thom. quòd necessarium, scilicet sumptum in propositione modali significat quendam modum veritatis, sicut possibile sumptum eodem modo, ex quo tamen non habetur quòd aliud extra Deum si æternum,quoniam veritas propositionis est tantum in intellectu: ergo veritas æterna est in intellectu æterno, qui est Dei solus intellectus.

ARTICVL. IIII.

Vtrum æternitas differat à tempore?

Si tamen prædicta differentia &c. vsque ibi & finem in tempore. Aduertẽ quòd hanc propositionem declarauimus in 1. arti. huius quæst. quære illic, *Vnde si motus cæli &c.* & vsque *totam durationem*, Aduertẽ quòd Scot. in 2. distinct 2. q. 3. ibi *concedatur cõsequens propter istam rationem* Improbat dictum B. Thom. dupliciter, primò sic: aliquid esse in tempore est sicut aliquid esse in numero:sed non est de ratione existentis in numero,quod excedatur à numero: sed sufficit, quòd quælibet pars numerati excedatur à tali numero, quia ipsum numeratum est maius sua parte,& ipsum totum adæquatur suo numero,ergo à simili nõ est de ratione existentis in tempore, quod excedatur à tempore, sed quòd sit variabile, & habeat aliam & aliam dispositionem, & quod quælibet eius dispositio excedatur à tempore: igitur cum primus motus,dato quòd esset æternus, habeat quãliber circulationem, quæ excedatur à tempore, licet secundum se totum non excedatur,sed adæquetur, poterit dici mensurari tempore: Secundo sic cuilibet mensuræ vniformi assignandum est primum, & adæquatum suum vniforme mensuratum: sed tempus æternum est mensura vniformis, cùm secundum omnes partes sit successiua & regularis, ergo assignandum est sibi adæquatum mensuratum vniforme: hoc autem non potest imaginari,nisi totus motus cæli,ergo.

Ad hoc dico quòd fundamentum Scot. est contra Philos. nam in 4. Physicorũ. text. 117. dicit sic,quoniam autem sicut est in numero sic est in tempore, accipiatur ad plus tempus omni eo,quod est in tempore. hæc ille. Et subdit: vnde necesse est omnia, quæ sunt in tempore, contineri sub tempore. Ex quibus habemus, quòd omne mensuratum tempore,excedit a tempore: sed secundum Scot. totus motus æternus non solum quo ad singulas partes mensuratur tempore,sed vt totus: ergo necesse est, vt tempus excedat non solum singulas pettes, sed etiam totum, ergo non sufficit adæquari, quod ponit Scot.& hæc est intentio Commentatoris super eundem text. Vnde inquit omne quod est in tempore, tempus excedit in duob. extremis. quod autem dicit Scot. de numero, quòd non est necesse excedere numeratum,sed sufficit adæquate:falsum est sumendo numerum in tota sua alitudine. Quoniam cùm numerus tendat in infinitum, potest dari maior numerus quocunque applicato cuilibet numerato. Vnde dicit Commentator super eundem text. & omne, quod est numeratum in aliquo numero, numerus excedit ipsum in duobus extremis. Fallitur autem Scot. quoniam non considerat totam latitudinem numerorum,qui crescunt in infinitum, sed hunc numerum, puta x. applicatum x. lapidibus, de hoc constat, quòd non est necesse excedere suum numeratum, sed ideo nihil est. Ad hoc enim quòd decem lapides mensurentur numero, necesse est, vt adæqueturẽ suo numero. s. x. & vltrà hoc,quòd detur maior numerus quam

rus quam x. Ex his igitur dico ad primam Scoti quod iam in numero quam in tempore non sufficit adæquatio, sed requiritur excedentia,& quo ad singulas partes,& quo ad totum secundum mentem Philosophi & Commentatoris: ideo Scotus in hoc deuiat à Philosopho. Ad secundum dico, quod sufficit cuilibet mensuræ assignatæ suum adæquatum mensuratum, quod sit mensurabile aut secundum totum, aut secundum partes singulas: Et hoc sufficit: & sic concedimus totum primum motum æternum mensurari tempore: & si dicatur,ergo totus motus,vt totus erit sine mensura:concedo,quoniam infinitum est immensurabile. Et si dicas, quod esse creatum, vel creabile est constitutum in aliqua mensura: concedo quo ad terminatum gradum entitatis:non autem quo ad extensionem, vt patet si daretur linea infinita vel creceret in infinitum.

Nunc intrinsecum & extrinsecum.

In responsione ad secundum, *nunc temporis est idem subiecto.* id est,vt est quoddã ens, *in toto tempore: sed differens ratione*,id est vt apprehenditur in continuo fluxu, aliter, & aliter se habet: & sic causat tempus:sicut mobile manens idem secundum substãtiam,& variatum secundum diuersitatẽ, vbi,causat motum &c. Aduerte quod eandem sententiam ponit B. Tho. in 4. Physicorum tex. 104.& incipit ibi; *Ipsum autem nunc est quidem sicut idem &c* Sed contra hãc responsionem arguit Scot. in 2.d. 2.q. 2. ad hoc etiã sunt duæ rationes Philosophi,sed antequam adducam argumenta, propono,quod ipse deceptus fuit in duob. quia non agnouit differentiã inter nunc extrinsecum & intrinsecũ:nam extrinsecum est tantum vnũ,& correspondet mobili vt mensura,& non est substantia mobilis, sed vnitas ipsius vt est sub motu,& nõ continuat nec terminat tempus, sed causat ipsum suo fluxu imaginariè,& non realiter, sicut punctus fluens causat lineam. Intrinsecum autem plurificatur, sicut plurificatur murata esse in motu,& sic mutata esse nõ sunt aliud,quam diuersa esse ipsius mobilis vt est sub motu, quoniam semper aliter se habet, ita nunc intrinseca sunt diuersa esse ipsius nũc extrinseci fluentis imaginariè, & correspondenter mutatis esse:vt mensuræ suis mensuratis, & hæc nunc intrinseca continuant & terminant tempus. In hac igitur responsione B. Thom. quando dicit quòd est idem nunc subiecto in toto tempore, intendit de nunc extrinseco:quando dicit, quòd est diuersum ratione,intendit quod est diuersum secundum diuersa esse aequisibilia sibi, vt causa tempus,& talia diuersa esse, sunt nunc intrinseca sicut diuersa esse ipsius mobilis, vt est sub motu sunt diuersa mutata esse.

Prius & posterius in quibus dicitur.

Secundò deceptus est quia credidit,omne diuisibile esse actu terminum alicuius continui, vel partem,alicuius discreti:quod non est verum de indiuisibili causante suo fluxu extensionem, siue permanentem, siue successiuam, quòd dicitur indiuisibile extrinsecum. Propositio igitur assumpta à Scot. non est vera nisi de indiuisibili intrinseco. Ex his videbis statim soluta argumenta eius quæ recitantur etiam à Capreol. in 1. dist. 2. q. 2. contra secundam & 12. & 13. in ordine,& quoniã ipse soluit iuxta declarationẽ hic præmissam,ideo non adduco eam. tu vide.

In responsione ad tertium *esse vero rerum corruptibilium, &c.* vsque ibi *æternitate sed tempore* Aduertẽ quoniam idem replicat in articul. sequenti, ideo illic defensabitur. contra Heruetum & Scot.

ARTICVL. V.

Vtrum æuum differat à tempore?

Circa tit. Aduertẽ quòd licet proponat dubium de æuo & tempore, tamen respondens pertractat differentiam æui ab æternitate & tempore, qualis est differentia medij ab extremis ex hoc enim res &c. vsque ibi esse transmutabilem. Aduerte quod ratio fundatur super quartum Physicorum in text. 117. vbi inquit Philosophus de mensuratis, & tempore:tabefacit tempus,& veterascunt,omnia sub tempore,quæ scilicet habent esse transmutabile: vnde infert Philosophus illic, quod quæ sunt semper, non sunt in tempore.

Et ex transmutabilitate &c. vsque *esse transmutabile*, Aduerte quod ratio fundatur supra 4. Physicorum text. 99. vbi Philosophus docet, q. prius & posterius primo inueniuntur in magnitudine,secundo in motu,tertio in tempore:ita quòd ex primo sequitur secundum & ex secundo tertium: & sic patet, quod ex variatione, quæ est in motu sequitur variatio in tempore, vt in sua propria mensura. Ex quo sequitur quòd si mensuratum non habet prius & posterius,nec ipsius mensura habebit: ita quòd sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis.

Sed aduerte quod Scot. in 2. distin. 1. quæst. 1. ibi, *ad argumenta contra illam propositionem ad primum: quod probat contra dictionem sequi &c.* conatur soluere hanc rationẽ, & dicit quod illa proportio, *ex transmutabilitate mensurata*, non est necessario vera: quia stat esse innouationem & diffinitionem partium in duratione alicuius, & tamen non in existentia vel in esse illius, cuius est talis duratio,& ponit exemplum de carne,quæ si non haberet partem & partem sub eadem quantitate permanente, tamen & esset alietas partium in ipsa extensione formaliter i. in ipsa quantitate,cum de ratione quanaitatis sit, posse diuidi in partes absque distinctione partium. i. corporeis, cui accidit extensio talis. Et cùm probatur,quod nõ est distinctio in mensura, nisi fuerit in mensurato per Philosophum in 4. Physicor. inquit Scot. Dico, quòd bene sequitur si partes temporis sunt aliæ,& partes motus sunt aliæ, sicut sequitur ab effectu ad causam, sed non est necesse,quod in quibuscunq; partes durationis sunt aliæ,quod aliqua distinctio partium prior,ei sit causa huius distinctionis:quia illa,quæ alicui est secunda,in alia potest esse prima. Exẽplum huius est ignis,qui calefacit & exsiccat propter aceidẽtia distincta in eo.s.propter calotem & siccitatem,ita quod distinctio harum actionum est secũda,supponens distinctionem accidentium in igne,vt priorem:tamen non est necesse, hunc ordinem seruari in omnibus. nam in Sole est vtraque actio,& tamen non reducitur ad priorem distinctionẽ accidentium cum eadem qualitate, pura luce vt æquipollet calori, & siccitati vtramque causet actionem,sic inquit Scotus dicendum est in proposito.

Sed quod hæc solutio non possit stare patet hinc. si mensura est habens partes,& mensuratum sit indiuisibile. ergo non certificabit mensuratum,quoniam ex. 1. Metaph; ficæ. text. 36. *metrum cognatum est.* i. vnius generis cum mensurato: propter quod inquit Philosophus magnitudinem magnitudine metimur.sed diuisibile & indiuisibile nõ sunt cognata,nec proportionata vt patet,ergo &c.igitur mẽsura nõ potest habere partes nisi & mensuratum habeat:aliter non erit mensura. Vnde patet quod Scot. contradicit Philosopho in 1. Metaph. exemplum autẽ suum de carne non est ad propositum: dato enim quod caro non haberet partes,& quantitas secundum se habet partes tamen non poterit dici stante illo casu, quod caro sit mensurata & quantitas sit eius mensura, cùm non proportionentur diuisibile & indiuisibile. Exemplum de igne non valet, quoniam actiones ignis & accidentia sua, quæ sunt principia earum actionum nõ ordinantur, sicut mensura,& mẽsuratum, & ratio non inconuenit ab aliquo principio indiuiso prouenire immediatè plures actiones: stando autem in proposito de mensura, & mensurato non incõueniet in aliqua natura quod partes mensuræ supponant partes mẽsurati vt priores, sicut effectus supponit causam: vnde patet quod Scot. conatus reprobare propositionem B. Thom. cum sit etiam Philosophi in 4. Physicorum vt diximus,reprobat etiam Philosophum,& satis inepte.

Quædam autem sic recedunt. vsque *rerum corruptibilium.* Aduertẽ quod Henricus in 2. quodlibet quæst. 12. tenet quod esse rerum corruptibilium non mensuratur tempore. sed nunc temporis discreti:& probat duplici medio Primo sic. sicut esse substantię incorruptibilis est totũ simul sic & esse substãtiæ corruptibilis:sed illud non mensuratur tempore, etiam secundum B. Thom. sed quod ergo nec istud. Secũdo sicut tempus est mensura successiui: diffinitur enim per esse mensuram motus, sed esse substantiale rei corruptibilis non est de genere successiuorum, imo permanentium: ergo non mensuratur tempore. Ad hæc dico,quod ad hoc, quod aliquid mensuretur tempore sufficit hanc disiunctiam esse veram quod est successiuum, vel subiectum mutationis,quod tendit & disponitur ad non esse si est successiuum,est primo mensuratum tempore,si est subiectum murationis quo disponitur ad non esse, est secundario mensuratum tempore. Ex his dico ad primum. ad maiorem: licet vtrumque sit totum simul,pro vt neutrum acquisitus per partem post partem : tamẽ esse rei corruptibilis est subiectum murationis alterariuè propter qualitates actiuas, & passiuas, sed illud non, ideo non est eadem ratio: dico autem alterariuè ad differentiam motus localis nam esse substãtiæ cælestis est coniunctum motui locali,& tamen non mensuratur tempore, sed æuo, quoniam motus localis vt sic non vt via ad non esse.

Ad secundum dico quòd concludit esse substantiale rei corruptibilis non primo mensurari tempore:quoniam tempus est prima mensura motus:cum hoc tamen stat,quod est secundario mẽsuratum. i. ratione mutationis annexæ, qua disponitur ad non esse,& ideo ad insinuãdum hanc differentiam B. Tho. in articulo vtitur disiunctiua, cùm dicit quod esse eorum, est subiectum transmutationis, vel in transmutatione consistit.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item aduerte quòd Scot. in d.2. q.4.ibi *Concedo conclusionem &c* tenet quòd esse substantiæ corruptibilis mensuretur æuo: & soluit rationem, cui videtur inniti D.Thom. quòd mensuretur tempore:& quidem quod mensuretur æuo, fundat se super hoc suum principium. Quæcunque existentia actualis, cui repugnat acquiri per partem post partem, ex consequentia est manens,quam diu manet, eadem mensura mensuratur secundum esse: substantia corruptibilis est talis, quam diu manet: esse substantiæ incorruptibilis est tale actiones Angelicæ sunt tales, quam diu manent : ergo eadem mensura mensurantur. Sed esse substantiæ incorruptibilis mensuratur æuo : ergo & esse substantiæ corruptibilis. Nec obstat inquit Scot. quòd alterum sit corruptibile:alterum non,dūmodo existentia dum manet sit eiusdem rationis , puta quòd sit permanens, & non partibiliter acquisibilis,quoniam perpetuitas, & corruptio , & annihilatio non variant mensuram formaliter stante existentia eiusdem rationis dum manet.

Ad hoc dico quòd Maior assumpta,nisi aliter exponatur,est falsa. aliter esse diuinum & esse hominis eadem mensura mensurantur. Dico igitur quòd non est vera:nisi vltra illas conditiones addatur hæc,& à principio intrinseco, non est transmutabilis essentialiter & sic concessa maiore , nego minorem, ergo ad esse rei corruptibilis, & quo ad operationes Angelicas:quoniam ex se & ab intrinseco sunt defectibiles cum substantia corruptibilis includat materiam subiectam priuationi & operationes naturales Angeli,sunt à potentia actiua creata quę ex sui natura aliquando est in potentia,aliquando in actu. Vnde patet quòd ratio Scot. est nulla, nec concedimus perpetuitatem à principio intrinseco,& corruptibilitatem à principio extrinseco,non variate mensuram. Ratio cui videtur inniti B. Thom præcipuè in articul.præcedenti in responsione ad tertium , est hæc : quies ex quarto Physicor. mensuratur tempore:igitur illa,quorum esse est cum motu, quando non sunt in motu mensurantur tempore , sicut si essent in motu tales substantiæ corruptibiles & esse earum &c.

Quies & motus mensurantur tempore quèadmodū omne mutabile.

Ad hoc Scot. dicit quòd bene sequitur quies mensuratur tempore, ergo & motus : quia est priuatio motus:ergo si priuatio mensuratur, multo magis habitus. Sed non sequitur inquit Scot. ergo existentia rei corruptibilis permanentis mensuratur tempore : quoniam talis permanentia est extra genus successiuorum. Sed Scot.non tendit ad sensum B. Thom. nam intendit B. Thom.probare,quòd esse rei corruptibilis mensuratur tempore,non præcisè sumptum, sed vt adiunctum transmutationi alterationis quæ res corruptibilis disponitur ad non esse. Scot.autem formans illam consequentiam : ergo existentia rei permanentis &c. accipit ly , existentiam secundum se præcisè , & sic concedimus quod consequentia non sequitur, si autem sic formaliter,ergo existentia rei corruptibilis vt coniuncta transmutationi mensuratur tempore : videret veritatem consequentiæ quam intendit B. Thom Et aduerte quod ratio B. Thom fundata est in 4. Physicor text. 132. vbi Philosophus declarans, quomodo tempus sit mēsura non solùm eorum quæ mouentur actu,sed quæ mutabilia sunt ; inquit mensurabit autem tempus,quod mouebitur & quiescens, tecūdum quod hoc quidem motum illud autem quiescens hæcille : Ex quo habetur,quod cùm omne quiescens sit mutabile,si omne quiescens mensuratur tempore, & omne mutabile, vt sic mensurabitur tempore , & nunc B. Thom.assumit hanc minorem, sed esse rei corruptibilis est mutabile , vt constat:& ideo benè concludit,ergo mensuratur tempore:præcipuè quia est mutabile ex principio intrinseco , vt diximus supra patet igitur quòd Scot. impugnans B.Thom.impugnat Philosophum.

In responsione ad primum duæ sunt propositiones defendendæ,primo *Creaturæ spirituales quantum ad affectiones &c.* Secunda *quantum ad visionem gloriæ participant æternitatem*

Contra primam,aduertę quòd Scot.in 2.d.2.q.4. duplici via arguit:primo probat quòd mensuretur æuo, secūdo quod non tempore : quantum ad secundum sic arguit : quæ habent vniformem modum manendi , dùm manent , habent mensuram eiusdem rationis,licet vnum diutiùs maneat quam aliud:Hæc fundata videntur supra doctrinam B. Thom in prima parte q.x. in præsenti articul. vbi distinguit tres mensuras , penes tria esse rerum,ergo quæ habent esse,eodem modo mensurantur eadem mensura : sed operatio Angeli habet eundem modum essendi,quem habet existentia Angeli:quoniam est indiuisibilis,licet tota simul sint esse Angeli,cum sit motus, quiesti actus perfecti , & non actu existentis in potentia : ergo licet, non tantum durat , quantum esse Angeli : mensurabitur æuo: sicut esse Angeli. Nec valet inquit Scot. si dicatur , quòd non mensuratur æuo:quia operatio non semper erit, & tamen esse Angeli, semper erit:quoniam etiam si Angelus eras annihilaretur,mensuraretur,æuo, ergo.

Ad hoc dico quod maiore concessa,minor est falsa : nam ad hoc , quod operatio Angeli habeat eundem modum essendi, quem habet existentia ipsius, non sufficit , quòd vtrunque sit indiuisibile, & non partibiliter fiat,sed quòd vtrunque sit principio intrinseco sit indefectibile : quod autem sit defectibile à principio extrinseco , hoc non impedit , puta quod sit annihilabile : modo esse Angeli , est indefectibile ex suo principio intrinseco:quoniā vt sic, est necessarium vt docuimus supra operatio autem vtroque modo est defectibilis de principio extrinseco,patet sicut omne creatum. De principio autem intrinseco probatur, quoniā omnis potentia actiua creata ex sua natura est in potentia ad operationem suam,sicut perfectibile ad suam perfectionem, ergo quantum sit ex sua naturalitate potest habere operationem suam , & non habere eam:ex consequenti operatio eius naturaliter defectibilis est. Dixi quantum est ex naturalitate potentiæ, vt præseruem me à visione beatifica,de qua dicam,& ab intellectione,qua Angelus intelligit seipsum : hæc enim est perpetua propter continuam præsentiam obiecti , & non propter potentiam intellectiuam Angeli:cum secundum se sit in potentia ad omnem actum secūdum, vt dicemus in tractatu de Angelis. Patet igitur quòd ratio Scot.non valet. Arguit , quod non mensuretur tempore, sed quoniam B. Thom. intendit de tempore diuerso de quo est specialis locus infrà q.57. de motu Angeli,an fiat in instanti,& Scot. principaliter intendit reprobare tale tempus : ideo differo huiusmodi argumenta vsque ad illum locum : nam & Capreol.in illo proposito adducit in 2. dist.2,q.1. cōtra tertia.

Contra secundam Aduerte quod Scot in 4.dist. 49. q. 6. ibi *de secundo dubio scilicet qualis sit &c* tenet q̄ visio beatifica mensuratur æuo:sicut esse Angeli , & aliæ operationes suæ:& contra B. Tho. arguit quod non mensuretur æternitate participata,primo sic:substantia Angeli immutabilior est operatione sua beatifica:ergo si substantia sua mensuretur æuo , & operatio eius beatifica, consequentia nota. Antecedens probatur, quoniam substantia sua est fundamentum operationis, ergo nobilior, & permanentior. Præterea ly,beatifica se habet ad operationem beati,sicut forma , vel qualitas , vel modus operationis ad substantiam eiusdem operationis, sed qualitas aut modus nō est immutabilior eo,cui accidit,quoniam quod est per se,immutabilius est eo,quod est per accidens:ergo si beati operatio, vt est operatio agentis creati secundum substantiam mensuratur æuo , & vt stat sub ly , beatifica mensuratur æuo. Præterea mensuratum æternitate,est indefectibile , & penitùs immutabile ex definitione æternitatis:quàm supra posuimus. Sed nulla operatio creata est indefectibilis , potest enim non consequi à Deo , & potest etiam annihilari : ergo operatio beatifica ex consequenti non mensuratur æternitate.

Ad horum euidentiam. Aduerte tria:primo quod B.Tho. nec hic,nec in 3. contra Gent. 61. dicit absolutè operationē beatificam mensurari æternitate:secundum q̄ participat æternitatē: & intendit q̄ secundario mensuratur æternitate , quasi dicat, æternitas est mensura primo quidem diuini esse , & diuinæ operationis , deinde secundario visionis beatificæ: vnde æuiternitas,& æternitas participata est eadem mēsura,sed distinguitur ratione solùm penes primum & secundum mensuratum, vnde non est concedendum,quod æuum sit idem, quod æternitas participata. Nec obstat quod B. Thom. dicit in quinto quodlibet q 4.artic 1 quod æuum est quædam æternitatis participatio : intendit enim per participationem deriuationem, sicut & tempus deriuatur ab æuo secundum Boëtium,

Aduerte secundo , q̄ cum æternitas mensura esse sit diuini, nihil potest mensurari æternitate,nisi fiat diuini,& supernaturalis ordinis. Vnde omne naturale mobile mensuratur tempore omne naturale immobile vt sic mensuratur æuo , sicut esse cœli & Angeli,& animæ:& quoniam Beatus in suo intellectu pro forma intelligibili habet diuinam essentiā ex consequenti eleuatur ab ordine naturali ad ordinem diuinum , vt plenius loquemur in q. 12. Ideo operatio , quæ elicitur ab intellectu sic eleuato efficitur operatio non naturalis , sed supernaturalis,& dicitur diuina,sicut beatus dicitur diuinus, ex consequenti non est mensurabilis,nisi mensura diuina.

Aduerte tertio q̄ licet operatio beatifica dicatur immutabilior quacunque operatione elicita à creatura , propter omnimodam præsentiam, & sufficientiam obiecti beatificī, tamen defectibilis est , quoniam omne productum est defectibile ex subtractione vniuersalis influxus Dei: & indefectibilior quam sit substantia ipsius beati eum sit minoris entitatis : quoniam non ratione immutabilitatis præcitē, sed quia est actio diuini ordinis

ordinis:conuenit ei sic mensurari , ex his patet solutio ad obiectiones. Scot. Ad primam nego consequentiam quam reputat esse notam : dato enim quòd substantia beati esset immutabilior , tamen est in ordine entium naturalium : actio autem beatifica in ordine entium diuinorum. &,ideo consequentia non valet. Ad secundum supponit falsum , scilicet quod ly , beatifica in ordine entium diuinorum sit conditio accidentalis , adueniens illi operationi : sed hoc non est verum , imo est vt differentia per se distinguens talem operationem essentialiter ab omni operatione naturali , & ex tali differentia efficitur diuini ordinis , & propterea considerare talem actionem secundum se , deinde vt stat sub ly beatifica, est falsa imaginatio, sicut imaginatus est Scotus : vnde nego, quòd sit apta secundum se mensurari æuo : quoniam non potest abstrahere à ly , beatifica , sicut homo non potest abstrahere à rationali. Ad tertiam dico , quod maior non est vera de primo mensurato , secundum autem mensuratum potest esse defectibile dummodo non fiat diuini ordinis.

Infinitū duplex: per se & per accidens.

In responsione ad secundum. *Tum est totum simul.* Aduerte quòd Capreol.in 2.distinct. 2 quæstion: 1. contra quintam: adducit xij. argumenta , quibus aliqui defensant opinionem B. Bonauenturæ tenentes quod in æuo sit , successio , siue prius & posterius : ex consequenti non est totum simul. Ex quibus arguens vt videbis quartum fundat super dictum Hiere : & secundum super dictum Augustī. soluuntur hæc responsione B. Thom.Verum est enim quòd licet æuum , in se non habeat successionem , ex consequenti nec præteritum, nec futurum , tamen secum compatitur successionem ratione operationum ipsius æuiterni : & ideo licet æuiternum secundum esse substantiale non cadat nec sub præterito , nec sub futuro, tamen vt operans cadit sub his differentiis , quoniam verum est dicere , quod aliqua operatio est præsens aliqua præterita & hac de causa vt dicit B. Thom. dicitur æuum ab æternitate.

In responsione ad tertium,aduerte. quod per hanc responsionem videbis solutum primum argumentū & vndecimum: & duodecimum recitata à Capreol. vbi supra:& Capreol in responsione ad primum ibi, *Tum quia si illa responsio non placet &c.* optimè declarat responsionem hic datam a D. Thom & expositor imitatur verba Capreol. de coexistentia actuali vel potentiali. vt videbis.

In responsione ad quartum, *Duratio æui est infinita , quia non finitur tempore.* Aduerte quòd ex hac responsione soluitur argumentum secundum recitatum à Capreol. vbi supra, & intendit hanc distinctionem infinitum duplicitèr , positiuè , & negatiuè . primum repugnat creaturæ, non autem secundum. Quid sit vtrumque , vide in Capreol. vbi supra in responsione ad secundum. Et quoniam æuum est infinitum negatiuè, quia non habet potentiam in se , per quam possit deficere hodie, non eras,nec post eras,& sic in infinitum, ideo nullum sequitur inconuenies. Sed aduerte quod argumentum tertium recitatum à Capreol. vbi supra , est sicut replica contra responsionem. B. Thom. probat enim quòd si æuum est infinitum negatiuè,& sit infinitum positiuè:& arguitur sic:negatio infinitorum defectuum arguit potiorem infinitatem perfectionum:ergo si in æuo est infinitas negatiuè sequitur in eodem infinitas positiua.

Ad hoc benè respondet Capreol. quòd æuum includit negationem infinitorum defectiuum eiusdem rationis,idest qui omnes sunt eiusdem speciei , & distincti solo numero,vt non posse deficere hodie , eras , & post eras &c. omnes enim partes temporis sunt eiusdem speciei : ex consequenti ponit infinitas perfectiones distinctas solo numero,puta posse esse hodie , eras , post eras , &c. sed hæc non est infinitas positiuè simpliciter , sed tantum secundum quid , quam non negamus in creatis vt diximus:in q. 7. artic. 2. Tu tamen vide Capreol.quoniam diffusior , & clarior : ideo nolo immorari. Similiter nota quod argumentum sextum recitatum à Capreol. vbi supra est velut replica ad hanc responsionem immediatè datam : & intendit probare , quod sit infinitum positiuè simpliciter , & arguitur sic. Si esset aliqua creatura, quæ haberet in se perfectiones omnium creaturarum &c. Vide Capreol. & aduerte , quod dupliciter potes respondere , primò negare consequentiam , quia perfectiones omnium creaturarum non sunt eiusdem rationis:& ideo licet ex inclusione talium perfectionum concluderetur infinitum simpliciter , non tamen in æuo , quoniam omnes perfectiones quas includit, sunt eiusdem rationis. Secundo respondet vt dicit Capreol. quòd argumentum concluderet., si æuum actu coexisteret omni parti temporis futuri , sicut æternitas , quod enim commensuratur actu alicui infinito necesse est , vt si actu infinitum , sed æuum non coexistit actu toti tempori futuro, licet actu coexisterit toti tempori præterito : & ideo non sequitur , quòd sit actu infinitum positiuè simpliciter.

Vltimo aduerte, quod argumentum quintum & nonum & decimum recitata à Capreol. vbi supra inducunt ad probandum,quòd æuum non est totum simul,& tangunt hoc vnum, Deus potest creare Angelum , deinde annihilare,deinde , recreare. Præterea Deus potest creare vnum Angelum ante alium. Præterea Deus potest destruere Angelum : Quæro ergo an in instanti in quo est,aut in alio non in eo in quo est,quoniam sequeretur contradictoria , ergo in alio , ergo in æuo sunt duo instantia, ergo non est totum simul.

Ad hoc dico quòd supponitur vnum falsum , s. quòd creatio & recreatio & destructio Angeli mensuratur æuo , similiter quod ratione æui possit vnus Angelus creari ante alium hæc omnia sunt falsa.sed dicimus quod mensurantur instantibus temporis discreti , in quibus stat successio sine quantitate , & propterea non est aliud dicendum ad tria argumenta: nam cum loquemur de Angelis , tunc declarabitur , quòd in Angelis datur aliquid mensuratum æuo tantum vt esse suum: aliquid instanti temporis discreti , vt actiones instantaneæ, qualis est creatio , intellectio : aliquid tempore continuo , vt motus locales,si est continuus, vel tempore discreto , si motus est discontinuus.

ARTICVL. VI.

Vtrum sit tantum vnum æuum?

Cum ly æuum sumitur propriè ly *vnum* stat pro vno numeraliter : probat enim vnitatem æui per comparationem ad vnitatem temporis , quam dicet esse numeralem ex vnitate numerali primi motus quicunque sit ille.

Temporis acceptiones.

Ratio vnitatis temporis est vnitas primi motus. Aduerte quod tempus dupliciter consideratur : primo modo propriè & sic tantum numerus primi motus dicitur tempus vt declarabitur , secundo modo communiter : & sic numerus cuiusque successionis potest dici tempus. Et cum omnis motus habeat suam propriam successionem , sequitur quod omnis motus habebat suum proprium tempus communiter dictum: & id concedit B. Thom.in 2. distinct. 12. quæst. 1. articul. 5. ad 1e tium vt videbis In præsenti autem ar. intendit inuestigare vnitatem temporis propriè dicti , cuius vnitas pendet ab vnitate primi motus , & hoc fundatur in 4. Physicor. text 132. vbi inquit Philosophus. Si igitur prima mensura omnium proximorum , circulatio quæ regularis, maxime mensura:& Commentator in 4 Physicor. comm. 99. inquit omnes conueniunt in hoc quod tempus sequitur motum cæli , vt dicitur in x. Metaphysic. Aduerte quod Philosophus illic in text. 4. declarat per expositionem Astrologiæ,omnem motum iudicari per primum motum. Vnde inquit quapropter in Astrologia tale vnum principium & metrum , motum enim regulatem & velocissimum supponentes eum, qui est primi cæli , ad quem alios inducent. hæc ille

Si ergo tempus vsque ibi recipit vnitatem. Aduerte q̄ hæc etiam fuit intentio Commentatoris in 4. Physicor.commen. 132. vbi inquit:tempus igitur sequitur hunc motum, & esse metus accipitur in definitione eius , & ipsum mensurat non secundum quod numerus mensurat numeratum , sed secundum quòd mensurat aliquid quòd est forma i. quod est de ratione formali illius,alios vero motus mensurat secundum quòd numerus mensurat numeratum. f quod numeratum non accipitur in definitione numeri hæc ille. Et intēdit,quod alij motus sunt: mensurati sed non sunt subiectum ipsius, & ideo non cadunt in definitione eius. Ad primum vero comparatur vt mensura,& vt propria passio,& ideo definitur per ipsum,& habet vnitatem ab eo,sicut accidens trahit vnitatem vel pluralitatem à suo subiecto. Contra prædicta arguit Aureolus multipliciter vt adducit Capr. in 2. dist.2.q 2.contra primam conclusionem probans:quod tempus consequitur omnem motum vt subiectum suū , & non solum motum cælinolo illa adducere quoniam omnia probant de tempore communiter dicto, de quo non intendimus hic,nihil autem concludit de tempore propriè dicto , quoniam in solo illo est successio regularissima. Et aduerte quòd tempus per se consequitur motum primum quicunque sit ille hoc dico quoniam datur , quòd si motus primi cæli cessaret : propter hoc non destrueretur tempus simpliciter , sed consequeretur alium primum motum in quocunq; corpore poni &c. Aduerte etiam quòd Capr. respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens tangit de identitate vel distinctione temporis, & motus & an sit eadem successio in tempore & in motu, sed hæc pertinent ad 4. Phys. & illic ordinaui. q super hoc vide ju.

Secundum autem secundam opinionem, vsque in finem. Ad euidentiam huius conclusionis tria consideranda sunt: primo à quo trahit æuum vnitatem: secundò quod est illud æuiternum, in quo est subiectiuè: tertiò quid dicit æuum in tali æuiterno an sit esse ipsius, vel quid superadditum. Quantum ad primum aduerte quòd B. Thom. hic studens breuitati tangit medium & rationem vnitatis æui in hoc, quod dicit *quod cum vnumquodque mensuretur*. Sed facit proportionem inter tempus & æuum, & declarat, quòd sicut tempus sortitur vnitatem à primo motu simplicissimo, vniformi, & perfectissimo: quoniam per ipsum & vt mensura homogenea mensurat omnem alium motum ex 10. metaphys. text. 4. ita cum æuiterna sint vnius generis inquantum mensurabilia, & in eis detur primum medium & infimum, secundum doctrinam Dionysij: æuum trahit vnitatem à duratione suæ ab esse primi & simplicissimi æuiterni, quo mensuratur esse cæterorum æuiternorum.

Sed contra, quòd non sit vnum æuum tantum, quod sit in primo æuiterno, multipliciter arguit Aegidius vt adducit Capreol. in 2. distinct. 2. quæstion 2. contra sextam conclusionem: sed vt videbis pro maiori parte fundatur in quibusdam falsis.

Primo quòd Deus potest creare æuiternum simplicius: ergo æuum non est in primo æuiterno producto: hæc cõsequentia non valet, sicut nec in tempore, vt diximus suprà, sufficit enim quòd æuum sit in primo æuiterno, quodcunque donatur: nam nunc est in primo producto, si autem produceretur simplicius, esset in illo.

Secundò quod Deus est mensura omnis substantiæ, ergo omnis esse: & hoc vtique est verum de mensura hæterogeneæ sed nunc agimus de homogenea.

Tertiò quòd mensura est à mensurante: sed æuiternum primum non est causa aliorum, ergo &c. & patet quòd illa maior est falsa de causa effectiua sufficit quòd sit causa vt formalis. & secundum cognoscentem.

Quarto quod omnia æuiterna sunt eiusdem rationis, cum sint perpetua: ergo æuum non est magis in vno, quam in alio, Antecedens est falsum quo ad simplicitatem & vniformitatem: & penes has conditiones ponitur æuum in primo in quo nobiliori modo inueniuntur. Reliqua leuia sunt, vsque ad decimumtertium, ideo vide tu. Durandus autem vt recitat Capreol. vbi suprà arguit tripliciter, & primò quòd cætera æuiterna non mensurentur in comparatione ad primum: secundò & tertiò, quòd nullum æuiternum sit mensurabile per mensuram vnigenam. Primo igitur sic arguit: Duratio & quantitas durationis cuiuslibet æuiterni est notior ex sua propria ratione, quam in comparatione ad alterum, ergo non potest mensurari per comparationem ad aliquod primum. Consequentia nota, quod mensura debet esse notificatiua mensurati. Antecedens probatur, quoniam propria ratio æuiterni est, non posse deficere: & ex hac ratione constat, quòd eius duratio est perpetua: ergo non potest magis constare per comparationem ad alterum: ex consequenti vanè mensuratur per alterum æuiternum.

Ad hoc dico quòd decipitur Durandus: ignorans mensuratum per æuum, nec enim est esse perpetuum præcisè, sed hoc totum esse perpetuum tantæ vel tantæ simplicitatis, & vniformitatis: hoc autem non potest cognosci, nisi per comparationem ad aliquod primum: sicut magis, & minus calidum non agnoscitur nisi per comparationem ad primum calidum.

Secundò sic: infinita duratio non habet mensuram, quia infinito repugnat mensurari, sed cuiuslibet æuiterni duratio est infinita saltem à parte post: ergo.

Ad hoc dico quòd maior non est vera, nisi duratione successiua, quæ non est tota simul, non sic est duratio æuiterni, quoniam in ea pars non succedit parti. Et cum probat, quoniam repugnat infinito mensurari, dicitur quòd hæc non est vera, nisi de infinito materiali & de infinito formali, quod est infinitum simpliciter & positiu, sicut est Deus. De infinito autem secundum quid & negatiuè qualis est duratio æuiterni, quæ ideo dicitur infinita quia non finitur tempore, non est vera: Aliter Angelus non mensuraretur aliqua mensura nec æternitate nec æuo, nec tempore.

Tertio omne mensurabile habet rationem quanti: duratio æuiterni secundum se non est quanta cum sit tota simul, ergo. Ad hoc dico quòd maior non est vera nisi de mensurabili, mensura extensa, cum ipsum esse æuiterum sit indiuisibile, & totum simul. Vnde potius habet rationem vnitatis, quam numeri, sicut diximus de æternitate, licet deficiat ab eo quoniam secum compatitur prius & posterius, ex consequenti numerum, & propterea non concludit argumentum.

Quantum ad secundum aduerte quod B. Thom. in quodlibet quæst. 7. determinat, quod est subiectiuè in æuiterno simpliciori secundum substantiam & secundum operationem beatificam, eò quòd illud. vt sic erit primum & perfectissimum inter æuiterna, sicut subiectum temporis est corpus simplicissimum secundum substantiam, & secundum motum, quale est primum cælum. Et aduerte quòd B. Thom. sumit ly. *simpliciori* secundum substantiam, & secundum operationem beatificam coniunctim, & non diuisim, nam si diuisim sufficeret, Lucifer damnatus esset subiectum æui, quoniam posito quòd sit prior absolutè est simplicior secundum substantiam *similiter anima Christi* cum causa sit perfectior in actione beatifica omni æuiterno, esset subiectum qui.

Sed contra Æuum est mensura naturalis ergo erit subiectiuè in quo est natura simplicior, dato quòd non sit beatus. Ad hoc dico, quod licet tempus sit mensura naturalis, & tamè non compleatur nisi per opus animæ ex quarto Physicorum, sic tuitam, quoniam per ipsum primum æuiternum maximè propinquat æternitati, ex consequenti efficitur subiectum æui: quod deriuatur ab æternitate.

Quantum ad tertium, Aduerte iuxta Capreolum in 2. distinctio. 2. quæstio. 2. in responsione ad primum & sextum factum contra secundam partem conclusionis, quòd æuum non est accidens in primo æuiterno, alioquin cùm per ipsum mensurentur omnia æuiterna, mensura esset indignior mensurato, ex consequenti non est subiectiuè in eo, vt accidens in suo subiecto, sed est esse primi æuiterni, quod non distinguitur realiter ab essentia eius, & comparatur ad ipsam sicut actus ad potentiam. Sed aduerte, quod tale esse tripliciter considerãtur primò absolutè, & sic dicitur esse & actus essentiæ. Secundò vt non raptim transit, sed est rata: & sic dicitur ratio durate enim formaliter est manere in esse. Tertiò vt induit rationem vnitatis & simultatis & sic dicitur æuum, vnde æuum formaliter non est aliud nisi vnitas vniformis esse substantialis secum compatientis prius & posterius secundum operationem: & sic in hoc distinguitur ab æternitate.

Æuum quid.

Ex his videbis soluta omnia argumenta quæ recitantur à Capreolo, in secunda distinctione 2. quæstione secunda. contra secundam partem conclusionis sextæ, omnia enim probant, quòd æuum non addit aliquid absolutum distinctum realiter à substantia primi æuiterni, quod tamen stat, quòd addit aliquid, quod comparatur ad substantiam, sicut actus ad potentiam.

Quomodo tempus æuo & æternitate mensuretur.

Sed aduertè, quòd si æuum est esse primi æuiterni, videtur vt inquit Scot. & tenet in secundo distinctione 2. quæstione tertia quòd primum æuiternum non mensuretur æuo, quoniam mensura notior est mensurato, ex decimo metaphysic. Sed idem non est notius seipso. &c.

Ad hoc dico, non inconuenit idem esse notius seipso, diuersa ratione, sicut qui tenent motum cæli & tempus esse idem, dicunt quòd motus vt numeratus notior est seipso, & ideo vt stat sub numero, mensurat seipsum, sic in proposito esse primi æuiterni vt habet rationem vnitatis, est notius seipso, & vt sic est mensura suijpsius, quoniam inter mensuram & mensuratum sufficit distinctio formalis. Verum autem tempus & motus distinguantur realiter, vide in 4. Physicor. vbi ordinaui particularem quæstionem: huic autem proposito est impertinens.

In responsione ad primum, aduerte quòd Beat. Thom. intendit de æuo propriè dicto: nam de communiter dicto potest concedi dictum Esdræ: quoniam æuum communiter dictum est vnitas, siue simultas esse transmutabilis substantialiter: talis autem simultas seruatur in quolibet æuiterno, vt patet æuum autem propriè dictum est vnitas primi esse primi æuiterni, in quo vt simpliciori mensurentur alia eiusdem generis.

In responsione ad secundum, aduerte quòd intendit, licet cælum & Angelus differant genere physico, non tamen genere mensurabilium: quoniam mensurabile graduatur secundum triplex esse: scilicet transmutabile omnino, intransmutabile substantialiter tantum, in transmutabile omnino. Quæcunque conueniunt in primo mensurantur tempore: quæ in secundo, æuo: quæ in tertio æternitate: & id fuit vnum de argumentis

argumentis adductis à Capreol in 2. dist. 2. quæst. 2. contra sextam conclusionem, & est octauum in ordine.

In responsione ad tertium, Aduerte quòd intendit duo posse considerari in euiternis, primò quòd conueniant in esse intransmutabili, & hoc est per se requisitum, vt mensurentur æuo: secundò quòd simul incœperint, & hoc est per accidens, quoniam dato, quòd non simul incœperint adhuc stat esse intransmutabile, ex consequenti mensuratur æuo, & hoc fuit vnum ex argumentis Aegydij contra vnitatem æui, vt adduxit Capr. vbi supra & est quintum in ordine.

In responsione ad quartum, *non requiritur quòd illud vnum sit causa omnium*. Oppositum videtur dixisse suprà in quæstion. 2. articu. 3 cum dixit, quòd est maximè tale in aliquo genere, est causa omnium illius generis, & exemplificat de causa effectiua. Sed quòd est mensura est maximè tale, quoniam est primum illius generis, ex 10. Metaphysic. text 2. ergo &c. Ad hoc dico, q̃ suprà locutus est de mensura primò prima quæ in se continet absolutè omnes perfectiones alicuius communis &c. vt illic exposuimus: hic autem loquitur de mensura proxima quæ dicitur esse prima species alicuius generis & hanc non est necesse esse causam effectiuam, sed causam cognoscendi omnem gradum perfectionis illius generis secundum maiorem, vel minorem propinquitatem ad illud primum. Concedo igitur, quòd mensura primò prima ipsius Angeli, quæ est diuina substantia, est causa effectiua, non autem proxima quale est æuum, sicut albedo respectu aliorum colorum, & aurum ad alia metalla comparatum, sufficit enim quòd hæc sint causa cognoscendi.

QVÆSTIO VNDECIMA

ARTICVL. I.

Vtrum vnum addat aliquid supra ens?

CIRCA hanc quæst. antequam deueniam ad articulum duo inuestiganda sunt, primo quare B. Thom. tractans de vnitate diuina, primo tractat de vnitate per comparationem ad ens, & ad multa cùm hæc præcisè ad metaphysicum pertineat: secundum quare B. Tho. ponit hanc quæstionem vndecimam de vnitate cum ens prius diuidatur per vnum & multa quam per simplex & compositum, perfectum, & imperfectum, &c. ergo post secundam quæstionem in qua concluit existentiam Dei, debuit inuestigare de vnitate,

Quantum ad primum, dico quòd id fecit, quia in hoc tractatu agit de primo separato, modo metaphysico inuestigando scilicet, eius prædicata quidditatiua & proprietates doctrina autem metaphysicalis requirit quòd consideratio communis præcedat. Vnde Arist. ante 12. Metaphysic. posuit librum quidditatum vbi agit determinis primis metaphysicalibus inuestigans quotupliciter dicantur. Sed dices cùm B. Thom. agat de Deo vt est perfectus, vt infinitus, vt immutabilis, vt sciens, vt volens &c. Cur ergo prius non agit de his in communi sicut de vno.

Ratio ordinis doctrinæ Thomist.

Ad hoc doco, quòd Bea. Thom. ideo non agit nisi de transcendentibus vt bono, vno, vero, & ratio est, quia hæc sunt prima simpliciter, quorum notitia simpliciter supponitur in omni cognoscibili: & ideo prius debent notificari in communi Sed dices, hæc notificara sunt in metaphysicis, ergo &c. Respondeo non ita clarè resolutè, & vnitè: & ideo 8. Thom. instruens nouitios, bonum existimuit tradere prius in communi. horum transcendentium cognitionem. Quantum ad secundum dico vt dixi in quæst. de bono, quòd iste tractatus non ordinatur secundum ordinem, diuisionis, entis sed vt Deus venit in cognitionem intellectus viatoris, & hoc sit, vt dixit B. at. Thom. introducens quæstionem tertiam potius temoriùs quam affirmatiuè: via ergo temotionis inuestigauit pluralitet, vt prædicata quidditatiua, simplicitatem perfectionem, infinitatem, immutabilitatem, ad quam sequitur æternitas: nunc autem imitando Aristotelem in 12. Metaphysic. agit de vnitate, vt opponitur pluralitati, sic enim processit philosophus in 12. Nam incipiens à texto 3. vsque ad 36. inuestigat, & probat, quòd datur aliqua substantia æterna, immaterialis, quæ est actus. A text. autem 36. vsque ad 42. inuestigat perfectionem eius quomodo, scilicet est primum intelligibile, primum appetibile, penitus immobile, impassibile, inalterabile, indiuisibile: A text. autem 42. vsque ad textum 51. agit de vnitate, & pluralitate eius: A textu 51. vsque in finem agit de operatione eius intellectuali, & quomodo disponit vniuersum, sicut dux exercitum.

Vnum non addit supra ens rem aliquam, sed tantum negationem diuisionis, Aduerte quod hic intendit de vno transcendenti, & non de numerali. De illo namque loquitur in responsione ad primum.

Vnũ trãscendẽs & vnum numerale.

Aduerte secundò, quòd B. Tho. non immorarur ad id probandum quasi supponeas vt clarum, quòd addit tantum rationem quæ non est aliqua natura, & ideo vide in 4. Metaphysic super text. 36. qui incipit *si igitur ens, & vnum idem &c.* vbi Philosophus adducit duas rationes ad hoc propositum: prima incipit ibi, *Idem enim numero homo, & ens homo.* & stat in hoc quæ vnitertio sunt eadem, inter se sunt eadem, & secunda incipit ibi, *amplius autem cuiusque substantia.* & vtrumque formaliter Beat. Thom. exponens illum text. vide tu, & conformat se commentatori in comment. 3. super eundem textum.

Sed aduerte quòd Scotistæ præcipuè Antoni Andreas in 4. Metaphysic. quæstion. 3. dupliciter insurgit contra B. Thom. & Commentatorem: primo conatur soluere secundam rationem B. Thom. quam etiam tangit in solutione primi in hoc articu. ibi, *si enim aliquid aliud esset vna* & dicit quòd peccat per fallaciam figuræ dictionis, mutando quo in quod. Sed quòd hæc solutio non valeat, declarauimus in 4. Metaphy. in quæst. nostris, & est quæst. 4. & vide in ea ibi. Istam rationem reprobat Anton. Andreas dicens, & non discedo à sensu Expositoris: in hoc, in responsione ad primum Secundo tenet, quòd formale in vno est positiuũ, ex consequenti addit positum suprà ens, non tamen illud additum est distinctum realiter ab ente, quoniam apud ipsum passio non distinguitur realiter à suo subiecto: quòd igitur dicat formaliter positiuum, probat in eadem quæ ibi. *Dimissa igitur opinione*, & arguit quadrupliciter. & postquam formauit rationes suas, adducit solutionem, quæ est ad mentem B. Thom. scilicet quod vnum dicit materiale & hæc est entitas: formale, & hæc est negatio diuisionis, Ratione materialis, dicit perfectionem, suscipit magis & minus, & non ratione sui formalis Sed contra hanc solutionem arguit quia vnum est passio entis: ergo vel ratione entis, vel ratione supradditi: non ratione entis, quia idem non est passio suipsius: ergo ratione additi: ergo additum est positiuum. Sed ad hoc negatur diuisio, vt insufficiens. Dicimus enim quòd ens, vt stat sub indiuisione, est passio entis. Tu igitur vide rationes eius in nostris quæstionib. in 4. Metaphys. quæst. 8. ibi, *Esse vnum Scotisticum.* Eadem recitat expositor in hoc argum. & sigillatim soluit: solutiones eius, vide ad placitum.

In responsione ad primum: *Pytagoras enim & Plato &c.* Aduertè quòd Aristoteles in 3. Metaphy. text. 16 adducit has opiniones, Bea. Thom. in lec. 12. eiusdem lib. in fine lectionis clarans, quid dicendum sit secundum veritatem, facit quasi eandem determinationem quam & hic, Videtu è contrario Auicenn. & aduerte quòd intentio Auicen æ potest haberi ex tertio libro suæ Metaphysicæ cap. 5. vbi inquit vnitas est intentio, quæ est accidens Sed quoniam hoc est propositum metaphysicale, & totum pertractat in 4. Metaphy. q 7. vbi adduxi plures textus Auicennæ, & rationes eius, & solui: ideo recurre illuc.

Sed vnum quid est principium numeri addit aliquid suprà ens esse vnum quod est principium numeri addit aliquid suprà ens, esse vnum, quod est principium numeri: quòd sic illud accidens de genere quantitatis pertractaui in 4. Metaphy. q. 8 ibi, *Esse vnum numerale.* Illic defendimus viam Capreol & reprobauimus sententiam Pauli Soncinatis. ideo recurre illuc.

In responsione ad secundum aduerte, quòd Bea. Thom. non curauit de maiori, scilicet omne quod diuidit aliquod commune, addit suprà illud: quoniam de addito realiter, est manifestè falsa, sed sufficit, quòd ita ratione eius includat aliquid siue positiuum, siue priuatiuum, quod non includit ipsum commune diuisum: sic vnum & etiam multa addunt super ens: alterum quidem in diuisionem, alterum autem diuisionem Immotatus igitur circa nominem, declarans qualis est hæc diuisio entis in vnum & multa: & intendit quòd quòd est diuisio ex æquo, sicut par, & impar diuiduntur numerum: talis enim est natura diuisionis ex æquo, q. vnum extremum non participat de altero, imo excludit: sed multa participant vno, quoniam nulla sunt ab eo diuisa, quin habeant aliquam indiuisionem, vt declarat D. Thom. super Dionysium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sium. Est igitur diuisio non ex æquo, sed simpliciter quidem in vnum: quare omne quod est, est vnum, & quanto magis est ens, tanto magis est vnum: vt patet in separatis ascendendo, & secundum quid in multa, eo quòd multa præcisè non continentur sub ente, nisi vt habent aliquam vnitatem: & huius signum est, quòd aliquid vnum nullo modo in multa diuidit ens, nulla autem multa nisi aliquo modo sint vnum, sunt ens. Ex quibus patet, quòd licet vnum videatur esse pars diuisi, tamen adæquatur diuiso, & conuertitur cum eo, quoniam multa non sunt alia pars diuisi, nisi sapiant naturam vnius: sicut possumus dicere quod sanum simpliciter diuiditur in sanum, quod est animal, & secundum quid in sanum, vt vrina, quoniam id non dicitur sanum, nisi in ordine ad animal; & propterea sanum adæquatur animali.

ARTICVL. II.

Vtrum vnum, & multa opponantur?

CIrca titul. Aduerte quòd ly *multa* viuersaliter. ideſt tam in transcendenter quam in quantitate.

Nam vnum quod est principium numeri, & aduerte quòd Beatus Thom. hic studens breuitati, alligat inter vnum principium numeri, & multa in quantitate, solam oppositionem relatiuã, sed in primo distinct. 24. quæst. art. 1. tertio ad quartum declarat quomodo potest habere oppositionem relatiuam, & contrariam, & etiam nullam, prout est constituens multitudinem.

Vnum vero, quod conuertitur cum ente, & aduerte quòd licet tã hic, quam in primo distinct. 24. quæstion. 1. vbi suprà inter vnum transcendenter, & multa transcendenter non assignat nisi oppositionem priuatiuam, tamen potest assignari oppositio reuelatiua, prout vnum est principium siue mensura numeri transcendentet: potest etiam aliquari nulla oppositio, si sumatur siue præcisione conformiter vt dicit de vno principio numeri. Oppositionem vero priuatiuam non intelliges puram quoniam vnum non est mera priuatio: & ideo Philosophus in x. Metaphysic. text. 9. reducit hanc oppositionem ad contrariam, vt videbis.

Sed dices ergo Beat. Thom. in hoc articulo est diminutus quoniam non assignat omnes modos oppositionis inter vnum & multa. Ad hoc dico quòd Beat. Thom. sufficit assignare modo famosiores & notiores, imitando Philosophum in x. Metaphysic. qui tantum duos assignauit nam oppositionem relatiuam, vt inter mensuram, & mensurabile assignauit in x. lib. text. 71 ibi, *Opponitur autem vnum multis vt metrum*, & oppositionem autem priuatiuam assignauit in text. 9. ibi, *Opponuntur autem vnum, & multa.* alijs autem sufficit vt assignauit in primo sententiarum.

In responsione ad primum, aduerte quòd primò immoratur ad declarandum veritatem illius minoris. *Sed omnis multitudo est quodammodo vnum* & intendit hoc ideo esse, quia trãscendentia dicunt actus siue formas generales, quæ cum supponantur omnibus fundant suas priuationes: nam malum fundatur in bono, & multitudo, quæ dicit priuationem vnitatis, fundatur in vno, quoniam omne quod est, aliquo modo vnum est. Non sic autem reperitur in formis specialibus, quoniam non supponuntur omnibus: & propterea licet tenebræ fundentur in ente, puta in aëre, non tamen in luce, sicut ergo ista est vera: Malum est quoddam bonum, ratione subiecti, sic omnis multitudo est quoddam vnum, quia includit aliquam indiuisionem, vt multa numero, indiuisionem in specie &c. vt dixit in primo articulo. ad secundum: De illam maiorẽ, *Nullum oppositum praedicatur de suo opposito* esse veram tantum, quando vtrumque est simpliciter tale, puta bonum simpliciter, non est malum simpliciter: cum hoc tamen stat, quòd malum simpliciter est bonum secundum quid, & similiter multa simpliciter, sunt vnum secũdum quid. Aduerte tamen, quòd nunc loquimur de oppositis transcendentibus. Vtrum autem in oppositis specialibus, vnum secundum quid prædicetur de altero simpliciter tali, puta quòd hæc sit vera, album simpliciter, est nigrum secundum quid, non determino pro nunc: spectat enim ad illud, vtrum contraria secompatiantur in gradibus inæqualibus, puta calidum vt. 8. frigidum vt 2.

In responsione ad secundum, Aduerte duo, primò quòd idem argumentum formatur in primo distinctio. 24. quæstion. 1. articulo tertio, & responsio formalis stat in hoc, quòd vnum vt componit, non opponitur. Nam vt componit, non dicit priuationem diuisionis, quam ponit multitudo: sed dicit priuationem diuisionis in seipso, nam vnum est, quod in se indiuisum est, & vt componit multitudinem secundo quòd illa propositio Beat. Thom. *non quod vnitates constituant multitudinem secundum id, quod habent &c.* vsque ibi, *de entitate &c.* sic habet intelligi, vnum ratione indiuisionis præhse cit negatio.

Negatio autem non potest esse pars aliculus entis positiui, sicut nec negatio domus est pars domus: igitur erit pars, pro vt vnum dicit vnitatem non abstracti è, sed vt stat sub indiuisione: ex consequenti ratione entitatis est pars: sed conditio sine qua non est ipsa indiuisio; sicut lapis est pars domus, vt stat sub hac negatione, quòd non est habens in se formam domus.

In responsione ad tertium, Aduerte quòd hoc argumentum est Philosophi in x. Metaphysic. textu 20. & responsio Beati Thomæ, est responsio Philosophi in eodem textu: ibi, *Vno quidem modo si fuerit multitudo habens excedentiam &c.* Et sic concludit Philosophus. sic igitur sunt multa, vt ipsa duo: vt autem multitudo habens excedentiam non sunt.

In resposione ad quartum, Aduerte primò eandem responsionem habes à Beat. Tho. in 4. Metaphys. supra textũ quartum in lect. tertia ibi, *Sciendum est autem quòd quamuis vnum importet*, & in 10. Metaphysic. super textum 9 vbi Philosophus declara. quomodo multitudo ratione, id est cognitione nostra est prior vno, quoniam sensibiliora: & Beat. Thom. illic adducit duo dubia, quorum secundum est argumentum quartum huius articuli: & respondet vt hic licet diffusius: ita quòd ex illa intelligas hanc. Aduerte secundo quòd in illa propositione, *Vnde oportet quod diuisio sit prior vnitate non simpliciter.* vt ly, *non simpliciter* sit ad differentiam prioritatis quam habet vnum comparatum multitudini: nam vtrumque dicit aliquam naturam vt patet & interea non conuertitur subsistenti consequentia: ergo vnum prius est simpliciter multitudine. Diuisio autem cum sit negatio, non dicit aliquam naturam, nec datur in rerum natura secundum esse reale ens diuisum plus vno: & tamen non inconuenit in rerum natura dari vnum, non data multitudine ergo diuisio non est simpliciter prior vno, sed secundum rationem nostræ apprehensionis: quòd quomodo fiat declarabo post pauca. Sed contra, habitus est prior simpliciter priuatione, sed diuisio est habitus & in diuisio, quæ importatur per vnum est priuatio: ergo &c.

Ad hoc dico, quòd maior non est vera, nisi de habitu importanti aliquid positiuum, qualis non est negatio: vnde sufficit talem habitum esse priorem in esse cognoscibili. nec est intentio Beat. Thom quod diuisio sit verè habitus. Sed est vt habitus. & ideo sufficit, vt sit prior, vel re, vel cognitione nostra.

Sed multitudo etiam secundum rationem &c. Aduerte quòd intendit multitudinem, vt multitudinem esse potentiorem vnitate & reliquia principiata sunt ex vno, & ratione, ideſt apprehensione: quia non apprehendimus aliqua duo esse multa, nisi prius apprehendamus vnumquodque esse indiuisum in seipso, ex conseqũenti vnum. Multitudo autẽ, vt importat diuisionem: prior est apprehensione, vt nunc declarabo.

Sed diuisio cadit in intellectu, & ipsa negatione entis &c. Aduerte quòd ly, *diuisio* vt dicit Beat. Thom in quarto Metaphysic. lect 3. non stat pro diuisione quantitatiua: illa enim est determinati generis, sed pro diuisione formali, siue metaphysic. Quæ quidem potest esse duplex, prima inter ens, & non ens & hæc seruatur in omni conditione: secundo inter vnum ens & aliud ens, primæ dicitur diuisio secundum extrema contradictionis, secunda dicitur diuisio inter extrema positiua: Exemplum primæ homo est homo, & non est non homo. exẽplum secundæ. homo est homo, & non est lapis. Sed hæc secunda adhuc est duplex, quoniam quædam est negatio inter duo extrema positiua, siue etiam non sint in rerum natura, siue tantum vnum illorum sit, vt rosa generanda non est pomum generandum, vel rosa existens, non est pomum generandum: quædam autem est relatio realis inter duo extrema positiua, quorum vtrumque est in rerum natura, vt Deus non est ex lum. Aduerte igitur, quòd cum Beat. Tho. dicit. *Sed diuisio cadit in intellectu &c.* intendit de diuisione formali, quæ est inter extrema contradictionis, & de diuisione fotmali inter extrema positiua. Quorum tamen vtrumque non est necesse esse in rerum natura, ita quod sic procedimus ad conceptum vnius, primo apprehendimus quod hoc est ens: secundo quod non est

Vnũ, multitudini prius est natura, sed multitudo prior secundum cognitionẽ nostrã.

Ordo seu mad cognitionẽ vnius & multitudinis.

non est non ens: tertio quòd non est illud, vel illud ens, puta lapis generandus, ex consequenti est indiuisum in se, & diuisum à quolibet alio ente, possibili poni, ergo est vnum. In quarto autem gradu sic attingimus conceptum multitudinis, hoc est ens existens indiuisum in se, & hoc est ens indiuisum in se: & hoc non est illud, cum tamen vtrumque sit in rerum natura: ergo sunt duo. Sed hic sunt duo dubia. primum est quòd Beat. Thom. dicit, quia hoc ens non est du, & illud ens: ergo diuisio entis ab ente est in secundo gradu non in tertio vt dictum est.

Ad hoc dico quòd in ly, secundo complexus est duos modos distinctos formaliter. s. distinctos inter extrema contradictionis, & inter extrema positiua, quorum tamen vtrumque nõ est necesse esse in rerum natura: vnde in 4. Meta. lect 3. dicit. V. num, quod conuertitur cum ente, importat priuationem diuisionis formalis, cuius prima radix est oppositio affirmationis, & negationis: in declaratione autem quam fecimus, distinximus primum & secundum pro euidentiori doctrina, ex consequenti secundus assignatus à D. Thom. est tertius in ordine, quoniam ipsum non expresse posuit.

Secundum dubium est, quare diuisio vt est relatio inter duo extrema, positiua, existentia, non est de ratione vnius, cùm dicatur illud esse vnum, quod est indiuisum in se, & diuisum à quolibet alio.

Ad hoc dico, quòd hoc ideo est, quia accidit ipsi enti vni, vt vnum est, quòd ponatur alterum. non ipso posito. Nam Deus ante mundum erat vnus, tamen non diuisus hac diuisione à quocunque alio: quia nihil aliud erat: & cum dicitur *quia de ratione vnius est &c.* Respondeo quòd ly, diuisum à quolibet alio stat pro diuisione inter extrema, quorum vnum sufficit esse in rerum natura, aliud possibile sit esse: vnde ante mundum hæc erat vera, Deus est indiuisus in se, & diuisus à quolibet alio, possibili esse.

ARTICVL. III.

Vtrum Deus sit vnus?

CIrca titul. aduerte quòd ly, *vnus* opponitur plurificabili quocunque modo, siue specie, & æquipollet huic. Vtrum possint esse plures Dij.

Circa rationes B. Thom. non cadit difficultas stantib. fundamentis actis, quòd in Deo sit idem penitus, suppositum & natura. & quòd sit vniuersaliter perfectus, & quòd est ordinans omnia &c. tu tamen aduerte quod Scot. in 1. d. 2. qõ. 1. conatur probare idem septem rationib. quas vt singulares sibi attribuit: sed quòd non sint magnæ efficaciæ, conatur ostendere Ioann. Bacon in 1. d. 2. q. 1. verum quia soluit etiam virtualiter secundam rationem B. Thom. Ideo vide in 12. Meta. q. nostram penultimam, vbi plenius de hoc pertractauimus.

ARTICVL. IIII.

Vtrum Deus sit maximè vnus?

IN hoc articulo non cadit difficultas: nisi in responsione ad primum cũ dicit *Tamen secundum quod eius oppositum recipit magis* ex his videtur innuere, quòd indiuisio recipit magis non secundum se. sed pro vt diuisio, quæ est ei opposita, recipit magis. & minus.

Sed contra diuisio vel est negatio vel relatio, vt diximus in articul. 1. sed neque negatio, neque relatio recipiunt, &c. cum abstrahant à perfectione. & imperfectione.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non sistit in diuisione, vt est negatio vel relatio, sed eam reducit ad fundamentum sui, quod comparatum alteri, potest dici magis & minus diuisum ab eo, vt homo minus diuiditur ab asino, quam à planta, & à planta minus quam à lapide: sicut ergo relatio recipit magis, & minus secundum fundamẽtum illud *est magis simile, quod est magis album sic diuisio &c.* propterea B. Thom. non dicit diuisionem suscipere magis, & minus pro quãto est maior diuisio, vel minor, sed P quãto aliqua sunt magis, vel minus diuisa vel nullo modo.

QVÆSTIO DVODECIMA.

ARTICVL. I.

Vtrum intellectus creatus possit videre Deum per essentiam?

Cognitio quid est. in quo cõsistat.

CIRCA titul. ly, *creatus* stat in tota sua latitudine, siue Angelicus siue humanus, ly, *posse* stat abstractè per potentiam, quæ sit in seipso, vel per potentiam extrinsecam per quam deducatur in hanc sublimitatem: ly, *videre Deum quidditatiue* est cognoscere eius prædicata propria, subsistentialia, & non sistere in prædicatis cõib. Tunc enim completur quod quid est. ex 6. Metaph. sic. quando vltimam differentiam attingimus id autem fieri non potest ax doctrina B. Thom. nisi per effectum adæquatum, aut per speciem sufficienter repræsentatiuam obiecti, aut per ipsum obiectum, quod per seipsum vnitur intellectui: igitur si aliquis horum trium modorum erit intellectui creato possibilis, potent videre Deum per essentiam siue autem, non.

Sed quod est maximè cognoscibile &c. vsque ibi *supra intellectum*, & aduerte quòd per ly, *excessum supra intellectum*, intendit hanc difficultatem vel impossibilitatem prouenire præcisè exparte intelligentis.

Hæcigitur attendentes quidam &c. Aduerte quòd inter eos non fuit Auicenn. ipse enim libro nono, tuæ metaphysicæ capite tertio. dicit quòd causa prima est desiderata abomni intelligentia vt motor vniuersalis. Desiderium autem inseparatis est intellectuale, & in capitulo quatro dicit, quòd prima intelligentia producta intelligit simpliciter principium: quod est prima causa, & intelligit seipsam. in eodem lib. metaphysic. capit. tenet quod est commune cuilibet intelligentiæ, intelligere suum producens, vt principium proprium: ergo B. Tho. vt benedicit Expositor, non intendit arguere contra Auicenn: neque enim Auienn. erat fidelis: vnde vanè obligasset ipsũ ad fidem quod tamen facit, cum dicit. *quod est alienum à fide.* intendit igitur arguere contra aliquos Christianos, qui erant illius sententiæ.

Si vnquam essentiam Dei vide potest intellectus creatus & vsque ibi *alienum a fide* Aduerte quòd hæc consequentia non concederetur à tuto philosopho, qui diceret cum Aristotel x. Ethicorum, quòd vltima felicitas consistit in cognitione Dei, non faciali, sed qualis potest haberi ex effectibus, & ex studio scientiarum speculatiarum præcipuè ex metaphysica. Et propterea Beat. Thom id considerans in tertio contra Gent. probat contra philosophos, quòd non consistit in cognitione Dei, quæ habetur communiter, neque per demonstrationem neque per fidem neque per scientias speculatiuas, vt videre poteris in comment. 38. 39. 40. & quadragesimo primo. Obligat autem præ licta consequentia fidelem, quoniam acceptat scripturam, in qua dicitur, videbimus eum, sicuti est.

In ipso enim est vltima perfectio &c. Aduerte quòd falsitatem consequentis manifestat dupliciter. primò, quia est contra fidem, secundo manifestat ratione, cuius assumptum est hæc propositio supposita vt vera: quòd Deus est primum principium productuum creaturæ rationalis: quam propositionem dicit Expositor esse creditam, & ex hac credita deducit consequentiam.

Sed hoc dictum non est Thomisticum: quoniam Beat. Tho. in sua quæstion 44. articul 1. probat etiam de mente Platon. & Aristotel. esse aliud à Deo, esse productum ab ipso. Itaque sub fide cadit solum productio in tempore, & non ab æterno igitur propositio illa non est necessariò credita: ex consequenti deductio B. Thom. est ex principio demonstrabili, nec inconuenit aliquam rationem concludere apud fidelem, quæ procedit non solum ex aliquo credito, sed etiam ex aliquo naturaliter cognito.

Si igitur intellectus creaturæ rationalis pertingere non possit &c. vsque in finem. Aduerte quòd Beat. Thom. videtur in endere naturale desiderium inesse creaturæ intellectuali videndi diuinam essentiam, quod tamen non videtur verum primò quia finis beatificus esset nobis naturalis. & tamen dixit in qõ. 1. articul. 1. quòd homo ordinatur in finem excedentem rationem omnem, & facultatem naturalem: ergo finis ille est supernaturalis.

Præterea hoc est incidere in sententiam Scoti, qui vult finem beatificum esse naturalem: licet denominatione extrinsecam

Universidad de Deusto
Biblioteca

catur supernaturalis, vt declaraui in q.1 super primum articulum: cuius tamen argumentum illic solutum est, & negatum quòd visio diuina subitantialis sit nobis naturalis.

Præterea si hæc cognitio esset nobis naturalis, haberemus in nobis naturalia principia quib. possemus illam consequi. vanum enim est arbitrari aliquid naturaliter ordinari in aliquem finem. Vnde dicit Philosophus in 2. Cæli, si alia essent mobilia motu progressiuo, natura dedisset eis organa ad talem motũ: vnde dicit ibi in text. 50. irrationale videtur, nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum, nihil enim vt contingit ideest qualecunque facie natura: hæc ille. Ex his igitur videtur, q̃ non insit nobis naturale desiderium videndi diuinã essentiam cuius tamen oppositum intendit B. Thom. in hac secunda ratione, & manifestius in 3 contra Gent. 50. per totum.

Desiderũ videndi Deũ quomodo sit naturale homini

Ad euidentiam horum propono quòd tota hæc quæstio est merè Theologica, & conatur B. Thom. procedere ex reuelatis & acceptatis à fideli, propterea rationes eius & si non philosopho, tamen fideli efficaces sunt. Secundò quòd cum sola natura intellectualis, sit illa, quæ est cognoscitiua Dei, & Deus dupliciter, cognoscibilis sit, s. vt causa & in se. secundum essentiam suam, & vt est causa dupliciter, primo vt causa vniuersalis, secundo vt causa particularis, quorundam effectuum, qui non possunt esse nisi à solo Deo. vt gratia, &c. ipsa inquã natura intellectualis alio modo consideratur à philosopho, alio modo à Theologo, vt docet B. Thom. in 2 contra gent. cap. 4. Nam à philosopho consideratur vt est talis naturæ, vt habet tales proprietates, consequentes naturam, vt potest sic operari, & tantum operari ex principiis actiuis suis intrinsecis, à Theologo cosideratur vt creata est à Deo ad ipsum Deum, vt obiectum beatificum, & hoc notum est theologo ex reuelatis. Ex his dico, quòd considerato homine secundum philosophum, nihil est sibi naturale, nisi in quod potest per mera principia actiua sibi intrinseca, ex consequẽti dicet philosophus, quòd cũ desiderium absolutè sit possibilium, homo non desideret scire nisi quæ potest cognoscere per intellectum agentẽ & possibilem. Conitat autem, quòd posita tota virtute intellectus agentis: non potest pertingere ad speculationem diuinæ essentiæ, ex consequenti non habet desiderium naturale ad hoc: considerato autem homine, vt ordinatur in Deum, vt in obiectum beatificum: sicut sibi in scriptura reuelatum est, dicet Theologus quòd naturaliter desiderat istam speculationem: quoniam cum credat se esse creatum ad illum finem, nulla alia cognitio, quam habeat de Deo quietat eum. Vnde licet cognoscat Deũ esse creatorem omnium, & prouisorem, & ipsum solum esse auctorem gratiæ & sanctificãtem creaturas rationales, tamen non quiescit, nisi sciat intrinsecè qualis est hic creator, & quæ sit subitantia eius, ex consequenti habeat facialem cognitionẽ.

Ad obiectiones igitur, dico, ad primam, quòd B Thom. in principio artic. dicit finem beatificum esse supernaturalem homini absolutè consideratо: & quia trahit hominem ad statum diuinum, vt diximus illic qui est status supernaturalis.

Ad secundam nego quòd id sit incidere in sententiam Scoti, quoniam vult ipse talem finem esse naturalem, quocunque modo homo consideratur: nam vt diximus in 1. artt. vult Scot. nullam supernaturalitatem conuenire potentiæ passiuæ, comparatæ actui suo, & in hoc deceptus est, vt illic ostendimus.

Ad tertiam nego consequentiam ad probationem: non valet nisi in eo, quod est naturale alicui abstractè consideratо, & ad hoc præcise tendit intentio Philosophi in secũdo Cæli, vbi loquitur de motu conuenienti cælo, vt cælum est: non autem valet in eo, quod est naturale alicui propter ordinem ad alterum: noam calor naturalis naturaliter generat carnem, non inquantum calor, sed vt coniunctus est animę: & ideo non est necesse quòd in se habeat, & ex se virtutem generandi carnem, sed id sibi confert anima: sic Deus confert homini vt ordinetur in Deum per gratiam, & lumen, quo pertingit ad speculationem diuinæ essentiæ.

Sed contra B Thom. in tertio contra Genti. ca. 50. probat absolutè quòd subitantia intellectualis separata, desiderat naturaliter videre diuinam essentiam, ergo non solum inquantum ordinatur in Deum, vt in finem beatificum.

Ad hoc dico quòd eum B. Tho. in 1. lib. contra Gent. c. 4. determinasset, non considerari creaturam à Thelo. nisi vt ordinatam in Deum, aliter Deus non esset subiectum adæquatum in hac scientia, non fuit sibi necesse: totiens replicare idem: sed semper debent sermones eius intelligi circa hanc materiam, in eo sensu, in quo dixerat in 1. lib.

Vnde simpliciter concedendum est quòd beati &c. Aduerte quòd hæc conclusio infertur ex illis consequentiis. Beati vident, effectus Dei, ergo desiderant videre causam, ergo essentiam Dei. Ex his duab. prima est formaliter vera, secunda autem valet sic materia, quoniam vt inquit B. Tho. in 3. contra Gẽt. c. 50. Ex hoc quòd subitantiæ separatæ cognoscunt omnium rerum subitantias, quarum vident, Deum esse causam, non quiescit earum naturale desiderium, nisi etiam ipsius Dei subitantiam videant. Dixi autem quòd valet de materia, quoniam absolutè non tenet: aliter concluderet etiam de puro philosopho: nam ex quo cognoscit effectum primæ causæ, pura motũ æternum, desiderat scire primam causam, & tamen non sequitur vt suprà diximus quòd naturaliter desideret scire essentiam suam, cum non habeat facultatem perueniendi ad talem statũ.

Inter Deũ et intellectum humanũ est aliquis proportionalis inæqualitas.

In responsione ad quartum *proportio dicitur dupliciter*: Aduerte quòd hæc distinctio trahitur ex 5. Metaphysic. in capi. de ad aliquid, vbi Philoso. dicit quod inter quotcunque numeros est determinata proportio: quoniam omnes numeri mensurabiles sunt vna communi mensura, scilicet vnitate aliquoties replicata, sed non inter omnes quantitates continuas est determinata proportio: quia non omnes sunt mẽsurabiles vna communi mensura vt costa, & diameter quadrati, licet autem non sit inter eos determinata proportio, est tamen proportio aliqua, quoniam autem sunt inæquales aut æquales aut vna est continens, aut altera est contenta continens autem est quid tantum, & amplius: sed hoc est indeterminatum, inquit Philosophus. Ad propositum B. Thom applicat illam indeterminatam proportionem ad Deum, & creaturam, quoniam vera est, creaturam esse inæqualem Deo, & contineri in Deo excessu tamen indeterminato. Eandem proportionem ponimus inter causam illimitatam, & effectum limitatum, inter potentiam determinatè perfectibilem, & actum potentem perficere infinitum. Et quoniam sic Deus se habet ad creaturam vt effectum & ad intellectum creatum, vt perfectibi em determinatum, Deus autem vt omnibus potens perficere in infinitum. Ideo stat proportio inter Deum & intellectum creatum, licet indeterminata tamquam inter costam, & diamettrum.

ARTICVL. II.

Virum essentia Dei ab intellecto creato per aliquam similitudinem videtur?

CIrca titul. ly. *per aliquam similitudinem*, stat absolutè & non solùm ex parte videntis, vel solum ex parte rei visæ: principalis tamen intentio est de similitudine ex parte rei visæ, quoniam omnis cognitio videtur fieri per assimilationem.

Si autem esset vna & eadem res, & vsque ibi, *& formam per quã*, Aduerte quòd in hac conditionali sic intendit, si aliquid produceret potentiam visiuam, & ab eadem videretur, potentia visiua esset effectus eius, & imprimeret ei formam per quam, vel sub qua potentia visiua videret. Itaque ly. *formam* stat à parte vdentis & hæc forma esset lumen impressum oculo, sicut apparet in oculo cæci, tunc videns dupliciter forma videretur autorem potentiæ visiuæ, primo videret potentia visiua, quæ est quoddam lumen: omne enim manifestiuum, & cognoscitiuum lumen est, secundò videret lumine in ipso oculo.

Intellectus humanus dupliciter inuenitur illustratus à Deum.

Manifestum est autem, & vsque ibi *sequitur ergo*. Aduerte quod dixit de potentia visiua: applicat ad intellectum, & intendit q cum Deus sit autor potentiæ intellectiuæ, & possit ab ea intelligi necesse est, quòd producat eam, vt quoddam lumen, & vltra hoc quòd imprimat ei quoddam lumen, quo eleuetur &c. Ita quòd creatura intellectualis, videt Deum duplici lumine. f naturali. i. ipso intellectu & supernatuali impresso, de quo dicemus infra. Sed vtrumque lumen B Thom: comprehendit sub virtute intellectuali, & sic talis virtus non est solus intellectus: sed intellectus cum lumine impresso, si autem virtus videndi in cæco est potentia visiua, cum tali lumine impresso in organo visus, quomodo potest in tenebris illustrari, medium?

Sed ex parte rei visæ, quam necesse est, & scias quòd vt adducit Capr in 4. distt. 49 q 5. contra primam. Aureolus arguit contra conclusionem, deinde soluit tres rationes, quas Beat. Thom. hic adducit.

Contra conclusionem sic arguit: actus quo videtur diuina essentia est expressiua similitudo eiusdem essentiæ: hanc probat pluribus dictis Augustini vt videbis, & ratione, quoniam per visionem ponitur diuina essentia in esse apparenti & conspicuo ante intellectum beati, ergo est similitudo, & repræsentatiuum ipsius essentiæ: & deinde subsumit quòd cum talis actus sit quid creatum, est quid limitatum, & finitum, ergo non inconuenit aliquam speciem creatam esse repræsentatiuam essentiæ infinitæ.

Ad hoc dicitur ad mentem Capreoli: maiotem esse falsam: Ad dicta augustini dicimus quòd visio nec cognitio est expressa similitudo obiecti, vt visio est. sed hoc habet ratione principij ipsius, quæ est species repræsentatiua quæ in actu beatifico non est nisi diuina essentia: quæ est vt forma intelligibilis: Ad probatio. nego similiter, quòd actus ipse secundum se ponat in esse apparenti diuinã essentiam, hoc enim habet ex principio actus, vt dixi, & ex verbo, siue conceptu formato: quando per actum intelligendi formatur, & hoc dico: quoniam beatus non format verbum de diuina essentia, vt dictum est.

Nulla species creata repræsentare potest essentiam diuinam.

Ad primam rationem B. Thom. dicit Aureol. quòd aliqua species potest dici infectioris ordinis dupliciter, primo tranſitiuè vt sit sensus, species quæ est repræsentatiua rei inferioris ordinis, non est principium cognoscendi clarè rem superioris ordinis, vt per speciem repræsentatiuam corporis, non possum clarè cognoscere subitantiam separatam, & in hoc sensu propositio est vera: hæc fuit intẽtio Dionysij. Et ex hoc infertur, quòd per nullam speciem repræsentatiuam creaturæ potest clarè cognosci diuina essentia. Secundo intransitiuè vt sit sensus per nullam speciem, quæ essentialiter vel secundum esse est inferioris ordinis quam sit suum obiectum potest cognosci: & hic propositio est falsa, quoniam species lapidis est inferior quo ad esse, quam subitantia lapidis, cum sit accidens, & tamen sufficienter per ipsum cognoscitur lapis, quoniam in te præsentari adæquatur lapidi, sic dicit in proposito, licet omnis species creata sit inferior quo ad esse quam diuina essentia: tamen non sequitur quòd in repræsentare sit inferior, ex consequenti non inconuenit finitum repræsentare infinitum.

Ad secundam dicit hanc consequentiam non valere, omnis species creata non est suum esse, ergo non potest repræsentare diuinam essentiam, quæ est suum esse, quoniam dicit ipse. hoc est per accidens in specie, sicut est per accidens, quòd subsistat: nam dato, quòd non subsistat, adhuc est repræsentatiua subsistentis, sicut species Archangeli impressa in intellectu Angeli: à simili, dato quòd non sit suum esse, adhuc potest esse repræsentatiua essentiæ quæ est suum esse.

Ad tertiam dicit sicut ad primam quòd non inconuenit aliquid determinatum esse repræsentatiuum essentiæ infinitæ, licet sit inferiùs quo ad esse, & secundum aliquam determinatam rationem.

Sed Aureolus deceptus est, ignorans quid sit speciem esse inferioris ordinis ad mentem B. Thom. propter quòd aduerte, quòd species quæ est principium formale cognoscendi aliquid, dupliciter cõsiderari potest, vt ens quoddam, secundò vt species est, vt est ens accidit sibi, quòd sit subitantia, vel sic accidens: potest enim vtrumque esse diuisim, nam subitantia Angeli est species sui intellectus qua seipsum intelligit. & species lapidis est accidens similiter accidit sibi quòd sit inferiotis ordinis quo ad ens esse reale, quam suum obiectum. hoc enim non impedit quin sit sufficiens principium cognoscendi suum obiectum, vt patet, quòd species lapidis vt ens, licet sit accidens, & lapis subitantia, tamen sufficit ad cognoscendum lapidem quidditatiue. Vnde hæc consequentia non valet: species lapidis est infetioris ordinis, quo ad esse reale, quam subitantia lapidis, ergo non est sufficiens principium cognoscendi lapidem, secundò considerator vt species est, & sic ei conuenit repræsentare similitudinem eius, cuius est species, & secundum quod est similitudo, sic est principium cognoscendi in similitudine Nam quædam est similitudo alterius tantum secundum genus, vt species animalis non indicat hominem, nisi in genere, quædã est similitudo secũdum speciem specialissimam, vt species hominis indicat hominem secundum speciem: inter has duas est conuenientia, & differentia, conueniunt quidem in hoc, quòd vtraque est inferioris ordinis, vt entia sunt quàm sint sua repræsentata, discouueniunt autem, quoniam prima vt species est, est inferioris ordinis: quoniam non complete indicat: secũda autẽ vt species est, est eiusdem ordinis, quoniam æquipollet secundum esse intelligibile quidditati hominis, & hanc latitudinem ordinum B. Tho. intendit vt per se diuersificat speciem, vt species est &c. intendit in prima ratione quando dicit: *per nullas similitudines inferioris ordinis prout, scilicet similitudines sunt, & non vt essentia sunt &c.* Aureolus autem credidit B. Tho. intelligere de inferiori ordine vt essentia sunt, ideo eius solutio non valet. Sed dices vnde est, quòd nõ potest dari species creata eiusdem ordinis cum essentia diuina vt species est, ex quo non impedit, si etiam sit inferioris ordinis, vt ens est. Respondeo, vt dicit B. Thom. in hoc art. omnis species creata, vt species repræsentat suum obiectum, sub aliqua determinata ratione, puta sub ratione subitantiæ, vel videntis, vel boni &c. Diuina autem essentia interminate continet omnia, & ideo nulla species vt species creata plenè indicat eam. Vnde sicut species sensibilis vt species est inferioris ordinis ad naturam vniuersalem intelligibilem, sic & quælibet species creata comparata vniuersaliari, & immensitati diuinæ essentiæ: patet igitur, q̃ ratio B. Tho. prima ita in suo robore, similiter secunda: Solutio Aureoli, non valet credit enim quòd B. Tho. intendit esse necesse, quòd hæc species vt ens est, sit suum esse, sicut Dei essentia est suum esse: sed hæc non est intentio: quoniam vt diximus est per accidens, quòd species vt ens sit eiusdem ordinis cum suo obiecto: sed intendit, quòd nulla species creata est sufficienter repræsentatiua diuinæ essentiæ: & rationem assignat, quoniam diuina essentia est vnum esse: ex consequenti est vniuersalissimum repræsentabile: omnis autem species creata, vt species est, repræsentat illam sub aliqua ratione particulari, vt diximus, & ideo non potest esse sufficiens principium cognoscendi tantum excellentiam.

Similiter tertia solutio non valet, peccat enim in eo, quod est per accidens credens B. Tho tenere quòd sit necesse speciẽ, vt ens, esse eiusdem ordinis cum obiecto, vt per eam quidditatiue cognoscatur, sed hoc non tenet: quia id est per accidens: sed dicit ideo esse, quia essentia Dei est obiectum vniuersalissimum: ergo eius species vt species debet esse vniuersalissima. Hoc autem non conuenit speciei creatæ, quia quicquid repræsentat, sub aliqua particulari ratione repræsentat: propter quod bene sequitur, quòd sola Dei essentia sit suipsius adæquata & perfecta species.

In responsione ad primum, Aduerte, quòd exponit ly. *similes* ex parte videntis, quoniam lumen gloriæ quod est diuinum lumen, & essentiale Deo, participatur à beato, in quo videt Deum, sicut Deus videt seipsum lumine suo: ratione ergo luminis beatus est similis Deo. sed in 3. contra Gent. cap. 51. ibi *secundum autem hanc visionem &c.* exponit ly. *similes* ex parte speciei quæ se tenet ex parte rei visæ, quæ est ipsamet diuina essentia. intendit igitur, quòd etimus Deo similes, quoniam sicut videt seipsum per essentiam suam, sic per eandem videbimus eum: ex consequenti eadem essentia erit quo & quod respectu intellectus creati & diuini.

In responsione ad tertium duo declaranda sunt, primò propter quòd Dei essentia, potest per seipsam esse forma intellectus, non autem aliæ essentiæ creatæ, secundò quid sit Deiessenciam facere intellectum in actu &c.

Quantum ad primum, Aduerte quòd B. Thom. in 3. contra Gent. cap. 51. *ibi hoc autem sic &c.* dicit causam huius esse quia sola Dei essentia est ipsa veritas, ex consequenti ipsa actualitas in genere intelligibilium. Vnde per se ipsam potest esse forma intellectus, non quidem secundum esse reale, quoniam vt suprà in quæst. 3. artic vltimo visum est, diuina essentia, non venit in compositionem alicuius, sed secundum esse intelligibile. Ita perfectiori modo constituit in actu intellectum beati, qualibet specie intelligibili: species enim hæret intellectui, & illum perficit. Nulla autem essentia creata quantumcunque sit forma, & per se subsistens, vt Angelus, est ipsa veritas, sicut nec suum esse, nam sic res se habet ad esse, ita ad veritatem, sed est res vera: ex consequenti non est seipsa actualitas in genere intelligibilium, ergo oportet, quòd per speciem mediam actuet intellectum extrinsecum. Dico autem extrinsecum, quoniam vt dicemus in tractatu de Angelis essentia Gabrielis cum intelligit seipsam, efficitur forma sui intellectus. In præsenti autem responsione dicit causam huius esse, quia sola Dei essentia est suum esse, ergo seipsa dat omne esse alteri, quod sibi non repugnat, repugnat autem, quod det esse reale, quoniam haberet rationem partis & imperfecti: vt dictum est in quæst. 3. art vltim non repugnat autem quòd det esse intelligibile, quoniam est ipsa actualitas in genere intelligibilium: nec aliqua imperfectio ponitur in Deo non enim fotmæ intellectus vt est principium intelligendi conuenit per se, sed per accidens inhærete intellectui, alioquin Angelus non intelligeret seipsum per seipsum, Potest ergo dari forma intellectus absque hac imperfectione ex consequenti non repugnat Dei essentiam perfeipsã actuare intellectum, & quoniam nulla essentia creata est suũ esse, ideo per seipsam non dat omne esse, quod potest dari alteri, sed per speciem mediam.

Sed dices, si per seipsam dat esse intellectui sibi intrinseco, quare etiam non ita extrinseco?

Respondeo id prouenit ex detetminato ordine, quem habet ad intellectum sibi intrinsecum, sicut determinatum mobet ad intellectum mobile: sed Dei essentia, vt pote illiuens ad determinatum mobile:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitata actualitas in genere intelligibilium, sicut mouere potest in genere entium omne mobile.

Quantum ad secundum, Aduerte quòd cùm Dei essentia vniatur intellectui beato, vt diximus sicut species intelligibilis, eo modo, quo species intelligibilis facit intellectum in actu, sic existimari potest de diuina essentia. Tripliciter autem species facit id. primò vt qualitas inhærens & actuans suum subiectum: sednon facit, vt species, sed vt tale ens, puta forma accidentalis hoc igitur modo diuina essentia non facit intellectum in actu, quoniam imperfectionis est vt diximus. Secundo vt forma comparata intellectui vt materia in genere intelligibilium constituens ipsum in actu primo id est, faciens ipsum intelligentem in habitu, sicut se habet species lapidis in intellectu philosophi dormientis: & hoc modo diuina essentia non facit intellectum beati in actu, hoc enim est actuare imperfectè, & admixtione potentiæ, & beatus potest non actu frui Deo, quod non admittimus in doctrina B. Thom. Tertio vt forma comparata materiæ dans ei complemum esse in genere intelligibilium, hoc autem complecum esse est ipsum intelligere, & sic essentia Dei facit intellectum in actu quia facit perfectissimè intelligere intellectum. Vnde sicut forma cæli vnita materiæ, facit ipsum perfectè existere actu in genere entium: sic Dei essentia vnita intellectui vt forma, facit ipsum existere actu, & hoc existere actu est ipsius intelligere: quod est esse essentiale ipsius intellectus vt intellectus est. Dico, vt intellectus est, quoniam si consideretur vt ens cui inhæret talis actio, id est ei accidentale. Et aduerte, quòd ignorantia huius distinctionis intellectus vt tale ens & intellectus vt intellectus, est causa multarum deceptionum in hac materia, vt magis patebit infrà, & præcipuè cum loquemur de anima intellectiua.

Ex determinatione huius articuli patet, quòd si B. Thom. negat posse dari speciem productam, quæ sit principium videndi diuinam essentiam, multo magis negabit Beatum posse producere conceptum ex visione ista, in quo reluceat diuina essentia: sed de hoc loquemur in tractatu de Trinitate, vbi distinguemus de verbo totali, & de partiali.

ARTICVL. III.

Verum Dei essentia possit videri oculis corporalibus?

IN hoc articulo non eadit difficultas, ideo pertranseo. Aduerte tamen illud, quod dicitur in responsione ad secundum *sicut non oculis nostris vident alicuius vitam &c.* vsque in finem, non intendit quòd sicut vita est sensibilis per accidens à visu, & per se à cogitatiua, quæ cognoscit non tentatum ex sensato. Declaratione enim sensibilis per accidens est, vt ab aliqua potentia cognoscatur per se, vt declarat B. Tho. in 2. de anima super tex. 61. ibi, *secundum est igitur quòd ad hoc quòd aliquid sit sensibile per accidens &c.* sic Deus est cognoscibilis per accidens à visu, & per se ab intellectu: cognoscitur autem per accidens à visu: ad secundum argumentum: *quoniam per se videt corpora sicut glorificata &c.* in quib adesse Deum, et quodammodo deprænoscit, sic substantiam Socratis dico me videre, quia video figuram, cui subest ipsius substantia. Item aduertendum quòd responsio ad tertiū, clarior & diffusior ponitur in articul. 11. huius quæstionis, & est responsio ad primum ex dicto Dionysij, vide tu.

ARTICVL. IIII.

Virum intellectus creatus per sua natural ia Dei essentiam videre possit

CIrca tit. ly, *per sua naturalia* stat præcisè, & excludit omne donum gratuitum quam dicat, verum intellectus creatus sit tantæ virtutis, quòd per seipsum, & omne medium naturale, quod aptum est habere, quales sunt species abstractæ à rebus, possit videre Dei essentiam.

Cognitio enim contingit, secundum quod cognitum est in cognoscente: Aduerte quod cognoscens dupliciter iuuatur puta ò secundum substantiam suam, secundò vt cognoscens est. Est autem cognoscens secundum quòd habet vnitur cognito: vnitur autem secundum quod habet in se speciem cogniti. Igitur cognoscens est cognoscens, non quia est talis substantia, sed quia est actuatus specie cogniti: & iuxta hunc sensum intelligendæ sunt propositiones B. Thom. Et prima quidem sic: Cognitio contingit secundum quod cognitum est in cognoscente actuatum specie cogniti: Secunda sic. cognitum autem est in cognoscente secundum modum cognoscentis. id est secundum quod repræsentatur cognoscenti per speciem, quam in se habet. Tertia sic, vnde cuilibet cognoscentis cognitio est secundum modum naturæ suæ, non simpliciter sumptæ, sed vt constituitur in actu primo per speciem cogniti: quarta sic: si igitur modus essendi rei cognitæ, excedat modum naturæ cognoscentis actuati quacunque specie ipsius rei cognitæ, oportet quòd cognitio, scilicet perfecta, & quidditatiua illius rei cognitæ excedat naturam. id est sit supernaturalis ipsi cognoscenti.

Sic intellectis propositionib. B. Thom videbis quòd cot, in 4. distin. 49. q. 11. ibi. *Respondeo ad primum rationem prima opinionis &c.* frustra laborat contra Beat. Thom. conatur enim ex propositionib. B. Tho. quas sio modo exponit arguere, contra ipsum: & primò probat hanc conditionem esse falsam. *Sitta modus essendi alicuius rei &c.* inquit enim quòd si hæc conditionalis est vera, ergo nullus Angelus inferior cognoscet quidditatiuè superiorem, quoniam superior excedit inferiorem in essendo.

Præterea Beatus etiam cum quantocunque lumine gloriæ non videbit essentiam Dei, quoniam excedit in infinitum secundum modum essendi, cùm sit intellectus beati finitus, & cum lumine gloriæ essentia Dei autem infinita: secundo dicit rationem B. hom. deficere, quia non est in forma, & sic deducatur ad formam, duæ propositiones erunt falsæ. Sic enim teducentur. si modus cognitionis est secundum naturam cognoscentis, ergo nulla cognitio naturalis excedit modum naturæ cognoscentis. Igitur nulla cognitio naturalis est de obiecto, cuius natura excedat modum naturæ cognoscentis: cū ergo modus cognitionis sit secundum modum cognoscibilis, si modus essendi rei cognitæ excedit modum essendi ipsius cognoscentis, illa cogni io erit supernaturalis. Dicit Scot. sic arguendo Argumentum tenet sed quæ propositiones sunt falsæ, 1. hæc, modus cognitionis est secundum modum cognoscibilis: & hæc, Nulla cognitio naturalis est de obiecto, cuius natura excedit modum naturæ cognoscentis, quoniam stat cognitionem esse naturalem & tamen obiectum excedere ipsum cognoscētem, aliter imperfectius nunquam cognosceret per cognitione naturali. Vltimò credit Scot. quod B. Tho. fundet se super hoc principium necesse est inter obiectum & potentiam cognoscitiuam esse proporrionem æqualitatis, quo ad modum essendi, si debet seruari cognitio naturalis, sed inquit Scot. hoc est falsum, sufficit enim quòd inter ea seruetur proportionalitas actiui, & passiui: etiam si sint maximè dissimilia in modo essendi, vt patet in materia & forma. Et quoniam obiectum habet rationem mo iui, & intellectus rationem mobilis: ideo stat, cognitionem de obiecto excedente modum essendi ipsius cognoscentis esse naturalem.

Ad hæc facile est respondere, stante declaratione propositionum, quam præmisimus.

Ad primam obiectionem nego consequentiam: ad probationem dico, quòd licet Angelus superior excedat inferiorem in essendo, comparando ens enti subitantiam subitantiæ, non tamen excedit comparando inferiorem, vt cognoscentem ad superiorem vt cognitus cùm sit cognoscens, vt actuatur specie cogniti, & quoniam ista species repræsentatiue adæquatur cognito, ideo Angelus inferior vt cognoscens adæquatur, & non exceditur à cognito: decipitur autem Scot. quoniam non considerat cognoscens, & cognitum formaliter, sed tantum materialiter.

Ad secundum dico ad consequentiam, quòd si intendit de diuisione naturali, de qua hic loquitur, conceditur consequentia, & nego falsitatem consequentis: Hæc enim est conclusio B. Thom. quòd beatus non potest videre naturaliter diuinam essentiam: si autem intendit de diuisione absolutè siue naturali, siue supernaturali nego consequentiam: quoniam lumen gloriæ eleuat intellectum: & diuina essentia efficitur species intellectus beati, ita quòd est sufficientissimè repræsentatiua sui ipsius, ex consequenti proportionabiliter intellectus beati constitutus est in actu, & veluti Deus effectus ad diuinā visionem &c.

Quantum ad illud, quod dicit Scot. rationem B Thom. esse in propositionib, non syllogizatis. Dicimus quòd facilè ad formam reducitur & pro nunc subsistinemus formalizationem Scoti, licet propositiones aliquas inutiliter immiscear, & sustinemus hanc esse veram: *modus cognitionis est secundum modum naturæ cognoscibilis*, sumendo ly, *cognoscibilis* formaliter omne enim cognoscibile est cognoscibile per aliquam speciem sui repræsentatiuam, vel per se ipsum. qualis igitur erit species talis erit. cognitio igitur si species perfecta & cognitio perfecta erit. si species imperfecta, & cognitio diminuta erit. Patet igitur,

tur, quòd hæc est vera, omnis cognitio est secundum modum naturæ cognoscibilis, repræsentatæ per speciē, vel per seipsam quantum hi ex parte naturæ cognoscibilis, & hoc dico, quoniam stat speciem esse sufficienter repræsentatiuam obiecti cognoscibilis: & tamen cognitio non erit secundum modum speciei, ex parte cognoscentis, cui fortè improportionatur talis species, vt dicemus de anima separata, quæ non cognoscit per fectè substantias separatas, licet impressas in se habeat earum species: Similiter hæc est vera: *nulla cognitio naturalis est de obiecto, cuius natura &c.* sumendo ly, *cognoscentis* formaliter. id est vt actuati specie cogniti, & quoniam diuina essentia excedit intellectum beati, quacunque specie creata actuati, ideo visio illa est supernaturalis. Cum autem dicit Scot. quòd perfectius nunquam cognosceretur ab imperfectiori naturaliter: nego consequentiam, sicut etiam dixit in solutione primæ obiectionis. Requiritur tamen, quòd perfectius, & imperfectius sit eiusdem generis in genere cognoscentium, & hoc dico propter animam intellectiuam, quæ non potest cognoscere naturaliter separatas substantias perfectè, & quidditatiuè siue separata, siue coniuncta, quoniam in latitudine cognoscentium anima ipsa, vt cognoscens distinguitur genere à substantiis separatis, vt patet in præsenti ar. in quo B. Thom. assignat triplicem gradum cognoscentium, & dicit esse connaturale animæ cognoscere materialia, & Angelo separata, & Deo seipsum. Quod autem vltimatè dicit B. Tho. fundatur super illud principium, necesse est inter obiectum, & potentiam esse æqualitatem vel similitudinem in modo essendi: falsum est: nec id habetur ex D. Thom. Vnde dico, quòd B. Thom. intendit duas conditiones esse necessarias ad cognitionem naturalem: prima est quòd cognitum non excedat ipsum cognoscens, vt cognoscens est. id est vt actuatum cognitum.

Quod autem excedatur à cognoscente quo ad substantiam non impedit, nam Angelus cognoscit lapidem. similiter quòd cognitum excedat subitantialiter ipsum cognoscens, non impedit dummodo sint eiusdem generis, vt dixi, vt excipiatur anima intellectiua, quæ non potest cognoscere separata naturaliter sed vel præter natutam, vel supa natutam. Angelus autem cognoscit Archangelum. Secunda est, quòd inter obiectum, & potentiam cognoscitiuam seruetur proportio proximè motiui, & proximè mobilis quæ nunquam seruatur, nisi obiectum præsens fiat potentiæ, aut seipso, aut specie &c. & potentia cognoscitiua hat ipsum cognitum in esse intelligibili ex huiusmodi præsentatione, & vnione. Vnde negandum est ipsi Scot. quòd inter obiectum excedens potentiam cognoscitiuā, & ipsam potentiam absolutè seruetur proportio motiui, & mobilis, nisi accedentibus conditionibus prædictis: Existimauit autem Scot. quòd quoniam obiectum intellectus est ens, vt ens: ideo omne ens quidditatiuè, & naturaliter fit intelligibile ab intellectu creato: sed id non acceptamus in via nostra. Item quoniam apud ipsum nulla datur supernaturalitas respectu potentiæ passiuæ, quod tamen reprobauimus in 2 quæst. artic 1. Vnde per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas, quæ quidem non habent esse nisi in materia &c. Aduerte quòd B. Tho. graduat hic tres intellectus non penes diuersa obiecta adæquata, quoniam omnis intellectus vt intellectus pro obiecto adæquato habet ens vniuersale vt dicit Beat. Thom. infra q. 79. articul. 2. sed penes prima cognita quidditatiuè, & naturaliter: nam obiectum primum intellectus nostri coniuncti est quidditas materialis: intellectus autem angelici est quidditas immaterialis, cuius tamen esse non est subsistens. Intellectus autem diuini est essentia Dei. cum his tamen stat, quòd intellectus noster coniunctus attingit ens in vniuersali, & omnem gradum entis etiam ipsum Deum aliquo gradu cognitionis naturalis, & si non quidditatiuè, de quo hic est sermo.

In responsione ad primum scias, quòd illa similitudo refulgens in Angelo, in qua videt Deum, est essentia ipsius Angeli, vt patebit infra cum loquemur de Angelo, in q. 56. artī. 3. vbi B. Tho. dicit expressè. vide tu ad placitum.

In responsione ad tertium, *Sed intellectus noster vel Angelicus qui secundum naturam à materia aliqualiter eleuatus est &c.* Aduerte quòd ly, qui, refert intellectum nostrum, & non Angelicum: quoniam ille omnino à materia eleuatus est, vt dicemus infrà. Nec est necesse quòd refetat vtrumque, quoniam loquitur disiunctim.

ARTICVL. V.

Virum intellectus creatus, ad videndum Dei essentiam aliquo lumine indigeat.

CIrca tit. ly, lumine stat pro omni eo. vel sub quo diuina essentia manifestatur intellectui creato ly, *indigeat* stat absolutè, ita quòd non aliter potest. Quæritur, ergo vtrum sit necesse Deum infundere intellectui alicui creato aliquam qualitatem sub qua manifesterur Dei essentia & hanc qualitatem dicimus lumen.

Omne, quod eleuatur &c. vsque ibi, *ad talem formam &c.* Aduerte quòd Durandus vt adducit Capr. in 4. distin. 49. q. 4. contra secundam: & est eius argumentum secundum conatur destruere hanc maximam, super quam B. Tho. vbique fundat se. s. *Omne illud, quod eleuatur ad recipiendum aliquam formam supernaturalem, necesse est quòd disponatur aliqua dispositione supernaturali.* quoniam vt inquit in q. de Verit. q. 8. art. 3. vltim. dispositio ad formam, & forma ipsa sunt vnius ordinis in hoc quòd si vnum est supernaturale, & reliquum.

Contra inquit Durandus, illa dispositio supernaturalis est forma: quæ cognitio aut recipitur in subiecto naturali immediatè aut per aliam dispositionem supernaturalem: non secundum: quia esset processus in infinitum: ergo primum: ergo eadem ratione forma supernaturalis potest recipi immediatè in subiecto naturali, sicut illa dispositio.

Ad hoc bene dicit Capr. & ab eo accepit Expositor, quòd in illa maxima *licet ad recipiendum aliquam formam supernaturalem* intelligit de forma principali, ad quam consequendam ordinatur actio, & non de qualibet forma dispositiua. 1. Ad argumentum ergo dico, quòd illa dispositio supernaturalis recipitur in subiecto immediatè, quia non est necesse dispositionis esse dispositionem Nego autem quòd eadem ratio & forma est principalis: quoniam etiam in materialib. forma substantialis recipitur mediantib. dispositionib. dispositiones autem non necessario requirunt præuias dispositiones.

Cum autem intellectus creatus, & vsque ibi *forma intelligibilis*, sufficit quòd det esse intellectui, vt intellectus est in genere intelligibilium: hoc autem esse est ipsum intelligere, vt diximus supra: est igitur forma intelligibilis, quia facit intellectum actu intelligere. Sic forma accidentalis, puta albedo in genere entium facit subiectum albere. Aduertetamen, quòd non est dicenda simpliciter & secundum eandem rationem forma intelligibilis sicut species impressa, quoniam hæc dat formaliter esse intellectui, vt subiecto: & hoc imperfectionis est. Deinde facit intellectum intelligere, & hoc secundum seruatur. in diuina essentia.

Vnde oportet quod aliqua dispositio supernaturalis, &c vsque ibi, *in tantum sublimitatem &c.* Aduerte, quòd ly, *supernaturalis* dupliciter potest intelligi, primò quòd secundum suam entitatē sit altioris naturæ quam illud, cui superadditur: & sic non est verum, quòd dispositio hæc sit supernaturalis, quoniam est accidens, quod est inferioris entitatis ipsa anima intellectiua, quę est subsistātia. Secundò quia est maioris efficaciæ, & virtutis quā illud præcisè, cui additur: & quia à solo agente diuino effluit: & sic hæc dispositio est supernaturalis, quoniam eleuat animam ad diuinum ordinem, ad quem non potest attingere tota sua facultate: & quia solus Deus est author huius dispositionis. Aduerte tamen quòd hæc secunda conditio non facit ipsam supernaturalem nisi de ominatione extrinseca, quia anima intellectiua esset forma supernaturalis, cùm sit à solo Deo. Dicitur igitur supernaturalis intrinsecè, quia est principium effectus vincentis totam facultatem naturæ creatæ, vt dicemus soluentes argumenta aduersantium.

Et hoc argumentum virtutis intellectiuæ &c. vsque ibi, *vocamus &c.* Aduerte quòd Durandus vt adducit Capr. in 4 distin. 49. quæst. 4. contra secundam & est eius argumentum primum: arguit contra hoc augmentum sit. Hoc augmentum virtutis intellectus non est nisi confirmatio. hæc autem non fit nisi duob modis, primò per intentionem eiusdem virtutis, vt quādo calor vt tria efficit calorem vt quinque, secundò per cōiunctionem alterius consimilis agentis, vt si luminosio. A. adiungatur luminosum. B. neutro modo lumen gloriæ auget nec cōfortat intellectum, non primo modo: patet, quoniam intellectus qui est proprietas animæ non est forma intensibilis, nec secundo modo, quoniam lumen ipsum esset intelligens partiale, sicut luminosum. B. illuminans partiale quo &c.

Ad hoc negatur diuisio; quoniam non primo modo vt expressè tenet B. Tho. in 3. contra Gent. cap. 53. vbi, *contingit autem dupliciter alicuius virtus fortificari* & nec secundo modo vt bene probat Durādus, sed tertio modo quādo est. exponit B Tho. in 3. contra Gent. in eodem loco: & intendit hoc augmentum fieri per appositionem nouæ formæ, qua actiuum eleuatur ad operandum aliquam actionem, in qua non potest eleuari stans præcisè in limitib. naturæ suę: sic augetur aër, cum recipit lumē:

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam per receptionem luminis potest illuminare, quod nõ potest vt aër eodem modo, augetur secundum aliquos phantasma per receptionem alicuius virtutis ab intellectu agente, secundum quam eleuatur ad comproducendum speciem intelligibilem, tamen quid de hoc tenendum sit in via Bear. Thom. dicemus in tractatu de anima.

In responsione ad primum plura tangit. Primò quòd hoc lumen est necessarium: sicut etiam dixit in artic. Secundò quòd non est necessarium vt essentia diuina fiat actu intelligibilis, sicut dicimus, lumen intellectus agentis necessarium, vt materialia fiant actu intelligibilia, & hoc secundum concessum est ab omnibus. Tertiò quòd est necessarium vt intellectus fiat potens ad intelligendum Dei essentiam. Circa quod aduerte & nõ dicit, *vt fiat potens ad recipiendum intellectionem diuinæ essentiæ*: quoniam ex se receptiuus est postquam actuatus est diuina essentia vt forma intelligibili. Dicit autem, *vt fiat potens ad intelligendum*, id est exeundum in actum secũdum: verum quia actus secundus præsupponit actum primum: ideo secundum B. Tho. lumen hoc est necessarium, vt intellectus recipiat diuinam essentiam vt formam intelligibilem, qua constituatur in actu primo: hoc licet non expresserit in hac responsione, tamen expressit in corpore, vt ibi, *cum autem intellectus creatus &c.* & diffusius in 3. contra Gent. c. 53. Igitur solum ipsum ponitur vt cõstituatur in actu primo, & vt exeat in actum secundum. Quarto hoc lumen gloriæ est habitus. vnde dicit *per modum suæ potentiæ fit potentior ad operandum &c.* per habitum, ergo secundũ ipsum visio diuina non potest intelligi pro hoc lumine, antece dit enim dispositio eleuatiua.

Sed contra hoc multi insurgunt, & primo Sco. in 4. dist. 49. quæst. 11. ibi, *respondeo ergo ad duas quæstiones.* & licet teneat charitatem esse necessariam ad beatitudinem: non tamen lumen gloriæ, & principalia eius motiua sunt hæc: Si hoc lumen est necessarium vel propter receptionem visionis, vel propter eleuandam visionem: non primum quia habitus non est ratio recipiendi actum, etiam in via, sed potius è conuerso, quoniam habitus generatur ex actibus, sed hoc lumen ponitur vt habitus: ergo &c. Non secundum: quoniam quanto obiectum est magis in se lux, tanto minus de lumine requiritur vt videatur. sed diuina essentia est maximè lux in se, ergo nihil de lumine requirit, vt videatur. Aliud medium non adducitur à Scoto in illo loco contra S. Tho. nam argumentum secundum, quod adducit Capreol. in 4. distin. 49. quæst. 1. contra secundam scilicet, Quòd omni potentiæ passiuæ correspõdet actiua Scot. soluit ipsum, dicens: quod est verum non tamen est necesse illam actiuam esse in natura creata, quoniam & materia prima est naturaliter receptiua animæ intellectiuæ, non tamen aliqua creatura est productiua eius. Tu tamen potes negare intellectũ esse in potentia passiua quo ad beatitudinem pro actu primo & secundo. Nam non constituitur in actu primo, nisi quia sibi vnitur diuina essentia vt forma: quæ vnio vt diximus non fit nisi mediante lumine.

Argumentum autem tertium Scot. recitatum soluemus, cum examinabitur responsio tertij argumenti positi in arti. Nunc igitur sufficit soluere argumentum adductum Concedo igitur, quòd non ponitur lumen propter primum. Præcipuè quo ad receptionem actus secundi. Sed est propter secundum: ad improbationem, concedo totum: non enim concludit aliud, nisi quòd nullum lumen requiritur ex parte obiecti quo fiat visibile, cum Dei essentia sit maximè visibilis, sed ex hoc non probatur, quin sit necessarium ex parte intellectus vt fortificans, & eleuans ipsum.

Durandus etiam vt adducit Capreol. in 4. dist 49 quæst. 4. contra secundam adducit plura media ad negandum hanc necessitatem, inter quæ est tertium & quartum & quintum, sed quintum nullius est efficaciæ: tertium autem soluetur cum examinabitur responsio tertij argumenti in art. 4. Igitur tale est B. Tho. in 4. dist. 49. tenet quòd beatitudo potest communicari homini existenti extra patriæ dispositionib. viæ, & ita non habenti lumen gloriæ: ergo non est necessarium aliter sibi ipsi contradicit.

Ad hoc respondet Capre. vbi suprà. & facto longo processu, tandem concludit (ex eo, quod habetur in quæst. de Verit. q 13. ar. 2. & in 2. 2. quæst. 18. ar. 3. ad secundum) mentem B. Thom. fuisse, quòd Deus potest communicare huiusmodi viatori miraculosè beatitudinem, sine lumine gloriæ impresso per modum habitus, non tamen sine lumine gloriæ impresso per modum passionis: sic enim B. Tho. exposuit seipsum in q. de Verit. & in 2. 2. vbi suprà.

Aureolus autem, vt adducit Capr. in 4. d 49. q 4. contra secundam ibi, *quarto loco proponis quatuor dubia &c.* & sic arguit: Deus immediatè potest facere, quicquid facit mediante creatura: sed mediante, lumine creato facit, quò intellectus videat Deum, ergo hoc immediate facere potest: ergo tale lumen non est necessarium.

Ad hoc respondet ipsemet Aureol. sed responsio non valet apud nos. Ideo igitur respondeo, vt Capre. quam responsionem formaliter recipit Expositor: & stat in hoc illa maior est vera quo ad entitatem rei, non quo ad relationem, & denominationem: nam ad hoc quòd dicatur, Sortes videre Deum, necesse est visionem illam esse affectionem immanentem, ex consequenti productam ab ipso Sorte, Licet igitur Deus possit immediatè producere illam entitatem visionis, non tamen per eam denominaretur Sortes videre.

Aduertè quòd Aureolus vt adducit Capr. in hac materia, multipliciter arguit, sed plura eius argumenta non militant contra viam nostram, sicut illa quib. probat, non esse ponendum hoc lumen ad vigorandum intellectum agentem: nos enim non dicimus hoc. Illa autem, quib. probat idem ex parte intellectus possibilis partim nullius sunt efficaciæ, partim soluuntur, eodem modo & argumenta Scot. & Duran. Tu igitur nota argumenta ipsius, quæ recitantur à Capr. in quinto loco, quibus conatur ostendere, quòd concesso lumine hoc, (quoniam in scriptura expressè ponitur, vt etiam B Thom. allegat in corpore articuli) non tamen est necesse hoc lumen esse habitum, nec quid distinctũ ab ipsa visione, sed semper ponitur pro ipsa visione, vel pro obiecto i. Dei essentia, quæ verè est lux. Et in hoc sensu dicit esse interpretandas omnes authoritates, in quib. est mentio de hoc lumine, præcipuè decretalis tertia extra de hæreticis cap. ad nostram. Verum quòd talis expositio non sit ad mentem authoris, Capreol. diffusè ostendit: nec ego volo in hoc immorari: vide tu ad placitum & in illis inuenies, quomodo decteta is ila fundata est supra doctrinam B. Thom. & Albetti, & aliorum, qui posuerunt hoc lumen, vt habitum &c.

In responsione ad secundum, Aduerte quòd licet neget hoc lumen esse similitudinem diuinam, & in ar 1. huius quæst. dixerit, hoc lumen esse similitudinem ex parte potentiæ visiuæ, tamen non sibi contradicit, quoniam in artic. 1. intendit hoc lumen esse similitudinem non repræsentatiuã D. o, sed deriuatam à diuino, & essentiali lumine, quasi dicat: ficintellectus Dei in lumine suo essentiali videt seipsum, sicut intellectus creatus in lumine, deriuato ab alio diuino lumine, videbit Deum.

In responsione vero ad secundam negat ipsum esse similitudinem non absolutè, sed in qua Deus videatur, ex consequenti non est similitudo repræsentatiua.

In responsione ad tertiam, aduerte primò quòd Scot. & Aureol. & Durandus virtualiter faciunt idem argumentum, vt adducit Capr. vbi suprà. & tamen nullus recitat solutionẽ B. Tho. quæ tamen maximè doctrinalis est. Aduerte secundò quòd B. Tho. intendit negare illud assumptum. *Illud quod, est creatum &c.* & ratio negationis est, quia si tale creatum, deberet esse naturale alicui, esset necesse vt flueret à natura talis rei: nam ex 2. Physi. tex. 5. secundum naturam siue naturale est, quod fluit à natura, vt igni ferri sursum, vt inquit Arist. Impossibile est autem hoc lumen fluere à natura creata, quoniam cum sit ens diuinum, & ordine diuino non est aptum fluere nisi à natura diuina, & ideo esset necesse, vt inquit B. Thom. quòd natura creata transferretur in naturam diuinam, sicut explicat de dispositione ad formam ignis.

Res creatæ quomodo sint in Deo.

Sed posito, quòd non possit esse naturale alicui creato, adhuc instant Durandus probans quòd non est sufficiens medium ad illam visionem: quoniam quantumcumque lumen infundat intellectui, adhuc stat distantia infinita inter intellectum sub tali lumine, & Dei essentiam: ergo non sufficienter eleuat intellectum.

Ad hoc dico, quòd B. Tho. ante Durandum formauit hoc argumentum, & respondens concedit antecedens, & negat cõsequentiam, Quoniam inquit per illud lumen fit vt essentia Dei vniatur intellectui vt forma intelligibilis, & intendit iudicio meo, quòd lumen hoc non est considerandum, vt accidens vel qualitas vel tale ens in tanto gradu entitatis quoniam vt sic, nullam habet proportionem, ad illam infinitam essentiam: sed considerandum est, vt similitudo diuini luminis essentialis, quo Deus videt se, & vt sic est de ordine entium supernaturalium, & est dispositio velut connaturalis, ac propria ad formam supremam intelligibilem in esse intelligibili: ita quòd sicut calor, & siccitas sunt connaturales dispositiones materiæ ad formam ignis, licet sint inferioris entitatis, quoniam accidentia sunt: forma autem ignis est substantia, & sic & hoc lumen ad Dei essentiam. Ex his patet, quod omnia argumenta de distantia infinita, siue excessu infinito diuinæ essentiæ super hoc lumen peccant in hoc, quòd non considerant, cuius ordinis sit, sic enim potest argui de gratia, & charitate, & actu meritorio, quasi non considerentur, vt sunt de ordine entium diuinorum, & vt sic dignam faciunt creaturam intellectualem vita æterna, non possent esse condigna media ratione entitatis suæ, cum sint accidentia.

ARTICVL. VI.

Vtrum videntium Deum, vnus alio perfectius videat.

Circa hunc articul. non cadit difficultas. Tu tamen nota quòd B. Thom. hanc conclusionem affirmatiuam in præsenti articulo breuiter probat, supponens inæqualitatem charitatis, & non aliter, & propterea in 3. lib. contra gent. c. 58 per totum probat eandem tribus modis ratione, primo quia datur summum. videns Deum, qui est ipsemet, comprehendens seipsum: ergo datur magis, & minus videns. Consequentia nota ex 1. lib. metaphysic. &c. Secundo quia lumen gloriæ est similitudo diuini intellectus: quia per ipsum efficimur deiformes, non inconuenit autem aliquid magis, & minus assimilari Deo: ergo. Tertio non omnes æqualiter præparant, se ad finem, quoniam præparatio est per virtutes, quæ non sunt æquales in omnibus, vt constat: ergo non omnes æqualiter vident Deum.

In responsione ad tertium, *sed per diuersam facultatem intellectus non quidem naturalem, sed gloriosam &c.* Sed contra B. Thom. infrà in quæst. 62. articul. 6. dicit concludendo. videtur, quòd Angeli qui habuerunt meliorem naturam, habuerunt plus de gratia, & de gloria: ergo diuersitas videndi Deum prouenit ex diuersitate facultatis naturalis.

Ad hoc dico, quòd B. Thom. non illud tenet de Angelo, vt necessarium. sed vt probabile: vnde dicit in principio articul. *rationabile est &c.* supposito etiam, quod in hoc vt est certum, non sibi contradicit: quoniam hic loquitur de immediata causa diuersitatis & per se, quę est diuersa participatio luminis tam in homine, quam in Angelo: infrà vero in loco allato non adducit causam immediatam, sed remotam vel potius occasionem, quantum ad Angelos, & ideo non est contradictio.

ARTICVL. VII.

Vtrum videntes Deum comprehendant ipsum?

Circa determinationem articuli non cadit difficultas: ideo pertranseo. Tu tamen nota in responsione ad tertium *non quidem ita quòd totus modus obiecti &c.* vbi que ibi, *modus cognoscentis &c.* intendit quòd ideo non videtur totaliter, quia modus, quo est cognoscibilis, non adæquatur modo, quo cognoscens creatum cognoscit ipsum: modus enim ille infinitus est, hic autem finitus. & est simile huic. Sol non videtur totaliter ab oculo meo, quia ipse summè visibilis est, sed oculus meus videt ipsum remissè, quia caliganter.

ARTICVL. VIII.

Vtrum videntes Deum omnia in Deo videant?

Circa titul. ly, *omnia* stat vniuersalissimè & distribuit pro quolibet. siue absoluto, siue respectiuo, siue in actu, siue in potentia tam naturali, quam obiectuali: & ly, in Deo stat obiectiuè, ita quòd in eo viso, lucescant omnia videnti.

Sic igitur videntur omnia Deo sicut effectus in causa sua &c.

Aduerte quòd multipliciter possumus imaginari res creatas esse in Deo: Primo sicut res in speculo: & hunc modum videtur ponere Augustinus in libro de videndo Deo, cum dicit Deus est speculum voluntarium, & si vult, videtur, si non vult, non videtur. Secundo sicut conclusiones in vniuersali principio. Tertiò sic effectus in sua causa productiua sufficientissima. Verum esse sicut in speculo, non propriè, sed tantum metaphoricè verificatur de Deo, vt docet B. Thom. in quæst. de Verit q 12. art. 6. eo quòd de ratione speculi est, quod repræsentatum in eo sit ab alio impressum: vel à speculo reflexum. Istæ autem conditiones non conueniunt diuinæ essentiæ, vt patet: ideo B. Thom. qui hic loquitur de proprio modo essendi in Deo, voluit hunc modum ponere, quoniam à sensu metaphorico non trahitur valida ratio. Secundum autem potest, pro vt trahitur ad tertium: quoniam ex secũdo Physicorũ præmissæ sunt causæ effectiuæ cõclusionis efficienter. Igitur B. Thom. assignauit modum essendi res in Deo, cum dicit *sic effectus in causa*: quoniam nullus alius est proprius nisi reducatur ad istum, ex quib. patet, quòd ratio B. Thom non peccat per fallaciam consequentis sine arguendo à superiori ad inferius affirmatiuè, nam res esse in Deo propriè, & esse in Deo vt effectus in causa, conuertibiliter se habent: & non vt superius, & inferius.

Deus speculum voluntarium scilicet August. quomodo intelligẽdum.

Sed dices, quomodo ergo verificatur dictum August. Deus est speculum voluntarium. Respondeo dicitur speculum propter hanc solam conditionem, quia distinctè, & non confusè res in se, & secundum proprias rationes repræsentat, & iuxta hanc repræsentationem distinctam sumitur ratio Ideæ, vt patebit infrà: Dicitur voluntarium ratione visionis: quoniam stat in voluntate sua exhibere se intellectui creato, & etiam se subtrahere. Dicitur etiam voluntarium ratione reuelatorum, posito enim quòd videatur Dei essentia à Gabriele, ad hoc est in potestate voluntatis diuinæ reuelare ei plura aut pauciora, siue nulla eorum, quæ merè ex Dei voluntate pendent, vt prædestinatio Sortis, hora iudicij, iustificatio Pauli &c. Quantum autem ad ea, quæ naturaliter & ex necessitate reluceant in diuina essentia: alia ratio est, nec de his intendit Augustinus &c.

Sed res in Deo sunt vnitissimæ, & indistinctè, sicut effectus indistinctè sunt in virtute causæ, nec vnquam sunt distincti, nisi quando habent esse in propria natura: ergo non potest dici speculum, quia distinctè continet res, imo indistinctè.

Ad hoc dicitur, quod vtraque est vera, scilicet res in Deo continentur indistinctè, quantum sit ex parte rei, quoniam nullam pluralitatem ponunt in Deo, & continentur distinctè, quantum sit ex parte repræsentatarum rerum. Sic enim repræsentãtur, ac si essent distinctæ vna ab alia, quoniam secundum propriam rationem vniuscuiusque: & propterea dicitur speculum æquipollenter, quoniam sicut res in speculo apparent, vt distinctæ sunt actu ab inuicem, sic apparent in Dei essentia, ac si essent distinctæ, quòd autem sint actu distinctæ, non compatitur diuina simplicitas. est igitur speculum remota imperfectione.

Sed manifestum est, aliqua causa quanto perfectius videtur, tanto plura &c. Aduerte quod in ei. B. Thom non dicat expressè, & è conuerso tamen subintelligi debet: intendit enim sic arguere. Quanto causa perfectius videtur, tanto plures effectus in causa videri possunt, & è conuerso: sicut patet de principio & conclusione: quia quãto perfectius principium ipsum videtur, tanto plures conclusiones videntur in eo: ergo potens videre omnes effectus in causa prima, potest comprehendere ipsam, quod est cognoscibilis, non adæquatur modo, quo cognoscens creatum cognoscit ipsum: modus enim ille infinitus est, hic autem finitus. & est simile huic. Sol non videtur totaliter ab oculo meo, quia ipse summè visibilis est, sed oculus meus videt ipsum remissè, quia caliganter.

Scotus igitur in 3. dist 14. quæst. 2 *ad secundum quæstio dicitur &c* soluit hanc rationem dicens in ea esse fallaciam consequentis: quia licet perfectius representet causata: non tamen è conuerso, quia potest stare cognitio principij, non aucta in se plutibus conclusionibus ex ipso elicitis & similiter erit de causa & effectibus plurib. cognitis: quòd autem hoc sit verum probat tripliciter, & incipit ibi. *propterea illud exemplum de quæstione ex principio &c.*

Primo causa inquantum causa, nullam perfectionem accipit à causato, quia naturaliter est prior eo: ergo cognitio principij vt est causa cognitionis conclusionis nullo modo perficitur, nec augetur per cognitionem quæstionis.

Secundò accipio aliquid principium vt notum in aliquo gradu, & quæro vtrum per ipsum sic præcisè cognitum possit aliqua conclusio cognosci: ita quòd post deductam et inclusionem maneat in intellectu cognitio principi, non aucta: aut non: si sic, habetur propositum: si non, ergo hoc principium in tali gradu præcisè cognitum non est principium, quia secundum te nullius conclusionis est principium: quod tamen est falsum, quoniam esset principium & non principium.

Tertio ex primo Posterior. de subiecto præcognoscitur quid est: & rati huius est: quia in quidditate subiecti virtualiter includitur tota ratio scientiæ, nec ipsum quid sunt ecti acquiritur per demonstrationem, sed totaliter supponitur, sed per demonstrationem solum acquiritur cognitio passionum inhærentium ipsi subiecto: ergo ita erit de conclusione respectu principij quod cognitio principij totaliter præsupponitur demonstrationi: ex consequenti non acquiritur perfec-

tior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctior, ex eo, quod plures conclusiones demonstrantur per ipsum: stat ergo cognitio principij non aucta in se, dato quòd plures & plures conclusiones eliciantur, ex eo similiter potest stare cognitio causæ non auctu in se, dato quòd plures, & plures effectus videantur in ea, vel ex ea: ergo assumptum Beat. Thom. non valet è conuerso.

Antequam respondeamus Scoto, declarandum est, quomodo illud assumptum tenet, ita quod valet à conuerso: Aduerte igitur primo quòd cognitio causæ & cognitio effectus ex natura rei pendet à cognitione causæ. Aduerte secundò quòd causa naturalis secundum se determinatè, & tot producit effectus stàs sub certa dispositione vel gradu nec potest in plus, si non variatur. Nam omne agens naturale non mutatū semper facit idem, & si quid de nouo agit, quòd prius non poterat mutatum est. Ex his dico quòd intentio B. Thom. in illo assumpto hæc est. Certa cognitio causæ est causa naturalis certorum effectuum, puta cognitio causæ vt quatuor facit naturaliter cognoscere quatuor effectus & non plures. ergo si intellectum ut plures: puta x. necesse est cognitionem causæ mutatam esse in maius. Probatur consequentia: quoniam agens naturale quamdiu manet idem, facit idem & non aliud nisi mutetur, ergo bene sequitur quòd secundum quòd plures & plures effectus cognoscuntur in causa etiam ipsa per effectus, & perfectius cognoscatur, & sic patet, quòd assumptum tenet, & è conuerso, & quòd hæc duo sunt consequenter se habentia. Causa perfectius videtur, ergo effectus plures in ea videntur, & è conuerso, vt dicit Capr. in 4. dist. 49. quæst. 6. ad obiecta Aureoli contra primam ibi, *dicitur ergo &c.* Sic sequitur, Socrates est homo: ergo est risibilis: & è conuerso.

Aduerte tertio quod licet cognitio plurium effectuum inferat perfectiorem cognitionem in causa, non tamen illa perfectior cognitio causæ causatur de necessitate à cognitione plurium effectuum: sed sufficit præsupponere ipsam: ita quòd si debeat cognoscere è hora præsenti decem effectus Solis, necesse est, & præsupponere in intellectu meo cognitionem Solis in tanto gradu, & si hora sequenti duodecim effectus, necesse est præsupponere maiorem cognitionem Solis &c. deinceps. Sed dices, si non causatur hæc maior cognitio causæ à cognitione effectuum de necessitate à quo causatur. Respondeo quòd causatur à maiori vnione causæ cum intellectu meo, hæc sit vnio, per speciem propriam, siue per essentiam causæ: & quoniam id non aduertit Scot. sed credidit B. Thom. tenere, quòd si assumptum valet è conuerso cognitionem effectus, de necessitate causare cognitionem causæ, ideo conatus est arguere contra Beat. Thom. Ex his ergo facilè solum ur omnia obiecta.

Ad primum concedo totum, neque enim dicit Beat. Thom. cognitionem principij perfici effectiue à cognitione conclusionis. Idem intellige de causa, & effectu, sed intendit quòd perfectior cognitio principij præsupponit cognitionem nouæ conclusionis, quæ prius non cognoscebatur. Idem dico de causa & effectu.

Ad secundum dico, quod est principium alicuius conclusionis illius. Cui correspondet, vt causa naturalis sufficiens, & non est principium alterius nouæ conclusionis, nisi augeatur in intellectu meo cognitio ipsius principij. Et cum inferatur, ergo hoc principium vt in hoc gradu cognitio non est principium. Nego hanc consequentiam, sed debet sic inferre: ergo non est principium alicuius alterius cognitionis nouæ. &c. & tunc concedo consequentiam: & nego falsitatem consequentis.

Ad tertium dico vt ad primum, aliud est enim præsupponere maiorem cognitionem principij ad deductionem vel inspectionem plurium conclusionum nouarum, in eodem principio: & maiorem cognitionem principij causari ex demonstratione plurium conclusionum. In primo sensu intendit B. Thom. in secundo sensu arguit Scotus. Ideo non tangit mentem B. Thom.

Gothofredus autem, & Durandus vt adducit Capreol. in 4. dist. 49. quæst. 6. contra primam conclusionē reprobāt exemplum adductum de principio & conclusionib. & dicunt, quòd non est simile essentiæ diuinæ, & rebus visis in ea, & vterque tangit eandem rationem, quæ stat in hoc. Per principium vniuersale syllogisticum non representatur intellectui aliqua particularis conclusio in actu, & determinate ante pertractationem, vel perscrutationem principij: sed tantum in virtute, & in potentia, & ideo potest cognosci principium ignorata conclusione, inquit Gothofredus, Durandus autem dicit & in idem redit, nisi facta applicatione, & subsumptione sub ipso, sed solum in vniuersali & in potentia: sed in essentia Dei representantur creaturæ actu, & distinctè. i. secundum proprias rationes simul absque quacunque deductione, & applicatione; ergo non repræsentantur res in diuina essentia sicut conclusiones in principiis. Ad euidentiam huius aduerte, quòd B. Thom. intendit duo in hoc exemplo primo quòd principium demonstratiuum consideretur, vt principium conclusionum. id est, vt sit productiuum cognitionis conclusionum in intellectu meo: & vt sic est causa vel è actiua, & continua suarum conclusionum, sicut essentia Dei est causa actiua continua rerum. In hoc igitur sunt similia, & non debent considerari principium vt precisè quædam propositio vera; quoniam vt sic non est formaliter principium: secundò quod si cognoscantur conclusiones in principio vt sic intellectus noster discurrens necesse est perfectiorem cognitionem de principio supponere in intellectu: ita quòd vt diximus ad Scot. secundum, quod intellectus meus magis penetrat principium vt principium plures conclusiones cognoscam in eo, vel ex eo & in hoc est simile de diuina essentia: quoniā quanto perfectius videtur, tanto plures effectus videntur in ea. Ex his dico ad argumentum quod eam Gothofredus quam Durandus decipiuntur in hoc, quòd non aduertunt differentiam esse inter cognoscere conclusionem in principio, & cognoscere ex principio: nam propositio Gothofred & Durandi habet veritatem, quo ad cognoscere conclusionem ex principio: quoniam alio actu fertur intellectus super principium & alio super conclusionem ex principio deductam. Et ideo stat quod prius cognoscam principium quam conclusionem etiam tempore: vt vult Philosophus in primo Posteriorum. vt scio omnem mulam esse sterilem: non tamen hanc quia forte nondum sub sumpsi, hanc esse mulam, ex consequenti non scitur determinatè ergo nisi per applicationem, & subsumptionē vt in hoc bene dicit Durand. sed B. Thom. intendit de cognitione conclusionis in principio, & tunc falsum est, quòd conclusio continetur. & cognoscatur tantum in potentia: imo actu, & determinatè: quoniam intellectus vno actu fertur in principium & conclusionem, vt patet per B. Thom infra in quæst. 58 art. 3. Hoc modo cognitionis impossibile est cognoscere principium & ignorare conclusionem, eo tamen modo quo penetratur principium, quoniam igitur in diuina essentia videntur res, & non ex diuina essentia, optimè B. Thom. assimilauit hanc visionem cognitioni quam videntur conclusiones in principio secundum quòd penetratur principium. sed dices B. Thom. non exemplificat de cognitione conclusionum in principio sed ex principio vt patet in ly, ex ergo stat argumentum Durandi & Gothofredi.

Ad hoc dico quòd eum vtraque cognitio in & ex principio clarè habeatur ex B. Thom vt patet in quæst. de verit. quæst. 8. art. 15. & determinatione huius artic. incœpit per videre effectum in causa, & non ex causa: cius principalis intentio fuit loqui de cognitione conclusionis in principio vt sic similitudo inter visionem rerum in Dei essentia, & conclusionum in principio. Nec obstat quòd B. Tho. dicit in litera ex principio quoniam ly *ex principio* non semper implicat discursum, siue applicationem, sed aliquando causalitatem tantum: siue enim videatur conclusio in principio siue educatur ex principio, verum est vtroque modo; principium esse causam cognitionis conclusionis productiuam & ly, ex consequenter apponi potest causæ efficiuæ. Vnde dico quòd B. Tho. per ly *ex principio* intendit causalitatem tantum, & tale ex commune est cognitioni in principio & ex principio per deductionem. Quod si quis sustinere voluerit, B. Thom. sumere ly *ex principio* vt implicat discursum sicut videtur expresse tenere in q. de Verit. q. 8. art. 1. ibi. *Qui est euentus intellectus &c.* & loquitur de Deo cognoscente omnia per essentiam suam, vide tu. potest dicere quòd B. Thom. per ly, *ex principio* arguit à posteriori vt inquit Expositor. vide tu cum in præsenti art. vbi incipit, *nec obstat* quòd litera.

Postremo Scot. & Aureolus & Gothofred. conantur improbare hanc consequentiam B. Thom. Si intellectus creatus posset videre omnes effectus, in causa primo prima, comprehenderet eam. Scot namque in 3. dist. 14 q. 2. ibi, *contra rationem huius positionis arguitur sic &c* improbat eam dupliciter.

Primo sic: ipsa conuenit b. & c. ordinatè, ita quod b. sit tota ratio respectu c. si intelligens b. non comprehendit a. multo minus intelligens c. comprehendet a. exemplum de subiecto & definitione eius, & passione: Nam si intelligens rationale, non comprehendit hominem, multo minus intelligens risibile comprehendet hominem: sed in Deo esse infinitum intensiuè, & esse infinitum extensiuè, in quo infinita possibilia relucent, se habent ordinatè, ita quod quia est infinitus intensiuè

tensiuè infinita relucent in eo & potest infinita producere sed non è conuerso. Sed cognoscens ipsum vt infinitum intensiuè non comprehendit ipsum, ex dictis in q. præcedenti: ergo multo minus cognoscens infinita relucentia in eo, siue eius infinitos effectus, non comprehendit eum.

Secundò sic: cognoscens vnum esse effectum in verbo, non comprehendit illum effectum, nec comprehendit verbum vt est causa illius: ergo quotcunque effectus cognoscat, nullum eorum comprehendit, nec verbum vt est causa alicuius eorum: igitur multò magis, nec simpliciter comprehendet causam, & si omnes eius effectus cognoscat: hæc Scot. Aureolus quoque, vt adducit Capreol. in 4. distinct. 49. quæstion. 6. contra tertiam inter reliqua quæ multa sunt tangit etiam hæc motiua Scoti. Vnde sic arguit: infinitas intensiua intimior est in Deo, quam infinitas extensiua, potest enim infinita, quia est intensiuè infinitus, sed cognoscens infinitatem intensiuam non comprehendit eum: aliter omnis beatus comprehenderet eum. Cognoscit enim ipsum esse creatorem: ergo habere virtutem infinitam intensiuè: ergo cognoscens infinitatem extensiuè, quod est cognoscere infinitos effectus, non comprehendit eum: præterea omnes creaturæ in esse nodo non adæquant Dei infinitatem: ergo nec si ponantur, omnes cognosci, adæquant eius cognoscibilitatem.

Godofredum autem adducit Capreolus vbi suprà, & Aureolus cum eodem concordans dicit, ideo non tenere consequentiam B. Thom. quia quantitas cognitionis potest attendi & extensiuè penes numerum cognitorum, & intensiuè penes maiorem limpiditatem: licet autem intellectus creatus videat tot in Deo, quot ipse Deus, quantum ad quidditatem rerum creatarum, non tamen videt æquali limpiditate: quia Deus videt se & relucentia in eo infinita limpiditate: intellectus autem creatus finita: & vnus beatus videt limpidius alio ergo dato quòd omnes beati videant omnes effectus in Deo, non sequitur quòd comprehendant eum: quia comprehensio dicit limpidissimam & totalem cognitionem. His conatur infringere consequentiam B. Thom.

Infinitas duplex intensiua & extensiua.

Ad primum Scot. quoniam etiam est primum Aureoli respondeo ad vtrumque simul. Et primò adduco responsionem expositoris, quæ stat in hoc si b. & c. ordinatè insunt ipsi a. eodem modo essendi, puta quia vtrumque ineest formaliter, vt rationale & risibile insunt formaliter homini, vel vtrumque causaliter, sed non formaliter, vt calefactiuum, & exsiccatiuum esse, ineest causaliter, vel eminenter tantum in sole. In hoc casu propositio maior Scot est vera, benè enim sequitur quòd si per cognitionem rationalis, non comprehendo hominem, nec per cognitionem risibilis. Similiter si per cognitionem calefactiui non comprehendo Solem, nec per cognitionem exsiccatiui: si autem b. inest formaliter & c. causaliter, dato quòd b. sit ratio ipsius c. propositio maior Scoti non est vera, vt patet in sole, quoniam esse luminosum primum inest Soli formaliter, esse autem productiuum omnium inferiorum, inest causaliter, stat autem quòd cognoscam Solem esse luminosum primum, & tamen non comprehendam ipsum, si autem cognoscerem ipsum, vt productiuum omnium inferiorum distinctè & secundum proprias rationes, comprehenderem ipsum: quoniam per effectum adæquatum sufficienter, & quidditatiuè cognoscitur perfectio causæ, hoc autem esse productiuum omnium inferiorum, &c. est effectus adæquatus Soli, vt supponitur: vnde sequitur quòd comprehendatur: Et quoniam sic accidit in proposito quòd infinitas intensiuè inest Deo formaliter, illa autem scilicet extensiua tantum causaliter siue eminenter: ideo non sequitur quòd si cognoscens primam, non comprehendit Deum, quòd nec & cognoscens secundam. Sed dices, vnde est quòd cognoscens primam, non comprehendit, sed illæ, qui secundam? Respondeo hoc ideo esse, quia eo cognito, quod est formaliter in Deo, Deus vt Deus est, in se videtur. Vnde ex cognitione infinitatis intensiuæ cognoscitur Deus vt trinus & vnus, ad nullos gradus entis limitati, nulla perfectione simpliciter carens, sed hoc vt patet non est Deum comprehendere, aliter omnis beatus comprehenderet. Cognitis autem omnibus virtualiter, & causaliter contentis, per cognoscere infinitatem extensiuam, cognoscuntur omnia latentia in causa huiusmodi: at latentia non possunt cognosci nisi intime & omnino penetretur causæ perfectio, hoc autem est comprehendere: patet igitur, quòd rationabiliter comprehenditur per secundam infinitatem & non per primam.

Capreol. autem in 4. dist. 4. quæstion. 6. ad primum Aureol. contra primam, ibi, *dicitur secundo, quòd prima consequentia, &c.* dicit: licet infinitas intensiua sit intimior in Deo, quo ad esse, non tamen secundum rationem & nostrum modum intelligendi, & hoc intelligendo quia vniuersitas creabilium, vel totum ens creabile, & possibile produci est obiectum adæquatum diuinæ virtuti & potentiæ, vt potentia est, (potentia enim vt potentia respicit obiectum.) Ideo per talis obiecti adæquati perfectam cognitionem comprehensibilis est diuina virtus, & potentia creatiua, inquantum potentia est. Comprehensa vero tali virtute comprehenderetur diuina essentia sicut per propriam, & adæquatam passionem, quod non contingeret per cognitionem infinitatis intensiuæ: quoniam non addit super essentiam nisi negationem limitationis: talis autem negationis cognitio non est sufficiens medium comprehensionis: obiectum autem adæquatum alicui potentiæ est sufficiens, & ideo bene stat, quòd per cognitionis infinitatem extensiuè comprehendam Dei virtutem, ex consequenti essentiam: non autem per infinitatem intensiuam: sic respondet Expositor, & Capreol. Tu vero potes negare Scot, & Aureolo, quòd cognoscens infinitatem intensiuam, non comprehendat Dei essentiam, dummodo cognoscit eam tantum quantum cognoscibilis est: est autem infinitæ cognoscibilitatis, quoniam est infinitæ entitatis, & actualitatis. Et cum dicit Scot. se probasse in quæstio. præcedenti, quòd cognoscens infinitatem intensiuam non comprehendit Dei essentiam. Dico quòd benè probauit, intellectum, qui absolutè fertur super infinitatem Dei, non comprehendere Deum: quoniam hoc conuenit omni beato, aliter non quietaretur intellectus: tamen non probauit, quòd intellectus, si feratur infinitè super Dei infinitatem, non comprehendat eum. Idem dico ad Aureol. neganda est propositio minor Scot & Aureol.

Deus licet infinitus & incomprehensibilis, tamen à creatura cōprehenditur per infinitatē extensiuā & nō intensiuam.

Nota.

Ad secundam Scoti, nego hanc consequentiam, cognoscens vnum effectum & duos & tres, & centum: & sic deinceps non comprehendit verbum, vt est causa illorum: ergo cognoscens omnes effectus producibiles à verbo, vel per verbum, non comprehendit verbum. Arguit enim à diuisim ad coniunctim, siue ab obiecto inadæquato, ad obiectum adæquatum diuinæ potentiæ. Constat autem quòd hæc consequentia non valet, per cognitionem obiecti inadæquati non comprehenditur potentia: ergo nec per cognitionem obiecti adæquati.

Ad primam Aureol. respondendum est, vt ad primam Scoti: ad secundam autem nego consequentiam, licet enim non tadæquant quo ad esse, tamen in omnes simul sumptæ adæquant diuinam virtutem & potentiam in ratione potentiæ, sicut eius adæquatum obiectum, neque enim potest plura producere quam possint produci: per obiectum autem adæquatum comprehenditur virtus producentis, dato quòd deficiat à nobilitate ipsius virtutis quo ad esse: sicut per cognitionem omnis producibilis à Sole, comprehenditur virtus Solis, licet omne tale producibile sit ignobilius quo ad esse, quoniam est corruptibile, virtus autem Solis est incorruptibilis. Ex perfecta autem cognitione virtutis, & potentiæ agentis ascendit intellectus ad perfectam cognitionem naturæ & essentiæ eiusdem, sicut ex prima & adæquata proprietate

Ad solutionem consequentiæ B. Thom. quam adducunt Godofredus & Aureolus, dico quòd decepti sunt non ponentes differentiam inter cognoscere omnes effectus in seipsis, & cognoscere eos in prima causa: nam quando in seipsis cognoscuntur maiori, & minori limpiditate cognosci possunt, secundum quòd per species suas diuersimodè adæquant intellectum. Quando autem cognoscuntur in causa prima non solùm quot sunt in numero, sed quantum quisque perfectus est cognoscuntur. Id autem non potest cognosci nisi sciendo, & quo gradu perfectionis possunt à causa prima produci, & iterum id non potest sciri, nisi omnino penetretur perfectio primæ causæ, quod est comprehendere ipsam: nego igitur, si omnes effectus viderentur in prima causa, quòd post sint videri magis, & minus limpidè, imo infinita limpiditate ex omnimoda penetratione eiusdem, & quoniam, ideò proprium Dei, ideo solus videt omnia in seipso: & aduerte quod hæc responsio fundata est in 1. contra Gent. capitul. 56. ibi, *sed si diligenter considerentur, non est eiusdem rationis*, vsque in finem capitis.

In responsione ad quartum. Aduerte primo quòd B. Thom. videtur concordare cum Auic. lib. 9. suæ Metaphy. cap. 7. ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit Perfectio rationalis animæ est, vt fiat seculum intelligibile & describatur, in ea vniuersus orbis, & forma totius, & ordo intellectus in toto, & subdi: & vt incipiens à principio totius procedat ad substantias excellentiores spirituales absolutè: deinde ad spirituales pendentes aliquo modo, deinde ad animas mouentes corpora, & posteà ad corpora cælestia, & vt hæc omnia sint descripta in anima, secùdum dispositiones & vires earum quousque perficiatur in ea dispositio vniuersi: & sic transeat in seculum intellectum instar esse totius mundi: hæc ille. Aduerte 2. quòd B. Thom. ibi, *cognoscere autem alia singularia, &c.* breuiter, & truncatè se expedit de his, quod non est necesse beatum cognoscere: & ideo vide in tertio contra Gentil capit. 59. ibi, *primo quidem quantum ad ea,* & vsque in finem: & illic inuenies quòd non est necesse, imo nec possibile quantumcunque beatum intellectum cognoscere omnia, quæ Deus facere potest, sed nec facit, nec facturus est. Item nec omnium rerum factarum rationes. Item nec ea, quæ pendent ex meta voluntate Dei vt prædestinatio, electio, hora iudicij, &c. hæc enim omnia non possunt cognosci nisi comprehendatur Dei essentia, vt inquit illic B. Thom. & tu vide ad placitum. Quomodo autem anima Christi excellentiùs & vniuersaliùs videat res in verbo quam quilibet alius beatus, non est præsentis propositi. In responsione ad secundum aduerte, quòd licet hic concedat minorem, tamen in quæstio. de Verit. quæstio 8. artic 4. & quæstio 11. articul. 6. negat eam, declinans potiùs ad modum essendi, sicut effectus in causa: quoniam sicut res in speculo, vt supra diximus quòd tamen Deus sit speculum saltem impropriè, concedit, & quoniam argumentum huius articuli indistinctè subsumit Deum esse speculum, ideo potui admittere minorem, quoniam quocunque modo sit speculum, cùm non comprehendatur non est necesse omnia videri in eo.

ARTICVL. IX.

Vtrum ea, quæ videntur in Deo à videntibus diuinam essentiam per aliquas similitudines videantur?

CIrca titul. Aduerte quòd licet in articu. 2. determinauerit diuinam essentiam non posse videri per aliquam similitudinem, quoniam nullum creatum est sufficienter repræsentatiuum tantæ celsitudinis, & infinitatis: tamen hæc ratio cessare videtur quo ad creata visa in diuina essentia: cùm enim omne creatum sit finitum, repræsentabile est aliqua specie finita: & propterea quærit, *Vtrum ea, quæ videntur.* Item aduerte quòd Ly. *per aliquas similitudines* intendit formas intelligibiles, productas realiter à Dei essentia.

Vnde secundum illam cognitionem, &c. vsque in finem articuli. Aduerte quòd resolutio stat in hoc, si videntur per aliquas similitudines, vel illæ similitudines sunt in ipsis videntibus, vel in diuina essentia, sicut species in speculo: non quia res viderentur in seipsis & non in alio: nunc autem loquimur de visione in alio, non secundo quia pluralitas absolutorum non stat in diuina essentia, Formæ autem intelligibiles sunt entia absoluta, cum sint principium actionis, connotant tamen respectum vt scientia & scibile. Sed dices, omnia videntur per vnam similitudinem, sicut potest creari Angelus, qui omnia intelligat per vnam speciem, contrà hæc similitudo vel est ipsa diuina essentia, quæ sufficienter repræsentat se, & alia: & sic habetur intentum, vel est distincta, & hoc est impossibile, quoniam ex diuina essentia, & ipsa similitudine fieret compositio, sicut ex intellectu Angeli & eius specie: hoc autem repugnat diuinæ simplicitati. Propterea B. Thom concludit, quòd vident per solam diuinam essentiam, vt gerit vicem formæ intelligibilis repræsentantis se, & alia.

ARTICVL. X.

Vtrum videntes Deum simul videant omnia, quæ vident in Deo?

AD cuius euidentiam considerandum est, *quòd in Deo vos &c.* Aduerte quòd eandem rationem sub eisdem propositionibus, adducit in quæst. 85. articul. 4. loquens de intellectu nostro, & illic inuenies defensionem contra Scot. & Aureol. ideo videbis illic.

Si autem omnes intelligantur vna specie, simul intelligantur, &c. Aduerte quòd hæc conditionalis non est vera de necessitate sed de possibili: hæc enim est falsa. Quæ vna specie intelliguntur, necesse est simul intelligi: stat enim quòd applicem intellectum ad intellectionem patrium præcisè, quando actuatur intellectus specie domus, vt est quoddam totum, sufficit autem quòd sit formaliter vera de possibili. Quod autem in visione Dei sit vera de facto, & de necessitate est propter omnimodam, & simultaneam perfectionem, quæ est de ratione actus beatifici. Ideo B. Thom. 1. contra Gent. capit. 60. fortè aduertens quòd hæc ratio non concludit de facto ex forma sed ex materia tali, propterea adducit alias rationes, quibus directè probat in illa visione nullum esse visorum successionem quas tu vide ad placitum.

Vnde simul, & non successiuè videntur. Aduerte quòd sub hac conclusione continetur omnis intellectus creatus, etiam intellectus animæ Christi, quod quidem non placet Scot. in 3. d. 14 in quæst. 2. ibi *sed ista via tertia non placet*, vult enim quòd anima Christi videns Dei essentiam habeat omnia sibi præsentia habitualiter, siue in actu primo quo, scilicet videt Dei essentiam. Dicit enim quòd actus, quo videt verbum primò est actus primus præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in verbo, & hoc quia verbum est manifestatiuum, vt speculum voluntarium repræsentãs omnia ipsa: tamen anima Christi non potest simul omnia recipere in cognitione sua actuali, sed quodlibet sigillatim, & ita potest videre quodcunque de numero infinitorum ad quod se conuertit, quòd igitur non omnia simul actualiter videant, probat dupliciter.

Primò experimur, quòd attentio circa plura obiecta est minus perfecta: ergo videtur impossibile, potentiam finitam perfecta attentione videre infinita simul.

Secundò si actualiter videret infinita, perfectio animæ Christi in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod videtur inconueniens. Deinde confirmat intentum suum per Auicen in sexto naturalium, parte quarta, capitul. secundo, vbi inquit, in sapientia creatoris non est occultatio secundum receptacula, quia scilicet, licet verbum omnia repræsentet, tamen anima non potest recipere nisi sigillatim.

Ad primum dico, assumptum non esse verum: nisi quando plura obiecta videntur in seipsis, vt plura sunt, & per proprias species: quando etiam videntur in alio, non vt plura, sed vt vnum videntur ex consequenti est vna omnium visio & attentio.

Anima Christi omnia videt & cognoscit simul ex successiuo.

Ad secundum, admissa pro nunc consequentia, nego, quòd hoc sit inconueniens: quoniam anima Christi, vt est anima Christi, est diuinum intelligens ex vnione ad diuinum suppositum, ita quòd potest dici, vt sic, de ordine diuinorum entium: licet in quantum anima, sit tantum de ordine rerum creatarum. Constat autem quòd ea, quæ sunt de ordine diuino, vt sic, excedunt improportionaliter ea, quæ sunt inferioris ordinis: sicut lumen gloriæ excedit incomparabiliter lumen naturale, non quidem quoad esse, cum vtrumque sit finitum, sed quo ad virtutem & efficaciam, vt supra diximus. Idem intellige de anima Christi, vt est talis anima Scot. autem ideo decipitur, quia considerat animam Christi vt est ejusdem speciei cum alia anima, & non speculatur altiùs.

Ad dictum Auicen. dico quòd non deseruit huic proposito de visione rerum in verbo: loquitur enim illic de anima coniuncta, quomodo in somnis recipit cognitiones rerum occultarum, & dicit: sed occultatio talium est secundum receptibilia, aut quia sunt infusa corporibus, aut quia sunt inquinata ab his, quibus deprimuntur deorsum, cum hoc autem ociantur ab his actionibus, merentur videre quòd est illic, &c. patet autem, quòd hæc quandoque non valet, anima demersa in corpore paulatim & in somnis recipit cognitionem occultorum à Deo, vel ab Angelis: ergo anima videns Deum, recipit successiuè visionem eorum, quæ relucent in verbo: Vnde Scotus in vniuersaliter adducit dictum Auicenn.

Sicut corpus non potest figurari simul diuersis figuris, &c. Et aduerte quòd hanc similitudinem substinebo infra in quæstione octuagesima quinta, articulo quarto. vbi declarabo, quod tenet, vt dicit Beat. Thom. in prima secundæ, quæstione 54. articulo primo ad vltimũ, rationem terminationis, quoniam sicut figura terminat corpus, ita species intelligibilis determinat intellectum exiitere sub actu secundo. Vnde sicut non potest vnum corpus terminari simul multis figuris, sic nec idem intellectus in actu secundo determinari multis speciebus, Scotus in 1. dist. 3. qu. 1. variè improbat hanc similitudinem propter hoc quòd species non est figurans, & quia

& qua species in intellectu non habent oppositionem: adducit enim non causam, vt causam, quod si considerasset quomodo assimilatur in hoc, quod est terminare, non ita leuiter impugnasset.

ARTICVL. XI.

Vtrum aliquis in hac vita positus videre Deum per essentiam?

CIrca tit. Ly, *in hac vita.* i. stante vnione animæ & corporis, & non exponatur pro vtente vel operante opera sensuum: quoniam in responsione ad secundum dicit, *sed non vtentium sensibus corporeis, &c.* Ly, *positis* non stat absolutè, sed possit absque diuino miraculo Ly: *videre* stat indistinctè, siue per modum habitus, siue per modum transeuntis, vt tenetur de Moyse.

Explicatio loci sub.

Respondeo dicendum, quòd ab homine puro, &c. hoc dicit ad differentiam Christi qui pro hac vita fuit semper beatus, *nisi ab hac vita mortali, &c.* hoc dicit ad differentiam status hominis post resurrectionem, quando in carne mea, ideſt existens viuus, videbo Deum, &c.

Vnde impossibile est anima hominis secundum hanc vitam, &c. Ly, *impossibile* stat sicut hic impossibile est mortuum resurgere, quod tamen sit possibile diuina virtute ex miraculo, & non stat pro eo, quod implicat contradictionem, quoniam hoc nulli potentiæ subest, & tamen in responsione ad secundum tenet esse factum de Paulo.

Et huius signum est quòd anima nostra, &c. Aduerte quòd Scot. in 4 distinct. 45. quæst. 2. ibi, *quæ adducuntur pro confirmatione, &c.* reprobat hæc signa. Sed ego defendam B. Thom. in quæstio. 89. artic. 1. & tu quære illic, quoniam est locus ad propositum.

ARTICVL. XII.

Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus.

CIrca titul. Ly, *per rationem naturalem*, stat pro cognitione rerum naturalium acquisibili per lumen naturale, & est sensus: Vtrum per cognitionem rerum naturalium possimus cognoscere Deum Ly. *cognoscere* stat indistinctè, siue per essentiam siue quia est: & aduerte quòd eadẽ est determinatio huius articuli cum determinatione illius quæstionis infra, in q 88. artic. 1. & 2. & 3. in quo quæritur. Vtrum anima coniuncta possit intelligere separata, & vtrum primum intelligibile pro hac vita sit ipse Deus. Et quoniam Scot. & sequaces eius, præcipuè Antonius Andræas in 2. Metaphys. quæst. 3. videtur tenere contra determinationem B. Thom de cognitione quidditatiua separatorum. Ideo vide in nostris q. libr. 2. Metaphys. quæst. 3. illic inuenies declarationem positionis B. Thom. & Scot. & quomodo non dissentiunt in sententia. Item quomodo argumenta Scot. quæ recitat Capr. in 1. distin. 2. q. 1. contra quintam laborant in æquiuoco. Concludunt enim quòd possumus cognoscere quidditates separatas, non tamen quidditatiuè. Quomodo autem hæc differant, declarauì illic, vide tu ad placitum.

Ex sensibus autem non potest, vsque ad hoc, intellectus noster pertingere, quòd Dei essentiam videat. Aduerte quòd Scot. quocunque modo declinet a via B. Thom. quo ad cognitionem substantiarum immaterialium, saltem in hac eadem conclusione, quo ad Deum concordat. Vnde Antonius Andræas in q. prædicta inquit, illa cognitio visionis, quam beati habent in patria, est nobis forte impossibilis pro hoc statu, &c. ex in patria, est nobis forte impossibilis pro hoc statu, &c. ex consequenti non possumus pro hac vita per rationem naturalem videre Deum.

ARTICVL. XIII.

Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei quàm per rationem naturalem?

CIrca titul. Ly, *per gratiam*, stat pro reuelatione facta homini à Deo, non secundum communem ordinem naturæ, sed & ex gratia speciali, vt qnãdo nobis loquitur per Prophetas, aut Filium, &c. est sensus, vtrum cognitio de Deo habita per reuelationem, altior sit.

Respondeo dicendum quòd per gratiã perfectior cognitio. Aduerte quòd in tit. proponitur altior, in conclusione perfectior, in responsione ad secundum plenior, quæ quidem excellentiæ non verificantur ex modo cognitionis, quoniam ex modo illa perfectior est, quæ euidentior est, & propterea cognitio primorum principiorum perfectissima est ex modo.

Perfectio cognitionis nõ ex modo cognoscendi sed ex obiecto cognito dependet.

Secundum hæc cognitio innititur fidei, quæ ausert euidentiam à credente: ergo ex modo non verificantur illæ excellentiæ, sed verificantur ex parte obiecti, pro quanto de Deo per gratiam cognoscimus altiora, & occultiora prædicata, puta quia trinus, & vnus, quia sanctificans, quia beatificans, & hæc non possumus cognoscere per rationem naturalem, & ratione hac diximus in quæstio. 1. quòd sacra doctrina metitissimè dicitur sapientia, quoniam attingit occultissima & eminentissima prædicata Dei, in qua non potest Metaphysica naturalis, vt declarauì in quæst. 1. articu. 6. Corrollariè sequitur quòd cognitio de Deo habita per gratiam ex modo est infima: ex obiecto autem, prout declarauimus, est perfectissima.

Quæstio Decimatertia.

ARTICVL. I.

Vtrum aliquod nomen Deo conueniat?

SECVNDVM Philosophum voces sunt signa intellectuum, &c. vsque ibi, *conceptionem intellectus.* Aduerte quòd dicit, *non esse signa intellectuum* & non dicit similitudines, quia inter vocem significatiuam præcipuè ad placitum, & eius significatum non attenditur aliqua similitudo, sed sola ratio siue voluntas instituentis, sicut in multis aliis signis, vt tuba est signum belli. Dicit *intellectuum*, & tamen text. Philosophi habet *passionum*, quæ duo licet stent pro eodem, scilicet pro conceptionibus, tamen alia ratione dicuntur intellectus & alia passiones. Dicuntur quidem intellectus prout sunt termini actus intelligendi: & dicuntur passiones prout causantur à re, vt à fundamento veritatis, & recipiuntur in intellectu. Omnis autem receptio, potest dici passio, ex tertio de Anima dicit, quod intellectus sunt eorum similitudines, & non dicit sunt notæ, sicut dixerat de vocibus, quoniam naturaliter repræsentant res, vnde conceptus dici solent imago. & verbum, cuius ratio est manifestatiuum eius, cuius est imago, siue verbum: vnde remota omni institutione humana, diffinitio repræsentat diffinitum. Dicit quòd voces significant res mediante conceptione intellectus quod vtique est verum: sed cum quadam latitudine: nam voces significatiuæ, aut sunt communes, vt homo, lapis, animal: aut singulares, vt Sortes, Plato. Si sunt communes, significant naturam communem, quæ non habet communitatem realem extra singularia, vt voluit Plato, sed communitatem secundum rationem, quæ non ponitur, nisi per intellectum concipientem. Necesse est igitur, vt intellectus priùs concipiat hominem, inquantum homo est, quàm enunciet per vocem, si sunt singulares, significant naturam singularem, quam necesse est priùs apprehendi per operationem particularem, id est per imaginatiuam, vel cogitatiuam, & de ea formare conceptum singularem: & deinde sic apprehensam significare per vocem. Nam Aristot. in 2. de Anima, text. 9. vult quòd non omnis sonus animalis sit vox. Necesse est priùs imaginari, & apprehẽdere id, quod per vocem exprimendum est, & illa apprehensio siue conceptus singularis potest dici intellectus, pro quanto etiam cogitatiua apud Aristotelem aliquando dicitur ratio, aliquando intellectus passiuus ex tertio de Anima text 28.

Secundum igitur quòd aliquid à nobis cognosci potest, sic à nobis potest nominari. Aduerte quòd Scot. in 1. dist 22. quæst. vnica improbat hanc propositionem. dicit enim quòd Ly, *nominari*, dupliciter potest accipi, primò vt idem est quòd imponere nomen ad significandum aliquid, secundò vt idem est quòd vti nomine imposito ab alio: tu sumatur secũdo modo, falsum est, quòd eo modo de necessitate nominemus aliquid quo cognoscimus, potest enim aliquis vti nomine distinctius significante rem, quam ipse intelligat, vt quia est altioris ingenij, intelligit distinctè aliquam naturã, puta Solem & ei nomen imponit: vulgares autem vtuntur eodem nomine, licet non distinctè tam perfectè intelligat ipsum Solem, & quãtum ad hoc bene dicit Scot. ex consequenti sequitur quòd si Deus imhoc bene dicit Scot. ex consequenti sequitur quòd si Deus imponeret sibi nomen, vel Augustinus quid distinctius cognoscit ipsum Deum: Viator posset vti tali nomine, si sibi reuelaretur: licet non intelligeret ita distinctè rem nominatam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam: Si autem ſumatur primo modo, Scotus licet ſub dubio relinquat, & conditionaliter, vt patet cum dicit: *Si autem iſta propoſitio eſſet vera, quòd nullum nomen poteſt alicui imponi diſtinctius, quàm intelligatur, hoc tamen eſt falſum, quòd nullum poteſt vti, &c.* Tamen arguit quòd non ſit vera ſic, ſi nihil poteſt per nomen ſignificari diſtinctius quàm intelligatur, nullum nomen impoſitum à vtatore ſiguificaret aliquid de genere ſubſtantiæ: ſed de genere actionis, aut accidentium: probatur conſequentia: Quoniam non cognoſcimus naturam ſubſtantiæ, niſi in conceptu communi entis: ergo non diſtincte, & propterea non cognoſcimus diſtinctè, niſi aliquas proprietates aut actiones alicuius ſubſtantiæ, puta de igne lucem, calorem, calefactionem, & de lapide duritiem, & læſionem pedum: ergo ſi aliquid nominatur ſicut cognoſcimus, iſta nomina, ignis, & lapis non ſignificabunt diſtinctas ſubſtantias, ſed proprietates aut actiones: quod patet eſſe falſum.

In hoc non bene dicit Scot. quoniam ſi intellectio eſt cauſa nominationis, & perfectius nomino quam intelligo, effectus erit perfectior cauſa ſua. Præterea talis nominatio potiùs eſſet à caſu, quam à propoſito, & poſſet eſſe erroris occaſio, vt puta aliter nominemus rem, quam forte ſibi conueniat. Ad argumentum igitur Scot. nego conſequentiam. Ad primã probationem nego aſſumptum. Imo cognoſcitur propoſitio concepta, & per propriam ſpeciem. Decipitur autẽ Scot. quoniam tenet ſubſtantiam non cognoſci per propriam ſpeciem, ſed per ſpeciem accidentium ſuorum: cuius oppoſitum determinaui in 7. Metaphyſic. quæſt. 6. Ad probationem, nego ſimiliter aſſumptum: nam vt declaraui in 7. Metaphyſi. quæſt. 5. talis ſeruatur ordo in noſtro intellectu, primò quando intellectus poſſibilis actuatus eſt ſpecie ſubſtantiæ, per ipſam cognoſcit ſubiectum quo ad prædicata confuſa eſſentialia: ſecundo quia noſtra diſtincta cognitio incipit à ſenſu, qui eſt cognoſcitiuus accidentium, per viam ſenſus conſurgo ad cognoſcendum accidentia propria talis, vel talis ſubſtantiæ: tertiò ex his accidentibus notis deuenio in cognitionem diſtinctam ipſius ſubſtantiæ, & in tertio gradu nominamus ſubſtantiam nomine ſignificante ſubſtantiam diſtinctè, ſicut cognoſcimus. Vnde nego, quòd huiuſmodi nomina lapis, & ignis ſignificent accidentia vel actiones, licet imponantur ab eis: ſed vt dicemus infra diſtinguuntur, id, à quo, & id, cui nomen imponitur. Vtrum autẽ in ſcriptura ſacra, vel apud Hæbræos ſint aliqua nomina ſignificantia diſtinctè diuinam eſſentiam, vt probabile, dicit Scot. eſſe tenendum, quid autem tenendum ſecundum B. Thom. dicam in artic. 9. huius q.

Ordo cognoſcendi in intellectu noſtro.

Non tamen ita quòd nomen ſignificans ipſum, &c. vſque ibi, *declarante eius eſſentiam, &c.* Aduerte quod nomen ſignificãs rem ſecundum quod eſt in ſe, eſt illud, quod ſignificat rem quo ad prædicata ſubſtantialia non ſolum communia, ſed propria, & intrinſeca: vt homo, nomen autem ſignificans rem, vt eſt ſub actione, vel ſub reſpectu ad alterum, vel ſub negatione non ſignificat rem ſecundum quod eſt in ſe: & quoniã diuina nomina imponuntur ab actione, vel reſpectu vel negatione, vt magis declarabitur infra; ideo nullum ſignificat Deum vt eſt in ſe, ideſt ad prædicata quidditatiua propria.

EXPOSITIO SVPER TRACTATVM DE TRINITATE,

PRIMÆ PARTIS D. THOMÆ.

NON eſt mea intentio in hac expoſitione formaliza re articulos D. Tho. hoc enim per ſe poteſt exercitatus, & ingenioſus ſtudẽs nec quoſcumque articulos ſeruari, plures enim ſunt, in quibus immorari ſuperfluum eſſet, ſed intendo expenere propoſitiones dubias, & obſcuras, aliquando mouendo dubia, aliquãdo interpettando, & defenſare D. Thom. contra impugnatores ſuos. Vt ergo doctrina clarior habeatur, propono ordinem, quem D. Thom. ſeruauit, & iuxta ordinem diuidam hoc noſtrum expoſitorium. Ordo talis eſt ſecundum doctrinam Ariſtit. in 1. Poſteriorum. In omni ſcientia ſupponitur ſubiectum, de quo primò conſiderantur ſua principia. Secundò ipſum ſubiectum in communi: vnde ens mobile, vel corpus mobile ſimpliciter eſt ſubiectum in octo libris de Phyſico auditu. Tertio conſiderantur partes ſubiectiuæ ipſius ſubiecti vt cœlum, elementa, mixta, & in aliis libris naturalibus. Quarto conſiderantur proprietates ipſius ſubiecti: eiuſdem enim ſcientiæ eſt, conſiderare ſubiectum, & proprias paſſiones ex 4. Metaphyſic. commen. 7. vnde conſiderans ens, inquantum ens conſiderat vnum, & multa &c. Conformiter Bea. Thomas proceſſit in hoc tractatu: nam ſubiectum eius eſt perſona, non quidem metaphyſicè ſed Theologicè ſumpta, quæ ſumitur pro ſuppoſito relatione ſola, & non pro aliquo abſoluto in eſſe communicabili conſtituto, quæ quidem perſona ex reuelatione ſupponitur. De huiuſmodi autem perſona primò conſiderantur principia ſua conſtitutiua, & diſtinctiua, quæ quidem ſunt relatio, origo: ita tamen quòd immediatum, & complerum eſt relatio, vt dicemus. Secundò conſideratur ipſa perſona in communi, non deſcendendo ad aliquam particularem. Tertiò conſiderantur ipſæ perſonæ in particulari quaſi partes ſubiecti. Iterum conſideratur perſona in communi conſideratione comparatiua, puta comparando perſonam eſſentiæ & relationi, & actui notionali. Quartò conſiderantur proprietates perſonarum quæ ſunt æqualitas, ſimilitudo, miſſio &c.

Iuxta igitur talem ordinem diuidemus præſens expoſitorium in quinque partes, in prima agetur de proceſſione, & relatione. In ſecunda de perſona in communi, conſideratione abſoluta. In tertiade perſonis in particulari. In quarta de perſona in communi conſideratione abſoluta. In quinta de proprietatibus perſonarum. Pars prima continet duas quæſt. primam de proceſſione, ſecundam de relatione. Circa articulum primum, primæ quæſt. ſic procedemus.

QVÆST. XXVII.

ARTICVLI. I.

Vtrum in Deo ſit proceſſio.

ALII vero hanc proceſſionem acceperunt ſecundum quòd cauſa dicitur procedere. Aduerte quòd tunc dicitur cauſa procedere in effectũ, quoniam non in ſui natura aliquid producit, ſed ſibi præexiſtenti copulat aliquid de nouo productum, ex quo & ipſa cauſa denominatur talis licet in ſe non ſit talis, vt patet in myſterio incarnationis, & de hoc vide B. Thom. in 4. contra. G. q. 5. & in hoc ſenſu loquebatur Sabellicus vt patet in artic.

Sed cum omnis proceſſio ſit ſecundum aliquam actionem. Aduerte quòd Durandus, & plures alij, quod recitat Capreol. in 1. diſt. 27. q. 2. contra primum tenent quod repugnet actioni immanenti eſſe productiuam, fundantes ſe ſuper dictum Philoſophi in 9. Metaphyſ. comment. 16. ſed tu expones dictum Philoſophi ſicut Capreol. vbi ſuprà ad ſecundũ Gerardi, & ad primũ Durandi. quam expoſitionem ſequitur Expoſitor, & eſt qua ſi formaliter ioann Baccon. in 1. diſtinct. 27. quæſt. 1. in fine ibi, *dico quòd ſupra reprobaui*, & ſtat in hoc. Omnis operatio tranſiens habet aliquid operatum, ad quod ordinatur vt ad finem, & complementum vltimum quod eſt melius ipſa operatione, vt patet comparando ædificationem domui, operatio autem immanens non neceſſario habet operatum, vt patet in ſenſu, vel ſi habet, non eſt finis talis operationis vltimo intentus: imo tale operatum ordinatur ad ipſam operationem immanentem eliciendam, vt patet in in habitibus moralibus generatis ex actibus, qui ad conſimiles actus eliciendos ordinantur. Intentum ergo Philoſophi eſt non negare operatum omne per operationem immanentem, aliter negaret habitum moralem, fieri ex frequentatis actibus, & ſic ſibi contradiceret: ſed negare operatum, quòd ſit finis, & vltimum intentum in tali operatione, ſicut eſt in actione tranſeunte.

Quicunque intelligit ex eo: quod intelligit &c. Quæritur ſi hæc propoſitio eſt vera, & & ſi ſcita, vel tantum credita. Expoſitor tenet, quòd non eſt vniuerſaliter vera, quia beatus non format verbum adæquatum, licet poſſit concedi de verbo partiali, vt etiam Capr. vbi ſuprà ad 8. & dicit expoſitor, quòd nec Angelus intelligens ſe, format verbum quia ſuperflueret, cum habeat ſuam eſſentiam ſemper ſibi præſentem, ſed hoc videtur eſſe contra B. Thom. 4. contra Gent. cap. 11. ibi. *Perfectior igitur eſt vita intellectualis in Angelis*, vſque ibi *quæ quidem in nobis &c.* Ideo tenet cum Capreol. vbi ſupra reſpondendo ad ſecundum factum, tertio loco contra eandem concluſionem, quòd omnis intellectio illicita, directa, perfecta, vel imperfecta terminatur ad verbum, quia non completur niſi producto verbo, ſicut non completur ſenſatio exterior, niſi in ſenſu communi. Dico autem ilicita, quoniam ſi per omnem intellectionem abſolutè poſſemus concludere verbum eſſe in Deo, & verbum producere verbum. Deus enim eſt intelligens, & verbum eſt intelligens. Dico *directa*: aliter dum intelligo verbum intelligeres, produceremus aliud verbum à primo ſic in infinitum. Dico *ſive perfecta, ſive imperfecta*: quoniam obiectum non repreſentatur intellecti enti niſi in verbo: vnde ſicut repræſentatio aliquando eſt perfecta, aliquando imperfecta, ſic & verbum quorum vtrumque correſpõdet ſuo intellectui, ſicut effectus cauſis ſuis. Quod autem dicit Expoſitor quòd in Angelis ſuperflueret: nego conſequentiam. Ad probationem dico, quod eſſentia non ſemper eſt eis preſens in eſſe intellecto vltimato. Cùm autem, ſecundò quæritur: Vtrum hæc propoſitio ſit, tantũ credita, vel ſcita, dico quod in creato intelligere, in quo eſt elicita intellectio: eſt vniuerſaliter ve, a, & ſcita, in Deo autem non eſt ſcita, ita quod per intelligere diuinum poſſimus concludere eſſe productum verbum diſtinctum realiter ab intelligente: quoniam illud intelligere, non diſtinguitur realiter ab intelligente. Ideo Philoſophus hoc non poteſt cõcludere. Similiter ideo eſt ſcita, quantum ad productionem ſecundum noſtrum modum intelligendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

di,vt scilicet, sicut per nostram intellectionem distinctâ realiter à nobis producitur verbum realiter distinctum ab intelligente, sic per intellection-m diuinam distinctam tantum ratione ab intelligente producitur verbum, vel aliquid per modum verbi distinctum tantum ratione ab ipso intelligente,& hoc non negasset philosophus. Ex quibus patet quòd ratio B. Thom. non concludit demonstratiuè, sed imitatiuè, q autem per intelligere diuinum producatur verbum distinctum realiter &c est tantum creditum.

Ex eius notitia procedens. Circa hanc propositionem sunt tria dubia? primò est si notitia. id est intelligere est productiuum verbi, & videtur quòd non: aliter filius produceret verbum. Aduerte quòd Scotus, qui tenet actum intelligendi, vt est actio immanens, non esse actionem productiuam: ponit in intellectu diuino duos actus intellectus, primum vocat operatiuum: secundum autem vocat productiuum, & licet vterque sit actus intellectus, tamen tantum primû dicit esse actum intelligendi, quo nihil producitur ex 9. Metaphisic. Vnde ipse absolutè negat verbum produci per actum intelligendi,& hâc eius imaginationem videbis in Quodliber quæst. 1. artic. 3. ibi, *Vel potest breuiter dici ad ipsam secundam probationem &c.* quam tamen imaginationem sufficienter improbat Expositor, videas tu eum. Demum fundamentum eius de actu intelligendi, q non sit productiuus, destructum est in declaratione præcedenti. Dimissa imaginatione Scoti, dicendum est secundum viam B. Thom. quòd intelligere absolutè non est productiuum verbi, sic enim argumentum de filio concluderet, sed intelligere expressiuum, quod est ipsum dicere, est productiuum verbi, propterea nonnanter dixit B. Thom. in fine huius articuli, à dicente, quod manet in ipso. quomodo autem distinguatur intelligere, & dicere, & quid dicere addat super intelligere, pertractabimus infra.

Secundum dubium est, an verbum procedat ex notitia actuali, vel habituali,& voco notitiam actualem prout intellectus est sub actu secundo: notitiam autem habitualem prout actuatus est actu primo tantum.

Ad hoc dico quòd in via B. Thom. non potest simpliciter responderi, sed quod stat ex vtraque posse procedere, nam verbum complexum conclusiones procedit ex notitia actuali præmissarum, necesse est eam priùs intelligere præmissas: & verbum complexum principiorum primorû ex notitia actuali terminorum. Verbum autem incomplexum, termini simplicis ex notitia tantum habituali. aliter esset processus in infinitum, & non daretur prima intellectio: vnde patet quòd resoluendo primum verbum est ex notitia tantum habituali, nec argumenta Durandi, quæ recitat, Expositor sunt contra hanc determinationem alicuius valoris vide eum.

Tertium dubium est, si verbum productum ex notitia, id est actu intelligendi, distinguitur realiter ab ipso actu, Expositor tenet partem affirmatiuam, & concordat cum Capreol. in distinct. 27. quæst. 2. ad 1. contra primam in 2. loco. Item idem tenet Hervæus in 1. Quodliber q 8. ibi. *Quantum autem ad aliud, quod est principale &c* & adducit argumenta quæ etiam recitatur, à Capreol. vbi supra. Sed non curabis solutiones Hervæi, nam de actione immanente tenet opinionem Scoti inconsuetam. ideo sequere responsiones Capr.

Non ergo accipienda est processio. sicut in corporalibus &c. videtur quòd B. Thom. ex hac propositione teneat processionem ad extra inueniri solùm in corporalibus, quod est falsum, cùm Deus producat entia creata processione ad extra. Dicit Expositor, quòd Beat. Thom. non intendit eam inueniri tantum in incorporalibus: sed propter suam imperfectionem inueniri etiam in corporalibus. Tu tamen potes dicere, quòd B. Tho. non loquitur hic in articulo de processione diuina simpliciter: sed de prima quæ quidem non est ad extra, sicut illa prima quæ inuenitur in corporalibus, imo necesse est hanc procedere ab illa intrinseca, quoniam agens per intellectum priùs concipit in se, quam producat ad extra.

ARTICVL. II.

Vtrum aliqua processio in Deo possit dici generatio?

Etsi eadem natura existens, quia in Deo idem est intelligere, & esse, &c. Aduerte vt dicit. Expositor quòd hæc ratio p varies in hac prima parte est repetita, sed in 4. contra Gen. 11. subtilissimè exponitur: Dicit enim quòd ideo sequitur verbum esse eiusdem naturæ in Deo cum dicente, quia in communi loquendo esse verbi, est intelligi, & id in quocunque intelligere, & intelligi sunt idem, in intelligere est accidens, & ipsum verbum est accidens, si autem intelligere est substantia, & ipsum intelligi identificatum ipsi intelligere, vt ipsum verbum. cuius esse est intelligi, erit substantia, cum igitur in Deo intelligere sit substantia, & identificetur, ipsi intelligi, ipsum verbum erit substantia. Si bene aduertis, tota ratio nis tationis B. Thom. in 4. contra Gent. fundatur in hac propositione. *Esse verbi est ipsum intelligi, &c.* quæ videtur esse falsa. primò quia intelligi nihil ponit in re intellecta, sed est denominatio extrinseca: sicut videri nihil ponit in verbo, sed esse verbi, aliquid ponit in verbo, quia esse rei est sibi intrinsecum: ergo esse verbi, non est ipsum intelligi. Præterea eadem intellectione intellectus intelligit & res intelligitur, sed illa intellectio dat esse intellectui: facit enim ipsum esse perfectum in actu secundo: ergo non potest dare esse verbo, quod est res intellecta, tenendo quòd distinguatur realiter ab actu intelligendi, & ab intellectu: aliter duo distincta existerent in eodem esse, etiam in creatis, cum hîc loquatur B Thom de ipso verbo simpliciter.

Ad euidentiam igitur propositi scito, quòd de intellectu contingit loqui dupliciter. similiter de re intellecta, & ex consequenti de verbo, nam intellectus consideratur, vt res, & natura quædam, sic esse suum non est ipsum intelligere, sed esse qualitatis, vel substantiæ: vel consideratur vt natura cognoscitiua, sic comparatur ad ipsum intelligere, vt potentia ad actum, & per ipsum intelligere constituitur in actu non in genere entium, sed in genere cognoscitiuorum, & sic intelligere est esse ipsius intellectus & constitutiuum eiusdem in esse cognoscitiuo. Eandem distinctionem scias seruari in sensu, ita quod proportionaliter sentire est esse ipsius sensus. Similiter res intellecta dupliciter consideratur primo vt res, puta homo vel lapis, sic esse eius est esse substantiæ, secundo vt actus, & completè obiecta intellectui, sic esse eius consistit in esse intellecto. quod commune est ipsi intelligi: nam sicut constitutiuum intellectus in esse cognoscitiuo est ipsum intelligere, sic constitutiuum rei intellectæ in esse intellecto est intelligi: res autem intellecta in esse intellecto est intelligi: & eadem est ipsum verbum. Nam dicit B Thom in 4. contra Gent. 11. quòd licet verbum hominis non sit homo, est tamen homo intellectus. patet igitur quomodo accipiendum est, quòd esse verbi est ipsum intelligi, sicut esse intellectus est ipsum intelligere. Ex his patet quid dicendum sit ad obiecta: laborant enim in æquiuoco.

Ad primum igitur dico, quòd licet intelligi nil ponat in re intellecta, vt res est, ad differentiam actionis transeuntis quæ aliquid ponit in passo, vt res est: ponit tamen in re intellecta sub esse intellecto: efficitur enim perfectio conceptus, qui est res intellecta, vt sui termini. Præterea ex eo, quòd intellectio terminatur ad conceptum, prouenit similitudo ad rem intellectam, ergo ponit aliquid in re intellecta.

Ad secundum dico quòd non inconuenit idem esse perfectionem, & actum, & esse plurium diuersa ratione: nam eadem actio transiens est actio agentis, vt principij. & partim vt subiecti: & idem esse, est esse compositi & partiû, sic eadem intellectio est perfectio: & esse intellectus vt subiecti, & conceptus, vt termini intrinseci & speciei intelligibilis vt principij.

ARTICVL. III.

Si est alia processio à generatione verbi?

Secundum autem opinionem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia, &c. Dubitatur, vtrum per actum voluntatis aliquid intrinsecè producatur proportionaliter, quod sit terminus: sicut per actum intellectus producitur conceptus. Quidem B Thom hic in articulo perfunctorie transit, tenens tamen partem affirmatiuam, quam infrà in quæst. 47. art. 1. sufficienter declarat, licet tale productum careat proprio nomine, & signetur tantum nomine actionis: vt amor, impulsus, inclinatio. &c. Vtrum autem possit signari termino, vel nomine non importante modum actionis, dicemus tunc, sed omissis argumentis Scoti, quæ recitat, & soluit Capreol. 1. dist. 10. q. 1. contra primam. Tertio loco arguitur, quòd hoc repugnat B. Thom. nam in q de Verit. quæst. 4. artic. 2. ad 7. ponens differentiam inter intellectum & voluntatem: Dicit quòd in voluntate nihil procedit nisi per modum operationis, secus autem est in intellectu, quasi dicat aliquid procedit per modum operationis vt intellectio, & aliquid per modum operati vel termini vt conceptus; in voluntate autem nil procedit per modum termini: ergo videtur quòd B Thom. non ponit aliquid procedere per actum voluntatis, sicut proportionaliter sit in

sit in intellectu vel. B. Thom. sibi contradicit.

Expositor dicit dictum B. Thom. intelligendum esse non secundum rem, sed secundum modum significandi quia, illud productum actu voluntatis non potest significari nisi nomine importâte operationé, secus est de operato per actum intellectus. Tu tamen aduerte quòd videtur B. Thom. in auctoritate illa penitus negare velle per actum voluntatis aliquid realiter produci, & non solum, quod non sit significabile nomine proprio & ideo Capreol. in 1. dist. 10. quæst. 1. ad 1. Scoti tertio loco contra primam dicit dictum B. Thom. intelligendum esse secundum rem, non quidem vniuersaliter, sed in hoc quòd voluntas per actum suum non producit suum obiectum, sicut intellectus producit vniuersale, nec per actum suum producit similitudinem sui obiecti, sicut intellectus qui producit verbum, quod est similitudo rei intellectæ: non igitur B. Tho. sibi contradicit. Quæ autem expositio sit magis ad mentem B. Thom. relinquo pro nunc alterius iudicio: hoc tamen vnum scito, quòd B. Thom. illic valde clarè loquitur & difficile est sustentare, quomodo neget omne productum per operationem voluntatis tu tamen considera.

Secundum quam amatum est in amante. Aduerte quod Capre. 1. dist. 10. q. 1. contra primam. primo loco adducit argumenta Aureol. quibus improbat hunc modum, & eadem recitat Expositor. & respondet conformiter vt Capr. vbi supra & sufficit.

Vnde præter processionem verbi ponitur processio, quæ est processio. Quæritur, si aliud procedens debet signari ex actu, vel ex termino. i. vtrum sit ipse, actus amandi vel terminus. Ad hoc dico secundum doctrinam B. Thom. in q. de Verit. q 4 artic. 2. ad septimum debet signari ex parte voluntatis, & ratio B. Tho. est vbi supra, quia inter operationem diuinam, & oluntatem non est distinctio realis, nõ enim est actio elicita: omnis enim talis est perfectio operantis: sed inter rem, quæ est à suo principio, & ipsum principium est distinctio realis, aliter non seruaretur distinctio realis inter diuinas personas: igitur tale procedens debet accipi pro termino, vt seruetur distinctio realis inter procedens, & id, à quo procedit.

Argumenta Scoti quibus probat, quòd debet accipi pro operatione, nullius sunt difficultatis. Vide ea in Capr. 1. dist. 10. q. 1. contra primam tertio loco.

Circa eandem propositionem quæritur: si ille terminus productus, qui est persona procedens, producitur ex actu voluntatis, vel ex actu naturæ fecundæ, vt tenet Durandus: sed licet Capreol. in 1. dist. 10. q. 1. contra primam, id tractat. contra Durandum. tamen locus proprius erit in 3. art. præsentis q.

Pro responsione ad tertium data à D. Thom. notanda sunt tria primo in quo genere causæ res cognita est causa amoris. dicit B. Tho. q nil potest amari, nisi sit in intellectu cõceptû.

Ad hoc dico, quòd res cognita dupliciter considerari primo vt res habens suam bonitatatem, sic est causa finalis ipsius actus amandi: amare enim est motus appetitus ad rem vt bonam. secundo vt cognita, sic est causa efficiens desiderium & actum voluntatis: vnde dicit Commentator 12. meta. com 36. balneum in anima est agens desiderium, & hoc ideo, quia notitia obiecti concurrit effectiuè ad actum voluntatis simul à voluntate vt determinatiuus in quæst. Meta, npyf.

Secũdo notandũ quòd licet res intelligibilis, & intellectus concurrant ad actum intelligendi, sicut res intellecta & voluntas ad actum volendi, tamen differunt in duobus primò quòd tam res intelligibilis quam intellectus vt res sunt concurrunt res autem intellecta, & voluntas non sic, sed voluntas vt res, & res intellecta, vt intellecta, non enim nisi intellecta mouet voluntatem. Secundo differunt in hoc, quod res intelligibilis, & intellectus non integrant vnum totale agens intellectionis: quoniam tota substantia intellectionis est à solo intellectu, res autem intellecta concurrit tantum determinatiuè, vt tenet Capr. in 1 dist. 35. q. 1. ad 10. cõtra primã conclusionẽ. Secundò loco res autem cognita, & voluntas concurrunt effectiuè ad volitionem, & possunt dici integrare vnum totale agens, non quòd vtrumque eadem ratione concurrat: sed quia vtrumque ratione sibi debita effectiuè concurrit, sicut Sol, & homo integrant vnum agens ad generationem hominis vtroque concurrente iuxta rationẽ sibi propriam: vnde patet, quòd Expositor in duobus non benè consideravit: primo quãdo dixit, q conceptus producitur ab vtroq; in vi vnius efficientis completi, in hoc enim sibi contradicit in q. præced. art. 1. ibi, *cognoscens autem, recipiens cognitũ* illic enim tenet quòd tãtũ specificatiue cocurrit. Secundò quãdo dixit, *amor autẽ producitur à voluntate, & re amabili cognita, nõ vt integrantibus &* enim impedit, vt declarauimus, quin integrent vnum totale agẽs licet vtrũque concurrat sua propria & distincta ratione.

Tertio, notandum quòd Scot. in dist. 13. ex illis verbis, secundum quendam ordinem interpretatus est ordinem prioris & posterioris, quasi quòd B. Tho. teneat vnã processionẽ priorem esse alia, & sic distinguantur, & contra talem interpretationem arguit tripliciter, vt recitat Expositor. verũ quia eius interpretatio est falsa, ideo argumẽta non militant cõtra nos nam per ordinem B. Tho. signat tantum ordinẽ originis, vt declarabitur infra, & in q. 42. negabit omnem priorit atem inter diuinas personas.

Circa eandem responsionem. Aduerte quòd ex illa propositione *Sicut potest attendatur quidam ordo,* vsque in finem responsionis elicitur per quia apud S Tho. istæ processiones distinguuntur realiter, nec in toto hoc tractatu aliud distinctiuum assignat, nisi ordinem originis inter duas personas procedentes, qui consistit in hoc, quòd prima persona procedens sit ab vno tantum: secunda autem à duobus, quòd quomodo debeat intelligi, declarabo in defensione tertiæ conclusionis.

Vt igitur habeatur plena resolutio de huiusmodi distinctiuo pono tres conclusiones iuxta doctrinam B. Thom. in q. de Potentia quæst. x. art. 2 prima conclusio processiones diuinæ non distinguuntur a seipsis.

Secunda non distinguuntur sufficienter ex suis principijs formalib. quæ sunt intellectus, & voluntas.

Tertio distinguuntur sufficienter ex terminis productis, vt includũt ordinem originis. Istas conclusiones videbis in Cap. 1. distin. 13. q. 1. cum probationibus suis. Sed aduerte quòd multi impugnant eas potiùs quia non attingunt, sensum B. Thom. quam aliquid efficaciter concludant.

Vt igitur defendatur conclusio prima contra Scotum, & Aureol. Aduerte quod omnia absoluta habent distinctiuum intrinsecum sicut constitutiuum, & tale sumitur ab intrinseco. sab essentia si est natura simplex vel forma vt in cõpositis, & ab essentia si est natura simplex vel forma vt in cõpositis, & hoc ideo quia absolutum est sua ratione non dependet ab alio, omnia autem relatiua, & ordinata ad alterum habent suum distinctiuum intrinsecum, sicut suam entitatem, & vnitatem: sed illud tale sumitur ab extrinseco ad quod habet habitudinem, & sine quo non esset, similiter sua entitas, & vnitas trahitur ab extrinseco. Et quia motus, actio, habitus, & relatio dicũt habitudinem. & ordinantur ad alterum, ideo trahunt distinctionem. & vnitatem, & entitatem ab his, ad quæ ordinantur. Ex hac declaratione videbis soluta argumenta Aureol. & Scot. in Capr. vbi supra, contra primam. Credunt enim B. Thomam ponere distinctiuum processionum extrinsecum quod non est verum. imo earum distinctiuum est intrinsecũ sed ad differentiam absolutorum sumitur ab extrinseco, tu tamen solue dupliciter & tertium Aur. & illud Scot. Ens & vnum conuertuntur. sed quælibet res est vna sua entitate, & sic distincta ab alia, ergo à seipsa. Hoc soluitur eadẽ distinctione. licet enim cuiuslibet rei principium distinctiuum sit intrinsecum. non tamen est necesse q sumatur ab intrinseco, si est res relatiua, qualis est processio, & motus &c. Aduerte quòd Capr. non inuenit hunc terminũ s principium distinctiuum sumptũ ab extrinseco cum tamen tale principium sit intrinsecum, ideo argumenta Aur. & Scoti satis inuoluntè soluit. Tu igitur per talẽ distinctionem resolutè solues, & postquã solueris omnia argumẽta Scoti præter quintũ declarabis quomodo hæc consequentia valet, supra quam fundat se B Tho in q. de potentia q. 10. art. 2. ad 5. Motus sumit distinctionẽ à termino, ergo & processio, & omnis actio, hanc enim conatur infringere Scot. & est eius argumentum quintum, contra primam in Capr. vbi supra Tu autẽ dices cum Capr. quòd hæc consequentia, & similitudo tenet non propter identitatem motus cum termino, sed quia motus dicit habitudinem potentialem ad viteriorem gradum, ideo necesse est, quòd suum distinctiuum sumatur ab extrinseco: cùm sit de genere eorum quæ respiciunt aliud: idem dico de processione, & omni actione vt actio est.

Contra secundã conclusionem arguit Henric. probans quod distinguitur per principia formalia, sed hæc nõ est necesse soluere, nam B. Thom non negat quin sic distinguantur, sed dicit in q. de potẽtia vbi supra quòd hoc non sufficit, nisi aliud addatur, distinctio. enim rationis non est sufficiens causatiua distinctionis realis.

Contra tertiam conclusionem arguit Scot. & Aur. non intelligentes sensum B. Tho. et dunt enim sentire quòd ideo generatio & spiratio passiua distinguuntur realiter, quia vna est ab vno supposito vel à duobus. & non alia ratione, sed hæc non est mẽs B. Tho. Nam bene aduertit quòd esse ab vno, vel duob. non arguit productiones diuersarum rationum necessariò ponit enim ignis. A. esse ab vno igne, & ignis B. à duob. & tamen sunt Duæ productiones eiusdem speciei. Item ignis. A. potest esse idem numero, & à duobus. si alter copulentur priori. ideo argumenta Scot. quæ laborant circa hoc, non sunt soluenda.

Processiũ realis & formalis distinctio ex tribus complectur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed dico quòd mens B. Thom fuit, quòd distinctio formalis, & realis processionum integratur ex istibus, primo distinctio formalis processionum prouenit ex distinctione formali principiorum (intellectus, & voluntatis. Secundo distinctio realis processionũ prouenit proximè ex reali distinctione terminorũ productorũ. (geniti & spirati: relatiuè autẽ termini distinguũtur realiter ex ordine originis inter eos, qui stat in hoc, quòd genitus sit ab vno solo generante: Spiritus autem, vt amor sit à generãte, & genito non sub ratione generãtis, & geniti, sed spirati ut. Propterea B. Thom infra tenebit, quòd nisi esset ordo originis inter filium, & spiratum, non distinguerẽtur realiter. Et quia Scot. tenet oppositum, ideo tenet quòd à seipsis primo distinguuntur huiusmodi processiones, & sunt primo diuersa, cum tamen sic initãtia apetta contra eum, quo iam conueniũt in processione, & in realitate, & in multis aliis. Hæc sufficiant quo ad distinctiuum diuinarum processionum.

ARTICVL. IIII.

Vtrum processio amoris sit generatio?

INtellectus fit in actu per hoc quod res intellecta est in intellectu sed Aduerte quòd ly, *in actu* sumitur, per actu secundo & ly, *similitudinem* sumitur pro specie expressa, quæ est terminus intellectionis, & dicitur verbum: nam diximus suprà, quòd intelligere est esse intelligentis in esse cognoscitiuo, ergo per ipsum fit actu perfectè, & per consequens fit actu per verbum vt terminum, in quo completur intellectio.

Voluntas autem fit in actu, &c vsque ibi, *in rem voltam.* Aduerte quòd ly, *in actu* stat pro actu secundo proportionaliter sicut in intellectu. Ly, *inclinatione* stat pro inclinatione actuali, quam diximus tractum voluntatis ad rem volitam, nam inclinatio habitualis est ipsa voluntas, quæ ex seipsa habitualiter inclinatur in obiectum volitum, eo quòd est appetitiua, de cuius ratione est tendentia in alterum.

Similitudo causa amoris.

Nam per hoc, quòd aliqua similitudo. Aduerte q̃ licet illa inclinatio non sit similitudo, tamen ad eam requiritur similitudo vt principium & causa talis inclinationis, mouens voluntatem in obiectum, & ideo ex 8 Et hic. similitudo est causa amoris,

Quia omne agens generat sibi simile. Contra hoc arguo, quòd processio voluntatis potest dici generatio, nam si omne agens generat sibi simile, sic omne agens agit sibi simile, sed voluntans est agens, ergo.

Expositor respondit, quòd non omne agens agit sibi simile, nisi principium quo agit sit res, si autem sit res vt cognita non agit quale est ipsum sed quomodo vult, & quia principium, quo voluntas agit non est res, vt res, sed vt cognita sicut diximus in art præcedenti, ideo non sequitur intentum.

Tu tamen potes aliter rñdere, q̃ non est eadem ratio de generante, & agente, quia de rõne generantis in viuentib. est, pduere sibi simile ex diffinitione generationis data in art. 2. sed nõ est de rõne agentis vt agens est, producere sibi simile, vt patet de agente æquiuoco. Constat aũt q̃ B. Tho sumit illã propositionẽ. *Omne generans &c.* in eo sensu, quẽ proposuerat in 2. art. & ideo benẽ dat generãs generare sibi simile in viuentib. non tamen omne agens in viuentibus agere sibi simile.

Processio autem, qua attenditur secundum rationem voluntatis &c. vsque in finem. Expositor accipit quòd si per illam inclinationem actualem sit voluntas in actu secũdo, q̃ ille processio voluntatis possit dici, fieri secundum similitudinem, & per consequens erit generatio, nam sicut species expressa intellectus est secũdum similitudinem, sic inclinatio actualis ipsius voluntatis est ab inclinatione habituali: ergo est secũdum similitudinem.

Ad hoc dico quòd hoc non sufficit, sed esset necesse vt sicut species impressa, & expressa, est similitudo rei intellectæ sic vtraque inclinatio esset similitudo rei volitæ, q̃ non est verum: & iõ processio voluntatis nõ põt dici fieri secũdũ similitudinẽ.

Et ideo, quod procedit per modum amoris non procedit vt genitum. Aduerte quòd S. Thom. intendit ideo spiratum non esse genitum, quia generatio est secũdũ similitudinem, spiratio aũt secũdum inclinationem. Ex quib. sequitur quòd vtraque processio distinguitur sua propria ratione formali, & differentia intrinseca: nam p similitudinẽ, & inclinationẽ, vt per prædicata quidditatiua distinguuntur, & sic videtur q̃ distinguuntur à seipsis suis rationibus formalibus cuius tamen oppositum determinauimus in art. 5. de mente B. Tho. in q. Potentia q. 10. art. 2.

Ad hoc dico, quòd S. Tho. non negauit quin distinguatur à seipsis. i distinctiuo intrinseco, sed negauit, quòd distinguatur à seipsis. i quòd illud distinctiuum ita sit intrinsecũ quòd non sumatur ab extrinseco: & ideo nulla est contradictio.

Contra conclusionem huius articuli sunt duo arguentes prior est Aureol. in Capreol. 1. d. 27. quæst. 2. contra tertiam: probat enim quòd Spiritus. S. potest dici genitum: primò quia non procedit, vt amans, sed potius vt amans in esse donato, secundò dato, quòd sit amor, est amor diuinus, ergo est similis producenti. Patet cõsequẽtia quia dicit B. Tho. infra q. 35. art. 1. quod ratione amoris diuini est similitudo, & præterea amor est impressio secundum B. Thom. infra in q. 35. art. 1. secundum quam amatum est in amante, sicut intellectum in intelligente, ergo sicut procedens ab intellectu potest dici genitum sic procedens à voluntate.

Amoris diuini principia considerata.

Ad primum & secundum respondet, vt Capreol. ad secundũ autem tu respondes & dic, quòd amor diuinus tripliciter considerabatur primo vt amor, & sic non est similis quia vt sic est inclinatio. Secundo vt amor diuinus, nec sic est similis quia vt sic est inclinatio diuina. Tertio vt ille amor est ens diuinum, & sic est similis, quia vt ens diuinum est similis, & eiusdem naturæ cum producente. Sed ex hoc non sequitur quòd sit similis ex sua productione sicut est verbum. B. Tho. autem cum dicit infra, quòd de ratione amoris diuini est similitudo, intendit tantum in tertio sensu: de ratione verbi est similitudo in primo secundo & tertio sensu, & ratione primi habet q̃ dicatur genitum, non autem ratione tertij.

Secundus arguens est Greg. in 1. dist. 13. q. 1. vbi allegat tres opiniones voluntates tõnem assignare cur Spiritus. S. nõ põt dici genitus, & omnes improbat. Tertia autem est B. Tho. & arguit contra eum dupliciter: primo quia est æquè incognitum nobis Spiritum. S. esse amorem, sicut quòd sit verbum Patris, & Filij: secundo quia in Deo non distinguitur ex natura rei intelligere, & velle, ergo conuenientet possumus dicere quòd Spiritus. S. procedit per actum intellectus sicut, & verbum, & sic potest dici genitus.

Ad primum nego assumptũ imo ex doctorib. præcipuè à B. Greg. quòd Spiritus. S. amor est & ex Augustino de Trinit.

Ad secundum dico, quòd licet non distinguantur ex natura rei, distinguũtur tamen ratione ex parte rei, cuius fundamentum est in Deo. & hoc sufficit. Suasit autem sibi Grego. hoc argumentum concludere, quoniam tenet quòd attributa non distinguũtur, nec ex natura rei, nec ex ratione, vt visum est supra q. 4. artic. 2.

ARTICVL. V.

Vtrum sint plures processiones, quam duæ?

CIrca tit. art. Aduerte quòd hic quæritur de pluralitate formali, specifica, & reali, & non de pluralitate numerali tantum, nam infra in qõ 41. art. 6. quæret de pluralitate numerali personatum sub eadem specie, cùm inueltigabitur: Vtrum generate possit terminari ad plures filios.

Actio immanens ex parte obiecti duo, vel quinq.

Processiones in diuinis accipi non possunt. Aduerte quòd ratio huius fundamenti est hæc, si processio in diuinis esset secundum processionem ad extra, aut diuina essentia pertraretur, non enim producens & productum ad extra sunt eiusdem naturæ numero, sed tantum specie, vt pater in omnibus creatis, aut productum non esset ens diuinum sed creatura, vt ponit Arrius de filio Dei, vt ergo productum remaneat consubstantiale, necesse est productione immanenti, cuius terminus est intrinsecus producenti.

Quæ manentia agente &c. Aduerte quòd ex hoc habes apud B. Tho, esse de ratione actionis immanentis, vt sit subiectiue in agẽte, vt in hoc distinguatur à trãseunte, quia pfectio est subiectiue in eo, cuius est pfectio: actio immanens est perfectio agentis ex 9 met. Aduerte q̃ cõtrariũ huius tenet Paul. Sonc. in 9 Meta q. 20. & probat dupliciter: primò sic sequitur quòd in Deo non sit actio immanens, qm̃ nihil est in eo subiectiue.

Ad hoc dico quòd sufficit hanc cõditionalem esse veram. Si Deus intelligeret sicut intellectus creatus, suum intelligere esset subiectiue in eo. Secundò sic: potest Deus causare intellectionem lapidis, & imprimere illã intellectu Sortis: constat autem quòd hæc intellectio esset actio immanens, & tamen non est subiectiue in suo agente, qui est Deus, ergo &c.

Ad hoc dico duo: primò quòd illo casu dato, non est actio immanens, quoniam vt ducit B. Tho. hic actio immanens manet in agente, dico secundò quòd illa intellectio, vt res potest causari à Deo, non autem vt denominat Sortem intelligẽtem, ideo nego casum.

Nam sentire, quod etiam videtur, &c. Aduerte quòd actio simpliciter immanens ex parte obiecti requirit duo, primo q̃ non sit immutatiua obiecti ad extra, sicut actio transiens immutat, saltẽ non repugnat ei immutare: immanẽti autem, vt immanens repugnat, tunc enim fieret transiens: vnde visio vt visio, & intellectio non immutãt propterea visa aut intellecta

tellecta. Secundò quòd potentia operatiua non immutetur immediate ab obiecto extetiori: vnde actio sensus interioris magis est immanens, quam actio sensus exteriotis: & ideo, Quia intelligere habet vtramque condicionem, similiter velle, propterea sunt simpliciter actiones immanentes: sentire autem propter defectum secundæ medio modo se habet, non enim hæc sensibilia immediatè agunt in intellectu sicut agunt in sensu.

Contra determinationem huius art. quæ stat in hoc. quòd personæ diuinæ producãt, producuntur per actionem intellectus & voluntatis, & non aliter, insurgit Durandus, tenens q̃ producuntur actibus naturæ secundæ, vel ex vi naturæ secundæ, sed antequam soluam argumenta eius, declaro in quibus deceptus est, dico igitur quòd in tribus. Primò quia credit in aliqua productione ipsam naturam esse principium proximum, quod nos negamus, imo est tantum principium primum ex diffinitione naturæ in 2. Physico. Proximum, autem est vel potentia naturalis vt in rebus corporeis vel intellectus & voluntas in intellectualib. Secundò non distinguit inter productionem transeuntem, & immanentem: nam in prima stat esse productonem, secluso actu intellectus & voluntatis: non autem in secunda.

Tertiò quia credit quòd sicut natura est prior intellectu, sic actus naturæ sit prior actu intellectus, ac per consequens productio prior productione: sed hoc est falsum, quoniam sunt causæ subordinatæ, quarum est vna actio: non enim Sol priùs producit hominem, quam homo, nec producunt hominem distinctis productionibus. Stantibus, his, videbis argumenta in Capreol. in 1. dist. 10. q. 1. contra tertiam, in secundo loco: ex quibus secundum iam sæpè solutum: supponit enim actionem immanentem non esse productiuam, cuius oppositum substinuimus in 1. art. simpliciter quartum non habet fundamẽtum, imo contradicit dictis Sanctorum. Tu igitur solues resolute primum & tertium.

Primum est tale actus naturæ fecundæ conuenit ipsi naturæ, secluso actu intellectus & voluntatis: sed producere sibi simile in subiecto est actus naturæ secundæ, ergo &c.

Ad hoc concedo maiorem, quando communicatur natura per actionem transeuntem, vt in corporalibus, nego autem eam quando communicatur per actionem immanentem, vt in proposito: nam vt sic natura non potest esse proximum principium nisi vt habet rationem intellectus & voluntatis.

Secundum. *Qualis est ordo inter aliqua, distincta realiter, talis est inter distincta secundum rationem &c.* Ad hoc dico quòd illa comparatio potest esse vera, & falsa: vera quidem, si intelligatur inter distincta realiter, est ordo realis, sicut inter distincta secundum rationem, est ordo rationis, sed hoc ad propositum nihil confert: falsa autem, si intelligatur quòd qualis est ordo inter distincta realiter, quoad productionem, talis est inter distincta secundum rationem, quo ad productionem: nam imprimis seruatur productio quo ad actionem trãseuntem, & ideo potest saluari ex vi naturæ, & ex potentia naturali, vt principio proximo, secluso actu intellectus & voluntatis, vt benè exemplificat Durandus de patre in humanis, & calore in distinctis autem secundum rationem non potest dari productio, nisi per actionem immanentem, cuius principium proximum est ipse intellectus & voluntas, & ideo non potest saluari ex vi naturæ præcisè, nisi adiuncto actu intellectus & sic stetum insterur, quòd sicut se habet natura ad intellectum, sic actus naturæ ad actum intellectus, sed natura est prior intellectu, ergo actus naturæ est prior actu intellectus.

Respondeo negando minorem, in ratione causalitatis: sunt enim vt duæ causæ subordinatæ, quarum productio est indistincta, & ideo vanũ est, cõparare actum naturæ ad actum intellectus, cùm sit vnus actus sicut Solis, & hominis generantis: patet igitur fundamenta Durandi esse insufficientia.

QVÆSTIO XXVIII.

ARTICVL. I.

Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales?

PRO resolutione huius primi articuli, antequam ad literam deueniam, sex discutienda sunt: primò si aliqua relatio est realis, secundò si relatio sufficienter diuiditur per mutuũ & non mutuam tertio quid requiratur ad mutuam, & non mutuam, quarto de fundamẽto relationis quotuplex sit. quinto de prædicamẽto relationis, an in ſe cõtineat omnẽ relationẽ realẽ, sexto de identitate vel distinctione relationis à fundamento.

Quantum ad primum facio tria, primo quòd aliqua relatio sit realis, hanc probabo, vt B. Thom in q. de potentia q. 5. art. 9. eandem probat Grego. in 1. d. 28. q. 2. contra primam: eandem probat ad mentem philosophi Ioan. Baccon. in 2. dist 25. q. 1. art. 2. ibi, *teneo cum Arist.*

Secundò ponenda est opinio Aureol. qui negat dari relationem realem, cuius argumenta etsi recitat Capr. in 1. distin. 30 q. 1. contra primam eius tamẽ chimericam imaginationem & sensum eius opinionis videbis in Ioann. Baccon. vbi supra articul. 2. in principio.

Tertiò declarata imaginatione eius, adducenda sunt argumenta eius, quibus arguit contra omnes ttes modos: & licet recitentur a Greg. & à Ioann. Baccon. & Capr. omnesq; soluant modo suo: tu tamen sequere Capr. vt habeas responhones Thomisticas. Præter omnia, quæ formantur contra primum modum, nota illud de similitudine, & æqualitate, & tenẽdo q̃ relatio non distinguatur à fundamento, dico quòd Deus non potest conseruare qualitates, non conseruando similitudinem, quia sunt idem, Intendo autem quòd distinguantur, nego q̃ omne prius possit conseruari sine posteriori quando naturaliter concomitatur & potest dici originari ab illo formaliter. Sic est in proposito: positis enim qualitatibus, naturaliter concomitatur similitudo, vel dissimilitudo.

Deinde nota illud de duplo, & triplo, & dic q̃ non sequitur quia illæ partes binæ non sunt aliter diuisæ: relatio autem realis requirit extrema actu: per idem patet ad illud, de toto & partibus cùm non sint distinctæ actu à toto.

Deinde nota quartum principale, & dic quod vnitas ratio nis naturæ communis stante diuersitate suppositorum in esse, est fundamẽtum similitudinis, ita q̃ vnitas illa est fundamentum non præcisè, sed adiuta ex diuersitate suppositorum. Gregorius autẽ dicit q̃ res singulares vt in distinctè specie, licet diuersæ sint numeraliter fundant has relationes, & hæc positio magis tenuat realitatem fundamenti.

Inter illa, quæ format contra tertium modum, nota illud de sciẽtia & obiecto, quo sic arguit: ens reale nõ dependet à nõ re &c.

Ad hoc Gregorius & Ioann. Baccon negant maiorem in respectiuis, & dicunt quòd sufficit illam rem possibilem esse. Capreol. dicit quòd relatio realis non saluatur nisi existente obiecto, ita quod si est scientia de obiecto in esse quidditatiuo, & obiectum non existat, erit tantum relatio rationis. Tu tamen potes dicere, quod est relatio realis potentialis, vel aptitudinalis, prout obiectum illud potest existere, & hoc melius est.

Quantum ad secundum dico quòd sufficienter diuiditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

genere vel in vtroque extremo, est idem fundamentum specie, sic est mutuo primi modi, vel in vtroque extremo est fundamentum secundum mutuam inclinationem, sic est mutua secundi modi, vel est fundamentum tantum in vno extremo, vel licet sit in vtroque, non tamen est inter ea mutua inclinatio ex natura rei, nec mutua dependentia secundum perfectionem, sic se habent Deus, & creatura, & sic est non mutua & est tertius modus, & hæc excipio à Capreol. in 1. dist. 30. q. 1. ad 1. Aureol. contra secundam conclusionem.

Quantum ad tertium quòd tria requiruntur in mutua: primo quòd extrema sint actu distincta, secundo, quòd in vtroque extremo sit fundamentum per quod extrema rei mutuo referantur, tertiò quòd sint eiusdem ordinis, quod non est ex ponendum eiusdem generis, vt putat Aureol. nos dicere: nam inter cœlum & lapidem producta est mutua relatio secundi modi, tamen non est eiusdem generis ex, x. Metaphysic. Sed ex ponitur sic, dicuntur esse eiusdem ordinis, quando in vtroque extremo est fundamentum ejusdem rationis, vt in primo modo vel mutuo se perficiunt, & hoc est commune cuilibet agenti, & passo naturali. inter quæ est actio media, ex qua prouenit aliqua perfectio agenti & passo. Ad non mutuam autem requiritur tantum prima conditio, & quòd fundamentum sit saltem in vno extremo, & hoc sufficit. Ex his videbis soluta argumenta Aureol. in Capreol. 1. distin. 30. quæsti, 1. contra secundam.

Quantum ad quartum dico quòd vel possumus loqui de modis fundamentis vel de entitate ista, si primò modo, sic sunt tantum duo modi f modus quantitatis qui constituit primum modum, & modus actionis, vel potentiæ constituit secundum modum. Si vero loquamur de entitate fundamenti sic dico, quòd substantia fundatur vt in creatione, in distinctione substantiali numerali, & specifica: similiter quanti as fundatur, vt in æqualitate, & qualitas vt in similitudine, & actio, vt inter agens, & passum, & potentia actiua, & passiua vt inter calefactiuum, & calefactibile, de quibus omnibus dicemus infra.

Quantum ad quintum Aduerte quòd Paul. Sonc. pertractat hoc in 5. Metaphys. q. 32. & tenet disputatiuè partem affirmativam, tu autem hæc dubio tene eandem: & ratio huius est quia ens finitum sufficienter diuiditur in decem prædicamenta, nec huic conclusioni est aliqua obiectio forte nisi quia fingeretur fundamentum intentificari relationi, sequitur substantiam esse in prædicamento accidentis, cum prædicamentum relationis, sit prædicamentum accidentis sed quod hoc non obstet declarabitur in 6. proposito cũ agemus de fundamẽto, & relatione.

Maior ratio eorum, qui tenent oppositum est hæc: Relatio quæ continetur in prædicamento relationis fundatur in accidente ergo quæ fundatur in substantia, erit transcendens.

Sed hoc non cogit, quia non est necesse relationem prædicamentalem fundari in re, quæ sit accidens, sed quæ habeat modum accidentis, puta quantitatis, vel actionis. sic substantia fundat relationem, vt induit modum vnitatis vel potentiæ actiuæ aut passiuæ: vt dicemus in 6 proposito.

Quantum ad sextum. Aduerte, quòd proprius locus discussionis est in artic 1. huius q. in respon. ad 2. & ideo differendum est donec illuc perueniamus.

In his, quæ dicuntur ad aliud &c. vsque ibi. *& non secundum rem* Videtur quòd hæc comparatio quam facit de relatione, ad alia genera falsa sit, aut non recta, nam si B. Thom. rectè comparare vult ad aliquid quantitati, & qualitati & aliis prædicamentis, ergo sicut accipit quantitatem pro genere 1. prædicamento, sic similiter qualitatẽ sic ly, ad aliquid accipit pro prædicamento relationis ergo vel comparatio non est recta, vel dicet falsum, quoniam nullum ens rationis est in prædicamento.

Respondeo ad aliquid & alia prædicamenta dupliciter considerantur: primò, quo ad suam propriam rationem formalem, qua ab inuicem formaliter distinguuntur: secundo quo ad rem significatam, cui talis ratio applicatur. Primo modo relatio non dicit aliquid reale, sed abstrahit, alia autem prædicamenta ex sua ratione formali, dicunt ens reale secundo modo tam relatio quã alia prædicamẽta dicunt aliquid reale. In art. B Thom. facit comparationem iuxta primum modum, & non iuxta secundum vt patet in litera dicit enim *alia genera vt quantitas secundum propriam rationem dicunt aliquid reale &c.* Vnde ad argumentum dico quòd comparatio est recta, & non dicit falsum. Et cùm probatur, quoniam nullum ens rationis est in prædicamento: dico quòd fit transitus à ratione formali ad rem significatam, ideo non valet.

Quod non inuenitur in aliis generibus: Intelligas sic q̃ non inuenitur in aliis generibus simpliciter, licet inueniatur diminute ex sua ratione formali: nam relatio rationis ex suo formali. s. ly, ad, est simpliciter relatio, sed substantia intellecta nõ est simpliciter substãtia, simpliciter in aliis: sicut homo imaginatus non est simpliciter homo.

Significat aliquid alicui inhærens. Contra actio ex suo formali non significat aliquid inhærens sed egressum. Respondetur q̃ B. Tho. hic loquitur propriè de prædicamentis absolutis: ex autem principia ex suo formali sunt respectiua, & ideo ideam iudicium est de eis, sicut de relatione, quòd s. quo ad modum significandi qui est modus respectiuus non dicant aliquid reale, sed benè quo ad rem significatam.

Aliquando vero respectum significatum per ea &c. vsque ibi *ad genus* ex alis videtur tenere 1. nom. quod omnis relatio ita per opus solius intellectus, contra quod arguit Scot. in 1. dist. 45. Voluntas habet pro obiecto existens. & non existens, quod potest comparari ad aliquod ad quod ex natura rei non comparatur, ergo potest causare relationem rationis.

Respondeo illa relatio non est actualis, nisi actu apprehendatur ab intellectu comparante: quoniam esse extra ratio ista in intelligit: & ideo ratio Scoti concludit quòd erit tantum causaliter à voluntate, sicut etiam de æternitas columnæ causatur à mea potentia motiua, sic ordinata ad columnam, sed istæ relationes nunquam erunt actuales, nisi intellectus apprehendat eas & comparet extra ad inuicem.

Cum aliquid procedit Aduerte quòd Herueus in 1. dist. 26. q. 1. arti. 1. circa finem adducit rationem formam ad hanc conclusionem, & stat in hoc extrema sunt distincta actu quæ sunt patet, & filius, fundamentum est reale in vtroque. i. essentia: vt principium communicatiuum in patre & essentia, vt communicata in filio, & extrema sunt eiusdem ordinis naturæ diuinæ, & se mutuo ex natura rei respicientes, ergo inter eos est relatio realis mutua quæ est relatio producentis & producti.

Pro responsione ad primum vide in 1. dist 26. art 1. ad secundum vbi est clarior responsio, quam accepit expositor si bene consideraberis.

Pro responsione ad quartum scias quòd tripliciter relatio potest consequi oppositionem in effectu: primò comparando intellectum ad rem intellectam & quidem si intelligat se ipsum relatio rationis, quoniam extrema sunt indistincta: si vero intelligat aliud, vt terminat scientiam, vel actum intelligendi est relatio realis non mutua: secundo comparando rem intellectam alteri intellectæ: vt hominem animali, sic est relatio rationis penitus: tertiò comparando intellectum ad verbum productum, sic est relatio realis mutua, qualis est inter producens, & productum.

ARTICVL. II.

Vtrum relationes sint ipsa essentia diuina?

Circa hunc art. quoniam habemus agere cum Scoto: qui tenet q̃ cum identitate reali inter essentiam & relationẽ stat distinctio non solum rationis, sed etiam ex natura rei. Pro vniuersali ergo resolutione, sic procedam: primo præmitto octo distinctiones, quas tenent Scotistæ: secundò quæro si ex identitate reali inter essentiam & relationem stat distinctio ex natura rei, tertiò quæro si hæc identitas est conuertibilis, vel non,

Distinctio nem Scotistarum multiplicat.

Quantum ad primum, Aduerte q̃ Stephanus Bulifer in tractatu formalitatum ponit septem distinctiones. Prima distinctio rationis est illa, quæ fit per intellectum collectiuum præcisè, vt Sortes, est Sortes: nam Sortes in prædicato differt à seipso vt posito in subiecto, dicit autẽ præcise vt ex. ludat distinctionem rationis, quæ est ex parte rei rationabilis, quam putat esse eandem cum distinctione ex natura rei.

Secunda distinctio ex natura rei est, quæ est inter duo extrema de quibus verificantur prædicata contradictoria præter opus intellectus, & talis distinctio est inter totum, & partes, nam totum est constitutum, & non constituens, partes autem constituentes, & non constitutæ.

Tertia distinctio formalis est, cum aliqua duo non sic se habent q̃ vnum prædicatur de altero in primo modo per se, sic subiectũ, & proprietas distinguitur formaliter, quoniã proprietas prædicatur de subiecto non in primo, sed in secũdo modo per se.

Quarta distinctio realis est inter duo extrema, quorum vnum potest ab altero separari saltem per diuinam potentiam, vt subiectum, & ac idens absolutum.

Quinta distinctio essentialis est inter duas essentias, quarũ potest ab alia, altera separari, vt Sortes, & albedo eius, Et nota q̃ licet in creaturis sint æqualis prædicationis distinctio realis, & distinctio essentialis, non tamen in diuinis: quoniam licet personæ diuinæ distinguantur realiter, nõ tamẽ essentialiter.

Sexta distinctio in totis subiectiuis est eã duo extrema sunt distincta realiter, & actu existunt, nec possunt in vno conuenire, vt duo individua eiusdem speciei, & quæcumque oppositionem habent & hæc distinctio est alia à distinctione reali, quoniam in illa sufficit separatio potentialis, in hac autem requiritur

titur actualis, vnde anima & corpus licet distinguãtur realiter non tamẽ se totis subiectiuè, quia cõueniunt in vno suppposito.

Septima distinctio est cum duo extrema nõ conueniunt vt in vno conceptu quidditativo, vt duæ differentiæ specificæ, ens & nõ ens, & secundũ viam Thomisticam duo prædicamenta, Deus, & creatura, quæ in nullo cõceptu quidditativo vniuoco conueniunt. Hæc est summa distinctionum apud Scotillas.

Quantum ad secundum, Aduerte, vt patet in art. ibi, *& non differunt nisi secundum intelligentiæ rationem &c.* mens B. Thom. est quod tamen ratione differant, quia apud eum nõ datur distinctio nisi aut realis, aut rationis, ab omnibus autem conceditur, q̃ non distinguntur relatet, ergo ratione. Et quia apud Scotum inter distinctionem realem, & rationis datur distinctio ex natura rei, ideo pro opinione Scoti dico tria: primò distinctionem de distinctione ex natura rei, secundo arguo contra Scotum, tertio soluam rationes eius.

Distinctio ex natura rei duplex.

Aduerte igitur, quòd distinctio ex natura rei potest intelligi esse duplex, prima actualis, ita quod dentur duo quorum vnum est actu distinctum ab altero, ante omne opus intellectus: secunda virtualis, ita quòd sit talis res, quæ vt fundat vnum conceptum partialem per respectum ad intellectum creatum, non fundat alium, & sic dicitur res distingui à seipsa correspondenter & dicitur distinctio rationis ex parte rei. Dico autem conceptum partialem, quoniam totalis, vel adæquatus diuinæ essentiæ, est tantum vnus, & illum conceptum tota essentia, & totaliter sumpta fundat. Ex hac distinctione, aduerte quòd Scotus sumit distinctionem ex natura rei in primo sensu, vt declarabitur ex eius rationibus, nos autẽ negamus, sed concedimus in secundo, eamque vocat B. Thom. in 1. dist 3. distinctionem rationis ex parte rei rationabilis. Posita distinctione distinctionis ex natura rei, arguo contra Scotum, quod non distinguatur essentia & relatio ex natura rei, in primo sensu, & arguo quadrupliciter, supponendo illas proprietates quas dicit distinguiex natura rei, ab essentia, esse realitates vel entitates.

Primò essentia diuina est esse quod fundat quod non dicitur relatiuè, sed fundat proprietas, ergo & proprietates. ergo non distinguitur ab eis ex natura rei, probatur consequentia, quoniam quod distinguitur ab aliquo ex natura rei, non est illud ex natura rei.

Secundò ex quibuscunque & qualitercunque distinctis ex natura rei est aliquid vnum, alterum eorum est actus, alterum est potentia. Hæc propositio est Scoti in 1. distinct 33. quæst. 2. in repottationibus Parisiensibus, sed secundum te petiona est quid vnum ex essentia & proprietate distinctis ex natura rei, ergo alterum est potentia, alterum est actus, quod repugnat summæ simplicitati, ergo &c.

Tertiò. Pater habet aliquam entitatem communicatam filio, & aliquam non communicatam: ergo istæ entitates sunt actu plures: ergo persona patris non est simpliciter simplex.

Quarto omnis res qualitercunque distincta ab alia, vel est informans, vel est informata vel subsistens per se: hæc est Scoti vbi suprà: vide has rationes in Gregorio, in 1. distinct 33. q. 1. artic. 1. ibi *his non.*

Vltimo instat soluere rationes Scoti, quas adducit Capr in 1. distinct. 33. quæst. 1. contra tertiam.

Prima Pater ante omne opus intellectus habet in primo signo originis &c. Respondeo negando minorem, & dico quòd ad tollendam contradictionem sufficit distinctio rationis ex parte rei præcipuè, quando res illa æquipollet duobus specificè distinctis, vt idem punctus signatus in linea æquipollet principio & fini, ex consequenti principio & non principio.

Secunda illud, quod secundum aliquid sui &c. Respondeo Capr, negat maiorem, & dicit non esse inconueniens quòd idem sit principium conuenientiæ & disconuenientiæ in diuerso genere, sed diuersa ratione, nam essentia vt essentia est principium conuenientiæ essentialis, sed essentia vt relatio est principium disconuenientiæ relatiuæ.

Tertia beatus intuendo &c. Capr. dicit quòd videt ea, vt indistincta, sed tamen vt potentia fundare diuersos conceptus respectu intellectus creati, & sic magis distinguitur quam per modos concipiendi, hæc enim distinguuntur solum, ex parte intellectus, illa autem distinguibilia sunt ratione ex parte rei.

Quarta dicit Augustinus &c. Capr. concedit, quòd est aliquid ratione distinctum, sed non ex natura rei in primo sensu.

Quinta quia Augustinus &c. Capr. dicit non eadem formaliter, sed tamen eadem realiter, & natura rei.

Quantum ad secundum principale propositum, Vtrum essentia & relatio sint idem conuertibiliter: ergo sunt æqualis prædicationis, quòd est falsum, nam filiatio est essentia, non tamen filiatio est paternitas. Si inconuertibiliter, tunc insurgit Aureol. in Capr. dist 33. quæst. 1. post responsionem argumentorum Scoti contra tertiam conclusionem, & quoniam tenemus. quod sunt idem inconuertibiliter, ideo pro responsione ad argumenta Aureoli præmitto tria notanda.

Primum aliquid est inconuertibile alteri, quia est inadæquatum ei, & excedens etiam, & maius secundum rem, & primum se habet vt totum secundum vt pars, & hoc modo non est inconuertibilitas ibi: cum essentia sit simplicissima & relatio. Est autem aliquid inconuertibile alteri, quia vnum comparatum alteri se habet, vt commune prædicatum, alterum autem veto vt proprium, licet sint idem re: sicut animal & homo dicuntur idem inconuertibiliter, quia non sunt æqualis prædicationis: ex hoc notando videbis soluta 1. 2. 3. 4. 6. septimum Aureoli.

Secundum notandum: aliud est, duo relatiua dici ad conuertentiam, aliud esse conuertibilia, nam primum significat, quòd mutuo se referunt, vt essentia est idem paternitati, & è conuerso: secundum significat æqualem prædicationem, quæ non seruatur in omnibus etiam relatiuis. Nam licet genus, & species dicantur ad conuertentiam, non tamen sunt æqualis prædicationis, & per hoc solutum videbis argumentũ quintũ.

Tertium notandum, ideo essentia est commune prædicatum, quia ex sua infinitate æquipollet omni contento in Deo, & quia relatio vt relatio non est formaliter infinita, nec primo, nisi vt est idem essentiæ: ideo ex se non habet quod æquipolleat omni contento in Deo, & propterea non est commune prædicatum vt essentia: & per hoc solutum videbis argumentum 8. Argumentum quod formatur de prædicatis contradictoriis, & est 9. in ordine, non valet in re simplici stante distinctione ex parte rei.

Quod autem per hoc nõ infringatur ars syllogistica nec primum principium, vt putat Aureolus in eodem loco, & sunt duo ejus argumenta vltima, declarabitur in art. icu. 3. huius q. in responsione ad primum.

In responsione ad secundum in artic. propter illam propositionem *id quod inuenitur in creatura præter* vsque ibi, *alia res est.* Videtur multis, quòd relatio sit distincta à fundamento, & quoniam supra reliquimus id pertractandum hic, ideo vt videatur diuersorum sententia, & nostro iudicio aliquid determinetur, sic procedam, primo proponã varias de hoc sententias, secundo intendo sequi mentem Heruei, & declarare id esse consonum philosopho, tertio soluam rationes quæ sunt contra mentem Heruei, quatto exponam aliqua dicta, & Philosophi, & B Tho. in quibus tenentes oppositum fundat se.

Relatio duplex.

Quantũ ad primum, aduerte quod sunt tres sententiæ solemnes, duæ extremæ, tertia media, extrema prima est Capr. in 1. d. 30. q. 1. art. 1 & expositor is in præsenti arti. Isti tenent omnem relationem realem esse distinctam à fundamento, & hanc esse mentem B. Tho. Extrema secunda est Heruei, & Gregorij isti tenent sententiam contrariam, tertia media est Scoti, qui in 2. d 1. q. 5. & in quodlibet q. 3. tenet omnem respectum extrinsecum distingui à suo fundamento: ex quo enim separabilis est, quia extrinsecus secundum doctrinam ipsius distinguitur realiter. respectum autem intrinsecum ponit esse eundẽ, sed hanc pro nunc dimittimus, quoniam cõtouersia hæc versatur inter Thomistas, idé videndũ est quid sit ad mentẽ B. Tho. an primũ an secundum. Sic enim loquitur vt videatur in diuersa trahi.

Quantũ ad secundũ: quoniam vt dixi intendo sequi mẽtem Heruei, quã reputo esse mentem B. Tho. primo pono distinctionẽ de relatione, deinde ad cõclusionem adduco rationem.

Distinctio est hæc, relatio dupliciter consideratur vt notat Herueus in 1. d. 26. q. 1. artic. Vel quantum ad id, quod dicit in recto, & intrinsecè: sic est idem cum fundamento: hæc enim est identica albedo est similitudo: Secundo quantum ad id, quòd dicit in obliquo ex connotato qui est terminus, sic distinguitur realiter: nam fundamentũ non includit terminum: relatio autem cum sit ad alterum includit ipsum. Quod autem relatio in primo sensu sit idem cum fundamento re. non quidem formaliter, quoniam fundamentum est ad se: relatio autem vt relatio ad alterum, probabis per rationem Heruei, vbi suprà fundata in 5. Physicor. & sic incipit in Heruco.

Hoc autem non videtur mihi posse stare Aduerte quòd Expositor hic conatur soluere rationẽ Heruei: & dicit q̃ relatio est incõplerè in fundamento: & quod completur ex sola positione termini, & sic potest aduenire de nouo sine mutatione eius, in quo est, & adducit exemplum de actione, quæ ponitur ex sola positione passi.

Sed contra de relatione actiua ante terminum, verum est dicere quod non est actio in subiecto secundũ ipsum. Sed post

Universidad de Deusto
Biblioteca

positionem termini est actu in eo, ergo mutatum est subiectū, cum se habeat aliter quam prius, expositione termini: exemplum autem, quod adducit de actione nō inuarianam ideo, posito passio sequitur actio, quia productiue est ab agente, & recipitur in passo, sed relatio non est producta à subiecto & recepta in termino: ideo non est simile.

Quod autem hæc vis sit secundum Philosophum, & Commentatorem vide Ioan. Bacco. in 1. dist. 28. q. 1. 3. vbi probat hoc ex quatuor.

Primo ex Commentatore in lib. de substantia orbis, & in primo Physicorum com. 70. de potentia materiæ.

Secundo quoniam Philosophus, 7. Physicorum com. 10. petetet principium si non esset idem.

Tertio de habitu in 7 Physicorum com. 17.

Quarto de inhærentia accidentis in 7. metaph. tex. 5.

Quantum ad tertium pro solutione rationum fortiorum quæ militant contra hanc viam præmitto tres distinctiones.

Prima de distinctione prædicamentorum, & dico quod prædicamenta, vt res, non est necesse, vt distinguantur realiter, aliter actio & passio non essent duo prædicamenta: vt prædicamenta autem. i. vt stant sub ratione formali, necesse est quòd distinguantur formaliter, ita quòd sub vna ratione formali res vna non ponitur in distinctis prædicamentis.

Ex hac distinctione videbis solutam rationem illam: relatio & fundamentum, sunt in duob. prædicamētis, ergo res duę: patet quod consequentia non valet, sed sufficit quòd vna res sub distinctis rationib. formalib. sit in distinctis prædicamētis. Si iterum arguitur, quod ex 6. metaphy. distinctio entis in decem prædicamenta est distinctio entis realis, ergo quodlibet prædicamētum est ens reale, ergo sunt decem res: ergo omnia prædicamenta distinguuntur realiter.

Respondeo, concedo vsque ad hanc cōsequentiam ergo sunt decem res. hæc enim potest habere duos sensus: prior est sunt decem res, quia omne prædicamentum signatum est res, & sic consequentia est vera, sed negō vltimam. secundus est, sunt decem res, quia omne prædicamētum signatum comparatum alteri est res, & distincta res, & sic nego consequentiam, quam si concederem, necessario sequeretur vltima exemplum habemus in perfectionibus diuinis, nam de qualibus verificatur quod est res, non tamen sunt distinctæ res, sed sufficit quòd distinguantur rationibus formalibus.

Secunda distinctio relatio potest comparari ad subiectum, & ad fundamētum: si ad fundamentum non distinguitur realiter, nisi ex connotato: si ad subiectum iterum distinguo, quia vel fundatur in accidenti, si distinguitur realiter à suo subiecto quòd est subsistantia, sic distinguitur accidens fundans: si in substantia, dico quòd non habet subiectum, sed est ipsum subiectum, vt creatio passiua est ipsa creatura identice: ex hac distinctione euacuabo rationem Expositoris fundatam super B. Thom. hic in responsione.

Tertia distinctio accidens est duplex, primum vt inhærens, secundum vt id, quod est extra rationem alicuius: quantum ad primum modum aliqua relatio est accidens vt fundata in qualitate, aliqua non, vt relatio fundata in substantia, quantum ad secundum modum, omnis relatio est accidens respectu sui fundamenti: quoniam est extra rationem suam, non enim de ratione albedinis est similitudo, ex hac distinctione solues rationem, quam allegat Herueus primo distinct. 30. quæst. 1. artic. 1. ibi ad rationem &c.

Quatum ad quartum scias, quòd Expositor adducit plures authoritates B. Tho. quibus videtur concludi relationem distingui à fundamento, prima est hic in articulo in responsione ad secundum, & in primo distinct. 33. q. 1. art. 1. & clarius quàm hic dicit enim in prima parte, quòd est alia res præter id, quod continetur.

Ad hoc dico, quòd B. Tho. comparat relationem, non ad fundamentum, sed ad suum subiectum, quod signatur nomine relatiuo, & concedo quòd comparata suo subiecto est alia res, dummodo sit fundata in accidente, puta in potentia actiua vel actione, & hoc dico, quoniam si fundatur in substantia, vt prædixi non distinguitur nec à fundamento, nec à subiecto. Vnde aduerte quòd B. Thom. in 1. distinct. 33. q. 1. artic. 1. in fine corporis non loquitur nisi de relationibus consequentibus actionem creatam, quæ distinguuntur à subiecto, quod est subsistantia, non tamen tales relationes distinguuntur ab actione, in qua fundantur, & quòd sit mens eius loqui de relationibus, quæ fundantur in actione, patet ex hoc, quòd proportionaliter loquitur de relationibus diuinis consequentibus diuinam actionem immanentem. Authoritas quam adducit ex quæst. de Potentia debet intelligi, & non potest saluari nisi de distinctione formali, aliter actio, & passio non essent duo prædicamenta. Authoritas quæ dicit omnem relationem à creaturis esse fundatam in substantia esse accidētis, non debet intelligi nisi de accidente secundo modo nec idest extraneum à doctrina Bea. Thom. nam esse creaturæ apud ipsum est accidens, quod vnique non est verum nisi de accidente secundo modo. Authoritas etiam Philosophi in 11. Metaphysic. potentia distinctorum prædicamentorum distincta principia, quomodo non concludat inteotum, licet Expositor id plurimum ponderet, vide 10. Bacon in 1. distinct. 28 quæst. 1. art 4. ibi *ad primum dicerei*: & tu vide signanter in 12. Metaphysic. q. 9. hæc sufficiant pro relatione & fundamento.

ARTICVL. III.

Vtrum relationes in Deo realiter distinguantur?

EX eo, quod alicui attribuitur, vsq. ibi. *rationale* Aduerte quòd ly, *omnia sunt de ratione illius*, debet intelligi de his, quæ sunt de ratione formali, & absolutissima & non de ratione contracta, quòd vt tale in tali natura inueniūtur. Hoc dico, quoniam in nomine principij, prout est in creatura contractum importatur prioritas, & tamen non est in Deo vt dicemus infra, quoniam prioritas non est de ratione principij, vt principium est, sed de ratione relationis est oppositio vt relatio est: ideo &c.

Secundum quam aliquid alteri opponitur relatiue. Aduerte quòd secundum B. Thom. quòd oppositio relatiua differt in duobus ab aliis oppositionibus, & quia illa duo non dicunt imperfectionem, ideo hæc oppositio seruatur in Deo. Quæ sunt illa duo vide in quæstione de Potentia conclusione 7. articu. 8. ad quartum.

Oportet ergo quòd realiter fis ibi oppositio &c. Aduerte quòd B. Thom. supponit ex præcedentibus relationem intrinsecè esse in Deo consequentem actionem immanentem, ita quòd vtrumque correlationum sit in Deo, quia Pater est Deus, & filius Deus, & ideo benè sequitur quòd oppositio relatiua sit in Deo, quantum autem ad relationes ad extra vt dominij non est necesse oppositionem esse in Deo, quoniam vnum extremum est Deus, altetum autem extra Deum.

Vnde oportet quòd in Deo sit distincta vsque ibi, *rem relatiuam &c.* Aduerte quòd relationes diuinæ dupliciter possunt comparari. Primo ad essentiam sic non sunt plures, nec distinctæ realiter, quia essentia diuina est omne, quod fundat, aliter non esset simplicissima. Secundo inter se sic sunt distinctæ realiter, & B. Thom intendit hic probare: formaliter in Deo est relatio rea is ex primo articulo, ergo oppositio realis. Probatur consequentia. Quia de ratione relationis est respectus vnius ad alterum, ergo oppositio, quia in hoc consistit oppositio relatiua, tunc sicut oppositio realis ergo distinctio realis, quia distinctio est de ratione oppositionis, cum nihil sibi opponatur: ergo in Deo est realis distinctio relationum.

In responsione ad secundum: *Quæcunque vni sunt eadem &c.* Aduerte quòd Capreol. in 1. dist. 2. q. 3. in prima conclusione hāc tripliciter exponit, inter quas pono duas, & ego addo tertiam quæ nunquam fallit.

Prima duo quæ sunt eadem tertio, ita quòd vtrumque sit de ratione tertij, sunt eadem inter se, vt Sortes, animal, homo, ex quo sequitur quòd si duo sint eadem tertio, & non sint de ratione tertij, non sunt eadem inter se, vt motus, actio, & passio, essentia, filiatio, paternitas.

Contra hanc arguit Aureol. Qualis est vnitas extremorum in medio, talis est inter se: sed paternitas, & filiatio sunt eadē realiter essentia: ergo sunt eadem inter se, quod tamen est falsum. Capreol. negat maiorem, similiter expositor. Et dicit Capreol. quòd non tenet, nisi duobus seruatis. i. vel quòd identitas extremorum in tertio sit conuertibilis identitas, qualis non seruatur inter relationes & essentiam vt diximus suprà: vel quòd replicetur ipsum medium, sic paternitas est eadem essentia & filiatio eadem essentia: ergo filiatio est paternitas secundum essentiam, & sic non sequitur inconueniens, si ly, secundum essentiam ponit in conclusione.

Secunda, quæ duo sunt eadem tertio, ratione illius quo sunt eadem inter se, & non plus, vt actio, & passio, & motus, nam quia identificatur motui, ideo in ratione motus sunt eadem inter se, sic etiam quia paternitas, & filiatio identificantur essentiæ, ideo in ratione essentiæ, & non plus identificatur inter se. Non tamen sequitur quòd si sunt eadem essentiæ inter se, quoniam similiter, & realiter, quòd sint idem realiter inter se, quoniam comparatæ essentiæ: non habent oppositionem, sicut comparatæ

ratæ adinuicem.

Tertia quam ego adduco, est hæc, illa regula valet: quotiēs extrema vt recipiunt medium, & ex se inuicem nō habent oppositionem, quòd si vt recipiunt se inuicem habeant oppositionem: nunquam valet absolute, & simpliciter ratione primi valet, hic homo est animal, Sortes est animal, ergo Sortes est homo, ratione secundi non valet, quoniam Sortes, & homo non sunt oppositi ex suis rationibus formalib. Ratione secundi nō valet, hęc nigredo est color, albedo est color, ergo albedo est nigredo, quoniam sunt contrariæ. sicut non valet hæc, actio est motus, passio est motus: ergo actio est passio, quoniam dicunt rationes formales oppositas. Item non valet, in Deo paternitas est essentia, filiatio est essentia: ergo filiatio est paternitas, quoniam sunt duæ species relationis disparatæ oppositæ, & quoniam in simili materia solent formari multæ sophisticationes per syllogismum expositorium, vt notat Capreol. vbi suprà & per regulam antepræd icamentalem: quando alterum de altero prædicatur, ideo quo ad syllogismum expositorium aduerte, quòd non valet in Deo, nisi in terminis essentialibus, non autem in personalibus: quoniam ly: Deus respectu terminorum personalium non est singulare sumptum ungulariter, imo est vt communis, sub se continens plura supposita, & hoc solum est reperibile in Deo. Illa autem regula antepræd icamentalis non valet de forma, nisi in prædicatis, quorum vnum est superuessentiale ad alterum, vt in linea prædicamentali, vel quando tres termini, sunt conuertibiles. Patet autem, quòd istæ conditiones non seruantur inter paternitatem, & filiationem & essentiam. Quomodo autem non infringatur primum principium Capr. sufficienter determinat, vbi suprà & nos infra id resoluemus.

ARTICVL. IIII.

Vtrum sint tantum quatuor relationes?

SEcundum Philosophum in 5. Metaphysic. vsque ibi *& huiusmodi &c.* Aduerte quòd prima diuisio relationis est per mutuam, & non mutuam quæ est tertij modi, quæ nunc desinitur, nec de ea mentionem facit B. Tho. quoniam proposito non deseruit, loquimur enim de relatione intrinseca in Deo, quæ est mutua ex supradictis, relatio autem mutua apud Philosophum diuiditur in relationem modo vnitatis, vel numeti, & hic est primus modus, & in relationem modo potentiæ, siue nudæ siue sub actu, nudæ quidem vt calefactiuum, & calefactibile: sub actu, vt calefaciens, & calefactum in præsenti, vel in præterito, vt pater, & filius, & hic est secundus modus.

Relatio diuisio.

Relatio omnis fundatur super quantitatem, vel super actionem, vel passionem &c. Aduerte quod propositio Philosophi sic intelligitur quantum ad modum fundandi, & non quantum ad rem fundantem, vt declarauimus suprà, & B. Thom. exposuit sic in 5. Metaphys. c. de Ad aliquid.

Cum autem quantitas non sit in Deo &c. Aduerte quòd licet quantitas non sit in Deo, tamen modus quantitatis est in Deo, quia quanta est potentia, & perfectio patris, tanta est filij: vnde ista, super talem quantitatis modum alliguabitur æqualitas diuinarum personarum, tamen super talem modum non potest fundari relatio realis mutua, de qua nu aceit secmo. Quoniam cum paternitas, & filiatio sint distinctæ realiter, & relatio tralhac distinctionem à fundamento, est accessę quòd fundamenta paternitatis, & filiationis sint di tincta realiter potentia autem patris non distinguitur realiter à potentia filij, ideo licet illa potentia habeat modum quantitatis, tamen ex sua vnitate non potest fundare distinctas relationes.

Quantitas in Deo non est, sed modus quantitatis.

Vnde relinquitur quod relationes rea es. vsque ibi. *sed &c.* Aduerte quòd Beat. Thom. in 1. dist. 26. q. 2. arti. 1 videtur tenere, quòd fundantur super naturam diuinam. i. essentiam: dicit enim paternitas, & filiatio habent fundamentum in re. Sip am naturam diuinam, ergo non fundantur super actionem, vt dicit hic.

Respondeo totale fundamentum diuinarum relationum nō est essentia præcisè, aliter non distinguerentur realiter cum essentia, vt essentia sit penitus indistincta, nec sunt diuinæ actiones præcisè, quoniam sibi contradiceret hic, & in primo sentea. sed est diuina natura sub actione, & passione. puta in patre, vt eam communicat filio, fundatur paternitas in filio, vt eam accipit à patre fundatur filiatio, & hoc insinuat B. Thom. in primo in eodem loco: dicit enim sic paternitas, & filiatio habent fundamentum in re s natura ipsa quæ communicatur secundum communicationem naturæ: hæc ille. Vnde patet quòd illic assignat totale fundamentum, sed hic in prima parte assignauit ex parte formali, ratio enim, quæ essentiam fundat, est communicatio, & hæc est determinatio etiam Capreol. in 1 distinct. 31. quæst. 1. ad secundum Scoti, contra secundam partem conclusionis.

Contra conclusionem Beat. Thomæ, qua concludit, quòd sunt tantum quatuor relationes reales, consurgit dubium: quoniam vel comparentur ad essentiam, & sic sunt vnum, vel paternitas, & filiatio distinguūtur à spiratione actiua, & sic sunt quinque vel non distinguuntur ab ea, & sic sunt tres tantum.

Ad hoc dico quòd relationes diuinæ tripliciter considerantur: primò vt comparantur ad essentiam & sic sunt vnum in essentia, vt diximus suprà: Secundò vt comparantur inter se vt non oppositæ: puta cōparatur paternitas spirationi actiuæ: similiter filiatio: & sic sunt tantum tres, quia cùm non opponantur, se compatiuntur in eodem supposito, vt patet non distinguuntur realiter ab inuicem. Tertiò comparantur ad inuicem vt sunt oppositæ: puta paternitas filiationi, & spiratio actiua, spirationi passiuæ, & sic sunt quatuor, & non plus, quia in omni oppositione sunt duo extrema distincta, cum igitur in Deo ad intra sit duplex oppositio. s. partis ad si ium, & spirantium ad spiratum, sunt quatuor relationes realiter distinctæ vt sunt oppositæ adinuicem.

Relationum in Deo triplex consideratio.

In responsione ad tertium, aduerte quòd responsio stat in hoc, nūc loquimur de relationibus realibus, quę sunt consequētes productionem realem. Idæ non sunt tales, sed potius respectus intellecti ab intellectu diuino: sunt enim imitabilitates diuinæ essentiæ cognitæ, adeoque imitabilitates, licet sint reales (quia diuinam essentiam rea illime imitatur creatura) tamen non sunt relationes reales, quia essentia diuina, & creatura non sunt ejusdem ordinis, vnde idæa dicit relationem tertij modi ad idæatum, eo quòd idæatum realiter pendet ab Idæa, & non è conuerso: vnde B. Tho. ad argumentum potetat vnico verbo respondere, quòd supponitur falsum. s. Idæas esse respectus reales.

QVÆSTIO XXIX.

ARTICVL. I.

De distinctione personæ.

IN omnibus genitibus tum specialiter. Aduerte quòd ly *genitus*, sitat pro generalissimis: quoniam in omni genere subalterno non est necesse inueniri vniuersale, sed particularia multiplicata sub illo genere, secundum eos, qui tenent metaphysicam esse vnam genere, & tamen sub se non continet multas metaphysicas species. Item qui tenent materiam Lunæ, & materiam Solis non esse eiusdem rationis: dicunt Solem distingui genere à Luna, & tamen nec Sol nec Luna multiplicatur.

Substantia enim individuatur per seipsam, Expositor dicit id debere intelligi formaliter, puta substantia vt substantia, & non vniuersaliter, quoniam esset falsum in substantia materiali, quæ secundum B. Thom individuatur per quantitatem, tu tamen potes saluare, quòd sit vera vniuersaliter in hoc sensu, omnis substantia individuatur per seipsam: vel seipsa tantum, vt immateriales: vel aliquo sui. i. materia suæ parte, & sic verificatur, in omni substantia materiali: & in hoc est differentia ab accidentibus, quorum nullum, vt accidens individuatur seipso, nec aliqua sui ipsius parte.

Sed accidentia individuantur per subiectum. Hoc videtur esse falsum de quantitate, cui primo conuenit diuisibilitas, ergo individuatur per seipsam. Dicit enim philosophus in 5. Metaphysic. quantum est, quod diuiditur in ea quæ insunt, quorum singulum natum est esse hoc. Expositor dicit propositionem debere intelligi de accidenti, vt accidens est, & non vt hoc: puta qualitas, vel linea. sed tu dic, quòd ea non distingui supponat esse, licet distinctio primo conueniat quantitati, tamen esse non ex se, conuenit ei, cum sit accidens, cuius esse est inesse, vt se nec vt accidens, nec vt hoc accidens potest absolui à subiecto. Dictum autem philosophi non cogit: licet enim quantum sit aptum per se diuidi in partes, quarū quæ libet est apta esse hoc, tamen non dicit quòd sit apta esse hoc per seipsam.

Dicitur enim hæc albedo inquantum est in hoc subiecto. Contra, hæc conditionalis est vera: si hæc albedo esset in quantitate se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

parata, adhuc esset hæc, ergo non necessariò indiuiduatur per subiectum.

Respondeo, dato illo casu si quantitas haberet vicem subiecti, & sic esset verum, quòd non indiuiduatur per seipsam. Sed quæritur, si accidentia diffiniuntur per subiectum, aut subiectum recipitur intrinsecè aut extrinsecè: si intrinsecè, ergo subiectum esset de essentia accidentis, & sic accidens non esset vnum per se. Si extrinsecè, ergo indiuiduantur per seipsa intrinsecè.

Respondeo & dico, quòd recipiunt subiectum extrinsecè, nego illam consequentiam, ergo indiuiduantur per seipsa intrinsecè: quoniam sicut sunt accidentia non ex se, sed ex subiecto, sic non possunt indiuiduari nisi per subiectum.

Aduerte quòd expositor tangens principium indiuiduationis in substantia materiali, voleas se retractare de eo, quod dixerat super de Ente, & essentia: vbi dixerat hæc verba: *Capacitas materiæ respectu huius quantitatis, ita quod non illius est potentia receptiua talis quantitatis, quæ non distinguitur rea à materia, sed ratione &c.* intendit dicere duo: primo quòd non acceptat illud dictum: nam dicit ipse sequeretur quòd principium indiuiduationis esset aggregatum ex materia & accidenti, quoniam illa potentia est in genere quantitatis. Sed certè quantum ad hoc non erat necesse, quòd se retractaret, nam illa propositio: actus, & potentia sunt in eodem genere, non est, vera, nisi de potentia & actu, quem primo recipit potentia, vt tenet Capreol. in 1. distinct. 3. q. 3. arti. 2. ad quartam substantiam Scoti factam contra primam rationem B. Tho. Modo nego quòd potentia materiæ ptimo respiciat quantitatem, imo primo for mam substantialem secundario quantitatem, & alia accidentia. patet ergo quòd illa consequentia nulla est. scilicet *sequeretur &c.* & eius probatio falsa est. Illa enim potentia est in genere substantiæ, sicut materia prima, nō enim potentia ad quātitatem est in genere quantitatis, nisi primo recipiat quantitatem, quod non contingit in hoc proposito.

Secundo dicit, quòd materia prima, vt præhabens in se fundamentaliter quantitatem, est non actu, quoniam generatio Sortis ad substantiam Sortis determinatur, primo ergo in hoc priore est hoc ens, ergo vnum, ergo indiuiduum, & tamen in hoc priore non est quantitas actu, ergo &c.

Ad hoc dico: primo quòd illud præhabere, non sufficit ad distinctionem virtualem quantitatiuam, quoniam materia prima, & ipsamet vt sic fundamentaliter præhabet quantitatem, non est realiter, nisi pura potentia, sed pura potentia non distinguit, sed actus ex 7. Metaphysic. Dico secundo quòd quātitas actu est, quæ distinguit numeraliter quantitatiuè, & ad argumentum, quod etiam fuit Scoti: dico quòd in illo priore Sortes est hoc ens, & vnum, & distinctum formaliter. 1. metaphysic. Et hoc habet à forma sua substantiali, qua constituitur hoc ens: & per consequens vnum, & distinctum: non est autem necesse, vt in illo priore sit distinctum quantitatiuè, sed sufficit, quòd in posteriori natura, in quo quantitas consequitur formam substantialem, vnitas quantitatiua consequitur vnitatem transcendentem.

Sed contra in illo priore, in quo vnitur forma materiæ est necesse, vt materia sit actu distincta, ergo habet quātitatem, quæro ergo aut quantitatem consequentem formam introducendam, & hoc non, quia illa subsequitur, aut quantitatem, quæ fuit sub forma corrumpenda, & hoc non, quia corrumpitur cum forma sua, ergo sufficit, quòd sit distincta, quia habet quātitatem fundamentaliter, & non actu.

Ad hoc dico, quòd in illo priore est quanta actu quantitate formæ corrumpendæ: nam licet corrumpatur cum forma non tamen est quæ ptimo. Vnde aduerte, quòd in illo priore natura sicut corrumpenda forma habet primum non esse, sic forma generanda habet primum esse, & sicut cùm primo esse in materia formæ generādæ, stat in illo priore nondum esse quātitatis sequentis, sic in illo priore, cum primo non esse formæ corrumpendæ, stat adhuc esse suæ quantitatis, quoniam secundario corrumpitur. Et si dicas, ergo forma substantialis nō aduenit materiæ nudæ, nego consequentiam, quoniam sufficit quòd in vno instanti temporis forma corrumpenda cum omnibus suis accidentibus habeat non esse, & forma generanda cum accidentibus habeat esse. illa autem diuisio instantis temporis in plura instantia naturæ, non est diuisio realis, sed secundum rationem.

Et ideo predicta diffinitione personæ. Aduerte quòd B. Thom. in quæst. 9. artic. 2. distinctiùs quo ad omnes particulas declarat diffinitionem personæ, & sub eisdem verbis declarat eandem Herueus in 1 d. 23. q. 1. artic. 1.

In fine, *ponitur substantia individua.* Aduerte vt differat persona ab essentia diuina, & à natura vnita vero, & ab anima separata, & à partibus substantiæ: quòd ly, *individua* substantia debet exponi pro per se subsistenti incommunicabili, & completo, in specie: ratione primi, nec natura assumpta in Christo, nec partes substantiæ sunt persona, rattione secundi diuina essentia, licet sit hæc essentia non est persona: ratione tertij anima separata non est persona, nec materia signata.

In responsione ad tertium in qua videtur S. Thom. negare personam esse nomen secundæ intentionis, & vt expresse habetur in 1 distinct. 25. quæst. 1. artic. 2. negat esse nomen secundæ intentionis, sed nomen rei, cui accidit aliqua intentio, scilicet particularitas, inuestigandum est igitur quare non est nomen secundæ intentionis, & sic procedam. Primo declarabitur quid sit prima & secunda intentio. Secundo ponam argumenta Aureoli, quibus intendit probare nullum existens in intellectu esse formaliter intentionem, sed tantum rem obiectam intellectui & declarabo an militent contra nos. Tertio ponam duas conclusiones de hoc nomine persona. Quartò ponam argumenta eorum qui tenent quòd est nomen secundæ intentionis & soluam.

Intentio prima & secunda.

Quantum ad primum scias, quòd Capreol. de mente Bear. Thom. in 1. distinct. 23. q. 1. in probatione primæ conclusionis tenet intentionem primam, esse primum conceptum immediatè fundatum in re, quem dicimus rei definitionem: secundam autem esse secundum conceptum in re, mediante primo conceptu, vt conceptus speciei: ex quibus sequitur quòd cum omnis conceptus formatus ab intellectu sit ens reale, quando subiectiuè est in intellectu, tam prima quàm secunda intentio apud Capreol. erit ens reale, quod tamen non videtur verum quoniam vniuersaliter tenetur, & à B. Thom. in 4. Metaphysic. quod intentiones secundæ sunt entia rationis, de quibus propriè est logica, cuius subiectum est ens rationis, & ideo subtilius procedendo adducam mentem Heruei, quam non reputo contrariam B. Thom sed potiùs eiusdem resolutionem,

Aduerte igitur quòd vt dicit Herueus in tractatu de intentionibus, tam prima quam secunda intentio sumitur dupliciter. 1. obiectiuè, & formaliter. Intentio prima obiectiua est res intelligibilis, vt obiecta, & præsentata intellectui, ad quā intelligendam tendit intellectus actuatus specie, & ad quam ordinat actum intelligendi, & conceptum, & eiusdem similitudines, & sic prima intentio, idem est quod obiectum actu præsentatum per speciem, siue sit substantia, siue accidens. In tentio prima formaliter est conceptus formatus ab intellectu de re obiecta, quæ dicitur diffinitio vel ratio rei obiectæ & intellectæ, & fundatur immediatè in re, vt in fundamento suæ veritatis. Vnde animal rationale comparatur ad hominē, vt prima intentio formaliter ad primam obiectiuè.

Secunda intentio obiectiuè est respectus rationis, qui consequitur rem, vt est obiecta intellectui: quod quidem sic contingit vt declarat Herueus in tertio quolibet. quæst. 1. cùm intellectus quidditatem rei in vniuersali intelligit, non intelligit eam, vt recipit singularia, sed vt abstrahit ab eis, & sic in quadam communitate. & in distinctione obiicitur intellectui: secundum autem quod est sic obiecta, & cognita per primam intentionem formalem intellectus, aduertit quòd eam consequitur quidam respectus dictus in distinctio vel communitas, eo quòd, vt sic intellecta est communis suis inferioribus, & hic respectus est ens rationis: consequitur enim rem, non vt habet esse ad extra, sed vt est obiecta intellectui sine conditionibus individualibus, & hic respectus dicitur secunda intentio obiectiuè, quæ est fundamentum secundi conceptus vt dicam, sicut prima obiectiuè est fundamentum primæ formaliter.

Secunda intentio formaliter est secundus conceptus formatus ab intellectu de re, vt stat sub illo respectu rationis, & immediate fundatur in illo respectu virtute tamen rei sic obiectæ: nam postquam intellectus, aduertit quòd natura rei sic obiectæ communis est suis inferioribus, secundum prædicationē formāt conceptum generis, si est communis pluribus speciebus vel conceptum speciei, si est communis pluribus individuis, & hæc dicitur secunda intentio formaliter: ex his elicito duas conclusiones. ptima est.

Conceptus intellectus non dividitur in primā & secundam intentionem obiectiue. Patet. quoniam intentio prima obiectiuè non fit per opus rationis, siue intellectus, imo supponitur actui, siue intelligatur substantia, siue accidens. Similiter secunda intentio obiectiuè non est pro ducta ab intellectu, nec est subiectiuè in intellectu, cùm sit ens rationis, quòd in nullo est subiectiuè, nec ab aliquo productiuè, vt declarat Herueus: vbi supra:

prīa constat autem, quòd conceptus intellectus est productus ab intellectu per actum suum &c.

Conceptus intellectus communiter dividitur in intentionem primā & secundam formaliter Patet quia omnis conceptus, vel reperitur in mente, vel in re obiecta intellectui, sic est prima intentio, quæ dicitur definitio, vel fundatur immediate in illo respectu qui dicitur indistinctio, vel communitas, aut in re, vt stat sub tali respectu, & sic est secunda intentio formaliter, quæ est ens reale, est enim in prædicamento qualitatis in prima specie, sic actus intelligendi, & habitus scientificus. Ex his omnibus patet, quòd prima intentio, tā obiectiua quàm formaliter est ens reale: secunda autem obiectiuè est ens rationis, sed formaliter est ens reale: patet igitur, quid sit prima & secunda intentio.

Quantum ad secundum, aduerte quòd Capreol in 1 distin. 23 quæst. 2. contra primum adducit xiiij. argumenta Aureoli quibus intendit probare nullum existens subiectiuè in intellectu esse intentionem formaliter, sed tantum res, vt obiicitur intellectui, nos autem tenemus rem obiectam esse intentionem obiectiuè tantum, id est, id ad quod rendit intellectus, speciem verò intelligibilem esse actum intelligendi, & conceptum esse intentiones formaliter, quia sunt tendentiæ quibus tendit intellectus in obiectum. Inter quas conceptus dicitur simpliciter intentio, vt terminus inte lectionis. Argumenta autem Aureoli ordine retrogrado accepta à 14. vsque ad 8. excluse concludunt rem obiectam esse intentionem, & non aliud, quod nos concedimus, sumendo intentionem obiectiuè.

Ad octauum, quod fundatur in dicto Commentatoris dico: quòd non accipit intentiones intellectus pro re obiecta, sed pro specie intelligibili, quam concedimus esse intentionem formaliter.

Ad septimum dico quòd logica est de secundis intentionibus obiectiuis, & formalibus, & cùm dicit Auicenna ad inuentis primis intelligendum est, vt fundator in primis ne secundæ sint chimericæ, & per idem patet ad sextum.

Ad quintum dico cum diffinitur genus, non diffinitur intentio, aliter nulla natura realis diceretur genus, sed diffinitur natura, vt stat sub secunda intentione obiectiua. Et nego quòd possit diffiniri sine actu intellectus, & cùm dicis, ergo actus intelligendi est, qui prædicatur, nego consequentiam: sed dico, quod actus intelligendi est causa, quòd aliquid actu prædicetur: nam prædicari est per actum intellectus aliquid alicui attribui.

Ad quartum nego conceptum vniuersalitatis fundari in cōceptu animalitatis, sicut accidens in subiecto, sed fundatur in natura cognita, vt indistincta, non vt in subiecto, sed vt in eo, à quo trahit suam virtutem, sed prima & secunda intentio formaliter sumptæ fundantur in intellectu vt in subiecto.

Tertium & secundum nullam habent apparentiam, sed ad primum dico, quòd obiectum non potest dici intentio: quia per ipsum non tendit intellectus in aliud, sed potest dici intentionis, vel tendentiæ terminus, eo quòd species, & actus intelligendi & conceptus dicuntur intentio, imo est è conuerso, & ideo obiectum non meretur dici intentio nisi secundum quid, i. terminatiue vel obiectiuè, quod pro eodem sumitur.

Quantum ad tertium sit prima conclusio: *Persona non significat secundam intentionem.* Patet, quia persona significat suppositum substantiæ cum dignitate, sed intentio secunda non importat dignitatem, vt patet præterea secunda intentio est ens rationis si sumatur obiectiuè, vel conceptus secundus sumpta formaliter, ergo personæ diuinæ sunt ens rationis vel conceptus intellectus creati: quod est hæreticum.

Secunda conclusio: *Persona significat rem, cui conuenit secunda intentio scilicet singularitas*: hanc tenet B. Tho in primo dist. 25. quæ. 1 art. 1. vide cum, & adducitur à Capreol. in 1. distin. 23. q. Contra tertiam plures arguunt, quòd significatio intentionis, & eorum fortiora argumenta sunt hæc: primum persona diffinitur per intentionem quæ est ly: individua, ergo significat intentionem. Ad hoc respondet vt B. Tho. in artic. in responsione ad tertium.

Secunda opponitur intentioni quia vt individua opponitur speciei, & generi, ergo significat intentionem: probatur consequentia quia opposita debent esse eiusdem generis. Ad hoc nego antecedens, imo opponitur substantiæ non subsistenti vt est anima, & partes substantiæ, & substantiæ vniuersales, vt homo in communi.

Tertium quòd significatur in Deo non dicit rem sed intentionem: vel sic, quod est commune secundum rem, est vnum numero, sed persona non est vna numero: ergo &c. Ad hoc respondet, vt Heru. 1. distinct. 33. quæstion. 1. articulo. 1. ad secundum.

Quartum persona est suppositum, suppositum significat intentionem ergo & persona: Ad hoc nego argumentum: sicut hic Sortes est homo: homo est species, ergo &c. nam benè stat, quòd importetur idem nomine suppositi & personæ, sed nomine personæ, vt nomine primæ intentionis & nomine suppositi nomine secundæ intentionis.

ARTICVL. II.

Verum persona sit idem quòd hypostasis?

Persona hypostasis subsistentia essentia quomodo conueniāt & differant.

Circa hunc articulum non sunt difficultates, tu tamen tria notabis, primò quòd in creatis hæc quatuor sunt idem, sed non conuertibiliter, persona & hypostasis: omnis enim persona est hypostasis, sed non è conuerso, quoniam persona dicit substantiam primam in natura intellectuali, hypostasis autem dicit substantiam primam, in omni genere substantiæ. Hypostasis & subsistentia omnis enim hypostasis est subsistentia, sed non è conuerso, vt patet de anima intellectiua subsistente. Subsistentia & essentia: omnis enim subsistentia est essentia, quia est aliqua natura, sed non è conuerso, nam humanitas est essentia, & tamen non subsistit cùm sit vt quo & communicabilis, bene patet quòd hæc per ordinem se habent, vt superius, & inferius.

Nota secundò quòd in diuinis eadem quatuor se habent ita quòd tres primæ sunt idem conuertibiliter, cuius signum est, quòd prædicantur in Deo pluraliter essentia autem nō est idem conuertibiliter, cum prædicetur tantum in singulari. Nota tertiò quòd sine sint idem re conuertibiliter, ve non, in creatis, & in diuinis differunt ratione, quoniam alio modo diffinitur persona, alio modo hypostasis.

ARTICVL. III.

Verum persona conueniat Deo?

Persona significat id, *quod est perfectissimum.* vsque ibi *natura* &c. Contra hanc arguitur: Natura ipsa fica perfectio est in diuiduo, cùm oidinetur ad illum, sed persona est individuum, ergo.

Præterea, sequitur quòd distinctio in Deo sit perfectissima, cum distincta quæ sunt personæ diuinæ sint perfectissimæ secundum B. Thom. hic, quod tamen est falsum cum in Deo sit distinctio realis minima.

Ad primum dico, quòd individuum vt individuum est imperfectius natura, cum sit per illam, sed individuum vt primō & per se subsistens est perfectius ipsa natura, quæ non existit nisi per individuum: sic B. Thom. dicit personam esse perfectissimam.

Ad secundum dico, quòd ratione distinctorum est distinctio perfectissima: quoniam sunt supposita diuina, ratione autem principij distinctiui non est perfectissima: quoniam distinctiuum est ipsa incommunicabilitas, quæ abstrahit à perfectione & imperfectione sicut relatio.

Sed contra, ergo persona secundum totam rationem non dicit quid perfectiui num: quoniam non secundum incommunicabilitatem, ergo non potest concludi esse in Deo ex perfectione diuinæ essentiæ.

Ad hoc dico, quòd non concluditur esse in Deo ex vniuersali perfectione diuinæ essentiæ, ex incommunicabilitate sed ex subsistentia in natura diuina, ad quam sequitur incommunicabilitas.

Non tamen eodem modo Aduerte quòd persona in creatura est admixta multiplici imperfectioni, primo subsistat accidentibus, secundo ponit distinctionem absolutam ab alia persona cum diuersitate essentiæ, tertio distinctiuum personæ creatæ est absolutum, nullum horum ponit persona diuina.

Vltimo aduerte, quòd B. Tho in quæst. de potentia quæstione 9. artī. 1. probat personam conuenire Deo, clariùs quam hic, & intendit talem rationem: persona ex parte naturæ dicit perfectionem, quia dicit naturam intellectualem, ex parte modi essendi dicit perfectionem qui modus est per se subsistere in tali natura, ergo cum omne dicens perfectionem sit attribuendum Deo, persona conuenit ei.

ARTICVL. IIII.

Verum persona significet relationem vel essentiam.

Circa hunc articulum, aduerte primo quòd de persona diuina dantur duæ diffinitiones, prima est Ricardi, in qua ponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Persona quid.

ponitur relatio in recto, dicit enim persona est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia. Secunda est aliorum Theologorum, in qua natura ponitur in recto, & relatio in obliquo: persona est hypostasis. id est substãtia prima proprietate distincta: & ideo conuenienter quæritur, vtra diffinitio sit vera, vel si vtraque est vera, alterutra tamen sit magis propria.

Circa igitur hunc articul. duo agenda sunt, primò declarandæ sunt aliquæ propositiones in artic. secundò defensanda est mens. S. Thom.

Quantum ad primum. *Circa significationem huius nominis* vsque ibi *significat.* Aduerte, quòd hoc nomen persona conuenit cum absolutis, quoniam de qualiber persona prædicatur, nec secundum nomen ad aliud refertur, imo est ad se, conuenit etiam cum relatiuis, quoniam plurificantur, & in plurali prædicantur.

Vnde quibusdam visum est. hic est Magister Sen. in primo distinctio. 25.

Et ordine concilij, hoc fuit concilium Nicenum.

In singulari numero, potest sumi pro absoluto, & pro relatiuo. Nam cum dicitur, patet est persona, ly persona potest verificari de essentia, nam pater identicè est essentia, & de relatione, quoniam pater est paternitas.

Quidam vero dixerunt quòd significat essentiam in recto, vsque ibi *concesserunt*: Aduerte, quòd in quæst. de potentia quæst. 9. articulo. 4. improbat vtramque opinionem sed si dicit essentiam in recto non potest prædicari in plurali: non enim sunt tres essentiæ, & tamen sunt tres personæ: si autem relationem in recto, ergo non dicitur ad se, imò erit formaliter relatiuum, quod tamen est falsum: non enim persona est aliquius persona hîc defendit vtrumque: de concordantia videbimus infra.

Sicut in natura humana significat hoc. Aduerte quòd in quæst. de potentiæ quæst. 9. artic. 4. dicit hoc esse materiale significatum personæ humanæ: formale autem est esse subsistens distinctum in natura humana, & ideo difficile est concordare.

Vnde est subsistens sicut essentia diuina subsistit. Aduerte quòd relatio in diuinis re quidem est subsistens cum sit identicè essentia diuina, sed non significatur vt subsistens. id est modo subsistentis, nisi cum accipitur in cõcreto, sicut deitas non significatur vt subsistens. id est vt quòd est, nisi concretiuè, vt Deus.

Persona diuina significat relationem vsque ibi *quàm natura diuina &c.* Aduerte quod modo substantiæ, & vt subsistentis, idem sunt: est enim sensus, quòd significat relationem in concreto, cum enim dicitur quòd persona est quid subsistens distinctum in natura diuina. per ly, subsistens distinctum, significatur relatio in concreto puta pater, quæ quidem in concreto sumpta habet rationem distincti, & in abstracto habet rationem distinguentis.

Est secundum hoc verum est vsque ibi *per modum hypostasis.* Aduerte quòd vt melius consideres: determinat se aliter, quam in q. de potentia, & in signum soluit per hæc verba rationem, quam adduxerat, quòd non significat relationem in recto, quando enim arguit quòd non diceretur ad se respondetur, quòd si diceret relationem modo relationis non diceretur ad se, sed quia dicit relationem modo substantiæ. id est modo absoluti licet in se sit res relatiua, ideo significatur, vt dicitur ad se.

Similiter etiam significat essentiam in recto vsque ibi, *distincta.* Aduerte quòd propter hoc soluit rationem, qua probauit q. de potentia, quòd non dicat essentiam in recto, nam non dicit essentiam modo essentiæ: qui est modus abstracti & communis, sed modo subsistentiæ vel hypostasis. id est sub ratione substantiæ primæ: & ideo potest prædicari in plurali.

Quantum ad secundum principale, antequam deueniam ad impugnatores, pro pono tria dubia in via Thomistica sine argumentis, primò propter quid persona diuina dicit essentiam & relationem, secundò si potest alterum, vel vtrumque dicere in recto modo abstracto, tertiò quid dicat formaliter, & quid materialiter.

Ad primum respon. vt Herv. 1. distinct. 23. quæst. 1. 3. in prima conclusione, vbi inuenies quòd cum de ratione personæ sit subsistens, distinctum incommunicabile: tunc ratione subsistentis iucludit essentiam, ratione autem distincti includit relationem: vnde qui negat includere essentiam, negat rationem personæ, similiter qui negat includere relationem: aufert incommunicabilitatem.

Ad secundum respondet vt Herv. in eodem loco in conclusione secũda. vbi inuenies quòd neutrum in abstracto, eo quòd signum modo abstracti: habet rationem quo: persona autem habet rationem quod. vnde si diffiniretur persona diuina, & vtrumque includeret in abstracto, poneretur vtrũque in obliquo, sic persona est quid subsistens in natura diuina distinctum proprietate.

Ad tertium difficile est respondere propter varietatem dictorum B. Tho. nam in q. de potentia. quæst. 9. art. 4. videtur dicere quòd significet relationem materialiter, hypostasim autem formaliter in 1. p. in art. præsenti.

Ad cuius euidentiam Videtur declinare ad hoc, quòd significet relationem formaliter, modo tamen substantiæ, nam persona significat formaliter quid distinctum in natura intellectuali: patet autem quòd distinctum non cadit super essentiam sed super relationem in concreto sumptam, quod dico: quoniam in abstracto signata, habet rationem distinguentis.

Ad hanc difficultatem respondit Herv. vbi supra in conclusione tertia conatur conciliare. B. Tho. sed non potest, si benè aduertetis. Expositor dicit quòd in prima parte rem altiùs cõsiderauit innuens quòd hic se retractat, Tu tamen potes dicere, quòd relatio in Deo dupliciter consideratur, primò vt indiuiduatiua, & sic est vt materiale, quoniam omne indiuiduatiuum habet rationem materiæ in via. B. Tho. Secundò vt est quasi actus etiam forma trahens essentiam ad personam secundum modum intelligendi, vt differentia trahit genus ad speciem, sic est vt formale: primo modo. B. Tho. considerauit relationem in q. de potentia, secundo autem modo in 1. p. & sic potest concordari.

Quantum ad impugnatores extraneos, duo sunt præcipui. Aureol. & Scot. Aureolus quidem arguit contra duas propositiones in art. & eius argumenta recitat Capreol. in 1. distin. 25. quæst. 1. contra tertiam opinionem, contra quam primo arguit est hæc in artic. *Similiter etiam significat essentiam in recto inquantum est hypostasis.* Contra hanc tripliciter primo: Persona est subsistens distinctum: essentia non est quid distinctum: ergo persona non est essentia.

Secundo, constitutum non significat constituentia in recto, non enim homo est anima, ergo.

Tertio, quod significatur in recto nomine personæ, verè plurificatur: in Deo essentia non plurificatur, ergo. Aduerte quòd Capreol. soluit hæc argumenta per distinctionem de significato formali & materiali, & accipit significatum formale personæ, id ad quod significandum est impositum, & hoc est subsistens distinctum, significatum autem materiale accipit id sine quo subsistens non esset, & quia sine essentia & relatione illud non esset, ideo tam essentiam quam relationem significatas in abstracto ponit de significato materiali personæ. Ex hac distinctione ad primum concedit totum, & dicit concludere, quòd essentia in abstracto, non est persona de significato formali: tunc enim esset necesse essentiam esse distinctam.

Ad secundum & tertium per idem. Tu tamen clariùs dicere potes, quòd Aureolus fallitur, putans B. Thom. dicere personam esse essentiam in recto, sumendo essentiam in abstracto quod est falsum: nam vt prædiximus neutrum in abstracto, dicit in recto.

Ad tertium per idem: Nam quod significatur vt in recto, significatur vt formale: Cõcedo maiorem: sed hoc non est essentia in abstracto, sed subsistens distinctum, & hoc plurificatur.

Secunda propositio, contra quam arguitur est hæc, *& secundum hoc verum est quod persona significat relationem in recto vt subsistentem.* Contra hanc tripliciter vt refert Capreol. vbi supra secundo loco instatur.

Constituens non significatur per constitutum in recto, sed relatio vt subsistens est constituens, ergo.

Ad huius maiorem dico, quòd est vera, sumpto constituente in abstracto, non autem in cõcreto, & nego minorem, nam relatio vt subsistens est constitutum, & habet rationem, quod.

Secundo dicit B. Tho. in q. de potentia quæst. 9. artic 4. quod persona significat formaliter subsistens distinctum: materialiter autem relationem & essentiam, ergo non significat in recto relationem, aliter esset suum significatum formale, quod ipse negat. Ad hoc dico, quòd B. Thom. in quæst. de potentia considerauit relationem in abstracto, vt habet rationem principij indiuiduatiui, & sic est, vt materiale: sed in 1. part. sumit in concreto, vt habet modum substantiæ sic est formale: & sic ponitur in recto in diffinitione personæ.

Tertio relatio vt subsistens, vel est quid partiale respectu personæ vel totale, si primo modo, nõ significatur in recto, si secundo, ergo sicut persona est quid constitutum ex essentia & relatione, sic relatio vt subsistens dicit quid constitutum ex essentia & relatione, & sic non ponitur in recto, nec vt relatio, nec vt subsistens.

Ad hoc dico, quòd est totale ex parte rei, sed non secundum rationem

rationem. Et cum arguit, *ergo sicut persona &c.* nego consequentiam, non enim concretum dicit constitutum ex multis, sed formam in subiecto, sic relatio diuina in concreto, puta paternitas dicit patrem in natura diuina.

Scotus autem in 1. distinc. 23. tenet quòd persona ex sua ratione formali non dicit nisi incommunicabilitatem. licet ex adiuncto dicat rationalem, essentiam quoniam veto illa incõmunicabilitas est negatio: vult quòd persona, vt communis tribus non dicat nisi conceptum negatiuum communem tribus, qui non sequitur aliquod positiuum commune tribus, eo quòd ab vltimis distinctis, & distinctiuis non potest abstrahi aliquod commune positiuum, aliter non essent primo diuersa, potest tamen abstrahi commune negatiuum, vt asinus & equus conueniunt in non homine: similiter eorum differentiæ, non tamen in aliquo positiuo, vt sunt disparatæ species, sed Bea. Thom. reducit incommunicabilitatem communem tribus, ad essentiam vt est hypostasis, & ad relationem subsistentem, ita quòd hypostasis & subsistens distinctum, sic conuenit tribus, sicut incommunicabilitas, imo consequitur ad illa.

Argumenta Scoti sumpta partim ex distinct. 23. partim ex 25. sunt tria.

Primum probat quòd non dicat relationem ex sua ratione formali. Relatiuum superius dicitur ad illud, ad quod dicitur relatiuum inferius, licet non primum. Exemplum, nam duplũ est dupl'um dimidij, sic duplum multiplex dimidij, sed persona non dicitur ad illud, ad quod patet dicitur, non enim dicitur persona, filij persona, ergo &c.

Ad hoc, eius proposito assumpta est vera tantum, quando vtrumque relatiuum significatur modo relatiuo, sed si alterũ, puta superius significatur modo absoluti non est vera, constat autem, quòd persona sic significatur: ideo non concludit, nec exemplum iuuat, vtrumque enim significatur modo relatiuo, quod non contingit in proposito.

Secundum probat, quòd nec significat subsistentiam, Et hypostasim, quia ly hypostasis est indifferens ad absolutum, & relatiuum: persona autem est quid relatiuum in Deo.

Ad hoc: licet hypostasis, vt hypostasis sit indifferens, non tamen vt diuina, imo re est respectiua.

Tertium probat quòd nullum positiuum quidditariue positum tribus esse commune, vt prædicatum in quid: ab vltimis distinctiuis, & vltimis distinctis nihil positiuè potest abstrahi: sed personæ diuinæ sunt vltimo distinctæ, cum sint vt species specialissimæ disparatæ in genere relationis ergo.

Ad hoc, maior non est vera, nisi quando vltima distincta, & distinctiua significantur sub vltimis conceptibus, vt significare personam diuinam sub conceptu paternitatis, & filiationis: modo constat quòd cùm dico personam diuinam, non dico hanc personam, & ideo eius ratio non valet.

QVÆSTIO XXX.

ARTICVL. I.

Vtrum sint plures personæ in diuinis?

CIRCA hunc articul. non cadit difficultas, nisi in responsione ad quartum de duplici numero, vbi inquit B. Thom. *Numerus absolutus non est nisi per acceptionem intellectus nostri*, vsque ibi *nisi in intellectu.* Nam tunc videtur quòd tantum sit ens rationis, cùm sit per opus solius intellectus. & tamen Arithmetica, ita est de numero absoluto, ergo scientia realis pro subiecto habebit ens rationis, quod est inconueniens.

Ad hoc dico duo, primo quòd licet non habeat esse nisi per intellectum, non tamen sequitur quòd sit ens rationis, vt diffinitur contra ens reale, aliter scientia esset ens rationis, & omnis habitus in intellectu.

Dico secundo quòd Arithmetica non est de illo, sed de applicato, licet non consideretur, vt applicatus, quoniam abstrahit à materia secundum rationem, sed non secundum esse, sic Geometria est de linea, quæ est in corpore naturali ex secundo physicorum: licet non consideretur, vt est in tali, vel tali corpore.

ARTICVL. II.

Vtrum in Deo sint plures personæ, quàm tres?

CIrca hunc articulum duo sunt agenda, primo proponuntur duo notabilia, circa probationem, & sufficientiam

Trium personarũ in diuinis & non plurium efficax ratio.

trium personarum, secundo mouebo quædam dubia circa aliquas propositiones hic in articulo.

Primo aduerte quod probatio conclusionis stat in hoc formaliter. Si personæ diuinæ sunt plures, quam tres, est propter quatuor relationes, quarum quælibet deberet personam constituere, sed hoc non est necesse, quoniam spiratio actiua non habet oppositionem ad paternitatem, nec ad filiationem, ergo nec distinctionem, ergo non constituit personam distinctam à patre, & filio, & sic remanent tantum tres constituentes ergo tantum tres personæ.

Secundò, Aduerte quod Herv. in 1. distinct. 10 quæstion. 2. artic. 4. adducit modum, quo B. Thom. in quæst. de Potentia. quæst. 9. artic 9. assignat sufficientiam trium personarum, & stat in hoc. Personæ diuinæ multiplicantur ex modo procedendi, & hoc dupliciter, quia vel per non procedere, & sic est pater, & non possunt esse plures improductæ, quoniam cum non includerent ordinem originis, non distinguerentur realiter, & vt dicit Herveus, si essent plures improductæ, essent plures dij vel per procedere, & hoc dupliciter, vel per modũ intellectus sic est verbum, vel per modum voluntatis, sic est Spiritus S. & non possunt esse plures actiones immanentes, ergo sunt tantum tres personæ. Sed vt dicit illic Herveus hæc via præcisè sumpta non est efficax: quoniam quod procedit per modum intellectus & voluntatis, non magis distinguuntur vt sic, quàm intellectus & voluntas, quæ cum non distinguantur nisi ratione, nec personæ distinguerentur nisi ratione. Vnde sicut supradictum est, quod ad distinctionem realem processionum non sufficit distinctio formalis principiorum productiuorum, sed ordo originis prout procedens est à generante, & genito, sic diuersus modus procedendi non sufficit ad distinctionem realem personarum nisi coassumptis relationibus oppositis, & propterea via posita in præsenti art. est efficax, aliæ autem sunt adaptationes.

Quantum ad primum principale. Aduerte quædam propositiones dubiæ sunt in artic. quos est necesse ventilare.

Prima. *Si quæ relationes non sunt oppositæ, ad eandem personam pertinent.* Contra, paternitas & spiratio passiua non sunt oppositæ, quia Pater, & procedens non sunt correlatiua, ergo stante propositione B. Thom. vtraque poterit esse in patre, & sic patri non repugnat producti.

Ad hoc Expositor respõdet quòd licet non opponantur relatiuè ratione relationis, quia non sunt correlatiua tamen opponuntur relatiue ratione originis, quia de ratione procedentis est, quod sit à genetante, & genito, prout processio amoris est ex processione intellectus, & non è conuerso. & propter talem ordinem originis stat realis distinctio inter paternitatem & filiationem.

Tu autem clariùs potes dicere, quod etsi præcisè sumptæ non opponuntur relatiuè, tamen aliquo subintellecto, scilicet origine opponuntur: nam patet à quo est persona procedens, opponitur procedenti, & ideo quia inter patrem, & spirantem non cadit origo, quia non necesse spirans, vt spiratus est à patre: aliter pater spirans esset ab altero, sed vt hic spirans, puta filius, propterea paternitas, & spiratio actiua non opponuntur, nec præcisè sumptæ, nec cum aliquo subintellecto, & ideo eidem personæ conueniunt.

Oportet ergo vel vna quæritur, cur B. Thom proponit disiunctiuum, & tamen tantum primam partem disiunxit, scilicet vel vna earum conuenit vtrique & relinquit illam, vel vna vni, vel altera alteri.

Ad hoc dico quòd ex discussione primæ partis apud ingeniosos, sequitur manifestatio secundæ: nam discutit, quòd vna scilicet processio non potest conuenire patri & filio, quoniam repugnat generanti, & genito, esse procedentes, ex eadem sequitur manifestè hanc copulatiuam esse falsam: vna scilicet spiratio actiua conuenit patri, & alia scilicet processio conuenit filio, vel è conuerso: nam determinatum est repugnare filio procedere, similiter filio spirare partem.

Tertia non autem potest esse, vsque ibi *alteri eorum.* Quæritur cur B. Tho. proponit negatiuam cum duplici parte, & tamen primam tantum prosequitur relinquens secundam, scilicet *vel alteri eorum.*

Ad hoc dico, quòd ostenso, quomodo repugnat copulatim patri & filio procedere, quoniam generatio non est ex processione, sed è conuerso. statim infertur apud ingeniosum, quòd disiunctim repugnat alteri eorum.

Relinquitur ergo, vsque in finem. Quæritur cur B. Tho. concludit, quòd spiratio conueniat patri, & fil, cum tamen solum probauerit, quòd processio non conuenit patri, & filio, non enim ex hac negatiuè videtur sequi hæc affirmatio, spiratio actiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

actiua conuenit patri, & filio: stat enim cum illa negatiua quòd conueniat soli patri.

Ad hoc dico quòd non concludit absolutè illam, affirmatiuam, ex negatiua, sed vltra hoc adducit propium medium, ibi vtpote nullam habens oppositionem, nam ex eo, quòd non opponitur, sequitur vtique conuenire. Quæcunque enim conueniunt patri, conueniunt filio remota oppositione relatiua, vt dicemus infra loquentes de Spiritu Sancto.

ARTICVL. III.

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

CIrca hunc artic primo considerantur propositiones Bea. Tho. secundo ponam de sensionem impugnãtium, Quantum ad primum: *Magister in Sen.* vide tex. Magistri in 1. dist. 24 in principio. *Et hanc consequuntur numerus qui est species quantitatis.* Aduerte quod hæc intentio fundata est in 5. Physicor. textu 65. vbi sic habetur, *non separatus hic numerus à decisione contimi*, sed in immaterialibus non est decisio continui: ergo non inuenitur in eis. Præterea quantitas non est eiusdem rationis in separatis & materialibus cum illa sit perfectionalis, hæc autem dimensiua: ergo numerus causatus ex diuisione, non est eiusdem rationis in his, & in illis. Præterea. B. Thom in 5. Physicorũ lect. 11. ibi *est autem duplex diuisio*, assignat differentiam inter numerum quantitatiuum, & numerum transcendentem: quoniã quantitatiuus tendit in infinitum, ex Arist. 5. Physicorum transcendens autem, quia est numerus naturarum, non sunt determinatæ species in vniuerso.

Alia est diuisio formalis: quæ fit per oppositas formas: Aduerte quòd S. Tho. in 4. metaphysicet. 2 non dicit quod fiant per diuersas formas, sed per diuersas entitates proter vna non est alia. vnde in separatis licet non sit forma propriè dicta, tamen talis diuisio est, quia sunt distinctæ quidditates, & possunt dici formæ vel actus metaphysici, & hæc diuisio præcedit omne accide is rei, *Et tamen multitudinem solam contingit esse in rebus materialibus.* Aduerte propter. ly *solum* quod in separatis, quia non est quantitas, ideo est sola vnitas, & multitudo transcendens, & quia in corporeis est duplex quantitas dimensiua, & perfectionalis, ideo in eis est duplex vnitas, & duplex multitudo. quantitatiua, & transcendens, vt videbis in Capreol. in 1. distinct 24 quæstio 1. ad secundum Gregorii, contra primam.

Alij vero eandem multitudinem vsque ibi quòd est quantitas. Aduerte quòd licet B. Thom hanc opinionem hic pertranseat, tamen in quæst. de Potentia quæstio. 9. artic. 7. ibi *Sed illud non est simile*: eam improbat, & stat in hoc, quia omnes species quantitatis ex ratione speciei dicunt imperfectionem, quia consequuntur materiam, & sunt inseparabiles à materia secundum esse *species autem qualitatis &c.* vide eum.

Nos autem dicimus quod termini numerales. Ratio huis est quia numerus quantitatiuus, est numerus materialis, nullum autem materiale prædicatur de Deo nisi metaphys.

Huiusmodi autem vnum. Aduerte quòd B. Tho. in 4. metaphys. contra Commentatorem in lect. 2. probat, quod tale vnum transcendens non addit aliquod positiuum, primò quia esset processus in infinitum. secundò quia illud additum esset distinctum ab ente, vt ens est, ergo esset non ens. & per consequens non positiuum.

Eadem ratione videntur res multa, multitudo, sic accepta significat res illas Aduerte quòd B. Thom in quæst. de Potentia. quæst. 9. artic. 7. ibi: *Et similiter multitudo.* Clarius dicit quòd multitudo addit diuisionem supra eas, supposita in diuisione circa vnumquodque, quod est pars multitudinis: ita quòd multitudo dicit dupliceam negationem, dicit enim negationem diuisionis circa vnamquamque earum, intelligendum est, de distinctione vnius ab altero, in hoc enim completur ratio multitudinis.

Numerus autem qui est species quantitatis &c. & similiter vnum, vsque ibi, *numerus* nunc licet ponat tantum in prima parte tamen in q. de Potentia Dei, quæstio 9. art. 7 ibi *quod quidè vnum* & ratio eius stat in hoc, quia est indeterminato genere accidentis, puta in quantitate, ergo dicit aliquid supra rem, quæ dicitur vna, vel numerata.

Quod autem sit illud quod addit, vide Capreolum in 1. dist. 25 quæst. 1. in probatione primæ conclusionis, ibi. *Quæ autem res sit* Sed aduerte quòd Paulus Sonc in 10. metaphys. quæst. 3 improbat Capreolum qui tenet hanc vnitatem esse non continuitatem nec quantitatem continuam, sed esse in diuisum, quod dat talis quantitas subiecto suo. Paulus autem non vult, quod sit illud esse, sed ipsa continuitas, & probat dupliciter: primo sic: quantitate continua lapis est indiuisus in se, & diuisus à quolibet alio, ergo illa est vnitas lapidis: secundo sola quantitate continua posita in lapide, & quolibet alio remoto lapis a facit numerum cum lapide. b. ergo illa est vnitas lapidis.

Ad primum. nego antecedens. Dico enim quòd supposito, quod quantitas continua non daret esse indiuisum lapidi, non posset dici indiuisus in se, & indiuisus a b alio. Vnde huius indiuisionis quantitas continua est principium remotum, ratio propria est illud esse indiuisum: vnde meretur dici vnitas.

Ad secundum per idem nego antecedens, quia secluso esse indiuiso non faciet numerum, quia non erit vnus. Vnde si Paulus aduertisset conditiones, quas attribuit continuitati posse æquæ bene attribui si esse indiuiso non insurgeret contra Capreol. Tu igitur tene cum Capreol. in responsione ad primum & secundum in artic. quæ videntur concludere quòd termini numerales ponant aliquid in Deo. Aduerte, quòd ly, ponere aliquid in Deo, dupliciter exponitur primo quia dicit aliquid positiuum in Deo, sic termini numerales ponunt aliquid in Deo positiuum, & attribui dicuntur Deo, quia essentiæ quæ vt indiuisa dicitur vna, & vt est principium intelligendi dicitur intellectus.

Secundo quia addunt aliquid positiuum super essentiam sic non ponunt aliquid in Deo. sed in creatis, in quibus est compositio substantiæ & accidentium. Pro responsione ad tertium aduerte, vt dixit Beat. Thom. suprà in quæst. 11. ar. secundo ad quartum multitudo vt constituta ex vnitatibus est posterior vno, vt autem includit diuisionem qua priuatur, vnum est prior vno, nam in primo signo apprehendimus, quòd. a. est a. &, in secũda quòd a non est b. & in tertio quia. a. est indiuisus, & b. in se, & tunc apprehendimus. quòd a. est vnum, & b. est vnum & in quarto apprehendimus quòd a. & b. constituunt multitudinem: quia primò apprehendimus diuisionem in secundo signo, quæ claudunturin ratione multitudinis: patet quòd ratione diuisionis multitudo est prior vno. Quantum ad secundum principale, aduerte, quod tres propositiones articuli sunt impugnatæ.

Prima: vnde talis numerus, qui est species quantitatis, non inuenitur nisi in rebus materialibus Contra hanc argumentatur Gregorius dist. 24. quæst. 1. art. 2 contra secundam. vt autem videas argumenta per se soluta: primo ponit phantasiam eius, secundo declarato in quo decipitur Capr. recitat in primo dist. 24. quæst. 1. art. 2. in prima conclusione.

Circa primum scias quòd mens eius stat in hoc. Vnum est dupliciter. s. vnum simpliciter, & est illud, quod est indiuisibile actu & potentia qualia sunt abstracta: & vnum secundum quid puta actu licet sit diuisibile in potentia vt omnia compositia materialia, primum vnum componit numerum simpliciter & secundum vnum numerum secundum quid cuius partes sunt vnitas secundum quid, vt duo lapides. Sic expositis terminis, tenet ipse quod vnum simpliciter & numerus simpliciter non sunt nisi in abstractis, quia sunt indiuisibilia actu, & potentia, numerus autem vt vnum secundum quid in compositis tantum.

Vnum dupliciter conseruatur.

Circa secundum scies, quòd fallitur propter hoc, quia non distinguit inter vnitatem, & vnum denominatiuè, nam vnitas dicit indiuisionem simpliciter: res autem, quæ est vna non est necesse, quòd dicat indiuisionem simpliciter: stat enim quòd sit diuisibile, licet actu non sit diuisum: & ideo si consideraueris inuenies quòd argumenta eius non concludunt de vno sed de vnitate.

Item scias, quòd multitudo est quid superius ad numerum formalem, siue metaphysicum, & numerum quantitatiuum sicut analogum, & omnes passiones, ac proprietates, & nomina specierum, quæ verificantur de numero quantitatiuo, prior verificatur de multitudine: vnde paritas, & imparitas, & perfectio & superexcedentia binarius tenarius &c. non sunt conuenientes solum modo quantitatiuo, sed multitudini, & sic paritas & aliæ proprietates, vt prædicantur de duobus angelis, & duobus lapidibus est prædicatio analoga. & ex hac declaratione videbis soluta eius argumenta recitata à Capreol. in 1. dist. 24 q. 1. contra secundam in secundo loco.

Secunda, huiusmodi vnum sicut suprà dictum est Contra hanc arguit Scotus, vt refert Capreol. in 1. distinct 24. quæstio 1. contra tertiam. Sed aduerte ipsum decipi in hoc, quòd credit mentem nostram esse, illam indiuisionem esse ipsum vnum, quod vtique falsum est: imo tenemus entitatem rei, vt stat sub indiuisione, esse vnitatem & sumpta pro toto, & non tantum ꝓ indiuisione vt est passio entis: & vt sic est mensura, & est perfectio, &

fectio, & prædicatur de Deo, & constituit multitudinem; propterea argumenta illa procedunt ex malo intellectu, vt videbis: ideo non militant contra viam B. Thom.

Tertia numerus autem qui est species quantitatis. Contra arguit Greg. in Capreol. 1. dist. 24. quæst. 1. contra primam. Aduerte ipsum decipi in hoc, ꝙ credit rem solo suo subiecto esse indiuisam in se, & diuisam ab alia, & sic seipsa esse vnam, sicut sua entitate est ens, quod tamen non est verum, nisi vnitate transcendente: si autem debet esse vna quantitatiuè, requiritur quantitas, & esse quantitatis indiuisum. Secundò decipitur, quia credit illam vnitatem, si esit distincta à re, vna non posse causari, nisi ex alteratione & generatione, quòd tamen non est verum, imo sola copulatio sufficit, sicut sola diuisio causat multitudinem. Tertiò decipitur in subiecto talis vnitatis: credit enim si esit distincta à re vna, quòd debeat esse subiectiuè in aliqua parte, quod non est verum, imò eius subiectum adæquatum est tota res vna, & in hoc differt vnitas à puncto de quo dicit Commentator in 5. Metaphys comm. 11 indiuisibile in quantitate si non habet situm, est principium numeri, si habet, est punctum. Et propterea dicitur, quod vnitas est simplicior puncto: quoniam abstrahit à situ, non quod sit extra continuum, sed quia non determinat sibi aliquod signabile in continuo: ex his soluta apparebunt tibi eius argumenta.

ARTICVL. IIII.

Vtrum persona sit nomen commune tribus.

CIrca hunc art. primò examinabuntur propositiones aliquæ, secundo defendam conclusionem contra Aureol.

Primo, Quidam dixerunt, quod est communitas negatiua. Aduerte quòd inter hos fuit Scotus, vt patet in 1. distinct 23. cuius sensum recitaui in quæst. 29. artic. 4. & solui rationem eius, de vltimis distinctiuis & distinctis.

Secunda. Quidam dicunt, quòd est communitas intentionis. Inter hos est Henricus, cuius argumenta recitata à Capreolo in primo distin. 23. q. 1. contra secundam supra soluimus, in quæstio. 29. quarto.

Tertia. Non sicut consequens, & species; sed sicut individuum vagum. Aduerte quòd ly, consequens, & species, non sumuntur pro secunda intentione, sed pro re, cui attribuitur intentio, idem dico de individuo vago: & est ac si diceret, non sicut nomen generis, vt animal, nec sicut nomen speciei, vt homo sed sicut nomen individui vagi, vt aliquis homo.

Quarta, Nomina enim specierum & generum. Aduerte quòd nomen generis, & speciei, naturam communem semper non vt est in hoc, vel in illo, nomen autem individui vagi importat naturam communem, non vt communis est sed vt individuata, & per se subsistens, sed non explicat individuantiam: nomen autem individui signati dicit naturam communem individuatam, & explicat principia individuantia, puta hanc carnem, &c. & propterea est sub vltimo conceptu, & vltima determinatione: ideo nõ potest de pluribus prædicari.

Individuum vagum duplex, ex

Quinta, hoc tamen interest. Aduerte quòd individuum vagum ex parte naturæ dicit distinctionem in natura, & in modo existendi, individuum autem vagum ex parte modi existendi dicit indistinctionem in natura & distinctionem ex parte modi existendi, qui est modus relationis, vt per se subsistentis, in Deo primum individuum vagum intenitur in creatis, & non secundum, in Deo autem secundum, & non primum quia stat essentia indistincta in tribus. *parte naturæ ex parte modi.*

Sexta hoc autem nomen persona. Hæc est conclusio, responsiua cuius ratio debet sic formari, persona diuina dicit subsistens distinctum in natura diuina, stante in distinctione naturæ, & hæc ratio personæ conuenit vniuocè tribus, ergo est communis tribus, vt individuum vagum ex parte modi existendi.

Quantum ad Aureolum, Aduerte 1 quod deceptus est. Primò, quia idem iudicauit de persona, aliqua persona, & hæc persona, sicut de homine, aliquo homine, & hoc homine, & tamen iudicium est falsum, quoniam homo significat naturam communem simpliciter, vt species: persona autem non naturam communem, sed subsistens distinctum, & ideo persona, & aliqua persona sunt individuum vagum. Decipitur secundò quia existimauit personam esse individuum vagum, sicut Deus, quod est falsum, quia Ly, Deus est individuum vagum ex parte naturæ: persona autem ex parte modi existendi tantum. Decipitur tertiò quia credit non posse signari individuum vagum nisi per nomen speciei, vel naturæ cum signo particulari, quod est falsum de individuo vago ex parte modi existendi, quod tamen recipitur in Deo tantum.

Pro responsione ad tertium in articulo aduerte, quòd Ioan. Baccon. in primo dist. 24. quæst. 1. ibi, *sed sine assertione*, tenet quod relatio est prædicatum vniuersale, vt consequens ad paternitatem, & filiationem. Sed dicit, quòd vniuersale potest accipi dupliciter primò pro natura partita, & distincta in singularibus, & determinata ad certum gradum: secundò pro communi prædicato quidditatiuo vniuoco distinguibili per differentias suas formales. Primo modo non est vniuersale in Deo, quia illæ conditiones includunt imperfectionem, & in hoc sensu Beat. Thom. negat vniuersale in Deo, dicit enim in fine responsionis: quodlibet vniuersale prædicatur de pluribus secundum esse indifferentibus, secundo modo relatiuo modo potest dici vniuersale ad filiationem, & paternitatem, de persona autem dicit, quòd non est vniuersale, nec primo nec secundo modo, quia vniuersale est prædicatum essentiale, & non existentiæ, ergo, &c. De Deo autem dicit, quòd cum prædicatur de personis, non est vniuersale quoniam vniuersale prædicatur formaliter de suo inferiori, & non tantum identice.

QVÆST. XXXI.

ARTICVL. I.

Vtrum Filius sit alius à Patre?

CIrca articulum primũ, non cadit difficultas. Circa secundũ duo agẽda sunt, primo ordinate terminos, quos vitare, & quibus vti debemus contra Arrium & Sabellium. Secundo inuestigandum est, quomodo alius alia aliud verificentur in Deo, & hinc mouebo dubium.

Quantum ad primum, vt ordo pateat, oculos defigno sic.

Confitenda contra Arrium.	Identitas personarum in essentia.	Simplicitas personarum in essentia.	Æqualitas personarum in essentia.	Similitudo personarum in essentia.
Vitanda contra Arrium.	Diuersitas personarum vel differentia in essentia.	Diuisio personarum in essentia.	Disparitas personarum in essentia.	Dissimilitudo personarum vel disformitas.
Confitenda contra Sabellium.	Pluralitas personarum.	Distinctio personarum.	Discretio vel ordo personarum.	Consortium personarum.
Vitanda contra Sabellium.	Singularitas personarum.	Indistinctio personarum significata per ly vnicum.	Confusio personarum.	Solitudo personarum.

Quantum ad secundum Aduerte, quòd si teneatur adiectiuè, id est, adiungatur substantiuo in eodem casu, & propositio fiat de termino personali, erit vera: si determino essentiali, erit falsa, & vt hui⁹que declarationem vide in Hetu. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius, alius, & alius, & positus substantiuari.

1. d 9 quæst. 1. in principio, clarus & resolutus est, si autem teneatur in omni genere substantiuari aliud dicit distinctionem in persona, alia distinctionem in prodietate, aliud distinctionem in essentia, & hanc assignationem posuit B. Tho. in 1. d. 9. q. 1 ar. 1.

Sed quæritur, an B. Thom. concederet, quòd possit sustantiuari, in omni genere, & supposito. Quod si non: vtrum hoc sit ex proprietate sermonis, & ex significato tei: an tantum ex compositione partium.

Ad primum dico quòd B. Thom. in 1. distinct. vt suprà non vult, quòd substantiuetur in omni genere, sed tantum in neutro; quia est sicut informe, & commune, ideo attribuitur essentiæ, masculinum autem, & fœmininum, sicut formatum.

Ad secundum dico quod ex logica, qua vtimur in creatis non potest concludi ex significato tei, quod magis deceat substantiuari in neutro genere, quam in alio, quia in omni genere in creatis importat distinctionem essentialem, non enim in eis inuenitur distinctio realis, sine distinctione essentiali. Vnde cũ dicitur Sortes est alius à Platone, stat alietas in suppositis & in essentia: ex logica autem, qua vtimur in Deo, in quo stat distinctio realis: sine distinctione essentiali, dico, quòd conuenit ei per substantiuatur in neutro, & ne significat essentiam. Nam ex eo, quòd inde terminata est, & cõmunis, ideo conuenienter attribuitur ei neutrum genus, vt inde terminatum, nec in autem conuenienter in masculino, quoniam substantiuum dicit suam significationem absolutam: ergo dicere alietatem simpliciter, & non tantum in supposito. Aduerte tamen vt dicit Henr. in 1. dist 9. ar. 1. quòd hæc attributio non potest conuenire ei ex rei significato, sed potius ex vsu, & adaptatione partium fundantium se super conuenientiam dictam inter esse vtam, & neutrum genus quæ tamen conuenientia non cogit: potest enim sustineri, quod licet neutrum ex modo significandi sit indeterminatum, quia non dicit determinatum secum, tamen quinetum ad rem significatam dicit quid determinatum. Item potest sustineri, quòd alius alia aliud significet alietatem tam substantiuè, quã adiectiuè, quòd autem significet hanc, puta in supposito vel illam, vt in essentia, non habet à se, sed ex adiuncto.

ARTICVL. III.

Vtrum dictio exclusiua sit apponenda assentia &c.

ARTICVL. IIII.

Vtrum dictio exclusiua sit apponenda termino personali.

VTerque articulus ex connexione pertractandus est simul & facio tria. Primo declarò aliquas propositiones in 3 art. Secundo, pono regulam exclusiue, cum suis corollariis. Tertio videbo, quomodo potest verificari in Deo tam in essentialibus, quam in personalibus.

Prima dicitur autem dictio cathegorica. Aduerte apud logicos terminus cathegoricus est ille, qui tam propositione quam extra, aliquid per se significat: siue sumptum in concreto, siue in abstracto.

Termini cathegoricus quid.

Se uda, dictio vero significata. Aduerte primò, quòd apud logicos terminus syncathegoricus est ille, qui nec in propositione nec extra aliquid significat, sed totum habet officium in propositione, aut vniuersalizandi, aut distribuendi, aut copulandi, aut confundendi, vt signa niuersalia, particularia dictio exclusiua: exceptiua &c. Aduerte secundò, illa verba *quæ important ordinem* 1. quæ dictione syncathegorematica cognoscimus. quomodo verificatur prædicatum de subiecto, an vniuersaliter, an particulariter, an conueniat soli subiecto, & hoc non indicat dictio exclusiua.

Syncategorematicos quid est.

Tertia, in responsione ad primum. *Non excludit solito inem absolutam, & multo minus respectuam* à dato quòd Angeli essent, tamen non sequitur Deum habere consortium, nec cum alio deo, sic enim tolleretur solitudo absoluta nec in seipso propter diuinas personas, nisi ponerentur. Vnde positis Angelis, & remoto alio Deo, & remotis diuinis personis absolutè, & respectiuè, Deus remaneret solitarius.

Quarta, in responsione ad secundum, Aduerte, quòd argumentum erat fundatum super hanc propositionem, *Quicquid adungit termino essentiali in diuinis: potest præd ari de qualibet persona*, quæ quidem propositio non est vera vniuersaliter, nisi in terminis attributalibus, vnde illa est falsa formaliter. Pater est solus Deus, sic enim debet intelligi pater solus est Deus, si autem exponitur sic, Pater est Deus, & non est aliud nisi Deus, ergo pater est solus Deus, Dico quòd est impropria, & sic argumentum non concludit.

Quinta, in responsione ad quintum, *vt sophistæ dicunt dictio exclusiua immobilitat terminum, cui adiungitur.* Aduerte, quod in hoc contradicit Paulo Veneto, qui in Tractatu de Suppositionibus vult dictionem exclusiuam confundere mobiliter, vtrum tamen in aliquo sensu descensus valeat. dicam in puncto sequenti.

Quantum ad secundum, sequendo viam Henr. in 1. d. 21. q. 1. artic. 1. pono totum pono talem regulam, quam repeto Thomisticam: Dictio exclusiua excludit esse, quod ita est diuisum a subiecto, *quod non incindit subiectum, nec includitur a subiecto, sicut sunt duo supp. sita, & duo opposita*, vt opposita, quibus vt sic repugnat simul in esse. Hinc regulæ annectes quatuor corollaria.

Primum corollarium. Omnia relatiua, quæ requirunt distinctionem suppositorum vt dominus, seruus, Pater, filius, ita se habent, quòd exclusiua addita vni, excludit reliquum à cõsortio prædicati: si autem non exigunt distinctionem suppositorum vnum non excludit reliquum, posito enim Sortem motum esse ipsum, & tamen mouens seipsum currat, non sequitur, qui motus à seipso non currat.

Secundum, dictio exclusiue addita termino, non excludit ea, quæ includuntur in ratione termini, dummodo non faciat distinctionem in supposito, Ratione primi, exclusiua addita toti, non excludit partem. Ratione secundi dico, quòd licet vnum corollarium includat in ratione sua alterum corollarium, tamen quia exigunt distinctionem suppositorum dictio exclusiua addita vni excludit reliquum, licet ex esse vnius inferatur alterum esse. Ex his. patet, consequentiam illam Pauli Veneti esse falsam, tantum pater est, ergo non tantum pater est: quoniam prima non valet, tantum pater est, ergo pater est, quoniam multiplicat tantum patrem esse, & patrem esse, nam per ly enim excluditur esse suppositum aliud à patre, & in secunda, pater est infertur, filius est, & cum probat, quoniam ab exclusiua ad suam præcedentem valet consequentia, nego in terminis relatiuis, quæ requirunt distinctionem suppositorum, & hæc est doctrina Philosophi in primo Phisicorum text 8. ibi. *non enim amplius principium*, &c. Vbi reprehendens antiquos, Parmenidem & Melyssum, dicentes, quòd est tantũ vnum ens, & illud est principium: dicit, quòd ponunt tantũ vnũ ens, negãt principij rationẽ. quoniam principium alicuius est principiũ est ergo sensus Philosophi quod hæc consequentia implicat, est tantum vnum ens, & illud est principium, ergo principium est, quæ vtique consequentia non alia ratione implicat, nisi quia dictio exclusiua, omnie aliud suppositum excludit: consequenti ergo Paulo contradicit doctrinæ Arist.

Tertium, quod debuit esse secundum in ordine. Dictio exclusiua addita termino non excludit sub superius, nec suum inferius, nec differentiam, nec suum accidens, quia terminus ille ad nullum talium habet oppositionem & ideo nõ excludit. v. g. ly. tantum additum homini non excludit Sortem nec animal nec rationale nec accidentia quæ sunt in homine.

Quartum, dictio exclusiua apposita termino, qui habet superius, & inferius infert superius. inferius autem nec includit, nec excludit illatiue, sed abstrahit. Vnde in hac, tantum homo currit, infertur ergo tantum animal currit, ergo tantum rationale, non autem infertur, ergo tantum Sortes currit, nec negatiua, sed contra currere, & non currere sunt contradictoria, ergo necesse est, alterum verificari de Sorte. Respondeo, licet sit necesse alterum verificari, non tamen vt sequuntur ex illo antecedente, nec ex illo sunt contradictoria sed ex se.

Item quæritur, Cur dictio exclusiua addita termino cõmuni, non infert terminum discretum cum dictione exclusiua, nõ enim sequitur tantum homo currit, ergo tantum Sortes currit. Respondeo hoc est, quia dictio exclusiua non aufert communitatem à termino, quin sit superius. Vnde sicut arguere à superiori ad inferius affirmatiue non valet, sic à termino cõmuni cum dictione exclusiua ad terminum discretum cum dictione exclusiua non valet.

Iterum non valet dictio exclusiua, immobilitat terminum cui apponitur, ne fiat descensus sub eo cum dictione exclusiua, & quod dixi de termino communi, & discreto intelligendo de integrali ex parte sua, non enim sequitur: tantum domus est alba, ergo fundamentum est album, tamen benè sequitur: tantum domus est quanta, ergo fundamentum est quantum.

Quantum

Quantum ad tertium vt videamus quomodo dictio exclusiua verificatur in Deo, & quomodo non: sic procedam in individendo. Dictio exclusiua potest apponi in diuinis nominaliter, & aduerbialiter: nominaliter solus Deus creat, aduerbialiter solum vel tantum Deus creat. Si nominaliter, non ponitur propriè nisi ex parte subiecti. Si autem ex parte prædicati est impropria, vt hic, Pater est solus Deus. Similiter ista Trinitas est solus Deus: sic exponitur Trinitas est Deus, qui est solus Deus, ita Ly qui, refert Deum, & non Patrem. Si aduerbialiter potest poni ex parte subiecti, vt tantum Deus creat, & ex parte prædicati, siue post copulam immediatè siue in fine totius prædicati: exemplum primi, Pater est tantum Deus: exemplum secundi Pater est Deus tantum, & sic exponitur, Pater est Deus, & non est non Deus, vel non est nisi Deus ergo, &c Sed nominaliter vel aduerbialiter vel apponitur termino essentiali ex parte subiecti, & prædicati, vt tantum, vel solus Pater generat, & sic patet, quòd exponentes, vtraque est propria, & vera, vel formantur mediæ, itaque propositio componitur ex subiecto essentiali, & prædicato personali, vt tantum Deus est Pater, sic potest esse vera, & falsa: vera si Ly Pater stat pro illa persona, quæ est Pater, ergo, &c. Si autem stat pro relatione est falsa: quoniam secunda exponens est falsa, quoniam homo est Pater, qui est alius à Deo. Aduerte tamen quod si hæc propositio absolutè acceptatur ab antiquis Theologis, Ly Pater sumebatur per antonomasiam, vt tantum Aristot. est Philosophus, vel componitur ex subiecto personali, & prædicato essentiali, & hoc dupliciter, vel quòd dictio exclusiua apponatur subiecto, vel prædicato aduerbialiter. Si primo modo, vt hic tantum Pater est Deus, dico quòd est falsa: quoniam, secunda exponens est falsa, vt pater, nisi fiat per terminum neutrum, sic & nullum aliud à Patre est Deus. Sed quia hæc secunda exponens est insolita, vt etiam dicit Beat. Thom. in quarto articulo huius quæstionis, ideo simpliciter neganda est. Si secundo modo vt hic pater est tantum Deus, vel Deus tantum, dico quòd applicata Patri, & tertiæ personæ est vera, quoniam secunda exponens est vera scilicet Pater, & tertia persona sunt tantum Deus, quia non sunt nisi Deus, applicata Filio est falsa, quia secunda exponens est falsa, non solum enim Deus est, sed etiam homo ex vnione ad nostram creatam, & sic patet quomodo verificantur propositiones exclusiuæ in Deo, & quomodo non.

QVÆST. XXXII.

ARTICVL. I.

Vtrum Trinitas possit naturali ratione cognosci?

CIrca hunc articulum scias quòd Scoto in primo dist. 2. quæst. 1. 7. ibi, *quia sicut dico pluralitas*, &c. formar quinque rationes quas non soluit: licet alias quorundam doctorum soluat, quibus probat, quòd possumus naturaliter concludere personam produce entem & productam in eadem natura, numero esse in Deo. Quicquid de ratione eius formali est primum productiuum illud, in quocunque inueniatur & à se, & sine imperfectione in eo est principium productiuum notitiæ genitæ. & quia concessa maiore, ad minorem posset dici, quòd ad productionem notitiæ genitæ non solùm requiritur intellectus habens obiectum præsens, sed qui sit perfectibilis, & receptiuus notitiæ genitæ, quod repugnat in Deo: ideo probat Scotus hanc responsionem non euadere. Argumentatur sic: Esse perfectibile, & receptiuum dicit imperfectionem: quia denotat potentiam passiuam in productiuo: sed hæc imperfectio non est de ratione formali principij productiui, aliter omne productiuum esset imperfectum: ergo non repugnat dari principium productiuum sine his imperfectionibus: ergo intellectus habens obiectum præsens, dato quòd non sit receptiuus, nec perfectibilis, adhuc est productiuus notitiæ genitæ.

Ad hoc diceret Philosophus quòd licet sufficiat obiectum esse præsens intellectui, ad hoc, quòd aliquis sit intelligens, non tamen ad hoc, quod sit intelligens productiuum, sed requiritur, quod notitia producta distinguatur realiter, & essentialiter à producente: nam vt ipse Scotus dicit respondendo ad tertium ibidem, oporteret probare communicationem in vnitate naturæ esse possibilem, quod non potest nobis constare ex sensatis: & ideo ad maiorem dico, quod non sufficit illud, non concurrunt aliæ conditiones requisitæ ad productionem realem, inter quas est distinctio essentialis, & quia hæc repugnat simplicitati diuinæ, ideo Philosophus reputaret impossibilem talem productionem. Posset & dici, quod requiritur perfectibilitas, & receptibilitas. Et cùm arguit Scotus quod hæc dicunt imperfectionem, concedo in actione immanenti, quæ est perfectio agentis: nego autem in actione transeunte, vt respondeatur obiectioni de agente libero, nam liberras est ad alterum, & concederet Philosophus Deũ dùm agit ad extra, non perfici, non sic autem esset, si produceret realiter actum intelligendi, vel verbum, & cùm dicit Scotus; ergo omne principium productiuum esset imperfectum, concedo respectu actionis immanentis, in quo sensu nunc loquimur, & propterea Philosophus hoc inconueniens fugere existimauit, dicens intellectionem Dei esse eius substantiam.

Secunda, in viuentibus producens tantò est perfectius quantò productum est sibi magis vnitum, sed Deus est producens perfectissimum simpliciter, ergo suum primum productum est sibi vnitissimum simpliciter, ergo in eadem natura numero quia hæc est magis vniras.

Ad hoc dico, quod fundatur in falso, supponit enim quodlibet viuens posse producere sibi vniuocum, quod non conceditur, nisi in generabilibus, eo quod primum viuens est infinum. Si ergo produceret sibi vniuocum, tale esset infinitum, quod repugnat producto, & quia implicat dari plura infinita simpliciter, ideo, &c.

Tertia, obiectum vt est in memoria est producens seipsum, vel est ratio producendi seipsum in intelligentia: vbi ergo obiectum & memoria sunt idem simpliciter, obiectum est ratio producendi seipsum simpliciter, sed in Deo obiectum & memoria sunt idem simpliciter, ergo.

Ad hoc diceret Philosophus, quod obiectum in memoria non est ratio producendi seipsum in intelligentia, nisi secundum esse cognitum, & non secundum esse naturale, sic lapis in memoria est ratio producendi, conceptum lapidis qui non est lapis, sed lapis cognitus. Item diceret illam propositionem assumptam non esse veram, nisi in illo intellectu qui realiter elicit intellectionem, quod Deo repugnat.

Quarta, prima productio comperit primo producenti: sed productio naturalis est prima productio, ergo comperit primo producenti, licet non ad extra: quia illa est per voluntatem, diceret quod non esset modo voluntatis idem cum libertate contradictionis, sed ex voluntate vt natura, nam licet Philosophus ponat Deum agere ad extra per intellectum & voluntatem, tamen agit ex necessitate naturæ.

Quinta relationes mouentis & moti, conueniunt eidem naturæ limitatæ, nam voluntas vult se, ergo relationes producentis & producti conueniunt eidem naturæ, probatur consequentia, quia vtræque relationes sunt in secundo modo relatiuorum.

Ad hoc dico, quod negatur antecedens respectu eiusdem: nam voluntas actuata notitia obiecti vult se, vel alia à se: & hæc volitio recipiur in voluntate nuda: non sunt autem idem realiter & præcisè voluntas nuda, & voluntas actuata notitia obiecti. Vnde hoc argumentum in via nostra non est difficile, sed benè in via Scoti qui vult quod voluntas seipsam præcisè se deducat de potentia ad actum.

Dico secundo, quod potest negari consequentia, quoniam mouens, & motum non necessario requirunt distincta suppositа, sicut requirunt producens, & productum, quod autem possint esse distincta suppositа in vnitate essentiæ non possumus ex creatis accipere, imo oppositum.

Scias autem quod aliqui Scotistæ aliter formant primam rationem Scoti, & sic producens perfectissimum producit productum perfectissimum, productum perfectissimum est productum in vnitate naturæ, quoniam maximè intimũ est producenti, sed Deus est producens perfectissimum, ergo.

Ad hoc dico, quod Philosophus negaret minorem, quasi implicantem contradictionem, nec concederetur nisi reuelata. Et si instat, ergo Deus non potest producere perfectissimũ perfectione possibili. Aliqui etiam concederent quod Deus non potest producere perfectissimum, quod potest: quia quocũque producto potest perfectius producere, & sic pater quod istæ rationes non concludunt. Et aduerte quòd secunda responsio est tracta ex Olchot. in secundo sententiarum.

ARTICVL. II.

Vtrum ponende sint notiones in Deo?

CIrca primum, aduerte titulum quòd notio, quantum ad id, à quo nomen imponitur, est illud, quod est prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nemo quid, & quæ de notionem recipiantur.

cipium cognoscendi, alterum vt rationale est notio hominis, applicando autem ad diuina quatuor sunt de ratione notionis. Primò quòd ii significetur nomine abstracto: nam principium formale, siue in essendo, siue in cognoscendo habet rationem, quo. Secundo quòd pertineat ad originem, quoniam personæ diuinæ non distinguuntur, nisi origine, ex consequenti non cognoscuntur nisi origine. Tertiò quòd dicat dignitatem: nam persona dicit dignitatem, vt patet ex supra dictis de persona. Quartò quòd sit proprium rei. quæ per ipsam cognoscitur: nam ex principio communi non habetur cognitio nisi confusa, nunc autem loquimur de distincta cognitione personarum. Et aduerte quòd Expositor ad lucem hæc pro declaratione tituli, quæ tamen assumpsit ex B. Thom in 1. distinct. 26. quæst. 1. 3.

Sed sicut ostensum est supra. Aduerte quòd B. Thom. ideo tractauit de verbo ad verbum supra in quæstio 3. articul. 3 ad 2. & q 11. art 1. Quia sicut intelligimus, sic nominamus. Aduerte quòd Aureol credit ex his mentem B. Thom fuisse, abstractum, & concretum non differre, ne distinguí in Deo ex parte rei, sed præcisè ex nostro modo intelligendi: qui tamen non est sensus B. Thom imo quòd illa distinctio rationis habet fundamentú ex parte rei: talis est enim essentia diuina, quòd sufficientissimè æquipollet abstracto & relatiuo, & ideo fundat veritusque conceptum: facit hac interpretatione falsa, super eam fundat argumenta sua, quæ & sicut non militant contra B. Thom. & ideo non est curandum de eis: vide tu tamen ea ad placitum in Capreol. dist. 29. quæst 1. contra primam: ibi similiter contra eandem, & aduerte quòd responsio Expositoris est responsio Capreol. quæ etiam est clarior.

Primo quidem hæreticorum substantia. Contra hanc arguit Gregorius vnico medio, vt patet in Capreol. vbi supra, & est argumentum sextum. Et aduerte quòd responsio Capreol. resoluitur per responsionem Expositoris quæ stat in hoc præcipuè secunda & tertia. B. Thom intendit declarare non quomodo sit vnitas vel Trinitas in Deo, sed interrogat quomodo personæ distinguuntur. Debemus habere responsiuum proprium: constat autem quod ex dicto Augustini quod adducit Gregorius non habemus. Item interrogatiuum, vt quæstio debet habere responsiuum, vt quo: & hæc fuit intentio B. Thom. & ideo Gregorius non satisfacit interroganti, si remouet ab tracta *Non autem vnum relatione.* Aduerte quòd Gregorius vt refert Capreol. vbi supra, soluit hanc rationem B. Thom. & dicit posse responderi, quòd in parte est quidem vna relatio secundum rem, sed illi competunt duæ rationes quibus tribuunt ad distinctas species relationis, & sic vt indunt rationem paternitatis correspondet filiationi vt autem indunt rationem spirationis correspondet processioni. Ecce cum arguit B. Thom. quod sequeretur Filium & Spiritum sanctum referri eadem relatione ad Patrem: negat consequentiam: nam secundum ipsum Plato albus, & Sortes niger referuntur ad Petrum album quo est tantum vna relatio, & tamen illi referuntur ad Petrum distinctis relationibus, vt patet quoniam similitudine, & dissimilitudine.

Et tu considera, quòd hæc responsio est apparens, nec Capreol. improbat eam, nisi in hoc, quod dicit Paternitatem, & spirationem esse vnam relationem, & tamen reponi in distinctis speciebus relationis, quod videtur impossibile: quoniam si reponitur in distinctis speciebus relationis, distinguitur differentiis specificis rationalitate: ergo non potest dici vna relatio sicut Isosceles, & equalaterus, non possunt dici vnus triangulus. Tu tamen aduerte quòd Expositor super illam propositionem in art. *Necesse dicere quòd duæ relationes, &c.* vsque ibi, *sed*, monet quo dubia in quorum primo resolutionem declarat, quòd propositio B. Thom. debet intelligi de duabus relationibus adæquatis, vt excludamus paternitatem. & maternitatem, quæ vt partiales correspondent vni filiationi: eam secundo declarat quòd licet duæ relationes in Patre non distinguantur realiter, tamen æquipollet distinctis realiter, & tunc propositio B. Thom. debet sic intelligi, si ex opposito eis non correspondeant duæ relationes distinctæ realiter, vel æquipollenter.

In responsione ad secundum *& ideo ea, quæ habent ordinem ad actum* sed contra, sapientia & intellectus ita sunt abstracta sicut notiones, ergo si eis repugnat ex modo significandi, quòd de eis non prædicantur ea, quæ pertinent ad actú, sic repugnabit sapientiæ, & intellectui, & tamen B. Thom. dicit in hac responsione quòd sapientia creat, ergo sibi contradicit. Ad hoc respondet Expositor: & intendit quòd licet sapientiæ repugnet ex modo significandi, sicut etiam relationi, non tamen ex ista ratione formali, quia cùm significetur vt forma absoluta ei non repugnat, imo competit esse principium actionis: proprietati autem relationi repugnat, ex modo significandi, & ex ratione sua formali, quia relationi repugnat esse principium actionis sicut esse terminum.

ARTICVL. III.

Verum sint quinque notiones?

Et sic ex hac parte eius intentio est innascibilitas Ad hoc quòd constet innascibilitatem esse notionem, quinque agenda sunt. Primò quid importat ingenitum. Secundò, quia videtur esse priuatio, super quid fundatur. Tertiò quid priuat, vt ponitur notio Patris, &c. Quartò probandum est quòd sit notio Quinto soluenda sunt argumenta Aureoli.

Quantum ad primum & secundum & tertium & quartum inuenies omnia resoluta in Heru. in 1 distinct. 26 quæst. 1. quæ adeo clara sunt, vt non indigeat declaratione primum est ibi, *Alia est opinio, quæ verior est.* secundum ibi, *Quantum ad secundum duæ sunt opiniones.* tertium ibi, *sed adhuc restat ostendere, quid priuat.* quartum ibi, *Quantum ad quartum dicendum, quòd ingenitum est propria notio Patris.* Quantum ad quintum, aduerte quòd Capreol. in 1. distinct. 28. quæst. 1. adducit plura argumenta Aureol. & aliorum. Primò quidem probat Aureol. quòd ingenitum significet formaliter positum, quod est contra mentem nostram: nam licet supponat positum vt fundamentum formaliter, tamen dicit priuationem, vnde omnia argumenta Aureol quæ recitat illic Capreol contra primam, benè concludunt quòd dicit materialiter, vel fundamentaliter positiuum: si autem intelligat formaliter, negandæ sunt omnes maiores.

Secundò aliqui arguunt quòd ingenitum conuenit essentiæ ex consequenti dicit meram negationem, & non priuationem, quorum rationem adducit Capreol. vbi supra contra secundam conclusionem. Sed tu responde vt Heru in dist. 25. quæst. 1. art. 1. ibi, & sic accipiendo ingenitum soli Patri conuenit. Vnde negandum est ingenitum conuenire essentiæ, vt stat sub illis conditionibus, quas adducit Heru.

Tertiò aliqui arguunt, vt recitat illic Capreol. contra tertiam quòd ingenitum fundatur super essentiam, eo quòd etiá si auferatur à Deo pluralitas personarum, adhuc Deus diceretur ingenitus, sed tu responde vt Heru. vbi supra, ibi & quando dicitur, quòd dato.

Quartò arguit Aureol. vt refert Capreol. vbi supra contra tertiam probando quòd non fundatur super vniuersalem authoritatem principij, sed eius argumenta, vt benè notat Capreol. æquiuocant de vniuersali principio prout est prædicatum attributale, & prout est prædicatum notitiæ. Nam primo modo est prædicatum Metaphysicale quod verificatur in Deo etiam remota Trinitate: secundo autem modo est prædicatum meræ Theologiæ, quod supponit necessariò pluralitatem personarum, & ideo Aureol. non considerans hanc distinctionem deceptus est, vt videbis in solutionibus Capreol.

Quinto arguit Aur vt refert Capr. vbi supra contra quintam quòd licet ingenitum sit notio patris, omnino tamen ex hoc, quòd dicat dignitatem: sed solutiones ad argumenta eius claræ sunt, & resolutæ à Capr. vide eas: & stant in hoc, quòd dicit dignitatem non ex suo formali, sed ex suo fundamento quod est esse vniuersale principiú intellectus ad extra productorum & producibilium.

Innotescit notione communis spirationis. Contrà non dicit aliquid speciale, cum sit commune prædicatum de Patre, & Filio, ergo vel conditiones notionis sunt malè assignatæ, vel communis spiratio non est notio. Ad hoc dico, quòd si considerentur Pater, & Filius in ratione suppositi, sic est quid commune eis, & non speciale, & per consequens non esset notio: si autem in ratione spiratiua, sic est quid speciale, quoniá spirat vna virtute numero Spiritú sanctú, & vt sic nó distinguuntur.

Sed adhuc quæritur sicut communis spiratio est notio Patris, & Filij, vtrum inspiribilitas possit dici notio vtriusque vel saltem Patris aut Filij: quod Aureol. apud Capreol. 1. dist. 28. quæstio 1. contra quintam arguit pro affirmatiua, & est quartum & quintum argumentum. Similiter Scotus in 1. dist. 28. quæst. vltimum argumentum respondens primæ conclusioni, videtur declinare ad partem affirmatiuam, qua stat communis voluntatis. Vel secundum aliquos dicitur hæresis ab hæreo, hærere autem dicit determinationem voluntatis, & consensus determinatio æquipollet pertinaciæ, vt cadit in diffinitione hæresis, non enim sumitur hic pertinacia pro obstinatione, illa enim constituit tantum impœnitentem hæreticum, sed pro expresso consensu, quoniam sic expressus consensus, circa ea quæ sunt fidei, constituit fidelitatem, ita oppositus consensus constituit infidelitatem quæ vna species est hæresis.

Sed aduerte, quòd hæc responsio, nõ videtur sufficere: nam si ex communitate inspiratio non est notio, nec suum oppositum, quod est spiratio ex eadem causa erit notio.

Et ideo Expositor respondens Scoto, melius dixit, fundans se super responsionem ipsius Capreol. ad primam Aureol. ibi supra contra quintam, quòd non est propter communitatem, sed quia negatio regulariter non dicit dignitatem, aliter cum Spiritus sanctus sit innatus poneretur, & septima notio, quòd autem negatio, pura ingenitum sit dignitas in Patre, & non in Filio, hoc est propter fundamentum, quòd scilicet est vniuersalis authoritas, in qua fundatur ipsum genitum, vt supra diximus. Et quia hoc omnino est in Filio, nec in tertia persona, ideo negatio eius in eis non dicit dignitatem & per consequens non est notio filij inspirabilitas.

In responsione ad tertium. *Nequeamen ad inuicem præsentetur*, scias quòd Scotus in Quodlibet. quæst. 5 art. 2. circa finem ibi *circa* tamen *materia.* arguit contra hanc dupliciter primo sic: quæ differunt ratione, non de se inuicem prædicantur, ergo hæc est falsa, sapientia est bonitas, quam tamen tu concedis, nam secundum te ratione differunt.

Secundò exemplum adductum de attributo est contra te, quia sicut attributum sapientiæ non est attributum bonitatis, sic nec notio paternitatis est notio spirationis, ergo sicut cum prima stat quòd sapientia est bonitas, sic cum secunda stabit, quòd paternitas est spiratio.

Ad hoc respondens Expositor & benè, dicit ideo paternitas, & spiratio, non de se inuicem prædicantur, quia non solùm differunt ratione, sed quia dicunt diuersas rationes disparatas, & distinguuntur differentiis specificis relationis, & ideo non possunt concipi vt vna relatio, sed vt duæ species in tali genere: quæ vt sic de se inuicem prædicari non possunt, non sic autem est de sapientia, & bonitate, nisi concipiantur sub ratione attributi.

Ad secundum autem responsio stat in hoc, paternitas, nec sub ratione paternitatis, nec sub ratione notionis potest prædicari de spiratione: sapientia autem licet sub ratione attributi non prædicetur de bonitate, tamen secúdum se prædicatur de ea, & ideo non est simile, & sic negatur consequentia

ARTICVL. IIII.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.

Credēda sunt in tripliceⁿ gradu.

Ad fidem aliquid pertinet dupliciter. Aduerte quòd ea, quæ sunt fidei, constituunt in triplici gradu. Quædam sunt quibus stratim, vt offeruntur intellectui obligatur intellectus allentire, & accedere consensu voluntatis tali qui assensus dicitur fides, & talia sunt in primo gradu, vt articuli fidei. Quædam autem sunt, quibus statim non obligatur intellectus assentire, nisi postquam ei constiterit, quòd à Deo reuelata sunt, quibus si tunc non assentit, efficitur infidelis, quoniam non credit Deo reuelanti, & hæc sunt in secundo gradu. Et sunt quæ continentur in scriptura sacra præter articulos fidei, vt quòd Solomon sit filius Dauid, & Isaac, filius Abraham.

Quidam autem sunt quibus intellectus non obligatur assentire, nisi postquam ei constiterit quòd sunt determinata ab Ecclesia. Tunc enim obligatur, eo quòd reducuntur ad illud: Credo in vnam sanctam Ecclesiam catholicam: & hæc sunt in tertio gradu. Ex quibus patet quòd de contentis in primo gradu pro nullo instanti licet contrariè aut contradictoriè opinari. De his autem quæ sunt in secundo gradu aut tertio licet antequam constet quod ad ea sequitur aliquod contrarium fidei: *Hoc ipsum inducit hæresim maximè si pertinacia adiungatur.* Aduerte quòd Expositor vult plura requiri ad hæresim, quam ad hæresim, quoniam secundum eum, ad hæresim sufficit errorem in intellectu esse, eorum quæ sunt fidei in aliquo gradduum. Ad hæreticum autem requiritur pertinacia vltra talem errorem, sed in hoc non videtur benè sentire: nam B. Thom. in secunda secundæ, quæstio. 11. articul 1. tenet quòd differentia constitutiua hæresis est pertinacia, & ipsemet Expositor tenet idem illic: & ratio est in promptu, quoniam hæresis dicit electionem, in qua stat consensus voluntatis. Vel secundum aliquos dicitur hæresis ab hæreo, hærere autem dicit determinationem voluntatis, & consensus determinatio æquipollet pertinaciæ, vt cadit in diffinitione hæresis, non enim sumitur hic pertinacia pro obstinatione, illa enim constituit tantum impœnitentem hæreticum, sed pro expresso consensu, quoniam sic expressus consensus, circa ea quæ sunt fidei, constituit fidelitatem, ita oppositus consensus constituit infidelitatem quæ vna species est hæresis.

Sic igitur dicendum quòd esse notiones. Aduerte quòd B Tho. ex illis verbis, *Aliquo pinatis sunt*, loquitur in præteritito, & ideo non immeritò quæritur, si etiam nunc liceat contrariè opinari de notionibus sicut tempore primitiuæ Ecclesiæ, scias igitur quòd Scotus in 1. distinct. 28. quæstio 1. ad tertium ibi, *Et sta sicut posteriores*, videtur declarare, quòd sic, & ratio eius est, quia primi non plenè potuerunt inuestigare sicut posteriores, & nunc etiam non inconuenit quòd posteriores, vel moderniores adhuc meliùs inuestigantes, & sic posuerunt sextã notionem, scilicet inspirabilem, de qua B. Thom. non facit mentionem nec affirmatiuè nec negatiuè.

Videtur tamen tutiùs dicendum quòd nunc non licet: quoniam res optimè examinata est, & stante ratione data de notione patet ratio quare nõ debet admitti, quòd inspirabilitas sit sexta notio, quam rationem assignauimus in articulo præsenti respõdendo ad argumentũ Scoti: ideo hæc via tutior est.

Sed iterum quæret aliquis quare Ambrosius non admittit ingenitum esse notionem, patris, vt patet in 1. distinctio 28. Dico ad hoc cum Magistro, vide ibidem, & cum Scoto, vbi supra, quòd hac ratione fecit, ne fideles simplices decipetentur ab hæreticis: nam Ly, ingenitum, non dicitur ad aliud, sicut genitum, & genitor: supposito enim quòd pater non genuisset, adhuc posset dici ingenitus, & ideo videtur esse absolutum: nullum autem absolutum est proprium alicuius personæ: post quam autem inuestigatum est, quòd reducitur ad relatiuum, quia negat relationem, id est generationem sumpta pro quacunque productione, quæ negatio fundatus super vniuersale, & ideo tale principium potuit à posteriotibus poni notio sine periculo.

QVÆST. XXXIII.

ARTICVL. I.

Vtrum Pater sit principium Filij?

Principij acceptio.

Hoc nomen principium nihil aliud significat, &c. vsque in finem corporis. Aduerte quòd B Thom non accipit principium secundum aliquem modum positum à Philosopho in 5. Metaphys. nisi forte tertium modum, qui est de principio extrinseco: puta effectuo à quo incipit rei generatio, sed accipit modum cõmunissimum ad quem Philosophus reducit omnes alios modos, cum dicit, *Omnium igitur principiorum commune principium esse. Vnde aut fit, aut est, aut cognoscitur*, & hoc intimat Beat. Thom. cum dicit, *Omne illud à quo, &c.*

In responsione ad primum, *Principium communius est quam causa*, sed contradicit Philosophus in 4. Meta. text. 3 ep vnũ & ens sunt conuertibiliter idem, sicut principium & causa, ergo.

Ad hoc dico quòd Philosophus in 4. Metaphy. non accipit principium vniuersalissimè, sed contractuni ad principium productiuum, quod quia in omnibus creatis distinguitur à principiato essencialiter, ideo posuit illud conuerti cum causa, non enim potuit comprehendere principium productiuum coessentiale suo producto: licet autem in creatis principium productiuum conuertatur cum causa, non tamen principium vniuersalissimè sumptum, nam & apud Philosophũ principiũ lineæ est punctus, non tamen causa in aliquo genere causæ.

Prima pars rei dicitur principium sed non causa. Sed contra, omnis pars componens, vel est materialis, vel formalis, ergo est causa materialis, vel formalis, & per consequens propositio B. Thom. est falsa.

Ad hoc dico, q. B Tho. truncatè allegatur, non enim dicit simpliciter quòd prima pars rei non sit causa, sed facit hanc disiunctiuam. Primus enim termjnus vel etiam prima pars rei est principium sed non causa, sufficit autem huius disiunctiuæ primam vel secundam partem esse veram: constat autem primam esse veram: quoniam punctus est primus terminus lineæ, & est principium & non causa, & sic patet, quod argumentũ non militat: concludit enim verum, nec B. Thom. intendebat oppositum cùm loquitur disiunctiuè.

Quanto autem aliquod nomen est communius. Aduerte q. Capre. in dist. 29. contra secundam adducit Aureol. dicentẽ hanc propositionem esse veram. Si tale cõmunius, conuenit Deo, sed dicit ipse quòd non magis cõuenit, quàm causa, quia nullus modus principij assignatus à Philosopho cõperit Deo, vt patet: ergo.

Ad hoc dicitur quòd licet nullus modus particularis cõueniat Deo, tamen ratio communissima principij conuenit ei, vt declarauimus in primo articulo, nullus autem modus causæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec eius communissima ratio conuenit Deo, importat enim distinctionem essentialem à suo causato.

In responsione ad secundum: *Sed hoc non est in re*: sed contrà: Principium est relatiuum formaliter, & non potest concipi nisi conceptu relatiuo, ergo dicitur ad conuertentiam, ergo simpliciter principium est principiati principium,

Ad hoc dico, quòd vt refert Magister in 1 distinctio. 26. ibi. *Quidam tamen putant* August. in 5. de Trinitate negat omne relatiuum dici ad conuertentiam: quoniam in musicis non inuenitur terminus quo sibi vicissim correspondeant, & præcipuè in Deo, nam videtur referri ad minorem, & tamen non est tutum dicere filium minorem Patre: vnde in hoc fallit regula logicæ de relatiuis ad conuertentiam, si applicatur ad diuina, vnde illic particulari logica opus est.

ARTICVL. II.

Vtrum Pater sit nomen proprium diuinæ personæ?

CIrca hunc articulum, Aduerte quòd Ly, Pater non vt est commune Deo, & creaturæ, sed vt sumitur in Trinitate attributus primæ personæ, Ly, proprium significat idem, quòd substantialiter: vt sit sensus. Vtrum Ly, Pater attributum primæ personæ sit nomen substantiale, vel accidentale nam indiuiduum apud nos potest nominari nomine substantiali, quod imponitur à principio substantiali, præcipuè à forma & nomine accidentali impositi ab accidenti: Exemplũ primi, Sortes, & Plato: exemplum secundi crispus, rubeus, Sofronisci filius.

Nomen proprium, i. dest substantiale cuiuslibet personæ Aduerte quòd hæc propositio fundata est super illam regulam quæ tenet in omnibus proportionaliter: nomen proprium generis significat, id per quod distinguitur genus à quolibet, vt sensitiuum est proprium nomen animalis. Idem intelligitur de proprio nomine speciei vt rationale, in homine similiter in indiuiduo, si scitemus principia indiuiduantia huius, & illius hominis.

Id autem per quod distinguitur. Aduerte quòd per Ly, *distinguitur* intelligendum est hypostatice, nam distinguitur etiam in nascibilitate, sed non vt distinctio hypostatica, quia cum sit priuatio non constituit personam.

Vnde proprium nomen patris est hoc nomen, pater. Contrà: Hoc nomen pater aut significat illud distinctiuum patris formaliter, & expresse, aut potentialiter, sicut genus significat sua contenta potentialiter: si primum, contra: Pater significat paternitatem, quæ non distinguitur, imo conuenit cum aliis patribus saltem analogice. Si secundũ, ergo homo esset proprium nomen Sortis, & Platonis, quia non excludit eos, licet non exprese includat: & hoc dubium mouet Expositor.

Ad hoc dico, quòd non erat necesse huiusmodi dubium monere: quia in litera sumitur Ly, *Pater* vt constituitur suppositaliter paternitate, tanquam forma substãtiali individuali, vt dicemus infra, quòd personæ diuinæ constituuntur personæ relationibus subsistentibus, quæ tantum in Deo sunt, & ex quibus sufficienter distinguuntur personæ abinuicem.

Vnde nego quod per talem paternitatem conueniat cum aliis patribus: paternitas enim in eis est accidens, vnde pater non est nomen substantiale nisi in Deo.

ARTICVL. III.

Vtrum in diuinis pater dicatur per prius vt personaliter sumitur?

CIrca hunc articulum pro titulo aduerte quòd Ly, personaliter, denotat quòd aliquando sumitur personaliter aliquando essentialiter, vt pater noster qui es, & Ly, dicitur, intelligitur quo ad prædicationẽ non quo ad esse: constat enim quòd perfectius est esse patrem diuinæ personæ, quàm patrẽ creaturæ: sed requiritur an ratio patris cõueniat Deo per prius respectu diuinæ personæ quã parti creaturæ Ly: *prius* dicit Expositor stat pro prioritate naturæ, & ego dico quòd pro prioritate naturæ & durationis, & perfectionis, & secũdum omnes modos procedit B. Thom. in articulo. Nam prioritatem durationis ponit arguendo, sed contra prioritatem perfectionis ponit in corpore comparando filiationem creaturæ ad filiationem personæ, diuinæ prioritatem naturæ ponit in responsione ad primum, eo quod filius diuinus est principium creaturæ.

In responsione ad primum, *Communia quæ important respectum ad creaturam*, de his respectibus communibus consequentibus actionem immanentem, vt Deum cognoscere creaturam, loquemur in quæst. sequenti, art. 3. contra Scotum.

Persona proceditus in diuinis vsque ibi, *creaturarum.* Quomodo sit verum personam productam esse principium productionis creaturæ, declarat B. Thom. infra quæst. 45. articul. 6. Tu tamen aduerte quòd Scotus arguit contra B. Thom. vt recitat Capreol. 2. distinct. 1. quæst 3. contra secundam, sed non tangunt sensum B. Thom. sed Henric. Tenet enim Henricus quòd personæ diuinæ sunt principium productionis creaturæ ratione propriorum, & contra hoc tendunt argumenta Scoti, sed B. Thom. tenet ratione appropriatorum, puta filius, vt sapientia, nec contra hoc militant, ideo non sunt curanda. Veruntamen de his ad plenum loquemur illic vbi est articulus proprius: & Expositor promittit se illic locuturum, sed citò, & truncatè transit.

ARTICVL. IIII.

Vtrum esse ingenitum sit proprium patris?

CIrca hunc articulum quæ spectant consideranda esse ingenitum, diximus, cùm locuti sumus de notionibus in quæst. 32. articul. 3. vbi secuti sumus decisionem Henrici, & dedimus defensionem contra Aureol. & alios impugnantes vide illic.

QVÆST. XXXIIII.

ARTICVL. I.

Verum verbum in Deo sit nomen personale?



Circa hunc articulum aduerte primò quòd præsupponit notitia verbi nostri, ex nostro enim imitatiuè, ad diuinum imitatiuè ascendimus. de nostro autem satis dixi in quæst. 27. artic. 1. & præcipuè quinque, primò quòd non est species intelligibilis, nec actus intelligendi, sed terminus ipsius intellectionis. Secundò quod in nobis producitur per actum intelligendi: nec obstat, quòd sit actio immanens & soluimus argumenta Durandi. Tertiò quòd in nobis distinguitur materialiter ab actu. Quartò, quòd producitur à notitia aliquando actuali, aliquando habituali, resoluendo ad verbum primum. Quintò quòd eius necessitas stat in duobus. Primo vt obiectum sit sufficienter præsens intellectui in esse cognito. Secundò vt intellectio sit perfecta. His suppositis ad literam articuli transeundum est.

Circa verbum quæ consideranda.

Verum verbum sit personale: pro titulo, aduerte quòd Ly, *verbum*, stat pro sua ratione formali, quæ est hæc, Verbum est, quid præcedens ad intra ex notitia concipientis. Quæritur ergo si sub hac ratione verificatur de aliqua persona ex suo proprio significato, & non solùm ex accommodatione vel similitudine.

Verbum quid.

Manifestum autem vsque ibi, *mentis conceptus.* Aduerte quòd hic ordinat modos, quibus dicitur verbum secundũ ordinem non naturæ, sed nostræ cognitionis: & primus est verbum vocis, secundus est cõceptus, tertius imaginatio vocis, si vox proferatur sine imaginatione, & intentione significandi, non est vox significatiua, ex secundo de Anima textu 89. in quit enim Philosophus illic, vox est ab anima cum imaginatione, est enim sonus significatiuus.

Modus verbi secundum cognitionem nostram.

Sic igitur primo vsque ibi, *quantum ad secundum.* Hic ordinat modos verbi, secundum ordinem naturæ, & sic primo modo est verbum intellectus, secundo verbum vocis, tertio verbum in imaginatione.

Vnde verbum secundum quod proprie accipitur in diuinis non sumitur essentialiter sed personaliter tantum. Aduerte quòd B. Tho. hic concludit verbum in diuinis dici personaliter tantum, quia de ratione eius est processio, sed in quæst. de Verit. quæst. 4. artic. 2. soluit hanc rationem, & dicit quòd aliquid potest procedere secundum rem, & aliquid secundum rationem: si secundum rationem est essentiale, sicut intelligere, & operari in Deo: si secundum rem, est personale, & ideo quia posset dici verbum procedere secundum rationem: non videtur elatum verbum dici tantum personaliter. Vt autem videamus quando verbum dicit processionem secundum rem, & quando secundum rationem, B. Thom. in eodem artic. ponit hanc diuisionem, & intendit, quòd verbum nostrum comparatum ad intelligentem, id est, ad intellectum actuarum obiecto, & ad actum intelligendi dicit processionem realem: realiter enim exprimitur ab intelligente, & realiter terminat actum intelligendi elicitum à nostro intellectu. Deinde B. Thom. in eodem arti-

Mariano Moreiro

culo. ibi, *sed hoc non erit secundum proprium.* Determinat quòd quia verbum diuinum non comparatur nostro propriè, nisi vt respicit intelligentem, vt producentem, & non vt est effectus actus intelligendi, & vt sic semper dicit processum realem, concludit quòd si propriè sumatur in diuinis non dicitur, nisi personaliter.

Ex quibus sequitur quòd B. Thom. non se tractet in proprietate, imo in quæst. de Verit fortificat intentum suum, declarando quomodo sua ratio potest solui, & quomodo stat in robore suo, excludendo processum secundum rationem. Vnde Expositor nõ benè hunc passum tractat, iudicans q̃ se tractat.

In responsione ad primum, Aduerte illam consequentiam, quam formatcontra Origenem. *sed necesse est si ponitur verbum:* stat enim probatio consequentiæ in hoc. Verbum Metaphoricum est illud, quod manifestatur proprio verbo, sicut quod efficitur à Rege dicitur verbum Regis, vel manifestat vt signum exterius verbum intrinsecũ. ergo ex Metaphorico verbo diuino concluditur verbum propriè dicendum in Deo.

In responsione ad secundum. *intellectus autem ipse secundum quod est per speciem intelligibile.* Aduerte q̃ Ly, *absolute*, sic debet exponi, consideratur abstractè, id est, non vt producens, sed vt productiuus verbi, id est ex eo, quòd intellectus intelligit actu, non dicitur producens, sed ens actu in esse cognoscitiuo, quoniam intelligere est esse, intellectus vt intellectus est. Nam diximus suprà, quòd intellectus in ordine intelligibilium est pura potentia, vt materia in genere entium, & hic per esse ens cõstituitur in actu sic per intelligere intellectus constituitur in actu, vt intellectus. Vnde intelligere nõ dicit emanationem, sed potius in intrinsecum permanens: sicut esse rei est intimum sibi. Et quod dicit expositor illud dictum, *similiter intelligere non est similitudinarium sed excessiuum*, non capio, nisi intendat dicere expressiuum, vel determinatiuum, sic sicut se habet esse in anima, ad ens actu in anima: sic intelligere vt tale esse ad intellectum in actu, vt tale ens actu in genere intellectiui: aliter non intelligo, quid intendat.

In responsione ad tertium, aduerte quòd verbum dici, est verbum produci, & est proprium filij sicut dicere, verbum est proprium patris, sed dici verbo, est manifestari verbo, & hoc conuenit toti Trinitati, & creaturæ, quæ manifestatur diuino verbo, vt dicemus in tertio articul.

Quæ tamen si dicere, & intelligere differunt. Aduerte quòd intelligere importat habitudinem ad obiectum, & ideo vbi intelligens, & intelligere, & intellectum sunt penitus vnum non importatur realis productio per ipsum intelligere: dicere autem importat duplicem habitudinem, vnam & principalem ad verbum: nam dicere est verbum proferre, & hæc est producere. 9, & producti, quæ est realis mutua, alia est ad rem intellectam, quæ manifestatur verbo ipsi intelligenti. Ex his sequuntur duo corrolaria: primum quòd tantum vna persona dicit, omnes tamen intelliguntur, & dicuntur verbo. Secundum est quod in quibus intelligere est elicitum, & distinguitur realiter ab intelligente, vt in nobis sunt idem conuertibiliter intelligere, & dicere saltem intelligere directè, nam tale intelligere vt diximus suprà sine verbo non perficitur, sicut sensatio exterior non perficitur sine sensu communi: & sic apud B. Thom. cum beati eliciant intellectionem, non repugnat, q̃ producant verbum, saltem partiale, vt diximus suprà, & similiter Angeli dum intelligunt se: vnde illa propositio B. Thom. posita in 1. art. q. 27. *Omne intelligens inquantum intelligens, &c.* est vera vniuersaliter de omni intelligente intellectione elicita directa.

Vltimò aduerte, quòd Aureol. in Capr. 1 distin. 27. quæst. 2. contra secundam in tertio loco probat duobus mediis, quòd intelligere & dicere in Deo non sunt idem: quod nos etiam concedimus intelligendo de non identitate rationis, addit enim suprà intelligere respectum originis vel expressionem, ideo non est necesse illa argumenta soluere.

ARTICVL. II.

Vtrum nomine verbi importetur respectus ad creaturas?

Verbum vnum in Deo, in creaturis multa quare.

QVoniam articulus secundus clarus est, ideo ad tertiũ me transfero: *Deus enim cognoscendo se, cognoscit omnem creaturã.* Aduerte quòd B. Thom. hic ponit radicem, vnde sit, quòd intellectus creatus producit multa verba: intellectus autẽ diuinus vnum tantum: est radix huius est, quia Deus cognoscendo se, cognoscit omne extra se: non sic autẽ aliqua creatura, quia non est omne ens contentũ, & perfectionaliter, & ideo primũ verbum formatũ ab intellectu creato, puta Angelico non dicit respectũ nisi ad essentiã ipsius intelligẽtis, vtpote, ad aquabat verbum dicere respectum ad creaturam ex sua proprietate, & non ex essentia, sed aduerte Ly, *Ex sua proprietate* pro suo respectu quo refertur ad dicentem, & quo constituitur, negandæ sunt consequentiæ eius in tribus argumentis. Si autem accipitur pro aliquo sibi proprio ex sua ratione, in quantum significatur nomine verbi, de cuius ratione est esse notitiam, vel sapientiam: conceduntur omnia argumenta eius, non sunt contra intentionem nostram: nam cùm infert, ergo non dicit respectum ratione essentiæ concedo, quòd non ratione essentiæ vt essentia est, sed ratione essentiæ, vt induit rationem notitiæ vel sapientiæ.

Contra determinationem B. Thom. insurgit Scotus in 2. distinct. 1. quæst. 1. artic. 2. qui tenet quòd ex vi productionis suæ verbum non dicit respectum ad creaturam, sed quasi accidentaliter. Pro defensione igitur viæ nostræ contra ipsum, sic procedam: primò declarandum est, in quibus conueniamus, & in quibus differimus.

Nota igitur quòd in duobus conuenimus: primò, quòd verbum dicit respectum ad creaturam propter dictum Augustini quod B. Thom. adducit in artic. ibi, *sed contra.* Secundò quòd hic respectus est rationis: est enim sicut expressum ad expressum, & cùm sit verbum ad extra, scilicet ad creaturam est rationis, sicut respectus dominij in Deo.

In duobus etiam differimus primo in modo, id est verbum ex ratione productionis suæ, qua producitur à parte respiciat creaturam, quasi accidentaliter, nam B. Thom. tenet primum & Scotus secundum vt declarabo. Secundo differimus in causa, nam causa quare verbum ex vi productionis suæ respicit creaturam est quia producitur cognitione apprehensiua, & totali diuinæ essentiæ. secundum B. Thom. in qua cognitione includitur, & cognitio creaturæ: causa autem quare apud Scotum non respicit nisi quasi accidentaliter, est quia non producitur nisi cognitione essentiæ, vt essentia est, vt declarabo. Vt igitur videamus imaginationem Scoti, & defendamus Beat. Thom. primò propono eius intentionem, secundò mentem B. Thom. Tertiò adduco rationes eius, & soluo.

Quantum ad primum, scito quòd ponit duplicem ordinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordo in diuinis duplex: naturæ & originis, secundum Scotum.

in diuinis, naturæ & originis: nam in 1. distinct. 1. quæst. 1. art. 2. ponit duo instantia naturæ, & in primo instanti ponit originem personatum, in secundo originem creaturarum, in esse cognito: & primum instans dividit in tria signa originis, in primo signo ponit primam personam perfectam habentem memoriam diuinæ essentiæ super quam fertur intellectus paternus simpliciter non productiue, & tali intentione Pater fortè increatus, beatus est ex se: In secundo autem signo fertur super essentiam productiue, & producit filium communicando ei voluntatem secundam: in tertio autem signo voluntas fertur super essentiam amando eam infinite: & sic Pater, & Filius producunt amorem infinitum, qui est tertia persona. Secundum hanc imaginationem, verbum productum est in primo instanti naturæ, & tamen creatura nondum cognita est: in secundo instanti naturæ ponit intellectum diuinum, & voluntatem comparat ad obiectum secundarium, scilicet ad creaturam in esse cognito, & ibi similiter assignat tria significatiua originis: nam in primo, dicit patrem, intelligere lapidem, & sic producit lapidem in esse cognito, quod est quasi verbum finitum diuinum: in secundo filius intelligit lapidem, quia non à se: in tertio Spiritus sanctus intelligit lapidem: ecce quòd creatura est cognita: in secundo instanti naturæ, & verbum in primo: ergo, non ex vi productionis suæ respicit creaturam: hæc est imaginatio Scoti, cuius rationes ponam infra.

Quantum ad secundum mens B. Thom. est quòd verbum producatur ex cognitione totali, & comprehensiua diuinæ essentiæ, de cuius cognitionis totalis ratione est, vt cognoscatur in primo instanti, non solum vt essentia, sed vt contentiua personarum & creaturarum: & ideo B. Thom. negaret illam imaginationem de primo & secundo instanti non solum: imo argueret contra eum, sicut & arguit Gregorius in 1. dist. 9. quæst. 1. secundo ibi: *ex his infero, &c.*

Primò sic, intellectio, qua Deus intelligit se, & intelligit creaturam, est penitùs eadem, ergo vna non prior & alia posterior natura, quia prius & posterius natura arguunt distinctionem.

Secundò sic: Prius natura potest esse sine posteriori ex 5. Metaph. quia non conuertitur subsistendi consequentia: sed Deus non potest intelligere se, quin intelligat creaturam: aliter Deus non esset Deus, nam eius intellectio non esset perfectissima, ergo nec eius substantia: & sic non esset Deus.

Quantum ad tertium, Scotus, vbi suprà tripliciter probat intentum suum. Primò sic: Si verbum procedit vt verbum diuinæ essentiæ, & omnis intelligibilis à Deo, similiter Spiritus sanctus produceretur vt amor diuinæ essentiæ & omnis intelligibilis à Deo: sed hoc est falsum, quoniam vel creatura necessariò amaretur vel Spiritus sanctus, non necessariò produceretur: quorum vtrumque est impossibile.

Ad hoc dico, quòd non est conueniens, creaturas vt continentur in Deo, & sic cognoscuntur, simul natura cum essentia necessariò amari: licet vt habent esse ad extra non necessario, quia nec necessario producuntur. Posset etiam negari consequentia, quia cognitio & dilectio sunt motus oppositi, nam quòd creatura cognoscatur, non est necesse: et sit: vt autem ametur, necessariò supponit esse vel requirit: amat enim Deus, dùm largitur eis esse.

Secundo sic: Si verbum procederet de omnibus cognitis à Patre, cùm & ipsum verbum sit vnum ex cognitis: ergo procederet ex verbo.

Ad hoc dico, quòd necesse est dicere, verbum procedere ex verbo, non quidem vt verbum est, sed vt cognitum in diuina essentia: nam si concedimus verbum procedere ex creatura, vt cognita in essentia, multo magis id concedimus, vnde quod reputat inconueniens, nihil est.

Tertio sic: inter personam diuinam, & creaturam nulla est relatio realis, sed verbi ad id, de quo gignitur, est relatio realis: ergo verbum ex sua productione nò dicit respectum ad creaturam cognitam: aliter ad eam haberet respectum realem.

Ad hoc dico, quòd id, de quo aliquid gignitur est duplex: primum vt productiuum, secundum vt obiectum, sicut scientia gignitur de intellectu & de re scibili, respectu primi semper seruatur relatio, respectu secundi non est necesse, vt patet inter scientiam, & scibile, & quia verbum procedit, vel gignitur de creatura, vt de obiecto secundario: ideo non valet ratio Scoti, quæ concludit, quòd solum inter verbum, & id, de quo vt principio productiuo gignitur, est respectus realis, motus, vt ad partem, tanquam ad principium productiuum: patet igitur, quomodo imaginatio Scoti leuiter fundata est, nec est magnifacienda cum sit propinqua locutioni magis, quam rationi.

QVÆST. XXXV.

ARTICVL. I.

Vtrum imago dicatur in Deo personaliter?

Circa articulum primum, *Requiritur ad rationem imaginis similitudo.* Aduerte quòd non sufficit quæcunque origo in eadem specie: aliter Spiritus sanctus esset imago, cum sit eiusdem naturæ cum Patre, & oriatur à Patre, sed necesse est, vt hæc origo terminetur per se ad eandem speciem, scilicet, vt ex sua origine hoc habeat, nam si habet eandem speciem, & non ex ratione processionis, hoc erit per accidens respectu suæ processionis, & non dicetur imago, & ideo Spiritus sanctus non potest dici imago, vt declarabitur in artic. seq.

Ad hoc ergo quod vere, vsque ibi, in signo speciei. Aduerte quòd Aureol. in Capreol. 1. distinct. 27. contra tertam arguit contra hoc, quia soli carpentarij facerent imagines.

Ad hoc respondet Expositor vt Capreol. vbi suprà inuenies diffusiorem responsionem corroboratam allegatione B. Tho. in quæst. de Veritat. quomodo creatura intellecta in Deo producit seipsam ad extra, sicut domus in anima seipsam extra animam, in 7. Metaphysi.

In responsione ad secundum *species prout ponitur ab Hilario.* Aduerte quòd Hilarius per speciem intendit propriam formam eius, quod est imago tracta à propria forma illius, cuius est imago: essentia autè nò est propria forma Patris, nec Filij, sed communis: ideo secundum esse non potest dici imago: sed secundum propriam quæ est filiatio vel dictio passiua, vt significatur nomine verbi.

ARTICVL. II.

Vtrum nomen imaginis sit proprium filij?

Circa secundum articulum aduerte, quòd eius resolutio pendet ex quæst. 27. art. 4. vbi determinato est quod processus amoris nò pote. t dici generatio, nec nativitas, per consequens procedens persona non potest dici natus: ergo ex sua processione non potest dici similis: ergo nec imago. Imòper pendet ex q. 34. art. 2. vbi determinatum est, verbum, esse proprium nomen Filij, quia dicit emanationem ab intellectu, & per cõsequens similitudinẽ ex ratione suæ productionis: ergo & imaginem, & cum hoc non competat Spiritui sancto: ideo formaliter non potest dici imago, licet identice, quoniam est eiusdem naturæ cum Patre & Filio.

Pro responsione ad primam, dico quòd Spiritus sanctus dicitur à Damasceno imago filij, non ex sua productione formali, sed quia conuenit cum filio in natura diuina conuenientia numerali, qua non potest dari maior.

Imago reperitur duo.

Pro responsione ad secundum, dic, quod ad rationem imaginis formaliter duo requiruntur, primò conuenientia in natura, secundò quòd talis conuenientia sit ex sua formali productione, vtrunque inuenitur in Filio, sed in Spiritu sancto tantum primum, & ideo non sequitur quod sit imago.

Scias tamẽ quod Aureol. in Capreol. in 1. dist. 27. q. 1. contra sextã. conatur probare Spiritũ sanctũ posse dici proprie imaginẽ. Sed Spiritus sanctus procedit vt amor diuinus, sed inquãtum amor diuinus est similis: propositio prima est cõcessa ab omnibus, secũda autẽ est B. Tho. hic in articulo: *patet ergo, &c.*

Ad hoc argumẽtũ respõdimus supra in q. 1. art. 4. vbi illic, & aduertte quod respõso Capreo. est valde trũcata, nec argumentũ bene euacuatur, nisi in responsione quã dedimus supra.

QVÆST. XXXVI.

ARTICVL. I.

Vtrum Spiritus sanctus sit nomen proprium alicui personæ?

Circa hunc articulum non est immorandum, nisi quod quæri solet, si Ly Spiritus sanctus in aliquo sensu est nomen proprium alicui personæ ex suo proprio significato: & non solum ex accommodatione.

Ad hoc respondet Heru in primo dist. 10. quæst. 1. vbi dicit nomẽ Spiritus sanctus illud posse imponi à duobus, primo à subtilitate

à subtilitate, vel immaterialitate tam formaliter, quam effectiue: & sic non est proprium, imo est commune tribus, est tamen appropriatum tertiæ personæ, cum de eius productionis ratione sit motio, & inclinatio, sicut de ratione verbi est similitudo.

Sed contra B. Thom. negat simpliciter in artic. esse nomen proprium, sed tantum accommodatum.

Respondeo, nego quòd simpliciter neget, imo in responsione ad secundum dicit, quod si Spiritus sanctus intelligatur quasi spiratus, in ipso nomine potest intelligi relatio, & sic erit personale.

Item potest dici, quod non negat, nisi sumendo spiritum à spiritualitate, vel immaterialitate. Vnde dicit in corpore articuli, quod ex propria significatione conuenienter persona procedens vt amor, spiritus nominatur.

ARTICVL. II.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à Filio?

Circa hunc articulum sic procedam. Primò declarabo dubium circa titul. Secundò, defensabo rationes B. Tho. ponendo fundamenta eius: deinde soluã rationes impugnantiũ.

Quantum ad primum Expositor dubitat, quòd B. Thom. mouet dubium, an Spiritus sanctus procedat à Filio, & tamen determinat aliud, quia scilicet non distingueretur ab eo, cum tamen sint dubia, primum inter Græcos & Latinos, & cunctanter tantum inter Latinos.

Respondet ipse dupliciter, primò quòd non sunt duo quæsita, sed primum est quæsitum, secundum autem est ratio quæsiti, quia scilicet non distingueretur, nisi procederet: ad eandem autem scientiam pertinet quæsitum, & ratio. secundò dicit, quòd titulus debet sic intelligi. Vtrum Spiritus sanctus procedat à Filio per se, & necessario, ita quod sit de suo constitutiuo, & distinctiuo formali, & sic determinat quæsitum, & hæc declaratio est melior nam B. Thom. intendit ad vltimam resolutionem accedere, quæ est hæc, non potest saluari distinctio realis trium personarum, nisi Spiritus sanctus procederet à Filio: & ideo hic in prima parte, in qua breuitati studebat, noluit diuisim hæc dubia pertractare, quod tamen fecit in quæst. de Verb. quæst. 10. quære primum in artic. 4. secundum in 5.

Quantum ad secundum in quo stat tota vis, aduerte quòd B. Thom. format tres rationes, in prima sunt sustinendæ duæ propositiones.

Prima, omnis distinctio in diuinis realis est, solum per oppositionem relatiuam. Secunda, si relationes non oppositæ sufficiunt ad hoc, ergo Pater est duæ personæ.

In secunda tatione hæc est sustinenda. Amor necessariò procedit ex verbo.

In tertia hæc est sustinenda. In his, quæ distinguuntur realiter & formaliter in sua productione seruatur ordo. Sed antequam defendam, vtile est proponere fundamenta, super quæ sustentatur B. Thom & sunt duo.

Primum, filiatio præcise & totaliter distinguit Filium à Patre, quocunque alio circunscripto: & patet ex B. Thom. in quinto. Quolibet, quæstio. 4 artic 2. & intendit sic: vnumquodque sufficienter distinguitur à quolibet sui generis per formam propriam. Sed Filius, & Pater sunt eiusdem generis relatiui, vt pater, & filiatio est propria forma Filij constitutiua ergo.

Secundum, filiatio non est sufficiens distinctiuum Filij à Spiritu sancto. Patet ex B. Thom. in quæst. de Potentia quæst. 10. articul. 5. intendit sic: Quæ conueniunt in vna natura, non distinguntur realiter ab inuicem nisi per aliquam oppositionem, sed inter Filium & Spiritum sanctum conuenientium in vna natura non potest prædicari oppositio sufficienter distinctiua, nisi relatiuè: nam contradictoria non sufficit: quia non magis eos distingueret, quàm ens, à non ente.

Item hæc est per distinctionem affirmationis & negationis, quia necesse est reduci ad distinctionem affirmatiuam, sicut veritas propositionis negatiuæ ad affirmatiuam, ergo contradictoria non sufficit. Oppositio autem priuatiua non propriè habet locum in Deo, & dato quod haberet, adhuc non sufficit, quia reducitur ad contradictoriam, cum priuatio & habitus sò habeant vt negatio & affirmatio. Oppositio contraria non propriè seruatur inter Filium, & Spiritum sanctum. Primo quia non sunt eiusdem generis relatiui filiatio, & spiratio, consequuntur enim actum intelligendi, & volendi, qui reducuntur ad intellectum & voluntatem, prout istæ potentiæ distinguuntur genere, vt cognoscitiuum, & appetiti-

uum, ex primo de Anima. Præterea in omni oppositione contraria alterum extremum se habet vt perfectum, alterum vt imperfectum. Vnde Aristot. in 10 Metaphys. reducit primam contrarietatem ad habitum, & priuationem: hæc autem non seruatur in personis diuinis, in quibus non est ordo perfectionis, sed tantum originis: relinquitur ergo quod distinctionum sufficiens sit oppositio relatiua quæ in Deo non potest esse nisi secundum originem, ergo vltra filiationem requiritur spiratio actiua in filio. Positis his fundamentis generalibus pro defensione primæ rationis in artic. sic procedo. Primo adduco fundamenta ex quibus soluuntur rationes impugnantium. Secundo recito argumenta Scoti, & solu, similiter declaro solutiones quibus soluit rationes Beat. Thomullas esse: deinde 3. adduco argumenta principalia Aureol. & soluo.

Quantum ad primum aduerte quòd primum fundamentum Thomisticum est B. Thom in quæst. de Potentia quæst. decima, articul 5. ad primum secundum & tertium. Origines Filij & Spiritus sancti, non essent diuersæ, nec incompossibiles realiter, nec per consequens distinguerent realiter, sed tantum secundum rationem, nisi Spiritus sanctus esset à Filio, eo quod de ratione generationis est esse ab vno, de ratione autem processionis esse à duobus. Ex hoc fundamento sequitur quòd Filius, & Spiritus sanctus distinguuntur sufficienter per generari, & spirari, dummodo seruetur distinctio realis inter ea, quæ non seruatur, nisi ratione dicta.

Secundum fundamentum est hoc, & habetur in Heru. in 1. dist. 11. quæst. 1. & est eius tertia ratio, & Expositor imitatur illam, Relationes diuinæ, quæ solæ multiplicant personas, & constituunt, & distinguunt non constituunt, nec distinguunt in esse in se, ideò in esse absoluto, sed in esse ad aliud, ideò ad suum correlatiuum, & hoc habetur ex propria ratione relationis. Quocunque autem alio modo distinguantur, puta disparate, hoc non faciunt ex propria ratione relationis, sed ex communibus sibi, & distinctiuis absolutis. Ex hoc fundamento sequitur quod relatio diuina sicut non constituit nisi in esse relatiuo ex sua propria ratione, sic non distinguit nisi in ordine ad suum correlatiuum distinctiuum autem absolutum sicut constituit simpliciter in esse, sic absolutè distinguit à quocunque alio absoluto: vnde filiatio non distinguit nisi in ordine ad Patrem, quod autem distinguat à Spiritu sancto, hoc non habet ex sua propria ratione, quia non dicit ordinem ad ipsum.

Tertium fundamentum est Inter diuinas personas est distinctio realis non absoluta, sed relatiua tantum: distinctio autem relatiua tantum non est à relatione, nisi ex propria ratione relationis, ex qua habet quòd non distinguit, nisi in ordine ad suum correlatiuum: ponere autem quod duæ relationes disparatæ distinguant, hoc non prouenit ex ratione relationis sed ex eo, quòd considerantur vt duæ formæ absolutæ disparatæ, quod est præter intentionẽ quæsiti: hic enim quæritur de distinctione formali relatiua inter diuina supposita, & ideo qui transeunt ad oppositionem disparatam, egrediuntur materiam propositam, & diuertunt se ad illud, quod est commune distinctiuum & abstractum.

Quantum ad secũdum, aduerte quòd principalia argumenta Scot. sunt hæc primum: Quocunque aliquid constituitur in esse, eodem distinguitur, à quolibet non aliquis apud Porphyr. eadem differentia est constitutiua, & distinctiua, sed filius filiatione, &c.

Ad hoc nego maiorem: quando distinctiuum distinguitur tantum relatione, & distinctiuum est relatiuum habens distinguere ex sola ratione relationis, & sic distinguit tantum suo correlatiuo. Eius quidem maior est vera de distinctiuo absoluto ex secundo fundamento supra posito. Quoniã Scotus credit idem esse iudicium de distinctiuo abstracto, & relatiuo, cuius significatum est quòd semper exemplificat de abstracto, vt de rationalitate & animalitate, ideo fuit deceptus. Vnde tres replicæ, quas formæ post primum principale, nihil valent, procedunt enim de distinctiuo abstracto.

Secundum. Si Pater non spiraret, adhuc realiter distingueretur à Spiritu sancto Paternitate, ergo si filius, &c. Ad hoc nego illam conditionalem, quam nec probauit, nam distingueretur secundum rationem, quia distinctio realis inter diuinas personas, non est nisi distinctiuè relatiua, quæ non potest fieri à relatione nisi in ordine ad suum correlatiuum: & cum Pater non esset correlatiuum, Spiritus sanctus, stante illa conditionali, non distingueretur nisi ratione. Decipitur aulà conditionali, non distinguerentur personæ, ponit distinctionem Scotus quia inter duinas personas, ponit distinctionem disparatam, quæ non potest fieri à relatione vt relatio & nos non acceptamus eam.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium, Citeunscripto quocunque alio, generatio passiua, & spiratio passiua sunt distinctæ realiter. ergo non possunt terminari ad eandem personam : consequentia patet, quia impossibile est vnam personam accipere esse ex duabus distinctis sufficientibus, & totalibus productionibus, alioquin à nulla acciperet esse, vt benè probat ipse. Antecedens autem habetur pro manifesto, stante distinctione principiorum formalium intellectus & voluntatis.

Ad hoc negatur antecedens ex fundamento suprà posito: & probatio non valet, quoniam ex distinctione rationis intellectus & voluntatis non potest fieri distinctio realis emanationum, vt determinauimus suprà quæstio. 17. artic. 1. ad tertium: sed requiritur ordo originis, ita quòd processio sit à generatione, & procedens à genito.

Quartum id, quo distinguitur Filius à Spiritu sancto est de intrinseca ratione filij, sed spiratio actiua non est de ratione intrinseca, ergo: maior patet inductiuè, id quo distinguitur A, à B, est de intrinseca ratione, similiter in aliis, & ratione, quia aliter non posse sustineri, quin in Christo distinguatur humanitas personaliter à verbo, diceret enim aliquis, quod distinguitur per aliquid quod tamen non constituit personam.

Ad hoc, maior potest dupliciter intelligi: primò sic, id quo aliquid distinguitur, & eodem personaliter conceditur est de ratione intrinseca ratione eius, & sic est vera, & totum conceditur, quia non est contra nos.

Secundò sic, id, quo aliquid distiguitur ita, quòd est id, quo ponitur persona in esse personali distincto, & sine quo non seruaretur in esse distincto, est de ratione intrinseca formali ipsius, negatur ista, & conceditur minor.

Ad probationem maioris ad inductionem dico, quòd non probatur nisi in primo sensu: nam benè sequitur A, distinguitur per aliquid à B. & eodem constituitur, ergo est de intrinseca ratione, &c. Sed in alio sensu non valet ad rationem nego consequentiam : quoniam in absolutis distinctiuum est etiam constitutiuum simpliciter : vnde non est eadem ratio de duabus personis, & de humanitate, ac de verbo.

Hæc sunt potiora argumenta eius, post quæ videndum est quomodo conatur soluere rationem Beat. Thom. & eius fundamenta.

Aduerte igitur quòd primum fundamentum B. Thom. est authoritas Boëtij, scilicet Sola relatio multiplicat Trinitatem, sed si Filius non spirat inter ipsum, & Spiritum sanctum, nulla esset relatio: ergo non distinguerentur.

Ad hoc dicit Scotus insufficit dictum Boëtij esse verum in hac disiunctiua, sola relatio opposita relationi, vel relatio comparata relationi disparatæ, & dat exemplum de albedine, & constat autem inter filium, & Spiritum sanctum esse relationem disparatam.

Sed hæc solutio non tendit ad propositum : quia relatio vt disparata non distinguitur relatiue de qua sola hic loquimur, sed distinguitur more distinctiui absoluti, quod nō admittitur à nobis, & ideo exemplum de albedine est extra propositum.

Secundum fundamentum est hæc consequentia in articul. Si duæ relationes non oppositæ distinguunt personas: ergo Pater esset duæ personæ Dicit Scotus, nego consequentiam, quia non est eadem ratio: non enim inconuenit vnum agens distinctis productionibus, dare distinctis productis diuersa esse. Inconuenit autem idem productum accipere diuersa esse ex productionibus distinctis, quia verius producti est tantum vnum esse. Expositor dicit hanc solutionem non esse ad propositum: quoniam B. Thom. intendit de relationibus, Scotus autem loquitur de productionibus, sed id parum obstat Scoto: nam cùm relationes fundentur in productionibus, vt videbimus infra, dicere potest Scotus, sicut duæ productiones actiuæ simul stant in eodem producente, sic duæ relationes non oppositæ, & sic non est euacuata solutio Scoti.

Tu ergo dic, supposito, quòd Filius non spiraret, Pater non daret pluribus distinctis realiter plura esse, eo quòd in Deo repugnat esse distincta productiones sine ordine originis, & cum dicit, *non inconuenit vnum agens, &c.* Dico quòd & si non inconueniat alicui agenti, cuius productum distinguitur essentialiter, inconuenit tamen agenti Deo ad intra, cuius productum sola oppositione relatiua distinguitur à producente: patet igitur quòd solutiones Scoti sunt inualidæ. Sed aduerte quòd à quibusdam aliis arguitur contra illam declarationem, in artic. Ideo paternitas, & spiratio actiua non constituunt duas propositiones, quia non sunt oppositæ.

Primò sic, paternitas, & spiratio passiua constituunt duas personas, & tamen non sunt oppositæ, ergo dictum B. Thom. est falsum.

Secundò si duæ non oppositæ constituunt, ergo duæ oppositæ constituunt, quod est falsum : quoniam spiratio actiua opponitur passiuæ, & tamen spiratio actiua non constituit Personam.

Ad hoc, dimissa obscuritate Expositoris: dico ad primum: nego minorem ratione adiuncti. Paternitas enim quia sui vnitur spiratio actiua, opponitur spirationi passiuæ : non est autem eadem ratio de paternitate, & spiratione actiua : quoniam nec formaliter, nec ratione adiuncti opponuntur.

Ad secundum nego falsitatem consequentis : nam licet spiratio actiua actu non constituat, tamen ei competit constituere, & constitueret, nisi præueniretur à paternitate, eo quòd spirare supponit generare, sicut velle supponit intelligere.

Quantum ad tertium scias quòd hæc sunt potiora argumenta Aureol. contra B. Thom. vt adducit Capr. in 1. dist. 11. q. 1 partim in 1. partim in 2. artic.

Secundum si spiratio actiua distinguit Filium à Spiritu Sancto: ergo Pater, & Filius sunt vna persona, quia vbi est vnum distinctiuum personale, ibi est vnum distinctiuum: sed Patris & Filij per te est vnum distinctiuum personale à Spiritu Sancto, scilicet spiratio actiua : ergo. Capreol. ad hoc negat consequentiam. ad probationem negat ex vnitate distinctiui concludi vnum distinctum, quando distinctiuum est communicabile, qualis est spiratio actiua cōmunis Patri, & Filio, & dat exemplum de anima, vide tu.

Expositor autem negat idem nisi sit distinctiuum constitutiuum, si autem sit distinctiuum, quia licet non constituat, tamen seruat personam in esse distincto, qualis est spiratio actiua respectu Filij negatur ex vnitate distinctiui concludi vnum distinctum.

Tertiò, effectus formalis numeratur numeratione formæ, ita quòd si forma est vna effectus est vnus, sed principiū distinctiuum est sicut forma, & distinctum sicut effectus, ergo si vna spiratio actiua distinguit Patrem, & Filium à Spiritu sancto, Pater & Filius sun vna persona distincta.

Ad hoc dico maiorem non habere veritatem, nisi in forma abstracta vel constitutiua & si sit relatiua, vel quando forma est incōmunicabilis, vel quando effectus significatur nomine subiectiuo. si autem significetur nomine adiectiuo, non valet: quoniam adiectiua trahunt pluralitatem à suppposito, & non à forma, & quoniam spiratio actiua non est forma absoluta, nec constitutiua, nec incommunicabilis, nec Ly distinctum est substantiuum, ideo non concludit intentum.

Quartum, impossibile est vnam personam simplicissimam duobus personaliter, vel duabus personalitatibus distingui, sicut vnum simplex, quale duabus qualitatibus. sed Filius, &c.

Ad hoc dico, ipsum supponere falsum, scilicet filiationem & spirationem esse duas personalitates, licet enim personaliter distinguat, non tamen sunt duæ personalitates, quia filiatio distinguit, & constituit, personalitas. Et personaliter distinguit: quia autem spiratio conseruat personam distinctam, ideo dicitur distinguere personaliter, sed non est personalitas quia non constituit.

Quintum, si generari, & spirari non sunt incompossibiles, nisi propter spirare, quæro in quo genere causæ dat ei illam incompossibilitatem, non potes dicere nisi formaliter, quòd est falsum, quia generari & spirari essent idem formaliter, quod etiam est falsum, cùm se habeant, vt actio & passio, & cùm vnum sit in Patre non alterum.

Ad hoc dico, quod dat formaliter, sicut albedo dat huic subiecto incōpossibilitatem existendi sub nigredine. Ad probationem nego consequentiam, aliter albedo, & subiectum essent idem formaliter, quod est absurdum, & hæc responsio est Capreol. quad literam accepit Expositor.

Sextum, spirari non dat impossibilitatem generari, & spirari secundum rem, ergo, &c. probo consequentiam. Quod conuenit rei diuinæ, conuenit ei formaliter, & ex se. ergo.

Præterea, si dat incompossibilitatem secundum rem, ergo vel inquantum generari, & spirari sunt in Filio, idem, vel simul sunt in Filio, vel quia generari est præuium ad spirare, neutrum horum est, quia essentia est idem cum spirare in Filio & simul, & præexigitur ipsi spirare, & tamen non dat incompossibilitatem inter Filium, & Spiritum Sanctum.

Ad hoc dicit Capreol. Negatur antecedens, ad primam probationem negatur antecedens: nam similitudo in natura eadem conuenit Spiritui sancto, & tamen hoc modo habet ex se formaliter, vt Spiritus, id est vt amor.

Ad secundam diuisio est insufficiens, dicit Capreol. & ratio est: quia spiratio aduenit genito constituto, & supple tu, & vt relatio talis consetuat constitutum distinctum.

Expositor autem dicit, quòd hoc est, quia in eis includitur ordo

tur ordo originis, quod non est verum, nisi degenerari, & spirari, sed Aureol. loquitur de spirare, quomodo dat incompossibilitatem generari, & spirari, ideo sequete Capreol. Instantia vero de essentia, non valet, quia non est vt relatio seruans in esse distincto.

Septimum est, quod distinguitur generari, & spirari suis rationibus formalibus, quod sæpe negatum est.

Aliud argumentum fit ab aliquibus, vt Capreol. recitat, respondens ad tertium Aureol in primo distinct. 11. quæst 1. & est tale. Non magis repugnat filiationem stare cum spirare, & cum suo opposito, quàm repugnet spirationem actiuam stare cum paternitate, & filiatione sed hoc non repugnat, ergo nec illud. Capreol. dicit non esse æqualem rationem, quia spiratio actiua non est proprietas constitutiua, ideo potest stare, cum distinctis suppositis, sed filiatio est proprietas constitutiua incommunicabilis, ideo non potest stare condistincta à spirare, puta in Patre, & spirari, puta in Spiritu sancto nisi eidem vniatur ipsum spirare, per quod habet oppositionem ad ipsum spirari, sufficit quantum ad impugnationem extraneorum.

Sed aduerte quod B. Thom. in prima distinct. 10. quæst 1. artic. 5. ibi. ista autem duo videntur fauere Scoto, sic enim arguit in corp art. Diuersi modi producendi distincti non possunt terminari ad idem productum specie; hanc probat in natura & arte: non enim vult idem specie posse produci arte & natura, nec idem specie ex propagine, & ex putrefactione, sed generare & spirare sunt diuersi modi producendi specie distincti, hanc relinquit pro constanti, ergo impossibile est quod quocunque alio remoto Filius, & Spiritus Sanctus distinguerentur realiter, & specificè relatiuè, etiam supposito, quod filius non spiraret.

Respondeo, quod stantibus diuersis modis, non possunt conuenire eidem, sed nego quod generare & spirare remaneant diuersi modi, si Spiritus sanctus non procederet à Filio, quoniam de ratione spirationis est, vt fit à duobus, aliter non esset amor amicitiæ inter Patrem, & Filium : vnde cum dicitur esse ab alio per spirationem in Ly : alio includitur, Filius: quoniam, vt sic est vnum cum Patre in virtute spiratiua.

Quod autem B. Thom. non concedat idem specie posse produci ex propagatione & ex putrefactione. Aduerte quòd oppositum tenet in 7. Metaphys. super text. 33. & sic videtur sibi oppositus.

Hanc conciliari in 7. Metaphys. quæst. 19. & hic breuiter tango: scias igitur quòd diuersi modi producendi, qui sunt ab eodem agente, vel distinctis agentibus, tamen disparatis non terminantur ad idem specie: sicut agere per naturam & agere per artem: diuersi autem modi producendi, quorum vnus est ab agente vniuersali tantum, & alius ab vniuersali & particulari, simul possunt terminari ad idem specie: sicut calor à Sole, & calor ab igne influente Sole. B. Thom. in 1. Sent. supponit: quòd si duo producerentur, vnum ex semine, alterum ex putrefactione ab eodem agente, vel disparatis agentibus, non essent eiusdem speciei, puta si homo ex putrefactione generat vermem, & ex semine filium : hæc duo non possunt esse eiusdem speciei. Idem euenire, si generaret duos filios, vnum ex putrefactione, alterum ex semine, si tamen Sol ex putrefactione generatet hominem & homo ex semine hominem, essent eiusdem speciei: quoniam agens particulare non proprie condistinguitur contra agens vniuersale in 3. Metaph. supponunt, quòd producitur ab agentibus non disparatis, sed subordinatis qualia sunt agens vniuersale, & particulare. In primo sensu patet quòd Filius, & Spiritus Sanctus procedūt à Patre, & ideo seruata diuersitate reali modorum producendi, quam ponimus non seruari, nisi stante ordine originis inter Filium, & Spiritum Sanctum, impossibile est quòd terminetur ad vnum productum specie: hæc sufficiant quantum ad sustentationem primæ rationis.

Pro sustentatione autem secundæ duo occurrunt. Primò, An hæc secunda sit necessaria, vel tantum probabilis. Secundò sicut hæc propositio articuli est vera, *Necesse est, quod amor sit à verbo procedens.*

Quantum ad primum tenet Expositor q. est probabilis, quia non est euidens, amorem notionalem esse necessario à concepto notionali: posset enim quis dicere, quod Pater intelligens essentiam suam sine expressione produceit amorem notionalem.

Sed quia qualis ordo seruatur inter essentialia, talis debet seruari inter notionalia. ideo sicut Pater intelligendo se, essentialiter amaret, se essentialiter, ita si amat se notionaliter, intelligit se notionaliter, quod est producere verbum.

Tu tamen potes dicere, quòd est necessaria ex vno supposito, scilicet verbum notionale esse in Deo, quod tenetur ex fide, tum enim necesse est, amorem esse à verbo.

Quantum ad secundum dupliciter arguitur contra prædictam propositionem. Primò sic, potest aliquid intelligi & non formari verbū vt patet in beatis, ergo potest amari sine verbo.

Secundo hæc consequentia non valet, non possum intelligere sine sensu, ergo sensus est principium productiuum intellectionis: ergo similiter nec valet, ista res non potest amari sine verbo vel concepto, ergo verbum est productiuum amoris.

Ad primum dicit Expositor negatur antecedens de intellectione naturali ad differentiam beatificæ, & quia Deus naturali intellectione intelligit se, ideo producit verbum.

Tu autem aduerte quòd licet intellectione supernaturali non producatur verbum, tamen illa æquipollet verbo, & ideo beatus potest amare Deum, licet hic amor non nisi æquipollenter producatur à verbo.

Ad secundum dicit Expositor & benè, quòd D. Thom. non facit illam consequentiam ita rudem, sed facit eam supposito quòd bonum cognitum sit productiuum amoris, & motiuum appetitus, ex tertio de Anima, & 12. Metaph. bonum autem cognitum in esse cognito est ipse conceptus.

Pro sustentatione tertiæ rationis, contra illam propositionem *In illa in quibus est distinctio non solum materialis semper inuenitur in multitudine productorum aliquos ordo.*

Aliqui arguunt dupliciter: primo sic: Deus potest producere plures Gabrieles sine ordine, quia immediatè, & tamen distinguuntur non materialiter, cùm sint substantiæ immateriales, ergo.

Secundo Deus si produceret omnia sine media causa, produceret sine ordine, ergo propositio illa est falsa. Expositor respondit modo suo, sed tu aduerte, quòd responsio eius est in quæstio. de potentia quæst. 10. artic. 5. & responsio B. Tho. *Vbi autem inuentur prima differentia.* stat in hoc, licet Deus posset producere plures Gabrieles, sine ordine prioris, & posterioris duratione, quia in eodem instanti posset & sine ordine causarum, tamen non sine ordine perfectionis suppositō, q̄ distinguuntur specie, sic enim se habent vt duæ species numerorum, quarum vna addit alteri. In diuinis autem non potest assignari nisi ordo originis, quia omnis alius ordo dicit imperfectionem, & ideo cùm genitum, & spiratum distinguantur realiter, formaliter, necessariò includunt ordinem originis. Vltimò in fine articuli. ibi, *Vnde etiam ipsi Græci, &c.* reprehendit Græcos, sed videtur non benè reprehendere; nam B. Thom ex hoc antecedente, *Spiritus sanctus est à Patre per Filium*, deducit, ergo procedit à Filio, quæ tamen consequentia non videtur valere : nam hæc non est vera. Visio fit per lumen ergo procedit à lumine, procedit enim à visu productiuè, &c. non à lumine similiter consequentia B. Thom. prædicta non erit vera.

Ad hoc dico, quod est vera in hac materia, licet non absolutè, quia in diuinis nullus ordo causalitatis potest saluari, nisi ordo originis, qui designatur per Ly. à, vel ab.

In responsione ad primum, *Regulariter etiam*, vsque ibi, *distinguuntur*. cadit dubium : quia si hæc vera, solus Pater spirat: & tamen non excluditur Filius, ita hæc erit vera, Solus Pater est Deus, quia in Ly Deus, Pater, & Filius non opponuntur : & tamen supra in quæstio. 31. & dixit hanc esse falsam : nisi exponatur in neutro genere, & tunc licet sit vera, non tamen est extendenda.

Respondeo, supra locutus est secundum rationem formalem exclusiuè, vt consideratur à Logicis, hic autem accipit secundum modum Scripturæ sacræ, quam non oportet arctare ad illas regulas, vt diximus suprà, loquentes de exclusiuis, & de Syllogismo expositorio.

ARTICVL. III.

Verum Pater spirat per Filium?

IN hoc articulo aduerte quod ideo difficilis est, quia hæc propositio, *Pater spirat per Filium*, potest esse vera & falsa, vera si Ly *per*, dicat medium suppositum, & est sicut ista, *Rex agit per Baliuum*. falsa autem si Ly *per*, dicat mediam virtutē, & est sicut ista, *Baliuus operatur per Regem*, non enim Ly *per Regem* significat medium suppositum, sed primam virtutem per quam Baliuus agit, falsum est autem, quod Pater spiret per Filium, taquam propriam virtutem.

Quomodo autem intelligatur illa propositio: *Propter quod vnum quodque, & simul*, vt de Hera. in primo dist. 12. quæst. 2.

In responsione ad tertium, *Vnde non sequitur primo genitus Filius quem Spiritus sanctus procederet.* Aduerte quod Scotus in primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dist 12. q. 11. tanet oppositum & dicit duo. Primo quod Pater nõ spirat principaliter Filium, licet habeat virtutem spirativam à se, quoniam in primo spirativo non est aliquis ordo, & quoniam Filius spiratur spiratum, quod est absurdum.

Secundò dicit quod Pater prius generat quam spiret, & sic genitum est prius spirato, cum spiretur à genito, & hoc dicit esse ordinem principiorum, scilicet intellectus & voluntatis: cum voluntas supponat intellectum, & per consequens actus actum, & similiter terminus terminum. Vnde imaginatur ipse Patrem in primo significato habere vtramque fœcunditatem à se, in secundo signo habet actum primæ fœcunditatis, & producit Filium, communicando ei virtutem spirativam sicut esse, & alia in quibus Pater non apponitur, & in hoc secundo signo non est spiratum. In tertio signo est actus secundæ fœcunditatis à Patre & Filio, cum aliquo tamen ordine, non quod Pater primus spiret, sed quia spirat à se, filius autem non à se, sed accipit à Patre, & hanc suam imaginationem non aliter probat, in qua tamen videtur ponere, prius, in quo est Filius, prius etiam in quo non est Spiritus Sanctus.

Sed contra hanc imaginationem arguit Gregor. in primo dist. 9. quæstio. 1. secundo ibi. *In his dictis plura falsa continentur*, Et primo contra illud dictum, quod Pater in primo signo non generat, sed potest generare, & præcipua eius media sunt duo.

Primum Filius erit non cœternus Patri, quoniam in primo signo Pater est Pater, & non est Filius: ergo Filius habet initium saltem secundum intellectum, quod est contra Augustinum qui dicit extra omne initium: quod dici aut intelligi possit credendum est genitam esse sapientiam.

Secundum, secundũ Scotũ, Pater in primo signo à se habet omnem entitatẽ absolutã, & relatiuã quia nihil habet à Filio: ergo generationem actiuam ergo in primo signo generat.

Deinde arguit contra hæc signa, & primo sic: cùm dicitur Pater habet aliquid in primo signo, & aliquid in secundo, per Ly, primò & secundo intelligitur aliqua duratio, & sic est contra sanam doctrinam, de cœternitate personarum: vel intelligitur tantum per primum signum id est haberi à se, & per secundum habetur ab alio, & tunc est contradictio expressa in Scoto: nam dicit ipse, quod Pater non prius spirat quàm Filius. Contra, Pater spirat à se, ergo prius spirat, & Filius non spirat à se, ergo posterius: cum ergo sequatur contradictio manifesta in Scoto, sequitur quod accipiebat illa signa, vt dicunt quandam durationem, quod innuit illud verbum positum à Scoto, cum dicit tunc filius spiraret. Nam Ly tunc, est signum durationis, & cùm illa prioritas durationis non debeat admiti spiratum &c. illa signa non sunt acceptanda. Secundò sic cum dicitur hoc est in primo signo, Ly signo pro aliquo supponit, aliter frustra esset si pro aliquo, vel illud est Deus, vel in Deo, vel non est Deus, nec in Deo: non secundum, quia sine eo adhuc esset Trinitas: non enim pẽdet Deus à non Deo. Non primum, quia illud est vel essentiale vel notionale: si essentiale, supponit pro essentia, & tunc erit sensus, essentia est in primo signo. id est, essentia est in essentia: idem erit de notionali, sed hæc ad rem non conferunt, ergo vel vt falsa, el vt inutilia relinquantur.

In responsione ad quartum. *Non semper recipitur conuersio.* Aduerte quod ad illam conuersionem duo requiruntur, primò quòd vtrumque producens sit liberum, id est, habeat dominium super actum suum, quod est omne producens intellectuale. Si autem secundum sit purum instrumentum, non fit conuersio. Vnde hæc falsa, calamus scribit per scriptorem, sed hoc non sufficit, cùm enim Pater & Filius sint producentes intellectuales, si aliud non requiritur, fieret conuersio. Requiritur ergo secundo ordo suppositorum, & ordo virtutum, ita quod sicut sunt distincta suppositа, sint distinctæ virtutes, & quia hæc conditio est inter Regem, & Baiulum, ideo valet conuersio: alia est enim numero virtus remanens in Rege, & communicata Baiulo, quia in creatis nullum idem numero est in distinctis suppositis, quia autem hæc conditio non est in Patre, & Filio vt patet, ideo non valet conuersio.

ARTICVL. IIII.

Vtrum Pater, & Filius sint vnum principium Spiritus sancti?

QVidam tamen dicunt hanc *esse propriam.* Aduerte quod Gregor. in primo dist. 11. quæstio 2. tenet hanc opinionem & dicit hanc propositionem non esse tenendam de virtute sermonis, sed in sensu, quem intendebant sancti Doctores. Ipsi quidem intendebant remouere à Patre, & Filio omnem imperfectionem inuentam in duobus creatis agentibus, concurrentibus per se ad vnum effectum, hoc autem commune est eis, quod diffortmiter agunt, quia vel distincta virtute, vel vnum magis quam alterum, vel vnum post alterum, & sic diffortmiter, & diuerso modo agunt, & quia Pater & Filius non sic, imo vniformiter, ideo dicunt Patrem & Filium esse vnum principium. id est, vno modo principiare, & hanc dicit esse mentem Magistri, &c. vide eum. Quod autem non sit propria probat Gregor. in primo quæst. quia Ly, *Principium*, vel supponeret pro notione communi, & hoc non, quia notio non est id, quod spirat vel persona aliqua, & hoc non, quia quacunque persona demonstrata falsum est dicere, Patet, & Filius sunt vnum principium. id est vna persona, vel per essentiam, & hoc non, quia sicut non generat, sic non spirat.

Sed similis modo posset Pater duo principia. Aduerte quod B. Thom. non intendit reprobare illum modum vt falsum, verum est enim quod vniformiter spirant, quia eadem virtute, numero, sed intendit quod non sufficit ille modus, nam si potest saluari illa propositio, vt propria saluanda est, & ideo declarat quomodo sit propria ibi, *& ideo dicendum est.*

Licet hoc nomen principium. & vsque ibi *sacrati.* Aduerte q. si Ly, *Deus* tenetur adiectiuè id est, habens deitatem, & substantiuè, id est res, quæ est Deus, sic Ly, *principium* adiectiuè quidem. id est, habens proprietatem, vel virtutẽ spirativam, substantiuè autem, id est, id quod est principium ibi tenetur substantiuè, & quia substantiua supponunt, necesse est, quod in hac propositione, *Pater & Filius, &c.* pro aliquo supponat. pro quo autem dicam, cùm soluam argumenta Gregorij.

In solutione, ad primum. *Inquantum sunt vnum in virtute, &c.* vsque in fine. Aduerte quòd Aureolus. & Scotus, & Henricus impugnant hanc responsionem. Aureol. vult, quòd non vt vnum: quia negatio non est ratio formalis actus realis, nec vt plures, quia pluralitas cum sit multitudo dicit negationem quæ est diuisio, ergo, &c.

Præterea Pater perfectissimè spirat, & tota spiratione est à Patre, & Filius accipitur à Patre & non è conuerso: ergo spirant inquantum sunt plures. Scotus tenet idem, & sunt eædem rationes eius cum Aureo.

Pro solutione attende, quòd Aut. Esse illud, *vt vnum* decipitur: quia B. Thom. non intendit de formali quod est negatio, sed de subiecto, vt stat sub formali, intendit enim quòd spirant vt vnum, id est, vt habent virtutem spirativam indiuisam omnibus modis.

Item esse illam pluralitatem eodem modo. Intendit enim pro subiecto sub formali, id est spirat inquantum sunt distincta suppositа. Similiter decipitur ipse, & Scotus in illa perfecta spiratione. nam potest dupliciter accipi: primò quo ad principium spirativum, secundò quo ad conditionem requisitam ex parte suppositorum spirantium, quæ est distinctio ratione primi est perfectissimè, & totaliter à Patre ratione secundi, non quia repugnat Patrem esse duo suppositа, & dicas, ergo Pater accipit aliquid à Filio, vel indiget Filio, vel est imperfectus, vel impotens sine Filio, negandæ sunt omnes consequentiæ quia Filius nec formaliter, nec effectiuè aliquid dat Patri, sed bene conceditur, quòd Pater habet aliquid, quod non haberet, nisi esset Filius sicut habet paternitatem, quam non haberet, nisi Filius esset, & similiter si Filius non esset, non spiraret Pater: quia de ratione spirationis est, quòd sit à duobus. Ex his videbis soluta omnia argumenta Scoti & Aureo. quæ recitantur à Capreo. in prima dist. 11. quæst. 1. secundo loco contra quartam.

Henricus autem tenet, quòd pluralitas necessariò requiritur ex parte principij spirativi: tenet enim, quòd nexus duarum voluntatum, & concordia, & mutuitas amandi sunt de ratione principij spirativi, & quoniam omnia argumenta eius concludunt de ratione principij spirantis, quod nos concedimus, (necesse est enim, vt suppositа spirantia sint vnum, numero & concordia & mutua in eodem amore) ideo non indigent alia solutione. Vnde negandæ sunt omnes illæ conditiones, si applicentur principio quo.

Solutiones Capreol. in eodem loco elaræ sunt, vide.

In responsione ad secundum, *Non tamen sequitur, quòd propter, &c.* vsque ibi, *suppositorum.* Contra ad pluralitatem formæ plurificantur substantiua secundum B. Thom. sed in Patre sunt duæ formæ, scilicet virtus generandi, & virtus spirandi, ergo, Pater potest dici duo principia.

Expositor respondens recitat opinionem dicentium, inter quos est Capreo. vt videbimus infra, quòd minor est vera, quando illæ duæ formæ distinguuntur realiter, & hoc non seruatur in virtute generandi, & in virtute spirandi cùm non sint oppositæ, ideo dicunt, quòd ratio non concludit.

Contra

Contra hoc arguit Expositor, & benè, quoniam stat, Sortem habere in se plures artes realiter distinctas, & tamen non est plures artifices. Ipse igitur respondens dicit, distinguendum est de substantiuo in abstracto, & in concreto, & dicit maiorem non esse veram nisi in substantiuo abstracto. In concreto autem duo requiruntur, scilicet diuersitas formæ, & distinctio habentium formas. Hæc responsio valet, sed necesse non fuit adducere illam distinctionem, quoniam cum adiectiua semper teneatur in concreto, substantiuum ei correspondens debet intelligi in concreto, & ideo dico, quòd cum B. Thom. dicit substantiua pluralificari secundum formas, adiectiua suppositа regulariter intelligit in concreto.

In responsione ad quartum. *Hoc, quod dico principium, non habet.* Contra hoc arguit Gre. vt adducit Capreol. in primo distinction. 11. quæstion. prima post solutionem.

Primò arguit quòd ly, *principium*, non supponat confuse tantum, & hoc tripliciter, primò suppositio confusa fit per signum omne, vt omnis homo est animal, vel per aliquid syncathegorema, vt per dictionem exclusiuam, sicut hic, comedi panem tantum, vel tantum panem, licet in hac Pater, & Filius sunt vnum principium, neutrum est ergo.

Secundo, per simplicem conuertionem hæc consequentia valet, Pater, Filius sunt vnum principium. ergo vnum principium sunt Pater, & Filius, sed in hac secunda ly, *principium*, non stat nisi determinatè, ergo nec in prima. Tertiò sic in suppositione confusa licet descendere distinctim non mutato subiecto, id autem non potest fieri hic, falsum est enim, quòd Pater & Filius sint hoc, vel hoc principium sicut non sunt hæc, vel illa principia.

Ad primum dico quòd ly. *principium*, supponit confuse rationem illius syncathegorematis, & quòd constituit subiectum copulatum, ideo iunctim tantum, & non diuisim, & ideo est necesse, vt sumatur, vt vnum in ly, *principium.*

Ad secundum idem, & nego quòd ly, *principium*, in secundo stet determinatè: quia subiecta aliter supponunt, qualiter requiruntur prædicata, & quia hoc prædicatum, Pater, & Filius requiris suppositionem confusam, in ly. *vnum principium*, ideo non supponit determinatè sicut in ista, *homo est species*, ly, *homo* non supponit determinate, nec personaliter, quia ly, *species* non compatitur hoc.

Ad tertium licet Capreolus concedat descensum distinctum respectu, ly, *principium*, tamen melius est dicere, quòd cùm detur suppositio confusa mobilis, & immobilis, in hac propositione stat ly, *principium*, immobiliter: quia respectu principij non dãtur in Deo plura singularia, ad quæ possit fieri descensus, & quæd detur confusa immobilis patet in hac *Semper erit homo*, & in hac, *materia non potest esse sine forma*, & in hac *vsque est corpus.*

Deinde probat, quòd illud dictum B. Thom. quòd principium supponit pro duabus personis, similiter sit falsum: quia non minus etiã concedenda ista, Pater & Filius sunt principia, sicut ista sunt personæ.

Præterea terminus in plurali numero magis propriè supponit pro pluribus coniunctim, quàm in singulari, vnde in ista, Sortes, & Plato sunt homines, ly, homines magis propriè supponit pro pluribus quàm si diceremus, sunt homo. Præterea si supponit pro duabus personis simul, ergo stabit determinatè sicut in hac, Sortes, & Plato sunt homo, nam licet descendere, vt patet apud logicos.

Ad primum, nego consequentiam. ideo enim, Pater, & Filius sunt personæ, quia proprietates personales sunt duæ: & quia virtus spirativa non multiplicatur, ideo non sunt duo principia.

Ad secundum. nego illud assumptum, non enim verum est, nisi quando termini in plurali significant plures formas, vt ly, homines, & ly, personæ, non sic autem est vt diximus de ly principia, quoniam in Deo non inueniuntur, sub eo plura singularia.

Ad tertium negatur consequentia, non licet descendere determinatè, nisi quando multiplicatur forma in pluribus suppositis. Sic respondit Capreo ad argumenta Gregorij.

Sed tu potes dicere, quòd B. Thom. non intendit ly, *principium*, supponere pro duabus personis simul, vt personæ sunt, sed pro duabus, vt conueniunt in virtute spirativa. Argumenta autem Gregorij non habent apparentiam, nisi in sensu Secundo, sed Beat. Thom intendit secundum, ideo nihil contra eum.

In responsione ad sextum, *potest concedi quòd Pater, & Filius sunt idem principium.* Aduerte quòd B. Thom. in primo distin. 19. quæst. prima artic. quarto, ad vltimum sustinet, quod potest concedi, quòd sunt idem principium, & non sunt idem.

Nam si ly, *idem*, aufert distinctionem virtutis spirativæ, & distinctionem suppositorum, non debet concedi quòd sint idem principium. Si autem aufert distinctionem virtutis spirativæ, stante distinctione suppositorum, debet concedi, & hanc viam tenet determinatè in prima parte hic, cùm dicit quod ly, *principium*, supponit pro duabus personis indistincte, id est personis distinctis, vt conueniunt in virtute spirativa, & respectu illius sunt indistinctæ.

In responsione ad septimum determinat, quòd non possunt dici duo spiratores, cuius oppositum tenet in 1 distinct. 11. quæstion. prima. artic 4. & ratio eius illic est, quia quando substantiuum importat formam non modo formæ sed formam, quæ est operatio (cùm operatio reipsa sit suppositа) potest pluralificari substantiuum, dato quod forma quæ est operatio, non pluralificetur &, ideo quia spiratio importat operationem, videtur quòd stante virtute spirationis, & distinctione suppositorum possint dici duo spiratores. Verum aduertens hic, quòd ex hac ratione possent dici duo creatores, cùm creatio sit operatio, ideo dicit absolutè substantiuum non pluralificari, nisi pluralificata forma, sine sumatur forma modo formæ, vel modo operationis, & sic standum est in prima parte, & negandum est substantiuum posse pluralificari ectiam quando denominatur ab operatione, nisi operatio, vt habet vicem formæ, multiplicetur. Vnde autem sit quòd substantiua tribuant distinctionem à forma & adiectiua à suppositis, accipiuralitatem B. Thom adducet rationem in prima quæst. 39. artic. tertio, & illic defensabitur contra Aureo.

QVÆSTIO XXXVII.

ARTICVL. I.

Vtrum Amor sit proprium nomen Spiritus sancti?

SIC igitur *in quantum in amore.* Aduerte vt refert Capr. prima dist. 32. q. 1 artic. primo contra quintam, in quarto loco Aureoli arguit contra distinctionem datam de amore essentiali, & personali, & decipitur, quia credit quòd secundum B. Thom. sint duo amores distincti realiter, quod est falsum, imo est distinctio, secundum rationem in amorem conceptum absolutè, qui dicitur essentialis, & in amorem conceptum relatiuè, qui dicitur personalis: quod tamen ex virtute sermonis non est quid personale, sed ex accommodatione, nisi dicatur amor spiratus.

Sicut sapientia genita efficitur proprium nomen filij, & ex hoc solues Argumenta Aureo. quæ procedunt contra distinctionem realem amoris quam, non admittimus in Deo.

Ita quòd intelligatur amor procedens. Aduerte, quòd Aureol. vt adducit illic Capreo in quinto loco probat amorem non posse dici procedentem in Deo, nec productum quocunque modo sumatur, & decipitur, quia essentia & amor personalis sunt idem: credit quòd sicut repugnat essentiã produci vel capere esse, sic amori personali, quod non valet, quia amor personalis dicit relationem subsistentem, qua est quid distinctum, & subsistens, & qua potest terminare productionem, tales autem conditiones non seruantur in essentia, ideo non est similis ratio.

In responsione ad secundum, *Spiritus sanctus est amor Patris in filium, &c.* Dubitatur cùm amor sit terminus actionis immanentis, sicut verbum: ergo permanet in producente, ergo non tendit in alterum. Ad hoc respondit Heru. in prima dist. 10. q. 2. in solutione primæ quæst. & stat in hoc. Dico, quòd non est amor patris in filium, vt in subiectum. sic enim esset actio transiens spiratio, sed est in filium, vt in obiectum, vt viso est in visibile, vt in obiectum, volitio in volitum vt in obiectum.

In responsione ad tertium. *Spiritus sanctus dicitur esse nexus.* Aduerte quia dicitur esse nexus, non quòd in eo vniatur in humanitate, sed quia importat mutuam inclinationem, qua pater inclinatur in filium & è conuerso: quæ inclinatio est terminus mutuæ dilectionis spiratæ, & esset simile, si Sortes, & Plato mutuo spirarent vnum amoré subsistentem, quousque essent amans & amatus, & hæc est mens Heru. in 1. distinct. 10. quæst 2. in solutione secundæ quæst.

ARTICVL. II.

Vtrum Pater, & filius diligant se Spiritu sancto?

ET dicunt hanc *esse retractatam.* Contra hoc arguit B. Thom. in 1 distinct. 32. quæst. 1. artic. 1. ibi, *Sed hoc non videtur conuenire.* Qui appropriatur Spiritus sanct. Contra hoc arguit B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tho. in primo vbi supra ibi hoc etiã non videtur esse cõueniẽs.

Constituere in habitudinem signi. Contra hoc arguit B. Thom. ibidem dupliciter: & prima probatio stat in hoc, omnis creata perfectio est signum perfectionis existentis in Deo, cùm sit ab illa, ergo amor creatus est signum dilectionis existentis in Deo, cũ sit abilla, ergo amor creatus est signum dilectionis, inter Patrem & Filium, ergo eodem modo hæc erit vera Pater, & Filius diligunt se amore creato, similiter sunt bonum bonitate creata. Secunda stat in hoc Pater diligit Spiritu sancto, ergo amore, ergo formaliter: secunda consequentia patet, quia amore aliquid diligitur formaliter, sicut calore calefit formaliter.

In habitudine causæ formalis. Contra hoc arguit B. Thom. ibidem dupliciter, & prima ratio intenditur de forma signata modo formæ, & non modo actionis, nam lapis denominatur visus visione non inhærenti sibi, sed nec modo formæ, est vniuersaliter verarnã de nominatur locatum à loco, qui est inhærenter in locãte, & ideo apposuit secundã rationem de forma.

Quidam vero in habitudine effectus formalis. Aduerte quòd B. Thom. in primum Sen. ibidem attribuit hanc Hugoni de sancto Victore & hic nam in primam vult quòd agens denominetur tantum à forma quæ est principium agendi vt agat, vel à calefactione, vt ignis dicitur moueri sursum, & leuitate & motu, & sic concludit quòd Pater dominatur diligens Spiritu sancto, non vt, forma, scilicet vt actione, sumendo Spiritum sanctum pro actione notionali sumpto, vt est procedens, & vt significatur modo actionis, sed hic melius considerans, inuit tertium denominans, scilicet effectum, qui est terminus actionis. Nam hæc est vera, planta floret virtute germinatiua, vt principio & floritione, vt actione egrediente, & flotibus vt terminus actionis. Sic hæc denominatio: Pater diligit Filium, potest fieri a tribus, primò à principio vt forma, & cùm illa sit communis patri, & filio erit essentia vel virtus spirtatiua, secunda à productione, & hæc erit spiratio, tertiò à termino, & hæc erit persona spirata. Hæc ergo est vera. Pater diligit Filium essentia, vt habet rationem amoris essentialis, & spiratione Spiritus sancti.

Diligere & dicere in diuinis quid sint.

In solutione ad secundum, Aduerte quòd clariot est in primum in eodem articulo ad tertium, & stat in hoc, ly, *generare & spirare*, dicunt actionem egredientem, & non determinatum effectum, ideo nõ fit denominatio in eis ab effectu, sed in ly, *diligere, & dicere*, duo includuntur, scilicet actio, & effectus determinatus, est enim notionaliter dilegere amorẽ, emittere, & dicere verbum est producere, ideo in his fit denominatio ab actione, & à termino producto.

In responsione ad tertium dubitare contingit: Vtrum sicut est verum quòd Pater diligit se & non Spiritu sancto, ita sit verum, quòd Spiritus sanctus diligit se Spiritu sancto. Ad hoc respondit Beat. Thom. primo dist. 32. quæstio. prima ar. secundo ad quartum, vide eum.

Contra determinationem, & probationem conclusionis instat Aureo. & Scotus, & Durandus. Verum antequam soluantur argumenta eorum, pono, aliqua fundamenta quibus apparebit quomodo non attingunt sensum. B. Thom.

Primum, Illa propositio in articulo in qua dicitur, quòd *aliquid potest constrtui in habitudine effectus formalis*, dupliciter potest intelligi: primò quòd ille effectus sit secundum rem effectus formalis, sicut lucere est effectus formalis ipsius lucis, & sic B. Tho. non intendit hic, patet enim quòd vestimentum & flos non sunt sicut effectus formalis, imo ly, flos, est effectus causæ efficientis. Secundo quòd ille effectus qui secundum rem effectus non formalis, tamen vt denominans est ac si esset forma. Vnde sicut ista est vera, paries albet albedine, ita hæc est vera, arbor floret, flore, excepto quòd albedo re, & denominatione est forma, in hac autem flos est effectus re, quo ad denominationem autem est forma, ex hoc fundamento videbis soluta duo prima argumenta Aureoli in Capreol. In primam dist. 32. q. 1. art. 1. contra quintam, licet enim vestimentum, & flos, nõ sint secundum rem effectus causæ formalis, sed potius efficientis, tamen vt denominant, dicuntur effectus formales quia denominant ac si essent formæ.

Secundum, Illa propositio in art. *quando effectus clauditur in intellectu actionis*, dupliciter potest intelligi. Primo, vt specificãs actionem sicut ædificare includit ædificiũ, vt intelligatur quædificare nõ est absolute agere sed agere hoc, & sic B. Th. nõ inquit hic: nam hæc est falsa, Plato ædificat edificio & generat genito. Secundò includitur vt coniunctus suæ actioni, vel productioni, vel dicit Capr. prout verbum significans talem actionem dicit emissionem actionis, & effectum vel terminum actionis, sicut dicere significat proferre, quæ est actio, & verbum, quod est terminus productionis, & de his intẽdit B. Tho., q. denominatio põt fieri ab effectu vt forma, & inter hęc cõputatur florere nã significat producere florem & diligere notionaliter significat spirare amorem. Et si dicas vnde habent verba hæc talia significatum & non alia. Respondeo quia sic imposita sunt. Si dicas quomodo differũt ab aliis importantibus actionẽ simpliciter, vel specificatiue tãtũ? Respondeo secundũ Capreo. quòd differunt ex eo quòd accusatiuus rectus ab eis non semper est effectus productus, vt patet cùm dico, Sortes dicit historiam, non est ne esse historiam esse factam à dicente, similiter cùm dico Pater dicit se verbo, non est sensus, quòd producat se, sed manifestat se, in illis autem accusatiuus rectus à verbo dicit productum, vt Sortes generat filium, ædificat domum.

Ex hoc fundamento soluuntur duo argumenta Aur. quæ etiam sunt Scoti ad literam, Primum est in actu spirandi & generandi includuntur spiratum & genitum, & tamen hæc est falsa, Pater spirat Spiritu genetat genito, ergo & ista Pater diligit Spiritu sancto.

Respondeo, ly, *spiritu* & ly, *genito*, non includuntur in verbo, nisi in primo sensu, sicut ædificium in edificare, nos autem intendimus in secundo sensu.

Secundum est, ædificare, includit ædificium, & tamen hæc est falsa, Sortes ædificat ædificio.

Respondeo, vt ad præcedens vt ex fundamento dato.

Tertium ly, *florere*, dupliciter potest considerari: primò vt æquipollet isti, *esse floridum*, sicut calere esse calidum, & lucere esse lucidum, & sic est verbum neutrum, & ex significato, & ex modo significandi, & tunc ablatiuus rectus non dicit terminum productionis: cùm enim dico, ignis calet calore. ly, calor cùm sit intrinsecus igni non est productus ab igne, sed habet rationem principij & causæ formalis vel eminentis secundò æquipollet isti, emittere flores, sic est verbum actiuum ex suo significato licet neutrum ex modo significandi, & tunc ablatiuus rectus dicit terminum actionis, vt arbor, floret flore.

Ex hoc fundamento soluo tria argumenta Aureoli quæ continentur in vltimo argumento Scoti. Credunt enim Beat. Tho. accipere ly *florere*, vt neutrum, pro *emittere flores*, & dato casu quòd acciperetur vt neutrum, adhuc similitudo tenet quo ad denominationem: nam sicut ista est vera, arbor floret, ita ista, Pater diligit Spiritu sancto, licet nõ esset similitudo quo ad rem sed quantum ad hoc hic non quæritur. Tu tamen stabis in prima responsione.

Quartum, Prædicatio in qua dominatur agens, à sua actione, vel effectu aliquando est conuertiua, aliquando non: quando enim distinguuntur, realiter agens, & obiectum actionis, non est, nec potest esse conuertiua super agens hæc enim est falsa, Ignis calefacit se calefactione, vel calore, quoniam calefaciens, & calefactum non coincidunt in idem realiter, & hoc est vniuersale in actione transeunte in passum. Quando autem agens, & obiectum eius sunt idem, tunc potest esse conuertiua super agens, & hoc reperitur in actione immanenti, hæc enim est vera: Sortes intelligit se intellectione, & dicit se verbo & amat se amore producto à voluntate sua.

Ex hoc fundamento soluitur tertium argumentum Scoti, quo arguit non conuertiuam super agens, dato casu quòd talis prædicatio vel denominatio, esset vera exemplicans de igne calefaciente. Non enim sequitur, quòd si in actione transeunte non sit conuertiua, quòd similiter non fiat in actione immanenti, qualis est ipsum diligere.

Durandus autem in primum dist. 32 tenet hanc esse falsam formaliter. Pater diligit Spiritũ sanct. siue seipsum, siue Filium, sumendo ly, *diligere* notionaliter, & eius rationes sunt duæ.

Prima Accusatiuus super quem cadit actus notionalis, est terminus productionis, ergo si hæc est vera, Pater diligit Filiũ Spiritu sancto, Patet spirat filium.

Secunda, Quicquid verificatur de aliquo, cum determinatione, verificatur de eo sine determinatione, dummodo determinatio non sit detrahens, vnde sicut ista est vera: Sortes est homo doctus, ita ista, Sortes est homo, ergo si hæc est vera, Pater diligit Filiũ Spiritu sancto, & ista erit vera, Pater diligit Filium notionaliter, ergo Pater spirat Filiũ, quod est manifestè falsũ.

Ad primam, nego antecedens quando verbum notionale significat actionem, & terminum inclusum in actione vt ex positum. Talia sunt dicere, & intelligere, esset autem verum antecedens de ly *generare & spirare*.

Ad secundam, nego antecedens, quando determinatio est formaliter & per se requisita, non enim valet, video lapidem visu, ergo video lapidem, etiam remoto visu, sic enim est in proposito, quoniam ly, *Spiritusancto*, requirit per se ad hoc, quòd hæc sit vera notionaliter, Pater diligit filium Spiritu sancto nam si non apponatur, erit vera essentialiter.

Quæstio.

QVÆSTIO. XXXVIII.

ARTICVL. I. & II.

Vtrum donum sit personale, & conueniat soli Spiritui sancto?

QVonjam isti duo artic. cõnexi sunt, simul per tractabuntur, & primò dicemus ad artic. Secundò defensabitur tota materia huius quæstionis.

Quo ad articulum primum pro tit. aduerte quòd non quæritur, Vtrum necessariò & per se sit nomen personale sicut verbum imago, & Spiritus sanctus in vi vnius dictionis de quibus diximus supra, quod dicuntur tantum personaliter, sed ly, *Donum*, in Scriptura, & in Doctoribus inuenimus dici de essentia, quam Pater donat Filio, & de Filio quem Pater donat nobis, & de Spiritu sancto nam dicitur donum Dei altissimi, ergo ex natura sua non est personale. Quæritur ergo, Vtrum secundum aliquam significationem possit trahi ad personale. Vnde B. Tho. introducens quæstionem dicit, *Vtrum Donum possit esse personale*, quasi dicat, cõstat quòd est nomẽ essentiale, sed quæritur vtrũ possit trahi ad personale.

Doni tres conditiones.

Quantum ad primum articulum. Aduerte, quòd ex eo non habes aliud nisi quòd donum ex ea ratione qua respicit donantem, vt producentem, & vt sic includit originem, potest dici personale, sed quia origo communis est Filio, & Spiritui sancto: ideo expolito articulo non habetur quòd sit magis competens Filio quam Spiritui sancto, nec conuerso. In responsione ad secundum *essentia dicitur esse donum Patris* vt scias, quomodo donum conuenat essentiæ & Filio, & Spiritui sancto. vide Heru in prima distinct. 18. vbi ponit tres conditiones doni proptissimè accepti. Prima quòd sit res apta dari alicui, ita quòd sit eius correlatiuum cuius est donum, non enim pater potest date paternitatem suam alteri. Similiter nulla forma substantialis, individualis, nec proprietas consequens illam formam potest esse donum. Secunda quòd sit in auctoritate danris, quæ in diuinis est per originem tantum. Tertia, quòd illa res liberè & gratuitè detur, & hoc habeat ex modo suæ originis Ratione primi competit essentiæ cuilibet, ratione secundæ & primæ conuenit filio, qui datus est nobis, ratione tertium simul conuenit tantum Spiritui sancto, ratione cuius etiam Filius datus est nobis.

Spiritus sanctus primus amor radix omnium donorum.

Quantum ad secundum articulum, Aduerte quòd non solùm probat donum notionale esse primum nomen Spiritus sancti, sed esse primum donum, eo quòd donum importat liberam gratuitam, & beneplacitam donationem quæ cum his conditionibus peruenit ex solo amore, quocunque alio tecmoto. Quoniam verò Spiritus sanctus procedit vt amor, & vt primus amor, ideo est primum donum, & ratio prima & radix omnis doni, inde est quòd per Spiritum sanctum cætera donantur: sicut à primo Patre, omnis paternitas, & à primo Verbo omnia verba, & à primo dono, omnia dona.

Quantum ad defensionem totius huius materiæ cõtra multipliciter arguitur, duo sunt resoluenda: primò, si est verum quòd Spiritus sanctus procedat vt amor, secundò an dicat respectum donabilitatis ad creaturas ex sua proprietate personali, sicut supra quæsiuimus etiã de verbo, & quoniam quantum ad primum tenemus partem affirmatiuam cum B. Tho. hic in articulo secũdo, dicit enim quod Spiritus sanctus procedit vt amor, ideo adducam principaliora argumenta Aureo. vt recitat Capreo in prima dist. 18. quæst. 1. contra tertiam.

Primum, si Spiritus sanctus procedit, vt amor, ergo est spiritus quòd est amor. quod est falsum: quoniam cùm amor sit beatificus, eodem esset beatus quo est spiritus, eodem bonus & Deus, quæ omnia sunt falsa cùm sit beatus, & bonus, & Deus ex essentiali, & non notionali.

Ad hoc concedo consequentiam, quòd est Spiritus, & amor personalis inquantum terminat productionem modo voluntatis, & nego falsitatem consequentis. Ad probationem nego amorem procedentem esse beatificum, imo ille est essentialis, qui vt sic habet rationem attributi, & perfectionis. Vnde non eodem amore formaliter est beatus vt Spiritus quoniam essentiali est Beatus, & personali est Spiritus.

Secundum isti direrunt ai bi, scilicet in quæst. præcedenti articu. 1. quòd à procedit vt impressio, qua amatum est in affectu amantis, hic autem dicit, quòd procedit, vt amor, ergo sibi contradicunt.

Ad hoc B. Thom. pro eodem accipit impressionem illam, & amorem productum, sed vt magis explicet declarat amorem per hunc terminum impressio.

Tertium, si procedit vt amor, quæro vel vt amor essentialis, vel vt amor personalis: non primo, quoniam specialem causalitatem haberet super creaturam illam, scilicet quæ conuenit amori essentiali, sed hoc est falsum, quoniam tantum personarum est tantum vna causalitas. Non secundum: quoniam non procederet vt primum donum nisi esse enim primum donum attribuitur amori essentiali, quo omnia alia donantur.

Ad hoc procedit vtroque modo, vt amor quidem essentialis, id est eo modo procedendi, quo procedit amor essentialis secundum rationem, procedit Spiritus sanctus secundum rem: & cùm arguitur, ergo haberet specialem causalitatem super creaturam: nego consequentiam, sed bene sequitur quòd haber specialem rationem: quoniam in agente per intellectum verbum, vna ratione concurrit: & amor alia ratione, puta vt motiuum & inclinatiuum. Vt personalis autem concedo, quòd procedit, & nego illam consequentiam, ergo non procedit, vt primum donum, & cum probatur: quoniam esse primum donum conuenit amori essentiali, dico quòd non conuenit amori essentiali absolutè sed incluso personali. Nam sicut diximus supra, quòd verbum dicit respectum ad creaturam ratione notitiæ essentialis, vt coniuncta est personali, puta in quantum est notitia genita, si donum dicit amorem essentialem coniunctũ huic, quod est esse procedentem, & sic essentiale trahitur ad personale, Ratio huius est, quia donum & terminus medius inter essentialia & personalia etiam est quasi constatus ex vtroque nam vt respicit donantem, dicit originem, vt respicit rem, cui donatur, dicit amorem, & ratione primi est personale, ratione secundi est essentiale.

Quantum ad secundum videndum est, si Spiritus sanctus sub nomine doni dicit respectum donabilitatis ad creaturas intellectualis ex sua proprietate constitutiua an ex alio: Et ad resolutionem propositi nore quinque.

Primum Donum dicit tria primo rem donabilem, & hoc denominatiuè sicut scibili scientia denominatur, Secundò respectum donabilitatis qui est aptitudo, qua est aptum dari alteri vt sit eius, qui etiam dicitur respectus reipublicitatis in altero. Tertiò respectum ad donantem, qui est respectus quasi cuiusdam potestionis, vel auctoritatis inquantum est in facultate donantis. Quamuis autem hos duos respectus includat, prius tamen, formaliter importat respectum donabilitatis. Nam eius ratio formalis est hæc, donum est, quod est aptum dari alteri, vt sit eius, respectum autem ad donantem importat secundariò vel suppositiue: supponitur enim quòd sit in facultate alicuius, per quam fiat alteritas, ex quo hoc non est ei ex eius virtute.

Secundum. Applicando hæc ad donum diuinum personale dico quòd res denominata primò donum est amor, eo q. est radix liberæ dationis. Respectus autem ad donantem est relatio cõstitutiua illius personæ, quæ dicitur processio modo voluntatis. Respectus donabilitatis est repectus rationis ad creaturas, sicut respectus manifestatiui in verbo, & significat hæc tria & ordine, quo diximus de dono in cõmuni in præcedenti notando, & sic donum diuinum personale primò & formaliter dicit respectum donabilitatis ad creaturas intellectuales.

Tertium. Ea res, quæ est Spiritus sanctus, scilicet significata nomine Spiritus sancti importat primò processionem, vt constitutiuam, secundò amorem, tertiò donabilitatem, quæ consequitur amorem, sicut filius importat primò filiationẽ secundò notitiam vt essentiale inclusum, tertiò manifestatiuũ, quod consequitur notitiam. In nomine autem verbi formaliter hæc significantur opposito ordine, quia primo manifestatiuum, secundò notitia, tertiò emanatio, sic in nomine doni, primò donabilitatem, secundò amorem, tertiò processionem.

Quartum. Dico quòd non dicit respectum donabilitatis ad creaturas ex sua proprietate personali, sed ex amore essentiali adiuncto proprietati personali, & ratio huius est quia nulla persona præcisè respicit nisi suum productiuum. Vnde donum vt persona præcisè non respicit nisi donatorem, ergo sicut verbum ratione notitiæ essentialis respicit creaturam vt manifestatiuum eius, sic donum personale ratione amoris essentialis incluși respicit creaturam intellectualem sub ratione donabilis.

Quintum. Vt soluantur argumenta Aureol. contra hanc determinationem quæ recitantur à Capreol. in 1. distinc. 18. q. 1. contra tertiam. Dico quòd à re diuina signata vno nomine ad eandem significatam alio nomine non valet consequentia: quia signata sub vno nomine minus includit, & sub alio magis. Et propterea hæc non valet, Res, quæ est Filius, signata nomine filij, non dicit respectum ad creaturam, ergo signata nomine filij, non dicit respectum ad creaturam, ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum nomine verbi, non dicit respectum ad creaturam : & ratio quod non valeat, est, quia Filius formaliter non dicit illam & notitiam, a qua habet, quod sit manifestatiuum creaturæ. Sic non valet hæc: Res, quæ est Spiritus sanctus, signata nomine spiritus sancti, non dicit respectum ad creaturam intellectualem : ergo signata nomine doni non dicit : & ratio huius est, quia ly, spiritus sanctus non dicit formaliter nisi proprietatem quæ est spiratio passiua, qua respicit præcisè spirantem, sed ly, donum vltra illam dicit amorem à quo trahit respectum donabilitatis ad creaturam.

Ex his patet, quòd argumenta Aureol. laborant in æquiuoco: credit enim Beat. Thom tenere quòd donum primò & formaliter dicat proprietatem constitutiuam Spiritus sancti, quod declarauimus esse falsum, ex consequenti non habet respectum donabilitatis ad creaturas ex proprietate personali, & hæc coacludunt omnia argumenta eius : ex hoc tamen non sequitur, quòd si non dicit respectum ad creaturam, ex sua proprietate personali, quòd etiam non dicat ex sua ratione formali; vt stat sub hoc nomine donum. Nam donum dicit formaliter aptitudinem donabilitatis & hoc habet vt diximus, ex amore, qui est radix omnis doni, & primum donum.

Aduerte etiam quòd argumenta eius tertium, quartum, quintum, nonum, peccant in hoc, quòd nescit distinguere de dono essentiali & personali: nam quando Spiritus S. donat seipsum, dicitur donū essentiale, quia non est à seipso, nec suipsius per originē, sed per identitatē, similiter quando Pater donat Filium nobis, est essentiale, quia Filius implicat originē, non tamen esse, quæ est per modum amotis, quæ est radix omnis doni, ideo non est necesse eius argumenta aliter soluere.

QVÆSTIO XXXIX.

ARTICVL. I.

Verum in diuinis essentia sit idem quod persona?

Stensum est enim supra quòd diuina simplicitas, vsque ibi *quam personam*. Aduerte quod consideratio huius identitatis non coincidit cum ea, quam fecit B. Thom. supra in q.3. artic.4. nam illic accipit suppositū & personā metaphysicè vt sumit Philosophus, scilicet suppositum dicit quod singulare completum in natura intellectuali indistinctū in se, & distinctum à quolibet alio principiis indiuiduātibus, vt hic homo, vel eius essentia, vt in separatis, quæ seipsis indiuiduantur, & quia Deus seipso distinctus est à quolibet alio, sic potest dici suppositum & persona metaphysicè. hic autem accipit suppositum, & personam pro constituto, & distincto relatione, quod negaret metaphysicus: & ideo potest formari duplex quæstum. Primum, An in Deo metaphysicè sint idem essentia & suppositum, & sic quæsitum fuit supra qō. 3. artī. 3. secundò. An theologicè sunt idem, & sic quæritur hic vt quoddam valdè difficile.

Relatio autem ad essentiam comparata non differt re sed ratione tãtum. Circa hanc propositionem cadunt duo dubia, primum est, si est verum quòd differant tantum ratione, & non ex natura rei, secundū si sunt idem realiter, quomodo stat q: relatio pluralificetur, & non essentia. Verum primum fuit discussum supra q.28. artī. 1. & argumentatum est contra Scotum ex Grego. & soluta fuerunt argumenta Scoti in Cap. 1. d.33. q.1. contra tertiam. & soluiones expositoris sunt solutione. Capr. secundum autem determinauimus illic per Herv. 1.d.33.q.1. artī. 4. & per B.Thom. 1.distin.33 q.1.artī.1. ideo circa huiusmodi dubia non est amplius hic immorandum.

In respōne ad secundum, *Inquantum essentia & persona* : Aduerte q: Capr. addocit plura argumenta Aureol. contra hanc respōnsionē, ex quib. Expositor recitat, & soluit tantum primū. vt autem defensio sit perfecta, volo soluere omnia

Pro respōnsione ad primum, Aduerte q: respōnsio, quā adducit Expositor hic, & reprobat, est prima respōnsio Capr & accipit affirmationem & negationē in actu exercito pro propositione affirmatiua & negatiua, quas constat fabricari per intellectum, & sic affirmatio & negatio non verificantur ante opus intellectus. Verum quia affirmatio & negatio possunt accipi pro fundamento vel significato talium propositionum, s. esse & non esse, & hæc non pendent ab intellectu, quoniā nullo intellectu consistante, homo est homo, & homo non est lapis, ideo aduertendum est, primam non sufficere, dedit aliam respōnsionem eam, quæ incipit ibi *Potest etiam sibi dari pro causa distinctio rationis* hæc est eadem cum ea, quam dat expositor, & approbat, & ideo non fuit laudabile Expositorē ita reprehendere Capreo. deinde incidere in eandem sententiam vltimatam cum Capreo.

Pro respōnsione ad secundum & quartum. Aduertē quòd Aureolus decipitur in hoc, quòd credit omnem rem conceptibilem pluribus rationibus posse dici compositam secundum rationem, quod non est verum, nisi de ea, in qua sunt plures rationes vt fundamenta suæ veritatis. Sic in Deo, in quo fundatur ratio essentiæ & ratio relationis, Vnde non cogimur dicere: Deum compositum re, nec ratione, sed esse multiplicem ratione fundamentaliter & non subiectiuè.

Pro respōnsione ad tertium, Aduertē quòd cum distinctio rationis virtualis, quæ est æquipollēs distinctioni actuali præcedat omnem actum intellectus, illa est sufficiens ad tollendam contra dictionem, vnde negāda est minor intellecta de distinctione æquipollente distinctioni actuali, qualis est distinctio virtualis vt nos intelligimus.

Pro respōnsione ad quintum & sextum, Aduertē, quòd decipitur non distinguens inter intellectum comprehensiuum Dei, & non comprehensiuum, qualis est intellectus creaturæ: nam respectu intellectus comprehentiui, argumenta concludunt, sicut enim essentia & personæ comparatæ essentiæ non ponunt innumerum, si per diuinum intellectum formatur tantum, vna adæquata ratio, non possunt esse plures, quæ ratio est diuinum verbum Sed respectu intellectus non comprehensiui, hæc consequentia non habet apparentiam: essentia & persona non ponunt in numerum, ergo ratio essentiæ & ratio personæ non ponunt innumerum, nam neutra ratio fomata ab intellectu non comprehensiuo adæquatur rei intellectæ.

Pro respōnsione ad sextum, Aduertē quòd decipitur: quia ignorat quid sit conceptum secundum, addere suprà primum, hoc enim non est aliquod trium modorum, quos ponit Aureol. sed est eandem rem aliter exprimi per vnum conceptum, & aliter per alterum puta exprimi absolutè, & exprimi relatiuè.

ARTICVL. II.

Verum sit dicendum quod tres personæ sunt vnius essentiæ?

CIrca articulum hunc non cadit difficultas dummodo ly, personæ, consideretur, vt habentes, & ly, *vnius essentiæ*, vt res habita, hic tamen aduertē pro totali resolutione, quòd Herv. primo d.34.q.2. ponit quatuor conclusiones.

Prima, conuenienter dicitur vna essentia est tium personarum, quoniā in hac est habitudo rei habitæ ad habentes, sicut est vera hæc, vna humanitas specifica est tium hominum.

Secunda conuenienter dicitur, tres personæ sunt vnius essentiæ, quoniam in hac est habitudo, e conuerso, scilicet habentium ad rem habitam.

Tertia, Non conuenienter dicitur, tres personæ sunt vnius Dei propter diuersum modum significandi essentiæ, & Dei, nam Deus, cum sit concretum, significat suppositum, & sic vt habens, non potest autem habere rationem habentis nisi vt possidentis vel Domini, vel producentis, quæ omnia sunt falsa in Deo, in quo non propriè seruatur possessio, nec dominium, nec auctoritas, nec productio super tres personas. Non enim Pater est productus.

Quarta, Non conuenienter dicitur tres personæ sunt essentiæ nisi addatur vnius, vel simplicis, quoniam genitiuus simpliciter dictus, non consueuit construi in habitudinem habiti, est determinandus per alium genitiuum, vt Sortes est vnius oculi, igitur si diceretur absolutè essentiæ, ly essentia haberet rationem habentis : si autem apponatur vnius essentiæ, sensus est tres personæ sunt indiuisæ in essentia habita, vel conueniunt in essentia.

ARTICVL. III.

Verum nomina essentialia prædicētur singulariter de tribus personis?

CIrca titulum scias quòd ly, *essentialia*, debent intelligi in concreto, & non in abstracto, clarum est enim q: tres personæ sunt vna deitas, & vna essentia, ex præcedentibus, non autem ita clarum est, quòd non possint dici plures substantiæ, vel subsistentes vel æterni.

Cuius ratio est, quia nomina subiectiua significant aliquid per modum substantiæ. Recordare quod in q.36. artic. quarto posuit differentiam inter pluralitatem substantiuorum & adiectiuorum, & dixit illa pluralificari ex pluralitate formæ, hæc autem ex pluralitate suppositorum, sed illic non assignauit rationem, hic autem assignat, igitur hæc ratio defensanda est. Nam quòd nomē substātiuum non pluralificetur, pluralificata forma, arguitur.

Primo

Primò quia stat eundem hominem habere plures artes, & tamen non dicerentur plures artifices.

Secundò, arguunt Aur. & Scot. vt recitat Capreo. 1.d.11.q 1. in principio argumentorum, Adiectiuum significat solam formam. Album enim putam qualitatem significat ita debet pluralificari ex forma sicut nomen substantiuum, & magis

Præterea est argumentum Scoti 1.q.11. Terminus numeralis ponit significatum suum, quæ est pluralitas consignificatorum sui terminabilis, sed significatum sui terminabilis, siue adiectiui, siue substantiui est forma, ergo ponit pluralitatem formæ tam in substantiuo quàm in adiectiuo, nec hoc impedit diuersus modus significandi, quoniam tam substantiuum quàm adiectiuum habent idem significatum.

Præterea non solum adiectiua, sed etiam verba, & participia plurificantur secundum suppositā, ergo ratio assignata non est efficax, nam conuenit alteri.

Ad primum sufficienter respicit Expositor, & stat in hoc, nomen substantiuum concretum, & nomen adiectiuum conueniunt in hoc, quòd vtrumque ad sui pluralitatem requirit distincta suppositā : differunt autem, quoniam substantiuum requirit distinctionem suppositorum, & distinctionem formæ, adiectiuo verò sufficit distinctio suppositorum : & ideo instantia de duplici arte in eodem homine nihil valet: cùm non sit in eo distinctio suppositorum.

Ad primum Aureo. dico, quòd licet adiectiuum significet solam formam, non tamen secundum se, sed connotando subiectum more accidentis : substantiuum autem significat formam secundum se, & quoniam adiectiuum significat formam alio modo significandi quàm substantiuum, ideo conuenienter dicitur multiplicari, non multiplicata forma.

Ad secundum, nego quòd primum significatum substantiui concreti, & adiectiui sit forma, imo suppositum verum: quia substantiua ex modo significandi sunt vt substantiua consequenter significant formam secundum se, & sic important vtrumque, adiectiuum autem, quoniam significat more accidentis, non significat formam secundum se, & propterea non est necesse ad pluralitatem adiectiuorum pluralificari formam. Et cum dicit, q: non obstat diuersus modus significandi, nego, quoniam ex diuerso modo significandi diuersificatur propositio secundum veritatem, & falsitatem, vt patet, cùm dicitur : Deitas generat, & Deus generat, nam licet sint idem, tamen prima est falsa, secunda vera, ex solo modo significandi.

Ad tertium dico, quòd cùm verba, & participia significent actum, & actus respiciat suppositā dicuntur in singulari, vel plurali, secundum existentiam suppositorum. Vnde si suppositum est vnum verbum, vel participium, dicuntur de eo in singulari, vt Plato scribit, vel est scribens: si autem suppositā sint plura, dicitur verbum, vel participium de eis in plurali, vt Sortes, & Plato scribunt, vel sunt scribentes. Vnde patet quòd regula B. Thom. est sufficiens, quia non solum verificatur pro adiectiuis, sed etiam pro verbo, & participio.

ARTICVL. IIII.

Verum hæc sit vera, Deus generat Deum?

CIrca hunc articulum patiūr difficultatem tres propositiones positæ in articulo, contra quas arguit Aureolus, vt patet in Capreol. prima distinctione quarta quæstio. prima 3.

Prima, *Hoc nomen Deus ex modo significandi habet vt propriè possit, supponere pro persona.* Contra hanc ficarguit Aureolus, Deus semper supponit pro habente Deitatem, sed habens deitatem est suppositum: ergo semper supponit pro supposito, & non aliquando pro essentia.

Præterea dicit B.Tho in artī. *Deus* ex modo significandi habet quòd propriè possit supponere pro persona, sicut homo: sed semper retinet eundem modum significandi, scilicet vt habens deitatem, ergo semper supponit pro persona.

Ad hæc est duplex respōnsio, prima est Capreol. qui dicit Aureol. non intelligere sensum B. Tho. credit enim quòd B. Tho. teneat Deum supponere aliquando pro essentia, idest, deitate in abstracto, aliquando pro persona.

Sed hæc non est mens eius, sic enim argumentum concluderet, quòd ly *Deus* semper supponit pro habere deitatē, & non pro deitate habita: sed B. Thom. intendit quòd aliquando pro essentia in concreto, quod designatur per ly, *Deus*, & hoc respectu prædicati conuenientis Deo, etiam per impossibile remotis personis : sicut hic Deus creat aliquando pro persona, idest pro subsistente in natura diuina, & hoc præcipue respectu prædicati non conuenientis Deo nisi ratione suppositorum vt Deus generat, vel spirat. Aureol. autem credit B. Thom. intendere quòd aliquando supponat pro essentia in abstracto: quod non est verum, ideo argumentum non concludit.

Secunda respōnsio est Expositoris, quæ stat in hoc, sub Deo datur duplex singulare, scilicet hic Deus, & sub ly, *Deus* datur Pater & Filius, & Spiritus sanctus, & hoc tantum reperitur in Deo : quoniam in eo solo, in vna essentia inueniuntur distincta suppositā, ergo ly, *Deus* aliquando supponit pro hoc Deo præcisè, & non pro Patre aut Filio, & tunc dicitur supponere pro essentia in concreto, vt Deus creat aliquando supponit pro hoc suppositō contento sub ly, hic Deus, vt Deus generat, & ad argumentum Aureol. negat minorem, quoniam stat quòd supponat præcisè pro hoc Deo, qui vt sic abstrahit à suppositis. Et scias quòd Expositor non approbat dictum Capreol. qui tenet, quòd Deus nunquam supponat pro essentia, quin etiam pro persona distincte, vel indistinctè. Dicit enim expositor, quod formatur aliqua propositio, in qua ly, *Deus* non potest supponere pro persona, neque distincte, neque indistinctè, sed pro habeute deitatem sicut in ista, Deus creat : nam remotis personis, per impossibile, adhuc est vera, & ista Deus & Pater, & Filius & Spiritus sanctus, ly, Deus stat pro natura communi in concreto, & in ista, Deus non generat ly, Deus, stat pro habente deitatem : ideo Beat. Tho negat eam: si enim ly, Deus staret pro persona, esset propositio indefinita, & sic esset vera: quoniam aliqua persona non generat. Potes tamen saluare Capre. & dicere quòd primariò quidem, vel consequenter supponit pro persona, etiam quando stat pro essentia in concreto : nam hæc consequentia valet gratia materiæ: Deus creat, ergo Pater, & Filius creat, quoniam opus ad extra est commune tribus.

Secunda propositio, quandoque ergo hoc nomen Deus supponit pro essentia, vt Deus creat. Contra hanc arguit Aureol. actio est suppositi & non naturæ, nisi vt principij quo creatio est actio, ergo ly. Deus stat pro supposito & non pro essentia.

Capreo. & Expositor respondent conformiter, & stat in hoc: deceptus fuit Aureol. in ly essentia: credit enim quòd sumatur à B. Thom in abstracto, & tamen sumitur in concreto. pro habente deitatem, & ad argumentum cōcedo, q: creatio est actio in bono sensu, & est suppositi metaphysici, q: est hic Deus, sed non suppositi theologici, nisi concomitanter. Tertia propositio vel tres, vt cum dicitur Regi seculorum. Contra arguit Aureol. hoc repugnat secundæ propositioni, ergo sibi contradicit. Probatur antecedens, quia illi debetur honor, qui regit, & creat, sed in hac, *Deus creat* ly Deus secundum te supponit pro essentia, ergo & in hac *solis Deo*

Ad hoc dicit Capreol. & expositor q: in vtraque ly, Deus stat pro habente deitatem & consequenter pro tribus personis. sed quòd in ista *Soli Deo honor &c.* B. Thom. dicat ly, Deo supponere pro tribus personis, fecit propter argumentum, quod vt dixi B. Tho. puta in quæst. 31. artī. 3. ad secundum exposuit hanc exclusiuam pro tota Trinitate. Quod autem dixit in hac, Deus creat, stare pro essentia, ideo dixit, non quia consequenter non stet pro tribus personis : sed quia potest stare præcisè pro habente deitatem & non pro aliquo supposito vt sibi, Deus non generat.

In respōnsione ad tertium, sunt tres propositiones dubiæ.

Prima Aliter se habet hoc nomen Deus ad supponendum pro persona, & hoc nomen homo: nam dicit Expositor quòd hæc differentia, vel est ratione personæ determinatè, vel indeterminatè, & arguit quòd neutro modo, videtur Deinde respondens dicit, quòd est ratione personæ indeterminatè, quia ly Deus secundum se reddit propositionem definitam.

Sed hæc respōnsio non videtur tangere intentum B. Tho. non enim comparat Deum ad hominem in sumendo pro persona determinate, vel indeterminate. Sed quæritur vnde est, q: hō simpliciter sumptus semper stat pro persona indeterminatè, & numquam pro natura cōmuni sumpta in concreto, nisi ratione adiuncti, vt in hac, homo est species. Deus autem simpliciter sumptus, semper supponit pro natura in concreto, nunquam autem pro persona siue determinate, siue indeterminate, nisi ratione termini personalis, vt *Deus* generat. Vnde dicendum est, quòd huiusmodi differentia sumitur ex parte veritatis, & pluralitatis naturæ, eo, quòd essentia diuina stat pemitus indistincta, humanitas autem patitur partitione suppositorum, & propterea stat ly Deus ex sua natura pro essentia concretiue, & ly homo pro suppositis.

Secunda propositio, *Vnde per se supponit pro natura communi.* Aduerte pro in hac propositione videtur B. Thom. coincidere cum opinione reprobata in articulo cùm dixit. *Quidam dixerunt quòd hoc nomen Deus propriè & secundum naturam supponit pro essentia*, Expositor dicit, quòd in articulo loquitur de po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentia suppositali, qua potest esse pro essentia in concreto: in responsione autem ad tertium loquitur de actuali suppositione, ideo non sibi contrarius est. Sed quoniam B. Thom. simpliciter reprobauit illam opinionem, melius est dicere, quòd non coincidit, ex eo quod illa opinio tenebat, Deum secundum se supponere pro natura in abstracto; & sic reprobauit eam B. Thom. In responsione ad tertium tenet quòd secundum se supponit pro natura in concreto, quod negabat illa opinio, sic non coincidit.

Tertia Propositio. *Vnde datur intelligi, quod generatio repugnet diuinæ naturæ.* Sed contra hanc arguit Aureol. & Durand. & Grego. Aureo. quinque mediis, sed primum non habet apparentiam, vt videbis, credit enim, quòd in hac, *Deus non generat*, ly Deus ster pro essentia, in abstracto quod sæpè diximus esse falsum.

Pro responsione ad secundum sequere Expositorem, cuius responsio stat in hoc, quod licet affirmatio & negatio reducantur ad idem genus rei, non tamen ad idem genus principij cognoscendi.

Pro responsione ad tertium sequere Expositorem & dic, q̃ in ista, *Omnis Deus generat*, ly, Deus non stat pro suppositis relatiuis, sed pro suppositis metaphysicis, quæ sunt hic Deus & hic Deus &c. & sic sunt contradictoriæ, & hæc est vera, *hic Deus generat*, & hæc est falsa. *Deus non generat.*

Pro responsione ad quartum dic vt Capreo. quòd ista *Deus non generat*, æquipollet vniuersali negatiuæ, scilicet nihil existens Deus generat & ideo nego quòd sit indefinita.

Pro responsione ad quintum sequere secundam responsionem Capreo. ibi *potest etiam aliter dici*, & Aduerte quòd Expositor in fine suæ expositionis eodem modo respondet. Hæc præ dicta argumenta sunt in Capreo. d. 4. q. 1 ibi, *sed restat ad hæc dubium*, & scias quòd Capreo non adducit eorum argumenta, sed benè expositor: & tu responde, vt ipse, quia illic clarus est. Aduerte, quòd omnes peccant in hoc, quòd credunt hanc esse indefinitam. *Deus non generat*, cùm tamen dicamus nos quòd æquipollet vniuersali negatiuæ sicut ista, *homo non viuit*, vel *homo non est lapis*. æquipollet enim isti, *nihil, quod est homo, viuit*, vel *nihil quod est homo, est lapis*.

ARTIC. V.

Vtrum hæc sit vera, essentia generat essentiam?

Circa hunc articulum aduerte primo pro titulo quòd ibi non requiritur. Vtrum generatio conueniat essentiæ, vt principio quo, vel vt termino formali, de hoc enim quæretur infra, cùm loquemur de potentia generandi sed vt principio quòd, ita quod hæc sit vera, *Essentia generat*, sicut ista, *Pater generat.*

Pro defensione pono duas conclusiones, Prima Essentia nec generat, nec generatur, hanc probat Gregor. nil enim scipsum producit, sed inter essentiam & ipsammet essentiã nulla est genitus distinctio, nec absoluta, nec relatiua.

Secunda conclusio, Essentia, diuina nec per se, nec per accidens generatur. Hanc tenet B. Tho. hic in responsione ad secundum & probatur sic. Quod non per se, quia generatio per se est suppositi: quia est id, quod est, & in creatis. vnde in proœmio Metaphysicæ non generatur hõ, nisi quia generatur hic hõ. Quòd non per accidens, patet, quia quæ per accidens generantur, sunt distincta in distinctis suppositis: ex eodem enim quòd hoc suppositum, puta Sortes incipit esse, ex consequenti eius humanitas incipit esse, sed in Deo eadem penitus est essentia in tribus, ergo nec per se, nec per accidens essentia sumpta in abstracto generat.

In responsione ad primum: Aduerte quòd Gregorius formatidem argumentum in 2. distinct. quæst. 1. & est octauum argumentum, & respondet conformiter, sicut hic B. Thom. & defendit magistrum contra Richardum: vide eum. Et ter ut scias, quòd Capreol. in 1. distin. 5 quæst. 1. contra tertiam adducit super idem quartum quintum & sextum argumentum & respondet præcise vt Gregor. vide.

In responsione ad secundum. *Et ideo natura diuina in filio non generatur neque per se neque per accidens.* Aduerte, quòd vt Capr. adducit in 1. distinct. quæst. 1. contra tertiam Aureol. contra hanc arguit duodecim mediis.

Primum quidem est illud, quod formatur hic Bea. Thom. in tertio loco, & ego respondebo, cùm declarabo solutionem B. Thom hic ad tertium.

Secundum est tale, generatio realis est à re reali ad rem realem, sed in Patre &c. Ad hoc quod in Patre est res, quæ est suppositum, & res, quæ est essentia non quidem distinctæ realiter, sed ratione ex parte rei, similiter est in Filio: generatio quidem est re, vt suppositum est & ad rem vt suppositum non vt essentia in abstracto. Vnde argumentum æquinocat de reali.

Tertium licet eadem persona non possit esse generans, & genita: eadem tamen essentia potest esse genetans, & genita: alioquin Pater & Filius non essent idem essentialiter, et gotsentia Patris est generans, & Filij genita.

Ad hoc nego antecedens, & cum probatur: quoniam aliter Pater, & Filius non essent idem essentialiter, nego hanc consequentiam: stat enim quòd Pater sit idem essentialiter cum Filio in quantum sunt duæ personæ vnius & indistinctæ essentiæ: & tamen quòd essentia non generet, nec generetur, quia generatio est à suppósito ad suppositum.

Quartum quintum sextum, petunt idem, probant enim q̃ de mente Doctorum hæc est concedenda. *Essentia filij est genita*, & per magistrum, & per Richardum, ergo non est tutum negare eam simpliciter.

Ad hoc respondemus, vt B. Thom. hic ad primum & ad Richardum dic, quod authoritas Magistri, præponitur Richardo, & quòd fuit confirmata per illam decretalem, de summa Trinitate, & fide catholica.

Septimum omnis Filius est genitus, essentia est Filius, ergo essentia est genita.

Octauum petit idem.

Ad hæc dicit Capræol. secundum B. Thom. quòd in vtroque cõmittitur fallacia, quia mutatur modus prædicandi: nam in septimo argumento maior est de modo prædicandi per se formaliter in minore autem per accidens, hæc enim est per accidens formaliter *Essentia est filius*, licet per se idẽtice & ideo Capreol. ibi assignat fallaciam figuræ dictionis, & accidentis.

Sed contra hanc responsionem arguit Grego. vt Capreol. recitat: sed aduerte quod Gregor. non attingit mentem nostram, nos enim non dicimus, q̃ ex quocunque modo diuerso prædicandi fiat fallacia, sed solum, quando transitur à modo vnius prædicari ad modum alterius: vt cum mutatur quid in aliquid, vel è conuerso, sic est ibi: nam maior est de modo prædicandi ad aliquid: minor vero de modo prædicandi quid, idest de modo absoluto, essentia enim est filius identicè, & non relatiuè, nec enim dicimus, quòd ex quocunque modo prædicandi per se, & per accidens fiat fallacia accidentis, sed solum quando duo sunt idem identicè, & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur vni, vt distinguitur ab altero: illud met prædicatum attribuitur alteri, ac si non distingueretur ab eo: sic est in proposito, vt patet. Quando autem sunt duo, identicè, & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur vni, vt non distinguitur ab altero, tunc non est fallacia accidentis vt patet hic: Omne animal ergo omnis homo est albus: nam ly, album indistinctè convenit animali & homini, sed ly generare non indistinctè convenit patri, & essentiæ, imo vt distinguitur ratione ex parte rei.

Nonum essentia est filius genitus, ergo est genita. Tenet consequentia à coniunctis ad diuisa sine termino distahente.

Ad hoc dico, quòd illa conditio sine termino distahente non sufficit, sed est necesse quòd adiectiuum absolute prædicetur de subiecto etiam remoto determinatiuo, puta altera parte disiuncti, vt hic: Sortes est homo albus, ergo est albus: valet, quia hæc est vera simpliciter, *Sortes est albus*, etiamsi per impossibile poneretur, quod non esset homo, hæc autem non valet remoto Filio, *essentia est genita*, nam Filius est præcisa ratio, quod genitum conueniat essentiæ, & ratio remoto filio non est vera.

Decimum. Nascens est essentia, ergo essentia est nascens per conuersionem. Ad hoc ista conuertio non est bona, quia nascens in antecedente stat substantiuè in secunda adiectiuè, sed dicatur sic, ergo essentia est aliquod nascens, & est vera identicè, sumendo ly aliquod nascens, pro supposito.

Vndecimum & duodecimũ pertranseo: parent enim ex precedentibus.

In responsione ad tertium aduerte, quod hoc idem argumentum in substantia recitat Capreol. vbi supra, & est primum Aureol. & respondens dicit ad tollendam contradictionem, sufficere distinctionem rationis non qualemcunque, sed quæ fundatur in distinctione reali, hoc sic intellige quæ fundatur in aliquo æquipollenti distinctioni reali, talis quidem est divina essentia, quæ realiter est communis pluribus suppositis, vt essentia & reali ex eis propria, vt suppositum: Dixi autem æquipollenti, quoniam non est necesse huiusmodi esse distincta realiter: licet in creaturis id inueniatur, in quibus tamen est distinctio æquipollens, aliquando sufficit vt pater in puncto, quod verè dicitur principium, & non principium, quia æquipollet duobus, quorum vnum est tantum principium, & alterum tantum finis.

In responsione ad quintum, Aduerte duo, quod ferre suppositum est constituere ipsum: & non supponere constitutum, & hoc faciunt substantiua: nam Sortes constituitur sortitate, & Pater in Deo paternitate. Adiectiua autem non constituunt, sed constitutum supponunt, & ideo non dicuntur ferre suum suppositum, sed suum significatum ponunt circa suppositum constitutum. Significant enim modo accidentis, quod accidens supponit subiectum vt ly: generans supponit constitutum suppositum, propterea non verificatur de essentia vt sic.

Secundo, Aduerte quòd hæc propositio est falsa, *Essentia est generans*, sumendo eam in abstracto nam sumpta in concreto esset vera iuxta doctrinam precedentis articuli, nam verum est quod habens deitatem generat, ideo hæc fuit concessa, *Deus generat* Sed B. Thom. in præsenti articulo intendit de essentia in abstracto gratiæ &c.

ARTICVL. VI.

Vtrum personæ possint prædicari de nominibus essentialibus?

In responsione ad primum, hoc nomen Deus, per se habet, quòd stat pro essentia. Contra: Hoc videtur contradicere quarto articulo huius quæstion. dixit enim quod supponit pro habente deitatem, ergo non pro essentia. & tu respondes, quòd hic per ly, essentia, non intendit essentiam in abstracto, sed in concreto, quæ exponitur per ly, *hic Deus*, vnde hæc propositio Deus est Trinitas, æquipollet huic, hic Deus in se continet tria suppósita, & non potest verificari in creatis, in quibus partitur natura ex pluralitate suppositorum.

In responsione ad secundum. *Vnde sicut per se: Pater, est Deus, ita ista, Deus est Pater, & nullo modo per accidens.* Contra: ergo in hoc argumento Deus est Pater, Filius est Deus, ergo Filius est peter, non committitur fallacia accidentis, probatur consequentia, quoniam minor est Per se, vt patet, & maior est per se, vt dicit hic B. Thom &c.

Ad hoc dico, cum B. Thom. dicit q̃ ista hæc est per se Deus est Pater, sicut ista patet est Deus, ly per se non sumitur formaliter, sed identicè, ita quod fit comparatio in perfeitate identica tantum, & non in formali: nam hæc, Pater est Deus, est per se & formaliter, & identicè: hæc autem Deus est Pater, est per se tantum identicè: & quando dicit B Thom quod nullo modo est per accidens, sumit ly, *nullo modo*, in tali genere perfeitatis identicè, & non valet.

Ad argumentum ergo dico, quod est fallacia, quoniam maior non est per se nec identicè, minor autem identicè, & formaliter, si autem deberet vitari fallacia, debet maior esse per se formaliter.

Articulus septimus & octauus non patiuntur difficultatem,

QVÆSTIO XL.

ARTICVL. I.

Vtrum relatio sit idem, quod persona?



VIDAM enim dixerunt, proprietates non esse personas. Aduerte quòd hæc opinio est Gilberti, quæ & tacta fuit in quæst. 38. articul. primo. Sed circa eius recitationem in hoc articulo dubitat Expositor: dicit enim quod in quæstio. 19. articulo primo attribuitur Gilberto, quod reuerit proprietates esse personas, hic autem attribuitur sibi oppositum, vt patet in litera D. Thom. ergo B. Tho. non fideliter adduxit opinionem Gilberti.

Ad hoc respondet Expositor quod hic non recitat opinionem Gilberti, sed potius adducit id, quod sequitur ex opinione eius: sequitur enim quod ly, relationes sunt assistentes, quia non sint essentia, & per consequens non sint personæ, supra vero tantum recitauit.

Sed tu dic, quod non constat ex quæst. 19 artic. 1. Gilbertum tenuisse relationes earum assistentes Sed hoc non ita clarum est in prædicto attic Ideo dubium Expositoris est insufficienter fundatum.

Hanc ergo identitatem alij considerantes. Aduerte quod hæc opinio est Præpositiui, quam retigimus supra in quæst. 32. artic. 1. qui negabat tales proprietates, quas diximus notiones, & volebat exponi abstractum pro concreto, Sed contra ipsum arguit B. Thom in illomet articulo, & illic rationes B. Tho. defensauimus contra Greg. vide tu.

Oportet dicere proprietates esse in personis. Contra hanc propositionem arguitur, quoniam ly, *in*, vel tenetur transitiue, vel intransitiue, si primum, ergo cedit opinio Præpositiui, qui dicebat, ideo proprietates esse in personis, quia sunt ipsæ personæ. Si secundum, ergo nihil est transitiuè in alio, nisi sit distinctum ab eo, sed proprietates non distinguuntur à personis, ergo non sunt in personis.

Ad hoc scias primum quod Gregor. in primo, distin. 27. & 28. quæst. 1. fundauit totam phantasiam suam super hanc rationem. Vnde tenet, quod ly, *in*, stat intransitiuè: sed B. Thom. & Scotus tenent, quod stat transitiuè, eo quod proprietas est in persona sicut forma in supposito transitiue, & secundum rem: in Deo autem est transitiue, secundum rationem tantum, quoniam proprietates significantur vt quo, & suppositum vt quod, & licet intransitiuè secundum rem, & secundum rationem requiratur distinctio realis, tamen intransitiuè secundum rationem sufficit distinctio rationis: & propter hoc deceptus est Gregor. qui credebat talem transitionem repugnare diuinæ simplicitati.

Ad argumentum ergo dico, quod qualis est constructio trãsitiua, talis est distinctio, & quia inter proprietatem, & personam est conitructio transitiua solum secundum rationem, sufficit distinctio rationis ex parte rei. De imaginatione Gregorij plenius videbimus articulo sequenti.

ARTICVL. II.

Vtrum personæ distinguantur relationibus?

Circa hunc articulum primo examinabimus propositiones eius, secundò defensabimus determinationem B. Thom. contra Gregor. & Scotum, & Aureol.

Quantum ad primum, propositio examinanda est hæc. *Innominuntur autem in diuinis personis duo*, vsque ibi, *vt paternitas.* Circa propositionem dubitatur, n præter originem, & proprietatem quæ sunt relatiua, potest teneri, quod distinguantur aliquibus absolutis.

Aduerte igitur, quod Scotus in prima distin. 26. quæstio. 1. pertractans tertiam opinionem, licet non teneat determinatè, dicit tamen, quod non videtur repugnare fideiti sic tenere tut: primo quia scriptura non dicit oppositum, dato enim quod nominet personas semper nominibus, relatiuis tamen non negat quin possint nominari terminis absolutis. Si dicas, cur ergo Saluator noster non reuelauit illos terminos? Respondet Scotus, quia forte essent nobis incomprehensibiles: fundat autem se super dictum Salomonis prouer. 30 quod nomen eius, & quod nomen filij eius, &c.

Constat ergo quod filio conuenit aliud nomen, aliter vane quæreret Salomon, quod sit nomen filij eius.

Fundamentum; quod accipit a Bonauentura est hoc secundum ipsum: Persona dixit essentiam & subsistantiam, ergo persona est quid absolutum, quia essentia, & subsistantia est quid absolutum. Sed hæc facile soluuntur, & ad dictum Salomonis, dicimus quod non inconuenit filio conuenire aliud nomen à patri- quod nos nescimus, sicut Deo conuenit nomen ineffabile à priori, & tamen quod illud nomen filij sit etiam relatiuũ. Vnde hæc consequẽtia non valet, secũdum Salomonem conuenit aliud nomen, ergo illud absolutum est, ergo constituitur absoluto. *Locus pro 30 exponitur.*

Quantum vero ad dictum Bonauenturæ respondetur q̃ intendit personam dicere essentiam vt suum materiale, in quo fundatur, ad subsistantiam, id est, hypostasim, quæ quidem est relatio subsistentis, vt suum formale significatum: nego autem vtrumque esse absolutum, eum ly subsistantia, id est, hypostasis sit relatio.

Origo, & relatio quæ quidem quamuis non differant. Aduerte q̃ licet B Thom. in hoc articulo, concludat quod relatio & non otigo constituat, tamen non peruenit ad vltimam determinationem, quam facit in articulo quarto, non enim est verum, quod relatio, vt relatio constituas, imo constituntum supponit vt relatio: sed relatio vt proprietas, id est, vt se habet sicut forma in diuidualis, hic auem B. Tho. loquitur indistinctè de relatione, quoniam sufficit vt concludat conuententiu constituti personas per relationem quam per originem.

Differunt tamen secundum modum significandi. Aduerte q̃ hic modus distinctus ngnificandi non est grammaticalis, puta abstractũ concretum, quo & quod, nam tam origo quam relatio nomine abstracto significatur, sed & metaphysicalis quia habent distinctam rationem formalem, nam origo significatur vt egrediens, & via: relatio verò, vt forma intrinseca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Relatio vero per modum formæ. Aduerte quod relatio significat per modum formæ, non tamen denominanter, sic enim vt origo denominatur; originans, sed per modum formæ insistentis realiter in eo cuius est forma, quoniam relatio licet quo ad formale sit ad alterum, tamen vt res, est in altero, entitas enim paternitatis est in patre, entitas autem originis est via in aliud ab alio.

Si autem relationes, vel proprietates constituunt. Contra si constituunt, inquantum sunt persona, ergo omne, quod est persona constituit, sed tam origo quam essentia sunt persona, ergo & origo, & essentia constituunt personam, quod est falsum, & contra B. Thom.

Ad hoc dico, quod B. Thom. non intendit ex hoc solo inferre quòd constituant in quantum sunt persona, sed simul cum aliis conditionibus requisitis ad constitutiuum. Quæ sunt duæ: primò quod sit proprium, & ideo essentia non constituit, secundò quod significetur vt intrinsecum, & non vt egrediens, & ideo origo non constituit.

Aduerte, quod *in ratione prima assumit illam propositionem, necesse est intelligi eorum distinctionem fieri per aliquod intrinsecum.* & ex illa adducit Expositor quod distinctiuum Sortis, & Platonis non est quantitas, quasi non sit de intrinseca ratione eorum, sed vt diximus supra contra eum, licet pro distinctione metaphysicali quantitas non sit intrinseca illis: distinguuntur enim entitate suis formis, à quibus habent esse, & per consequens diuersa esse, tamen pro distinctione quantitatiua est quantitas de ratione intrinseca eorum, non enim distinguuntur numeraliter quantitatiuè, nisi quantitate.

Aduerte in secunda ratione illa propositio, *Sed oportet quod ipsa distinguentia*, habet intelligi non de vniuersaliter distinctiuo, aliter communis spiratio constitueret Patrem, & Filium, cùm distinguar ipsos à Spiritu sancto, sed de distinctiuo non præuento à priori constitutiuo: vnde concedo, quod nisi communis spiratio præueniretur à paternitate & filiatione, constitueret Patrem & Filium, qui tamen constituerentur vt vnum suppositum, cùm non haberent in casu dato oppositionem relatiuam adinuicem.

In responsione ad primum. Aduerte quod responsio stat in hoc, personæ diuinæ dupliciter considerantur, primò secundum se, & sic non aliquo addito sed seipsis distinguuntur nobis significate modo suppositi, & vt distinguuntur in modo significandi à natura diuina abstractè sumpta, & sic dico, quod secundum rationem, licet non secundum rem distinguuntur, & constituuntur, relationibus.

In responsione ad tertium, Aduerte quod Beatus Thom. intendit concedere distinctionem relatiuam esse primam in ordine entium, quia inuenitur in primo ente siue, imperfectione aliqua, in quo non inueniuntur aliæ oppositiones, eo, quòd includunt imperfectionem, vt diximus suprà, Non tamen intendit concedere esse primam in ordine distinctionum: quoniam in hoc ordine, illa est prima quæ est maxima & illa est maxima quæ ponit maximam distinctionem inter extrema, quæ maxima distinctio, non est in suppositis diuinis, imo minima, & in in ordine distinctionum hæc distinctio est minima.

In responsione ad quartum, Aduerte quòd stat in hoc, negatur quòd ly, *aliud* importet aliquid prius distinctum sed dico, quòd importat suum correlatiuum simul tamen natura: necesse necesse omne diffiniens esse prius suo diffinito, nisi in abstractis: in relatiuis autem sufficit simultas naturæ, cùm sint de mutuo intellectu, benè tamen requiritur quòd diffiniens nunquam sit posterius suo diffinito.

Quantum ad secundum principale ponetur defensio contra Gregor. 2. contra Scotum tertio contra Aureolum.

Quantum ad Gregor. faciam tria, primò ponam mentem eius, secundò mentem Bea. Tho. tertiò eius rationes soluam.

Circa mentem Grego. Aduerte quòd ipse in 1. distinct. 26. & 27. quæstio. 1. artic. 2. in prima conclusione tenet, quòd considerata omnimoda simplicitate diuinæ personæ, esset tenendum, quòd constituuntur & distinguuntur seipsis precisè, & non aliquo sui, dubitans ne, ly, aliquo sui, repugnet tantæ simplicitati: nam ly, aliquo vel aliquid sui, præcisè sumptum vel est ipsa persona, vel non, sed aliquid personæ. Non Primum: quia idem non potest esse constitutiuum, & constitutum alioquin idem esset prius & posterius: & causa & causatum: propterea concludit, quòd si apud Doctores inueniatur, quod Pater, constituitur paternitate: non est sumenda ly, paternitas pro relatione formaliter, sed vt æquipollet huic complexo, quia genuit filium: non secundum, quia persona diuina non esset simplicissima.

Circa mentem B. Thom. Aduerte, vt notat Capreol. in d. 26. quæstio. 1. articul. 4. Grego. contra primam, diuina relatio, non constituit personam, vt pars integralis, nec essentialis, vt formas partis, nec vt differentia individualis fluens à forma partis, sed vt forma totius constituit suppositum & dicitur constitutio formalis: quia suppositum dicitur ab illa formaliter tale, & tunc dico, quòd primus & secundus & tertius modus repugnant simplicitati, quia constituens non dicit totum, sed quartus modus non repugnat, quia constituens dicit totum, quia est sicut forma totius, distinguitur autem à constituto in modo significandi, sumptum enim abstractè habet rationem quo, & concretum habet rationem quod, & per consequens constituti.

Quantum ad argumenta eius, quæ recitantur à Capreol. vbi suprà, & sunt quatuor, non est respondendum aliter, quia concludunt in 1. 2. & 3. sensu, qui non sunt sensus B. Thom. nec alicuius Catholici, non autem concludunt in quarto in quo præcisè est mens B. Thom.

Similiter aduerte quòd Aureol. argumenta adducta à Capr. ibidem statim post solutionem argumentorum Gregor. non sunt soluenda nisi in 4. artic. huius quæst. ibi enim declarabitur, quòd relatio vt relatio præcisè non constituit, sed vt relatio diuina, est forma incommunicabilis in se continens virtualiter vicem omnium principiorum individualium, vt dicemus in illo articulo.

Quantum ad mentem Scoti. Aduerte, quòd tenet non repugnare, quin in Deo sit aliquod suppositum absolutum, & per consequens non constitutum relatione, & eius fundamentum est, quia per se subsistere dicit perfectionem, ergo non est negandum à diuina natura quod ex seipsa subsistat. Præterea intellectus naturaliter cognouit Deum esse indistinctum in se, & distinctum à quolibet alio seipso, vt attingit metaphysicus, ergo remota relatione ab intellectu, adhuc est suppositum in Deo absolutum, Sed Scotus laborat in æquiuoco, loquitur enim de suppositio metaphysico, de quo B. Thom. loquutus est suprà in quæst. 3. artic. 3. hic autem loquitur de supposito theologico, quæ quidem suppositа distinguuntur suis rationibus formalibus: nam metaphysicum dicit duo, scilicet subsistens & distinctum seipso, vel aliquo sui absoluto à quolibet supposito altero, & hoc modo hic Deus est suppositum, & hic homo. Theologicum etiam dicit duo, subsistens, & distinctum à quolibet supposito in eadem natura numerali, in qua repetibilia sunt plura suppositа, sed hæc distinctio non est nisi per relationes: quoniam cùm distinctione per abstracta, non stat vnitas essentiæ.

Argumenta vero eius non oportet soluere, quoniam cõcludunt de supposito metaphysicali, de quo hic non loquimur.

Quantum ad mentem Aureol. Aduerte, quòd recitat Capreol. vbi suprà contra secundam, dicit duo contra B. Tho. hic primum est. Quòd relationes non constituunt, secundum est quòd origines possunt constituere, & solgit rationem Beat. Thom. positam in articul. qua dicit, quòd origo non constituit, quia significatur vt egrediens, & via.

Primum quidem dicit credens relationem subsequi personam, & ipsam productionem, quia fundatur super eam, nec acceptat illam distinctionem de relatione vt relatio, & vt constitutiua, quoniam vt constitutiua, vel est quid absolutum vel relatio, non primum, quia persona constitueretur aliquo absoluto, ergo est relatio, ergo vt relatio, constituit per te, sed vt relatio subsequitur personam, ergo non constituit.

Ad hoc respondet Capreol. sustinens distinctionem datam. Ad improbationem dicit quòd secundum rem est res relatiua, sed vt concipitur relatiuè, id est ad aliud constituit personam in esse relatiuo, facit enim quòd Pater dicatur ad Filium: vt autem concipitur modo abstracto, idest vt forma in communicabilis constituit personam in esse hypostatico.

Ad argumentum ergo conceditur, quod constituitur est res relatiua, sed vt constituit non concipitur relatiua sed vt res absoluta, vel modo absoluti. Hæc responsio quantum valeat examinabitur, articulo quarto huius quæst. Nam expositor non acceptat eam, ego tamen substinebo, & defensabo Capreol. Secundum autem, quod origines possint constituere, & quod tamen ratio B. Thom. non valeat, sic declarat Aureo. Productiones elicitæ non possunt constituere terminum, quia sunt via ad illum: sed productiones non elicitæ non habent has conditiones, Non enim egrediuntur, nec sunt via vt patet, imo sunt intrinsecæ ipsi producenti, & termino producto, ergo secũdum modum nostrum intelligendi possunt concipi vt intrinseca constituentia, & magis proprie quam relatio, quæ consequitur ad eas.

Ad hoc respondit Capreol. & responsio stat in hoc, nos non quærimus de distinctiuo, & constitutiuo personæ secundum se, quia cùm sit simplicissima seipsa distinguitur, & constituitur, sed de distinctiuo secundum quod persona præsentatur nostro intellectui, & quia productiones diuinas non concipimus secundum se, sed more productionum in creatis, ideo licet non sint elicitæ, nec egredientes, tamen non concipiuntur à nobis nisi more elicitæ, & egredientis, & quia sub hac ratione non sunt conceptæ, vt intrinsecæ, ideo non possunt esse principium constitutiuum.

Ad argumentum ergo dicitur, quod non sufficit quòd non sint elicitæ, sed etiam quod concipiantur vt non elicitæ: & ideo hæc eius consequentia non valet. Productiones diuinæ non sunt elicitæ, ergo non possunt concipi, vt principia constitutiua, hæc inquam non valet, quoniam etsi non sint elicitæ, tamen non concipiuntur, nisi more elicitæ, & per consequẽs habent modum extrinseci, & sic non possunt cõstituere.

ARTICVL. III.

Vtrum abstractis relationibus remaneant personæ?

Abstractio quæ per intellectum fit duplex est.

Duplex fit abstractio per intellectum. Circa duplicem abstractionem aduerte, quod prima est, qua abstrahitur totum vniuersale à partibus subiectiuis, non enim ponit eas, nisi determinetur per differentias suas, vt animal non ponit hominem nisi determinetur per rationale. Secunda est, qua abstrahitur forma à materia præcipuè apud metaphysicum secundum cuius abstractionem formæ mathematicæ, id est, figura, linea, &c. abstrahuntur ab omni materia sensuali, non secundum rem, sed secundum rationem. Differentia inter eas est hęc, iuxta primam abstractionem, abstractum, id est, totum vniuersale permanet, sed non remanet pars subiectiua, remota differentia, qua determinatur totum vniuersale ad ipsam partem. Iuxta secundam vtrunque remanet, quoniam accidit illi formæ, vt apprehenditur ab intellectu esse in materia sensibili, sed non accidit homini esse rationale, & ideo in intellectu non permanet ratio hominis, remoto rationali.

Si igitur loquamur, qua fit, id est, comparando essentiam ad personas, vt commune ad particularia, sicut animal ad species, remotis proprietatibus, non remanent personæ: & ratio est, quia remotis differentiis, remouentur species, & remanet tantum natura, vt communis, sed proprietates sunt, vt differentiæ, personæ vt species, ergo.

Si vero loquamur secundum modum abstractionis formæ à materia. Aduerte quod proprietates non personales comparantur ad personas, quasi aduentitiæ, & posteriores secundum intellectum, nam spiratio actiua supponit secundum intellectum Patrem & filium. Cùm ergo non sit necesse, remoto posteriori, remoueri prius, stat quod remota per intellectum spiratione actiua, adhuc remaneant Pater & Filius.

Sed remota proprietate personali per intellectum. Aduerte quòd proprieta personalis est, sicut forma totius, qua constituitur suppositum in esse formaliter, & ideo est de ratione suppositi, vnde sicut implicat, quod remoueatur per intellectum humanitas, & remaneat homo, sic implicat, remouere paternitatem, & remanere Patrem.

Remotis proprietatibus non personalibus remanet intellectus, hypostasim. Aduerte quod hæc inde finita est vera, remanet intellectus hypostasim quia aliquarum, puta Patris & filij, non tamen remanerent distinctæ realiter à spirato, quia spirarum non distinguitur relatiuè niti à spirante. vnde dubium, quod mouet Expositor, nullum est, non enim dicit B. Thom. quod remanerent distinctæ, sed tantum quod remanerent: suprà vero agens de Spiritu sancto dixit, quod si non procederet à filio, non remaneret distinctio realis inter eas, & ideo nulla est repugnantia in dictis D. Thom.

Sed ferunt sua suppositа secum, inquantum sunt personæ. Aduerte, vt dicit expositor, quod hæc propositio est vera in omni substantia simplici, in qua quod quid est, non differt ab eo cuius est, nam talis natura simplex, puta deitas sett secum hunc Deum, id est ponit se in supposito, sic dicetem de Angelo, quoniam angelitas seipsa suppositatur, & talis modus constituendi suppositum designatur per ly, *inquantum est ipsum*, per hoc enim distinguitur à modo, quo forma patris constituit suppositum, quoniam constitutio hæc est realis, & constitutum, & constituens distinguuntur realiter, sed in non simplici, non dicimus absolutè, quod Angelitas, vel deitas constituant suppositum, sed quod constituunt, inquantum sunt ipsum vt denotetur, quod hæc constitutio est secundum modum intelligendi, & constituens, & constitutum distinguuntur tantum secundum modum significandi.

Sed sicut dictum est, aliqui dicunt. Aduerte quod hæc opinio deficit in duobus: primo quia credit originem posse habere rationem constitutiui, quod est falsum, cum significetur modo egredientis ex articulo præsenti, ergo sibi repugnat, vt sic esse constitutiuum personæ, nec etiam hypostasis. Secundò quia distinguit inter hypostasim diuinam, & personam cùm nulla sit distinctio. Nam hypostasis diuina est quid subsistens in natura intellectuali, & hæc est distinctio personę vnde si hæc distinctio deberet saluari, esset necesse quod ab hypostasi diuina auferretur natura intellectualitas, & non à persona proprietas vt dicit B. Tho.

In responsione ad secundum, aduerte quod illa consequentia sequeretur, quod filius non esset aliquis, poteit habere duplicem sensum: primò quod absolutè non est aliquis, & sic neganda est: secundò quod non esset ille aliquis, quòd Pater, & sic concedenda est, nec nos dicimus oppositum, nam cùm habet proprium constitutiuum, distinctum à paternitate, est esse aliquis, qui distinctus à Patre.

ARTICVL. IIII.

Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.

Relationis duo officia.

Circa articulum hunc aduerte, quod ex illa distinctione in articulo relationis, vt relatio est, & relatio vt constitutiua oritur inter Thomistas dubium, vtrum relatio sub ratione relationis, vel inquantum est diuina essentia constituat, & inuenio hic duas vias, prima est: apr. & Hervei, secunda est Expositoris, volo ergo vtranque declarare, deinde ostendam vtra sit rationabilior.

Quantum ad mentem Capreol. scias, quod in primo dist. 26. quæst. 1 in prob tertię conclusionis attribuit relationi diuinæ duo officia: primò distinguit eius extrema in esse relatiuo, & constituit in esse relatiuo: facit enim, quòd mutuò referuntur, vt paternitate, Pater dicitur ad Filium, & hoc est commune omni relationi mutuæ, siue sit accidens, siue substantia, & hoc facit ex ratione, qua est relatio, scilicet dici & referri ad aliud, secundo distinguit & constituit personaliter, vel suppositaliter, & hoc non facit in quantum relatio realis: quia sic conueniret omni relationi, sed inquantum diuina relatio, sed nec hoc facit ratione relationis, quia vt sic non habet, nisi distinguere & constituere in esse relatiuo, quod est dici ad alterum, nihil enim potest vltra speciē suam ex præcisa ratione suæ speciei: facit ergo hoc, inquantum est diuina essentia concepta, vt subsistens incommunicabilis, intellectualis. Hæc est mens Capreol. cui concordat Herueus primo distinct. 26. quæst. 1. articulo 3. ibi *secundum etiam faciliter*, & dicit quod relatio, vt relatio, non constituit ea quæ referuntur, sed supponit constituta, sed ratio diuina vt est ens subsistens, habet constituere.

Sed contra dicit Heru. Cum illud, quod est in Deo, remota ratione relationis, sit absolu um tantum, ergo videtur quòd suppositum constituatur absoluto, quod est inconueniens, quoniam conueniunt in absolutis.

Respondet Heru. quod ratio relationis potest remoueri ab aliquo dupliciter, primo negatiuè, vt cùm remouetur rationale à bruto: hæc enim est vera, brutum non est rationale, & sic illud à quo remouetur relatio, non est relatiuum, sed absolutum, & hoc modo non potest remoueri ratio relationis à constitutiuo: sic enim argumentum concluderet, Secundo abstractiuè, & est quando aliquid secundum se est indeterminatum ad rationale, & irrationale, & potest determinari ad vtrumque, sic dico, quod diuina relatio inquantum est eus diuinum, & altissimi ordinis, habet quod possit concipi modo relatiuo, & modo absoluto vt forma subsistens incommunicabilis, ita quod habeat in se omnes conditiones, quas habent formæ constitutiuæ singularium in creatis in se, tamen sit res relatiua, sed concepta relatiuè, distinguat relatiuè, id est, in esse relatiuo: concepta autem absolutè mote individualis formæ substantialis distinguat in esse hæpostatico & tunc ad argumentum, nego consequentiam, licet enim concipiatur non relatiuè, est tamen in re res relatiua, quæ re est identicè diuinæ essentia, quæ æquipoller rei absolutæ, & relatiuè.

Sed contra si identicè est diuina essentia, & concipitur absolutè sicut & concipitur diuina essentia, ergo nec te, nec ratione distinguitur à diuina essentia.

Ad hoc nego consequentiam, licet enim vtraque concipiatur absolutè, tamen vtæ ratione differunt, quoniã ratio essentiæ est sicut ratio naturæ communis: & ratio relationis, puta paternitatis, vt constituit, est sicut ratio formæ individualis, vnde se habent vt ratio humanitatis, & ratio Sorteitatis.

Quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quantum ad mentem Expositoris scias, quòd tenet relationem vt formaliter est talis relatio & vt distinguitur ab essentia, constituere personam, & id probat ex articul. 2. & 3. huius quæstionis. volens autem concordare dicta B. Thom. in de Potentia, & in primo sent. quæ sunt hic quatuor, primum *relatio constituit inquantum est diuina essentia*. secundum est *inquantum est diuina*. tertium *inquantum subsistens*. quartum *inquantum persona diuina*. dicit quod non est idem dicere, Relatio habet aliquid inquârum est idem essentia, & habet aliquid inquantum est diuina essentia, nam in prima significat radicem, id est, quod habetur nõ à se, sed ab essentia vt à radice, & quamuis hoc non habeat, est tamen formaliter illud, puta relatio diuina est res realis, est subsistens, est ens diuinum, hæc non habet vt relatio: alioquin omnis relatio haberet illa, sed hæc trahit ab essentia, & quamuis hæc nõ habeat à se, per se tamen & formaliter conueniunt ei. Non enim inconuenit aliquid esse per se tale, & formaliter, & tamen non haberi à se, sicut moueri deorsum per se conuenit lapidi, non tamen à se hoc habet, sed à generante, sicut in proposito relationi diuinæ personali quæ distinguitur ab essentia, conuenit per se, & formaliter, quod sit res subsistens incommunicabilis, licet hoc trahat ab ipsa essentia præcise, sed inquantum distinguuntur ab ea, vt relatiuum ab absoluto, & ex his vult concordare dicta B. Thom. dicit enim quod illa quatuor dicta significant tantum radicem: illa autem quæ dicit in hac quæstione, significant rationem formalem, quasi diceret B. Thom. licet relatio non habeat à se, quod constituat, sed hoc trahat a diuina essentia vt à radice, tamen sibi per se & formaliter cõuenit cõstituere, inquantũ distinguitur, ratione ab ipsa essentia. Ex his dicit ipse, patet quod argumenta Aureoli recitata à Capreol. in primo dist. 26 quæst. 1. contra tertiam laborant in æquiuoco, nam cùm improbat dictum B. Thom scilicet quod constituit inquantum est subsistens, credit quod B. Thom sumit ly, subsistens, formaliter pro eo quod existit, & hoc non est verum. sic enim argumenta concluderent, quia cum tale subsistens sit ipsum suppositum, sequeretur suppositum constituere suppositum, sed B. Thom. sumit ly subsistens, vt distinguitur contra inhærens, quasi dicat, relatio diuina constituit, quia non est accidens, sed subsistens. licet non significetur modo subsistentis, id est, vt quod est, sed vt quo. Similiter cùm improbat dictum B. Tho. scilicet *quod constituit vt essentia*, laborat in æquiuoco: credit enim quod dicat vt est essentia præcise, & formaliter: quod est falsum. sic enim concluderet, nam vt essentia præcisè non habet rationem incommunicabilis, sed communis, & sic non distingueret, nec constitueret. Vnde B. Thom. intendit dicere, quòd ly, *vt essentia*, non facit prædicationem formalem sed radicalem, quasi dicat, quia relatio est eadẽ res cum essentia, ideo ab essentia trahit conditiones, quibus potest constituere & distinguere, cum hoc tamen istæ conditiones, scilicet esse subsistentem, & incommunicabilem, conueniunt ei formaliter & per se, vt diximus. Similiter Expositor declarat, quòd Scotus in primo dist. 28. impugnans illam distinctionem de relatione vt relatio est, & vt constitutiua non intellexit B. Thom. credit enim quòd B. Thom. per ly, *vt relatio*, & per ly vt *constitutiua*, intendat duas rationes, eo quòd non potest imaginari quomodo eadem res præcedat, & subsequatur constitutionem.

Nos autem dicimus quod B. Tho. intendit eandẽ rem quæ secundum duas rationes dicitur subsequi & præcedere, nam paternitas vt exercita subsequitur, vt concepta præcedit.

Dicitur vt exercita, id est, vt exercet officiũ relationis, quòd est distinguere relatiuè, & facere, quod relata ad inuicem referuntur, sic enim à B. Tho. dicitur vt relatio, id est, vt stat sub tali officio. Dicitur vt concepta, id est, inquantum consideratur, vt est res realis diuina, subsistens incommunicabilis, sic præcedit constitutionem, quia vt sic est vt forma individualis, & sic constituit in esse hypostatico. Et aduerte, quod hæc declaratio Expositoris conuenit cum ea quam fecit Capr. vbi supra in probatione tertiæ conclusioni, ibi, *retinquendo igitur*.

Quantum ad argumenta Scoti, & Auteol. recitata à Capr. in 1. dist. 26. quæst. 1. contra tertiam quibus probant quòd relatio non constituit, scias quod concludunt de relatione exercita, sed non de relatione vt concepta modo formæ hypostatice, ideo transeat argumentum labor. ns in æquiuoco.

Posita mente Capreol. & Expositoris considerandum est vtra sit tarita probilior, & dico quòd Expositor: non habuit mentem Capreol. Credidit enim quòd Capr. dixerit, quòd relatio constituat, inquantum est præcisè essentia diuina, & non distinguuntur ab inuicem ratione, puta ratione relatiua, & ratione absoluta, quæ est ratio essentiæ, sed hoc non dixit Capreol. nec intendit: quoniam apud ipsum stat, quòd relatio constituat vt distinguitur ratione ab essentia, & tamen ratio talis relationis vt constituit non sit relatiua imo abstracta, & hoc habet diuina relatio, scilicet quòd possit concipi relatiuè & abstractè vt est relatio diuina, & ens diuinum, quod æquipollet abstracto & relatiuo, deceptus est autem expositor, quia credit esse impossibile relationẽ posse concipi abstractè, & illam rationem abstractam, non coincidere cum ratione essentiæ, quod tamen non est necesse: quoniam ratio essentiæ est sicut ratio communis, & ratio relationis, vt constituit est sicut ratio formæ individualis. Vnde videtur mihi Capreoli via rationabilior, quoniam relatio diuina quantumcunque sit subsistens ex sua ratione relatiua non habet distinguere, nisi in esse relatiuo quod consequitur productionem, nec ex consequenti habet vt sic constituere, nisi in esse relatiue, cum nihil agat vltra speciem suam, standum est ergo in via Capreol. quæ est etiam Heruei, vt prædiximus.

QVÆSTIO XLI.

ARTICVL. I.

Vtrum actus notionales attribuantur personis?

IN diuinis personis attenditur distinctio secundum originẽ. Contra hoc non concordat cum dictis in quæst. præcedenti, articul. 2. vbi dixit originem non distinguere, quia non constituit, cum significetur per modum egredientis.

Ad hoc B Thom non negauit absolutè, imò dixit in eodem articu. *licet enim distinguatur in vtroque modo &c.* sufficit ergo quòd ea, quæ dicit in hoc artic. 1. verificentur, principaliter vel secundariò: & secunda pars est vera, quoniam personæ distinguuntur his modis, qui ab alio, & à quo alius.

In responsione ad primum. Aduerte quòd minor sumpta in argumento, *scilicet actio est vnum de decem generibus*. non habet veritatem in Deo, de actione immanente, quæ est actio notionalis, quæ vt sic est relatio, licet differat ab ea secũdum modum significãdi, & ideo non mutatur in substãtiam secundum modum prædicandi, & sic verificatur dictum Boẽtij, illæ enim actiones notionales cùm sint relationes, excipiuntur.

In responsione ad secundum. *Actus notionales secundum modum significandi differunt tantum à relationibus*. Aduerte quòd Auteol. vt recitat Caprel. in 1. distinct. 27. quæstio. 1. contra tertiam impugnat hoc dictum, similiter alij, vt recitat idem in eodem loco, ibi *Tertio arguunt alij*, sed aduerte, quod Auteol. decipitur in vno, & alij in alio. Nam Aureol. credit B. Thom. tenere, quod illa tres, quam dicit esse actionem & relationem in se, & in sua existentia contineat fluxum, & esse quietum, dicatur relatio. Sed hæc imaginatio est falsa, quoniam omnem fluxum & egressum realem, sicut actionem elicitam remouimus à Deo propter imperfectionem implicitam, sed dicimus quòd concipi modo fluxus, & modo esse quietꝰ, non inconuenit illi tri diuinæ, quæ æquipollet veræ actioni, & veræ relationi. Dico autem sic concipi, vt præsentatur nostro intellectui, qui non potest concipere diuina nisi mo rerum creatarum. Secus autem esset si conciperetur concepcu sibi adæquato, vnde patet quod argumenta eius non attingunt sensum B Thom. Alij autem decipiuntur, quia idem iudicium faciunt de actione immanente & transeunte, & quia iudicant de generare diuino, quod est actio immanens sicut de transeunte: credunt paternitatem esse in Patre, & generari in filio, quia actio transiens ponitur subiectiuè in passo, & per consequens, quod non sint i em realiter, sed hoc fundamentum est falsum: nam sola actio est in passo, quæ infert ex se passionem, & hæc est potentialis quatis non est actio diuina. Item decipiuntur, quia credunt esse impossibile, quod fundamentum & fundatum sint idem re, sed sufficit quod distinguantur ratione.

ARTICVL. II.

Vtrum actus notionales sint voluntarij.

CIrca articulum duo principaliter agenda sunt. primò discutere an actus notionales sint voluntarij, an necessarij, an naturales, sumẽdo, actus notionales pro generatione & spiratione, secundò examinabuntur propositiones articuli.

Quantum ad primum, præpono distinctiones de necessario, & naturali, & voluntario, deinde adducam cõclusiones, & declarabo discrepantiam opinionum in eis, & concordiam.

Necessa

Necessarij acceptiones.

Necessarium primò dicitur illud, quod non potest aliter esse, & dicitur necessitas immutabilitatis, vel ineuitabilitatis, sicut apud Philosophum intelligentiæ necessariò mouent cælum. Secundò sumitur pro violento, cuius necessitas sumitur vel est ab extrinseco. Item sumitur pro indigentia vt necesse habeo pecunia, vel libros. ex hac ponuntur duæ conclusiones.

Prima conclusio generatio & spiratio diuina sunt necessariæ in primo sensu. Hanc probat Gregor. in primo distinct. 6. quæst. 1. articulo primo, ibi *tertia conclusio est*, & rationes eius principales sunt duæ: prima, filius necessariò semper fuit, ergo patet necessario genuit. Antecedens probatur, quia filius est Deus, sed Deus necessariò fuit, & est, ergo &c.

Secunda, Impossibile est fuisse aliquando Deum sine verbo perfecto, aliter imperfectus fuisset, ergo necessariò produxit filium.

Secunda conclusio est: Pater non genuit Filium necessariò in secundo sensu. Patet hæc: quia stultum est ponere violentiam in Deo: item quod nec indigentia, patet, quia illud quo aliquis indiget, est perfectiuum eius: sed patet omnem perfectionem habet à se, ergo &c. Aduerte tamen vt recitat Gregor. illic, quidam dicunt Pattem indigere Filio, quia si filius non esset, Pater non esset: sed tudes sunt, aliud est enim dicere, quod Filius est conditio, sine qua pater non esset &c. aliud est dicere, Patrem indigere Filio, nam hoc, quia dicit imperfectionem illud autem non, alioquin Pater in perfecte spiraret, quia requiritur Filius, & Deus vt creator perficeretur ex creatura, quoniam ipsa requiritur ad hoc, quod sit creator, cum sint correlatiua, quorum vnum includit reliquum formaliter.

Naturaliter sumitur dupliciter, primò vt excludit conditionem, sicut lapis naturaliter mouetur deorsum sic nullus dicit productionem diuinam essentialem. Secundò vt distinguitur contra contingenter produci. Sic dico, quòd Filius, & tertia persona producuntur naturaliter. Hanc probat B. Tho. in articulo ponens differentiam inter voluntatem & naturam, cuius probatio examinabitur infra. Itẽ probatur sic apud Gregor. vbi supra in secundo articulo. Pater non elicitiue produxit Filium, sed necessariò ex præsenti conclusione, ergo naturaliter: probatur consequentia per differentiam, quæ ponitur inter potentiam in electiuam siue rationalem, & naturalem.

Item Pater produxit Filium & Spiritum sanctum consubstantiales, ergo naturaliter: probatur consequentia, quoniam productio subiecti in eadem natura est naturalis. Aduerte tamen quod licet vtraque persona producatur naturaliter, solus tamen Filius producitur naturaliter, & modo naturæ, sed Spiritus sanctus licet naturaliter, modo tamen voluntatis & hoc sufficienter declarat Capreol. in primo distinct 6. quæst: 1. in probatione quartæ conclusionis ponens ex Beat. Thom. triplicem differentiam inter productionem intellectus, &. productionem voluntatis.

Scias etiam, quòd Auteol. in Capreol. vbi supra format multa argumenta, quibus probat non esse magis de ratione voluntatis produci à duobus, quam de ratione intellectus: sed laborat in æquiuoco, non enim intellexit B Tho. nam B. Tho. intendit ꝙ esse à duobus, non quocumque modo, sed incluso ordine originis inter illa duo, ita quod secũdum sit à primo, est de ratione potentiæ volũtate, vt declaramus supra agentes de Spiritu sancto, & de distinctione inter generationem, & spirationem, ideo argumenta illa vt impertinentia transeo.

Volũtatis triplex acceptio.

Voluntas sumitur tripliciter: antecedens, qua aliquid prius est volitum generati, quàm genereturꝰ & subsequens, qua aliquid prius generatur, sein de volitum est, quod sit genitum: & concomitans, qua aliquid simul est volitum generari, & generatur: & hæc dupliciter, quia vel contingenter, vel complacenter: ex hac distinctione quæ etiam est Gregor. vbi supra articulo tertio pono tres conclusiones.

Prima. Pater non genuit filium voluntate antecedenti, hanc tenet Capreol in primo distinct 6 quæst. 1. in probatione sextæ conclusionis. Vide eum, & Gregorium, vbi supra, & probatur ex Augustino, quia dicit, sapientiam genitam voluntas præcite non potest. Præterea Pater necessariò & naturaliter produxit Filium, ergo quocunque signo voluit, produxit, aliter contingenter produxisset.

Huic conclusioni non assentit Scotus, qui ponit prioritatem originis, nec Expositor, imo tenent partem affirmatiuam. Ad eorum igitur mentem aperiendam aduerte, quod voluntas antecedens ad suum volitum dupliciter comparari potest, primò vt ad obiectum, secundò vt ad principatum: & hanc distinctionem ponit B. Thom. in primo distinct 6 quæst. 1 articul. secundo, quam & assumit Expositor. Dicunt igitur quod voluntas Patris non comparatur ad Filium genitum, vt principium ad principiatum, hoc enim modo producuntur creaturæ, & per consequens voluntas Patris in hac comparatione non cadit super Filium, nec antecedenter, nec consequenter: sed dicunt quod cadit in secundo sensu, Si enim genuit Filium voluit generare: & quantum ad hoc dicunt non esse inconueniens, Patrem prius voluisse producere quam produxerit, saltem prius secundum nostrum intelligendi modum. Et Scotus quidem vult, quod prius in aliquo signo originis, quem reprobauimus supra, agentes de Spiritu sancto, & infra in quæst. 43. articul. 3.

Fundamentum autem Expositoris est, quoniam intelligere, & amare & velle, vt essentialia sunt, præcedunt secundum intellectum, intelligere, & amare, & velle vt notionalia: nam essentialia communia sunt tribus, ergo Pater prius intellexit essentialiter generationem Filij, & voluit eam, vt obiectum bene placens, ergo genuit.

Fundamentum Scoti est. Quia Pater in primo signo habet intellectionem & volitionem, quæ sunt perfectiones simpliciter, & in illo non habent generationem Filij: quoniam eam habet in secundo signo ergo in primo signo voluit producere Filium, & in secundo produxit, & sic saluatur voluntas antecedens. Verum quia supra reprobauimus hæc signa, & infra vt dicemus, ideo pertranseo vsque ad q. sequentem.

Quantum autem ad expositorem dico duo, primò quod recte arguit contra Capreolum, nam Capreolus in primo distin. 6. quæst. 1. in probatione sextæ conclusionis credit absolutè & sine distinctione repugnare B. Thom. tenere hanc voluntatem antecedentem, respectu generationis Filij, adducens dictum B. Thom. in quæst de Potentia, quæst. 4. Sed expositor dicit quod non repugnat, nisi sumendo voluntatem & volitum in ratione principij principiati, & dicit, quod dictum Beat. Thom. in quæst. de Potentia debet intelligi præcisè de voluntate in ratione principij, & mihi videtur idem propter prioritatem essentialium ad personalia, secundum nostrum modum intelligendi. Dico secundò quod non est apptobandus in hoc, quod simpliciter concordat cum Scoto, quoniam Scotus in signis originis aliqu d plus intendere videtur, vt diximus supra, & dicemus quam secundum nostrum modum intelligendi, & ideo Gregor. vt posuimus supra, merito arguit contra eum, vt contra viam periculosam.

Conclusio secunda. *Pater non produxit Filium voluntate subsequenti*, Hæc est concessa ab omnibus, & tamen potest sic probari, quoniam mutatio esset in voluntate diuina, vel inconsideratio in intellectu: primum quidem Patet, quoniam in eo instanti, quo produxit, vel voluit producere, vel noluit. si voluit, ergo non voluntate subsequenti. si noluit, & tamen produxit, ergo mutatus est à nolle ad velle. Secundum etiam patet, quoniam si in illo instanti, in quo produxit, non voluit producere, sumendo ly, non velle pro negatione actus, & non pro actu negatiuo, ergo inaduertenter produxit, quod est vanum dicere de Deo.

Tertia conclusio. *Pater produxit Filium voluntate concomitante non tamen contingenter, sed complacenter*. Prima pars patet, quoniam filius est coæternus patri, ergo quocunque instanti voluit producere, produxit, neque enim Pater est prior in quo, vt dicemus in quæstione sequenti in ipso Filio. Secunda pars patet, quia tunc non necessario, tertia patet, quia Pater summè sibi complacuit in generatione Filij, Matth. 3. cap. Hic est filius &c.

Hinc descendendum est ad literam artic.

Voluntas & natura secundum hoc differunt causando. Aduerte hanc differentiam, quod vt B. Thom innuit ibi tat in quatuor sed tria in causando, quartum in effendo, quod est hoc. Agentis naturalis est tantum vna forma, qua habet esse, & dato quod haberent plures, complet tamen vnam totalem: agentis autem voluntarij, sunt plures, quæ sunt plura volita cognita, etiam disparata, quibus constituitur in esse appetibili sicut in intellectu plures species, quibus constituitur in actu primo in esse intelligibili. Prima autem differentia in causando est, quod naturale agens est determinatum ad vnum, non autem voluntarium, imo potens est in opposita, & hæc differentia sequitur ex præcedenti, quoniam omni agenti formæ propria est ratio agendi. Secunda est, quod naturale agens agit tale quale est ipsum voluntarium, aut tale quale vult esse, & hæc differentia sequitur ex præcedenti, quia effectus assimilatur formæ agentis. Tertia est, quod naturale agens est principium eorum quæ non possunt nisi sic se habegens est principium eorum quæ non possunt fic, & aliter se habere, voluntarium autem eorum qui possunt sic, & aliter se habere, & hæc differentia sequitur ex prima & secunda. *Voluntas in quibus differant.*

Effectus assimilatur formæ agentis per quam agit Quæritur quomodo hæc sit intelligenda assimilatio, non potest termi-

nari

Universidad de Deusto
Biblioteca

nati ad formam tantum, & non ad modum essendi, vt patet in artificiatis, in quibus artificiatum ad extra assimilatur formæ in mente artificis, prout imitatur eam, sed nõ secundum modum essendi, nam extra habet esse materiale, in mente autem immateriale, potest etiam terminari ad vtrunque vt pater in agente naturali, & in suo effectu. præcipuè vniuoco.

Respondetur, quod est intelligenda quo ad vtrunque, dummodo modus formæ sit ille, qui est per se ratio agendi, sed hic modus aliter est in agente naturali, & aliter in agente voluntario, nam in agente naturali est modus essendi, quoniam si est vniuocum deducto impedimento assimilat sibi effectum in forma, & in tali gradu essendi, quale est ipsum, puta ignem calidum, intensum calorem producit. In agente autem voluntario modus per se agendi non est modus essendi, puta materialis vel immaterialis, sed modus volendi, puta artifex potest producere domum quadratam, rotundam &c. Et illi sunt modi per se, quibus necessario assimilatur artificiatum, nam artifex non solum producit domum sed illius modi & figuræ qualiter disposuit sua voluntate. Vnde dico, quòd licet artificiatum non assimiletur formæ in mente artificis quo ad modum essendi immaterialem, sufficit quod assimiletur modo volendi, & modo cognoscendi, qui per se requiruntur in agente voluntario.

Natura est eorum, quæ non possunt nisi sic esse. Contra ergo natura est principium corruptionis, quod est manifestè falsum. Expositor respondet modo suo. sed tu dic, quod ly, *nisi sic esse*, non est intelligendum, ratione ipsius esse præcisè, sed ratione modi producendi, quia agens naturale non habet nisi vnum modum agendi, & ideo effectus eius deducto impedimento non potest nisi vno modo esse dato, quòd illud esse esset corruptibile: agens autem voluntarium potest diuersimodè agere ex sua apprehensione, & libertate agendi, & ideo effectus, eius licet sit corruptibilis, potest tamen hoc, & alio modo produci, & sic alio modo esse, vt patet de artifice, qui potest domum diuersimode & diuersatum figuratum producere.

In responsione ad tertium, cuius responsio stat in hoc, Spiritus sanctus est amor, qui est voluntarius, idest, voluntate productus, sed non modo voluntatis, qui est modus ad opposita, sed modo naturæ, qui est modus determinatus: hæ sunt propositiones dubiæ.

Prima est voluntas, inquantum est natura quædam aliquid naturaliter vult. Contra hanc adducit Expositor argumenta Scoti, quibus probat, quòd agere modo naturæ, & agere liberè, non possunt eidem potentiæ conuenire: sed hic non est proprius locus discutiendi hoc: nam in quæstione 8. articuli 1. vbi quæritur, an voluntas ex necessitate aliquid velit, id pertractabitur ad plenum.

Secunda propositio, *Vnde naturaliter procedit, quamuis per modum voluntatis.* Contra hæc duo videntur repugnare, nam ly, *per modum voluntatis*, importat modum ad vtrumlibet, hoc autem non stat cum ly *naturaliter*.

Ad hoc dico, quòd ly *naturaliter* dupliciter exponitur, primò pro determinatè, & necessario agere. secundo secundum similitudinem agentis. In productione filij stat *naturaliter* vtroque modo. In productione Spiritus sancti, stat tantum primò modo. Item ly, *modo voluntatis* dupliciter exponitur, primò liberè, id est contingenter, secundò per modum inclinationis, & non secundum similitudinem. Dico igitur quòd B. Thom. sumit ly *naturaliter* in primo sensu, & ly *modo voluntatis* in secundo sensu, quæ vt sic non repugnant, quasi dicat, procedit determinatè, & necessariò per modum inclinationis, sicut volitio beatitudinis. Eodem modo respondendum est ad argumentum Epositoris quo probat, quòd si Spiritus sanctus procedit à voluntate, vt habet modum naturæ, quòd non sufficienter distinguetur eius productio à productione filij, nam & filius procedit modo naturæ. Ad hoc inquam patet solutio: sed Spiritus sanctus tãtum secundũ primã conditionem.

In responsione ad quartum. Aduerte, quòd ad formam argumenti illa minor, verbum procedit à dicente per voluntatem, si ly, per, dicit principium, neganda est, si concomitantiam, concedenda, sed non est contra intentum: negamus enim actum notionalem esse à voluntate, vt à principio, & non aliter.

ARTICVL. III.

Vtrum actus notionales sint de aliquo?

PAtet enim substantia hominis generantis transit in substantiam geniti. Aduerte, quòd hæc propositio non videtur alio modo verificari, nisi quòd per semen decisum à generante transit in substantiam geniti. Sed huic videtur contradicere B. Tho. infra in quæstio. 11. artic. 1. ad quartum, vbi dicit, quod virtus actiua seminis desinit esse, dissoluto semine, & euanescente spiritu, si ergo dissoluatur semen, non transit in substantiam geniti.

Ad hoc dico, quòd semen non est vniforme in partibus: nam habet aliquas partes grossiores, quæ simul cum materia ministrata à matre, transeunt in substantiam geniti, & inter partes spiritualiores, in quibus complantatur spiritus gignitiuus, & in hoc spiritu est virtus actiua seminis, & dico, quod peracto officio suo, partes illæ subtiliores resoluuntur, & spiritus euanescunt. Vtrumque ergo est verum, quod semen transit in substantiam geniti, & sic remanet quo ad partes grossiores, dissoluitur autem quod ad partes subtiliores. Quo ad partes grossiores B. Thom. est exponendus hic: quo ad partes spirituliores est exponendus infra in q. 118. artic. 1. 4. ad vnde sibi non contradicit.

In responsione ad primum. *Non autem principium materiale.*

Aduerte quòd B. Thom. negat simpliciter essentiam diuinam esse materiam, nec habere aliquam conditionem materiæ, quod tamen concessit, vt notat Capreol. in 1. distinct. 5. quæstio. 1. in probat. quartæ conclusionis: sed melius, est vt stemus in summa, quia nulla conditio attributa essentiæ cogit nos, vt patebit statim respondendo argumentis Durandi, & Henrici. Scias igitur, quòd Durandus distinxit conditiones materiæ, inter quas aliquæ imperfectionem dicunt, vt esse ens in potentia, recipere esse à forma, transmutari de forma in formam, esse principium corruptionis, & secundum has essentia diuina, non potest dici materia. Aliæ autem sunt, quæ non dicunt imperfectionem, vt esse quid intrinsecum genito: præexistente genito manere idem in tota generatione, esse illud de quo genitus generatur. Et quoniam illæ conditiones verificantur de essentia diuina in productione filij: ideo tenet, quòd secundum eas potest dici materia: sed vide Capreol. vbi supra, à quo Expositor extraxit penè omnia, quæ dicit in hoc proposito, & videbis has conditiones ita posse conuenire principio formali, sicut materiali. Ideo non magis concludunt diuinam essentiam habere rationem principij formalis, quod concedit hic B. Thom. quam principij materialis. Henricus autem formae pluta argumenta, quæ coincidunt cum argumẽtis Durandi præter octauum, nonum, & decimum, & illa solues vt Capr. vbi supra, cuius solutiones magis formales sunt, quam illæ Expositoris.

ARTICVL. IIII.

Vtrum in Deo respectu actuum notionalium sit potentia?

PRo vniuersali resolutione huius articuli, tria discutienda sunt: primum est an respectu actionum essentialium, (dato, quòd in Deo non esset productio ad intra, vt tenent philosophi) sit necesse ponere potentiam actiuam in Deo. Pro hoc vide Herv in 1. distinct. 7. artic. 1. in principio, & illic inuenies, quòd potentia realis, quæ est reale principium alicuius producti ad intra non poneretur in Deo: quoniam intelligere, & velle diuinum, non distinguerentur, nisi ratione, a Deo intelligente, & non essent realiter producta, nec elicita: potentia autem quæ stat pro non repugnantia terminorum, esset in Deo: nam omne quod convenit alicui potest sibi attribui, & dicitur possibile nisi, & quia esse in intelligente, convenit Deo, ideo vt sic potest dici quod in Deo est potentia intelligendi, & aduerte, quod hæc est potentia, quam appellat philosophus in 9. metaphysic comm. 2. metaphoricam, vt in geometricis, linea est in potentia ad quadratum, & logicam potentiam: quæ omnia, quæ non implicant contradictionem dicuntur possibilia, quæ autem implicant, dicuntur impossibilia.

Secundum est: vtrum respectu actuum notionalium, & essentialium ad extra, vt est generare detur in Deo potentia realis productiua, & dico quod sic de mente Hervi supra, & B. Thom. in articul præsenti. Ratio vtriusque est hæc, vbi est realis productio & reale producens, & reale productum, ibi est reale principium, ergo producens producit, sed in Deo hæc sunt ex relatione, ergo &c. Sed contra hoc sunt quatuordecim argumenta Aureol. in Capreol. 1. distinct. 7. quæstion. 1. contra primam conclusionem, quæ omnia peccant in duplici supposito falso. Primum est, quod credit à nobis poni potentiam realem productiuæ productionis quod est falsum: nam in Deo non sunt realiter elicitæ, sed ponimus talem potentiam respectu termini producti, qui est realis, & realiter distinctus, & realiter productus à producente, & sic ex hoc inuenies soluta argumenta eius, primum,

primum, secundum, tertium, nonum, decimum, vndecimum, duodecimum. Secundum est quia credit, quòd potentia generandi secundum omne, quod includit, dicat perfectionem simpliciter quod est falsum: quoniam vt dicemus, dicit essentiam & relationem, & ratione essentiæ, tantum dicit perfectionem simpliciter & vt sic, est communis tribus personis: ratione autem relationis non dicit perfectionem, nec imperfectionem, & ideo non est necesse essentiam, sub tali relatione, puta paternitate esse in filio, nec sequitur aliquam perfectionem esse in parte, quæ non est in filio, sed bene sequitur perfectionem patris esse in filio alio modo, & ex hoc soluuntur reliqua argumenta ipsius Aureoli. Secundum igitur est tale, negatio potentiæ generandi non infert impotentiam, non enim secundum August. hæc consequentia valet, filius non generat filium, ergo impotentia est in filio, ergo ex opposito, potentia generandi non infert potentiam, Ad hoc respondit Capreol. vbi suprà, & dicit ibi esse fallaciam figuræ dictionis, quia ex ad aliquid infertur quid: nam ly, potentia generandi est ad aliquid, ly, autem potentia est quid absolutum.

Sed Expositor rectius dixit, quòd si est negatio potentia generandi, non infert impotentiam simpliciter, quia talis dicit imperfectionem: sic potentia generandi non infert potentiam simpliciter, quia cum hæc sit perfectio simpliciter aliqua esset in parte quæ non esset in filio, cum hoc tamen stat, quòd potentia generãdi infert potentiã, vt est sic, idest vt est principium actus notionalis.

Duodecimum fundatum est super philosophum. 12. met. tex. 30. vbi negat potentiam à subitantia separata æterna, & Comm. in com. 30. dicit esse æternum est actio pura, & quod est actio pura, non habet potentiam: ergo.

Ad hoc dico quòd philosophus intendit de potentia passiua, dicit enim quòd omne tale contingit non esse, eo quòd ponitur potentia contradictionis, & dato, quòd loqueretur de potentia actiua intelligendum est de potentia, qua agens de nouo exit de potentia ad actum, non autem de potentia semper coniuncta actui, cum teneat primum esse infiniti vigoris, & semper mouere.

Tertium, dubium est si potentia productiua est in Deo respectu actuum notionalium, vel essentialium ad extra. vtrum sit in Deo cum illa ratione assignata à philosopho in 12. met. qua dicitur, quòd est principium transmutandi in alio inquantum aliud.

Respondeo aliquid est de ratione potentiæ productiuæ sumpliciter sumptæ, & aliquid de ratione potentiæ contractæ ad creaturam: nam sumpta absolutè, non dicit nisi principium communicandi naturam alicui à se distincto realiter: de ratione autem potentiæ contractæ est vt natura communicata distincta sit realiter in producente, & producto, & quòd producens communicet transmurando subiectum. Ratione primi sensus, tantum saluamus in Deo, & dico quod philosophus non diffinit potentiam productiuam absolutè, sed contractam in creaturis, procedens à sensu.

ARTIC. V.

Vtrum potentia generandi significet essentiam vel relationem.

In ratione potentiæ productiuæ in creaturis duo includi.

PRo titul. huius artic. Aduerte, quòd in ratione potentiæ productiuæ in creaturis duo includuntur, primo respectus: nam non potest concipi nisi in ordine ad actum, ex 9. metap. 2. includitur res, cui attribuitur talis respectus: pura qualitas, vt calor in igne. Quæritur ergo, si in Deo potentia generandi includat similiter absolutum & respectum, An tantum absolutum, an tantum respectum. vt igitur plenè resoluatur pono tres conclusiones.

Prima conclusio. Non dicit tantum respectum. Hanc probat Herv. & bene in 1. dist. 7. q. 1. 2. ibi. *Secunda talis est.*

Secunda conclusio: potentia dicit in recto essentiam, sub tatione alicuius attributi, puta intellectus aut naturæ fœcundæ hanc probat B. Thom. in arti. ibi, *nam aliud proprie dicitur.*

Tertia conclusio: Potentia non dicit præcisè essentiam, nec essentiam vt paternitas est, sed essentia, vt determinata paternitate, hanc probat Beatus Thom. in artic. ibi, *Sic igitur dicendum est.* Est autem probatio primæ partis in hoc, potentia generandi ponitur in patre, & non in filio, ergo non est precisè essentia. Secunda aut sic, genitum non assimilatur patri in paternitate aliter pater patrem produceret, ergo nõ est essentia, vt est paternitas, Tertia autẽ sic, natura communis non cõstituitur principium proprium huius producentis ly, aliquo determinetur quòd sit proprium ipsius producentis, non enim humanitas est proprium principium generationis in Sorte, nisi inquantum efficitur hæc humanitas ex principiis individualibus, sed essentia est natura cõmunis. 7. non est autẽ aliquod proprium patri nisi paternitas, vt forma individualis constituitiua, ergo potentia generandi dicit essentiam determinatam ad paternitatem, non quidem vt relatio est, sic enim subsequitur generare, sed vt constituitiua patris ad sensum datum in cõclusione præcedenti.

Nunc defensandæ sunt prædictæ conclusiones, & quidẽ D. Bonauentura, qui tenet, quòd paternitas est principium generãdi in patre, ex consequenti potentia generandi dicit puram relationem.

Ad ducuntur autem à Capreol. in 1. dist. 2. quæst. 1. contra secundam conclusionem, & reducuntur ad quinque principalia.

Primum. Idem est principium essendi, & operandi. Paternitas est principium essendi in patre, ergo & operandi, sed non est operatio, ergo &c.

Ad hoc dicitur, Maior est falsa, nisi intelligatur de principio essendi specifico, & in eo sensu conceditur maior, & negatur minor.

Secundum, Sicut se habet operatio essentialis.

Ad hoc negatur similitudo quia essentiæ vt absolutæ non repugnat, esse principium agendi, repugnat autem personalitati, vt relationi & formæ individuali.

Tertium. Non magis repugnat &c.

Ad hoc nego quòd non magis repugnet: nam quia relatio diuina potest concipi vt forma individualis, habet quòd sit principium constituendi, ex hoc autem, quod est individualis sic conditio, & modus agentis, quia vniuersale, nisi determinetur, non agit.

Quartum: Generatio infert distinctionem inter generans, & genitum, ergo idẽ est principium distinctium, & generatiuũ, sed paternitas est distinctiua, ergo &c.

Ad hoc nego consequentiam, sufficit enim quòd principiũ generatiuum inferat indistinctionem, non tamen est necesse, quòd coincidat, cum distinctiuo individuali.

Quintum. Nulla propria operatio.

Ad hoc dico, quòd propria ratio patris, vt est generãs, est essentia vt in patre, & non essentia præcisè, nec paternitas præcise.

vltimo adducit dictum Augustini, eo patet est pater, quo generatis est pater paternitate, ergo &c.

Ad hoc dico, quod dictum Augustini est verum sumpto formaliter ly, *eo* & ly *quo*: nam denominatur pater vt generans formaliter ly, *eo* & ly *quo*: nam denominatur pater vt generans paternitate. Si autem ly, *eo* formaliter, & ly *quo* elicitiue, sic dictum Augustini est falsum, sic enim esset sensus, pater est pater paternitate, & paternitate, vt principio genuit, quod nos non concedimus.

Contra secundam autem dupliciter arguitur, primo à Greg. in prima distinctione septima quæstione prima 1. artic. 2. dicit enim illam propositionem assumptã in art. esse falsam, si potestia est illud, *quo agens agit*: nã ex ea sequitur quòd forma substantialis sit potentia, quod est contra B. Thom. qui non concedit in creatis principium actionis esse substantiam. Item dicit non esse veram, nisi quando id, quo agens agit, distinguitur realiter ab eo, & à termino producto, cuius est principium, constat autem quòd si potentia generandi est essentia non distinguitur realiter à patre, nec à filio. sed hæc parum valent in via B. Tho. nam propositio assumpta est absolute dicta & ideo potest verificari tam de potentia prima, quàm de proxima: videlicet nulla forma substantialis in creatis sit prõximum principiũ agendi, est tamen primum. Vnde in secundo de anima dicitur principium quo viuimus, &c.

Ad aliud autem dicitur quòd verum est eius assumptum, quando producens & productum distinguuntur absolute, & non tãtum relatiuè vt in creatis.

Sed necessè est verũ in diuinis potentiã realiter distingui à producẽte, quãdo quod producitur realiter distinguitur à producẽte: alioquin potẽtia creatiua realiter distingueretur à Deo.

Secundo. Contra eandem arguit expositor, vide tu eumdem de declarabis tu, & dices, quòd propositio B. Th. verificatur tã de potentia remota, quam de proxima, & de omni eo, quo agens agit, quòd sit intrinsecum agenti, vt forma eius, siue substantialis, siue accidentalis, cui tamen competat ex natura sua esse principium actionis. & dico hoc ad differentiam figuræ, & quantitatis, & relationis, quæ non sunt ex se actiua, nec est conueniens vnius agentis esse plures potentias, respectu eiusdem actus subordinatas, quales sunt forma substantialis, & eius potentia naturalis. esset autem inconueniens, si darentur duæ potentiæ eiusdem ordinis puta duo vitus, vel duo intellectus eiusdem possibiles in eodem homine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra tertiam conclusionem arguit Henric. & Scot. & Durandus, licet non contra sensum nostrum: Nam Henric. probat quòd essentia absolutè sumpta non est potentia generandi, quod & nos concedimus. Dicimus enim cum Capreolo, & expositore quòd nõ est essentia vt essentia, sed essentia vt in hoc puta, in Patre est potentia generandi. Similiter dicimus ad argumenta Scoti, quibus probat, quod essentia nuda, nisi, vt est intellectus fœcundus, vel voluntas fœcunda non est principium productionis, hæc enim sunt ad mentem nostram. Similiter concedimus Durando, quod sola essentia non generat, sed concurrit paternitas, non sicut duo principia productiua, vt ipse fingit, sed paternitas est conditio sine qua non, vel modus quo determinatur essentia ad talem productionem, sicut natura specifica determinatur ad agendum per principia indiuiduantia, non enim humanitas generat, sed humanitas, vt in hoc.

Aduerte iterum quod B. Thom. videtur sibi contradicere hic & in primo distinctione 7. quæst. 1. ad secundum, nam illic tenet quod essentia, vt est paternitas est potentia generandi, hic autem dicit, quod nec essentia, inquantum est idem relationi.

Ad hoc respexit Expositor quod absolutè se retractat hic, tu tamen potes eum concordare sicut Heru. in primo dist. 7. quæstione 1. articulo secundo, ibi *ad secundum dicendum*, & stat in hoc, quod B. Thom. in primo non accipit Iy, vt reduplicatiuè, sed coniunctiuè, vt sit sensus, essentia vt paternitas, id est, vt adiuncta paternitati est potentia generandi, & sic tenet in Prima parte, vbi improbat illam opinionem, nisi pro quanto dicebat essentiam vt relationem formaliter esse potentiã generãdi.

ARTICVL. VI.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit?

PRo titul. aduerte quod hic quæritur de pluralitate rationalis sub eodem actu numerali, puta si generatio potest terminari ad plures filios, & iste articulus non coincidit cum articulo secundo, quæstione 30 in quo determinatum fuit, quod nõ possunt esse, nisi tres personæ. Nam illic quæritur de pluralitate formaliter, & specifica, hic autem quæritur, vtrum sub vna specifica productione possint assignari plura producta eiusdem rationis? Totus iste articulus patitur impugnationes, & primò rationes B. Thom. quæ sunt quatuor: secundo, ipsa inclusio impugnabitur.

Prima ratio impugnatur ab Aureol. & Scoto, & adducit Capreol. in primo dist. 7. quæst. 2. contra primam, sed omnia argumenta Aureoli peccant in fundamento falso: credit enim B. Thom. in illa propositione *formæ vnius speciei non multiplicantur per materiam*, sumere materiam, vt est pars compositi: quod est falsum, nam concedit accidentia spiritualia, puta scientiam indiuiduari, & multiplicari, sicut multiplicatur intellectus receptiuus ipsius, sicut multiplicantur albedines per multiplicationem subiectorum, & ideo argumenta eius non tangunt mentem B. Thom. Accipit enim materiam pro omni subiecto, vel receptiuo relati, vel aliquid realiter perfectibili, ita quòd vis rationis stat in hoc, omnis multiplicatio numeralis in eadem specie est propter materiam partem cõpositi vel propter aliquod receptiuum perfectibile habẽs vicem materiæ, sed hæc non sunt in diuinis, vt patet, &c. Scotus ipse subtilius penetrans rationem B. Tho. & aduertens, quod per materiam falsem intendebat subiectum receptiuum, & voluit, quod quæcunque distinguntur numero, distinguantur etiam subiecto.

Contrà hoc arguit multipliciter, probans quod plures formæ accidentales distinctæ solo numero sunt in eodem subiecto: & primò arguit de formis realibus absolutis, vt plura lumina in eadem parte aeris: secundò de respectiuis, vt plures paternitates in eodem Patre, tertiò de speciebus intẽtionalibus in medio, & in organo, etiam in intellectu.

Capreolus & Expositor concordant simul, & negant in omnibus productis pluralitatem realem, & ad argumentum de luminibus dicit Capreolus, quod est tantum vnum lumen productũ à pluribus partialibus luminosis, & dicit Expositor, quod est tantum vnum secundum esse: sed plura secundum dependentiam, quia scilicet dependet à pluribus luminosis: intelligas tu de dependentia partiali & non totali.

Ad argumentum de relationibus concorditer respondet, quod non sunt plures, & licet terminus partialis deficiat, qui est hic, vel ille Filius, non tamen deficit relatio, nisi deficiat terminus totalis adæquatus, qui est Filius in se.

Ad argumentum de speciebus intentionalibus concordant, quòd non sunt plures secundum rem, sed tantum in repræsentando, & tu quidem concordabis cum eis in duobus primis: in tertio autem non, sed distingues. vt S. Tho. de Verit. quæst. 8. artic. 14. Nam illæ species possunt considerari, vt sunt in actu imperfecto, id est, in fieri, & in actu perfecto, id est, in esse completo: Secundo modo B. Thom. negat tam formas reales vnius generis, quam intentionales, esse simul in eodem subiecto: quia oporteret eandem potentiam passiuam simul ad diuersos actus terminari, quod est impossibile, sicut eandem lineam, ex vna parte ad plura puncta terminari: primo autem modo concedit tam in realibus quàm in intentionalibus: nam de realibus dicit in cor. articuli cum aliquis dealbatur, in toto dealbationis tempore albedo est vt in fieri, & nigredo, vt in corrumpi. De intentionalibus autem concedit in responsione ad secundum factum de speciebus intentionalibus causatis in eadem parte medij, & respondens dicit: quod illæ species sunt in aëre, vt in fieri, sunt enim vt in medio defeferente, hæc ille. Expressiùs id ponit super de Sensu, & sensato sec. vltima super tex. qui incipitur, *Igitur secundum quod indiuisibile*, vbi sic dicit, cuius simile videri potest in diaphano, quod ex vna, & eadem parte sui immutatur ab albo, & nigro, quia immutatio est non materialis, sed nec est secundum esse materiale: hæc ille.

Ad omnia ergo argumenta facta de speciebus intentionalibus concedo, quod possunt esse plures in eodem subiecto, vel receptiuo ad sensum expositum, nego autem quod idem sit iudicium de formis realibus, siue absolutis, siue respectiuis, de quibus nunc loquimur: sed dices, quod hæc determinatio contradicit B. Thom. nam in quinto Metaph. primo de diuersis dicit in fine, impossibile est plura accidentia eiusdem speciei esse in eodem subiecto. Ad hoc dico quod Philosophus in illo cap. toto loquitur de diuersis realiter, & materialiter: vnde & B. Thom. illic semper exemplificat de materialibus: stat ergo quod propositio verificatur de formis secundum esse suum naturale, sic enim considerantur à Metaphysico, & non de formis intentionalibus cuius esse est determinatum.

Secunda responsio patitur duplicem calumniam. prima ex illa propositione, *Deus intelligit & vult omnia vnico actu*. Nam Iy, vnicus actus, vel vnus re, vel distinctus re, vel ratione si vnus re, ergo Filius qui producitur actu intellectus, & Spiritus sanctus qui producitur actu voluntatis, erunt vna persona, nam si via est vna, & terminus erit vnus, si distinctus re, ergo Filius & Spiritus sanctus sunt distincti re, sumendo rem absolutè, si distinctus ratione, ergo Filius & Spiritus sanctus distinguuntur tantum ratione.

Expositor ad hoc respondit suo stylo, sed tu resolutè dices quod sunt vnus re identicæ identitate essentiæ, sicut personæ productæ sunt identicæ identitate essentiæ: sed quia distinguuntur formaliter, & includunt ordinem originis, ideo ex his duobus integratur, sufficiens distinctiuum inter personas productas: vnde dico quod illa tria membra assignata sunt insufficientia: sed si addatur, si actus intellectus & voluntatis distinguuntur ratione, & includunt ordinem originis, ergo Filius & Spiritus sanctus distinguuntur tantum ratione, & tunc negatur consequentia, quia ex ordine originis trahitur distinctio realis inter personas productas, & hoc quidem argumentum est validum contra viam Scoti, sed contra viam nostram est debile. Secundò patitur calumniam ex Scoto, qui dicit hanc rationem fundari super hanc propositionem, vbi non potest esse nisi vnum intelligere, non potest esse nisi vnum verbum, sed hæc propositio non est vera, quoniam ex vnitate formæ absolutæ non sequitur vnitas formæ relatiuæ sed intellectio est quid absolutum in Deo, & verbum est forma relatiua.

Ad hoc dico quòd B. Thom non intendit illam propositionem sic ruditer, sed eius fundamentum est hoc, vbi non potest esse nisi vnus numero actus intelligendi adæquatus intelligenti, non potest nisi vnum verbum, & hæc sunt vera simpliciter, quia ex vna numero adæquata actione vniuoca, non potest sequi nisi vnus terminus: aliter actio non esset vna, cũ recipiat vnitatem, & distinctionem ex termino sibi adæquato.

Tertia ratio patitur calumniam, ex illa propositione: Natura autem determinatur ad vnum: nam Iy, *ad vnum* non potest verificari ad vnum numero, vt patet in limitatis materialibus, nec ad vnum modum producendi, ergo, &c.

Ad hoc dico, quòd Iy, *ad vnum* stat pro vno formaliter vel specificè, sub quo non contingit dare plura numero, ex parte naturæ præcisè, sed ex parte recipientium, quæ cùm non habeant locum in Deo, & personæ diuinæ procedant naturaliter, vt diximus supra, quælibet earum procedit, vt vna formaliter, & materialiter, & in hoc distinguitur productum naturaliter, à producto voluntariè, vt notat Expositor.

Quarta

Quarta ratio fundatur, secundum Expositorem super hanc propositionem. Omnis res diuina, continet in se omnem perfectionem reperibilem infra latitudinem illius secundum rationem formalem. Contra quam dupliciter arguitur. Primò filius in Deo, ideo est vnus tantum, quia tota filiatio diuina in eo cõtinetur, ergo eadem ratione productum diuinum erit tantum vnum, quia in eo continetur tota productio diuina.

Ad hoc nego consequentiam, quia filiatio dicit vnam rationem formalem specificam plurificabilem: productio autem dicit rationem formalem genericam, sub qua stant plures rationes formales specificæ, ex consequenti productio est pluxificabilis, non autem filiatio.

Item sic arguit Scotus. Sicut filius est perfectus filius, ita est perfectus Deus, sed cum hoc, quòd est perfectus Deus stat, quòd deitas inueniatur, in alio suppposito, ergo sic erit de filiatione.

Ad hoc Expositor negat, similitudinem, & benè, nam alio modo est perfectus Deus, & alio modo perfectus Filius, licet enim habeat perfectè deitatem, non tamen habet eam omnibus modis, quibus potest haberi, nam sub habere deitatem, stant plures modi formales habendi eam, vt habere à se, ab alio, & hoc dupliciter. Est autem ita perfectus Filius, quòd habet perfectè filiationem, & omnibus modis, quibus potest haberi, cùm enim dicat rationem formalem specificam, non stant sub ea, nisi plures modi numerales, qui non sunt repetibles in natura communicata per generationem perfectè, & secũdum se totam.

Contra conclusionem autem artic. multa argumenta recitat Capreo. in prima distinct. quæst. secunda, circa finem ibi, *contra omnes istas conclusiones*, sed argumenta sunt leuia, & solutiones Capreol. sunt claræ, ideo vide ad placitum.

QVÆST. XLII.

ARTICVL. I.

Vtrum æqualitas sit inter diuinas personas?



Itea hunc articulum præmittendum est in quo fundatur Metaphysica identitas æqualitas & similitudo, & hoc complectẽ videbis in Heru. in prima dist. 19. quæst. prima artic. primo, à principio vsque ibi, prout igitur. Secundò præmittendum est, quomodo cũ essentia diuina sit tantũ vna potest fundare hæc tria, identitatem, æqualitatem, similitudinem inter diuinas personas, & hoc videbis in Heru. vbi supra, ibi *prout igitur*, Ex quibus sequitur corolariè, quòd ad hoc, quòd aliquid fundet similitudinem, non est necesse vt sit vera qualitas, sed concipiatur modo qualitatis, vnde duæ formæ eiusdem speciei, vt duæ humanitates causant similitudinem inter Sortem, & Platonem. Similiter non est necesse, quòd fundans æqualitatem sit quantitas, sed habeat modum quantitatis. Ex his præmissis ponitur conclusio responsiua.

Personæ diuinæ sunt æquales. Hanc probabis vt B. Thom. hic, & stat ratio in hoc, quod personæ diuinæ non sunt inæquales, ergo sunt æquales. Aduertẽ quod hæc consequentia nõ valet: sequitur enim habere, constat enim, quòd duo puncta non sunt inæqualia, non tamen sequitur quòd sint æqualia, cùm sint non quanta. Ideo scias, quòd consequentia hæc, conflatur ex antecedente habente duas partes, quarum prima est, quòd personæ sunt quantæ quantitate virtutis, cum sint perfectæ, alia est, non sunt inæquales in tali quantitate, & tunc optimè infertur, ergo sunt æquales. Obiectio autem de punctis non valet, quia non supponitur quantitas. Eandem conclusionem probat Heru. vbi supra articulo secundo, & non discedit à mente B. Thom. vide eum. Positra conclusione & defensabili ratione eius, duæ adhuc propositiones sustinendæ sunt, quibus fundat se B. Th. & Heru. Prima est, quòd in æqualitate non requiritur commensuratio nisi in creaturis, quarum perfectio terminata est. Secunda est, quòd æqualitas requirit negationem maioritatis, & minoritatis, vt innuit B. Thom. in primo artic.

Contra primam arguit Aureol. in Capreol. prima dist. 19. q. 2. contra primam arguit ergo, sic, Omnia æqualia sunt coæquata ergo sunt commensurata.

Item sicut finitum ad infinitum se habet, sic infinitum ad infinitum sed prima commensurantur, ergo & secunda.

Sed hæc argumenta leuia sunt, non enim valent nisi in his, in quibus sunt distinctæ qualitates sine excessu, in Deo autem, in quo, sunt plura supposita cõuenientia penitus in eadem quãtitate numerali sine excessu, & defectu, talis æqualitas non est proportio, nec commensuratio, nec æquatio quantitatum, sed tantum vnitas in quantitate sine excessu, & defectu.

Contra secundam arguit sic. negatio non fundatur super negationem maioritatis &c.

Ad hoc nos non dicimus, quòd illa negatio sit fundamentum, sed conditio sine qua quantitas nõ fundatet æqualitatem.

In responsione ad primum, aduerte quòd B. Thom. concedit personas diuinas posse dici æquales, & similes, vt conueniunt in perfectione diuina, contra quod arguit Aureol. in Cap. dist. 19. contra secundam, cuius motiuum principale est hoc, Similitudo, & æqualitas sunt distinctæ relationes, ergo requirunt distincta fundamenta, ergo si essentia diuina fundat identitatem, non potest fundare æqualitatem, & similitudinem. Sed non aduertit Aureo. quamcunque distinctionem ponimus in relationibus, quòd eam ponimus in fundamentis. Nam quia in creatis istæ relationes possunt esse realiter distinctæ, ideo possunt eis assignari distincta fundamenta, puta subiectum quantitas, qualitas. Sed quia in Deo istæ tres relationes distinguuntur tantũ ratione, ideo essentia diuersimodè concepta sufficit ad fundandum eas, vt supra declarauimus ex sententia Heruei.

In responsione ad tertium. Aduerte quòd B. Th. tenet de ratione æquationis esse motum ad alterum, vel accipere quantitate ab altero, vt patet in Deo, nam Filius accipit à Patre, & nõ econuerso. Cõtra hoc arguit Aur. vbi supra in Capr. contra tertiã.

Eius autẽ motiuum istud in hoc, linea a, adæquatur b, & tamen non est necesse quòd b, moueatur ad a, nec accipiat aliquid ab a.

Ad hoc dicit Cap. quòd argumentũ non valet, arguit enim sic, Adæquatione non requirit has conditiones in creatis, ergo nec in Deo. Patet, quòd consequentia non valet, quia adæquatio in creatis, & in Deo non est vniuoca, sed analoga, melius tamen est, vt dicas cum Expositore, quòd bene accipit ab a. saltem tantã denominationem artificis, sicut imago Cæsaris accipit & fit à Cæsare imaginato in mente artificis similiter datur motus secundum talem imaginationẽ, trahitur enim imago ad imaginem imaginati.

Pro responsione ad quartum quæ requireret artic. per se hæc agenda sunt. Primo ponitur conclusio negatiua *Æqualitas nõ est relatio realis, sed rationis*, prima pars probatur, æqualitas in Deo, dicit duo, vnitatem & essentiæ, distinctionem suppositi per relationes tantum, ex parte essentiæ, non potest esse talis, quia idem ad seipsum non refertur realiter nec ex parte suppositorum, quia cum distinguuntur solis relationibus, relatio esset fundamentum relationis, & sic esset processus in infinitum & hæc omnia habes in Capreol. addition. 1. quæst. prima in probatione tertiæ conclusionis, secunda pars patet à sufficienti diuisione.

Secundò declarandum est, vt frangatur argumentum Aur. in quo sensu sit relatio rationis: non enim est sicut relatio eiusdem ad seipsum, cùm extrema sint realiter distincta. Vnde dico cum Capreol. in responsione ad primum Aureol contra secundam partem tertiæ conclusionis, quòd relatio rationis sit quatuor modis: Primò quando neutrum extremum est in rerum natura &c. vide ru. Ex tunc dico, quòd æqualitas in Deo, est relatio rationis. Tertio modo, sicut oppositio relativa est relatio rationis inter paternitatem, & filiationẽ, sicut æqualitas est relatio rationis inter duas personas vt conuenitur in eadẽ perfectione sine excessu & defectu, & rursus dicendas Aureol. omnia argumẽta sua. Sed tamen hæc cõsequẽtia non valet: qualitas diuina nõ est relatio rationis sicut entitas ad seipsum, ergo nõ est relatio rationis, ergo tur enim ab inferiori ad non nisi superius fatiue.

Relatio rationis sit quatuor modi.

Nunc transeo ad mentem Scoti.

Tertiò vt respondeatur Scoto, qui tenet æqualitatem in Deo esse relationem realem, dico duo: primum est, quòd vltra omnes conditiones assignatas à toto re quitur, quòd extrema sint apta fundare relationem realẽ. & in hoc deficit hic: quia suppositi sunt relativa, quibus non competit, vt re attingant, fundare relationem, quia relationis non est relatio. Deinde requiritur quòd si ponatur fundamentum reale, tale, illud distinguatur realiter in vtroque extremo, quia relatio trahit vnitatem, & distinctionem à fundamento: ideo cùm in diuinis suppositis sit indistincta perfectio, se iuxta quòd inter ea non sit relatio æqualitatis realis. Dico secundò quòd æqualitas posset dici realis dupliciter: primò à fundamento reali, secundò à relatione reali: ratione primi dico, quòd inter personas diuinas est æqualitas realissima & prima & perfectissima, quia est in eis omnimoda indistinctio di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinæ perfectionis & in hoc sensu exponendi sunt Doctores ponentes realem æqualitatẽ in Deo. In secundo autẽ sensu negandum est æqualitatẽ realem etiã in Deo: nam sicut negamus Deum esse realiter relatiuè dominũ, & tamen cõcedimus eũ esse realẽ dominu propter relationem potentiæ negatiuã, quæ est in eo, sic negamus personas diuinas esse realiter relatiuè æquales propter realem indistinctam perfectionem.

Ex his videbis soluta omnia argumenta Scot. in Capreo. in 1. dist. 31. quæst. 4 1. & sunt argumenta vltima. Tu tamen inter omnia considera te undũ & sextũ, & ad secundũ respõde cõformiter cũ Capreol. & Expositore, & dic quòd relationes non hypostaticæ præexigunt distincta fundamenta & distincta suppositia, hypostaticæ autem non, sed ferunt secum, vt declarauimus suprà in quæst. 40. art. 2. & 3. quære illic. Sed aliquis posset arguere, q̃ stat pluralitas relationis realis cum vnitate fundamenti: nam sint A. B. C. & A. B sint alba, C sit nigrum, tunc si B est realiter simile ipsi A, & realiter dissimile. C. &c.

Ad hoc, sustinendo, quòd relatio sit idem cum fundamento, nego quòd illæ relationes sint plures realiter, nisi ex connotato extrinseco: concedo autem, quòd sunt plures formaliter: sed tunc nego, quòd fundamentum sit vnum formaliter: nam ad aliud, & ad aliud extremum comparatum, fundat similitudinem, & dissimilitudinem.

Ad sextum autem Capreol. negat casum, deinde admisso casu, negat consequentiam: quia licet non distinguantur in albedine, tamen distinguntur absolutè in quantum sunt plures species. Sed hoc non secuatur in personis diuinis.

Sed aduerte, quòd cõ similitudo fundetur in superficie, non vt superficies est distincta ab alia, sed vt est alba: illa distinctio de entitate absoluta superficierum non videtur conferre ad hoc, q̃ dicãtur realiter relatiuè similes, & ideo respõde aliter cũ Expositore & negabis consequentiam simpliciter, nisi fortè cõparando partẽ albedinis alcerì patti cùm sint extensæ secundum extensionem superficiei, sic enim posset dici pars parti similis, sed sumendo totam albedinem indistinctè, negãda est consequentia, nec enim hæc consequctia valet. Duæ albedines distinctæ numeraliter fundant realem relationem similitudinis, ergo vna albedo existens in duabus superficiebus fundat realem similitudinem: nam illæ in Deo fundant, quia sunt distincta fundamenta, hæc autẽ non: quia ponit distinctionẽ in fundamẽto, quæ tamẽ est cõditio necessario requisita ad mutuam relationem realem in via B. Thom. Et si iterum arguas, quòd æqualitas fundarur super vnitate quantitatis, ergo vbi est maxima vnitas quantitatis, quæ est vnitas numeralis, erit maxima & perfecta æqualitas, sed in diuinis personis est talis vnitas, ergo.

Ad hoc dico, quòd si conclusio argumenti: intelligatur de perfectissima æqualitate ex parte fundata, conceditur totum & non est contra nos, vt suprà diximus. Si intelligatur de æqualitate, vt est relatio: distinguo illud assumptum, quia vel intelligitur de vnitate simpliciter, & sic nego illud de virtute specifica stante distinctione numerali cum negatione excessus, & defectus, quæ sunt conditiones necessario requisitæ, sic concedo assumptum, sed nego consequentiam.

ARTICVL. II.

Vtrum persona procedens sit coæterna suo principio?

IN hoc articulo nullum declarandum occurrit, nisi illa propositio in corp. artic. sic *Filius Dei successiuè generatus esset &c.* Nam vt dicit Expositor, & benè, hæc cõsequentia nõ pẽdet ex hac propositione, vbicũque est successio, ibi est materia, est enim falsa: quia in intellectu Angeli est successio, tamẽ ibi nõ est materia. Ideo dico q̃ pendet ex hac, vbi est productio substantiæ successiua, ibi est materia, & hæc est manifestè vera.

ARTICVL. III.

Vtrum in diuinis personis sit ordo naturæ?

VT præsens articulus plenè soluatur in quo B. Thom. omnino negat prioritatem in diuinis, sic procedo: primo declaro, si in aliquo sensu potest tolerari prioritas in diuinis, secundò declarabo an B. Thom. hic sufficienter probauit non esse prioritatem in diuinis.

Prius & posterius quomodo sumãtur.

Quantum ad primum aduerte, quòd prius & posteriùs dupliciter sumuntur, primò pro aliqua mensura existenciæ rei, vel dependentia rei a re, stante simultate durationis: exemplum primi, Pater in creatis est prior Filio, exemplum secundi, subiectum est prius sua proprietate. Secundò prout dicunt extrema originis, vt sit sensus A. est prius B. quia A producit B. & non econuerso, primus modus dicitur prius, in quo, secundus modus dicitur prius à quo.

Quantum ad secundum scias, quòd Gregor. & Ioan. Bacc. in prima dist. 6. quæst. 1. tenet in diuinis prius a quo, & dicitur prioritas causalitatis, vel productiuitatis, vnde tenent Patrem esse priorem Filio, quia est principium Filij. & non econuerso. Negant autem prius in quo nisi secundum nostrum modum intelligendi, quia prius intelligimus agens esse, quam ipsum operari & vtrique ponit se contra Scotum, qui videtur concedere, & in absolutis, & in relatiuis prius in quo: in absolutis quidem: nam in quodlibet quæst. prima tenet Patrem in primo signo intelligere se, in secundo signo producere verbum, in tertio signo intelligit creaturam in essentia sui. In notionalibus autem Patet in prima dist. quæst. 2. tenet enim 1 arrem in primo signo habere vtrunque fœcunditatem: in secundo producere verbum, & dare ei virtutem spirandi, in tertio signo spirare: ergo in primo signo Pater est, & Filius non est, in secundo Filius est, & Spiritus sanctus non est, & sic patet quòd ponit prius non solum à quo, sed etiam in quo. Contra quem arguendum est sicut suprà argumentati sumus ex via Gregorij cùm loqueremur de Spiritu sancto. Nec est verum quod dicit hic Expositor, scilicet quòd Scotus non discordat à B. Thom. nisi in verbis: & hoc conatur sic declarare, quoniam Scotus accipit prius ortigine esse id, à quo est alius, & ipsum à nullo, vel esse producens à se, posterius autem origine est esse productum ab alio, vel esse producens non à se, & sic secundum Expositorem Scot tenet prius in quo, sed prius à quo, quod nec B. Thom. negaret.

Verum quòd Scotus teneat prius in quo, patet ex verbis suis prima dist. 12. q. 2. vbi declarat quòd Pater non prius Spirat, quam Filius, quia tunc sequitur Filium spirare, iam spiratum. Ex quibus deducit Gregorius in 1 dist. 9. quæst. 1 secundo, quòd accipit ly, prius in quo, & non prius à quo: aliter ubi ipsi contradiceret: nam cũ dicit Pater in primo signo nõ spirat, Pater & Filius in tertio signo spirant, vel ly, primò signo, stat pro spirare a se, vel pro signo durationis, si secundo modo habeo intentum, si primo modo ergo Pater spirat in primo signo, & non in tertio: quia spirat a se, & sibi contradicit.

Præterea isti termini tunc iam, quibus vtitur Scotus sunt pertinentes ad durationem, ergo tenet prius in quo, ideo tenendum est, quòd Scotus teneritt prius in quo in distin. 12. & prius à quo in distinct. 25 quæst. 3. & in quodlibet. quæst. 4. & sic patet, quòd in verbis, & sensu dissentit à B. Thom.

Quantum ad tertium, scilicet vtrum B. Thom sufficienter probauerit, nullam prioritatem esse in diuinis personis, insurgunt tria dubia, primò contra illam propositionem quam assumit in responsione ad secundum, *Neque ex parte naturæ nec ex parte relationum, vna persona potest esse prior alia, neque secundum naturam, neque secundum intellectum.*

Primum dubium est ex Scoto in 1. distinct. 18 quæst. 3. dicit enim, quòd B. Thom sibiipsi contradicit. nam suprà in quæst. 40. artic. 4. dicit quòd Paternitas vt constitutiua Patris præintelligitur actioni, sed generatio actiua præintelligitur Filio, ergo Pater à quo est generatio actiua præintelligitur Filio, & sic saltem secundum intellectum vna persona est prior altera, cuius oppositum dicit hic: ergo sibi contradicit.

Ad hoc respicit Capreol. in 1 dist. 6. quæst. 1. contra primum Scoti, *sed tunc videtur esse contradictio*, & stat in hoc Patet vt Patet formaliter non præintelligitur Filio: quia sunt correlatiua, sic intendit hic B. Thom. Pater sicut suppositum à quo generatio egreditur, est prior Filio secundum intellectum: sicut Sortes, vt Pater non est prior Filio secundum intellectum. Sortes autem vt suppositum: el hic homo præsupponitur generationi & filiationi, & filio secundum intellectum, & sic de Patre loquutus est suprà. vnde nulla est contradictio.

Expositor non discedit ab hac responsione, sed addit, quòd si sumatur Pater, & Filius vt res sunt, cùm sint vna res, non est prioritas inter eos. si autem sumuntur vt correlatiua, similiter est, si autem concipiatur Pater vt hypostasis, à qua est generatio Filij, præintelligitur Filio, hic B. Thom. loquitur, vt res sunt & correlatiua: suprà autem loquutus est quo ad modum concipiendi, non correlatiuè.

Secundum dubium est quia non videtur. S. Thom. sufficienter probasse non esse prioritatem inter diuinas personas: nam tantum probauit de personis correlatiuis propter simultatem relationum, & vnitatem naturæ, sed contingit assignare personas non correlatiuè sumptas puta Patet & Spiritus sanctus, ergo non inconuenit inter eas, vt sic esse prioritatem, quoniam simultas relationum cessat.

Ad hoc dico quòd comparando personas, vt non correlatiuas non

tiuas nõ incõuenit inter eas esse prioritatem secundum intellectum nam vt diximus in præcedenti dubio, si persona Patris vt hypostasis præintelligeretur Filio: neque etiam inconuenit, quòd præintelligatur Pater spirato, & generatio spirationi. Et si dicas, ergo B. Thom. in hoc articulo est diminutus, nego: quoniam hic non assumpsit vt principale propositum ad probandum simultatem secundum intellectum, sed simultatem naturæ, quæ concluditur, ex indistinctione naturæ, & simultatem relationum. Ad maiorem tamen doctrinam in responsione ad secundum, declarat quomodo non est prioritas secundum intellectum, scilicet quando sumuntur, vt correlatiua sit inter eas talis prioritas, vt prædiximus.

Tertium, dubium est q̃ etiã apud B Thom. dicitur concedi prioritas naturæ inter Patrẽ & spiratũ, & non solùm prioritas secundũ intellectũ. Nam dicit in prima dist. 9. quæst. 1. artic. 1. ad tertium, Si *esset aliquis, qui eodem esset aliquis, & eodem esset aliquid, omnino esset simul naturaliter cum eo, ad quod dicretur*, hæc ille. Tunc sic argnitur ab oppositio, si aliquis esset aliquis vno principio & alio principio distinguitur ab alio est naturaliter prior eo. Sed Pater est Pater paternitate, & distinguitur spiratione, a Spiritu sancto, ergo est realiter prior spirato.

Ad hoc dico, quòd illa propositio sumpta ab oppositio non valet, nisi illa duo principia sint distincta realiter, sicut propositio B. Thom supponit eodem omnino principio, idem constituti, & dici ad alterum, vel distinguitur ab eo modo, nego minorem, constat enim apud B. Thom. paternitatem, & spirationem actiuam non distingui realiter in Patre, vnde argumentum nõ cõcludit maiorẽ prioritatẽ, quã distinctio inter paternitatẽ, & virtutẽ spiratiuã, sed hæc est distinctio rationis, ergo & illa erit prioritas rationis, & nõ naturæ: quia non solùm B. Thom. sed & Scotus & cõmuniter Theologi negant. Scias igitur, quòd hoc dubiũ adeo ligauit intellectum vnius nostri Baccalaurei, quòd de mente B. Tho. concedebat prioritatem naturæ inter personas non correlatiuè sumptas, qui si hanc solutionem intellexisset, non fuisset sic fortè ligatus.

Vltimò scias quòd Ioan. Bacc. in primum distinctio. sexta quæstio primo, adducit plura argumenta quibus videtur concludit prioritas in quo, inter diuinas personas: quæ volo hic soluere, ne sint occasio inistræ opinionis.

Argumentum primum Philosophi in quinto Meta. cap. de priori. dicit priora, & posteriora dicuntur tanquam existente quodam principio, in vno quoque genere. tunc sic.

Principium, est in diuinis puta Pater, ergo est priùs & posteriùs.

Ad hoc iam respondit D. Thom in quæstio. 33. articulo primo ad tertium. vide illic. Præterea Aureolus dicit, quòd Philosophus non attingit rationem principij, nisi indistinctè essentialiter, vt sunt creata, & ipeo dictum Philosophi in hoc nullum est.

Secundum, Ordo est in diuinis, ergo priùs. Tenet consequentia apud Augustinum, de triplici habitaculo, vbi dicit, tunc videbimus, quomodo Pater est præcedens Filium non tempore, sed origine.

Ad hoc dico, quòd Augustinus per præcedentiam originis non intendit, nisi productionem Patris, quasi dicit videbimus Patrem à nullo esse, Filium autem à Patre.

Tertium, Concedimus in diuinis ex natura rei primam & secundam personam: ergo priorem, & posteriorem.

Ad hoc dico, quòd ly, prima exponitur, quæ à nullo, & ly, secunda, quæ ab alio, & ly, tertia, quæ ab aliis: & sic prima, & sic secunda, & sic tertia non concludunt, nisi priùs à quo, sed non in quo.

Quartum, Secunda processio est posterior prima, ergo datur priùs & posteriùs. Antecedens probatur: Dualitas est prior Trinitate, nõ enim cõuertitur subsistẽdi cõsequentia, sed prima processio stat in qualitate, secũda autẽ in Trinitate, ergo.

Ad hoc nego antecedens, ad probationem dico quòd absolutè loquendo, & in vniuersali est verum, sed in tali natura, qualis est diuina, non valet, quoniam ei repugnat, sicut absolutè loquendo, Omne corpus potest diuidi, tamen hoc corpus puta cælum non potest diuidi, quoniam tali naturæ repugnat diuidi.

Secundum, Filius in esse filiationis potest esse sine spirare, & Spiritus sanctus, non potest esse sine spirare, ergo Filius potest esse sine Spiritu sancto, ergo est prior.

Ad hoc dico, quòd licet Filius possit esse secundum filiationem, sine spirare, tamen nõ potest distingui à Spiritu sancto sine spirare, & sic Filius quo ad distinctionem à Spiritu sancto pendet a spirare. Vnde non potest esse, vt sic sine spirare. Argumentum autem haberet apparentiam si posset esse Filius, & distingui à Spiritu sancto, sine hoc, quòd spiraret.

Artic. V.

ARTICVL. V.

Vtrum Filius sit in Patre, & econuerso?

Secundum essentiam enim Pater est in Filio, quia communicat suam essentiam Filio. Contra hunc primum modum arguit Aureolus in Capreol. primo distinctione nona, quæstione prima contra tertiam. Primo loco tribus mediis, sed peccat in duobus: primò quia credit nos tenere, non alio modo Filium esse in Patre, quàm essentia Filij sit in Patre, quod non est verum: nam essentia est ratio essendi. Filius autem est ille, qui est in alio, sed dicimus, quòd filius non esset in Patre, nisi vna essentia esset in duobus, vnde non essentia vt essentia, sed vt communis duobus est ratio essendi Filio in Patre, & est simile, vt dicit Capreol. de modo essendi in loco: nam quod Sortes sit in loco, ratio essendi est sua corporeitas, ipse autem locatus.

Secundò, peccat quia non considerauit, quod modus essendi includit vnionem duorum & distinctionem secũdum rem, aut secundum rationem, & quia Filius vnitur Patri in essentia & distinguitur ab eo personaliter, similiter quia essentia distinguitur ratione à Patre, & se habet vt forma habita, Patet autem habens, ideo dicimus propriè Filium esse in Patre, & essentia Patris esse in Patre, sed e autem dicimus, Filium esse in Filio, & impropriè Patrem esse in essentia sua, ex his vi debis soluta argumenta eius.

Vnde sequitur quòd cum essentia Patris sit in Filio, quod in Filio sit Pater, Expositor dubium mouet super hanc, quærens an B. Thom ita efficaciter concluserit Patrem esse in Filio ratione essentiæ, ex hoc antecedẽte, Essentia Patris est Filius, sicut cõcluserit ex illo, essentia Patris est in Filio, & videtur quod melius cõcluserit, quoniã ex identitate reali concluserit in existentiã realẽ, ex hoc autem q̃ dicit essentiã Patris esse in Filio, non signatur nisi relatio rationis, ex qua nõ videtur efficaciter concludi in existentia realis, qua vna persona sit in alia.

Ad hoc dico, quod secundum rem nihil refert, ex hoc, siue ex illo antecedente propositum concludere, secundum autem modum formalem refert, nam formaliùs est ex inexistentia inferre inexistentiam, quam ex identitate inexistentiam: & instantia adducta non valet, quoniam nec illa identitas, nec illa inexistentia personæ in personam est relatio realis, sicut etiam diximus de æqualitate licet concedamus ex reali fundamento, quæ est vnitas diuinæ essentiæ illam identitatem, & inexistentiam esse realem.

Secundum etiam relationes manifestum est vnum oppositorum relatiuè esse in altero. Contra hunc secundum modum arguit Aureolus, Henricus, Durandus, in Capreol. vbi suprà: sed omnes peccant in hoc, quod non considerauerunt modum essendi in alio, secundum relationem esse idem, quod includi in ratione alterius oppositi. Vnde non verificatur alio modo relatiuum esse in relatiuo, quam diffinitos esse in definito, sic subiectum est in accidente & habitus in priuatione. Arguentes autẽ credebant B. Thom. intelligere de modo essendi secundum rem, sicut intellexerat in modo præcedenti ex parte essentiæ, & tamen si considerassent verba B. Thom. aduertissent quod dicit hic esse in altero secundum intellectum, quasi dicat non secundum rem, sed secundum diffinitionem.

Secundum originem etiam manifestum est quod processio verbi. Contra hunc tertium modum arguit Aureol in Capreolo, vbi suprà in tertio loco: sed peccat in tribus. Primò quia credit Filium esse in Patre sicut productum in producente, quãdo producitur actu transeunte, nam est tantum potentialiter in eo antequam producatur: cum autem productum est, est extrinsecum ab eo, quo ad esse, quod autẽ producitur in actione immanente semper est intrinsecum ipsi producenti: & ideo licet illo modus sit imperfectus, hic tamen est perfectissimus. Secundò peccat, quia credit, quod sicut in creatis dicuntur recipere, principiatum est in principio, & è conuerso, sicut Filius est in Patre, sicut originatum in originante, non possemus dicere è conuerso, sed hæc similitudo non tenet in proposito, quia Filius est in Patre, vt originatum in originante: Filius autem est in patre, vt est verbum, sicut manifestatum in manifestante, & ideo hic stat reciprocatio: non autem in creaturis, licet etiam concedatur in eis causam esse in effectu sicut repræsentatum, vel sicut simile in suo simili, & in suo repræsentante. Tertio peccat, quia credit, quod si Pater est in Filio, vt manifestatum in manifestante, non alio modo sit Pater in Filio, quã totum vniuersum sit in Filio, vt est verbũ, quod tamen est falsum: nam mundus est in verbo manifestatiuè, Pater autẽ in Filio, & manifestatiuè & essentialiter, cum sint vnius essentiæ, quod non verificatur de verbo & de mundo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆST. XLIII.

ARTICVL. I.

Vtrum alicui persona conueniat mitti?

Circa hunc articulũ, aduerte quod missio sumpta absolutissimè sic describitur per Capreol. primo distinct. 15. quæstio in solutione primi argumenti contra primam.

Missio quid. Missio est exitus alicuius ab aliquo ad aliquẽ terminum, vt de nouo incipiat esse vel nouo modo.

Aduerte etiam quod species missionis diuersificatur per ly, exitus, nã secundũ quod diuersificatur, sic & ille diuersificatur.

Nam est alius exitus per imperiũ, aliquis per consiliũ, aliquis per motũ localẽ, vt cũ proiiciens mittit lapidẽ de loco ad locum, aliquis per originem, vt cùm arbor mittit flores applicando ad diuinã personam, sola hæc vltima species potest ei conuenire, quoniam omnes aliæ imperfectionem includunt, hæc autem non: vnde diuina missio & exitus personæ à persona per originem, in eadem natura, & acceptio eiusdem virtutis ad aliquid agendum in creatura intellectuali, puta ad sanctificandũ &c. his videbis soluta argumenta Aureol. in Capreol. primo dist. 15. quæst. 1. contra secundam, & tertiam.

ARTICVL. II.

Vtrum missio sit æterna, vel temporalis tantum?

Circa hunc articulum est dubium ex eo, quod B. Thom. concludit, missionem esse tantum temporalẽ, quia de ratione eius est vt dicat terminũ temporalẽ, id est, effectũ nouum in creatura, ex quo videtur sequi quod missio sit quid essenti-le: operari enim ad extra est opus essentiale, quia commune tribus: hoc autem est falsum, quoniam si esset esse tale quid, conueniret etiam Patri mitti, quod est falsum.

Respondeo nõ esse purũ essentiale, nec purũ notionale, sed mixtũ, nam vt dicit ori. giné. est notionale, vt dicit nouũ effectum in creatura est essentiale, & sic commune Trinitati toti. Ad argumentũ cũ dicitur, quod cõueniret etiam Patri, nego consequentiã, quæ tamẽ esset vera, si diceret purũ esse tale, sicut creare, nõ valet autẽ in mixtis sicut sapientia genita verificatur tantũ de Filio, quia ly, sapientia est essentiale, & ly, genita pſonale. Et si quæras ly, missio quod importat principalius: dico quod importat essentiale, quoniã ille nouus effectus est sicut diuersitas distinctiua missionis à processione æterna.

Et si arguas quod non potest esse notionale quo ad processionem, quoniam Filio & Spiritui sancto non est aliqua communis notio, cum non procedant eodem modo.

Respõdeo quod ly notionale non sumitur pro notione propriè dicta, quæ debet esse proprietas, & particulare principiũ cognoscẽdi personã, sed sumitur pro omni respectãte ad originẽ & vt hic distinguitur cõtra essentiale. Vnde cõuenientius dicetur personale quàm notionale: nõ enim omne personale est notionale propriè dictũ nã esse ab alio, & à quo alius sunt personalia nõ tamen notionalia cùm nõ dicant, aliquod proprium sed commune in quo plures personæ conueniunt.

Quædam vero cum habitudine ad principium important terminum temporalem, vt missio & datio. Et in respõdeo ad tertium. *Missio importat processionem æternam, & addit effectum temporalem.* Contra has arguit Aureol. in Capreol. 1. dist. 14. qu. contra quartam, & est eius quarta argumentũ quod est tale: si missio super processionẽ æternã quæ dicit relationem, addit originis, addit effectũ temporalem, ergo addit ex tempore respectum rationis ad creaturam, à qua mittitur: & in qua causatur donũ gratiæ, id est hoc est falsum. Consequentia patet, falsitas consequentis probatur. Vilitas coloris existentis in pane ante consecrationem, non addit respectum rationis vilio eiusdem coloris post consecrationem, prout sub eo fiat Corpus Christi, sed addit solam participationem eiusdem coloris ad Corpus Christi, prout fit sub illis speciebus, ergo à simili Spiritus sanctus prout lens æternaliter in dona gratuita, in quibus immutabiliter complacet Deus, dicitur temporaliter procedere in animam, prout in ea de nouo participat illa dona, & ita non dicit aliquem respectum rationis ex tempore, sed solam participationem illorum donorum à creatura intellectuali.

Ad hoc nego falsitatem consequentiæ. Ad probationem nego quin nouus respectus consurgat in illa vilione, quãdo terminatur ad colorem post consecrationem, quoniam prius erat verum dicere hanc visionem terminari ad corpus panis, nunc autem ad Corpus Christi, ergo aliam habitudinem nunc habet quam prius, similiter nego quin Spiritus sanctus de nouo non habeat respectum rationis ad creaturam participantem gratiam, quoniam est verum dicere, Spiritus sanctus nũc gratificat hanc creaturam, & ante non gratificabat, ergo de nouo respicit eam, vt gratificatam, quam ante non respiciebat. Vnde ad nouam infusionem gratiæ, consurgit nouus respectus mutuus: sed ex parte diuinæ personæ est respectus rationis, & ex parte creaturæ est realis, & sic tenemus implicare contradictionem, creaturam de nouo participare gratiam, & non consurgere nouum respectum ad gratificantem, sicut implicat quam de nouo recipere calorem ab igne, & non consurgere respectum causalitatis inter aquam & ignem.

ARTICVL. III.

Vtrum Missio inuisibilis sit solum secundum gratiam gratum facientem.

Circa hunc articulum, aduerte quod B. Tho. intendit duas conclusiones. Prima est.

Quoties datur gratia gratum faciens (vltra probationem B. Thom hic, quam examinabo infra, probatis ratione Gregorij in primo diuin. 16. quæst. 1. in probatione secundæ conclusionis, & stat in hoc) concluditur datur Spiritus sanctus efficitur de numero electorum: quia secundum Paulum, quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: Sed nullus carens gratia, efficitur de numero electorum, vt patet, ergo nulli carenti gratia datur persona diuina, si ergo persona datur, & gratia gratum faciens datur.

Secunda conclusio. *Si datur gratia gratum faciens, datur & persona diuina.* Hanc probat Gregor. vt supra quasi eodem medio conuerso sic: Qui habet gratiam, est de numero electorum secundum Paulum: Quia gratia iustificat: sed qui non habet Spiritum sanctum, non est de numero electorum, ad Rom. 8. Qui non habet Spiritum Christi, non est eius: ergo qui non habet personam nõ recipit gratiam: & sic patet, quod inseparabiliter se habent, & in hac determinatione conueniunt omnes de potentia Dei ordinaria, non autem absoluta. Gregorius in eodem loco in conclusione tertia & quarta tenet, quod de potentia Dei absoluta potest dari persona sine omni dono. Vt igitur tota hæc materia resoluatur, pono rationem eius, deinde soluam.

Ratio eius est hæc. Omne dabile à Deo homini potest dari non dato quocunque alio distincto realiter ab eo: sed donum gratiæ est distinctum realiter à Spiritu sancto ergo potest dari homini, non dato dono gratiæ. Minor patet. Maior probatur tripliciter: primò quia non videtur implicare contradictionem: secundò quia omne factibile à Deo, potest fieri quocunque alio distincto essentialiter ab eo non facto: ergo simili hæc omne dabile, &c. Tertio quia omne dabile à Deo potest dari quocunque alio non dato. Antecedens patet, quia causa prima sibi sufficientissima est. Consequentia probatur. Sumo. A. B. Si Deus non potest dare A. nisi cum B. vel hoc est quia A necessario dat B. vel quia B necessario sequitur ad A. non primum, quia non necessario dat A. ergo nec B. necessario datur ab A. non secundum, quia B. contradiceret ipsum A. quod est contra antecedens.

Respondeo ad hoc nego maiorem, ad primam probationẽ dico quod implicat: quia Spiritus sanctus non potest esse dilectio formalis creaturæ. Ad secundam nego antecedens, vt patet de materia & forma, nego etiam consequentiam quam nec probauit, quia non sunt eiusdem rationis tactio & datio.

Ad tertiam nego consequentiam. Ad probationem dico, quod est propter primum & secundum, sed propter primum conditionatè, nam licet Deus nõ necessariò det A. tamen hæc est vera. Si Deus dat A necessariò dat B quia inseparabiliter se habet ad A. Est etiam propter secundum, & nego quod B. condaret A. non enim requiritur vt condans, sed vt dispositio, sine qua non datur A. Simile est in creaturis, licet enim dispositiones necessariò requirantur ad receptionem formæ, non tamen comproducunt formam, sic est in proposito, quare &c. Nunc superest examinare aliquas propositiones articuli inter quas est hæc. *Super istum modum autem communem, &c.* vsque ibi: *in amante.* Contra hanc conclusionem arguit Aur. in Capreol. primo, dist. 14. quæst. 1. contra quartam probans tripliciter, quod ratio missionis non cõsistit in hoc, quod diuina persona procedat in mentem, vt cognitum, & amatum.

Primò sic, Procedere in mentem vt cognitum & amatum est commune toti Trinitati, quia per gratiam tota Trinitas

diligitur, ergo missio conuenit toti Trinitati, & per consequens Patri quod est falsum.

Ad hoc nego antecedens, nec valet hæc consequentia, tota Trinitas est in mẽte, vt cognita, ergo procedit in mẽte? Nam procedere in mente supponit processionẽ amoris æternũ, quæ repugnet Patri & Filio, & conuenit tantum Spiritui sancto.

Secundò, Processio temporalis Spiritus sancti, debet habere aliquem ordinem ad processionem æternam eiusdem: sed Spiritus sanctus, non procedit æternaliter à Patre & Filio, vt cognitum & amatum, ergo, &c.

Ad hoc nego argumentum, nam concedendo maiorem, debet sic subsumi minor: sed procedere in mentem, vt cognitũ, & amatum, non dicit aliquem ordinẽ ad processionem æternam. Spiritus sanctus procedit vt amor, & sic vt ratio omnis doni ex eo prouenit, quòd confiteatur donum gratiæ creaturæ, qua diligit ipsum Deum. Resoluit ergo processio temporalis in æternam, sicut effectus in primam radicem.

Tertio, Si procedere in mentem est esse, vel fieri in mente, vt cognitum, & amatum, ergo res dùm incipiunt intelligi, & amari, procedunt in mentem, quod est falsum: nam ex eo, quòd vel intelligitur, non procedit in mentem.

Ad hoc arguens decipitur, ignorans quid sit procedere in mentem in proposito, vt cognitum: hoc enim est non solùm recipi in mentem, sic enim argumentum concluderet, sed originari ab altero æternaliter, & recipi in altero temporaliter, vt amatum, & cognitum, & tunc nego consequentiam: licet enim res dùm intelligitur recipiatur in mentem, non tamen est necesse ipsam originari ab altero, diuina autem persona semper originatur cùm non transeat in præteritum.

Iterum esse eandẽ propositionem in qua dicitur *Deum esse, vt cognitum, &c.* Dubitat expositor quia stat peccatorẽ Philosophum cognoscere, & amare Deũ, se tamẽ nõ erit in gratia.

At B. Thom. intendit de amore, & cognitione, vt terminantur ad Deum in se obiectum beatificum, & non de amore terminato ad Deum sub specie alicuius effectus, puta inquantum creator, &c. vel conseruans, &c. Philosophus quidem cognoscit, & amat Deum in secundo sensu. & non in primo, & siquidem aliqui inuenti sunt qui amauerint primo modo: dico quòd fuerunt in gratia, & potuerunt saluari: quoniam in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est illi.

Sic igitur nullus alius effectus, &c vsque ibi, *gratum faciens.* Contra Malus Christianus potest per fidẽ cognoscere & amare Deũ, vt obiectũ beatificũ, ergo non per solam gratiam, &c.

Ad hoc nego, quòd amat debitis circunstantiis positis in articul. per quas fiat templum Dei: quoniam non super omnia amat. Vnde dico, quòd B. Thom. intendit de amore sic circunstantionato, dato casu, quòd non sic ad plenum exprimeret, nam hoc intendit, cùm dicit. *Sed etam habitare in ea, sicut templo.* Iterum circa eandem propositionem dubitatur: nam B. Thom. facit hãc illationem ex præmissis: *Sic igitur nullus alius effectus*, & tamen non proposuit in præmissis causam sufficientem, non enim hæc consequentia valet, Deus est speciali modo in creatura rationali, ergo nullus alius effectus est causa huiusmodi, nisi gratia gratum faciens. Constat enim quòd per fidem, & prophetiam, & alia dona est speciali modo distinctio à tribus generalibus modis, ergo, &c.

Ad hoc dico, quòd B. Thom. per ly, *specialem modum* intendit modum quo creatura eleuatur in Deum, cum illis circunstantiis, puta quòd attingat Deum in se, quod fiat templum Dei. & hoc non potest facere fides, nisi informata gratia, nec alia dona, & ideo illatio B. Thom. est valida, si antecedens complectatur omnes conditiones præmissas, consequentia vero quia formata est instantia facta, ideo non valet: quia non totum ponitur antecedens, sicut non valet hæc, Sortes est animal. ergo est visibilis, quia ly, *animal* non est totum formaliter, quod est Sortes, sed hæc valet, Sortes est animal rationale, ergo est risibilis.

ARTICVL. IIII.

Vtrum Patri conueniat mitti.

Circa hunc articulum nihil noui, nec difficile occurrit: supposito enim quòd missio importet processionem, constat Patrem non mitti, potest tamen dici quòd dat, & donat se creaturæ dono essentiali, sed non dono personali, vt declaratum est suprà quæst. 38.

ARTICVL. V.

Vtrum Filio conueniat inuisibiliter mitti.

Circa hunc articulum, aduerte primò quòd licet B. Thom. proponat tantũ de Filio, tamen probat tam de Filio, quã de Spiritu sancto: si cõcluderentur quantũ ad primã rationem missionis sunt vna. Vel sic, quoniã Filius non mittitur, nisi ex amore, quo creatura diligitur à Deo, Amor autẽ primò conuenit Spiritui sancto, & ideo est primũ donũ, & ideo omniũ donorum. Vnde est ratio, q. Filius detur nobis, vt diximus suprà quæst. 28. si considerentur secundũ se, distinguuntur, realiter, quoniã & processiones, & dona eorũ distinguuntur realiter.

In responsione ad tertiũ: *vna non potest esse sine alia.* Aduerte quòd Aureol. in Capreol. 1. dist. 16. quæst. 1. tertio cõtra tertiam arguit contra hanc, sed decipitur in hoc, quod credit Filium missum ad similitudinem remansisse cum eo existente in peccato: hoc enim est falsum loquẽdo de missione, cuius est tantum gratia gratum faciens, vt loquuti sumus in artic. 3.

ARTICVL. VI.

Vtrum Missio inuisibilis fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

Circa hunc articulum: Aduerte, quòd B. Thom. non concludit simpliciter missionẽ fieri ad omnes participes gratiæ, sed tãtũ ad eos, in quibus est gratia, & ipsa ionouatur: quæ innouatio potest esse tribus modis: primò q. procedens deserit esse per peccatum, deinde, quòd mouetur per conuersionem: secundò quòd per intentensionem, vt in viatore, semper existente in gratia, & proficiẽte in actibus meritoriis. Tertiò per extensionem tantum, puta quia gratia existens semper sub tali gradu, est principium plurium effectuum. In quibuscunque ergo est aliquis motus talium innouationum: potest dici fieri noua missio, & quia omnis pura creatura est talis etiam beata pro tertio modo ideo dempto Christo, qui non est pura creatura, potest concludi, nouam missionem fieri ad omnes.

ARTICVL. VII.

Clarus est.

ARTICVL. VIII.

Vtrum aliqua persona mittatur nisi ab ea, à qua procedit?

Circa hunc articulum: Aduerte quòd Aureol. Scotus in Capreol. 1. distinct. 16. quæst. 1, secundò reuent quòd de ratione ipsius mittere est producere, & ipsius mitti est produci, quibus datis ex primo articulo huius quæstio sequitur necessariò, quòd persona non mittatur nisi ab ea, à qua producitur, & super hoc fundamentum innituntur omnia argumenta eorũ, vt videbis. Sed apud B. Thom distinguendum est de missione, nam duplicitet consideratur: primò propriissimè & sic continet tres connitiones, prima quòd persona missa sit originata: secunda quòd originetur à mittente: tertia quòd ponat nouũ effectum in creatura intellectuali, & secundum hunc primum sensum definita est missio in primo articul. huius quæstio. & secundum eam non mittitur persona nisi à producente ipsam: secundo consideratur cõmuniter, & sic includit tantum duas conditiones: primò quòd persona missa, sit originata siue à mittente, siue ab alia, & defectu huius Pater non potest dici missus, secundò quòd ponat nouum effectum in creatura, & secundum hanc acceptionem loquitur B. Thom. in hoc articulo, quando concedit Filium mitti à se, & à Spiritu sancto, & è conuerso. Ex his patet, quòd mittere, & mitti abstrahunt à primo & secundo sensu, & possunt determinari ad hunc, vel ad illum, & in sua ratione vniuersali non includunt originari in recto, nisi contrahantur ad primum sensum. Omnia argumenta Scot. concludunt in primo sensu: sed nota in secundo de quo in hoc artic. loquitur B. Thom. & hæc sit finis ad sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis:

Honorem

Explicit expositio suprà tractatum de Trinitate in primam partem: B. Thom. per Fratrem Chrysostomum Iauellum de Casali ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ professorem studij Bononiensis Regentem.

DEO GRATIAS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca